

In Euchology. multæ factæ fuer. mutationes. Arcud. Conc. p. 123. b. 100. a. corrigendum C. 309. a. 391. a.

Cur veteres Christianor. nulla habeant rituales? Oun. t. Rel. cult. Tbj. p. 71. 766. Luth. T. 3. s. 465. b.

Euchology. posteriorum. peculiariter reperitur p. 24. 507. Sed Goar simili modo variavit omissione off. et extr. unct. Vertuor. p. 741. ref. e. longe a Ecclesiol. 2. et E. p. 121.

ΕΥΧΟΛΟΓΙΟΝ

SIVE

RITVALE GRÆCORVM

Hic ẽ Tom. 8. Menæor. Græcor. notante Sim. Wagnereccio in Pietê Mar. Græc. p. 5.

ΕΥΧΟΛΟΓΙΟΝ
SIVE
RITVALE GRÆCORVM
COMPLECTENS
RITVS ET ORDINES

DIVINÆ LITVRGIÆ, OFFICIORVM, Sacramentorum, Conſecrationum, Benedictionum, Funerum, Orationum, &c. cuilibet perſonæ, ſtatui, vel tempori congruos,

IVXTA VSVM ORIENTALIS ECCLESIÆ

Cum ſelectis Bibliothecæ Regiæ, Barberinæ, Cryptæ-Ferratæ, Sancti Marci Florentini, Tillianæ Allatianæ, Coreſianæ, & aliis probatis MM. SS. & editis Exemplaribus collatum.

Interpretatione Latinâ, nec non mixobarbararum vocum breui Gloſſario, æneis figuris, & obſeruationibus ex antiquis PP. & maximè Græcorum Theologorum expoſitionibus

ILLVSTRATVM.

Operâ R. P. F. IACOBI GOAR, Pariſini, Ordinis FF. Prædicatorum, S. Theologiæ Lectoris; nuper in Orientem Miſſi Apoſtolici.



LVTETIÆ PARISIORVM,
Apud *SIMEONEM PIGET*, viâ Iacobæa, ad Inſigne Fontis.

M. DC. XLVII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

ILLVSTRISSSIMO DOMINO DOMINO

NICOLAO DE BAILLEVL

CHRISTIANISSIMO REGI

A SANCTIORIBVS ET SECRETIORIBVS CONSILIIS,

SVMMOQVE EIVS ÆRARII PRÆFECTO,

REGINÆ REGENTIS CANCELLARIO

Principis Galliarum Senatus Præsidi, &c.

VLTRÒ se prodit in publicum, Euchologicum opus, nec latere diutius in tenebris potest, quod vt luci daretur, & publici fieret Iuris, blandè suggessit, paternè sæpius monuit, tandem suauiter impulit animus ille Tuus, quo publicis commodis totus addictus, sicut commune Regis Ærarium, tuo neglecto, temporarijs in dies adaugere studes diuitijs; ita de mystico meo (quod iustis vere titulis Tuum est) peculio, spiritualibus Ecclesiæ thesauris aliquid accessionis, non absque mei periculo, fieri voluisti. Nec iniuriâ, Te, primum adit, vt Tuis consilijs è tenebris erutum, primam sui frontem Tui splendore nominis illustratam gerat, & quod nonnulla sub Tuis auspicijs, cùm à me, tum ab exteris obiecta superauit impedimenta, ceu votiua sui ipsius tabella, Tibi se primùm sistat, nec minus à me gratibus, quam à Te gratijs insignitum, Tui nominis inscriptione sibi decus & authoritatem sentiat adiunctam. Fauet, annuit, iubet Ecclesia Constantinopolitana, quæ sicut in suis Proceribus (inter quos supremum Logothetam locat) Palatinorum nomina Procerum veneratur, ita pietatem & Claritudinem Tuam venerari gestit in Euchologio suo, & à Tuâ vicißim dignitate ἀρχοντίκιον ἀξίωμα comparare. Patere igitur, Illustrißime, vt dum Græco ex semine consortioque Latinum foetum hac in nostrâ communi patriâ me peperisse, fautor illius, imo penè author, gratularis; eius Te φωτίσματος, hoc est secundæ natiuitatis & lucis in orbe Christiano capiendæ, non tam Latino more Susceptorem deligi, quam Græco ΣΥΝΤΕΚΝΟΝ *instituto, congratuler nuncupari. Facies sanè, si is es, qui esse soles, Humanißimus, Æqui*

amantissimus, strenuus rerum nobilium Assertor, ac vindex. Humanitate iam Tibi fœliciter vrbis Regiæ populos deuinxisti, æquitate Senatum Principem, Senatus ipse collega, Tibi fœlicius comparasti: animi celsitudine & ad res sublimes innatâ aptitudine Regem ipsum primoribus Regiæ potestatis administris annumeratus, fœlicissime promeruisti. Beneficæ Tuæ humanitatis officia plebs votis clamat, Senatus æquitatem Tuæ inter suos cooptatione laudat, Regina Sigillorum suorum delatione, Rex demandatâ Ærarij sui prædicat custodiâ; sic vt nullus supersit erroris suspicioni locus, vbi tot in vnum ad vnius merita comprobanda succiduis temporibus oracula conspirarunt. Nam quod paucis, quod fermè nulli contigit, vt ius æquâ lance & cum facilitate, omniumque sibi animos deuinciens è Prætoriano tribunali diceret inter ciues, & Regiam plebeculam paterno studio pasceret & foueret, sollicitâ curâ protegeret, eius deinde municipialia iura, immunitates, libertates à Principibus concessas sartas vellet & tectas, eóque diuturniores efficeret, quò cum Principis obsequio redderet coniunctiores; hoc Tibi tanquam meritis comparatum obtigit, vt quod alij pluribus votis ambierunt, id vltrò Tibi populares Ordines deferrent, Princeps decerneret, vniuersa Parisiorum congauderet ciuitas, non semel modò, sed & secundùm, sed & tertiùm, eum sibi Decurionum Præfectum dari, quem prius ipsa Protectorem, ciues Patrem, cunctorum opes Vigilem, ædes ipsæ Custodem agnoscerent & prædicarent. Exinde cum perpetuos Tibi fasces populi meditarentur Comitia, Te sibi Curia voluit, & quem repetitis ac continuis votis singulæ per Vrbis regiones personabant Tribus, primis & infulatis Senatus Proceribus adlectum, Capitolium extulit; nec διϐολέαν *Bicolorem vestem quam detulerat, in plenam Purpuram Populus inuidit mutari, qui suis insignibus Senatoriam dignitatem fuerat ominatus, & plus cunctis prodesse sentiret, quo fieres excelsior. Hinc Regina Imperij Gallici, tunc consors, nunc moderatrix, sublimia conspicari semper consueta, eas in Te probauit animi dotes, quas Populus venerabatur, suspiciebat Senatus, & Te suum renunciauit Cancellarium, quem Populus tutorem, Senatus authoritatis vindicem coaptarat prius. Nusquam tamen à pascendæ (vt à principio consueueras) plebis curâ, aut à cohonestando Senatus supremo collegio liberatum Te voluit, vt maiestate ita prudentiâ pollens Regina; quinetiam, militiæ neruos, pacisque munimen, Tibi vni commisit, cum Regij Publicique Ærarij summam Præfecturam in Tuâ fidelitate vigilantiáque reposuit, intelligens in tuto esse vniuersa, quæ Tuæ fidei creduntur, & sollicitudini commendantur. Quid in negotiorum turbinibus, in casuum procellis timeat industria Tua? Regiam Lutetiæ Cymbam dudum Nauarcha vexisti, succrescentem in dies Cæsarem Gallicum vehis, cum Fortunas eius regis, Regnique Fortunam omnem moderaris: eóque coram sapientibus & probis beatius, quò virtus, quæ Te in publico domique circumstipat, regni communes opes, quæ putarent alij Fortunæ dona, priuatos in Lares, quippe sacros integritati & innocentiæ non admittit,*

tantum abest ut priuatos in usus conuertat. Laribus in illis, sancto in Musæo, & secretiore deuotionis tuæ penetrali, quinimò sacratiore in animi Tui æde, vbi perenniter curas Publico, labores Regno, Regi vitam, Deo pietatem, cultum, animam litas, Euchologicum volumen, ceu sanctam Ecclesiæ Græcæ supellectilem, venustum modernæ pietatis, antiquæ venerandum simulachrum, Tuo nomini consecratum, appenditur. Admittes iam editum librum, quem ut ederetur, authoritate iuuisti: tutaberis ex materia diuinum, ex verbis colendum munus, & votum maximè Te dignum, qui dum caduca & temporanea administras, sacra tamen & cœlestia meditari non desistis. Annuet, ut fido, votis humanus quidem ille Tuus in litteratos omnes animus, longè verò propensior in obseruantissimum Parisiensem nostrum S. Mariæ Conuentum, cuius inter membra Dei benignitate numeror, vniuersamque Prædicatorum familiam, quæ sua Tibi, meo nomine, quantulacumque reddit vota: quodque reliquum est εὐχαῖς καὶ λόγοις Deum interpellat, ut cuius nutu atque consilio ad moderandum Iustitiæ Regnique asylum admotus es, ad id muneris Te longùm, & nisi vota modum excederent, æternùm sospitet. Lutetiæ Parisiorum in Cœnobio Sanctissimæ Mariæ Annunciatæ Ordinis Fratrum Prædicatorum, Kalendis Januarij, Anno R.S.H. M.DC. XLVII.

ILLVSTRISSIMÆ Dominationi tuæ deuotissimus.

FR. IACOBVS GOAR. S.T.L.
Ordinis Prædicatorum.

INTERPRETIS
AD LECTOREM
PROOEMIVM.

NAVTIS amplas quantumuis & copiosas Geographiæ & Hydrographiæ tabulas & indices nactis familiare est, vt si in illis quas lustrarint alij diligenterque depinxerint regionibus, nouum ipsi sinum, promontorium, vrbem, portum, nouos homines, noua regna, mores inauditos detegant & agnoscant, hæc propriam industriam commendaturi, vel rei nauticæ notitiam, & aliorum promoturi vtilitatem, prioribus excusis tabulis appingere, nouisque commentariis consignare non vereantur: authores pariter quamplures (ceu nautas celebriores totum quacumque patet, orbem cursim describentes) vbi scriptis suis, ritus Ecclesiæ pene vniuersos, comprehendisse demiror, prosperum aliquem successum, ex meo qualicumque conatu excepturum speraui, si Ecclesiæ solius Orientalis mores, eosque minus notos, Euchologij textum & sensum interpretatus, aliorum elucubrationibus adnectam. cum ex eorum cognitione, vtilitas eadem illorum authorum lectioni accedere possit, quam confert amplissimo regno peragrando portus, fluuij, saltus, regionis vnius notitia, ex cuius defectu hæsitare plerumque, errare frequenter, periclitari sæpius, in barathrum & præcipitium se agere nonnunquam viatorem contingit. Ecclesiam ergo Græcam, amantissime Lector, velut peregrinam, & nobis hanc mundi partem incolentibus ignotam plurimis Prouinciam, in Euchologij sui tabulâ tibi designo, imo totius ipsius Ecclesiæ, immensis licet diffusæ spatiis, partem non modicam simul delineandam suscipio. Nouum enim orbem vt non adinuenit Americus, sed eius vnius quem Deus olim condidit partem detexit, & moribus licet diuersos, communi tamen nobiscum stirpe reperit homines progenitos: aliam pari modo Ecclesiam non suscipio delineandam, sed eam quæ spatiis, & vsibus (vtinam non animis) à nostrâ quidem dissita videtur, ex vno tamen Saluatoris effosso latere olim profluxit, & ad vnius Sponsæ cum reliquis membris venustatem exprimendam, vt quondam iuuerit, & nunc in subditis fidelioribus iuuet, describendam suscipio. Ecclesia siquidem vniuersa cum non minus mundo, vnitate gaudeat; plures tamen in se complectitur Ecclesias, velut orbis prouincias, aut vrbes. Cum vnica sit, inquam, & vnius amicæ vnicè dilectæ nomine, à sponso Domino compelletur, multiplici nihilominus apud diuersos populos, agendi consuetudine, miraberis discrepare: & cum moribus diuersis diuinum numen profitetur aut colit (si tamen vno fidei charitatisque spiritu nexuque informetur & colligetur) non secus plures in vno Deo beatitudinem percepturos, quam superficies metam vnam in centro viis variis reperturas lineas mittit, ipsa filios fouet & constringit. Non ita namque hæc ab illâ, vel Orientalis Ecclesia à nostrâ discrepat (de primæuâ illius ætate, vel de sanâ quæ tempore hoc restat parte, heu modicâ licet, loquor) vt vbique in iis quæ ad omnimodam fidei vnitatem, & conformem religionis obseruantiam pertinent, non conueniat cum eâ, & ita conueniat, vt sine vituperio possit simul in ritibus discrepare. Quæ res, amabo te, ad vnius Dei simplicitatem, & ad animæ cuiuslibet nostrûm perfectionem accedere prope videtur, illius quidem, qui triplicem in naturâ non respuit personarum distinctionem; huius vero, quæ quamuis perfecte vnica sit, diuersis nihilominus est insignita facultatibus, quæ vnum Deum vnicâ simplicissimâ constantem essentiâ, tribus & simplicissimis in se personis distinctum agnoscit, amat, & adorat, cuius virtus infinita omnium rerum actiua, totius vnitatis est principium, & earumdem vna est ratio distinctionis; illaque eadem est ratio existens in vniuerso corpore, in quo quia vniuersalis est, tam multos & dissimiles, vt sensus docet, producit & operatur effectus: atque ita nullus nisi forsan ignarus,

ignarus, rituum diuersitatem in Ecclesiâ, Dei sponsâ, & viuo perfectionum eius speculo, audebit condemnare, quæ vnam quam ab incunabulis amplexa est (quamuis in aliquibus defecerit) antequam extremâ clade mundus intereat, profitebitur fidem; prout hucusque eundem sacramentorum, etsi vnum ab alio ritu vel ministro differat, vsum cum laude retinuit. Quid? si ipsa Sponsum suum vniuscuiusque gentis idiomate laudare non erubescit, putas à cæremoniarum varietate, tanquam ab inconstantiæ crimine aut mentitæ vnionis, agetur rea & damnabitur? Nequaquam. Nam si multis modis exposita soli, pro vario lucis aspectu, vel corporis motu, tam varios colli sui colores discriminet columba: ecce tibi Ecclesia est columba, quæ de foraminibus petræ angularis in cruce confractæ prodiit, & ad quæ si mala auis inuolet, se recipit. Audis vt formosam illam Dominus appellet, dum inuitat: sed vnde tantam sibi pulchritudinis fecit accessionem? non aliunde quam ex vnitate, quæ cum varietate coniuncta, suum adauget splendorem, de qua fœlicius suprà cæteros more suo Regius Propheta cecinit. *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate.* Variæ cæremoniæ fimbriæ sunt aureæ, varietatibus distinctæ, quarum diuersitate ad vnius Dei cognitionem simul & amorem allicit, allectos excipit, afficit exceptos. Vna est Orientalis Ecclesia, vna est Occidentalis, vnum Deum authorem omnium suspicit, ac veneratur, penes externos venerationis ritus hæc ab illâ discrepat: quia vnus & idem operatur in eâ Spiritus, qui se Sponsæ facturum murænulas aureas vermiculatas argento profitebatur. Deus ergo Opt. Max. cum sit vnicum fidei, quam vtraque Ecclesia profitetur, obiectum: hinc si alterutrius sequaces, quæ sit spes illorum, quid expetant & expectent, velis interrogare? respondebunt beatitudinem esse totius suæ expectationis obiectum quoniam in vnicâ Sacramentorum perceptione nascuntur, aluntur, & perficiuntur. Nam si Latina totum orbem cum Græcâ partiatur & diuidat, quid mirum si variis diuidantur agendi rationibus? sensus verborum eundem Dei cultum apud vtramque sonat: sonus linguarum discrepat. Duo sunt Sponsæ vbera quæ dilectus vino meliora prædicat: ad ea duabus hinc inde manibus liberos applicat, applicatos lactat, lactatos inebriat: homines tamen duplici vtentes corde fugit, quia vnico viuit: quo impensè adeo Sponsum redamat, vt vel ipsa Sponsi corde viuat, vel Sponsus suo seipsum velit amare: vno etiam vtero non geminum modo fœtum, sed geminum etiam populũ complectitur, & vno sinu fouet. Geminas etiam, quodque magis mirandum tibi est, sibi inuicem aduersas habet manus Sponsa: sed quid obest si se auersentur earum conuexæ partes, si tamen palmæ conueniant? si vna alteri succedat in opere, & ad eundem se simul accingant laborem? Morem itaque suum in Ecclesiâ Græcus adhibeat, & à suis ritibus nunquam Latinus recedat; & huic ille vtinam coniunctus, vni Sponsæ capiti adhæreat, in quo viuat, & à quo in charitatis opus dirigatur. Paulum Doctorem se habuisse Græcia prædicat, non inficias iero: sed Latinam à Petro, quem & Græcia ἀποστόλων κορυφαῖον, & πρωτοκορυφαῖον salutat, & ab ipso quoque Paulo fidei rudimenta, & agendi documenta suscepisse meminerit, & aduertat. Potuitne Petrus, quæ Pauli doctrinæ contraria essent, statuere? Scelus est ista cogitare. Potuit quidem diuersa, sed quæ in eundem scopum referret, obseruanda præcipere. Adde quod Paulus ipse contrarios ritus in diuersis Ecclesiis, si Baronio fidem detrahere nolimus, instituit. Vtinam manens in suâ vocatione Græcus modernus, pari beneuolentiâ Latinorum nomini consuleret, quâ Latini Græcorum existimationi plurimum tribuunt, Patres eorum commendant, scripta venerantur, sectantur doctrinam; & si quem in eis humanæ fragilitatis lapsum aduertant, nec laudare possunt, nec debent admittere, vbique tamen pro viribus & industriâ excusant. Sed forsan rogabis, qua ratione, aut in quibus, cum de ritibus præsertim agitur, vtraque poterit Ecclesia conuenire? In promptu responsum habes: si vtramque ab Apostolis stabilitam fuisse, & edoctam, & à sanctis plerisque viris plurimo tempore dixeris administratam. De Latinâ impium foret contrarium suspicari: de Græcâ Euchologium præsens insigne tibi ob oculos proponit monumentum. Ritus videlicet ab Apostolis institutos, in pluribus cum Latinis concordes, vel saltem illis non aduersos, plurimos à Patribus successu temporis amplificatos, nullum solida authoritate, vel ad minus veteri acceptione non firmatum: si quid amplius expostulas aut arguis, addam M M. S S. cum editis collationem, subiungam & notas, quæ difficultatis cuiusuis enatæ [illegible]uent, si bene reor, argumentum. Sarta tecta est existimatio mea. Non enim correctoris, si næuum aliquem deprehenderis, suscepi prouinciam, neque Commentatoris sustineo personam: secundum hoc otium desiderat, aliosque noui, qui [illegible] hæc velint perscrutari: mihi satis [illegible] δογματικῶς illa enucleasse: primum vero summi Pontificis mandatum postulat & authoritatem, Græcorumque ad id accedentium consensum, [illegible] quid in sui[illegible] ualibus ignorantiâ Lati-

Baronius annō 51. num. 58. & sequ. Niceph. Call. lib. 12. cap. 34.

— huius & rituum varietate.

ε

norum, quod facile fieret, corruptum obijcere possent, aut inuidiâ confictum. Totum ego quod octo annis in Oriente versatus, rectè satis in eorum Ecclesiis fieri oculis percepi, mente intellexi, Græcorum quoque ipsorum voce docente didici, profero: horum quædam nostram fidem solidè confirmant, nostros comprobant ritus, & antiquos cæremoniarum stabiliunt vsus. Verum, Lector amantissime, vt conspicuam & nullâ ex parte non manifestam habeas nostri laboris seriem, attende. Edita quæcumque Euchologiorum exemplaria nouitatis & mutationis admissæ receptæque suspecta, nonnullos habituros ratus, nullius illa fore authoritatis, si MM. SS. ritibus in eis repertis attestantia deficerent, duxi: quibus itaque potui, tum labore, tum industriâ, comparata cum editis contuli; & si vtrorumque numerum scire desideras, percenseo. Edita quidem sunt ea, quæ annis 1544. 1550. 1570. 1571. 1600. 1629. & textus ipse quem sequor, & exhibeo, Venetiis 1638. publici Iuris est factus. MM. SS. vero cum nullibi patria potuerit exhibere, præter fragmenta liturgiarum, paucarum orationum, ritus Ordinationum, & Canonis Methodij de Lapsis in Regia Bibliotheca sparsim extantia; totum & integrum Euchologij volumen aliunde exquirere compulit necessitas: vnde non copiam quam neglexi, sed delectum, quem ambiui, offero. Primum eorum, vetustissimum à V. C. & eruditissimo Leone Allatio plura sæcula, à quibusdam octauum etiam antiquitate superare creditum, è Bibliothecâ Conuentus Florentini Sancti Marci Prædicatorum Ordinis, in Emin. D. Cardinalis Barberini aliam translatum, à Patribus quibusdam nostris, vnius ex Concilij Florentini Assessoribus fuisse proprium dicitur, à quo ibidem relictum, post annos nonnullos Iuris cuiusdam ciuis nobilis factum, ab eo dicto Conuentui datum, in foliis liminaribus hæc me, pluribusque aliis testibus, scriptum adhuc Latinis verbis defert. 33. *de primo banco. Orationes Missæ, & totius Officij secundum Basilium, Conuentus Sancti Marci de Florentia Ordinis Fratrum Prædicatorum. De hæreditate Nicholai de Nicholis.* Vnde quia è Conuentus Sancti Marci ad Emin. Cardin. Barberini Ius transiit; vtriusq; nec non discriminis ab aliis Euchologicis MM SS. Barberinis, quibus vsus sum, indicandi causâ, vbique in hoc opere, *Barberinum Sancti Marci*, censui nuncupandum. Secundum illud idem est, *Euchologium Patriarchale*, quod vt scribit Arcudius lib. 6. Concordiæ cap. 5. *in Concilio Florentino Georgius Vari Cretensis Presbyter Græcus Iuliano Presbytero Cardinali S. Sabinæ donauit, vt in calce manu ipsiusmet Cardinalis notatum est*, quo donatus deinde Bessarion Cardinalis, Cryptæ Ferratæ factus Abbas, illud eidem Monasterio post obitum legauit asseruandum. Tertium Allatij est, eiusque characteres quarti retro sæculi vetustatem Allatij eiusdem sententiâ exprimunt. Illud, me iudice, iussu vel manu Germani Amathuntis Episcopi, & summi Græcorum in insulâ Cypro Antistitis anno Domini 1260. inter viuos agentis fuit exaratum: idque opinandi argumentum mihi est, tum quod præter Pontificia munera, nil fere exhibet, & in Pontificiis quæ continet diplomatibus, Germani eiusdem vbique præfigit nomen, ac insuper Synodi Prouincialis sub illomet celebratæ complectitur acta; tum quod transsumptum Bullæ Alexandri quarti Græce redditæ, & à molestiis Latinorum Episcoporum Germanum eumdem vindicantis adiunctum ab anno 1287. hucusque seruauit integerrimum; ac denique quod Palæologorum sceptrum Orientis ea tempestate moderantium nomen celebrat in συνοδικῷ officio. Eiusdem ætatis videtur esse quartum MS. è superius laudato Cryptæ Ferratæ Monasterio, à Reuerendo Dom. Basilio Falasca Monachorum S. Basilij penes summum Pontificem Procuratore Generali, viro propter Græcas literas & instituta Monastica commendatissimo, amice mihi exhibitum: hoc nequaquam Græcorum Orientalium, sed Occiduorum, id est, in Occiduis Siciliæ vel magnæ Græciæ partibus degentium proprium, à quouis obuio iudice censebitur. Meminit siquidem Siciliæ Principum Ῥογερίου, Ῥικάρδου &c. & Episcoporum Ῥολάνδου, Ανσέλμου &c. quæ Latina sunt nomina: Regem autem non βασιλέα, (hoc enim nomine solum Imp. salutant Græci) sed Ῥῆγα vocat: ac præterea Sacramentorum Baptismi, Matrimonij, & Extremæ Vnctionis ordinem, vel conformem, vel vsui Latinorum accommodatum, (quod à suis maioribus, vel rerum Græcarum ignaris quibusdam priuatis Episcopis præstitum, non dissimulant ipsi Basiliani Occidui) complectitur. Hoc vbi sum vsus, Cryptoferratense Falascæ vocaui. Aliud autem Monasterij eiusdem volumen Euchologicũ ab eo qui dedit, & Monasterio præfuit, Cryptoferratense Bessarionis à me est nuncupatum. Quintum Barberinæ Bibliothecæ aliud ornamentum est, quod & idcirco Barberinum secundum vocito, vel numero 88. signatum. Alia prætereo MM. SS. fragmenta, tum ex eiusdem Emin. Card. Bibliothecâ, tum amicorum studio mihi oblata: puta Basilij missam cylindro antiquorum more circumuolutam in memorato Cryptę Ferratę monasterio reper-

tam, in cuius calce manifestè legitur ἐγράφη ἡ ἱερὰ αὕτη τοῦ μεγάλου Βασιλείου λειτουργία τῷ ς φ ι ἔτει μηνὶ Νοεμβρίῳ ιε διὰ χειρὸς Ἀρσενίου Ἀχρίδου ἁμαρτωλοῦ· ᾧ οἱ ἐντυγχάνοντες πάντες ἐπεύξασθε. *Hæc magni Basilij missa descripta est, anno* (ab orbe condito) 6510. (id est à Christo nato 1041.) *No.15. manu Arsenij Achridani peccatoris, cui, qui legeritis bene precemini:* aliamq; item eiusdē Basilij Liturgiam ab Isidoro Comneno Smyrnensi mihi nuper Liburni obuio donatam: vel alia non contemnenda repetitis vicibus, à Georgio Coresio medico & Theologo Chiensi missa, vel denique minoris momenti pauca quædam hinc inde, & præsertim ex Regiis MM. SS. num. antiquis 363. 465. & 1741. collecta. Vndecumq; aliquid tibi excerptū protulerim, aut examinandū oculis obiecerim, nil tibi timebis, (Catholice Lector) ab illapsi abusus, vel à praui cultus, aut etiam ignorantiæ corruptelâ. Puri sunt à deprauationis noxâ, à me codices electi, Ecclesiæ Romanæ addicti, qui quondam illis vsi sunt: & quia de ritibus Ecclesiasticis nulla est nobis cum Græcis controuersia, veneranda eorum vetustas, & si dicere liceat, canities puritati, veritati, & sinceritati eorum testimonium profert non excipiendum. Exinde quam pura, quam vera, quam sincera sint edita exemplaria (si quam pauca in meis notis indigitata exceperis) ipse percipies. Hac autem præhabitâ tum Græci textus integritate, aut fideli eius collatione & examine, tum etiam successiuâ præcipuorum rituum ab antiquo constantiâ, peregrinas huius Euchologij voces studium nostrum expendet; antiquas, in nouum sensum detortas exponet, nouas illustrabit, quarum obscuritas aut ignorantia, ignarúm quemque percelluisset animo, aut ingratam, & non vndequaque notam tibi reliquisset rituum cupidinem vel inspectionem. Cæremoniarum quas tractaui, varietas voluptatem parere poterit, & vtilitatem. Quis lepor in Græcorum vocibus, quis decor in vestibus, quæ sanctitas in motitibus, gestis, nutibus, quæ grauitas in officiis, cum præsertim, vt in hoc opere videre est, ad Latinos ritus propius accedunt, eundem retinent sensum, eundem vnius Dei testantur, & exhibent cultum: in cuius rei fidem Latini hinc, inde Græci, cum opus fuit, & pro morum affinitate licuit, testimonium, illudque vnum tantum, ne verbis fidem adstruere viderer, adduxi. Peregrinatus sum in Græciam, vnde non omnino peregrinus sum reuersus. Possunt, vt commune loquitur effatum, peregrini non pauca de suo dicere. Sed quis homo religiosus auderet coram eruditis atque ideo testibus oculatis, apud suos reuersus inaudita confingere? Egregium Arcudij opus habes, de vtriusque Ecclesiæ in potioribus consensu inscriptum, cuius testimoniis sæpe vtor, quamuis frequentius oppugnem, vbi error, vel zeli indiscretio (qui iuuenis & inexpertus patriam suosque reliquit) à suis illum auocat; tutiusque vt plurimum Symeonis Thessalonices Episcopi egregij rituum Græcorum interpretis scripta, & doctrinam Leonis Allatij, Georgij Coresij, Pantaleonis Ligaridij, aliorumque quondam, tum voce, tum scriptis, me commonentium, & tandem proprium experimentum, oculosque proprios, ne alienis solum ductus, errem, aut saltem hæream, sequor. Satis multa euulgo, & forsan nimis: quæ si non acutè saltem tutè: si quædam obscurè, securè tamen: intento digito lucem monstraui, fontem ostendi, viam designaui: fœlicius forsan alius eam excurret, spatiaque eius cuncta metietur. In hac extremâ Præfationis parte candidè ex animoque pronuncio, eam sermonis rationem secuturum, quâ vtuntur ij, qui pro authoritate de Religione tractant. Cur enim ego abhorream à sermone sacro, à porticu Salomonis, à iudicio Sapientium, qui in gratiam Sapientiæ simpliciter loquuntur? Ornari res ipsa negat, contenta doceri, alienos respuit colores. Græca Latinè reddere fideliter volui, ad eorum voluntatem, opinor, qui cupiunt curiosius vtraque comparare: propterea singula verba propemodum singulis respondentia feci, ne ad paraphrasim diuerterem. Tu fructu industriæ meæ qualicumque vtere: aut veniam da. VALE.

APPROBATIO DOCTORVM
SACRÆ FACVLTATIS PARISIENSIS.

NOs subsignati in sacra Theologiæ Facultate Parisiensi Doctores fidem facimus perlectam à nobis Euchologij Græcorum versionem, item notas in illud editas à R. P. IACOBO GOAR Prædicatore: Et quidem versionem Græco textui omnino respondentem reperimus, notas variâ eruditione refertas non parum Ecclesiæ vtiles iudicauimus, nihilque in iis fidei bonisque moribus repugnans deprehendimus. Datum Lutetiæ 20. Februarij Anno Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo quinto.

DAMONT.

GVISCHART.

FACVLTAS REVERENDISSIMI PATRIS GENERALIS Ordinis Prædicatorum.

FRater Thomas Turcus Sacræ Theologiæ Professor totius Ordinis Prædicatorum humilis Magister Generalis ac seruus. Tibi R.P.F. IACOBO GOAR Lectori, nec non magistro studentium almi nostri Conuentus sanctissimæ Annunciatæ Parisiẽsis. Tenore præsentium & nostri authoritate officij Præcipimus in meritum sanctæ obedientiæ vt seruatis seruandis circa editionem librorum, Euchologium Ecclesiæ Orientalis à te de Græco in Latinum versum, & Scholiis ac Commẽtariis illustratum in lucem edere non differas: quin imo quamprimum publici iuris facias, quod pro omnium Orientalium Orthodoxorum commodo, & pro asserenda vtriusque Ecclesiæ non solum in sacris dogmatibus, sed etiam sacris ritibus & eorum sensu, concordia. Datum Romæ in Conuentu nostro Sanctæ Mariæ super Mineruam, die nona Iunij anni 1644. sub propria nostra subscriptione & officij nostri sigillo.

F. THOMAS TVRCVS Magister Ordinis.

Locus Sigilli.

R. fol. 21.

F. FRANCISCVS BARTOLINVS Magister & Secretarius.

Testimonium Theologorum eiusdem Ordinis.

HActenus Orientis Ecclesiam malæ suspicionis apud non paucos rumor asperserat, quasi penitus ab Occidentali discreparet, & in Sacramentis, hoc est ipsis Ecclesiæ Catholicæ fundamentis aberraret; Sed Reuerendum Patrem IACOBVM GOAR in Orientem destinasse, ac inter Græcos detinuisse diuina prouidentia videtur, vt simul vtramque iungeret, & acerrimum Græci Ritus tanquam per omnia Catholici vindicem se præberet ac defensorem: eò fidelius, quò non fide tenus dumtaxat accepta, vel probatissimis Doctoribus memoriæ commendata, sed ipsissimis oculis vsurpata tradens, cum Discipulo quem diligebat Iesus dicere fidenter audeat. Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus & manus nostræ contrectauerunt, dum per solidum Octennium conuiueremus Græcis, annuntiamus, vt in Ecclesia Catholica cum rituum diuersitate Sacramentorum societatem vel potiùs vnitatem esse omnes intelligant, & societas ista sit Nouatoribus vnitatis Ecclesiasticæ iuratis hostibus æternum confusionis, & impugnatæ veritatis meridiana luce clarioris argumentum. Quare opus istud dignissimum censeo, quod pro communi Catholicæ Reipublicæ bono typis mandetur, & in lucem quàm citissimè prodeat, vtpote non solùm approbatione, sed præcipua commendatione multis nominibus egregium. Datum Parisiis in Conuentu Sanctæ Mariæ Annuntiatæ Ordinis Fratrum Prædicatorum strictioris obseruantiæ, Kalend. Decembris ann. 1646.

Frater Philippus Bordereau eiusdem Conuentus alumnus, & primarius sacræ Theologiæ Lector.

EGo F. Ioannes de Rechac dictus à Sancta Maria Ordinis Fratrum Prædicatorum, strictioris obseruantiæ, Conuentus Sanctæ Mariæ Annunciatæ Parisiensis, Sacræ Theologiæ Professor, & Historiographus Generalis eiusdem Ordinis, fidem facio perlectis, & accurate visis ac reuisis Commentariis & annotationibus super Εὐχολόγιον Græcorum, mihi nihil occurrisse quod insignem eruditionem non sapiat, sacros Ecclesiæ Romanæ ritus non illustret, Orientalis & Græcæ Maiestatem in diuinis celebrandis non exhibeat, vetustiores Primitiuæ cæremonias sub ipsis Apostolorum temporibus non exsuscitet, sinceramque de Sacramentis Doctrinam & antiquis sacrorum peragendorum mysteriis affatim non subministret: quæ cum mihi certiora sint, quippe qui fuerim in Oriente Missionarius, & nec dum auritus, sed testis oculatus eorum omnium quæ in hoc libro continentur, dignum maxime censeo præsens opus quod in lucem edatur, vniuersumque percurrat orbem, vt omnes sciant Ecclesiam Orientalem & Græcam suos adhuc primæuos ritus fideliter asseruasse, nec ad eius splendorem aliud deesse, quam Romanæ fidei vnitatem, & cum Romano capite adeò peroptatam vnionem: quod annuente Iesu Christo Capite seu Romanæ seu Græcæ, præstabit istud opus, cum in eo Rituum Orientalis & Græcæ Maiestas exprimatur, à qua nil detrahendum, & quæ si Græcis intacta relinquatur, & Romanæ fidei, & Romano Capiti libenter adhærebunt. Quantum ergo fidelis quisque debet vtrumque exoptare, tantum ego prælo dignum hoc opus iudico: In cuius rei fidem manu propria præsentibus subscripsi. Die 25. Nouembris anno 1646. In Conuentu præfato.

F. IOANNES DE RECHAC à Sancta Maria
Ord. FF. Præd. qui supra.

LOVYS PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE; A nos amez & feaux Conseillers les Gens tenans nos Cours de Parlement, Maistres des Requestes ordinaires de nostre Hostel, Baillifs, Seneschaux, Preuosts, leurs Lieutenans, & tous autres Officiers & Iusticiers qu'il appartiendra. Salut, nostre cher & bien aimé PIERRE BLAISE, nous a fait dire & remonstrer qu'il desireroit faire Imprimer, *Les Pontificaux, Rituels, Euchologes, Horologes, Menologes, & tous autres offices des Grecs auec leur version Latine* è Regione, *Notes, & Obseruations, pour l'intelligence d'iceux.* Mais comme ce sont des ouurages où il luy faudra faire vne grandissime despence, il craint que quelques Libraires, Imprimeurs ou autres, se voulussent ingerer de les imprimer aussi, s'il n'auoit sur ce nos Lettres necessaires, humblement les requerant. A CES CAVSES, & desirant fauorablement traicter ledit exposant, nous luy auons permis & accordé, permettons & accordons par ces presentes, d'imprimer ou faire imprimer, vendre, & debiter en tous les lieux de nostre obeïssance lesdits *Pontificaux, Rituels, Euchologes, Horologes, Menologes, & tous autres offices des Grecs auec leur version Latine* è Regione, ensemble ou separement, en telle forme & charactere, en vn ou plusieurs volumes, & tant de fois que bon luy semblera, durant le temps & espace de vingt ans finis & accomplis, à compter du iour que chacun ouurage sera acheué d'imprimer, & faisons tres expresses inhibitions & deffences à tous Libraires, Imprimeurs & autres, de quelque estat, qualité & condition qu'ils soient, de les imprimer ou faire imprimer, en vendre ny distribuer, soubs quelque pretexte que ce soit d'addition, correction, nouuelle version extraite ou contrefaite, changemens de tiltres, fausses marques ou autres deguisemens, sans le consenntement dudit BLAISE, à peine de dix mille liures d'amende, appliquables vn tiers à nous, vn tiers à l'Hostel Dieu de Paris, & l'autre tiers audit BLAISE, de confiscation des exemplaires contrefaits, & de tous despens, dõmages & interests. Voulons que si en quelque lieu de nostre obeïssance aucuns en sont trouuez saisis, il soit procedé contr'eux cõme s'ils l'auoient imprimé. A condition qu'il sera mis deux exemplaires de chacun desdits liures en nostre Bibliotheque, & vn autre en celle de nostre tres-cher & feal le sieur Seguier, Comte de Gien, Cheualier Chancelier, & Garde des Seaux de France, auant que de les exposer en vente, à peine de nullité des presentes, du contenu desquelles, nous vous mandons que vous fassiez & souffriez iouïr plainement & paisiblement ledit BLAISE, ou ceux ayans charge & pouuoir de uy, sans souffrir qu'il luy soit fait ou donné aucun trouble ny empeschement. VOVLONS aussi qu'en mettant au commencement ou à la fin de chacun desdits liures, coppie ou extraict des presentes, elles soient tenuës pour deuëment signifiees, & que foy y soit adioustée, & aux coppies collationnées par l'vn de nos Conseillers & Secretaires, comme à l'original. MANDONS au premier de nos Huissiers ou Sergens sur ce requis, de faire pour l'execution des presentes, tous actes, exploicts & saisies necessaires, sans demander autre permission. CAR tel est nostre plaisir, nonobstant oppositions ou appellations quelconques, Clameur de Haro, Chartre-Normande, & toutes autres lettres à ce contraires, ausquelles nous auons desrogé & desrogeons par ces presentes. DONNEES à Paris le vingt-troisiesme iour d'Auril, l'an de Grace mil six cens quarante deux, & de nostre regne le trente-deuxiesme.

Par le Roy en son Conseil.

CEBERET.

Du 24. Auril 1645. ledit sieur PIERRE BLAISE, *en consequence du Priuilege cy-dessus, a cedé & transporté le droict dudit Priuilege pour l'egard du Liure intitulé* Euchologium seu Ritus, *au Reuerend Pere Goar qui en a fait la version auec des Notes, & ledit Reuerend Pere l'a quitté, cedé & transporté à* SIMEON PIGET, *Marchand Libraire à Paris, pour en iouyr en son lieu & place, par acte passé par ensemble, le 4. Auril 1646.*

Acheué d'imprimer pour la premiere fois, le 20. Decembre 1646.

ΕΥΧΟΛΟΓΙΟΝ.

VOCEM εὐχὴν iuxta pleraque ſua ſignificata aliunde tibi notam, ſacro iſto in volumine, non niſi pro prece ad Deum fusâ, ac benedictione, quam homini ob certum finem, creaturiſve aliis, ob rectum earum vſum impertitur, vel pro oratione quam ad Deum pro pietate illius ſollicitandâ, & clementiâ in aliquibus implorandâ, fundere conſueta eſt Eccleſia, vſurpabis Lector beneuole: ac propterea ΕΥΧΟΛΟΓΙΟΝ *Collectionem orationum Eccleſiaſticarum, benedictionumque ſeriem eſſe*, nullo negotio percipies: quamuis non ſono, ſed fine vocis attento, poſſit quoque *Rituale*, *Manuale*, *Sacerdotale* Eccleſiæ Græcæ intelligi. Sacra namque peragendi ritus, Sacramentorum quorumcumque Ordo, varia, iuxta neceſſitatem inſtantem, precum ratio, in Latino Sacerdotali, Eccleſiæ miniſtro præſcripta; tota pariter in hoc volumine Sacerdoti Græco, ſecundum Orientalis Eccleſiæ conſuetudinem, ſequenda proponitur. Huius ſin verba quæ feriunt aures, ſed ſenſum ex inſtituto Eccleſiæ reconditum attentâ mente penetraueris, & εὐχῆς λόγον fueris adeptus, nil tibi ferme ignotum tenet Εὐχολόγιον: Eccleſiaſticæ ſiquidem *Orationis ratio*, eius ſenſus eſt, ſpirituſque, vnde venit, aut quo tendat, ſemper inueſtigandus; ne ſine myſterio cæremoniarum cortex, aut litera necem infligens, ſpiritus vitam impertientis vice obtineatur. Euchologium porrò qui antiquitatem venerari decernet, eumdem illi ſenij annorumque numerum, atque Eccleſiæ tribuet: cum ab eius incunabulis, Chriſtus, Apoſtoli, Patres ſancti, & animarum Paſtores, benedictionibus orationibuſque quas ſequerentur, vſitandis vel edendis animum appoſuerint: nec non etiam, quod ſcribit Tertullianus de teſtimo. animæ cap. 2. *Penes Deum benignitatis & bonitatis, omnis benedictio inter nos, ſummum eſt diſciplinæ & conuerſationis Sacramentum. Benedicat te Deus, tam facile pronuncias, quam Chriſtiano neceſſe eſt.* His ſi fidem præſtes, de Euchologij inuentore & authore non ambiges: eius tamen normam, ſicut & vſum, in Moſaïca lege ſuperioribus ſæculis, & ſub ipsâ lege reperies. Orationes enim ſuas, ad diuerſa quæque luſtranda, ſanctificanda, tractanda, percipiendáve à Moyſe, vel antiquis progenitoribus, ſucceſſiuo Patrum in filios documento exceperunt Hebræi: Deuſque ipſe Opt. Max. cum creaturis à ſe primùm in lucem editis benedixit, bene precandi, Euchologijque componendi exemplum ob oculos poſuit, tradidit, commendauit. Benedixit idcirco Abraham, Melchiſedech: Pharaoni, Iacob: Aaron, plebi: Dauid, Berſellaï: Symeon, Mariæ & Ioſeph: quidni & puerulo Ieſu, quandoquidem & puerulos Chriſtus ipſe Ieſus ex Patrum forſan traditione, proſpero manuum attactu, & precabundâ voce excepit? An non eleuatis manibus, dum ſe ſe auferret à Diſcipulis, fœlicibus illos mundumque vniuerſum votis cumulauit? quem pro-

ptereà benedicentem imitantur, tunc cum ſacrificio peracto, Sacerdotes benedictionibus populum abundè ditatum dimittunt. Nuptiis etiam benedicimus, quas Deus verbo conſecrauit, Chriſtus præſentiâ ſuâ ſanctificauit. Panem benedictum in Eccleſiâ, vel in communi menſâ ſumimus, edocti Chriſtum non niſi poſt benedictionem, cælitus pane ſubminiſtrato turbas in deſerto pauiſſe, & corpus ſuum panem verum dediſſe Diſcipulis. Aquæ tandem, cibis, frugibus, locis, domibus benedicimus; quia teſtante Paulo, *ſanctificatur creatura per verbum Dei & orationem*: vt quæ in bonum à Deo creata eſt, exigentibus hominum peccatis, vel operante dæmonis inuidiâ, in eorum perniciem non cedat. Eſt quoque aliud Orationis genus, quo non tantum Deum vt benefactorem imploramus, ſed & ipſi ſua de ſuis offerimus, vel creaturam eius cultui deputamus, & noſmetipſos tandem ſacros efficimus, vel ſanctitatem ab eo putamus mutuari. Contingit id vel cum grates pro beneficiis rependimus, cum dedicamus vaſa, altaria, templa, Sacramentorum materias, gratiæ promptuaria, poſtulamus fieri, & denique nos ipſos quauis ratione, orationis tamen ope adiunctâ, ſanctiores reddere cenſemus: atque ita non in hominis ſolius vſum, ſed maximè in Dei obſequium deputata creatura ſanctificatur per verbum Dei & orationem. Hic geminus eſt cœleſtis & ad cœleſtia tendentis orationis polus, Inuocatio & Conſecratio; totam orationis molem voluit Caietanus in gemina membra hæc diſtribui; nos verò cum eo, quamuis Euchologij huiuſce partem, ad vnam ex illis, quod Lector ſubtilis, cum lubuerit, deprehendet, putamus reuocandam.

ΠΙΝΑΞ ΣΥΝ ΘΕΩ͂Ι ΑΓΙΩ͂Ι
ΤΩΝ ΕΝ ΤΩ͂Ι ΕΥΧΟΛΟΓΙΩ͂Ι ΠΕΡΙΕΧΟΜΕΝΩΝ.

INDEX CVM DEO SANCTO EORVM
QVÆ IN EVCHOLOGIO CONTINENTVR.

Ordines & Officia ex MM. SS. excerpta aſteriſco * notantur. Reliqua ſeriem in editis hucuſque ſeruatam demonſtrant.

Τάξις

1 ΔΙΑΤΑΞΙΣ

2 ΤΗΣ ΙΕΡΟDΙΑΚΟΝΙΑΣ.

ΗΓΟΥΝ, ΠΩΣ ΥΠΗΡΕΤΕΙ Ο ΔΙΑΚΟΝΟΣ ΜΕΤΑ τοῦ ἱερέως, ἔντε τῷ μεγάλῳ ἑσπερινῷ, τῷ ὄρθρῳ τε, καὶ τῇ λειτουργίᾳ, συντεθεῖσα καὶ τυπωθεῖσα παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου, καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου κυρίου 3 Φιλοθέου

ORDO SACRI MINISTERII.

QVOMODO VIDELICET SACERDOTI Diaconus miniſtrat, in celebribus Veſperis, Matutino, & Miſſa.

A ſanctiſſimo & OEcumenico Patriarcha Domino Philotheo compoſitus & ordinatus.

ΙΣΤΕΟΝ, ὅτι ὁ διάκονος, οὐδέποτε ἄλλοτε ἐνδύεται 4 ἐν τῷ ἑσπερινῷ, καὶ τῷ ὄρθρῳ, εἰ μὴ ἐν τοῖς ἑσπερινοῖς τῶν σαββάτων, καὶ τοῖς ὄρθροις τῶν κυριακῶν τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ. Ὁμοίως ἐν τοῖς ἑσπερινοῖς καὶ 5 τοῖς ὄρθροις 5 τῶν δεσποτικῶν ἑορτῶν, καὶ θεομητορικῶν. Ὡσαύτως ἐνδύεται καὶ ἐν 6 τοῖς ἑσπερινοῖς, 6 καὶ ἐν ταῖς προηγιασμέναις τῆς ἁγίας, καὶ μεγάλης τεσσαρακοστῆς. Καὶ 7 ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ εὐαγγελισμοῦ, 7 καὶ ἐν τῇ ἀγρυπνίᾳ τῶν ἁγίων παθῶν, καὶ ἁπαξαπλῶς, εἰς πάντας τοὺς ἑσπερινοὺς τοὺς ἔχοντας εἴσοδον. Ὁμοίως καὶ τοὺς ὄρθρους καθ' οὓς ψάλλεται μεγάλη δοξολογία. Καὶ εἰς πάσας τὰς λει- 8 τουργίας τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ, 8 εἴπερ βούληται λειτουργεῖν.

SCIENDVM, Diaconum nuſquam alias, in Veſperis aut Matutinis ſacris veſtibus indui: niſi in Sabbatorum Veſperis, & Dominicarum Matutinis, per totum annum. Et pariter in Veſperis & Matutinis Domini noſtri, & Dei genitricis feſtorum. Parique modo in Veſperis, myſteriiſque præſanctificatis ſanctæ & magnæ quadrageſimæ induitur. Et in Annuntiationis die ſacro, & in ſanctarum Domini Paſſionum vigiliis, & vt ſemel dicam, in Veſperis omnibus cum introitus ſolemnitate perſoluendis. Nec non & in Matutinis in quibus magna glorificatio, (id eſt, Hymnus Gloria in excelſis, *) canitur. Et in Miſſis ſingulis per totum anni ambitum: ſi quidem in illis celebrare, hoc eſt, miniſtrare voluerit.*

Διάταξις τῆς ἀγρυπνίας.

ΤΟῦ καιροῦ ἐπιστάντος, τοῦ μεγάλου ἑσπερινοῦ δηλονότι. Ἀπέρχεται ὁ 9 ἱερεὺς σὺν τῷ διακόνῳ, καὶ 9 ποιοῦσι 10 μετανοίας γ'. 10 Εἰς τὴν εἰκόνα τοῦ δε-

Vigiliarum ſeries.

IMminente iam celebrium Veſperarum tempore. Exurgit ſacerdos cum Diacono, tribuſque variis ſacro adorationis ritu, cunctis fratribus adhuc conſidentibus, coram imagine Chriſti

factis reuerentiis: tribusque aliis pariter corã Deiparæ imagine: vnaq; pariter in medio, & vnâ aliâ, versus vnumquemque Chorum: deinceps in sacrarium ingrediuntur. Et accepta dalmatica stolaque sua Diaconus, postquam ter ad Orientem adorauerit, sacerdotem adit, & ait. Benedic Domine, dalmaticam cum stola. *Benedicitque illa sacerdos, dicens:* Benedictus Deus noster, vbique, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. *Vterque deinde propriis sibi vestibus ornatur. Istud nunc hoc pacto non obseruatur, solus namque sacerdos adorat, & solus stolam suam assumit & casulam, & thus adolere incipit, lectore vel cæremoniarum magistro cereum præferente, &,* Iubete, *exclamante. Eoque præcedente cum cereo, sacerdos pro more portis egressus templum vniuersum suffumigat, & à cæremoniis, coram sacris foribus exclamante,* Iubete: *exurgunt omnes. Sacerdos autem toto templo suffumigato, ad vestibulum etiam progreditur, thusque etiam ibi adolet, & rursum speciosis portis ingressus, suaui & modula voce exclamat* Benedic Domine. *Iterataque sacrarum imaginum suffumigatione, penetrat sanctas fores, & sanctam mensam incensans, voce sonora dicit.* Gloria sanctæ & consubstantiali, & viuificæ, & indiuiduæ Trinitati: vbique, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. *Et dicto,* Amen, *Superior vel præscriptus Monachus proœmiacum psalmum decantat: Sacerdos autem clausis sanctis foribus in sancto tribunali stat. Cum vero cœperint cantare:* Aperiente te manum tuam, *&c. egreditur cum Canonum Præcentore, & simul reuerentiam exhibent in medio: atque ita in suum locum abscedit sacerdos. Canonum vero Præcentor in medio templi stans, versiculos recitat. Cantato vero:* Omnia in sapientia fecisti, *discedit sacerdos, & nudo capite stans, ante sacras fores Lucernarij Orationes legit. Quo peracto, etiã magnam collectã dicit. Diaconus autem circa tertium Psalterij Antiphonũ induitur, & paruam collectam dicit: si vero nõ est versiculorum recitatio, induitur, dum proœmiacus Psalmus persoluitur, & magnam collectam pronuntiat.*

αὐτοῦ Χριστοῦ, πάντων τῶν ἀδελφῶν καθημένων. Ὁμοίως ποιοῦσι, 11 καὶ εἰς τὴν τῆς θεοτόκου εἰκόνα, μετανοίας γʹ. Εἰς τὴν μέσην μίαν, 12 καὶ εἰς τοὺς χορούς, πρὸς μίαν. Εἶτα εἰσέρχονται εἰς τὸ ἱερατεῖον. Καὶ λαβὼν τὸ στιχάριον αὐτοῦ ὁ διάκονος, καὶ τὸ ὡράριον, καὶ 13 προσκυνήσας 14 κατὰ ἀνατολὰς γʹ. προσέρχεται τῷ ἱερεῖ, καὶ φησίν. Εὐλόγησον δέσποτα, τὸ στιχάριον σὺν τῷ ὡραρίῳ. Καὶ ὁ ἱερεὺς εὐλογεῖ αὐτὰ λέγων. Εὐλογητὸς ὁ θεὸς ἡμῶν πάντοτε νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Εἶτα ἐνδύεται ἑκάτερος τὰς οἰκείας στολάς. Τοῦτο νῦν, οὐχ οὕτω γίνεται· ἀλλ' ὁ ἱερεὺς μόνος προσκυνεῖ, καὶ μόνος ἐνδύεται ἐπιτραχήλιον, καὶ φελώνιον, καὶ ἄρχεται θυμιᾶν, ἀναγνώστου, ἢ 15 εὐταξίου τὴν λαμπάδα κατέχοντος, καὶ 16 τὸ, κελεύσατε, ἐκφωνήσαντος. Καὶ προπορευομένου αὐτοῦ μετὰ λαμπάδος, θυμιᾷ ὁ ἱερεὺς τὸν ναὸν ἅπαντα συνήθως ἐκ τῶν θυρῶν ἐξερχόμενος, καὶ ἐκφωνήσαντος τοῦ εὐταξίου ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν, τὸ, κελεύσατε, πάντες ἀνίστανται. 17 θυμιάσας δὲ ὁ ἱερεὺς τὸν ναὸν ἅπαντα, ἐξέρχεται, καὶ 18 εἰς τὸν νάρθηκα, καὶ θυμιάσας κἀκεῖσε, εἰσέρχεται διὰ τῶν ὡραίων πυλῶν, καὶ ἐκφωνεῖ μετὰ μέλους, τὸ, κύριε εὐλόγησον· καὶ θυμιάσας πάλιν τὰς ἁγίας εἰκόνας, εἰσέρχεται διὰ τῶν ἁγίων θυρῶν. καὶ θυμιῶν τὴν ἁγίαν τράπεζαν, ἐκφωνεῖ. Δόξα τῇ ἁγίᾳ, καὶ ὁμοουσίῳ, καὶ ζωοποιῷ, καὶ ἀδιαιρέτῳ τριάδι, πάντοτε νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Καὶ μετὰ τὸ ἀμήν, ὁ προεστώς. 19 ἢ ὁ ταχθεὶς μοναχὸς ψάλλει 20 τὸν προοιμιακόν· ὁ δὲ ἱερεὺς κλείσας τὰ ἅγια θύρια, ἵσταται ἐντὸς τοῦ ἁγίου βήματος. Ὅταν δὲ ἄρξονται ψάλλειν τὸ, ἀνοίξαντός σου τὴν χεῖρα, ἐξέρχεται μετὰ 21 τοῦ Κανονάρχου, καὶ ποιοῦσι μετάνοιαν, εἰς τὴν μέσην μίαν, καὶ οὕτως ἀπέρχεται ὁ ἱερεὺς εἰς τὸν ἴδιον τόπον· ὁ δὲ Κανονάρχης, λέγει τοὺς στίχους ἱστάμενος ἐν τῷ μέσῳ τοῦ ναοῦ. Ὅταν δὲ ψάλλωσι, 22 τὸ, πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας, ἀπέρχεται ὁ ἱερεύς, καὶ λέγει τὰς εὐχὰς 23 τοῦ λυχνικοῦ ἱστάμενος ἀσκεπὴς ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν· καὶ μετὰ τὴν συμπλήρωσιν. λέγει τὴν 24 μεγάλην συναπτήν· ὁ δὲ διάκονος ἐνδύεται εἰς τὸ γʹ. ἀντίφωνον τοῦ ψαλτηρίου, καὶ λέγει τὴν μικρὰν συναπτήν· εἰ δὲ οὐκ ἔστι 25 στιχολογία, ἐνδύεται, τοῦ προοιμιακοῦ λεγομένου καὶ λέγει τὴν μεγάλην συναπτήν.

26 Ταῦτα μὲν οὕτω γίνεται ἀγρυπνίας οὔσης. εἰ δὲ μὴ ἔστιν ἀγρυπνία, οὐδὲν τοιοῦτον γίνεται, οὔτε μετάνοιαι ποιοῦσιν, οὔτε θυμιᾷ πρότερον ὁ ἱερεὺς, οὔτε τὰ ἅγια θύρια ἀνοίγονται. ἀλλ' ἱστάμενος ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν ἀσκεπὴς, ἐνδεδυμένος ἐπιτραχήλιον, ἐκφωνεῖ, τό. Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Καὶ ὁ προεστὼς, ἢ ὁ ταχθεὶς μοναχὸς, λέγει 27 τὸν προοιμιακὸν, ψαλμὸν, 27 χῦμα. καὶ λέγει ὁ ἱερεὺς τὰς εὐχὰς τοῦ λυχνικοῦ, μετὰ δὲ τὴν συμπλήρωσιν, λέγει ὁ ἱερεὺς, ἢ ὁ διά- 28 κονος, ἱστάμενος 28 ἐν τῷ συνήθει τόπῳ, τὴν μεγάλην συναπτὴν, τὸ ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν, καὶ τὰ λοιπά.

Ἰστέον ὅτι, τὰ ἅγια θύρια, οὐδέποτε ἀνοίγονται, εἰ μὴ εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ μεγάλου ἑσπερινοῦ. ὅτε θυμιᾷ μόνον ὁ ἱερεὺς εἰς τὰς εἰσόδους πάσας, ἤγουν τῶν ἑσπερινῶν καὶ τῆς λειτουργίας, τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου. ὡσαύτως ἀνοίγεται, καὶ ἀπὸ τοῦ, προσέλθετε, μέχρι συμπληρώσεως τῆς θείας λειτουργίας. Ἰστέον ὅτι, εἰ μὴ φορέσῃ ὁ διάκονος εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ ἑσπερινοῦ, ἐνδύεται ψαλλομένου τοῦ γ'. ἀντιφώνου τοῦ ψαλτηρίου, εἰ ἔστι στιχολογία, εἰ δὲ μὴ, τοῦ προοιμιακοῦ ψαλλομένου ὡς εἴρηται. ἐνδύεται δὲ οὕτως. ποιεῖ μετάνοιαν τῷ προεστῶτι, καὶ εἰσέρχεται διὰ τῆς πλαγίας εἰς τὸ ἅγιον βῆμα. ἔνθα εὑρίσκει τὸν ἱερέα ἱστάμενον, προσέρχεται γοῦν αὐτῷ, καὶ λαβὼν τὸ στιχάριον αὐτοῦ ὁ διάκονος, προσέρχεται τῷ ἱερεῖ καὶ φησίν. Εὐλόγησον δέσποτα τὸ στιχάριον σὺν τῷ ὠραρίῳ, ὁ δὲ ἱερεὺς, εὐλογεῖ αὐτὸ, λέγων. Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Καὶ οὕτως ἐνδυόμενος αὐτὸ ὁ διάκονος, πληρωθείσης τῆς στιχολογίας ἐξέρχεται, καὶ ἵσταται εἰς τὸν συνήθη τόπον. Καὶ λέγει τὴν μικρὰν συναπτὴν, τό, ἔτι καὶ ἔτι ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν, καὶ τὰ λοιπά. Καὶ ἐκφωνεῖ ὁ ἱερεὺς. Ὅτι σὸν τὸ κράτος, καὶ σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Καὶ οὕτω ψάλλεται, τό, Κύριε ἐκέκραξα, τοῦ ψαλλομένου, λαβὼν ὁ διάκονος τὸ θυμιατὸν, καὶ θυμίαμα βαλὼν, προσέρχεται τῷ ἱερεῖ, ἐντὸς ὄντι καὶ αὐτῷ τοῦ ἁγίου βήματος, καὶ φησίν.

Hæc quidem isto pacto fiunt, si vigilia peragitur; eadem vero deficiente, nihil huiusmodi obseruatur, neque veniæ fiunt, neque prius thus adolet sacerdos, neque sacræ fores reserantur, verum stans ille detecto capite è sacrarum forium regione, stola ornatus, exclamat. Benedictus Deus noster: vbique nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. *Et superior, vel ita iussus Monachus psalum proœmiacum recitat currenti voce, & sine cantu: & sacerdos lucernarij Orationes persoluit. Quibus finitis, sacerdos aut Diaconus suo loco stans magnam collectam pronunciat, videlicet.* In pace Dominum precemur. *Et reliqua.*

Sciendum sacras fores nusquam aperiri, nisi in celebrium Vesperarum initio, cum thus solum adolet sacerdos; in quocumque solemni introitu, Vesperarum videlicet, & Missæ pro sancto Euangelio: parique modo à verbo: Accedite *ad finem vsque sanctæ Missæ manent apertæ. Notum sit Diaconum indui debere, (si iam à principio Vesperarum non sit indutus,) dum tertium Psalterij Antiphonum (dummodo sit psalmorum Dauidicorum per versus recitatio) persoluitur: sin vero, dum cantatur proœmiacus, vt præmissum est. Hoc vero pacto induitur. Exhibita superiori reuerentia, obliqua porta, quæ à latere est, ingreditur in sanctum Tribunal; vbi sacerdotem stantem comperit: quem proinde appellit, dicens,* Benedic Domine Tunicam simul cum stola. *Sacerdos autem benedictionem impertitur, dicens:* Benedictus Deus noster, vbique nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. *Atque ita Diaconus se vestibus exornat, & psalmodia completa egressus stat in loco sibi consueto. Et paruam collectam recitat.* Adhuc & iterũ in pace Dominum precemur. *Et reliqua. Et exclamat sacerdos.* Quia tua est potentia, & tuum est regnum, & tua est virtus, & gloria: Patris, & Filij, & Spiritus sancti: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. *Et tunc cantatur,* Domine clamaui,) *Psal.* 140.) *Quo finito, Diaconus accepto thuribulo, & thure iniecto, adit sacerdotem intra sacrum Tribunal, stantem, & ait.*

Benedic Domine incensum. *Et benedicit sacerdos dicens.* Benedictus Deus noster: vbique, nunc, & semper, & in sæcula sæculorũ *Et suffumigat sacrarium Diaconus, & templum vniuersum, & reuersus thuribulum deponit; ibidemque præstolatur. Cum vero cantatur:* Gloria. Et nunc. *Ingreditur sacerdos, & stola casulaque ab eo assumptis, fit solemnis introitus, accipiente primum Diacono thuribulum & thus in illud immittente, benedictionemque, vt præmissum est, exposcente, eodemque cum sacerdote è Boreali latere egrediente. Et apertis foribus sanctis, præcedentibus cum cereis duobus lectoribus, subsequitur sacerdos demissam gerens casulam, & ad solitum locum procedunt. Ibi depositis à lectoribus cereis, hinc & inde in templi medio, è regione sacrarum valuarum consistit sacerdos. Stat quoque Diaconus à dextris sacerdotis modice retrorsum, capite paululum inclinato, tenetque stolam tribus dextræ manus digitis, & humili voce quantum audiri possit à sacerdote, ait:* Dominum precemur. *Sacerdos autem secreto hanc orationem percurrit.* Vespere, & mane, & meridie. *Oratione terminata, erigunt capita: & Diacono sacerdotem compellente, eodemque plagam Orientalem, stola tribus digitis dextræ manus apprehensa, demonstrante, & dicente.* Benedic Domine sanctum Introitum. *Benedicit sacerdos ad Orientem, & ait:* Benedictus Introitus sanctorum tuorum Domine. *Tunc Diaconus discedit, & sanctam imaginem superioris sedili superpositam, ipsumque etiam superiorem incensat, & deinde in priori loco consistit, & psalmodiæ finem præstolatur. Quo adnuentante, procedit in medium, & cruce per aerem thuribulo efformata, exclamat.* Sapientia, Recti: *Et confestim præpositus, vel præscriptus ad hoc Monachus,* Lumen iucundum, *psallit. Lectores vero sublatis iterum cereis ad sacras vsque fores progrediuntur, & Diaconus sacrum Tribunal ingressus sanctam mensam thurificat: Sacerdos autem*

Εὐλόγησον δέσποτα τὸ θυμίαμα. Καὶ ὁ ἱερεὺς εὐλογεῖ αὐτὸ λέγων. Εὐλογητὸς ὁ θεὸς ἡμῶν, πάντοτε νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Καὶ θυμιᾷ ὁ διάκονος, τό, τε ἱερατεῖον, καὶ τὸν ναὸν ἅπαντα, καὶ ὑποστρέψας τίθησι τὸν θυμιατόν, καὶ περιμένει ἐκεῖσε. ὅταν δὲ ψάλλωσι τὸ, δόξα, καὶ νῦν, εἰσέρχεται ὁ ἱερεὺς καὶ ἐνδύεται ἐπιτραχήλιον καὶ φελώνιον, καὶ γίνεται 29 εἴσοδος· λαβὼν ὁ διάκονος τὸν θυμιατὸν, καὶ θυμίαμα βαλὼν καὶ αἰτήσας εὐλογίαν, ὡς εἴπομεν, ἐξέρχεται ἅμα τῷ ἱερεῖ, διὰ 30 τοῦ Βορείου κλίτους, καὶ ἀνοιγομένων τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ προπορευομένων ἀναγνωστῶν δύο μετὰ λαμπάδων, καὶ μετ᾽ αὐτοὺς, τοῦ διακόνου μετὰ τοῦ θυμιατοῦ ἐξέρχεται ὄπισθεν, καὶ ὁ ἱερεὺς, 31 κεχαλασμένον ἔχων τὸ φελώνιον, καὶ ἀπέρχονται 32 εἰς τὸν συνήθη τόπον. ἔνθα οἱ μὲν ἀναγνῶσται, τιθέασι 33 τὰ μανουάλια, εἰς τὸ μέσον τοῦ ναοῦ παρ᾽ ἑκάτερα τὰ μέρη· ὁ δὲ ἱερεὺς ἵσταται κατέναντι τῶν ἁγίων θυρῶν ἵσταται δὲ καὶ ὁ διάκονος ἐκ δεξιῶν τοῦ ἱερέως μικρὸν ἐκπλαγίου, καὶ κύψας μικρὸν, 34 κρατῶν καὶ τὸ ὠράριον αὐτοῦ τοῖς τρισὶ δακτύλοις τῆς δεξιᾶς χειρὸς, λέγει μυστικῶς, ὅσον μόνον ἀκούειν τὸν ἱερέα· Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Ὁ δὲ ἱερεὺς, λέγει μυστικῶς τὴν εὐχὴν ταύτην. Ἑσπέρας καὶ πρωῒ καὶ μεσημβρίας· Καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν, ἀνίστανται, καὶ λέγει ὁ διάκονος πρὸς τὸν ἱερέα, δεικνύων ἅμα καὶ πρὸς ἀνατολὰς μετὰ τοῦ ὠραρίου, κρατῶν αὐτὸ τοῖς τρισὶ δακτύλοις τῆς δεξιᾶς χειρὸς. Εὐλόγησον δέσποτα τὴν ἁγίαν εἴσοδον, καὶ ὁ ἱερεὺς εὐλογεῖ κατὰ ἀνατολὰς, λέγων· Εὐλογημένη ἡ εἴσοδος τῶν ἁγίων σου κύριε. Εἶτα ὁ διάκονος ἀπέρχεται, καὶ θυμιᾷ 35 τὴν ἁγίαν εἰκόνα, τὴν εἰς τὸ στασίδιον τοῦ προεστῶτος, καὶ αὐτὸν τὸν προεστῶτα, καὶ πάλιν ἵσταται ἐν ᾧ τόπῳ πρότερον ἵστατο, περιμένων τὴν τοῦ στίχου ἐκπλήρωσιν· πληρωθέντος δὲ· εἰσέρχεται ὁ διάκονος εἰς τὸ μέσον· καὶ χαράξας σταυρὸν μετὰ τοῦ θυμιατοῦ, ἐκφωνεῖ, 36 Σοφία ὀρθοί, καὶ εὐθὺς ὁ μὲν προεστὼς, ἢ ὁ ταχθεὶς μοναχὸς ψάλλει τὸ, Φῶς ἱλαρόν. οἱ δὲ ἀναγνῶσται· αἴροντες πάλιν τὰς λαμπάδας, προπορεύονται μέχρι τῶν ἁγίων θυρῶν, ὁ δὲ διάκονος, εἰσελθὼν ἐντὸς τοῦ ἁγίου βήματος, θυμιᾷ τὴν ἁγίαν τράπεζαν. ὁ δὲ ἱερεὺς

29 30 31 32 33 34 35 36

προσκυνήσας ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ ἀσπασάμενος αὐτὰς εἰσέρχεται, καὶ κλείονται τὰ ἅγια θύρα. μετὰ δὲ τὸ τέλος τοῦ, Φῶς ἱλαρὸν, λέγει ὁ διάκονος, πρόσχωμεν, καὶ ὁ ἱερεὺς, Εἰρήνη πᾶσι, καὶ πάλιν ὁ διάκονος· Σοφία, πρόσχωμεν, καὶ ψάλλεται 37 τὸ προκείμενον τῆς ἡμέρας· οὗ πληρωθέντος, ὁ διάκονος ἐξελθὼν, καὶ σταθεὶς τῷ συνήθει τόπῳ λέγει. Εἴπωμεν πάντες ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας ἡμῶν εἴπωμεν, καὶ τὰ λοιπὰ, καὶ μετὰ τὴν ἐκφώνησιν· λέγει ὁ ἱερεὺς, Εἰρήνη πᾶσι· ὁ διάκονος, Τὰς κεφαλὰς ἡμῶν τῷ κυρίῳ κλίνωμεν, καὶ λέγει τὴν εὐχὴν, Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ κλίνας οὐρανούς. Καὶ ἐκφωνεῖ. Εἴη τὸ κράτος τῆς βασιλείας σου εὐλογημένον· καὶ μετὰ τὴν ἐκφώνησιν, ψάλλονται 38 τὰ στιχηρὰ τῆς λιτῆς. ὧν ψαλλομένων εἰσελθὼν ὁ διάκονος, καὶ λαβὼν τὸν θυμιατὸν, καὶ θυμίαμα βαλὼν, καὶ αἰτήσας εὐλογίαν συνήθως, ἐξέρχεται ἅμα τῷ ἱερεῖ διὰ τοῦ βορείου μέρους κεκλεισμένων οὐσῶν τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ προπορευομένων τῶν λαμπάδων, καὶ διελθόντες διὰ τῶν ὡραίων πυλῶν, καὶ μετ' αὐτοὺς πάντες οἱ ἀδελφοὶ, ἵστανται ἐν τῷ νάρθηκι. ψαλλόντων δὲ τῶν ἀδελφῶν, ὁ διάκονος θυμιᾷ πάντας συνήθως· μετὰ δὲ τὴν συμπλήρωσιν τῶν στιχηρῶν, στὰς ἐν τῷ συνήθει τόπῳ λέγει. Σῶσον ὁ θεὸς τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου ἄχρι τέλους· καὶ ψάλλεται τὸ, κύριε ἐλέησον, μ'. Εἶτα πάλιν λέγει. 39 Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων, καὶ θεοφυλάκτων βασιλέων, καὶ ψάλλεται τὸ ἐλέησον, γ'. καὶ πάλιν λέγει. 39 Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ δούλου τοῦ θεοῦ ὁ δεῖνα ἱερομονάχου, καὶ πάσης τῆς ἐν Χριστῷ ἡμῶν ἀδελφότητος, καὶ τὰς λοιπὰς δύο αἰτήσεις, τὴν, Ὑπὲρ τοῦ διαφυλαχθῆναι τὴν ἁγίαν μονὴν ταύτην, καὶ ὑπὲρ πάσης ψυχῆς χριστιανῶν ὀρθοδόξων. εἶθ' οὕτω λέγει ὁ ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσιν. Ὁ διάκονος. Τὰς κεφαλὰς τῷ κυρίῳ κλίνωμεν. καὶ ὁ ἱερεὺς, στραφεὶς πρὸς δυσμὰς ἱσταμένου τοῦ διακόνου ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, κρατοῦντος τὸ ὠράριον τοῖς τρισὶ δακτύλοις τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ, λέγει τὴν εὐχὴν ταύτην μεγαλοφώνως. 40 Δέσποτα πολυέλεε κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ ψαλλομένων τῶν ἀπὸ στίχου στιχηρῶν, προπορευομένων τῶν λαμπάδων, εἰσέρχονται πάντες ἐν τῷ ναῷ.

iuxta sacras fores adoratione præmissa, easque deosculatus ingreditur, & obserantur illæ. Cantato. Lumen iucundum, *dicit Diaconus.* Attendamus. *Et sacerdos,* Pax omnibus. *Et iterum Diaconus,* Sapientia. Attendamus. *Et diei illius propositum cantant: quo completo, egreditur Diaconus, & in solito loco stans, ait.* Dicamus omnes ex tota anima, & ex tota mente nostra: dicamus, *&c. Et post exclamationem dicit sacerdos:* Pax omnibus. *Et Diaconus,* Capita nostra Domino inclinemus. *Et sacerdos dicit Orationem.* Domine Deus noster, qui cælos inclinasti. *Et exclamat.* Benedicta sit regni tui potestas. *Et post exclamationem processionis versus cantantur: iisq; finitis, ingressus Diaconus, thuribulo accepto, thure iniecto, & petita benedictione, sanctis foribus clausis Boreali latere simul cum sacerdote egreditur; & præcedentibus cereis, speciosas portas prætergrediuntur, quos reliqui fratres sequuti stant in vestibulo. Fratres autẽ canentes Diaconus incensat de more, & versibus terminatis in solito loco stans, ait.* Salua Domine populum tuum, & benedic hæreditati tuę. *Ad finem vsque. Et cantatur.* Domine miserere. *Quadragies. Et rursum ait.* Adhuc rogamus pro piissimis, & à Deo custoditis regibus. *Et cantatur ter.* Domine miserere. *Et iterum dicit.* Adhuc rogamus pro remissione peccatorũ serui Dei N. consecrati monachi, & omni nostra in Christo fraternitate: *cum aliis petitionibus, hac maxime.* Vt sacrũ hoc monasterium conseruetur. Pro omni fidelium Christianorum anima, *&c. Deinde sacerdos dicit.* Pax omnibus. *Diaconus.* Capita nostra Domino inclinemus. *Et sacerdos ad Occidentem conuersus stante à dextris eius Diacono, & dextræ tribus digitis stolam tenente, sequentem orationem elata voce profert.* Dominator, valde misericors, Domine Iesu Christe Deus noster. *Et cantatis versibus è versiculis Dauidicis compositis præcedentibus cereis in templum cuncti reuertuntur.*

& candelabra quidem hinc inde, ad disposita mensæ latera deponuntur, in qua cum frumento & quinq; panibus in Ecclesia offerri solitis, appositus est discus: ad disci vero latus vtrinque statuuntur vasa duo: hoc quidem vino, aliud vero oleo plenum: & vinum quidem à sinistris, à dextris autem oleum collocatur. Interim sacerdos speciosas portas penetrat: & finitis Versibus è Versiculis Dauidicis compositis, dicitur. Nũc dimittis. Ter sanctus. *Et post.* Pater noster. *Sacerdos exclamat.* Quia tuum est regnum. *Et diei dimissorium cantatur, si Dominica sit, &* Deipara virgo *vsque tertio: si vero magni alicuius sancti fiat memoria, bis eius Modulus recitatur: & semel;* Deipara virgo. *Si vero Christi Domini, aut Dei genitricis sit festum: festi illius Modulus vsque tertio dicitur. Cantato itaque elata, & lenta voce vltimo Modulo, Diaconus petita primum & obtenta thuris benedictione, cruciformiter panem suffumigat, & deinde superiorem, & iterum panes, ex parte sola anter. ori. Propius autem sacerdote accedente, stat à dextris eius Diaconus, sinistra thuribulum, dextræ vero tribus digitis stolam tenens, & Modulo completo quinque dictos panes stola demonstrans, ait.* Dominũ precemur. *Et sacerdos dicit Orationem.* Domine Iesu Christe, qui quinque panes benedixisti. *Et dicto à fratribus,* Benedicam Dominum. *Ingreditur sacerdos cum Diacono in sanctũ Tribunal, psalmumque absoluunt fratres vsque ad:* Non minuentur omni bono. *E Tribunali autem intus sacerdos exclamat.* Benedictio Domini super nos, eius gratia & humanitate: vbique nunc & semper, & in sæcula sæculorum. *Atque ita sacris vestibus exuuntur, & egrediuntur: & sacra lectione facta, dicit sacerdos.* Sanctorum Patrum nostrorũ precibus. *Et si quidem nulla sit vigilia, post cantatos versus illos è Dauidicis versiculis conflatos, sanctũ Tribunal sacerdos ingreditur, & dicto.* Ter sanctus, *exclamat.* Quia tuum est regnum, & virtus, & gloria. *Et canitur dimissorium. Foris autem Diaconus stans Modulo cantato, exclamat.*

καὶ τὰ μὲν μανουάλια τίθενται παρ' ἑκάτερα τοῦ παρατεθέντος 42 τετραποδίου, ἐν ᾧ κεῖται μετὰ σίτου, καὶ πέντε ἄρτων, δίσκος, ὧν ἔχομεν ἔθος προσφέρειν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. παρ' ἑκάτερα δὲ τοῦ δίσκου, ἀγγεῖα δύο. μεστὰ τὸ μὲν, οἴνου, τὸ δὲ, ἐλαίου. κεῖται δὲ, ὁ μὲν οἶνος ἐξ ἀριστερῶν, τὸ δὲ ἔλαιον ἐκ δεξιῶν. Ο δὲ ἱερεὺς ἅμα τῷ διακόνῳ ἵσταται ἔσωθεν τῶν ὡραίων πυλῶν. πληρωθέντων τῶν ἀπὸ στίχου στιχηρῶν, λέγεται, 43 τὸ, νῦν ἀπολύεις, 44 καὶ τὸ τρισάγιον, καὶ μετὰ τὸ πατὲρ ἡμῶν ἐκφωνεῖ ὁ ἱερεύς. Ὅτι σοῦ ἐστὶν ἡ βασιλεία καὶ ψάλλεται 45 τὸ ἀπολυτίκιον τῆς ἡμέρας. Εἰ μὲν ἐστὶ κυριακὴ, τό. 46 θεοτόκε παρθένε, ἐκ τρίτου, εἰ δὲ ἁγίου μνήμη μεγάλου, 47 τὸ τροπάριον τοῦ ἁγίου ἐκ δευτέρου, καὶ τὸ, θεοτόκε παρθένε ἅπαξ, εἰ δὲ δεσποτικὴ ἑορτὴ, ἢ θεομητορικὴ, καὶ τὸ τῆς ἑορτῆς, ἐκ τρίτου. ψαλλομένου οὖν τοῦ τελευταίου ἀπολυτικίου μεγαλοφώνως καὶ ἀργῶς. Ο διάκονος πρότερον εὐλογίαν αἰτήσας ἐπὶ τῷ θυμιάματι παρὰ τοῦ ἱερέως καὶ λαβὼν, θυμιᾷ κύκλωθεν τὸν ἄρτον σταυροειδῶς, εἶτα τὸν ἡγούμενον καὶ πάλιν τοὺς ἄρτους ἔμπροσθεν μόνον. πλησιάζοντος δὲ τοῦ ἱερέως ἵσταται παρὰ τὸ δεξιὸν αὐτοῦ μέρος ὁ διάκονος, κρατῶν τῇ μὲν ἀριστερᾷ χειρὶ τὸ θυμιατὸν, τοῖς δὲ τρισὶ δακτύλοις τῆς δεξιᾶς τὸ ὠράριον, καὶ πληρωθέντος τοῦ τροπαρίου δεικνύων μετὰ τοῦ ὠραρίου τοὺς πέντε ἄρτους λέγει. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν, ὁ δὲ ἱερεὺς, λέγει τὴν εὐχήν. 48 Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ εὐλογήσας τοὺς πέντε ἄρτους, καὶ λεγομένου παρὰ τῶν ἀδελφῶν, τοῦ. Εὐλογήσω τὸν κύριον, εἰσέρχεται ὁ ἱερεὺς ἅμα τῷ διακόνῳ, εἰς τὸ ἅγιον βῆμα. λέγουσι δὲ τὸν ψαλμὸν οἱ ἀδελφοὶ, μέχρι τοῦ, οὐκ ἐλαττωθήσονται παντὸς ἀγαθοῦ. ὁ δὲ ἱερεὺς, ἔνδοθεν τοῦ ἁγίου βήματος ἐκφωνεῖ. Εὐλογία κυρίου ἐφ' ἡμᾶς, τῇ αὐτοῦ χάριτι, καὶ φιλανθρωπίᾳ πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, καὶ οὕτω ἐκδύονται τὰς ἱερατικὰς στολὰς, καὶ ἐξέρχονται, καὶ 49 γινομένης ἀναγνώσεως, λέγει ὁ ἱερεὺς στίχον. 50 Δι' εὐχῶν τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν. Εἰ μέντοι οὐκ ἔχει ἀγρυπνίαν μετὰ τὴν τῶν ἀπὸ στίχου στιχηρῶν συμπλήρωσιν, ὁ μὲν ἱερεὺς εἰσέρχεται ἐντὸς τοῦ ἁγίου βήματος, καὶ μετὰ τὸ τρισάγιον, ἐκφωνεῖ. Ὅτι σοῦ ἐστὶν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα. Καὶ ψάλλεται τὸ ἀπολυτίκιον, ὁ δὲ διάκονος, ἔξωθεν ἱστάμενος μετὰ τὸ τρισάγιον ἐκφωνεῖ.

Εὐλόγησον. καὶ ὁ ἱερεὺς ἔνδοθεν. Ὁ ὢν εὐλογητὸς Χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν, πάντοτε νῦν, καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Καὶ ψάλλουσι, 51 τό, στερεώσαι ὁ θεὸς τοὺς βασιλεῖς. καὶ ὁ ἱερεὺς λέγει ἡσύχῳ φωνῇ. 52 Ὑπεραγία θεοτόκε σῶσον ἡμᾶς. οἱ ἀδελφοί. 53 Τὴν τιμιωτέραν. καὶ πάλιν ὁ ἱερεὺς, ἡσύχως. δόξα σοι ὁ θεὸς ἡ ἐλπὶς ἡμῶν, δόξα σοι, καὶ λέγουσιν οἱ ἀδελφοί, δόξα καὶ νῦν. κύριε εὐλόγησον. ὁ δὲ ἱερεὺς ἀνοίξας τὰ ἅγια θύρια, χαλάσας τε τὸ φελώνιον, ἱσταμένου τοῦ διακόνου ἔξωθεν ἐκ δεξιῶν, καὶ τὸ ὠράριον κρατοῦντος συνήθως, λέγει τὴν ἀπόλυσιν ταύτην. Χριστὸς ἀληθινὸς θεὸς ἡμῶν, ταῖς πρεσβείαις τῆς παναχράντου αὐτοῦ μητρὸς, τῶν ἁγίων ἐνδόξων, καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, καὶ πάντων τῶν ἁγίων, ἐλεήσαι καὶ σώσαι ἡμᾶς ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος. Εἰ δὲ δεσποτικὴ ἑορτή ἐστι, ποιεῖ τὴν ἀπόλυσιν καταλλήλως τῇ ἑορτῇ, εἰ δὲ μεγάλου τινὸς ἁγίου μνήμη, 54 ἐκφωνεῖ ἐν τῇ ἀπολύσει, καὶ τὸ τοῦ ἁγίου ὄνομα. 55 Εἰ μέντοι ἐστὶ λιτὴ, μετὰ τὴν ἀπόλυσιν, λαβὼν ὁ διάκονος τὸν θυμιατὸν, ἐξέρχεται ἅμα τῷ ἱερεῖ, λαμπάδων προπορευομένων, καὶ γίνεται ἀπαραλλάκτως, καθὼς προεγράφη ἐν τῷ μεγάλῳ ἑσπερινῷ.

56 Εἰς τὸν ὄρθρον, εἰ μὲν ἀγρυπνία ἐστὶ μετὰ τὸ τέλος τῆς ἀναγνώσεως, εὐθὺς ὁ προεστὼς, ἢ ὁ ταχθεὶς μοναχὸς λέγει τὸν ἑξάψαλμον. Εἰ δὲ οὐκ ἔστιν ἀγρυπνία, ἔστι δὲ κυριακή, ψάλλεται ὁ τριαδικὸς κανών. καὶ εἰς τὸ τέλος τὸ, ἄξιόν ἐστιν ὡς ἀληθῶς. 57 Ἰστέον ὅτι 58 ἐν τῷ μεσονυκτικῷ, ἔξω τῶν ἁγίων θυρῶν γίνεται 59 ἡ μεγάλη ἐκτενὴ, καὶ ὁ ἱερεὺς ἱστάμενος ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν, ποιεῖ ἐκτενῆ μεγάλην, ὑπὲρ τοῦ διαφυλαχθῆναι τὴν πόλιν ταύτην, καὶ ψάλλεται τὸ, κύριε ἐλέησον μ'. καὶ γίνεται ἀπόλυσις· καὶ τίθεται ἀνάγνωσις. Ὁ δὲ ἱερεὺς εἰσελθὼν ἐν τῷ ἁγίῳ βήματι, καὶ βαλὼν ἐπιτραχήλιον, ἀνοίξας 60 τὸ βημόθυρον μόνον, ἐκφωνεῖ. Εὐλογητὸς ὁ θεὸς ἡμῶν, πάντοτε, νῦν, καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. καὶ ψάλλεται τὸ τρισάγιον, καὶ οἱ συνήθεις ψαλμοὶ, καὶ πάλιν τὸ τρισάγιον. Ὁ δὲ ἱερεὺς θυμιᾷ, τούτων ψαλλομένων, τό τε ἱερατεῖον, καὶ τὸν ναὸν ἅπαντα, ἐξερχόμενος ἀπὸ τοῦ βορείου κλίτους, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς,

Benedic. *Et sacerdos intus.* Christus qui benedictus est, vbique nunc, & semper: & in sæcula sæculorum. *Et deinceps,* Confirma Deus reges, *canitur. Et submissa voce sacerdos dicit.* Deipara super omnes sancta, salua nos. *Fratres cantant.* Præ Angelis venerandam. *Sacerdos iterum submisse.* Gloria tibi Deus spes nostra, gloria tibi. *Dicuntque fratres.* Gloria. Et nunc. Domine, benedic. *Sacerdos autem sanctis portis reseratis, & casula demissa, Diacono etiam stante foris à dextris, & de more stolam apprehendente, dimissionem hanc pronunciat.* Christus verus Deus noster, precibus illibatæ suæ matris, sanctorum gloriosorum & percelebrium Apostolorum, & omnium sanctorum, misereatur, & saluet nos, vt propitius & clemens. *Si verò Domini festus dies celebretur, dimissionem festo congruam facit: si autem præcipui sancti festum sit, in dimissione nomen illius pronunciat. Si procedendo supplicatio habenda est, facta dimissione, Diaconus simul cum sacerdote cereis præcedentibus, & assumpto thuribulo egreditur, & nihilo immutato, prout in solemnibus præscriptum est vesperis, absoluitur officium.*

In laudibus vero, si vigilia præcesserit, lectione ad finem deducta, confestim superior, aut ordinatus ad hoc Monachus, sex psalmos recitat: si nulla fuerit vigilia, Dominica vero dies sit, Canon in Trinitatis laudem cantatur; cuius fini additur. Vere dignum est. *Sciendum autem in Matutinis extra sacras fores deprecationem Protensam fieri: eamque sacerdos coram dictis foribus stans absoluit.* Vt conseruetur ciuitas hæc: *Et,* Domine miserere: *quadragies canitur; & fit dimissio: & incipit lectio. Sacerdos autem sanctum Tribunal ingressus assumpta stola, solaque Tribunalis porta reserata, exclamat.* Benedictus Deus noster, vbique nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. *Et canitur,* Ter sanctus: *cum psalmis solitis, & iterum,* Ter sanctus. *Sacerdos autem porta Boreali egressus, sacrarium, templumque totum, & fratres,*

& Vestibulum suffumigat: & ad vtrumque. Ter sanctus, *dicto*, Pater noster; *subdit:* Quia tuum est regnum & potestas. *Aduertant porro qui canunt, & qui incensat, vt cum exclamationes habet, coram imagine Christi reperiatur. Toto vero templo suffumigato, & consuetis decantatis Modulis, intus è sacro Tribunali sacerdos exclamat.* Gloria sanctæ, & consubstantiali, & viuificæ, & indiuiduæ, Trinitati. *Et continuo superior, aut iussus quiuis Monachus sex laudum psalmos percurrit. Cum autem inceperit:* Domine Deus salutis meæ, *secedit sacerdos, & coram sacris foribus nudo capite stat: & secreto auroræ pronuntiat orationes: & post laudum sex psalmos, magnam collectam profert: atque ita canitur.* Deus Dominus: *& reliquum de more officium. In vniuscuiusque porro sessionis fine paruam collectam sacerdos recitat, & in prima quidem sessione exclamat.* Quia tua est potentia, & tuum est regnum, & tua est virtus. *In secunda vero.* Quia bonus & hominum amator Deus existis. *Post psalmum autem* (139.) Valde misericordem, *vel* (118. *dictum*) Immaculatum. Quia benedictum & glorificatum est venerandum & magnificum nomen tuum. *Cantatisque Gradualibus comite Diacono sanctum Tribunal sacerdos ingreditur, & benedicta ab eo Dalmatica, consueto more Diaconus induitur: parique ratione stola & casula ornat se sacerdos: terminatisque antiphonis, festi, vel Dominicæ propositum canitur: Post hæc, dicit Diaconus.* Dominum precemur. *Exclamatque sacerdos.* Quia sanctus es Deus noster, & in sanctis requiescis, & tibi gloriam referimus. *Et cantatur.* Omnis spiritus. *Et deinde Diaconus.* Sapientia. Recti Audiamus sanctum Euangelium. *Sacerdos.* Pax omnibus. *Et statim subinfert.* Euangelii secundum talem lectio. *Et populus.* Gloria tibi Domine, gloria tibi. *Diaconus.* Attendamus. *Et decurrit sacerdos Euangelium. Eoque lecto cantant fratres,* Resurrectionem Christi contemplati. (*Si videlicet Dominica fuerit*) *& voce suaui psalmum quinquagesimũ.*

καὶ τὸν νάρθηκα, ἐκφωνεῖ τε καὶ εἰς τὰ δύο τρισάγια, μετὰ τὸ, πάτερ ἡμῶν, τὸ, ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις. Ὀφείλουσι δὲ ἔχειν ἀκρίβειαν οἱ ψάλλοντες, καὶ ὁ θυμιῶν, ἵνα ὅταν λέγει τὰς 61 ἐκφωνήσεις, εὑρίσκονται ἔμπροσθεν τῆς εἰκόνος τοῦ Χριστοῦ μετὰ δὲ τὸ θυμιᾶσαι ἅπαντα τὸν ναὸν, πληρωθῆναι τε καὶ τὰ συνήθως ψαλλόμενα ἐξαπόστειλα ἔνδοθεν τοῦ ἁγίου βήματος, ἐκφωνεῖ ὁ ἱερεὺς, τὸ, δόξα τῇ ἁγίᾳ, καὶ ὁμοουσίῳ, καὶ ζωοποιῷ, καὶ ἀδιαιρέτῳ τριάδι, καὶ εὐθὺς ὁ προεστὼς, ἢ ὁ προσταχθεὶς μοναχὸς, λέγει τὸν 62 ἑξάψαλμον. Ὅταν δὲ ἄρξηται τοῦ· κύριε ὁ θεὸς τῆς σωτηρίας μου, ὑπέρχεται ὁ ἱερεὺς, καὶ ἵσταται ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν ἀσκεπὴς, καὶ λέγει μυστικῶς τὰς ἑωθινὰς εὐχάς· μετὰ δὲ τὴν συμπλήρωσιν τοῦ ἑξαψάλμου, λέγει τὴν μεγάλην συναπτὴν, καὶ οὕτω ψάλλεται τὸ, θεὸς κύριος, 63 καὶ ἡ λοιπὴ ἀκολουθία ὡς συνήθως. εἰς ἑνὸς δὲ ἑκάστου συμπλήρωσιν 64 καθίσματος, ποιεῖ ὁ ἱερεὺς μικρὰν συναπτὴν, καὶ ἐκφωνεῖ, εἰς μὲν τὸ πρῶτον κάθισμα Ὅτι σὸν τὸ κράτος, καὶ σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις· εἰς δὲ τὸ β΄. Ὅτι ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος θεὸς ὑπάρχεις. 65 μετὰ δὲ τὸν πολυέλεον, ἢ τὸν ἄμωμον. Ὅτι ηὐλόγηται καὶ δεδόξασται τὸ πάντιμον καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου. Τῶν δὲ ἀναβαθμῶν ψαλλομένων, εἰσέρχεται ὁ ἱερεὺς ἅμα τῷ διακόνῳ ἐντὸς τοῦ ἁγίου βήματος, καὶ εὐλογήσαντος τοῦ ἱερέως τὸ στιχάριον, ἐνδύεται τοῦτο ὁ διάκονος συνήθως, ὁμοίως καὶ ὁ ἱερεὺς ἐνδύεται ἐπιτραχήλιον, καὶ φελώνιον, καὶ μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῶν ἀντιφώνων, ψάλλεται τὸ προκείμενον τῆς ἑορτῆς, ἢ τῆς κυριακῆς· καὶ μετὰ τοῦτο λέγει ὁ διάκονος, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Καὶ ἐκφωνεῖ ὁ ἱερεὺς. Ὅτι ἅγιος ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ ἐν ἁγίοις ἐπαναπαύῃ, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν· καὶ ψάλλεται, τὸ πᾶσα πνοή· ἔπειτα ὁ διάκονος. σοφία. ὀρθοὶ ἀκούσωμεν τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου, ὁ ἱερεὺς. Εἰρήνη πᾶσι, καὶ 66 εὐθὺς ἐπιφέρει, ἐκ τοῦ κατὰ τόνδε ἁγίου εὐαγγελίου τὸ ἀνάγνωσμα. καὶ ὁ λαὸς, δόξα σοι, κύριε, δόξα σοι, ὁ διάκονος πρόσχωμεν. καὶ ἀναγινώσκει ὁ ἱερεὺς τὸ εὐαγγέλιον, οὗ πληρωθέντος ψάλλουσιν οἱ ἀδελφοὶ, ἀνάστασιν Χριστοῦ θεασάμενοι, εἰ ἐστὶν κυριακὴ δηλονότι, καὶ τὸν πεντηκοστὸν μετὰ [illegible] [illegible]

ὁ δὲ ἱερεὺς χαλάσας τὸ φελώνιον καὶ βαστάζων τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον ἔμπροσθεν τοῦ στήθους, ἐξέρχεται, καὶ ἵσταται εἰς τὴν μέσην τοῦ ναοῦ, καὶ ὁ ἀναγνώστης ἢ ὁ εὐταξίας, ἵσταται δεξιόθεν αὐτοῦ, κατέχων μανουάλιον μετὰ λαμπάδος ἡμμένης, καὶ γίνεται 67 ὁ ἀσπασμὸς τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου, παρὰ τῶν ἀδελφῶν συνήθως. Ἐν ἄλλῃ δὲ ἑορτῇ οὐ γίνεται ὁ ἀσπασμὸς εἰ μὴ μόνον ἐν κυριακῇ. οὗ πληρωθέντος, ψάλλεται τὰ συνήθη ὑπάκεια. καὶ ἐξερχόμενος ὁ διάκονος, ἵσταται ἐν τῷ συνήθει τόπῳ, καὶ λέγει μεγαλοφώνως. Σῶσον ὁ θεὸς τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου. ἐπίσκεψαι τὸν κόσμον σου ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς, ὕψωσον κέρας χριστιανῶν ὀρθοδόξων, καὶ κατάπεμψον ἐφ' ἡμᾶς τὰ ἐλέη σου τὰ πλούσια, πρεσβείαις τῆς παναχράντου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, τῇ δυνάμει τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, προστασίαις τῶν τιμίων ἐπουρανίων δυνάμεων ἀσωμάτων. καὶ ψάλλεται τό, κύριε ἐλέησον ιβʹ, καὶ οὕτως ἐκφωνεῖ ὁ ἱερεύς. Ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ. Τῶν δὲ κανόνων ψαλλομένων, ὁ μὲν ἱερεὺς ἐξέρχεται, καὶ ἵσταται ἐν τῷ δεξιῷ χορῷ, εἰς τὸν συνήθη τόπον. ὁ δὲ διάκονος λαβὼν πρότερον εὐλογίαν ἐπὶ τῷ θυμιάματι, θυμιᾷ πρῶτον τὸ ἱερατεῖον ἅπαν. εἶτα ἐξέρχεται διὰ τοῦ βορείου κλίτους, καὶ χαράττει σταυρὸν, ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν· καὶ θυμιᾷ, πρῶτον τὰς εἰκόνας τὰς ἐν τῷ δεξιῷ μέρει ἱσταμένας πάσας, καὶ ἀπέρχεται 68 εἰς τὸ σίγνον τῆς μονῆς, καὶ χαράξας ἐν αὐτῷ σταυρὸν, στρέφεται πρὸς δυσμάς· καὶ στὰς ἐν τῷ μέσῳ τοῦ ναοῦ, χαράττει σταυρὸν, καὶ ἀπέρχεται καὶ θυμιᾷ, πρῶτον τὴν εἰκόνα τὴν εἰς τὸ στασίδιον τοῦ προεστῶτος ἱσταμένην, εἶτα τὸν προεστῶτα, καὶ καθεξῆς τοὺς ἀδελφοὺς τοῦ δεξιοῦ χοροῦ· μετὰ δὲ τὸ θυμιᾶσαι πάντας τοὺς χορούς, ἵσταται εἰς τὸ μέσον τοῦ χοροῦ, καὶ βλέπων πρὸς νότον, ποιεῖ σταυρόν. θυμιῶν δὲ, καὶ προσκυνεῖται παρ' ὧν θυμιᾷ καὶ ἀντιπροσκυνεῖ μικρόν· μετὰ δὲ τὸ ποιῆσαι τὸν σταυρὸν, ἀπέρχεται, εἰς τὸν δεξιὸν χορόν· καὶ θυμιάσας ἐκεῖ τὰς ἁγίας εἰκόνας, θυμιᾷ καὶ τοὺς ἀδελφούς. ἄνωθεν ἀρχόμενος ἀπὸ τῶν εἰκόνων, καὶ ἀπερχόμενος ὡς πρὸς τὰς ὡραίας πύλας, προσκυνούμενος ὁμοίως καὶ ἀντιπροσκυνῶν μικρόν. πληρώσας δὲ κἀκεῖνον τὸν χορὸν, πάλιν ἵσταται εἰς τὸ μέσον, βλέπων πρὸς ἄρκτον, καὶ ποιῶν σταυρὸν, ἐξέρχεται εἰς τὸν νάρθηκα, καὶ θυμιάσας κἀκεῖσε πάντας, εἰσέρχεται διὰ τῶν ὡραίων πυλῶν, καὶ χαράξας σταυρὸν κατ' ἀνατολάς, θυμιᾷ τὸν προεστῶτα· καὶ πάλιν εἰς τὸ μέσον χαράττει σταυρὸν, καὶ θυμιάσας τὰς ἁγίας εἰκόνας, εἰσέρχεται καὶ ἀποτίθησι τὸ θυμιατόν· ἐξερχόμενος προσκυνεῖ καὶ μικρὸν τὸν προεστῶτα μακρόθεν, καὶ ἵσταται εἰς τὸν συνήθη τόπον. μετὰ δὲ τὸ τέλος τῆς γʹ. ᾠδῆς λέγει ὁ διάκονος. Ἔτι καὶ ἔτι ἐν εἰρήνῃ, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν, ἀν-

Sacerdos vero casulâ demissâ sanctum Euangelium in pectore deferens egreditur, & in medio templi stat, & ab eius dextris lector, aut à cæremonijs, candelabrum cum cereo accenso tenet, & pro more fit sancti Euangelij salutatio. In alio porro festo omittitur, nisi forte in dominica. Hoc peracto consueti modali cantentur. Et egressus Diaconus in proprio sibi loco consistit, & elata voce, ait Salua Deus populum tuum, & benedic hæreditati tuæ. Visita orbem tuum in misericordiâ & miserationibus, fidelium Christianorum cornu exalta, & abundantes tuas misericordias ad nos mitte: precibus illibatæ dominæ nostræ Deiparæ & semper Virginis Mariæ, virtute pretiosæ & viuificæ crucis, protectione venerandarum, cœlestium, incorporearum virtutum. *Et cantatur*, Domine miserere, *duodecim vicibus, & exclamat Sacerdos.* Misericordia, & miserationibus, & humanitate. *Canonibus porro cantatis egressus Sacerdos, in dextro choro stat loco sibi proprio, diaconus thuris prius accepta benedictione, sacrarium totum thurificat & porta boreali progressus, coram sacris foribus thuribulo crucem efformat: & suffumigatis primo cunctis a dextris pictis imaginibus ad signum Monasterij patronum vadit, versusque illud cruce efformata: ad occidentem conuersus, & in medio templo stans ibi rursum cruciformiter incensat: & vltra progressus prius suffumigat imaginem superioris sedili appensam, mox superiorem ipsum, deinceps chori dextri Fratres. Vtroque autem choro incensato, in medio stans, & ad meridiem conuersus, crucem efformat. Dum vero suffumigat, reuerentiam exhibent suffumigati, & vicissim paululum inclinatus honorem rependit. Facta autem vltimâ hac cruce, ad dextrum chorum secedit, & imaginibus ibi positis thure honoratis, eedem etiam, à sanctis imaginibus facto initio, Fratres lustrat, ad speciosas vsque portas digressus, cunctique illum venerantur, & ipse vicissim aliquali veneratione alibs excipit. Peracto ritu circa hunc chorum, rursum in medio consistit respiciens ad Boream, & cruce efformata, ad Vestibulum progreditur, & omnibus ibidem suffumigatis, iterum speciosis portis introgressus, cruce ad orientem expressa, Superiorem incensat, & iterum cruce in medio efformatâ, & sacris imaginibus thure exceptis, intrat in sacrarium, & thuribulo deposito, foras egressus Superiorem à longe veneratur, & consueto stat loco. Completo autem tertio cantico, dicit Diaconus.* Adhuc & iterum in pace

Dominũ precemur. Suscipe, salua, misere. Sanctissimæ illibatæ, super omnes benedictæ! *Et exclamat Sacerdos.* Quia tu es Deus noster, & tibi gloriam rependimus: Patri, & Filio, & sancto Spiritui, nunc & semper & in sæcula sæculorum. *Et sexto cantico terminato proter sum orationem minorem habet sacerdos, stans nudo capite è regione sacrarum valuarum: & exclamat.* Tu enim es rex pacis, & tibi gloriam referimus. *In noni autem fine, Sacerdos cum diacono factâ superiori veniâ, sanctum Tribunal subintrat, & consueto more induitur. Octauo autem ad finem deducto, sonora voce cantat diaconus.* Deiparam & lucis matrem in hymnis celebremus. *Et per versus recitatur.* Præ Angelis veneranda. *Sin vero, initium Tractus noni cantici diei festi occinit: atq; ita egressus solito sibi loco consistit, & thure, vt moris est cunctos excipit: Diaconus autem reuersus proprium tenet locum. Post nonum autem canticum prolatâ à Diacono parua Collecta: sacerdos exclamat.* Quia te laudant omnes cœlorum virtutes, & tibi gloriam referunt. *Et Hymno,* Gloria in excelsis *incepto sacerdos sacrum Tribunal subit; eo vero finito Diaconus dicit.* Matutinam nostram supplicationem domino terminemus, *& reliqua. Et confestim sacerdos dicit.* Pax omnibus *Diaconus.* Capita nostra Domino inclinemus. *Et sacerdos secreto orationem subiungit.* Domine qui in excelsis habitas: *& exclamat.* Tuum est enim misereri & saluare. *Diaconus* Sapientia. *Sacerdos.* Qui est benedictus Christus Deus noster, vbique. *Et canitur.* Confirma Deus reges. *Sacerdos.* Deipara super omnes sancta, salua nos. *Et canitur.* Præ cunctis veneranda. *Deinde iterum dicit.* Gloria tibi Christe Deus spes nostra, gloria tibi. *Et fit dimissio: si dominica fuerit, his verbis.* Qui surrexit à mortuis, precibus illibatæ suæ matris sanctorum gloriosorum & percelebrium Apostolorum, & omnium sanctorum misereatur, & saluet nos, vt benignus & clemens. *Si Christi Domini festum fuerit, aut celebris alicuius sancti, sanctum oleum datur, hoc pacto: omnibus iuxta sancti imaginem quæ exponitur adoranda, conuenientibus & canentibus, Diaconus in circuitu suffumigat, imagini sancti & deinde superiori prius hoc honore delato: Sacerdos autem è latere imaginis stans vnctorium tenet, & accedentes in fronte vnctos benedicit: cumque cuncti fuerint vncti, exclamat.* Exaudi nos saluator noster, spes omnium finium terræ, &

ἐλέησον, σῶσον, ἐλέησον. Τῆς παναγίας, ἀχράντου ὑπερευλογημένης, καὶ ἐκφωνεῖ ὁ ἱερεύς. Ὅτι σὺ εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. καὶ μετὰ τὴν ἕκτην, ποιεῖ ὁ ἱερεὺς ἐκτενῆ μικρὰν ἱστάμενος ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν ἀσκεπής, καὶ ἐκφωνεῖ. Σὺ γὰρ εἶ ὁ βασιλεὺς τῆς εἰρήνης καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν. Εἰς δὲ τὴν ἐννάτην, ποιεῖ μετάνοιαν ὁ ἱερεὺς ἅμα τῷ διακόνῳ τῷ προεστῶτι, καὶ εἰσέρχονται ἐντὸς τοῦ βήματος, καὶ ἐνδύεται συνήθως. τῆς δὲ ὀγδόης πληρωθείσης, ψάλλει ὁ διάκονος μεγαλοφώνως. Τὴν θεοτόκον καὶ μητέρα τοῦ φωτὸς ἐν ὕμνοις μεγαλύνομεν. καὶ στιχολογεῖται, ἡ τιμιωτέρα, εἰ δὲ μὴ ψάλλει τὴν ἀρχὴν τοῦ εἱρμοῦ τῆς ἐννάτης τῆς ἑορτῆς. καὶ οὕτως ἐξερχόμενος ἵσταται ἐν τῷ συνήθει τόπῳ. ὁ δὲ διάκονος θυμιᾷ πάντας συνήθως, καὶ ὑποστρέψας ἵσταται ἐν τῷ τεταγμένῳ τόπῳ. μετὰ δὲ τὴν θ'. ποιεῖ ὁ διάκονος μικρὰν συναπτήν. καὶ ἐκφωνεῖ ὁ ἱερεύς. Ὅτι σὲ αἰνοῦσι πᾶσαι αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν. καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπουσι. 69 τῆς δὲ δοξολογίας ἀρχομένης εἰσέρχεται ὁ ἱερεὺς ἐντὸς τοῦ ἁγίου βήματος, ὁ δὲ διάκονος, ταύτης πληρωθείσης λέγει. Πληρώσωμεν τὴν ἑωθινὴν δέησιν ἡμῶν τῷ κυρίῳ, καὶ τὰ λοιπά. Καὶ εὐθὺς λέγει ὁ ἱερεὺς, εἰρήνη πᾶσιν. ὁ διάκονος. Τὰς κεφαλὰς ἡμῶν τῷ κυρίῳ κλίνωμεν. Καὶ ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχὴν μυστικῶς. Κύριε ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν. καὶ ἐκφωνεῖ. Σὸν γάρ ἐστι τὸ ἐλεεῖν καὶ σώζειν, Χριστὲ ὁ θεός. ὁ διάκονος. Σοφία. ὁ ἱερεύς. Ὁ ὢν εὐλογητὸς Χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν πάντοτε. καὶ ψάλλεται τὸ, στερεώσαι ὁ θεὸς τοὺς βασιλεῖς. ὁ ἱερεύς. Ὑπεραγία θεοτόκε σῶσον ἡμᾶς· καὶ ψάλλεται, ἡ τιμιωτέρα. εἶτα πάλιν λέγει. δόξα σοι Χριστὲ ὁ θεὸς, ἡ ἐλπὶς ἡμῶν, δόξα σοι. καὶ γίνεται ἀπόλυσις. 70 εἰ μὲν ἐστι κυριακή· Ὁ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, ταῖς πρεσβείαις τῆς παναχράντου αὐτοῦ μητρὸς, τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, καὶ πάντων τῶν ἁγίων, ἐλεήσαι καὶ σῶσαι ἡμᾶς, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος. Εἰ μὲν ἐστι δεσποτικὴ ἑορτὴ, ἢ μεγάλου ἁγίου μνήμη, 71 δίδοται καὶ τὸ ἅγιον ἔλαιον, οὕτως. πάντων συναγομένων 72 πλησίον τῆς εἰκόνος τοῦ προσκυνήματος καὶ ψαλλόντων, ὁ μὲν διάκονος θυμιᾷ κύκλῳ, ἀπὸ τοῦ προεστῶτος ἀρξάμενος, πρότερον θυμιάσας τὴν εἰκόνα τοῦ ἁγίου. ὁ δὲ ἱερεὺς ἱστάμενος πλαγίως τῆς εἰκόνος, κατέχων ἀλειπτήριον, χρίει τοὺς προσιόντας ἐν τῷ μετώπῳ, καὶ εὐλογεῖ. ὅταν δὲ χρισθῶσι πάντες, ἐκφωνεῖ. Ἐπάκουσον ἡμῶν ὁ θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς, καὶ τῶν

69 70 71 72

ἐν θαλάσσῃ μακράν· καὶ ἵλεως ἵλεως γενοῦ ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, καὶ ἐλέησον ἡμᾶς· καὶ ἐκφωνεῖ. Ἐλεήμων γὰρ καὶ φιλάνθρωπος θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Εἰρήνη πᾶσι· ὁ διάκονος. Τὰς κεφαλὰς ἡμῶν τῷ κυρίῳ κλίνωμεν. καὶ κρατοῦντος τοῦ διακόνου τὸ ὠράριον, ὡς ἔθος, λέγει ὁ ἱερεὺς χαλάσας τὸ φελόνιον τὴν εὐχὴν ταύτην· Ζήτει ταῦτα εἰς τὴν λιτήν. Δέσποτα κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν διὰ πρεσβειῶν τῆς πανυπερευλογημένης ἐνδόξου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. Κατὰ δὲ τὴν ἑορτὴν τοῦ εὐαγγελισμοῦ τῶν βαΐων, καὶ τῆς λαμπρᾶς κυριακῆς τοῦ πάσχα, γίνονται ἔξω τῆς μονῆς, καὶ γὰρ ἐν αὐταῖς ὁμοίως τῇ προγραφείσῃ λιτῇ. γίνονται καὶ ἁγιασμοὶ τῶν φώτων καὶ ἀφ' ἑσπέρας καὶ πρωΐ, καὶ κατὰ τὴν πρώτην τοῦ Αὐγούστου, ἔνθα ὁ διάκονος 73 βαστάζων τὸν σταυρὸν ἐξέρχεται τοῦ ἱερέως ἐφεπομένου· καὶ θυμιᾷ ὁ διάκονος. λέγει δὲ μόνον ἐν ταῖς εὐχαῖς τοῦ κυρίου δεηθῶμεν· ὁ ἱερεὺς ποιεῖ πάντα καθὼς ἐστὶν ἔθος, 74 καὶ ἐν τοῖς τυπικοῖς εἰσὶ γεγραμμένα.

Τέλος τῆς διατάξεως τῆς ἱεροδιακονίας.

eorum qui sunt in mari longe, & propitius propitius esto peccatis nostris, & miserere nostri. *Et exclamat.* Misericors enim & hominum amator existis, & tibi gloriam referimus, Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper & in sæcula sæculorum. Pax omnibus. *Diaconus.* Capita nostra Domino inclinemus. *Et Diacono pro more sibi consueto stolam suam apprehendente, sacerdos demissa casula dicit orationem, in supplicationibus quærendam.* Dominator Domine Iesu-Christe, Deus noster, precibus super omnes benedictæ gloriosæ dominæ nostræ Deiparæ, & semper Virginis Mariæ. *Festis vero diebus Annunciationis, in Ramis Palmarum, splendidæ Paschatis Dominicæ fiunt hæc extra Monasterij claustra, & peraguntur cuncta iuxta seriem in præscriptâ supplicatione positam, consecratur & aqua benedicta die Epiphaniæ, & vespere, & mane: idemque primâ Augusti celebratur, aquâ Diaconus subsequente sacerdote crucem deferens procedit, & thus adolet ipse: & in orationibus dicit solummodo.* Dominum precemur. *Et sacerdos cuncta de more peragit, prout in Rubricis præscriptum legimus.*

Finis seriei sacri Ministerij.

IN ORDINEM SACRI MINISTERII NOTÆ.

1 ΔΙΑΤΑΞΙΣ.] Quanquam volumen præsens, sub Εὐχολογίου titulo nonnisi εὐχῶν συλλογὴν, *precum seriem, Orationumque collectionem* promittat; partes tamen eius quælibet, εὐχῆς insigne nequaquam præ se ferunt; quandoquidem ex illis, hæ τάξεως, nonnullæ διατάξεως, aliæ denique ἀκολουθίας, appellationem proprio sibi iure promeruerunt. Quarum titulus est, τάξις, illæ *ordinem seriemque rituum Ecclesiasticorum* ostentant: διατάξεις sonant νομικὸν quid, *edicta* nempe *sanctionesque maiorum*, à quibus τάξεις ritus, miro quodam ordine in Ecclesiam sunt inducti, vel restituti: & tandem ἀκολουθία preces ipsas, & officia, quorum partes bene disposito & ordinato nexu inter se cohærent, seque consequuntur; quasi hac ratione *sequentia* vel *sequela* dicerentur, manifestat.

2 Ἱεροδιακονίας.] Commutarunt recentiores codices διακονικοῦ vocem, hîc ab antiquis scriptam, in hanc aliam modernam magis, ἱεροδιακονίας: duplicemque eorum nomine, mutationis huius profero rationem. Primam, quod cum in Monasteriis accuratiori cultu, & solemniori apparatu, quam in aliis Ecclesiis persoluant officia Græci; cumq; *Diaconos Monachos* ministeriis sacris inseruientes, vt Deo, sacris votorũ obsequiis dicatos ἱεροδιακόνους (sicut *Presbyteros Monachos* ἱερομονάχους) vocitare sint assueti: hi ritus exinde, quasi à Monachis Diaconis diligentius exculti, & obseruati, non iam διατάξεις διακονικοῦ, sed potius ἱεροδιακονίας sunt appellati. Alia causa est, quod cum ministerio quouis communi vel prophano defungens, potuerit olim nuncupari διάκονος, vt tamen Ecclesia ministeriis suis sacris deputatos significet, διακόνου vocem sibi reseruatam esse voluit: ad illa vero officia legitime obeunda cum ab Episcopis consecrentur, hinc illi vt in sacris occupandi, ἱεροδιάκονοι, & actiones sacræ, quibus defunguntur ἱεροδιακονίας nomen sibi compararunt. Relictâ itaque διακονικοῦ voce quasi nimis amplâ; vt quæ vestes, ministeria, verba, locum, cuncta denique ad Diaconum spectantia complectatur (διακονικὰ namque etiam sunt, quæ Diaconus in Ecclesiâ recitat, & ἔχειν χώραν ἐν διακονικῷ, *locum habere in Diaconico*, dixit Synodus Laodicæna de Diaconorum loco & consessu) conijcio Ecclesiæ Græcæ præfectos, ἱεροδιακονίας dictionem, vt propriam magis & congruam, eius loco substituisse.

3 Φιλοθέ.] Huius διατάξεως ordinis & ritus, non author (à suis enim Græcis antiquarum cærimoniarum tenacibus & studiosis sectatoribus minimè receptus fuisset) sed scriptor, est Philotheus, inter Patriarchas Constantinopoleos, nouæ Romæ, centesimus vigesimus primus, secundum Onuphrium in Chronico. Vixit is sub Ioanne Palæologo Andronici Iunioris filio, vt testatur quædam eius oratio de cruce, in quâ, φυλάττομεν, inquit, τὴν καλὴν παρακαταθήκην τὸν νέον ἡμῶν βασιλέα, μηδένα μὴ ἀδικήσαντα· τὸν ἐκ πατρὸς, καὶ πάππου, καὶ προπάππου τὴν βασιλείαν δεξάμενον *Custodimus pretiosum depositum, iuuenem nostrum Regem: qui nullum hucusque iniuria affecit:* (præ infantiâ nimirum) *& à patre* (Andronico Iuniore) *& auo,* (Andronico seniore) *&*

proauo (Michaële Palæologo) *regnum suscepit*. Ioannes autem hic Michaelis pronepos, anno 1341. cœpit imperare. Philotheus ergo iam senex, in tenerâ principis illius ætate, trecentos ante annos, præsens opus scriptis commendauit.

4 Ἐν τῷ ἑσπερινῷ καὶ ἐν τῷ ὄρθρῳ.] Quotidianus Ecclesiæ vsus, Patrumque antiquorum authoritas Apostolicis institutis, scripturâ, & ratione fundata, Matutinum, & Vespertinum Conuentum solemniori apparatu, vbique peragi ostendit. Vsum Ecclesiæ Latinæ, Sacerdotemque amictu pluuiali ornatum, thus in altari adolentem, quotidie præ oculis habemus: Græcæ vero, hoc in loco consuetudinem addiscimus, in quâ Diaconus sacris vestibus indutus, Sacerdoti suis pariter instructo, in Vesperis & Matutinis magis insignium festorum ministrare cernitur: *Vtriusque enim officij etiam ex veteri Testamento solemnis est celebratio*, ait Isidorus de Offic. Eccl. lib. 1. cap. 20. quam quidem vt in veteri adumbratam seu inchoatam, in nouo vero consummatam & absolutam, legere possumus, in prolixo Cassiani opere, de Canonico diurnarum orationum & Psalmorum modo.

5 Δεσποτικῶν ἑορτῶν καὶ θεομητορικῶν.] In tres classes festa distribuunt Græci, in δεσποτικά, *quæ Christi Domini sunt*: θεομητορικά, *quæ Dei matris*: καὶ τῶν ἁγίων, *quæ sanctorum sunt* propria. Glycas sex diebus cuncta Deum condidisse contemplatus, sex etiam festis seu potius œconomiæ suæ in carne mysterijs, cuncta renouasse arbitratus est 4. parte Annal. vbi hoc ordine leguntur enumerata: Natiuitas, Baptismus, Passio, Resurrectio, Ascensio, & Pentecostes. Verum cum Transfigurationis dies solemnissimus sit Græcis, miror cur hebdomadi festorum diem vnum detraxerit Glycas? Fidelius itaque Dominica festa his versibus alij recensent:

Τὸ χαῖρε, γέννα, Συμεὼν, καὶ Ἰορδάνης.
Θαβώρειον, Λάζαρος, τὰ βαΐα, ξύλον
Ἔγερσις, ἄρσις, πνεῦμα.


Annunciatio, Natiuitas, Præsentatio Christi in Symeonis vlnis, eius Baptismus, Transfiguratio, Lazari resurrectio, dies Palmarum, Crucifixio, Resurrectio, Ascensio, & Pentecoste. Eadem porro Dei matris festa celebrat Ecclesia Orientalis, quæ & Occidua, præterquam Visitationis, cuius est apud nos recentior institutio.

6 Τοῖς προηγιασμένοις.] De huius Vocabuli sensu consulendum Onomasticon.

7 Ἀγρυπνία τῶν παθῶν.] Nox quæ Parasceuen sequitur, solemne festum est Græcis, &, vt iam obseruatum est, inter festa Dominica computatur: illamque orationibus, supplicationibus publicis per vias decantatis, & vigiliis intenti transigunt, tali etiam cultus apparatu, vt ipsamet Roma suorum Græcorum nocturnam processionem magnâ cum admiratione suspiciat.

8 Εἰ μὲν βούληται λειτουργεῖν.] Authores Ecclesiastici Græci, qui vocem hanc λειτουργεῖν, à cuiuscumque ministerij publici, etiam prophani significatione, ad officium Missæ celebrandæ, primitus olim & in Ecclesiæ nascentis exordio traduxerunt; non vbique illâ, in hoc proprio & rigido sensu vtuntur, sed & eandem ministerium quodcumque sacrificandi muneri annexum, vel ad illud ordinatum, connotare demonstrant: qua ratione Diaconus λειτουργεῖν hoc loco dicitur. Quamuis enim Græcorum lingua vulgaris solum Sacerdotem hodie λειτουργὸν, & sacrificandi munus quo defungitur, λειτουργίαν nuncupet: indubium est nihilominus, Subdiaconis & Diaconis eandem appellationem fuisse communem, apud Dionysium de Eccl. Hierar. cap. 3. vbi: τῆς λειτουργικῆς διακοσμήσεως οἱ ἔκκριτοι σὺν τοῖς ἱερεῦσιν ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου προτιθέασι τὸν ἱερὸν ἄρτον: *E ministeriali dignitate selecti cum Sacerdote ad altare sacrum panem præsentant*: imo & Lectoris missæ inseruientis ministeria, συλλειτουργικὰ dicuntur: vnde & inter Ecclesiæ Græcæ officia, separatus est liber τῶν συλλειτουργικῶν τοῦ ἀναγνώστου. *Lectoris comministerium.* Tam peculiari vero ratione sacra peragere, & in sacrificando partes suas agere videtur Diaconus, vt de eo Concilium Aquisgranense dicat, *Sine Diacono Sacerdos nomen habet: officium non habet.* Et iterum: *Ipsis Sacerdotibus propter præsumptionem, non licet de mensâ Domini tollere calicem nisi eis traditus fuerit à Diacono*; vt nempe ordine debito celebret: quamuis etiam sine Diacono celebrantem vtraque Ecclesia non damnet: & si quandoque συλλειτουργὸς aduenit, & λειτουργεῖν cum Sacerdote ius obtinet, id fit vt recte censet Symeon Thessalonicensis lib. de Templo, τοῦ διακόνου λειτουργικοῦ λεγομένου, ὡς ὑπηρέτου τάξιν ἐπέχοντος, καὶ μὴ δυναμένου χωρὶς ἱερέως τι πράττειν· *Diacono ministerium sibi vendicante, & famuli vices agente, ceu qui sine Sacerdote nil possit præstare.*

9 Ποιοῦσι μετανοίας τρεῖς.] Monachi pœnitentium statum professi, & pœnitentiæ operibus dicati, non huiusmodi tantum opera μετανοίας, sed & Cœnobia sua, eremorumque cellas, ceu pœnitentiæ officinas, ad quas conuolarunt, ab antiquo vocauerunt. Hinc pœnitentiam ædificasse legitur, qui monasterium condidit, & μετάνοιαν in eo habere, etiam hodie dicunt καλόγηροι *religiosi*, qui habitationem perpetuam, per habitus Monachalis susceptionem, in eodem fixerunt. At cum afflictiones laboresque corporeos, pœnitentiæque opus quodcumque potuerunt interpretari μετάνοιαν, & primarium præcipuúmque pœnitentiæ argumentum fuerit olim illa corporis deiectio, humilisque animi in terram demissio, quâ προσκλαίοντες pœnitentes insigniores, peccata deflebant, preces aliorum implorabant, & requirebant spem veniæ; exinde Deo cultum exhibitura, vel sacras imagines veneratura, quælibet genuflexio, vel corporis inclinatio, à Monachis μετάνοια vocitari cœpit: addo, quod cum summum erga flagitiosos peccatores, vel à fide lapsos beneuolentiæ indicium fuerit pœnitentiæ locus concessus, & indulgentiæ consequendæ facta promissio: ipsi votis quibus poterant eam in Ecclesiâ postulabant, omnisque illorum sermo, μετάνοιαν, oris gemitus omnis, & cordis suspirium vocem hanc μετάνοιαν, ingeminabat. Hanc ideo vocem cum Monachi ex pœnitentiæ arrepto instituto familiarem sibi reddidissent, ad salutem quoque impertiendam & reddendam, illâ eadem vsi fuere. Vnde tandem contigit, vt honor quicumque, reuerentiaque Ecclesiæ pastoribus vel ministris exhibita, in pœnitentiæ optatæ, vel professæ argumentum μετάνοια, à Græcorum vulgo sit dicta: & iam si Sacerdotibus vel Monachis occurrant, intra salutis oblatæ spatium, manu pectori admotâ, dicunt μετάνοια: tum vt illâ voce honorem se illis præstare indicent, tum etiam vt eorum suffragiis, pœnitentiæ tempus sibi à Deo concedi deposcant. Illi vero eadem voce, & salutem & honorem grato animo referentes, bene precantur. Hinc trita satis sententia μετάνοιαν ποιεῖν; & μετάνοιαν βάλλειν, patet. Cæterum duplici modo fit illa: vel enim ore manibusque terræ affixis, cum genuum inflexione profundissime deorsum inclinant, & procumbunt; & tunc est μετάνοια μεγάλη; quæ etiam σφοδρὴ: si minus corpus inflectant, dicitur μικρά: cum vero plures pro more persoluunt, vltimas semper minores & minores faciunt, simulque oratiunculam aliquam proferunt. De his Horolo-


G
F F
G E G
H L
D D
F F
I K
O M N
T T
C C P
S S
Q
Q Q
V
B R B
X
A A
Y Y
Z

proauo
perare.I
ptis coı
4 Εντ
licis inſt
vbique
lentem
nus ſaci
rum m
dorus c
conſum
num &
5 Δετ
ſunt :
condid
bitratu
Aſcenſ
madi ſ

Annu
reſurre
ſta cel
inſtitut
6 Τὸ
7 Αχ
eſt, in
& vigil
proceſ
8 Εἰ
niſterij
naſcen
niſteri
ration
hodie
diacon
vbi :
riali d.
tis m
γικῶν
tes ſua
habet
Domin.
ſine D
γεῖν cu
τουργικ
vendic
9 Πο
modi t
conuo
μετάνοι
nachal
quod
rit olir
res, pe
bitura
citari
fuerit
eam in
cem h
remſil
contig
tatæ, v
occur
ſe illis
Illi ve
tentia
terræ a[illegible] genuum inflexione profundissime decorum inclinant, & procumbunt; & tunc est μετάνοια μεγάλη; quæ etiam ςρωτή: ſi minus corpus inflectant, dicitur μικρά: cum vero plures pro more perſoluunt, vltimas ſemper minores & minores faciunt, ſimulque oratiunculam aliquam proferunt. De his Horolo-

gium, καὶ εἰ ἔστι τεσσαρακοστὴ, ποιοῦμεν τὰς τρεῖς μεγάλας μετανοίας, λέγοντες τὴν προγεγραμμένην εὐχὴν, *& siquidem sit quadragesima, tres magnas Vaenias facimus, suprascriptam Orationem dicentes:* & est huiusmodi illa. A prosternentibus se primâ vice dicitur, Κύριε καὶ δέσποτα τῆς ζωῆς μου, πνεῦμα ἀργίας, περιεργίας, φιλαρχίας, καὶ ἀργολογίας μή μοι δῷς. Dum secundò inclinant: πνεῦμα δὲ ταπεινοφροσύνης, καὶ σωφροσύνης, καὶ ὑπομονῆς, καὶ ἀγάπης χάρισαί μοι τῷ σῷ δούλῳ. Dum tertiò: ναὶ κύριε βασιλεῦ, δώρησαί μοι ὁρᾶν τὰ ἐμὰ πταίσματα, καὶ μὴ κατακρίνειν τὸν ἀδελφόν μου· ὅτι εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἰδιώταις autem, id est, simplicioribus & illiteratis Monachis, hanc solam vocem, ἐλέησόν με κύριε τὸν ἁμαρτωλὸν, recitare, est imperatum.

10 Εἰς τὴν εἰκόνα τοῦ δεσπότου Χριστοῦ.] Quo in loco, vel quâ templi parte sit appensa Christi imago, quæ proponitur huiusmodi inclinatione veneranda; percipiet is solus qui templa Græca viderit, vel aliquam eorum formam coram oculis descriptam habuerit. Et quamuis authores non paucos reperias, qui antiquarum Ecclesiarum constructionem, tum veterum authorum testimonijs, tum suis coniecturis ducti effingere moliantur: illi tamen, vt sentio, grandius Moysis ingenio opus aggredi videntur, cum non nisi adinstar propositi sibi in monte exemplaris, tabernaculum hic ædificauerit; illi vero quod visu non perceperunt, animi artificio vel labore, construere, ornare, depingere conantur. Ego vice versâ, vt authorum dictis non alienus sensus tribuatur, templorum prout hodie in Oriente visuntur, Ichnographiam exsculptam appono; ex quâ, & Scriptoribus antiquis (sunt enim antiquitatis Græci valde studiosi) nec non & ritibus cærimonijsque illorum, (quod nostri est instituti) in officio diuino alijsque sacris actionibus, vsurpari solitis, prompte apteque percipiendis, multam lucem emanaturam confido.

Prima figura.

Sit ergo tabula hæc prima, quæ celeberrimam & ornatissimam Monasterij alicuius (qualia extant plura ab antiquo integerrima) Ecclesiam, vel saltem eius planitiem siue Sciographiam repræsentet. In illâ figura crucis † πρόναον siue Vestibulum exterius: A littera Narthecem, siue Ferulam interiorem: B ναὸν ipsum, locum oranti populo concessum: C cantorum chorum: Vltimum autem spacium literâ D insignitum, sacrum adytum, τὸ ἅγιον βῆμα, indicat. In intimo hoc spatio contemplationem magis attentam figere volenti, litera E altare demonstrat, in cuius angulis quatuor sunt columnæ signo F dignoscendæ, quibus fornix siue Trullus toti altari superincumbens innititur. Præter Trullum hunc, alia est ædificij testudo, sub qua situm est altare, & literâ G describitur, & in conchæ siue testudinis illius gremio σύνθρονος *sedilia* circum circa intelliguntur disposita. Ad latus sinistrum vbi litera H statuitur, aliud est altare prothesis nomine, & è regione I Protheseos huius portam, βορεῖον κλίτος seu μέρος vocatam & è parte oppositâ K νότιον μέρος, L σκευοφυλακίου τράπεζαν *sacristæ mensam*, ostendit. Quod chorum à sacro adyto diuidit, tabulatum est in cuius medio porta augustior est & sacratior: vbi M exaratum vides, ad cuius latera, & in tabulato ipso, imagines Christi, Virginis Deiparæ, & sanctorum tutelarium depictæ sunt; talisque est earum ordo, vt Christi saluatoris imago ad dextram adorantis semper conspiciatur; à dextro videlicet sacrarum valuarum latere, vbi litera N: vbi vero O, Deiparæ sita sit ex earumdem sinistro: hinc inde verò, illi sancti coloribus sint expressi quos vel animi deuotio, vel Ecclesiæ titulus iubeat, & oculis & memoriæ obiectos tenere, ita tamen vt alia sit valde conspicua in præcipuâ chori sede, quæ εἰκὼν στασίδιον τοῦ ἡγουμένου nuncupatur, vbi nempe cœnobiarcha vel Antistes sedet, sub litera P. Hinc inde sedilia succedunt litera Q notata, Ambon erectus est in Ecclesiæ meditullio, vel in aliquo eius latere ad literam R. Analogion vnum est in medio, vel hinc inde geminum, S notâ designandum. T Gradum latiorem, inter chorum & sacrum adytum, qui Soleas dicitur, monstrat, sicut V ὡραίας πύλας, X vero ἀργυρᾶς καὶ μεγάλας, iuxta quas in pluribus locis est sacri baptismi piscina κολυμβήθρα: κρόταλοι, σήμανδρα, vel campanæ à dextris & à sinistris sunt Vestibuli exterioris; in litera Y & in areâ tandem, quæ primo Ecclesiam ingressuris occurrit φιάλη, *fons aquæ scaturientis* littera Z denotatur.

Verum vt nobis amplas visuque iucundas regiones in tabulis topographicis non sufficit demirari: quin vt eas propriis oculis lustremus, peregrinationes longissimas suscipimus, ita curiosâ discendi auiditate moto ingenio, cui sterilis hæc, & vno oculi intuitu tabula obeunda non satis erit, ampliorem longiusque diffusam templorum Orientalium (vt ipsa potius inter nos peregrinari nostrisque oculis obiici videantur) descriptionem & expositionem annectimus. Vtque illam fœlice manu consummemus, omine velut diuino ducti, ab ipso Dei throno, altari nimirum in quo perficitur Ecclesiæ structura, auspicamur.

Altare Latinis auribus, nudo etiam vocis sono excelsum quid, sublime & maiestate conspicuum sonat: *altam* enim *Aram*, iuxta Vualafridum Strabonem cap. 6 exprimit & Ruperto authore lib 5. de diu. Off. cap. 30. *sic illud in templo, quomodo Christus toti Ecclesiæ dignitate & honore præeminet.* Sed nec dissenserunt ab huius vocis sensu Patres Græci, qui primò Altare βῆμα, nuncuparunt: non enim quod iudicauit Genebrardus, vel Heruetus *à gradibus* quibus est ad illud accessus, βῆμα *ab ascensu* vocatum, cuiquam persuasum velim: sensus namque dictionis & significatio nobilior, humilem pedibusque prophanatam originem despicit: Sed nec nisi vno gradu totum sanctuarium reliquo templi spatio præcelluisse, obseruant qui etiam hodie S. Sophiæ Basilicam Constantinopoli curiosius lustrant: & habuerit licet illius Ecclesiæ mensa sacra gradus suos auro puro tectos, quibus ex omni latere sacerdotibus eam osculaturis esset accessus, vt testatur Codini textus vulgaris M. S. Bibliothecæ Regiæ ἐποίησεν ὁ Ἰουστινιανὸς ὁλόχρυσον καὶ τὴν σκάλαν (σκάλα modernis Græcis sunt gradus quibus in sublime itur,) ἐν κύκλῳ ὅπου ἵσταντο οἱ ἱερεῖς εἰς τὸ ἀσπάζεσθαι τὴν ἱερὰν τράπεζαν. *Fecit Iustinianus aureos gradus in circuitu, quo stant sacerdos sacram mensam, veneraturi*: quid tamen in auro illo tam nobile, aut tanti pretij est, vt adyto sancto, sacratissimæ nimirum Ecclesiæ parti, nomen imponat? sanctius itaq; & rectiꝰ eo quod βῆμα, *suggestum* significat, locũ nempe editum, vnde ad populũ verba faciebant Oratores (de seipso namque scribit Demosthenes εἰς τὸ βῆμα ἀνέβην) vel Imperatores alloquebantur milites, aut iisdem atque etiam populo munera, congiaria, annonamue diuidebãt (prout vetera plura numismata exprimunt apud Hemelarium & alios) aut denique tam ipsi quam principes alijs ius in publicum dicebant, (βῆμα enim τοιοῦτον ὀνομάζεται, inquit, Dio lib. 44. ἐφ' οὗ ἑζόμενος δικάζει ὁ αὐτοκράτωρ. *huiusmodi dicitur quia in eo sedens Imperator ius dicit*: & Cedrenus in Leone Armenio, ὁ βασιλεὺς ἐπὶ βήματος ἐν τοῖς ἀσηκρητείοις ἐκάθισε, καὶ ἀκριβὴς ἐξεταστὴς τῶν μηνυθέντων ἐγένετο. *Imperator in secretione consilio pro Tribunali sedit, & diligentem persecutatorem eorum quæ denunciata fuerant se præbuit.*) Altare pariter nostrum Ara scilicet illa sacra, vnde resonant eius verba, qui parem in dicendo non habuit, *nunquam enim se*

homo loquutus est, Altare, inquam, cui verbum Dei externum & scriptum iugiter accumbit, (apud Græcos enim sacrum Euangelium altaris in medio, lampade prælucente, semper iacet, & Ἰησοῦ τύπῳ, ait Simeon Thessalonicensis de templo ἐπὶ τῷ θυσιαστηρίῳ ὁρώμενον *Iesum menti obijcit in Altaris sinu conspicuum*) augustum illud præterea Regis Tribunal, vnde populo quem sibi sanguine comparauit, leges promulgat; & cælestem animabus reficiendis annonam, non munificentię tantum, sed & dilectionis perpetuum monumentum, diuinaque simul cuncta charismata distribuit: regiam & honore tremoreque dignam βήματος appellationem, à Patribus Græcis accepit. In hanc mentem S. Germanus Patriarcha Constantinopolitanus scribit in mystagogiâ. βῆμά ἐστιν κοιλόεδρος τόπος, καὶ θρόνος ἐν ᾧ ὁ παμβασιλεὺς Χριστὸς προκάθηται μετὰ τῶν αὐτοῦ ἀποστόλων, ὡς λέγει πρὸς αὐτοὺς, ὅτι καθήσεσθε ἐπὶ δώδεκα θρόνων κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ. *Altare concauus (ratione ciborij) locus est & thronus, in quo vniuersorum rex Christus præsidet, cum suis Apostolis, prout illis prædixit: sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel.* Hæc vltima sancti Præsulis verba, procerum assistentium Christo Regi, Altaris sui throno considenti, vt sedes circumpositas intueamur, inuitant. Illæ verò se se mente concipiendas offerunt, vbi tam Christi quam Apostolorum imagines in altaris circuitu viuis coloribus effingi solent. In excelsiore si quidem conchæ altaris parte, & in ipsâ testudinis cauitate, Christum velut regem ac simul vt Pontificem id est, vt Pontificem Imperatorio stemmate insignē, ad eius *regale Sacerdotium* declarandum depingunt: ille autem manibus in mensam appositam, in crucis formam decussatis, dextrâ panem sacrum μεταδιδόν, sinistrâ calicem μεταλαμβάνων apprehendit. infra vero & à lateribus in testudinis sinu supra σύνθρονον *sedelia extructa*, suo quisque ordine Apostoli delineati visuntur (vt etiam hodie in sancti Pauli & Saluatoris Basilicis Romæ extant, ibique quondam, referente Baronio anno 324. n. 68. fastigium argenteum donauerat Constantinus, habens in fronte saluatorem sedentem in sellâ, & duodecim Apostolos) & quasi principes regis sui latera circumstipantes, & spiritualibus thronis circumsedentes conspiciuntur. Quisquis ergo mecum Altare, vt Christi βῆμα *Tribunal* contemplaris, memento quia πάντες παραστησόμεθα τῷ βήματι Χριστοῦ, *omnes Tribunali Christi adstabimus*, vt præiudicia, in hoc alio altaris Tribunli, lata confirmari audiamus. *Iudicium enim sibi quisque manducat & bibit*, hæcque est vnius ex assessoribus futuris sententia, quam cum protulit, quis scit an forte Areopagi, toto terrarum orbe celebris Tribunalis meminerit, in quo duodecim iudices (δώδεκα θεοὺς Demosthenes appellauit) assidebant? Verum humanum erat & prophanum Areopagi Tribunal; diuinum autem & sacrum Christi βῆμα, vt sanctitati sacris initiatorum reseruatus locus ἅγιον βῆμα audit. Templum enim à quo iustus nullus excluditur οὐ πάντα πᾶσι πάντη ἔχει βατὰ, ἀλλὰ τὰ μὲν ἱερεῦσι τὰ δὲ λαϊκοῖς. *Non omnia cunctis habet peruia; sed hæc quidem sacerdotibus, alia vero Laicis*, scribit Symeon Thessal. τὸ θυσιαστήριον τοῖς ἱερωμένοις ἀφώρισται, *Sacrificij locus, sacris initiatis* seorsim deputatus est, ait Zonaras in Can. 79. Trullanum, qui nihilominus Imperatori super Altari dona sua oblaturo, Sanctuarium ingredi concedit: non quia Patriarcham instituit, vel thus in Altari adolere, & τρικηρίῳ *trisulco cereo* Pontificum more populo benedicendi facultatem adeptus sit, vt ibi verbis pietate & scientiâ inanibus, multâ tamen adulatione refertis asserit Balsamon, sed quia Christus domini est, & saltem hoc dignitati Imperatoriæ Dei supremum dominium donis suis agnoscenti permitti posse videatur: vnde si ipsum Imperatorem aliquando excluserit Ambrosius, & Monachis portas Adyti occlusas esse debere testetur Dionysius Ep. 8. μοναχοῖς αἱ πύλαι τῶν ἀδύτων εἰσὶν ἀπῳκισμέναι. *Monachis Adytorum portæ sunt interdictæ*: non video quomodo stante adhuc Ecclesiasticæ districtionis rigore, viris mulieribusq; sacris & prophanis promiscuè τὸ θεῖον ἄδυτον penetrare, Altariaque attingere concessũ fuisse Amb. & Greg. Theologi temporib⁹ quidã non ignobilis hui⁹ æui scriptor asserat, nisi forte vt sanctimoniæ priuilegiũ fortuitò raròque id contigisse annuam⁹, vel certe quod de Templo Christi Domini in Chalce propter irrepentem abusum dixit Balsamon, de quolibet etiã alio asseramus, ὅπως εἰς τὸ θεῖον ἄδυτον ἀκωλύτως εἰσέρχεται ὁ βουλόμενος ἀγνοῶ. *quomodò in sanctũ adytũ nullo prohibente obuius quisque ingreditur, ignoro.* Monialem vero seniorem, puellulamque Monasticæ vitæ destinatã ipsi assistentem, vtramque autem Diaconis in depromendis & recipiendis sacris vestibus thure & igne præparãdis, alijsque ministeriis sacris opē præstitisse ἐν ἁγίῳ βήματι Ecclesiæ Monialiũ, me vidisse memini, quarum ingressus in sancta, & ministerii ab eis inter liturgiæ solemnia (quæ Chiensis Metropolita obibat) præstiti, mihi causam inquirenti, à Christophoro Campana tunc Canonarchâ, in Ecclesiæ suæ ritibus versato satis, suggestum est: Monialem quinquagesimum annum prætervectam, puellulam vero ministram ad pubertatis annos nondum peruenisse, vtramque proinde à menstruis liberam, antiquæ, & iam antiquatæ Diaconissæ personam gerere, abusum tamen coercendum potius quam tolerandum, quidam alius pius æque ac literatus fassus est, ad Balsamonis mentem, qui in Canonem Chalcedonensem 15. Diaconissam autem quadraginta annos ordinari prohibentem scribit, τὰ τοῦ παρόντος κανόνος παντῃ ἠργήθησαν. διακόνισσα γὰρ σήμερον οὐ χειροτονεῖται, κἂν καταχρηστικῶς τινὲς τῶν ἀσκητριῶν διακόνισσαι λέγονται· ὅτι κανὼν ἐστὶ διορίζόμενος, μὴ εἰσέρχεσθαι γυναῖκα ἐν τῷ ἁγίῳ βήματι. ἡ γοῦν μὴ δυναμένη ἐν τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ εἰσελθεῖν, πῶς τὰ τῶν διακόνων ἐνεργήσει, *Quæ in præsenti Canone tractantur, omnino exoleuere. Diaconissa enim hodie non ordinatur: etsi quædam Moniales abusiue, Diaconissæ dicuntur; eo quod sit Canon qui statuit mulieres in sanctum Tribunal non debere ingredi, quæ ergo ad sanctum Altare accedere non potest, quomodo Diaconatus officium exercebit?* Diaconissam tamen olim circa altare munus aliquod obiisse, causamque quã exciderit, refert ipse Balsamon, responso ad 35. interrogationem, iuris Orientalis lib. 3. quæ est eiusmodi. οἱ θεῖοι κανόνες μέμνηνται διακονισσῶν, ζητούμενον μαθεῖν ποῖον ἐστὶ τὸ τοιοῦτον λειτούργημα; *Diuini canones Diaconissarum meminerunt, quærimus igitur quodnam sit earũ officiũ*; & respõdet πάλαι ποτὲ καὶ τάγματα διακονισσῶν τοῖς κανόσιν ἐπεγινώσκετο, καὶ εἶχον καὶ αὐταὶ βαθμὸν ἐν τῷ βήματι. ἡ δὲ τῆς ἐμμήνου κάκωσις, τὴν ὑπηρεσίαν ταύτην ἐκ τοῦ θείου καὶ ἁγίου βήματος παρεξένωσε. παρὰ δὲ τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ τοῦ θρόνου τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν, διακόνισσαι προχειρίζονται, μίαν μὲν μετουσίαν μὴ ἔχουσαι ἐν τῷ βήματι· ἐκκλησιάζουσαι δὲ τὰ πολλὰ, καὶ τὴν γυναικωνῖτιν ἐκκλησιαστικῶς διορθούμεναι. *Olim aliquando Diaconissarum ordines cogniti fuere Canonibus, habebantque ipsæ gradum & officium circa altare. Menstruorum autem inquinatio, ministerium earum à diuino & sancto Altari expulit. In sanctißimâ autem Ecclesia sedis Constantinopolitanæ, Diaconissæ quidem creantur, quæ tamen cum altari commercium nullum habent, mulieres autem plerumque in Ecclesiam inducunt, earumque cœtum dirigunt, & gubernant.* Hæc Balsamon quibus tamen non officit quin absente viro fœminas ministrare & sancta ingredi permittant Græci: verum necessitate vrgente, à lege positâ, se liberos esse contendũt. Ad altare vero & omnem illud circũuallantem ornatũ vt sermo noster redeat, aduerto in eius angulis, columnas quatuor sub imposita sibi trullo erectas sacrãque illam machinã, sicut apud

Latinos *Ciborij*, teste libro Pontificali in Gregorij primi & Honorij tertij vitâ, ita & apud Græcos κιβωρίῳ, & si velis cum Codino vulgari κιβωρίῳ, vel cum Germano κιβωρίε, appellationem obtinere. Describit illud prolixe vltimò laudatus author, & dictis Propheticis ita conquadrare opinatur, vt sine illo, quomodo *Deus operetur*, per Altaris sacrificium, *salutem hominum in medio terræ*, non probe intelligi posse affirmet; non enim vbique ait, aut apud Indos, aut apud Venetos terræ Hierosolymitanæ meditullium τῆς γῆς τὸ μεσαίτατον adest, vt hic aut illic Prophetici sermonis veritas impleatur: adest autem in vnoquoque altari testudineum illud tectum cœli figuram exprimens, & Altare ipsum terræ molem repræsentans, quod in medio suo sinu Saluatorem, salutisque nostræ opus suscipit: οἱ ἅγιοι πατέρες ὡς οὐρανὸν μὲν τὸ ἐπάνωθεν τῆς ἁγίας τραπέζης ὄροφον ἀπαρτίζουσιν· ὡς ὅλην δὲ γῆν ὁρίζονται τὸ ὑπὸ τεσσάρων κιονίων, τοῦ εἰρημένου κιβωρίου, συγκλειόμενον ἢ περιγραφόμενον ἱερὸν ἔδαφος, ἐν ᾧ πληροῦται καὶ ὁ προφητικὸς λόγος ὁ λέγων, εἰργάσατο σωτηρίαν ἐν μέσῳ τῆς γῆς ὁ Θεός. *Sancti Patres vt cœlum, qui supra sacram mensam eminet, fornicem conficiunt: vt totam vero terram præfiniunt, quod à quatuor columnis eius, (quod Ciborium appellatur) conclusum est aut circumscriptum, sacrum solum; in quo completur & sermo Propheticus, inquiens: Operatus est salutem in medio terræ Deus.* Breuius & historico plane stylo Ciborium idem depingit Codinus, quale in magnâ Ecclesiâ à Iustiniano conflatum est: ἐποίησε τὸ κιβώριον καὶ τοὺς κίονας ἐξ ἀργύρου, καὶ χρυσώσας αὐτὰ καὶ τὸ μῆλον, καὶ τὰ κρίνα, καὶ τὸν σταυρὸν τοῦ κιβωρίου ὁλόχρυσα· *Ciborium & columnas illud suffulcientes ex argento conflauit: illisque deauratis,* (& fornici) *pomum* (globum sphæramque clarius expressit vulgaris ἐπάνω εἰς τὸ κιβούριον ἔσησε σφαῖραν) *liliaque* (in quatuor angulis erumpentia) *& Ciborij crucem* (globo supereminentem: ita namque vulgaris loquitur ἐπάνω σφαίρας ἔσησε σταυρόν) *totam ex auro, imposuit.* Ciborium hoc Germanus vocat Altaris concham, columnas vero, turres: ἡ κόγχη τοῦ θυσιαστηρίου μετάθεσις ἐστὶ τοῦ σταυροῦ· οἱ πύργοι δὲ τὰ σημεῖα· *Altaris concha crucis translatio est,* (ad crucem è ruderibus olim erutam, & in Ecclesiæ solium euectam alludit) *turres autem miracula sunt eiusdem*: id est, ab eâ tunc & deinceps in Ecclesiâ patrata. De velis cortinisque inter columnas præfatas appensis, quæ Latini quidam *Tetrauela* nuncuparunt, vel de pyxide, quæ forsan potiori iure *Ciborium*, ceu cibi spiritualis, Eucharistiæ nimirum penus vocaretur, plura nunc occurrerent dicenda: nisi & vela prædicta quadrangula, auro & purpurâ contexta à Paulo Diacono in Michaele lib. 24. vocata, iam pridem à Græcis relicta: & Eucharisticum panem, non iam in columbâ aurea, vel turri argenteâ super Altari asseruari mihi clarè constaret; sed retro Altare ipsum, loco sibi proprio, ἀρτοφορίῳ nomine insignito; cui & Altari simul, lampas accensa verbum Dei viuum in Sacramento, scriptumque in Euangelio, cibumque verum & mysticum animarum illustratura, perpetuo prælucet.

A circumpositis itaque & supernè incumbentibus Altari ornamentis, ad immunditiarum receptaculum oculos demittentes, sub Altari locum excauatum detegimus, aquæ quâ in missâ Sacerdos abluitur, omnique alij, post expurgata sacra vasa, eluuiei recipiendæ dispositum, χωνὶ, & correctius χωνεῖον moderni, ab aquis ibi effusis, Infundibulum dicunt: de quo loquitur Euchologicus textus noster in Officio magni & Angelici habitus sub nomine θαλασσιδίῳ τῆς ἁγίας τραπέζης, eiusque exornandi curam suscepisse Iustinianum in Ecclesiâ C P. refert Codinus in M S. vulgari Bibliothecæ Regiæ, τὴν δὲ θάλασσαν τῆς ἁγίας τραπέζης ἐποίησεν τὴν μὲ λιθάρια ἀτίμητα, καὶ κατεχρύσωσεν αὐτήν. *Lauacrum sanctæ mensæ, pretiosis lapidibus extruxit, & auro circumuestiuit.* Cur autem modicæ *piscinæ*, exiguoue *lauacro*, & *sacrario* (hæc enim nomina imponunt Latini loco sacris ablutionibus & cineribus rerum sanctarum igne consumptarum, & sacris denique reliquijs absumendis, deputato) ampli profundiq; *maris* θαλασσιδίῳ, & θαλάσσης nomen sit inditum, explanat Ligaridius, & ex Euripide respondet θάλασσα πάντα κλύζει, *cuncta mare abluit*: cui lubens addiderim rationem aliam in Græcorum Bibliorum contextu 3. Reg cap. 18. à me obseruatam. Vbi enim Elias Deum verum ex igne in victimas immisso, coram apostatis Israelitis probare narratur, simul quoque *aquæ ductus siue riuus aut canalis* stillicidiis aquarum victimas perfundentium excipiendis idonee excauatus, describitur. Aquæ-ductus ille Hebræis תעלה dictus à septuaginta Interpretibus θάλασσα redditur: καὶ ἐποίησε, aiunt θάλασσαν χωροῦσαν μετρητὰς δύο σπέρματος κυκλόθεν τοῦ θυσιαστηρίου. *Et fecit Mare quod caperet duas metretas in gyro altaris.* Et infra: διεπορεύετο τὸ ὕδωρ κύκλῳ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ τὴν θάλασσαν ἔπλησαν ὕδατος· *Manabat aqua in circuitu altaris, & Mare impleuerunt aqua.* Nobilius Scholiastes dictionem hanc illustrans, scribit: *Complut. retinet vocem Hebræam theala* תעלה *vnde forsan factum est* θάλασσα. *Theodoretus hanc rem narrans, ait Eliam fecisse* δοχεῖον, *aquæ receptaculum, quod Hebræus vocet* θααλά. *Iosephus autem* δεξαμενὴν *receptaculum aquarum. Non tamen nouum est in scripturâ receptaculum aquæ, vocare Mare, Lucifer habet foueam: vulgata, aquæ-ductum.* Hæc ille: ex illis ego. Cum aqua, quæ victimam perluerat, non debuerit ita longè lateque effundi, vt pedum gressibus prophanaretur: quin potius *canali*, *fouea*, *receptaculo* excepta est; vt ex Altari decidens confestim, sub eodem Altari absorberetur: illa pariter, quâ res quascumque sacras Sacerdos Græcus abluit, quasi consecratione ab eis participatâ Altari, vel eius foueæ θαλάσσης & θαλασσιδίου nomen præferenti, refunditur. De lauacro iuxta Altare, eidem obsequio præstando, à Latinis disposito, tractant Amalarius & Honorius solitarius.

Retro Altare in Absidis sinu, vbi in tabula quâ explicamus litera G. conspicitur, sedes Sacerdotibus Pontifici assistentibus, & simul celebrantibus sunt extructæ: in medio thronum eminentiorem obtinet Pontifex, quem Chrysostomus in Liturgia τὴν ἄνω καθέδραν sinistre à plerisque perceptam, rectè intelligit. Talem fuisse Thronum illum, in quo Stephanus Pontifex ad Catacumbas Romæ necatus est, vel quem Alexandriæ S. Marco primo erectum Petrus Alexandrinus verebatur conscendere, vel quem Hierosolymis Iacobi fratris Domini consessu decoratum, & deinde vsque ad Gallieni tempora conseruatum testatur Eusebius lib. 7. hist. cap. 14. nulli dubium esse potest. Sedem eandem eminentiorem, & iuxta positas Sacerdotibus sedes, idem Eusebius lib. 10. cap 4. memorat, his verbis: τὸν νεὼν ἀποτελέσας θρόνοις τε, τοῖς ἀνωτάτω εἰς τὴν τῶν προέδρων τιμὴν, καὶ προσέτι βάθροις ἐν τάξει τοῖς καθόλου, κατὰ τὸ πρέπον κοσμήσας· *Templum absoluit* (*Constantinus*) *sellisque quibusdam & Thronis, Ecclesiæ primoribus in altissimo loco collocatis, & subsellijs præterea ordine dispensatis, exornauit.* Sedes illas & assessores describit exacte Nazianzenus in somnio de Anastasiâ.

> Ἕζεσθαι δοκέεσκον ὑψιθρόνος οὐχ ὑπέροφρυς.
> Οὐδὲ γὰρ οὐδ' ὄναρ που ἀγήνορίην·
> Οἱ δὲ μοι ἀμφοτέρωθεν ὑφιζείοντο γεραιοί,
> Ποίμνης ἡγεμόνες ἔκκριτοι ἡλικίης·

Οἱ δ' ἄρ ὑποδρηστῆρες ἐν εἵμασι παμφανόωσι,
Ἔστασαν ἀγγελικῆς εἰκόνες ἀγλαΐης.

Sedere videbar throno sublimis, non tamen superbè
Neque enim superbiâ per somnium me extollo,
Hinc inde aßidebant graues
Ouilis duces ætate selecti:
Ministri verò in lucidis vestibus
Angelici splendoris imagines stabant.

Atque in his Synodi Laodicænæ Canon 56. Presbyteros, ante Episcopi ingressum sedere prohibet: οὐ δεῖ πρεσβυτέρους πρὸ τῆς εἰσόδου τοῦ ἐπισκόπου εἰσιέναι, καὶ καθέζεσθαι ἐν τῷ βήματι: & ex earũ nomine ratio petitur: σύνθρονοι enim sunt, & in eisdem Pontificem maiorem cum Coepiscopis vel Sacerdotibus sedentem Symeon Thessalonicensis lib. de Templo contemplatus: καθίσας τῷ συνθρόνῳ, inquit, τὸν Χριστὸν ἐκμιμούμενος, συγκαθέδρους ἔχει καὶ τοὺς συνεπισκόπους καὶ ἱερεῖς, μιμουμένους τοὺς ἀποστόλους. *In consessu recumbens Christum imitatur Pontifex, assessoresque habet Coepiscopos & Sacerdotes, Apostolos repræsentantes*, suntque ipsi σύνθρονοι (voce adiectiuè sumptâ) eiusdem honoris cum Episcopo, vt eius assessores, effecti; & σύνθρονον occupant: libris tamen de Sacra. συγκαθεζομένους assidentes quidem Episcopo Sacerdotes depingit: συνθρόνους nihilominus, vel ἐν συνθρόνῳ sedentes asserere veretur, illisque solum in subselliis inferioribus locum humiliorem concedit, cum ait: ἡ ἄνω καθέδρα τὴν ὑπερουράνιον δείκνυσι καθέδραν τοῦ Ἰησοῦ· αἱ ὑπ' αὐτὴν δὲ βαθμίδες τὴν ἑκάστου τῶν ἱεραρχῶν καὶ ἱερέων τάξιν τε καὶ ἀνάβασιν, ἔνθα δὴ καὶ οὐ θέμις τινὰ ἕτερον καθίσαι, οὐδὲ τῶν διακόνων αὐτῶν. *Superior cathedra supercœlestem Iesu sedem ostendit: inferiora vero subsellia vniuscuiusque Pontificum & Presbyterorum ordinem & gradum, vbi certè nulli alteri sedere fas est, neque ipsis Diaconis.* Hucusque porrò dictis magis ac magis illustrandis in supremo fornicis sinu, Christum, vt præfati sumus, diuina sacræ mensæ mysteria instituentem, vel quasi populo preces offerenti benedicentem: & inferius paulo sacrum Apostolorum chorum depingere, vel opere musiuo (quod & in antiquis Romanis Templis obseruare fas est) Græci solent exprimere: & nonnunquam Hierarchas suos Dionysium, Basilium, Gregorium, Chrysostomum, sanctosque alios Sacerdotes sacris indutos, quasi Christo seipsum in Altari offerenti, vel etiam in memorato excelsiori Throno tanquam supremo Hierarchæ sedenti (atque ideo super Thronum illum Pontificium τὸ ἀρτοφόριον sacræ Eucharistiæ asseruandæ *tabernaculum* est extructum) assistentes, coloribus effingunt; Diaconos autem nusquam; at si quos vt Stephanum, Laurentium, Ephræm. &c. imaginibus in toto Tribunalis ambitu decorare cupiant, illos extra absidem in σκευοφυλακίου & διακονικοῦ parte, vel hinc inde ad laterum muros, quasi ministeriis sacris obsequi paratos, & stolas suas hac de causa manibus prætendentes, variis colorum lineamentis efformare consueuerunt.

Quandoquidem vero de vtroque Sancti Tribunalis & Altaris latere nonnihil iam sermo delibauit, ad illud accuratiùs describendum, oculorum simul & mentis attentionem deflectere, operæ pretium est. Hinc inde itaque duas mediâ minores Absides aduertimus, vbi H & L literæ, in tabulâ sunt exaratæ: & in dextrâ quidem parte H σκευοφυλάκιον, & eius mensam; in sinistrâ vero L πρόθεσιν, & pariter eius mensam commonstrant: nam quod ex opposito Symeon Thessalonicensis πρόθεσιν in dextro, σκευοφυλάκιον autem vel διακονικὸν in sinistro latere collocet, nil nobis officit: pro respicientium enim ad ortum vel occasum mutatione, dextri etiam vel sinistri lateris mutationem contingere necesse est. Sinistra pars, inquam, πρόθεσις est, quam perperam Genebrardus *Altare* interpretatur, cum rectius *Propositio, seu Propositionis mensa* dici queat, quæ non Sacrificio, sed pani tantum offerendo dicata sit; (vnum namque est, & vt Eusebius loquitur μονογενὲς θυσιαστήριον, etiamnum hodie apud Græcos, & non nisi semel per diem propter Sacrificij vnitatem, in eo celebrant: & si forsan alicubi duo Altaria liturgiæ dicendæ erecta demonstraueris, confestim ipsi iunctas Ecclesias, & muro medio seiunctas παρεκκλήσια, quasi *Ecclesiarum appendices*, & Oratoria distincta in quibus diebus profestis memorias diuersas agant, puta feria secundâ τῶν ἀσωμάτων *Angelorum*, tertia τῆς θεοτόκου, quarta τοῦ προδρόμου, quinta τῶν ἀποστόλων, parasceue τοῦ σταυροῦ, sabbato τῶν κεκοιμημένων *mortuorum*, ostendunt) τράπεζα itaque solummodo, est πρόθεσις, non θυσιαστήριον: & quamuis primum ibi panis & vini fiat offertorium; vltimum tamen, quod solemnius est, & προσκομιδὴ, *perfecta oblatio*, necnon & consecratio, ἐν θυσιαστηρίῳ est perficienda. In dextro vero Altaris latere σκευοφυλακίου, siue διακονικοῦ τράπεζα extat, quamuis non negauerim σκευοφυλάκιον *Sacristiam* etiam iuxta Prothesin, vbi est Δ ad latus Ecclesiæ, pro loci opportunitate ab ipso quoque Symeone Thessal. collocari: in eâ vbilibet statuatur, sacra vasa, vestes, & libri reponuntur & præparantur: panis etiam Eulogicus post oblationem in Prothesi factam, ad finem vsque Liturgiæ asseruatur, sicut & aqua in Theophaniis benedicta, quæ inde quoque à Diacono inter Liturgiæ sacra pœnitentibus à communione repulsis, depromitur & propinatur. Cæterum an dextra hæc sacri Tribunalis portio, διακονικοῦ nomen obtineat, quod quidam negant, diligentius inquirendum. Διακονικὸν certe ab Altari totoque sacro Adyto longius esse semotum indicant illa Thessalonicensis verba lib. de Sacra. quibus consecrandum Episcopum, à Diaconico, in quo vestibus sacris indutus fuit, comitatumque eius, & viam ad Altare, & sacrum vsque Adytum describit: ἀπὸ τοῦ διακονικοῦ, inquit, ἐξάγεται, καὶ προηγουμένου αὐτῷ διακόνου, παρακρατούντων δύο πρεσβυτέρων, διὰ τοῦ δεξιοῦ μέρους τοῦ ναοῦ, καὶ τοῦ σωλέως, ἄχρι τοῦ βήματος. *Educitur ille è Diaconico, & Diacono ipsum præcedente, deducentibusque Presbyteris duobus per portam templi dextram, & Soleam, iter agit adusque sanctum Tribunal* Vide Tribunal hoc sanctum, quam longe à Diaconico distet: & dextram templi, (quo nomine nauis vel pars Ecclesiæ ab Adyto distincta semper intelligitur) dextram, inquam, templi regionem Soleamque integrum (qui gradus est chorum & Adytum sacrum interiacens, & in tabulâ litera T designatur) inter sacrum Tribunal & διακονικὸν hoc interpositum. Sed & Euchologium nostrum, non omittendum suggerit Diaconicum inter, & sanctum Tribunal discrimen: κατέρχεται, inquit, in Officio ablutionis Altarium, ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης ἐν τῷ μητατωρίῳ ἤγουν τῷ διακονικῷ, καὶ ἐξέρχεται εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον ἐκ τοῦ μέρους τοῦ δεξιοῦ. *Descendit in Metatorium, illud est Diaconicum, sanctißimus Patriarcha, & prodit versus Altare, à parte templi dextrâ.* Cernis ibi Patriarcham Diaconicum prius ingressum ex eo egredi, & per dextram Templi partem, Altare versus iter peragere. Vtique quia semotum est vnum ab alio, & inter vtrumque expansa est non modica Soleæ via: & Metatorion deinde, (quod Diaconico idem esse dicitur) à sacro Tribunali longius esse sepositum oportuit, cum in illud quondam, Leo Basilij Macedonis filius sacris interdictus se recipiendi facultatem

De diaconico v. Gothofr. & Vales. ad Philostorg. 7.3.

ratem habuerit, vt ſcribit Cedrenus in eius vitâ, quod argumento eſt Diaconicum ab Altari, loco fuiſſe penitus ſeparatum, ibique reponendum vbi in tabulâ ſtellę notam cernere licet elucentem. Ex aduerſo vero διακονικὸν dextram fuiſſe ſacri Tribunalis portionem aliæ confirmant authoritates, vel argumenta. Primum quidem ex ipſo Theſſalonicenſi ſcribente lib. de ſac. τοῦ ἱερωτάτου βήματος κατ' ἀνατολὰς ὁρισθέντος, καὶ τῆς μὲν προθέσεως ἐν δεξιῶν, ἐξ ἀριστερῶν δὲ τοῦ διακονικοῦ τεταγμένου &c. *Sacratiſsimo Tribunali ad orientem ſtatuto, à dextris* (eius qui in Altari reſpicit Occidentem vt ſuperius monuimus) *propoſitionis menſa; à ſiniſtris autem Diaconicum ordinatum eſt.* Sacri vero Tribunalis pars eſt notanda, Protheſis: erit itaque, & eiuſdem portio Diaconicum ei oppoſitum. Secundum, vbi author idem de conſeſſu Epiſcopi & Preſbyterorum prout ſupra expoſuimus ſermonem inſtituit, ab eo ſemouet Diaconos, ἔνθα δὴ, inquit, καὶ οὐ θέμις τινὰ ἕτερον καθίσαι οὐδὲ τῶν διακόνων αὐτῶν. τούτοις γὰρ ἕτερος ἀφώρισται τόπος, ὃς καὶ ἀκολούθως ὠνόμασται διακονικόν. ἔνθα δὴ καὶ καθῆσθαι τούτοις ἀκώλυτον. ὑποδιακόνοις δὲ καὶ ἀναγνώσταις ἔξωθεν τοῦ βήματος περὶ τὸν σολέαν, ὃς δὲ καὶ βῆμα καλεῖται ἀναγνωστῶν. *In conſeſſu* (Pontificis & Sacerdotum) *nulli alijs ſedere, neque etiam ipſis Diaconis licet. His enim ſuus ſegregatus locus, qui & Diaconicon appellatur, aſsignatus eſt. Vbi & eos ſedere nullus prohibeat: ſicut Subdiaconis & Lectoribus extra Tribunal circa Soleam, qui & Lectorum Tribunal vocatur*, ſedem habere conceſſum eſt. Animaduerte, amabo, in loco ſibi præfixo, intra Tribunalis ambitum, in Diaconico Diaconos ſedentes: extra verò Subdiaconos, cum Lectoribus poſitos. Adde quod & tertium indicium eſt Diaconos Altaris, portarumque ſacrarum, & velorum in eis appenſorum cuſtodes ab antiquo inſtitutos; iuxta Dionyſium de Eccl. Hierar. cap. 5. ταῖς ἱεραῖς αὐτοὺς ἐφίστησι πύλαις ἡ ἱεραρχικὴ θεσμοθεσία. *Sanctis portis eos præficit Iuris Pontificij decretum*, & Cyrillum Alexandrinum lib. 3. de adorat. πρεσβυτέροις πεπίστευται τὸ θυσιαστήριον, καὶ τὰ ἔσω τοῦ καταπετάσματος, οἷς αὖ πρέπει λέγεσθαι. καὶ φυλάξουσι τὴν ἱερατείαν αὐτῶν. διακόνοις γε μὴν τὸ, φυλάξουσι τὰς φυλακὰς τῆς σκηνῆς, καὶ πάντα τὰ σκεύη αὐτῆς, καὶ τὰ φυλάγματα τοῦ λαοῦ. *Preſbyteris concreditum eſt Altare, & quæ intra velum continentur; quibus etiam dici conuenit; & cuſtodient ſacerdotium ſuum. Diaconis vero illud: Cuſtodient cuſtodias populi.* quod præſtant vtique cum Altari aſtant, foribuſque Tribunalis præſident, & intra illud in Diaconico vt proprio ſibi loco conſident: quod ipſi eiuſdem muri, mutis eloquuntur teſtimonijs, imaginibus nempe ſanctorum Diaconorum quas in hac Tribunalis parte vt addictâ ſibi ſede, ſuperius depingi conſueuiſſe enarrauimus. Fauet his Canon Synodi Laodicenæ 21. quo ſancitur: οὐ δεῖ ὑπηρέτας χώραν ἔχειν ἐν τῷ διακονικῷ, *non oportere Subdiaconos in Diaconico locum tenere*, id eſt, in ſancta ingredi: & Diaconorum conſeſſum appetere, alias ſi à ſanctuario remotum fuiſſet Diaconicon, non tantâ ambitione eius ingreſſum exquiſiuiſſent Subdiaconi, vt propterea Canone Eccleſiaſtico debuiſſent ab eo prohiberi. His inſuper dicendum, quod cum etiam in Eccleſijs Latinis, à dextris & à ſiniſtris, duo Paſtophoria conſueuerint olim ædificari, quorum vſum Paulinus ſuis verſibus exprimit; dextri quidem hac inſcriptione.

Hic locus eſt veneranda penus quâ conditur: & quâ
Promitur alma ſacri pompa miniſterij.

Siniſtri verò hæc alia.

Si quem ſancta tenet meditandi in lege voluntas
Hic poteris reſidens ſacris intendere libris.

Oportet illa & in Græcis parem formâ, ædificium, vſum nomenclaturamque non omnino abſimilem fuiſſe conſecuta, at vera ſi tabulam ſupra præfixam contemplemur, duas teſtudines literis H & L. connotatas *Paſtophoriis* à Clemente lib 2. conſt. cap. 61. *Thalamis & interioribus cubiculis* à Hieronymo in Ezechielis c. 42. à Paulino *Secretarijs* vocatis, conquadrantes omninò, licebit obſeruare, quarum vna non libris ſed donis ſacris proponendis addicta eſt; altera vero Diaconis attributa, ſacri miniſterij pompæ depromendæ commode inſeruire dicenda eſt: ſi quidem Diaconicon Diaconorum ſedem fixam fuiſſe aſſeramus: ne ſi ab Altari longius illos ſeponamus, Subdiaconis inferiores, & ſacerdotibus in obſequio penitus inutiles affirmare cogamur. At nunc, quid ſimilius vero, inter diſcrepantes has duas opiniones à nobis tenendum ſit qui dubitauerit, oppoſitam vtramque, me iudice, probabit, quâ & extrà & intrâ ſanctuarij ſiue ſancti Tribunalis ambitum, διακονικὸν, extitiſſe credatur. Nam cum διακονικὸν plerique cum Gretſero interpretentur *Sacriſtiam*, prout etiam Concilium Agathenſe primũ ſub Symmacho Papa videtur intelligere, quod διακονικὸν idem, vertit *Secretarium*, quod alij *Sacrarium* dicunt: equidem cum ad Sacriſtiam hanc duplici porta fuerit acceſſus, ab ipſo nimirum ſacro Tribunali, & à Chori ſuperiori parte, extra Tribunal conſtitutâ, cumque locus Diaconorum proprius, fuerit Tribunalis dextra pars, ab intus habens ad Sacriſtiam acceſſum, in quâ plerumque Diaconi ad depromenda, vel reportanda vaſa, ſuppellectilemque ſacram verſantur, factum puto, vt tam illa βήματος dextra portio, quam Sacriſtia ipſa, ſiue σκευοφυλάκιον, nomen διακονικοῦ ſibi comparauerint, & vice verſâ cum in aliquibus Eccleſiis ſacriſtiæ defectu in dextrâ Tribunalis parte ἐν διακονικῷ vaſa ſacra fuerint aſſeruata, contigit iterum, vt & διακονικὸν, σκευοφυλακίου nomen aſſumpſerit. Vnumque eſt vtriuſque coniecturæ fundamentum, quod promiſcue nomen vnius pro altero vſurpetur: nam quæ in Liturgia Chryſoſtomi preces ſcribuntur fieri ἐν σκευοφυλακίῳ, eædem illæ, vel ſimiles in liturgia D. Marci, ἐν διακονικῷ leguntur; & quæ D. Iacobi liturgiam claudit & in editis ſcribitur, λεγομένη ἐν σκευοφυλακίῳ μετὰ τὴν ἀπόλυσιν: eadem omninò legitur, λεγομένη ἐν τῷ διακονικῷ μετὰ τὴν θείαν λειτουργίαν τοῦ ἁγίου Ἰακώβου in M. S. codi. Barberino: vt vna vox itaque alterius vice fungi poteſt, ſicut & vnus locus alterius obſequium præſtare. Quamuis autem authoritatum pondus & copia, dextrum βήματος latus, *Diaconicum* appellare adegerit, nuſquam tamen arriſit illa Nicetæ vel Billij potius interpretatio, qui totum ἅγιον βῆμα voce διακονικοῦ deturpare, vt ita dicam, non eſt veritus. Nam cum dictio illa miniſterium ſonet, à Throno maieſtatiſque omnium Domini, & Dominici præcipuâ ſanctiorique parte ſignificandâ, vt aliena penitus arceri debet: neque enim ſordida & humilia, ſed auguſta ſemper, regia, ſublimia rebus omnibus ſacris, Græcos impoſuiſſe nomina, nullus eorum in cærimonijs leuiter eruditus, ignorat. Quis autem dicat Diaconum, cui ex priuilegio, vel neceſſitate miniſterij, aditus in ſancta patet, ab officii vſu, διακονικοῦ nomen, illis potuiſſe imponere. Apage à regis ſolio ſeruilem vocem. Sint enim, per me licet, Diaconorum iuris ſtatio in Tribunali ſacro, & muneris eorum obſeruandæ ſacræ fores, quis propterea tamen ſanctiori & ſecretiori Adyto nomen feciſſe Diaconum aſſerat, niſi qui à vilioris ſortis cuſtode, in nobiliſſimi palatij aditu excubias agente, nomen ſibi vendicaturum regium illud domicilium opinabitur?

Sanctuarium ἅγιον βῆμα, ſeparat nunc, à reliquo templi ſpatio tabulatum ligneum; quondam vero ſepta

illa, quæ Eusebius lib. 10 cap. 4. vocat δίκτυα ἀπὸ ξύλου, *retia è ligno*, nos *Cancellos* dicimus; τὸ θυσιαστήριον ὡς ἂν εἴη τοῖς πολλοῖς ἄβατον, τοῖς ἀπὸ ξύλου περιέφραττε δικτύοις, *Constantinus, Altare vt esset pluribus inuium cancellis, è ligno cirũmdedit.* Cancellos istos Symeon Thessalonicensis lib. de templo κιγκλίδας & διαστολὰς appellat, non inepte. Quas enim Pollux apud Stephanum τῶν δικαστηρίων θύρας, *Tribunalium fores*, Græcis κιγκλίδας: illas Romanis κιγκλιδωτάς, *cancellos*, dictas fuisse scribit: & Aristophanis Scholiastes κιγκλίδα, θύραν τοῦ δικαστηρίου καγκελλωτήν, & τὸν κάγκελον τοῦ δικαστηρίου pro eodem vsurpat; pro *Tribunalium Forensium cancellis* nimirum: qui quia à se inuicem seiunguntur, & hinc inde aperiuntur, Codino vulgari καγκελλοθυρίδες, his διπλαῖ θύραι, alijs δικλίδες appellantur. ἅγιον βῆμα, itaque, Thronus Tribunalque regis nostri cancellis suis circumuallatur, & sacræ fores olim cancellatæ, nunc continuo ligno solidæ, in cunctis Græcorum Ecclesiis hinc inde aperiuntur: humilioresque sunt, & medium tantum hominem retro stantem attingunt. Portæ vero spatium reliquum, aliquando apertum; quandoque suo velo (portis enim cunctis sua debent appendi vela) depicto Michaelis ense armati facie metuendâ, & oculis minas spirantibus, vt ingressum ad sacra prohibentis, vel saltem à temerario accessu deterrentis, occluditur. Septa hæc si mente attigeris, quænam sint Codino & Germano, στῆθα, κιόνια, *columellæ, thoracesue*, populum in templis incaute ad Altare accedentem, velut costæ ab intestinis infensa quæque prohibentes, & arcentes, confestim intelliges. De his Germanus in mystagogia. κιόνια ἤτοι τὰ στῆθα διαχωρίζοντα τὸ βῆμα ἀπὸ τοῦ λοιποῦ ναοῦ, καὶ κάγκελλα εἰσὶ τῆς προσευχῆς τόπου δηλοῦντα, ἐν οἷς σημαίνει τὴν μὲν ἔξωθεν τοῦ λαοῦ εἴσοδον, τὴν δὲ ἔσωθεν τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ὑπάρχουσαν, καὶ μόνοις τοῖς ἱερεῦσιν οὖσαν ἐπίβατον. *Columellæ siue thoraces separantes Tribunal à reliquo templo, & cancelli, locum orationis manifestant, quousque extrinsecus populus accedit, intrinsecus autem sunt sancta sanctorũ solis sacerdotib⁹ peruia.* Cancellos istos in Ecclesiâ Latinâ Vualafridus Strabo agnouit: verũ vbi locâdi sint non protulit. Extra septa hæc, locum Sacerdotibus Cantoribusque deputatũ, Chorum videlicet assignat, siue Genebrardus siue Heruetus, qui Liturgias in Bibl PP. Græcorum interpretatus est, quem quia vocat ἱερατεῖον, probare nequeo: ad hæc enim vsque septa venerabundo ad sacras imagines populo liberum est iter, εἰς τὸ ἱερατεῖον *in sanctuarium*, nunquam. Quamuis non dissimulem, Sacerdotes hodie in subselliis Choralibus sedentes canere, sed non is est eorum vt sacra facientium, sed tantum laudes diuinas canentium, locus, vt qui Psaltæ vel πρωτοψάλτη nonnunquam è sæcularium plebe electo sit peruius. Porro reticula illa lignea de quibus superius, mutauit Ecclesia Orientalis in tabulata solida, à tempore quo Iconoclastarum furore turbata plures & frequentiores sanctorum imagines ibi depictas esse voluit, earumque cultum perantiquum, probatum, & sedulâ crebrâque obseruantiâ confirmatum. Cæterum, an velum illud quod adhuc in Ecclesijs Gallicis inter chorum & Altare appensum seruamus quadragesimalis ieiunii tempore, sit illius antiqui moris quem contemplamur, monumentum vel relictum vestigium, alteri decernendum remitto: vt vt sit, velum Mosaicum, sanctum à sancto sanctorum diuidens hoc nostrum imitari; & præterea mundi partes superas & inferas referre in vtraque Ecclesia, à Symeone, Thessalonicensi lib. de Templo, & ab Honorio solitario lib. 3. cap. 46. Latinis nimirum pariterque Græcis authoribus, edocemur.

E Sanctuario egressis, siue medijs sacris foribus, διὰ τῶν ἁγίων θυρῶν: siue portâ australi & dextrâ: διὰ τοῦ νοτίου κλίτους, διὰ τοῦ δεξιοῦ μέρους: siue boreali, quæ Prothesi opposita est & sinistra, διὰ τοῦ βορείου κλίτους, διὰ τοῦ ἀριστεροῦ μέρους, in quibus I K & M. literæ sunt depictæ; confestim *Soleas* occurrit litterâ T dignoscendus, & à Græcis, ὁ σωλέας, ἡ σωλέα, σωλέα, τὸ σωλεῖον, siue σωλέας, σωλέα, σολεῖον, & σωλεύς, diuersis diuersimode scribitur. & in Ecclesijs Græcis nomen vbique habet, in rarissimis conspicitur: vnde contigit, vt qui magis docte de voce dissertationes instituerint, rem quoque simul se ostenderint penitus ignorasse. Atque equidem cum vox hæc *Soleas*, à Latino fonte sit deducta. quidam à *Sole*, alius à *Solo*, deriuari opinati sunt: errant tamen illi toto cœlo & tota terrâ: grauiusque hallucinatur Cellotius qui ab expansâ & exporrectâ eius formâ qualis est *Soleæ*, sic dictum putat, quasi prophanis, *Soleis*, & non solutis calceamentis terra sancta calcanda foret, & non potius Christus Imperator in *Solio* Regio suspiciendus. Quid igitur *Soleas*? interrogat ille seipsum. Hęret mihi aqua: respondet. Turbida est certe cœno & solo, & sordidis eius soleis prophanata. At nõ hęreat hic veritas, quæ σωλέαν, *Solium* Christi Imperatoris ad populum pro communione recipiendâ, extra sacras fores prodeuntis, esse asserit. Erigitur itaque extra cancellos *Solium* hoc, & Christo principi velut Thronus substernitur: ex quo, appositè voces has duas βῆμα & σωλέαν sibi inuicem conquadrare conspicis, & geminum Christi domini Thronum in Ecclesiâ Græcâ exprimere: βῆμα nempe, Tribunal regium intra septa sacra corpori eius consecrando dedicatum: σωλέαν vero eiusdem *Solium* extra cancellos pro eodem in communione diuidendo fabricatum. Quam ampla, quam sublimia, de rebus diuinis & Ecclesiâ sentiebant Græci Patres, qui minimæ parti vel loco templorum; honorata, augusta, regia nomina imposita esse voluerunt? ne prophanæ & antiquę Græciæ authoribus, qui *nullum*, vt canebat Lucanus suæ patriæ *sine nomine saxum* reliquerunt, in rebus sacris & diuinis æstimandis ingenio cessisse, & acie mentis inferiores fuisse comprobarent. Ac licet *Soleæ* vox Latinis ac Gręcis Patribus ignota sit, nullatenus est dignitas eius tenuis, vel obscura maiestas apud illos: quandoquidem vbi de communione scribit Hieronymus aduersus Luciferianos, *Episcopum* memorat *corpus Domini ad trectantem & de sublimi loco* (de Solea dictum puta) *Eucharistiam populo ministrantem*: & Chrysostomus Sacerdotem, pro Christi diuino corpore distribuendo plebem Christianam inuitantem depingens: τοῦτο χάριν, inquit, ὑψηλὸς τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις ἑστώς, πᾶσι καταδήλος γενόμενος, καὶ μεγάλην ἐκείνην τῇ φρικτῇ ἡσυχίᾳ ἀνακραυγάζει. *ea de causâ stans excelsus*, (in Soleâ vtique) *& omnibus manifestus tremendo in illo silentio vehementer inclamat sancta sanctis.* Soleam hinc antiquis Monachis in Ecclesia deputatum fuisse locum, è Dionysio colligimus, qui eos ad velum sacrum supra plebẽ adstantes commemorat: nunc Subdiaconis & Lectoribus sedes est reseruata, ita Symeone Thessalonienſi atteſtante lib. de sacra, ὑποδιακόνοις καὶ ἀναγνώσταις καθῆσθαι χρὴ ἔξωθεν τοῦ βήματος περὶ τὸν σολέαν, ὃς δὴ καὶ βῆμα καλεῖται ἀναγνωστῶν. *Subdiaconos & Lectores extra sacrum Tribunal sedere conuenit circa Soleam, qui Tribunalis Lectorum propterea nomen accepit.* Non omiserim hîc libens, quod vbi de Soleâ mentionem egit Thessalonicensis confestim medios sacros, cancellos contemplatur, tabulatum videlicet ligneum inter vtrumque memoratum interius exteriusque Tribunal positum, in quo quamuis à dextris & sinistris portarum sacrarum, Christi sacras & Deiparæ Virginis imagines delineatas supra asseruerimus, alio tamen pacto ordinatas dictus Thessalonicẽsis describit, τὰ διάστυλα καὶ τὸ ἄνωθεν τοῦ κίονος κοσμήτης, συνάγον τὴν ἐν μέσῳ ἀγάπην, καὶ τὸ ἄνω τοῦ κοσμήτου, μέσος μὲν ὅτι τῶν ἱερῶν εἰκόνων ὁ σωτὴρ,


ἐζωγράφηνται δὲ ἡ μήτηρ τε, καὶ ὁ βαπτιστὴς, ἄγγελοί τε, καὶ ἀπόστολοι, καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἁγίων: εἰς τὸ ἐν οὐρανοῖς τὸν Χριστὸν οὕτως εἶναι, μετὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ, καὶ μεθ' ἡμῶν εἶναι τὸ καὶ νῦν, καὶ ἔρχεσθαι μέλλειν τῶν τοιούτων ἐκδιδασκόντων. *Columnæ mediæ extant* (in tabulato) *& super columnas extenditur stereobata & coronis*, le plat fonds & la corniche, *compagem fabricæ illius continens: super coronidem vero, media sacrarum imaginum Saluatoris est, hinc inde vero Deiparæ matris, Baptistæ, Angelorum, Apostolorum, & reliquorum cælitum: & hac ratione Christum iam in cælis cum sanctis suis versari, & nobiscum quoque esse, & in futuro venturum, edocemur.* Tabulati huius, sacrarumque imaginum custodia, τῷ κανδηλάπτῃ inter Lectores non ignobili commendatur; ipse vero vt σκευοφύλακος *Sacristæ* subminister, sacras imagines à puluere tersas conseruat, lampades coram illis appensas & super coronidem τὰ δωδεκάφωτα διὰ τὴν τῶν ἀποστόλων χορείαν ὧν μέσον ἕν ἵσταται ὑψηλότερον φῶς, εἰς τύπον τοῦ μεγάλου φωτὸς τοῦ Ἰησοῦ, *duodecim cereos*, inquit Thessalonicensis, *propter Apostolorum chorum, quorum vnus excelsior est in figuram magni luminis Iesu*: intra Tabernaculum quoque (cui ius ingressus propterea conceditur) lumina quęqueaccendit: & totius *Soleæ*, vt circa illum & Sacristiam munere suo fungatur, spatium sibi commissum possidet.

E regione Soleæ in Templi totius meditullio (quamuis in Ecclesijs aliquibus in dextram vel sinistram partem pro loci opportunitate declinet) stat erectus Ambo, ὁ ἄμβων πρὸ τῆς θύρας τοῦ βήματος ἵσταται. *Ambon è conspectu portæ Tribunalis stat*, inquit, Thessalonicensis: & iterum τοῦ ἱερωτάτου βήματος κατ' ἀνατολὰς ἀφιδρυθέντος, καὶ τοῦ ἄμβωνος ἀντικρὺ τεθέντος, εἰ τόπος ἐστί. *Sacratissimum Tribunal ad orientem statuitur, & ex opposito, si permittat locus Ambo ponitur*, cuius vsum tam apud Græcos quã apud Latinos Cypriani tempus agnouit: ad quem cum ex vtrâque, id est, Occidentis & Orientis parte sit accessus, non adultere ab *ambiendo*, sed ab *ascensu*. ἀπὸ τοῦ ἀναβαίνειν, legitimè nomen eius deducitur. Illum qui in magnâ fuit Ecclesiâ describit M. S. Regium Codini verbis vulgaribus, τὸν δὲ ἄμβωνα μὲ τὴν σωλέαν ἐποίησεν μὲ σαρδονύχων, & infra, ἐποίησε δὲ τροῦλλαν εἰς τὸν ἄμβωνα μετὰ μαργαριταρείων, καὶ λυχνιταρείων· ὁ δὲ σταυρὸς τοῦ ἄμβωνος ἵστα λίτρας ρ', εἶχε δὲ καὶ συχνὰ λυχνιτάρεια, καὶ μαργαριτάρεια ἐπάνω αὐτοῦ· ἀντὶ δὲ στηθέων, ὁ ἄμβων εἶχεν ἄνωθεν ὁλόχρυσα πετάσια. *Ambonẽ cum Soleâ Sardonychis fabrefecit Iustinian⁹ imposuitque Amboni trullam quam gemmis varijsque lampadibus & lucernis decorauit. Pendebat Ambonis crux libras centum, totaque Lucernis & gemmis respersa erat, & repagulorum vice, desuper aureis aulæis circumdabatur.* Cruces enim cereis luminibus, à Græcis oneratas iam Chrysostomi ætate Nicephorus narrat lib 13. cap. 8. σταυροὶ ἀργύρεοι κηρῶν ἐπ' αὐτοῖς ἀνημμένων προηγοῦντο. *cruces argenteæ cereis respersæ præcedebant.* Iam vero, qui ex opposito portæ regiæ Tribunalis, statutus est Ambon, rei obseruatione dignæ ex huiusmodi situ fundamentum, ex Germano in mystagogia & eum sequuto Thessalonicensi lib. de sacra. præbuit. ὁ ἄμβων, πρὸ τῆς θύρας τοῦ βήματος ἵσταται, τὸν κυλισθέντα λίθον ἀπὸ τῆς θύρας τοῦ μνημείου δεικνὺς, καὶ τὸ ὑψηλὸν ἔχει διὰ τὸ τοῦ κηρύγματος ὑψηλὸν, καὶ τὸ ἐπάνω καθῆσθαι τὸν ἄγγελον. *Ambon coram portâ Tribunalis statuitur reuolutum lapidem à portâ monumenti significans, & in altum erigitur propter prædicationis sublimitatem, & quòd id illo sederit Angelus.* Ex quibus dictis constat iuxta Thessalonicensem, Sacerdotem Diaconumque Ambonis conscendendi potestatem, ob Euangelium legendum obtinuisse ἔνθα καὶ ἀγγελικὸν σώζοντες τύπον, διάκονοί τε καὶ πρεσβύτεροι τὸ θεῖον κηρύσσουσιν εὐαγγέλιον, διάκονοι μὲν τῇ ἱερουργίᾳ, ἱερεῖς δὲ τῷ ὄρθρῳ τὰ ἑωθινά. *Angelicum propterea exemplar imitati, Diaconi Sacerdotesque prædicant Euangelium: Diaconi quidem in Missa, Sacerdotes autem in laudibus, quæ mane legenda occurrunt.* Cantoribus etiam Canonicis, in sacris nempe constitutis, & Pontificiâ benedictione cantandi munus in Ecclesiâ adeptis in Ambonem licitus semper fuit conscensus ex Synodi Laodicenæ Can. 15. οὐ δεῖ γὰρ πλὴν τῶν κανονικῶν ψαλτῶν, τῶν ἐπὶ τὸν ἄμβωνα ἀναβαινόντων, καὶ ἀπὸ διφθέρας ψαλλόντων. ἑτέρους τινὰς ψάλλειν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. *Non oportet præter Canonicos Cantores, qui suggestum ascendunt & è membrana legunt, aliquos alios canere in Ecclesiâ.* Imperatori denique facultas eadem data est, apud Codinum de Off. Cur C P. cap. 17. vbi & Ambonis forma satis apposite intelligitur, duplexque eius gradus, hic ad Orientem, ille Occidentem prospiciens connotatur, iuxta eiusdem authoris verba. κατέρχεται ὁ βασιλεὺς τοῦ ἄμβωνος· οὐκ ἐκ τοῦ μέρους μέντοι οὗπερ ἀνῆλθε ἤγουν τοῦ πρὸς τὰς ὡραίας πύλας ὁρῶντος, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἑτέρου τοῦ πρὸς τὸ σωλέαν, καὶ τὸν ἅγιον βῆμα. *Descendit Imperator è suggestu, non ab ea parte quâ ascendit, siue ab eâ parte, quæ spectat versus speciosas portas* (quæ aditum Ecclesiæ vel chori ex Occidentis parte claudunt) *sed à parte alterâ quæ ad Soleam & sanctum Tribunal obuersa est*, (id est, ad Orientem) Huiusmodi Ambonis formam, nisi melius dicam reliquias seruant adhuc Romæ S. Mariæ ad Martyres siue in Cosmedin, S. Laurentij, S. Clementis S. Pancratij templa seruant, de quibus eruditos audio tractatus condi.

At si cantores, inquies, laudes diuinas quondam celebraturi Ambonem conscendebant, an nunc est eis separatus in Ecclesia Græcorum chorus, & quonam ordine viri sacri solent in eis considere? Respondeo Monachalium aliarumque communium Ecclesiarum diuersum penitus esse de ædificio sermonem, quia namque sibi solis ædificant Monachi, totum templi spatium à portis speciosis ad Soleam vsque excurrens, totus etiam chorus est, apud illos, intellige cantantibus illis vel oraturis per totum, quaquâ versus, templi ambitum στασίδια *Sedilia* esse disposita: καθολικαὶ vero hoc est communes, legitimæ, & omnibus fidelibus peruiæ Ecclesiæ, sedilia quidem supra mediam Ecclesiæ regionem ostentant, hinc inde cantaturis extructa: sed quę nihilominus, nullo à plebe separata sunt discrimine. Consule, amabo, positam supra templi Monachalis effigiem, & alias inferius depingendas Ecclesiarum communium, vt vel vno intuitu oculi, quam expono differentiam, comprehendas. Vtrobique viros sacros habes Altaris viciniorem locum occupantes: Episcopus tamen vel alius superior supremum omnium in parte dextrâ, tenet vbi in tabula P literam affiximus. Ad Episcopi sinistram in choro dextro Diaconi sedent; illi etenim post Hierarcham prima Ecclesiæ officia Oeconomi puta, Sacellarij, Chartophylacis &c. obtinent, & Pontifici obsequium præstituri, præstò quoque debent adesse: post eos circa Analogium Psaltę & Lectores, quos deinde Sacerdotes aliqui sequuntur. Chori autem sinistri Archipresbyter cętérique sacerdotes, & officiales occupant sedilia ordine quem opusculis de hoc speciatim institutis inferius vbi de ordinationibus, Deo fauente, exhibebimus. Infra choros orantes viri stant in Ecclesię medio sinu, in Monasteriis ἰδιῶται *Monachi conuersi & illiterati*, cum plebeijs sæcularibus, Narthecem inter & chorum, iuxta portas speciosas consistunt: vel in Narthece, si tamen choro coniunctus sit. Mulieres vero de quibus hucusque tacuimus à viris vel muro humiliori, vel cancellis seu clatris, quibus sacra celebranda perspicere possint, vbique seiunguntur (quod in antiquis etiammum hodie Orientis Ecclesiis obseruatur) κατηχούμενα *loca verbo Dei officijsque Ecclesiasticis audiendis* in altum extructa, vel cameras superiores vastum Ecclesiæ sinum circumambientes, & in illum fenestris clatrisque interpositis vndequaque

prospectum habentes, sibi reseruatas obtinent: siue autem superiores illæ speculæ & ambulacra intra ædificij latera circumducta, siue separata quædam pars (Græcis γυναικαῖον & γυναικίτης, Latinis apud Ciacconium in Anastasio Iuniore *matroneum*, & in ordine Romano *pars mulierum* dicta) sit illis inferius assignata: à viris Angelorum consortio, colloquióque in oratione perfruentibus, tanquam iniecto velo, iuxta Pauli monitum, sub cancellis illas etiam hodie vultus subducere constat: succeduntque cancelli velis quæ ibidem Basilius ob mulierculã impudicè Diacono sibi ministranti annuentẽ, dũ de supernis in Altare prospiceret, appendi iussit: βῆλα παραχρῆμα ἐκέλευσε κρεμασθῆναι, ἐν τοῖς κατηχουμένοις, διαστειλάμενος ταῖς γυναιξὶν, ὡς εἴ τις ἔξω τῶν βήλων ὀφθῇ ἀνακύπτουσα, τῆς θείας λειτουργίας γινομένης ἐξωθεῖσθαι τῆς ἐκκλησίας καὶ ἀκοινώνητον μένειν. *Confestim vela è speculis suspendi præcepit iniungens mulierib⁹, vt si quæ deprehensa esset dum sacra peragerentur caput ad respiciendũ emittere de Ecclesiâ pelleretur & extra communionem fieret* ita Ampilochius in Basilij vitâ: de huiusmodi vero pudoris, vel decoris obseruantiâ Constitutionem Apostolicam emanasse testatur Clemens Romanus l. 2. c. 7. & ad eiuscemodi loci piam cogitationem, virginem lapsam reuocat Ambrosius, libri ad eam missi c. 6. *Nonne vel illum locum tabulis separatum, in quo in Ecclesiâ stabas recordari debuisti, ad quem religiosæ matronæ, & nobiles certatim currebant, tua oscula petentes quasi sanctioris & dignioris? Nonne & illa præcepta quæ scriptus paries tuis oculis ingerebat, recordari debuisti?* Hacque eadem ratione viros à mulieribus in Ecclesijs separatos, suo etiam tempore, scribit Amalarius Fortunatus lib. 3. cap. 3. hosque in australi, dextrâ scilicet parte, vt digniores: mulieres autem vt subditas, in boreali, velut statione tutiori fuisse collocatas, docet. Arridet ratio hæc, hodiernusque Græcorum vsus illi suffragatur: quanquam & pro loci opportunitate, in vltimam templi partem, vt infra delineandæ tabulæ ostendent, nonnunquam eas reijciant: & in magnâ Ecclesiâ ex vtroque virorũ latere, in duplici γυναικείῳ siue γυναικίτῃ sedem habuisse describat Codinus, in quo τὰ πρωτεῖα primas vt dicunt, ταῖς καλογραίαις *Monialibus* καὶ ταῖς παπαδίαις *presbyterorum vxoribus*, pro earum dignitate, deferunt.

Iam cum portarum numerus, ordo, nomen, consideranda se obijciant: nec nisi cognitis locis, ad quæ viam aperiunt integrè percipi possint: loca ipsa, Nartheces puta & expansum in longum alterius templi spatium, adiunctâ quam habet ad Monastica templa varietate, integrè delineare præstat.


D
A
C
A
E
B
F
F
G
K
H
K
I
L
P
P
N
M
N
Q
Q
R
S
T
T
V
V
X

Sititaque Ecclesiæ καθολικῆς *legitima*, pro moderno vocis huius sensu, siue ad Balsamonis mentem; *viris mulieribusque communis*, secunda hæc Ichnographia: & litera A ἅγιον βῆμα, B Sanctuarij mediam portam τὰ ἅγια θύρα, C altare, D πρόθεσιν. E διακονικὸν, F Soleam. G Episcopi thronum extra missarum solemnia intellige. H Diaconorum, I Lectorum, K Archipresbyteri sedile, L Ἀναλόγιον *pulpitum*, M Ambonem, N γυναικεῖον *Fœminarum locum*. O portam γυναικῶν exteriorem, P aliam interiorem quâ recipiendorum Sacramentorum gratiâ in Ecclesiam penetrant, Q Nauem mediam Ecclesiæ. R. Portas Speciosas. S Baptisterium. T Narthecem *Vestibulum*, V Columnas fornicem & porticum suffulcientes, quarum medium omne spatium vacuum est & apertum, designent: aut si mauis intercludantur spatia quæque muris, vnusque solus in medio vbi X litera est, aditus reseruetur.

Narthex seu porticus profunditatem obtinet modicam, & ab vno templi latere, ad aliud longitudine excurrit; est enim illi ex æquo præiacens & transuersa; Latinisq; Vestibulum, Limen, Porticus, Atrium, Ferula, &c. dicitur: apud Græcos πρόναος, & νάρθηξ vocari consueuit. In eâ infidelibus & communionis iure priuatis, aliqua officiorum sacrorum parte, & concionis vel lectionis tempore licitum consistere: Pœnitentibus & Catechumenis ex præcepto imperatum. Cum autem Pœnitentium quidam intra ipsius templi gremium admissi, alij fuerint extra limen omne eiecti, alij tandem intra Narthecis siue Vestibuli sinum & ambitum excepti; succinctè qua fieri potest, Pœnitentiæ gradus, variaque Pœnitentibus assignata loca, ex reconditis Græcorum monumentis, in lucem proferenda, clarisque authorum testimoniis peruestiganda sunt, & illustranda.

Pœnitentium quinque gradus constituit Gregorius Thaumaturgus, quatuor Matthæus Blastarius, ternario vult eos includi Albaspinæus Aurelianensis Præsul, rituum Ecclesiæ antiquorum inter recentes, scriptor peritissimus. In primo statim gradu collocant plerique *Lugentes* siue *Flentes* προσκλαίοντας, τοὺς ἐν προσκλαύσει, qui duriora Pœnitentiæ subibant onera, & in habitu vili, cilicioque strato, intrantium Ecclesiam, vt ipsi restituerentur, opem; & erga Deum, precum subsidium implorabant. Hos Tertullianus de pudicit. cap. 13. vocat. *Conciliatos, concineratos, cum dedecore & horrore compositos, prostratos in medium ante viduas, ante Presbyteros, omnium lachrymas suadentes, omnium vestigia lambentes, omnium genua detinentes.* Albaspinæus tamen nondum eos Pœnitentium collegio consociat, sed potius hac habitus vilitate, lachrymis, precibus, prouolutionibus, pœnitentiæ solummodo *Canditatos* se profiteri, illam ambire, vt non omnino Ecclesiæ liminibus arcerentur, nec omnibus horrori diutius forent, & detestationi, vno verbo non Pœnitentiam ducere, sed eam precari, procarique Pontifex præfatus existimat. Quos vero ἀκροωμένους *Audientes* ad secundum gradum euehit Thaumaturgus, hic idem in primo tantum sistere docet, vtpote quorum abiectio pro delictis exsoluere inciperet: & nullâ pro eis ab Ecclesiâ, factâ oratione, liminibus expellebantur, hoc vno satis cumulari beneficio reputati, si Dei verbum cuius obseruantiam prauis facinoribus detrectauerant cũ Catechumenis & Infidelibus iterum audire, & eius præcepta repetere permitterentur. Tertiam Pœnitentium seriem componunt apud Neocæsariensem Antistitem, οἱ ἐν ὑποπτώσει, *qui Substrati & Subiecti*, quique sacras lectiones & prædicationes cum Catechumenis & Audientibus excipiebant auribus, sed non abque orationis beneficio dimittebantur: imo quia prono in terram capite, genubus prouoluti, manibus Episcoporum suppositi eam suscipiebant, ὑποπίπτοντες propterea, & quasi de nouo sub iugum Ecclesiæ, legisque diuinæ missi, censebantur.

Hos sequuntur συνιστάμενοι *Consistentes*, qui precum communionem consequuti, in orationibus, officiis, cunctisque Deo reddendis obsequijs, in Ecclesiâ *consistebant*, ab oblationibus tamen faciendis abstinere iubebantur, & quacumque Sacramentorum participatione nondum digni habiti perseuerabant cum reliquis in oratione, & *Consistentium* nomine honestati Albaspinæo vltimum, Gregorio Thaumaturgo, quartum Pœnitentiæ locum obtinebant: post eos namque enumerat (numerumque eundem Balsamon obseruat) τοὺς μετέχοντας, *Participantes, seu Sacramentorum participes factos*, quos quia Pœnitentium limites nondum plene excessisse demonstrat, non ita Ecclesiæ restitutos, eius pacem accepisse, communionemque sortitos putauerim, vt fidelium reliquorum quos nullius delicti infamia depressisset, priuilegijs & prærogatiuis gauderent: quin potius pœnitentiæ præteritæ signa inustasque notas asseruasse, in ambiendis saltem & recipiendis Ecclesiæ honoribus crediderim asserendum. Iam quod ad rem præsentem spectat, quodque paucissimos obseruasse, nonnullosque male mente apprehendisse comperio, his omnibus Pœnitentium generibus, Energumenis, aliisque baptismum & Ecclesiæ societatem ambientibus, sua sedes locusque in templis est assignandus. Lugentes quidem, vt è *Pœnitentium* collegio expungunt quidam, sic & scriptores cuncti, si tamen sinceri sint, & eorum statum probe perceperint, in nullâ templi parte pedem figere permittunt, sed *in Areâ* Ecclesiæ præiacente, *in Atrio*, sub dio, in puluere & luto volui oportere contendunt: vnde & temporis tempestatibus iactati, & doloris contritionisque procellis agitati, *Hyemantes*, à Latinis authoribus sunt dicti, propriè quidem satis, hac ratione attentâ, impropriè tamen omninò cum χειμαζομένους, ita interpretantur, qui Pœnitentes nusquam erant, sed *Energumeni*, ὑπὸ τῶν πνευμάτων ἀκαθάρτων χειμαζόμενοι, scribit infra Euchologium *à spiritibus immundis iactati*, qui deprimendæ diabolicæ superbiæ causâ in vltimum *Vestibuli* secessum, vel *in Aream & Atrium* προαύλιον Græci nuncupant, aëris iniuriis lacessendi, pedibusque omnium cum præfatis Pœnitentibus conterendi, amandabantur. Hoc pacto de Flentibus positos Canones exponit Balsamon in Trullanum 87. Can. τὸ προσκλαίειν ἔξω τοῦ προνάου [ἐστίν.] *Extra templi Vestibulum obitur Fletuum pœna.* (Cuius quidem dicti si meminisset in Can. 17. Ancyranum, probatam à nobis aliisq; quos refert authoribus περὶ τῶν χειμαζομένων sententiam non reprobasset, vt nouam & fermè inauditam adstrueret.) Clarius author idem in Can. 2. Dionysij Alexandrini, ὁ πρόναος τύπος δευτέρας ἐστὶ μετανοίας, ὁ τῶν ἀκροωμένων λεγόμενος, καὶ ἐν αὐτῷ οὐδὲ ἀνδράσιν ἐφεῖται ἵστασθαι ἐπιτιμηθεῖσι μὴ ἐκκλησιάζειν· ἀλλ' ἔξωθεν αὐτῆς προσκλαίειν: *Vestibulum locus est secundæ pœnitentiæ, qui dicitur audientium: & in ipsis, ne viris quidem stare permittitur ab Ecclesiâ eiectis: sed extra ipsum deflere.* De illis Gregorius toties memoratus occurrit intelligendus, cum ait, προσκλαυσίς ἐστιν ἔξω τῆς πύλης τοῦ εὐκτηρίου, ἔνθα ἑστῶτα τὸν ἁμαρτάνοντα χρὴ τῶν εἰσιόντων δεῖσθαι πιστῶν, ὑπὲρ αὐτοῦ εὔχεσθαι. *Planctus extra portam Oratorij est, vbi peccatorem stantem oportet fideles ingredientes precari, vt pro se orent.* Concipit ille *Porticum exteriorem, Vestibulum* Ecclesiæ muris cinctum, vnâque tantum portâ vt supra fieri posse concessimus peruium: & cum eo Matthæus Blastares elemento μ. περὶ τῶν τόπων τῆς μετανοίας, *de Pœnitentia locis.* εἰς τέσσαρας τάξεις οἱ μετανοοῦντες διῄρηνται, εἰς τοὺς προσκλαίοντας, τοὺς ἀκροωμένους, τοὺς ὑποπίπτοντας, &

τοὺς συνισαμένους· καὶ προσκλαίοντες μὲν εἰσί, οἱ ἔξω τῆς θύρας τοῦ εὐκτηρίου ἱστάμενοι· καὶ πρὸς τῶν εἰσιόντων καὶ ἐξιόντων πιστῶν εὐχὴν τε αἰτούμενοι, καὶ τὴν τῆς ἁμαρτίας συγχώρησιν. *Pœnitentes in quatuor ordines diuisi sunt, in Lugentes, Audientes, Substratos, & Consistentes. Et Lugentes quidem extra portam Oratorij stant: & ab ingressuris & egredientibus fidelibus orationis subsidium delictisque veniam deprecantur.* Cum his aliquo saltem tempore baptismum primo ambientes consedisse (à quâ tamen pœnæ subiectione vindicat illos Albaspinæus) quidam scribunt: Energumenos vero etiam illuc detrusos sibi persuadebit, qui dæmonis inhabitantis superbiam abiectione dictâ deprimendam, & officia Ecclesiæ verbique diuini enunciationem, ab omni tumultu & impedimento ab hoste pacis & quietis excitato, tranquillam volet & liberam.

Aream Subdialem, ad quam Lugẽtes cum Energumenis relegantur & Atrium prætereuntis, occurrit Ecclesiæ Porticus, de quâ iam abundè, quæ νάρθηξ *Ferula* dicitur, locusque gradus secundi Pœnitentium est, quos iam corripit, & *Ferula* suæ submittit Ecclesia; de illa loquitur Thaumaturgus: ἡ ἀκρόασις ἔνδοθι τῆς πύλης ἐν τῷ νάρθηκι, ἔνθα ἑστάναι χρὴ τὸν ἡμαρτηκότα ἕως τῶν κατηχουμένων, καὶ ἐντεῦθεν ἐξέρχεσθαι. ἀκούων γάρ φησι τῶν γραφῶν ἐκβαλλέσθω, καὶ μὴ ἀξιούσθω τῆς εὐχῆς. *Auditio est intra portam in Ferulâ, vbi oportet peccatorem stare vsque ad Catechumenos* (id est retro Catechumenos, nisi melius interpretemur vsque ad ea quæ Catechumenis licet audire) *& illinc egredi. Audiens enim,* inquit (Ecclesiæ decretum) *Scripturas & doctrinam eijciatur, & oratione indignus habeatur.* Matthæus Blastares in idem: ἀκροώμενοι δὲ οἱ ἔνδον τῆς θύρας ἱστάμενοι, ἐν τῷ λεγομένῳ νάρθηκι, καὶ τῶν θείων γραφῶν, καὶ τῆς κοινῆς ἐπακούοντες διδασκαλίας, εἶθ' οὕτως μετὰ τῶν κατηχουμένων ἐξερχόμενοι. *Audientes intra portam stant, in Ferulâ vocato loco; & diuinarum scripturarum lectionem, communiaque populi rudimenta audiunt: tum verò cum Catechumenis egrediuntur.* Quod ita intelligendum censeo, vt idem omnino vtrorumque egressus temporis momentum præfigeretur: duos enim Catechumenorum ordines lego apud Balsamonem in Can. 5. Neocæsariensem, Audientium videlicet & Perfectiorum, quos alij Competentes dicunt, hi nonnisi post orationem sibi propriam Diaconi iussu secedebant, illi lecto Euangelio confestim excludebantur: δύο τάξεις τῶν κατηχουμένων εἰσίν· οἱ μὲν γὰρ ἄρτι προσέρχονται, καὶ ὡς ἀτελέστεροι μετὰ τὴν ἀκρόασιν τῶν γραφῶν καὶ τῶν εὐαγγελίων εὐθὺς ἐξίασιν· οἱ δὲ ἤδη προσῆλθον, καὶ γεγόνασι τελειότεροι, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς κατηχουμένοις εὐχὴν ἀναμένοντες τὸ γόνυ κλίνουσιν ἐν ταύτῃ· ὅταν δὲ ἐκφωνηθῇ τό, οἱ κατηχούμενοι προέλθετε, τότε ἐξέρχονται καὶ οὗτοι· *Duo sunt ordines Catechumenorum. Hi enim nuper accesserunt, & vt imperfectiores, post scripturarum & diuinorum Euangeliorum auditionem statim exeunt. Illi verò iam pridem accesserunt, & perfectiores euaserunt. Vnde & orationem quæ fit supra Catechumenos expectantes, in ea genuflectunt. Quando autem pronunciatum fuerit, Catechumeni procedite: tunc & ipsi exeunt.* Cum vtrisque Pœnitentes eiectos annoto ex eodem in Can. 4. Ancyranum. Audientes quidem Pœnitentes, cum Catechumenis audientibus: Substratos vero, cum perfectioribus siue competentibus. De illis, ἀκροάσονται τῶν θείων γραφῶν ἐν τῷ νάρθηκι· *Sacras scripturas in porticu vestibuli audient,* inquit: de his subdit: ὑποπίπτουσι τουτέστιν ἐκκλησιάσουσιν ὄπισθεν τοῦ ἄμβωνος ἱστάμενοι μέχρι τῆς τῶν κατηχουμένων ἐξελεύσεως· τηνικαῦτα γὰρ καὶ αὐτοὶ ἐξέλθωσι. *Substernentur,* id est, in Ecclesiâ manebunt retro Ambonem vsque ad Catechumenorum exitum, tunc enim & ipsi egredientur. Hacque de causa, τό, ἕως τῶν κατηχουμένων, à Thaumaturgo scriptum, *vsque ad Catechumenorum tempus & locum* interpretor, vel *retro Catechumenos*, vt qui priores egressuri retro stare deberẽt, & propter admissa facinora, etiam illis inferiores haberentur.

Substratorum deinde locus erat in Ecclesiæ inferiori parte, portamque solam Ecclesiæ prætergredi, & in eius nauim ingredi fas erat, & retro Ambonem consistere, ait Blastares: ὑποπίπτοντες δὲ εἰσίν, οἱ ἔνδον τῆς ἐκκλησίας· κατόπιν δὲ τοῦ ἄμβωνος ἱστάμενοι· καὶ μετὰ τῶν κατηχουμένων, καὶ αὐτοὶ ἐξιόντες· ἡνίκα τό, ὅσοι κατηχούμενοι ἐκφωνηθείη παρὰ τοῦ διακόνου. *Substrati vero intra Ecclesiam, retro Ambonem stant: atque cum Catechumenis egrediuntur ipsi; cum, Quotquot Catechumeni sunt, exeant, à Diacono publice exclamatum fuerit.* Orationi tamen super se dicendæ, substernebantur & procidebant, tum in egressu Catechumenos modico facto interuallo sequebantur, & si voluissent, tum hi, tum pœnitentes quilibet, necnon & excommunicati, poterant ἐν προαυλίοις *in Atrio,* totius integræ missæ tempore consistere; vt affirmat Balsamon in S. Dionysij Alexandrini Canonem, διότι τοῦτο πρὸς πλείονα συντελεῖν αὐτῶν ἔχει· *quia hoc ad maiorem eorum contritionem conducit.* Supra Substratos de quibus hucusque, necesse est Consistentes locare in ipso, vt videtur, Ecclesiæ gremio: postquam enim de Substratis dixit Gregorius: ἡ ὑπόπτωσις ἵνα ἔσωθεν τῆς πύλης τοῦ ναοῦ ἱστάμενος μετὰ τῶν κατηχουμένων ἐξέρχηται. *Prostratio est intra ipsam templi portam, in qua peccator stans cum Catechumenis discedit:* de Consistentibus subdit: ἡ σύστασις ἵνα συνίσταται τοῖς πιστοῖς· καὶ μὴ ἐξέρχηται μετὰ τῶν κατηχουμένων: *Consistentia est, vbi peccator cum fidelibus residet, nec cum Catechumenis egreditur.* Et Matthæus Blastares: συνιστάμενοι δὲ οἱ τοῖς πιστοῖς μὲν συνευχόμενοι καὶ συμψάλλοντες, τῶν δὲ τῶν ἁγιασμάτων ἀπεχόμενοι μεταλήψεως, μέχρις ἂν ἐξήκοντος τοῦ νενομισμένου χρόνου, τὸ τέλειον αὐτοὺς τῆς θείας ἐκδέξηται κοινωνίας. *Consistentes porrò sunt qui fidelibus comprecantur, & simul psallunt: mysteriorum vero sacrorum participatione abstinent, vsque dum præfinito tempore elapso, diuina communionis perfectio illos exceperit.* Tum iuxta Gregorium sequitur, τῶν ἁγιασμάτων μέθεξις, *Sacramentorum consortium*, quod Ecclesiæ restitutis, oportuit vltimò omnium reddi, vt conditionis præteritæ memores, & humilem locum seruare, & à condonatis delictis sibi cauere attenderent. Ex dictis liquet vnum tantum Narthecem, Ferulam vnam, Catechumenis & Pœnitentibus Audientibus excipiendis suffecisse; licet, me verum fatente, mirari satis non possim cur quatuor Codinus enumerauerit in S. Sophiæ templo describendo, non enim contentus νάρθηκας numero multitudinis posuisse, confestim quot intelligat, recenset his verbis, ἀπὸ τοῦ βήματος ἕως τῶν τεσσάρων ναρθήκων, *à Tribunali adusque quatuor Nartheces.* Nathanael S. Mauræ Præsul tres in plerisque Monasteriis reperiri affirmat, quorum primum & magis intimum constituit eo in loco, quem supra diximus infra ναὸν (qui apud Monachos totus chorus est) ἰδιώταις eorum *conuersis* & Laicis orantibus deputari: secundum interiorem mediumque, qui ἐσωνάρθηξ dicitur, & vulgo ἐσωνάρθηκας: tertium, exteriorem omnino, qui ἐξωνάρθηκας & ἔξωσις corrupte vocatur. cum potius ἐξωνάρθηξ & ἔξωσις, rectius audiret. Lego insuper Petrum quendam Gyllium Topographiam Constantinopoleos explicantem lib. 2. cap. 4. duplicem Narthecem in S. Sophiæ templo annotantem, his verbis. *Porticus templi duplex est. interior clauditur muris vtrimque marmorum iucundissimâ varietate vestitis: tegitur cameris figuratis ornamento tessellato calculorum inauratorum. Ex huius porticus latere Orientali nouem portis patet exitus ex interiori porticu in exteriorem porticum, ex qua proditur in aream, vbi perennes saliunt aquæ, ad quas ex areâ descenditur multis gradibus.* Audio tamen ab alijs vnam ibi tantum porticum fabricatum, nec in vllo


Basilicâ, siue nouâ, siue vetustiori, plures quam vnam Romæ, vel alibi, vt Parisiis apud S. Genouefæ, S. Victoris, S. Germani vtriusque de pratis & Antissiodorensis, &c. annotare licet. Quid in tantâ relationum varietate circa Narthecum pluralitatem tenendum sit, quidue similius vero sit habendum breuiter expono. In Ecclesiis quas diximus communes, & καθολικὰς, vsui nempe promiscui sexus fidelium vulgo addictas, quas parochias, vel cathedrales Ecclesias vocamus, vnum aliquando Narthecem, nullum sæpius, etiam mihi curiosius indaganti obseruare licuit, in Monasteriis semper duos ἐσωνάρθηκα & ἐξωνάρθηκα, siue ἔξω vocatos. Monachi siquidem cum Pœnitentium formam repræsentent, imo cum vere animum statumque eorum affectent & induant, vt Pœnitentes plurimam diuinorum officiorum partem in Narthece persoluunt; Matutinorum scilicet portionem, minores horas, primam, tertiam, &c. cum Completorio: solasque fere Laudes cum Missa, & Vesperis, ἐν ναῷ, *in Templo*, celebrant: ibi propterea, in Narthece nimirum, sedilia adinstar Choralium, (vt ex primâ tabulâ annotabis) in quibus consistant, erecta habent: & cum antiquitus vbi adultorum adhuc baptismus differebatur, non minus à Matutinorum & Vesperarum, quam à missæ secretiori & deuotiori parte Catechumeni Pœnitentesque excluderentur, in Officiis siquidem vetustis à nobis, vbi de Matutinis & Vesperis tractabitur proferendis, Orationes quædam sunt primo cunctis simul communes, tum aliæ Catechumenis amandandis, tum aliæ denique fidelibus remanentibus propriæ: Monachi hac de causa Pœnitentium personam agentes, persoluentes in Narthece communem officij partem, reliquam velut sanctiorem & fidelibus tantum propriam, in templo recitandam reseruant: interim ceu Pœnitentes portis templi clausis, & velo etiam obductis, in Narthece stant; cumque Modulum hunc, τῆς εὐσπλαγχνίας τὴν πύλην ἄνοιξον ἡμῖν θεοτόκε, &c. occinunt, portis tunc Speciosis templum subeunt, & officium sensim ad finem deducunt. Subindicat hæc cuncta Symeon Thessalonicensis opusculo de templo: ὅτε μὲν γὰρ, inquit, πρὸ τοῦ ναοῦ τὰς εὐχὰς ποιούμεθα, οὐρανοῦ τάξιν ἔχομεν, καὶ τοῦ ἐν Ἐδὲμ παραδείσου τὸν θεῖον ἔχειν ναόν. διὸ καὶ καταπετάσμασί τισιν, ἐν ταῖς ἱεραῖς μοναῖς, ἐν τῷ ἔξωθεν ψάλλειν διαφράττεται τὸν ναόν, εἰσίασι δὲ ταῦτα ἐν τῷ εἰσέρχεσθαι, τὸ τοιούτου δεικνῶντος, ὅτι Χριστὸς κατῆλθεν μέχρις ἡμῶν, καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας, καὶ εἰρήνην δέδωκεν, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἡμᾶς ἀνήγαγεν. ἀλλ' οἱ πεπτωκότες τοῖς ἐγκλήμασιν οὐκ ἔνδον τολμῶσιν εἰσελθεῖν. *Quando ante Templum* (in Narthece) *preces facimus, cœli id loco habemus, & paradisi in Edem similitudinem gerit. Quapropter etiam quibusdam velis in sacris Monasterijs dum extra psallunt, occluditur, quæ ingredientes deducunt, eo declarantes Christum ad nos vsque descendisse mediumque parietem maceriæ dissoluisse, dataque pace in cœlum nos subuexisse. Quinetiam in crimina lapsi illuc intrare non audent.* Intrant vero Monachi vt à peccato puri: non intrauerant autem illuc vsque, quia aliquo tempore Pœnitentium personam eos profiteri decebat in illo Narthece, quem siue ex consuetudine ab antiquis temporibus inductâ, siue ad aëris inclementiam facilius vitandam muris vndequaque cinxerunt, & velut ædificij totius Ecclesiæ partem non ignobilem habuerunt: exterius autem & aream versus porticum aliam, extruxerunt, ingressuris Ecclesiam & Narthecem interiorem, ab aëris inclementiâ defendendis idoneam, quam ἐξωνάρθηκα vocauerunt, totâ tamen Ecclesiâ humilior est, forisque prominet, nec toto suo spatio Ecclesiæ latitudinem locis in quibusdam adæquat, & ex vtraque eius parte (vbi in celebrioribus templis nostris turres campanarias erigere solemus) pendent laminæ ferreæ, siue æreа crepitacula, aliaque ligna conuocando in Ecclesiam populo, si malleolo percussa fuerint, accommoda. Sunt itaque duo, ratione expositâ in Monasterijs Nartheces, qui etiam si alibi reperiantur, non iisdem censentur aliquando vsibus deputati, sed diuersis, locandis scilicet Catechumenis, illisque tanquam in domibus & habitationibus, Catechismi tempore retinendis, quod ita fieri suâ ætate Symeon Thessalonicensis obseruauit lib. de Sacra. νάρθηκες δὲ λέγονται, ἤτοι τῶν ναῶν ἀρχαὶ, καὶ κατηχούμενα, ἤτοι τῶν κατηχουμένων οἶκος· ἃ καὶ διὰ τοῦτο ἐπενοήθη, ἵνα καὶ οὗτοι δι' ἀκοῆς καὶ ὁράσεως μόνης μετέχωσι τῶν θείων· καὶ διὰ τῶν χειλέων, καὶ τῆς γλώττης ὁμολογῶσι τὴν πίστιν, καὶ τὰ τῆς εὐσεβείας ῥήματα ᾄδωσιν· οὐ κοινωνοῦσι δὲ τῆς εὐχῆς, ἀκοινώνητοι γὰρ καὶ διεσταλμένοι εἰσί. *Nartheces dicuntur, Templorum videlicet principia, & Catechumena, Catechumenorum nempe domicilia, quæ & propterea excogitata sunt* (vide nouam huiuscemodi vsus adiuuentionem) *vt & hi auditu visuque solo diuinorum participes fierent, & labijs linguaque fidem profiterentur, deuotionisque verba modularentur, non tamen communicant precibus, sed earum exortes sunt, vtpote ab eis semoti* Vnde, (quod quidam ex proposito contendunt) vbi manifesta Narthecis deest structura, in inferiorem Ecclesiæ partem retro Ambonem, Pœnitentes & Catechumenos his aliis verbis ibidem admittit: οἱ κατηχούμενοι, καὶ οἱ ἐπ' ἐγκλήμασιν ἵστανται τοῦ ἄμβωνος ὄπισθεν, περὶ τὰ κατώτερα δὴ τοῦ ναοῦ. οἱ εὐσεβεῖς μὲν καὶ πίστιν ὁμολογοῦντες, ἀφώτιστοι δὲ ἔτι, διὸ καὶ ὡς μήπω τέλειοι πιστοὶ, μηδὲ μέλη ἐσφραγισμένα τῆς ἐκκλησίας, ἔξω βάλλονται τῶν μυστηρίων εἰσαγομένων. *Catechumeni & Pœnitentes suis adhuc criminibus obstricti, retro Ambonem stant, circa templi partes imas. Qui pij sunt quidem, & fidem profitentur, nondum tamen sunt illuminati: vt nondum perfecti idcirco, vel vt nondum membra Ecclesiæ sacro charactere insignita, foras eijciuntur tempore quo sacra mysteria inducuntur ad altare.*

His itaque perspectis quod supra promissum à nobis est, & hucusque omissum vel dilatum, vt nempe numerum, ordinem, & nomina portarum Ecclesiæ proferremus, paucis exequendum. Tres præcipuas tum in Euchologico textu, tum apud plerosque authores recenseri comperio: ἁγίας, ὡραίας, καὶ μεγάλας, *Sanctas, Speciosas, & magnas.* ἅγιαι, sunt τοῦ βήματος, & ad sacrum altare, recta iter aperiunt, & in primâ tabulâ literâ **M**, in secundâ B signantur, & huiusmodi nomen sunt sortitæ, quia *sancta* mysteria per eas proferuntur, vel quia per illas transitum habet *Rex* omnium & dominorum Dominus, βασιλικαὶ etiam audire meruerunt. ὡραῖαι sunt, quæ totum Ecclesiæ spatium claudunt, & templum ipsum à Narthece separant, & in priori quidem tabula litera V, in altera R, dignoscendæ occurrunt: & ὡραῖαι quidem vocantur à dictione ὥρα, non prout *temporis vel diei partem* significat, quasi in huiusmodi portis Sciaterica forent Horologia depicta; somnium enim Francisci Iunij redolet hæc interpretatio: sed potius prout *horam precariam*, & Officiorum Ecclesiasticorum partem quamlibet designat: iam iam enim docuimus in Narthece ad huiusmodi Portas, preces fieri, Matutinum officium incipere, minores *Horas* cum Completorio recitari: nisi forsan velis à *formâ, specie, & decore*, ὡραίας dici, sic namque ἀπὸ τῆς ὥρας, *Speciosas* vbique interpretamur, quia eas prætergressi *speciem & ornatum* templi totius prospectant, & cum Petro & Ioanne ad Sanctuarium Dei adoraturi penetrare consueuerunt: Quæ tandem Narthecem exterius claudunt μεγάλαι, dicuntur & ἀργυραῖ, sic quippe vocatas reperies apud Maximum Cytherensem narratione quam habet 8. Sept. ἤνοιξεν ἀργυρᾶς πύλας ὁποῦ ἦσαν κλεισμέναις (vulgaris est hic idiotismus) καὶ εἰσεβαίνοντας εἰς τὸν ναόν. *Portas Argenteas quæ clausæ erant aperuit & ingressus templum*, &c. *Argenteæ* vero dicuntur, siue quod in magna Ecclesia laminis argenteis superductæ fuerint,

fuerint siue ad nomen ex alijs templi Hierolymitani aucupandum, quas *argenteas* scribit Iosephus. Quamuis non inficier, *speciosas* etiam alicubi dici *Regias*: sicut & *Regias* tribunalis *speciosas* vocari: sed hic est vulgi & minus peritorum abusus, vt vocabulum vni rei significandæ impositum, alijs nonunquam sine delectu addicatur. Vt pateat tamen ὡραίας proprie eas dici, quæ Narthecem inter & templum interiacent, Codinus audiendus de Off. Cur. Const. cap. 17. qui Ambonem in templo respicit ἐκ τοῦ μέρους πρὸς τὰς ὡραίας πύλας ὁρῶντος, *ex eâ parte qua speciosis portis obuersa est*. Claudunt itaque illæ templum: dixerat autem prius cap. 15. aliquid fieri ἐκτὸς τῶν ὡραίων λεγομένων πυλῶν, ἤτοι ἐν τῷ προνάῳ, *extra portas quæ appellantur Speciosæ, id est, in Narthece siue Vestibulo*: foris ergo Vestibulum est; illæque mediæ inter ipsum & templum consistunt: & vel ternæ vel quinquenæ, tum apud Latinos, tum apud Græcos extructæ cernuntur, & vsque ad nouenarium numerum ascendisse in S. Sophię templo, Gyllius supra relatus, vt probatus testis & oculatus, commemorat.


Toti denique Monasticorum maximè templorum moli, *Area* subdiualis (quam Maximus Cythærensis loco præfato vocat αὐλὴν τοῦ νάρθηκος, *Narthecis aream*, Codinus cap. 17. προαύλιον *Atrium*) substernitur: in eo frequentius est φιάλη, *fons aquis erumpētibus conspicuus*, & ad templum accessuris lauandæ faciei vel manuum gratiâ, peruius: appetunt enim Græci corporis munditiem, & ex antiquâ traditione impuri Ecclesias intrare verentur. Ita Eusebius libro 10. capite 4. κρήνας ἄντικρυς εἰς τὸ πρόσωπον ἐπισκευάζων πολλῷ τῷ χεύματι τῶν ναμάτων τοῖς περιβόλων ἱερῶν ἐπὶ τὰ ἔσω προϊοῦσι τὴν ἀπόρρυψιν παρεχομένας. *Ex aduersâ fronte latices præparauit (Constantinus) copioso aquarum fluxu, ad sacrorum septorum penetralia contendentibus, lustrationem præstituros.* Commendatum quoque id habuere maiores nostri, & in hunc finem commemorat Paulinus ep. 33. ad Alet. in templi vestibulo positum Fontē. *In vestibulo*, inquit, *Cantharum ministra manibus & oribus nostris fluenta ructantem, fastigiatus solido ære tholus ornat & inumbrat, non sine mysticâ specie, quatuor columnis salientes aquas ambiens: decet enim ingressum Ecclesiæ talis ornatus: vt quod intus mysterio salutari geritur, spectabili pro foribus opere signetur.* Conuincunt hæc Paulini verba, quod & Balsamoni in Can. 76. sextæ Synodi placuit, præfatam Aream Fontesque in ea positos, intra Ecclesiæ septa concludi: contrariam siquidem sententiam repudiat his verbis. εἶπον τινες, ὡς περιβόλους ἐκκλησιαστικοὺς ὁ κανὼν ὀνομάζει τοὺς προνάους ἑκάστου ναοῦ, οὐ μὴν τὰς φιάλας, καὶ τὰ ἕτερα μέρη τῶν θείων ναῶν τὰ οὐχ ἡνωμένα αὐτοῖς. τοῖς πλείοσι δὲ τοῦτο οὐκ ἤρεσεν. *Dicebant quidam Canonem, ambitus Ecclesiasticos vocare Vestibula vniuscuiusque templi: non autem fontes aliasue sacrarum ædium partes ipsis iunctas. Pluribus tamen hæc opinio displicuit.* Cæterum eiusmodi lauacris successit aqua Sacerdotis precibus benedicta, qua ad leuiorum peccatorum expurgationem adeuntes Ecclesiam aspergerentur. Aquam vero benedictam non habent in vsu Gręci præ foribus Ecclesiæ apponere, nisi forte vbi inter Latinos commorantes eorum consuetudini fauere appetunt: tunc enim aquam benedictam, quam vocant minorem de qua suo loco, consecrant: ipsique etiam eâdem se se expiare assuescunt.

Supereſt vt ad propoſitæ hucuſque rei illuſtrationem ampliorem tabulas alias duas, ſimplicium magis minuſque amplarum Eccleſiarum explicemus, quibus & quod præceſſit, & quod deinceps dicturi ſumus de illis magis ac magis illuceſcat. A itaque ἅγιον βῆμα. B Abſidem vnam, eamque ſolam ſuper altare. C protheſim. D portam eius. E portas ſacras abſque Diaconico in parte dextra. F Cancellos. G Sedilia can-



torum ex vtraque parte. H ſpatium viris conceſſum. I Gynæceum in infima parte Eccleſiæ verſus maiorem portam ſitum. H portam, quâ in Gynæceum mulieres ingrediuntur. I aliam portam, qua vel ſacras imagines adoraturæ, vel Sacramentis communicaturæ in Eccleſiam aſcendunt. K Concham aquæ in Theophaniis benedictæ, pleriſque in locis hîc repoſitæ. L Portam vltimam qua viris datur in Eccleſiam ingreſſus commonſtrat.

Vltima tandem Tabula licet Ecclesiæ minus splendidæ, super alias, hæc adhuc annotanda suggerit. Primum, quod vbi litera A depicta est Testudo vel Absis, quæ nullo in sacro ædificio deesse potest, hic quoque ostenditur: Si namque Cœli figura est sacri Tribunalis spatium, semifornicem in Ecclesiis omnibus & vbique obtinebit, ait Symeon Thessalonicus, vt supercœlestem Christi sedem intelligendam præbeat: καὶ τὸν οὐρανὸν μὲν, τὸ βῆμα φανεροῖ· καὶ τὸ ἡμικύκλιον ἔχει· καὶ πανταχοῦ τοῦτο γίνεται ἐν ἅπασι τοῖς ναοῖς· ἵνα δηλοῖ τὸ ἐπουράνιον. B Protheseos est indicium. C vnius solius portæ, quâ viri & mulieres promiscuè intrant, & exeunt: ita ta-



men vt viri ad B spatium superius; mulieres ad E spatium inferius, nullo tabulato eas à viris seiungente, se congregent: vel si in imo non consistant solo, per gradus E hinc inde, ad speculas superiores & κατηχούμενα se conferant, vt inde clatris tectæ officia, & sacra quæque celebrari facilius prospiciant. E quod mirum est, in Ecclesiâ Græca, secundum altare delineatum indicat: & proinde Ecclesiam quæ non mere & integre est Græci Iuris, arguit; sed huiuscemodi in quam Græci pariter ac Latini illud sibi comparatum habeant; vnde & in iis Missas, officia, laudesque diuinas, ritibus propriis seruatis vtrique, alternis horis peragunt: ita tamen vt quâ die Sacerdos Latinus celebrauit, Græcus deinde sacrum facere detrectet: non quidem in Latini ritus contemptum vel odium, vt quidam temerariò suspicantur, sed ne eâdem die, intra templi eiusdem septa, Sacrificium iterare, quod nefas videtur, Græcus præsumat. Hacque de causâ cum deuotionis adimplendæ affectu, Græcus hinc, illinc Latinus in templi eiusdem ambitu sacris operari affectat, Græcus alium

præuenire studet, ne Sacrificio ab eo peracto, ipse religione à sacris retardetur, nec tamen Latini, (quod ipse expertus sum) temere conscientiam accusat, quem ritus licentiam sequi probe nouit: sed ipsos veterum Canonum obseruantiâ se duci ostentat, quidum vnico Christi Sacrificio attenderunt, vnicum in Ecclesiis aptate dedicandum, μονογενὲς θυσιαστήριον, vt loquitur Eusebius lib. 10. cap. 4. & non iterandum in eo sacrificium præparârunt. Sed nec alienam ab huiusmodi laudando ritu se præbuit Ecclesia Latina, quæ in Concilio Antissiodorensi sub Gregorio primo, anno 590. celebrato Can. 10. edicit, *Non licere super vno Altario in vnâ die duas Missas dicere: nec in Altario vbi Episcopus Missas dixerit, Presbytero pariter illâ die sacrum facere.* Hinc B. Rhenanus in epist. Missæ Chrysostomi præfixâ, *An Missæ priuatæ*, inquit, *veteribus in tam frequenti vsu fuerint quidam addubitant. Certè ipsæ præbendarum institutiones, si quis tabellas conscriptas inspiciat, & ararum in Basilicis nostris superadditilia structura, nouitatem præ se ferunt.* Addo ego tum Romæ, tum in Oriente toto, atque etiam apud nos hîc in antiquâ ciuitate Parisiensi, quæ terminis insulæ Deiparæ Virginis clauditur, tam frequentes esse veteres Ecclesias, vt vna alteri vicinissima sit: vnicuique vero suum vnicum Sacerdotem olim fuisse addictum, vt Ecclesiarum multitudine Missæ audiendæ opportunitas non deficeret, & vnius Sacerdotis præfecturâ, eiusdem sacri iteratio impediretur. Quando vero Sacerdotes plures in eandem Ecclesiam inducti fuerint, non incertum est. Ambrosij namque ætate iam cœperant bini per Ecclesias ordinari, ex eius scriptis in 1. Epist. ad Timot. 3. *Nunc septem Diaconos esse oportet*, inquit, *aliquantos Presbyteros, vt bini sint per Ecclesias, & vnus in ciuitate Episcopus.* Quamuis tantum Sacerdotum pluralitatem non Sacrificij iterationem exinde colligere liceat, cum in sequentibus subdat. *Omni enim hebdomadâ est offerendum, etiam si non quotidie peregrinis, incolis tamen vel bis in hebdomadâ: etsi desint qui quotidie baptizentur ægri.* quasi ostendat baptismo, & aliis oneribus Sacerdotis ope subeundis, non Sacrificio Missæ eodem die peragendo, (quod geminari sufficiebat in hebdomadâ) numerum Sacerdotum in eandem Ecclesiam fuisse inuectum: paulo tamen post eius ætatem concessit Leo magnus Papa in Epist. ad Dioscorum Alexandrinum Episcopum, vt bis eadem die possent Missarum solemnia peragi. *Illud quoque*, ait, *volumus custodiri vt cum solemnior festiuitas conuentum populi numerosioris indixerit, quem recipere simul vna Basilica non possit, Sacrificij oblatio indubitanter iteretur.* Prius tamen à Pontifice Deus-dedit licentiam huiusmodi emanasse constat ex Pontificali Damaso adscripto, his verbis: *Deusdedit, constituit secundam Missam in Clero.* Et Petrus Vrbenetanus in Scholijs in eundem locum: *Quia tunc ad instar Græcorum non cantabatur in Ecclesiâ nisi forsan vna Missa, quod magis ædificabat secundum antiquos.* Sanctus Franciscus propterea in epist. ad Fratres Sacerdotes sui ordinis. *Moneo*, scribit, *& exhortor vos in Domino, vt in locis in quibus morantur fratres vna tantum celebretur missa in die, secundum formam sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Si vero in loco plures fuerint Sacerdotes, sic per amorem charitatis sit alter contentus audire celebrationem Sacerdotis alterius.* Ex quibus euidenter deducitur sancti illius ætate, nondum Ecclesiam Romanam plures missas eadem die celebrandi consuetudinem vbique acceptam habuisse. Idem annotat Ioannes Cochlæus contra Musculum, his verbis: *Non inficior intra proximos quadringentos annos vehementer multiplicata fuisse altaria, magis quam antea: quod inde accidisse puto, quia rarius quam antea communicare cœperunt Laici, quorum negligentia per Sacerdotum Sacrificia pie supplenda in pluribus altaribus visa est.* Hæc ille, παρεκκλησίαι, *Ad Ecclesias*, nihilominus Græcorum nullus hic obiecerit quasi eiusdem Ecclesiæ sint *capellæ*; etsi namque adiunctæ sint, & appendices Ecclesiarum: separatæ sunt tamen & omni ex parte muris disiunctæ: licet à maiori Ecclesiâ, ad minora hæc Oratoria portâ media, peruius aditus concedatur. Memoranda hic quæ de Parecclesiis superius præfati sumus.

11 Εἰς τὴν τῆς Θεοτόκου εἰκόνα.] Tantum exhibent Græci sacris imaginibus cultum, vt non minus exemplo sint, quam admirationi. Has corporis veneratione & odoribus incensis, vestibus, floribus, donariis affixis, ex animo non illiberali prosequuntur, si tamen pictæ sint, & mera sanctorum lineamenta non prophana simul plura (vt nunc plerumque artis pictoriæ non deuotionis Christianæ studio fit) & à sanctis aliena contineant. A sculptilibus autem tanquam ab idolis abhorrent, de quibus Dauidicum illud: *Os habent & non loquentur*, &c. concinere non verentur: media tamen planaque sculptura, in sacris imaginibus formandis, eo quod ad picturam accedat, vtuntur: antiquitus autem etiam integre sculptis exhibuisse cultum colligere fas est ex Paulo Diacono hist. lib. 21. narrante Iudæum quendam Phœnicem Leonis Isauri tempore Gizid Arabum principi suasisse, vt *Venerabiles quæ in Ecclesiis in toto principatu suo imagines honorabantur, deponeret*: clarius autem sequenti lib. refert, *Constantinum Copronymum imagines magni secreti, quæ sculptæ erant in ligno deposuisse, & cæterarum imaginum facies deliniuisse*, id est, deleuisse.

12 Εἰς τὸν χορόν.] Laudes diuinas per Choros in Ecclesia decantandi consuetudinem à Sancto Ignatio Antiochiæ Episcopo, tertio Apostoli Petri successore, dimanasse affirmat Socrates lib. 6. cap. 8. ὀπτασίαν εἶδεν ἀγγέλων διὰ τῶν ἀντιφώνων ὕμνων τὴν ἁγίαν τριάδα ὑμνούντων, καὶ τὸν τρόπον τοῦ ὁράματος τῇ ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίᾳ παρέδωκεν· ὅθεν καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις αὕτη ἡ παράδοσις ἐδόθη. *Visionem Angelorum habuit hymnis Antiphonis sanctam Trinitatem celebrantium, modumque hunc cantandi sibi in visione manifestatum, Ecclesia Antiochena tradidit, à qua in omnes Ecclesias deinceps, traditio temporis successu profluxit.* Ibi porro ἀντιφώνους, *hymnos alternâ vice decantatos*, vertit interpres. Verum licet Antiphonis alternatio vocum non sit deneganda, propter adiuuentos tamen Antiphonorum hymnos, omnem cantum per vices alternum, ab Ignatio traditum Ecclesiæ non facile crediderim. Species enim generis amplitudinem omnem secum non vehit. Certior igitur alia, & superioribus Ignatio temporibus mutuæ vocum alternationis in Choro repetenda est causa. Cumque eam inter Essenos, Christianorum in Alexandria primitias, viguisse describat Philo de vita contempl. indubium est ab Apostolis eorum institutoribus ad ipsos fuisse profectam: imo ab antiquis Hebræis mare rubrum sicco vestigio transfretatis eam accepisse memorat, γίνονται χορὸς εἷς ἀμφοῖν, μίμημα τοῦ πάλαι συστάντος κατὰ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν, *Vnum Chorum faciunt promiscuum ad imitationem illius olim instituti in rubri sinus littore.* Vtrum itaque huiusmodi diuinas laudes alternandi vsus, olim iam ab Apostolis institutus, Cælestini primi iussu, circa annum Christi 426. vel Chrysostomi ad Arianos æmulatione, vel Flauiani, Ambrosij, Diodoriue studio Ecclesiam peruagatus fuerit, sine solido, vt reor, quæritur argumento, quem superiori ætate iam receptum testatur Basilius ad Neocæs. Clericos, his verbis, δίχῃ διανεμηθέντες ἀντιψάλλουσιν ἀλλήλοις· ἔπειτα πάλιν ἐπιτρέψαντες ἑνὶ κατάρχειν τοῦ μέλους, οἱ λοιποὶ ὑπηχοῦσιν. *In duas partes diuisi, alternis succinentes vocibus psallunt: & aliquando vni ex ipsis hoc muneris dato, vt quod canendum est, ordiatur, reliqui succi-*

nunt. Communeque Ægyptijs, Arabib⁹, Mesopotamis, & alijs cunctis, apud quos psalmodiæ essent in pretio asserit sanctus Doctor. Vnde nullum facessere negotium aduersum Suidæ testimonium existimo, qui reciprocatum vocum in Choris mutuum canendi ritum ad Constantij tempora reducenda esse existimat, his verbis. χορὸς ἐστὶ σύστημα τῶν ἐν ἐκκλησίαις ᾀδόντων· διῃρέθησαν δὲ οἱ χοροὶ τῶν ἐκκλησιῶν εἰς δύο μέρη ἐπὶ Κωνσταντίου τοῦ υἱοῦ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, καὶ Φλαβιανοῦ ἐπισκόπου Ἀντιοχείας, διχῇ τοὺς Δαβιδικοὺς ᾄδοντες, ὅπερ ἐν Ἀντιοχείᾳ πρῶτον ἀρξάμενον, εἰς πάντα περιῆλθε τῆς οἰκουμένης τὰ πέρατα. *Chorus est conuentus in Ecclesiâ canentium: diuisi sunt vero in duas partes Ecclesiarum Chori sub Constantio Constantini magni filio, & Flauiano Antiochiæ Episcopo: ex vtraque vero parte psalmos dauidicos concinunt: quod quidem cum Anciochiæ primo fieri inchoatum, ad extremos deinde terræ limites peruagatum est.*

13 Προσκυνῆσαι. [*Adorare Deum, honorisque cultum hominibus impendere*, Græcis recentioribus est προσκυνεῖν, vnde & idem sonat quandoque quod βάλλειν μετανοίαν; de quo superius. Seruato tamen proprietatis vocabulorum rigore, μετάνοιαν & προσκύνημα, distinguunt. Hoc enim est corporis incuruatio profunda Deo vel imagini sacræ pie exhibita, quam corpore erecto sequitur crucis impressio tribus dexteræ manus prioribus digitis inter se vnitis (ad trium personarum in vnius essentiæ maiestate discrimen indicandum) capiti, humero dextro, tum sinistro facienda, hac breui prece adiunctâ ἅγιος ὁ θεός, ἅγιος ἰσχυρός, ἅγιος ἀθάνατος ἐλέησον ἡμᾶς. At vero μετάνοια, præter genuum inflexionem, si magna fuerit, & osculum terræ fixum, addit idem crucis signum, corporisque inclinationem προσκυνήματι propriam: alias si parua fuerit, nullâ ab illo discrepare ratione dicenda est.

14 Κατ' ἀνατολάς.] Ad lucis ortum, ad partem mundi digniorem ad paradisi terrestris, vnde exulamus, regionem, ad Christum cuius pedes stant ad Orientem, quique moriturus occasum respexit, relicto ad occiduas partes orandi Hebræorum studio: ad Orientem, inquam, imo potius ad Deum, à quo cœlestis boni influxus demittitur, precaturi ex Apostolicâ traditione, Græci pariter, ac Latini conuertimur. Inobseruatas tamen plerique prætereunt Romanas vetustiores Ecclesias ad occidentis fere partem oppositam esse obuersas. Aduerto nihilominus cum Cauanto, Sacerdotem in ijs sacra peragentem, aliosue diuina celebrantes officia in Chori Abside, oculis non ita populum ad se versum quam Orientem respicere, & proinde à vestuto precandi more nullatenus discedere: parique ratione, ita sacer & inuiolatus est idem mos Græcis vt retro Ecclesiam, si forte clausa fuerit, adorare coacti, terga potius Ecclesiæ quam orientis regioni vertere formident.

15 Εὐταξίας.] Idem κανονάρχης prius dictus, *qui quamlibet in choro insolentiam corriperet*, hodie *Magister caremoniarum* est, qui vnumquemque suo loco & ordine componit: ὁ τῆς εὐταξίας, inquit, Ordo C. P. ἵσταται, καὶ δέχεται τοὺς ἄρχοντας, καὶ στέλλει αὐτοὺς κατὰ τὴν τάξιν· μᾶλλον δὲ καὶ νὰ καθίσουν. *Ordini beneseruando præfectus inuigilat, & honoratiores suscipit, & iuxta gradum eos collocat, maxime vt sedeant.* Huius officij nomen antiquis fuit ignotum, cum quod eius muneris est hodie, & Lectori tribuitur, adimplere Diaconi primitus non grauarentur, qui iuxta Cyrillum lib. 13. de adorat. in spiritu & veritate, προστάττουσι τοῖς λαοῖς ἐν κόσμῳ ἱστάναι, καὶ λεπτὴν ἐφ' ἅπασι τοῖς ἀναγκαίοις ποιοῦσι τὴν ἐπιτήρησιν, *præcipiunt populo vt decenter consistat, & accuratam in omnibus necessarijs obseruantiam exhibeat.*

16 Κελεύσατε] Non iubet vt Sacerdote adueniente cuncti surgant: quin potius humilitatis modestiæque demonstrandæ studio, rogat vt iubeant, quasi aliis imperaturi, vt assurgant. Rem non omnino absimilem facit apud Latinos Lector: qui iuxta Petrum Damianum lib. Dominus vobiscum, appellato, capite 2. *benedictionem à Sacerdote dum petit, non rogat vt benedicat, sed vt benedicere iubeat quempiam alium.*

17 Θυμιάσας.] A thuris suffitu preces Vespertinas vtraque Ecclesia auspicatur. Et Latina quidem: *Dirigatur*, ait, *oratio mea sicut incensum*, &c. Græca vero Oratione sua 7. precatur his verbis, κατεύθυνον τὴν προσευχὴν ἡμῶν, ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου, καὶ προσδέξαι αὐτὴν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας. Ex altari deinde & sacro adyto pedem efferens sacerdos thure totum suffumigat templum, nec sine mysterio, ait Simeon Thessalonicensis lib. de templo. διὰ τοῦ θυμιάματος ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου ἀρχομένου τὴν μετάδοσιν καὶ ἕνωσιν τοῦ πνεύματος δηλοῖ ἐκτυποῖ. *Per suffitum ab altari inchoatum deriuatam in alios suauemque Spiritus gratiam repræsentat.*

18 Τὸν νάρθηκα θυμιάσας.] Cur ad Ecclesiæ vestibulum Sacerdos suffumigaturus egrediatur, exponit Balsamon in can. 2. epist. S. Dionisii Alexandrini ad Basilidem τοῦ θυμιᾶν τοὺς ἐν τούτῳ ὄντας τάφους καὶ ἁγίους. *Vt thure incenso sepulchra, imo mortuos ibi iacentes expiet & imagines sanctorum ibi positas veneretur.* Iis enim quibus templum intrare nefas sacræ imagines in vestibulis adorandæ exponuntur, & quondam non nisi in templorum liminibus, per legem Ecclesiasticam, sepelire mortuos liberum erat.

19 Ὁ ταχθεὶς μοναχός. [De officiis in Monasteris celebrandis loquitur hic Ordo, vbi vel superior, vel ταχθεὶς μοναχὸς *Monachus deputatus*, quædam solus cantanda suscipit, antiquo more obseruato, de quo Basilius ep. 37. ad Neocæsarienses, & Cassianus lib. de canonico orationum & psalmorum modo cap. 12.

20 Τὸν προοιμιακόν.] Subintellige ψαλμόν. Is vero *Proœmiacus Psalmus* non est qui toti psalterio præfigitur, quem ideo plerique apud Hieronymum: *Spiritus sancti præfationem* vocant; sicut & Chrysologus serm. 44. *Psalmorum præfationem*. Sed est Psalmus 103. *Proœmialis* ea de causa Græcis, quod ab eo, Vesperas, Missam aliasque preces, in huius Euchologii decursu lustrandas, exordiuntur. Vnde non inepte, me iudice, Zonaras precum differentiam referens, ex ijs quasdam præfationum locum tenere, alias officia terminare, cæteras in harum medium interijciendas· Verba eius sunt. αἱ παρὰ τῶν ἱερέων λεγόμεναι ἐν ταῖς πρὸς θεὸν ὑμνῳδίαις διάφοροί εἰσιν· αἱ μὲν γὰρ προλέγονται, ἃς καὶ προοίμια εἶπον. αἱ δὲ ἐπιλέγονται μετὰ τὴν ὑμνῳδίαν, ἃς ὑποθέσεις ἐκάλεσαν, ὡς ὑποτιθεμένας τοῖς ὕμνοις, καὶ μετ' αὐτοὺς λεγομένας, τὰς δὲ παραθέσεις (forsan correctius legeretur, παραθέσεις) ὀνόμασαν ὡς παρατιθεμένας τὸν λαὸν τῷ κυρίῳ. *Variæ à Sacerdotibus inter quotidiana diuinæ laudis officia precationes fiunt. Præmittuntur enim quædam quas idcirco Præfationes de nomine dixerunt. Sub finem sunt hypotheses, quia fini Hymnorum subiectæ adduntur: commendatitiæ sunt tandem, quæ populum Domino commendant.*

21 Κανονάρχης.] E duabus ambiguis vox Κανονάρχης composita, non nisi dubium sensum parit. Κανὼν prima pars eius (omissâ quacumque vetusta significatione) non *Canonê siue Synodale decretū*, sed potius, *Hymnum siue Canticum* Ecclesiasticum certa serie compositum indicat: alia item pars, ab ἄρχομαι, *incipio, exordior*, non ab ἄρχω *præsum, principatum gero*, deducitur: propterea; Κανονάρχης nullatenus *Synodalibus decretis præfectum* refert, vt conijcit quidam merito à Gretsero reprehensus, sed nec etiam *Canonibus præfectum*, prout

barbare nimis Meursius coniecit, verum potius etiam è munere Lectorum electum, qui Canones, Hymnos siue Cantica Ecclesiastica, cantoribus tacite suggerere solitus est. Nam cum raro è libris in pulpito recitent Græci, rariusque item musices notis exaratis cantum dirigant vel instruant; defectibus his consultum satis putauerunt, si minister quiuis voce, quæ commode à reliquis audiretur, membratim per cola, huic & alteri choro è libro suggereret, quicquid occurreret canendum: dum interim cantus notitiâ & vsu magis insignes variis dextræ digitorumque motibus, contractione, inflexione, extensione, &c. (χειρονομίαν vocauit Cedrenus in Theophilo) tanquam signis ad varias voces, modulosque exprimendos vterentur. Ille itaque qui Canonas, Hymnosque per membra concisos suggerit, ὑποβολεὺς ideo dictus apud Socratem lib. 5. cap. 35. decantandaque cuncta edicit, & voce præit Κανονάρχης, *Canonum dux & inceptor*, non præfectus nuncupatur: & quia recti ordinis in Ecclesia obseruandi curam demandatam habet, ἐυταξίᾳ coniunctum munus gerit, & è Lectoribus vnus est: vnde & hic, ex officio, psalmum in medio Ecclesiæ recitandum suscipit.

22 Πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας) Eiusdem Psalmi 103. versus est. 25.

23 Τοῦ λυχνικοῦ (Quod inconsiderate prætereunt quidam, diligenter, amabo, Lector aduertat, inter ἑσπερινὸν & λυχνικὸν, discrimen non modicum: ἑσπερινὸν namque totum Vespertinum Officium, est λυχνικὸν, prima tantum eius pars, preces scilicet, cum sol cognouit occasum suum, & tempus instat Lucernæ Deo offerendæ, imo lumen cum precibus oblatum Deo, *lucernarium* est: ita loquitur Emeritense Concilium cap. 2. *Vespertino tempore post lumen oblatum, prius dicitur Vespertinum* ita sentit Isidorus, *in Vespertinis* inquit, Officijs *primo Lucernarium deinde psalmi duo* &c. nec abhorret Hieronymus in Psal. 119. scribens *Lucernarium, nonâ*, id est post nonam, *facimus*: cuius ritum ἐπιλύχνιον εὐχαριστίαν, quidam vocant, quibus annuit Basilius de Spiritu sancto ad Amphilochium. ἔδοξε τοῖς πατράσιν ἡμῶν μὴ σιωπῇ τὴν χάριν τοῦ ἑσπερινοῦ φωτὸς δέχεσθαι, ἀλλ' εὐθὺς φανέντος εὐχαριστεῖν. *Visum est patribus nostris nequaquam cum silentio gratiam Vespertini luminis suscipere, sed mox vt apparuerit, gratias agere.* Patres illi fuerunt Apostoli, qui in Constitutionibus suis apud Clementem lib 2. cap. 59. & lib. 8 cap. 35 iubent Vespere ad canendum psalmos, & preces faciendas populum fidelem conuenire: & inter psalmos 140. vocatum ἐπιλύχνιον, qui etiam hic post Procemiacum cantatur, præfigunt.

24 Μεγάλην συναπτήν.] Pro varijs personis & rebus preces compositas, & in vnum collectas, Græci συναπτὰς vocant, nos *Collectas* idcirco vbique interpretamur. Illarum ampliores & diffusiores, συναπτὴ μεγάλη, contractiores, συναπτὴ μικρὰ audiunt, & vtrarumque exemplar, in ipso Lucernarij officio reperies; εἰρηνικὰ alij vocant, quia primo *pacem postulant*; quæ alij διακονικὰ *vt à Diacono pronunciata* dicunt: *Diaconi namque*, inquit Aquisgranense Concilium sub Stephano & Ludouico Pio congregatum ca. 7. *voces tonitruorum sunt, & clara voce in modum præconis admonent cunctos siue in orando, siue in flectendo genua* &c. Primæuam vero Collectarum formam legendam exhibent Clementis const. Apost. lib. 8. cap. 9. vsumque eatum, vbi nondum erat in Galliâ communis, à Concilio Vasensi commendatum nouimus: his verbis. *Quia tam in sede Apostolicâ quam etiam per totas Orientales, atque Italiæ prouincias, dulcis, & nimirum salubris consuetudo est intromissa, vt* Κύριε ἐλέησον *frequentius cum affectu grandi & compunctione dicatur; placuit etiam nobis, vt in omnibus Ecclesiis nostris ista consuetudo sancta, & ad Matutinum, & ad Missas & ad Vesperas, Deo propitiante, admittatur.*

25 Στιχολογία.) *Versorum Dauidicorum per versus recitationem* interpretor: στιχολογεῖν enim ψάλτειον, est *Psalmos* eosdem *per versus recitare* apud authorem vitæ S. Nili Iunioris, non est itaque στιχολογία *Versuum collectio* vt quidam imperite vertunt, sicut nec δοξολογία *Laudum collectio* est, quæ proprie magis *Deo laus reddita* & eius *glorificatio* intelligitur.

26 Ἀγρυπνίας οὔσης.) Solemnia festa, Dominicasque productis per noctem vigilijs stationibusque præueniunt Monachi Græci (de Latinis quippe nullus qui experimento assenserit id negabit) longissimas autem sibi præfixisse Monachos ἀκοιμήτους hac de causâ vocatos Historicorum omnium scriptis compertum habemus, inter quos præcipuus fuit Symeones ille de quo Euagrius lib. 3. cap. 21. Festis itaque diebus producunt Vigilias cuncti Græci, quibus prius Latini se dederunt exemplo, de quibus Cassianus lib. 3. de Cano. noctur. diur. Orat. modo cap. 8. *Sane vigilias quæ singulis hebdomadibus à Vesperâ illucescente sabbato celebrantur, idcirco leuiores, hyemali tempore quo noctes sunt longiores, vsque ad quartum gallorum cantum, per Monasteria moderantur, vt post excubias totius noctis reliquis duabus ferme horis reficientes corpora sua, nequaquam per totum diei spatium somni torpore marcescant: requie breui huius temporis, pro totius noctis refectione contenti.* Modernorum vero Græcorum vigilandi rationem omnem Basilius Hieromonachus Maleinus describit his verbis. *Statim adueniente nocte, instituenda vigilatio ad horas duas* (post solis occasum) *& auditâ horâ octauâ surgendum. Hunc terminum transire Monacho non decet, alij vsque ad tertiam, quartam, & quintam, ante Matutinam synaxim, & nonnunquam per totam noctem extendunt Vigilias: præcipue quibusdam festis, aut publicis ad celebranda sacra die sequenti, futuris conuentibus. Matutino autem somno post synaxim abstinent: quandoquidem ille Monasticæ vitæ non est consentaneus.* Ad Matutinas porrò quæ festiuis diebus profunda semper nocte, cantuque solemni Ecclesia persoluuntur, plebs rudis antiqui ritus apprime tenax, nec non etiam hortatu & correctionibus Sacerdotum excitata, diligentius assurgere consueta est: ab eisque frequentius obeundis nec ipsi Imperatores Orientis abhorruere: solemnioresque eorum Vigilias in Palatio, nocturnis Officijs producendas percenset Codinus, & eius commentator Gretserus in suis elucubrationibus.

27 Ἐν συνήθει τόπῳ.) Locus pronunciandis Diaconicis de more Diacono concessus, est Ambon. Si locum Ambonis superum vel inferum requiras, nullus tibi distinguet scriptor, præter Anaphoræ sub Basilij nomine opus tomo 6 Bibliothecæ PP. insertum, quod secundum ei tantum gradum assignat. Si desit Ambon, in Ecclesiæ medio stat Diaconus, eiusque centrum quasi vicarium Ambonis locum quæ ad se pertinent pronunciaturus, occupat.


28 Χύμα.] Pro familiari sibi consuetudine vocem hanc in Lexico scribit Meursius, & vt sine animâ corpus, vocem pariter absque sensu ob oculos ponit. Hanc dum in Bibliotheca PP. interpres anonymus *infusionem* vertit, vocabuli radicem non mentem, apprehendisse testatur: *fusâ namque voce, siue cantu, modulorumque varietate* dicere debuisset, sicut & alibi Græca ipsa exprimunt; ἄνευ μέλους, *qua vox vno tractu ef-*

fluit: opponiturque ei quod dicitur μετὰ μέλους, vbi adiuncta modulorum varietas percipitur.

29 Εἴσοδος.) Non Ingressum quemuis, vocabulum hoc significat, sed eum qui solemni procedendi ritu, à porta Protheseos ad sacras vsque fores percurritur, cum adoletur incensum, vel liber Euangeliorum, vel sacra dona cum pompâ, in sanctum adytum inferuntur. Via quam tunc emetitur Sacerdos, signata est in Tabula prima fol. 21. punctis sibi succedentibus, longiori & fere circulari anfractu, à porta Protheseos ad sacras vsque fores productis. De Ingressu Vesperarum loquitur Canon Trullanus 91. & ab eo Dominicæ celebritatem ordiri, & in eo terminari præcipit; de quo alibi plura commodius.

30 Διὰ τ̃ βορείου.) Alia exemplaria legunt, διὰ τ̃ πλαγίας. Supplendum mente θύρας, quæ Protheseos est porta, in sinistro Sanctuarii siue Tribunalis latere. Et in Ecclesiis Orientalem plagam vbique respicientibus, stat è Boreali parte, à qua βόρειον κλίτος & βόρειον μέρος, passim nuncupatur.

31. Κεχαλασμένον ἔχων τὸ φελώνιον.] Effigies Sacerdotis demissam Casulam in Ingressu gerentis hac figurâ exhibetur. Illa vero hoc pacto in Officij fine demissa, dimissionis populi omnisque Conuentus soluti indicium est. Nunc autem in Ingressu Sacerdotem procedentem circumambiens, Christum humanâ carne tectum, eiusque visibilem & manifestum in terras aduentum, necnon & virtutum donorumque cœlestium apparatum, quo circumamictus mundi oculis innotuit, repræsentat. Ita Nathanaël S. Mauræ Antistes.



32 Εἰς τ̃ [πωνήθη τόπον.) In templi gremio

33 Μανουάλια] *Candelabra*, quorum vsus est in Ecclesiâ, *ad manum*, vt Græcæ dictionis ad primitiuam Latinam affinitas ostendit, gestari solita.

34 Κρατῶν τοῖς τρισὶ δακτύλοις τὸ ὠράριον.] Rem mysterio plenam & mentis attentione dignam, apprehensa tribus dextræ manus digitis stolâ, Diaconus vbique demonstrat. Eiusmodi gestu de Ingressu in sancta Sacerdotem commonet, vt fœlix & triumphans sanctorum in cœlos introitus, ad æternæ vitæ lumen in miseræ huius vitæ vespere, beate conspiciendum illo adumbretur. Hoc enim fine subiungit Sacerdos: εὐλογημένη ἡ ἄσοδος τ̃ ἁγίων σου κύριε.

35 Τὴν εἰκόνα τὴν εἰς τὸ στασίδιον.) Mirum cur Græci sedes in choro Cantoribus dispositas, στασίδια *à stando*, & erecto corporis *statu*, potius quam à sedendo denominauerint. At cum non nisi raro in Ecclesiis sedeant, sediliaque memorata sint illis erecta, vt fere continuo stantes perseuerent, & χειρονομίᾳ *manus gesticulatione* cantui moderando vacent: στασίδια, vt *stationis tenendæ auxilia*, dum eorum fulcris accumbunt brachia, primitus sunt appellata. Aliam insuper denominationis huius Chrysostomus rationem profert in 1. ad Timot. cap. 15. cum enim Chorea sacra sit fidelium Deum collaudantium conuentus, in quo cuncti ἑστήκασι τ̃ ἁγίων στησάμενοι χορόν, & locus vniuscuiusque choream agentis στάσις dicatur, quid mirum si στασίδιον inde deductum, locum fidelium in choro, choreaque sacra consistentium, significare promeruerit?

36 Σοφία ὀρθοί.) Vbi verba hæc à Diacono elato vocis tono proferuntur, confestim aliud auditu & attentione

dignum sequuturum expectatur. Eiusmodi est celebre hoc & deuotum Vesperarum Canticum φῶς ἱλαρὸν ἁγίας δόξης, ἀθανάτου πατρὸς, οὐρανίου, ἁγίου, μάκαρος, Ἰησοῦ Χριστέ, ἐλθόντες ἐπὶ τὴν τοῦ ἡλίου δύσιν, ἰδόντες φῶς ἑσπερινὸν ὑμνοῦμεν (Basilius libro de Spiritu S. legit. αἰνοῦμεν) πατέρα, υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα Θεόν. (Basilius legit. Θεοῦ) ἄξιόν σε ἐν πᾶσι καιροῖς ὑμνεῖσθαι, φωναῖς αἰσίαις, υἱὲ Θεοῦ, ζωὴν ὁ διδοὺς· διὸ ὁ κόσμος σε δοξάζει. *Iucundum lumen sanctæ gloriæ immortalis, cælestis, sancti, beati, Iesu Christe, ad solis iam occasum profecti & serotinam lucem cernentes, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum Deum celebramus. Æquum est te in omnibus Fili Dei vitæ largitor, deuotis vocibus laudare, propterea que te mundus omnis laudibus prosequitur:* Nec mirum si insolitâ solemnitate canticum hoc persoluatur. Cum namque paucis, quem primum finem in Vespertinis laudibus instituendis intendit Ecclesia, complectatur, (quæ recolenda sunt ex superius annotatis numero 23.) & aliunde antiquissimum sit, vt a laudatissimo Martyre Athenogene editum, non potest ab Ecclesiâ magnâ cum deuotione non recoli. At martyris præfati fœtum esse legitimum testatur primo titulus eidem in Horologio, id est, *Diurnarum Horarum volumine* præfixus, qui sic habet. Ὕμνος τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀθηνογένους, οὐχ ὥς φασί τινες ἀμαθῶς Σοφρονίου Πατριάρχου Ἱεροσολύμων· μάρτυς τούτου ὁ μέγας Βασίλειος. *Hymnus sancti Martyris Athenogenis: non vt quidam imperite dicunt, Sophronij Patriarchæ Hierosolymorum, cuius testis est magnus Basilius.* Ipse deinde Θεοφάντωρ Pater, de Spiritu sancto ad Amphilochium huius hymni occasione scribens, ἔδοξε τοῖς πατράσιν ἡμῶν, inquit, μὴ σιωπῇ τὴν χάριν τοῦ ἑσπερινοῦ φωτὸς δέχεσθαι, ἀλλ' εὐθὺς φανέντος εὐχαριστεῖν. καὶ ὅστις μὲν ὁ πατὴρ τῶν ῥημάτων ἐκείνων τῆς ἐπιλυχνίου εὐχαριστίας, εἰπεῖν οὐκ ἔχομεν· ὁ μέντοι λαὸς ἀρχαίαν ἀφίησι τὴν φωνήν, καὶ οὐδενὶ πώποτε ἀσεβεῖν ἐνομίσθησαν, οἱ λέγοντες, αἰνοῦμεν πατέρα, υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα Θεοῦ. εἰ δέ τις καὶ τὸν ὕμνον τοῦ Ἀθηνογένους ἔγνω, ὃν ὥσπερ τι ἀλεξιτήριον τοῖς συνοῦσιν αὐτῷ καταλέλοιπεν, ὁρμῶν ἤδη πρὸς τὴν τελείωσιν, οἶδε καὶ τὴν τῶν μαρτύρων γνώμην, ὅπως εἶχον καὶ περὶ τοῦ πνεύματος. *Visum est patribus nostris Vespertini luminis gratiam haud quaquam cum silentio suscipere, sed mox vt apparet, agere gratias. Quis autem fuerit author illorum verborum quæ dicuntur in gratiarum actione, ad lucernas, id est ad Vesperas, dicere non possumus: populus autem antiquam profert vocem, neque visi sunt vmquam impietatem committere, qui dicunt; Laudamus Patrem, Filium & Spiritum sanctum Dei. Quid si quis etiam nouit Athenogenis Hymnum quem tamquam aliquod valedictionis munus discipulis suis reliquit festinans iam ad consummationem, quæ facta est per ignem, is nouit & Martyrum sentententiam de Spiritu.* Non suâ itaque quam proferre recusat, sed ex populi sententiâ & traditione vulgo accepta, quam refert Basilius, hymnus hic Athenogeni martyri tribuitur, qui clarissimus Theologus floruit sub Seuero Imperatore circa annum 169. & per ignem consummatus Martyrij lauream est adeptus. Porrò huic Hymno solemniter ab Ecclesiâ Græcâ in Vesperis decantato, Ecclesia Latina, alium celebrem magis, & sensu sublimissimum, quem nimirum Deipara Spiritu Dei in eius mentem illapso occinit, sibi delegit: & inter canendum pariter ad altare, & sancta cum decente pompâ, Sacerdos thure Deum veneraturus accessum sibi parat: & cum hoc Cantico frequentiorem faciat Dominicæ Incarnationis memoriam alia ex quo diuini Verbi generationem Athenogeneo suo Hymno quotidie memorandam suscipit & celebrandam.

37 Προκείμενον τῆς ἡμέρας.) *Versiculi duo* è psalmis Dauidicis excerpti dicuntur προκείμενοι δίστιχοι, *præuium distichum*; vel scripturæ confestim post ipsos legendæ, vel rei alterius specialis decantandæ materiam & summam complectens: qui proprij sunt illius diei, προκείμενον τῆς ἡμέρας dicuntur.

38 Τὰ στιχηρὰ τῆς λιτῆς.) λιτὴν alibi commodius *processionem* significare, & στιχηρὰ *versus* ab Ecclesia compositos, dicemus: & proinde, στιχηρὰ τῆς λιτῆς, erunt *Versus in quauis susceptâ processione recitandi.*

39 Ἐπὶ δεόμεθα ὑπὲρ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν.) Loquitur διάταξις hæc de Officio Vesperarum prout in Monasteriis persoluitur, alias non pro monasterii præfecto, sed pro Episcopo pronunciarentur hic preces à Diacono. Animaduerte porro, quod cum Monasterium sit Pœnitentiæ locus, & Pœnitentes se Monachi agnoscant: si quando ἀδελφότης pro sibi præstituto superiore priuatas preces facere aggrediatur, peccatorum eius memoriam agit, illorumque condonationem a Deo ipsi elargiendam precatur.

40 Δέσποτα πολυέλεε.) Reperitur infra inter Vespertinas hæc oratio.

41 Ἀπὸ στίχου στιχηρῶν.) στίχος & στιχηρὰ, omissis alijs significationibus, versus sunt è psalmis Dauidicis vel sacrâ scripturâ excerpti: στιχηρὰ vero versus paulo longiores ab Hymnographo Ecclesiastico conscripti; στιχηρὰ nunc ἀπὸ στίχου sunt conglobati aliquot Dauidici versiculi vnius totius formam referentes, & vt è Dauidicis verbis, quæ στιχολογεῖσθαι dicuntur, eruti, ἀπὸ στίχου quoque nomen acceperunt.

42 Τετράποδον, (Est *mensa quadrupes*, in qua panis cum frumento, vinum & oleum benedicenda offeruntur: infra tamen describuntur reponi ἐν ἀναλογίῳ *in pulpito*, vt loco semper disposito, de quo modicum discrimen. Quid porro sibi velit hic ritus inferius discutietur.

43 Νῦν ἀπολύεις.) Canticum Symeonis.

44 Τὸ τρισάγιον.) Laus diuina; *in quâ vox* ἅγιος *ter reperitur*: ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος ἐλέησον ἡμᾶς.

45 Τὸ ἀπολυτίκιον τῆς ἡμέρας.) Finis Officij ἀπόλυσις est, *dimissio*. Modulusque ille, qui *terminando officio idoneus* censetur, ἀπολυτίκιον est: & quia varij sunt huiusmodi Versus, qui diei illius proprius est, ἀπολυτίκιον τῆς ἡμέρας audit, & vocem aliam, τροπάριον videlicet, subaudiendam postulat.

46 Θεοτόκε παρθένε.) Duo hæc vocabula Salutationi Angelicæ χαῖρε κεχαριτωμένη addidit Ecclesia Orientalis, à tempore quo Nestorius Christi diuinam vnicamque naturam oppugnans, χριστοτόκον tantum dicendam contendebat: Θεοτόκον itaque: priusquam gratiam plenam eam salutat: salutisque huiusmodi confestim rationem adiungit post verba εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου, ὅτι σωτῆρα ἔτεκες τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

47 Τροπάριον.) Vox generica est, & cunctis canticis in Ecclesiâ Græca receptis, communis: *Modulum* vbique interpretamur: & alibi rationem reddimus. Quoad sui compositionem Latinis Antiphonis similis est: quamuis Antiphonam vlla ratione interpretari nequeamus. Vide ὀνομαστικὸν verbo ἀντίφωνον, & τροπάριον.

48 Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ.) Habetur infra post Vesperarum Officium.

49 Τῆς θείας ἀναγνώσεως.) Lectionem sacram vt semper in pretio à cunctis Monachis habitam etiam hodie καλόγηροι *Monachi Græci* in communi finitis vesperis obseruant.

50 Δι' εὐχῶν τῶν πατέρων ἡμῶν.) Lectionis sacræ, pluriumque Monasticorum exercitationum hæc est conclusio. δι' εὐχῶν τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐλέησον ἡμᾶς, ἀμήν. sicut apud Latinos, *Tu autem Domine miserere nostri*, pronunciatum, lectionibus finem solet imponere.

51 Τὸ στερεῶσαι ὁ Θεὸς τοὺς βασιλεῖς.) Intellige eos cantare preces, quibus vt Deus reges confirmet, precantur. Illæ vero huiusmodi sunt. Ἐπουράνιε βασιλεῦ, τοὺς πιστοὺς βασιλεῖς ἡμῶν στερέωσον, τὴν πίστιν στήριξον, τὰ ἔθνη πράϋνον, τὸν κόσμον εἰρήνευσον, τὴν ἁγίαν μονὴν ταύτην καλῶς διαφύλαξον, τοὺς προαπελθόντας πατέρας καὶ ἀδελφοὺς ἡμῶν ἐν σκηναῖς δικαίων τάξον, καὶ ἡμᾶς ἐν μετανοίᾳ καὶ ἐξομολογήσει παράλαβε, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος: ipsique de se huius orationis gratiam loquentes, στερεοῦμεν τοὺς βασιλεῖς, reges confirmamus id est, vt Deus eos confirmet, rogamus.

52 Ὑπεραγία Θεοτόκε.) Huiusmodi est hæc oratio ὑπεραγία Θεοτόκε σῶσον ἡμᾶς: quam frequentius repetitam infra in Officio τῆς κοινῆς παρακλήσεως reperies.

53 Τὴν τιμιωτέραν.) Ita pariter hæc alia legitur; τὴν τιμιωτέραν τῶν Χερουβὶμ, καὶ ἐνδοξοτέραν ἀσυγκρίτως τῶν Σεραφὶμ, τὴν ἀδιαφθόρως Θεὸν λόγον τεκοῦσαν, τὴν ὄντως Θεοτόκον, σὲ μεγαλύνομεν.

54 Ἐκφωνεῖ ἐν τῇ ἀπολύσει τοῦ ἁγίου τὸ ὄνομα.) Quâ ratione sanctorum nomina ἐν ἀπολύσει commemorentur constabit in operis huius calce penè extremâ.

55 Εἰ μὲν τοί ἐστι λιτή.) Superflua periodus: repetit enim obscure quæ supra de supplicatione & processione scripta sunt.

56 Εἰς τὸν ὄρθρον, εἰ μὲν ἀγρυπνία, &c.) Hanc quoque superfluam esse, mox sequutura legenti demonstrant.

57 Ἰστέον ὅτι ἐν τῷ μεσονυκτικῷ.) Incipit hinc explicatio ἱεροδιακονίας, *sacri ministerij* Sacerdoti à Diacono in Matutinis exhibendi.

58 Ἐν τῷ μεσονυκτικῷ.) Matutinas preces Græci vocant μεσονυκτικὸν, eo quod nunquam nisi *profundâ nocte* in Ecclesiis ad quas tunc etiam populus conuenire cogitur, persoluantur; ὄρθρος autem à Mesonyctico distinguitur, sicut à Matutinis nostris Laudes: Laudibus quippe nostris correspondere ὄρθρον ex Græcorum Officijs compertum est, & ex Neophyti Rhodini Synopsi: ἡ πρώτη ἀκολουθία εἶναι τὸ μεσονύκτιον αὐτὸ μαζὶ μὲ τὸν ὄρθρον: *primum Officium* seu prima eius pars, *est Matutinũ cum laudibus*: quamuis inficiari nequeam, ὄρθρου vocabulo, sicut & Latino *Matutinarum precum*, Primã horã plerisque authoribus antiquis (qui Matutinas nobis dictas, ipsi *Vigilias, nocturnos, Orationemque nocturnam* vocabant) fuisse significatam. Clemẽs Rom. namque Const. Apost. l. 8. c. 34. horarum differentiam assignat: εὐχὰς, inquit, ἐπιτελεῖτε, ὄρθρου, καὶ τρίτῃ ὥρᾳ, καὶ ἕκτῃ, καὶ ἐννάτῃ, καὶ ἑσπέρᾳ, καὶ ἀλεκτροφωνίᾳ. *Precationes facite mane, tertiâ hora, & sextâ, & nonâ, & vespere, atque ad galli cantum*, hoc est mediâ nocte ante aduentũ diei, vt infra exponit; ibi autem vt vides, *Primæ* nomem reticet, & *precationis* quæ fit *mane*, meminit: quid nisi vt hac *matutinâ* precatione, *primam* ipsam intelligat? Cyprianus etiam, vel quicumque author fuerit expositionis in Orat. Domin. de diuersis horis sermonem instituens *primam* silet, & *matutinam* memorat, & post recensitam tertiam, sextam, & nonam, *Mane orandum est*, inquit, *vt resurrectio domini matutina oratione celebretur. recedente item sole, ac die cessante, necessario rursus orandum est.* Et infra. *Qui in Christo, hoc est in lumine, semper sumus, nec noctibus ab oratione cessemus.* Per *Matutinam* orationem nullus hic dubitabit *Primam* intelligi, alias septenarius horarum munerus à præfato authore nullatenus compleretur: *Nocturnos* siquidem per *orationem à qua nec noctibus cessatur*; *Vesperas* per eam *quæ recedente sole fit*, & *completorium*, per eam *quæ die cessante Deo offertur*; & reliquas propriis suis vocabulis satis aperte declarat. Ab his nec sensu aut voce alienus est Basilius, qui in regulis fusius disputatis, quam nos *primam*, ipse ὄρθρον appellat, & tertiæ præponit. Vt itaque à vocum confusione mentem liberemus; indubium est, geminas apud Latinos *Matutinas preces*, sicut & apud Græcos duplicem ὄρθρον esse statuendum: Vnum ante solis ortum, & orto sole, rursus alium, vt cum nos dicimus *Matutinas Laudes*, ac *primam*. Cassianus lib. 3 de Cano. diurnar. Orat. modo, distinctionis huius author est: & primo quidem de Laudibus loqui videtur cum ait. *De Matutina solemnitate etiam illud nos instruit, quod in ipsa quotidie decantari solet: Deus deus meus ad te de luce vigilo.* Et infra. *Ita enim & ille primo mane operarios conduxisse describitur, quod tempus designat Matutinam nostram solemnitatem.* Et cap. 4. *Vsque ad illud tempus hac solemnitate Matutina, (quâ expletis nocturnis & orationibus, post modicum temporis interuallum, solet in Gallia Monasterijs celebrari) cum quotidianis vigilijs pariter consummata, reliquas horas refectioni corporum deputatas à maioribus nostris inuenimus.* Eam certe *Matutinam solemnitatem* nullus pro *Nocturnis* intellexerit, sed pro *Laudibus* tantum, in quibus Psalmus ille: *Deus deus meus*, &c. perlegitur, & *Nocturnis Psalmis & orationibus expletis*, dato modico temporis interuallo, recitatur. Iisdem iam vocibus *primam* ipsam appellari Cassianus idem author est: in capitis namque quarti titulo sic habet. *Matutinam quam nos primæ horæ solemnitatem appellamus, non antiqua traditione statutam, sed nostro tempore adinuentam fuisse*, Mox subiungit. *Sciendum tamen hanc Matutinam (quæ nunc obseruatur in occiduis vel maxime regionibus) canonicam functionem, nostro tempore, in nostro quoque Monasterio, primitus institutam, vbi dominus noster Iesus Christus natus ex virgine humanæ infantiæ suscipere incrementa dignatus, nostram quoque in religione teneram & lactentem infantiam sua gratia confirmauit.* En vt Cassianus in Bethleemitico Monasterio à Paulâ constructo tenerâ suæ religionis infantiâ transactâ, in eo primum, hanc aliam Matutinam solemnitatem, ne post nocturnas preces persolutas, diutius somno indulgerent Monachi, *adinuentam* fuisse testatur. *Vt illi religionis huius obseruantia inuitati, cuncti pariter è suis stratis consurgerent: qui typum*, subdit ille, *licet ex consuetudine videatur inuentus, & recenti memoria pro causa quam diximus statutus appareat; tamen illum numerum quem designat B. Dauid quanquam spiritualem quoque habeat intellectum, secundum literam manifestissime supplet. Septies in die laudẽ dixi tibi. Hac enim adiecta solemnitate septies sine dubio spirituales hos conuentus in die facientes, septies in ea laudes dicere Domino comprobamur.* Illæ autem horæ quæ priorem senarium numerum statuebant, erant tertia, sexta, nona vesperæ & completorium. Nocturnos enim & Vigilias cum alia priori Matutinâ solemnitate quam Laudes dicimus pro vnicâ tantum hora computabant. At tandem cum circa D. Benedicti tempora secundæ Matutinæ solemnitati, impositum fuisset primæ nomen (memorat enim inter Ecclesiæ officia primam) penes priorem illam Matutinarum Laudum (à Psalmis 148. 149 & 150. quos Græci αἴνους dicunt) nomen remansit, eamque Græci vocarunt ὄρθρον & nocturnas vigilias de nomine μεσονυκτικοῦ, dictas esse voluerunt.

59 Μεγάλη ἐκτενή.) Illa est μεγάλη συναπτή, vel potius ea precum concatenata series, in qua τὸ ἐκτενῶς δεηθῶμεν inclamat diaconus; cuius formam infra reperire est in Chrysostomi liturgia post Euangelii lectionem: illamque hac ratione Methodius lib. de conuersione ad fidem orthodoxam ἐκτενῆ δέησιν *supplicationem protensam* esse definit.

60 Τὸ βηλόθυρον.) *Adyti Ianuæ velum*, βηλόθυρον est: quæ vox è Latinâ simul & Græcâ componitur. Codinus cap. 17. χρυσῶν βηλοθύρων τὴν ἀνάβαθραν σκεπόντων, *aureis velis suggestum* Imperatorium *tegi* describit: Vtitur hac voce Guillelmus Bibliothecarius de Stephano sexto scribens: *contulit in Basilica Apostolorum cortynam lineam vnam, Velotnyra serica tria, in circuitu altaris.*

61 Ἐκφωνήσεις.) Verba quibus Orationes cunctæ concluduntur, & quædam, alia altiori vocis tono à Sacerdote pronuncianda, ἐκφωνήσεις vocantur, quas Iustinianus Imperator in No. Co. [illegible] 3. μὴ κατὰ σιωπὴν, ἀλλὰ μετὰ φωνῆς τῷ πιστοτάτῳ λαῷ ἐξακουομένης. *Non tacite, sed voce a fideli populo percipienda* fieri præcipit.

62 Τὸν ἑξάψαλμον.) Huius officii interpres in Bibl. PP. vt in multis errat, praue vocem ἑξάψαλμον *sextum psalmum* vertit: Quæ germane *psalmos sex, vel senario numero comprehensos*, 3. videlicet. 37. 42. 87. 102. & 142. significat.

63 Ἀκολουθία.) Totum officium, vel pars eius, ἀκολουθίας *sequentiæ* nomen impositum habet Sicut autem Officium Ecclesiæ in communi sumptum, dicitur ἀκολουθία, inquit Neophytus Rhodinus in vernaculâ synopsi διότι ἀκολουθᾶ μία ὁποῦ συνάπτει τὴν ἄλλην, ἡ τρίτη μετὰ τὴν δευτέραν, ἡ ἕκτη τὴν τρίτην, καὶ τὰ ἑξῆς. *eo quod vna Oratio sequatur alteram, tertia primam, sexta tertiam, & sic deinceps.* Ita quæuis alia precum vel diuinarum laudum collectio, in quâ Psalmi, cantica, preces, & alia ordine disposito consequuntur, ἀκολουθία *sequentia*, merito potest appellari.

64 Καθίσματα.) Rarissime, & ferè nunquam in Ecclesia sedent Græci: & in mentem Tertulliani lib. de Orat. conspirasse videntur, dum ait: *Irreuerens esse assidere sub conspectu, contraque conspectum eius quem maxime reuerearis ac reuereris, quanto magis sub conspectu Dei viui, Angelo adhuc orationis astante, factum istud irreligiosum est? nisi exprobremus Deo quod nos oratio fatigauerit.* Raro etiam genuflectunt. Quâuis enim fateantur profestis, atque etiam aliis certis diebus in genua procumbendum, vt late ex PP demonstrat Neophytus Rhodinus in vulgari sua synopsi cap. vlt. vnde & Euangelium audituris pronunciatur σοφία, ὀρθοί. ἤγουν ὀρθῶς ἀκούσωμεν τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου ἐπὶ τὸ ὁποῖον φαίνεται· ὅτι γονατιστοὶ ἀκούασιν τὴν λειτουργίαν οἱ πάλαι [illegible] *Sapientia. Recti. Corpore nimirum erecto stemus, & audiamus sanctum Euangelium. Vnde coniicimus antiquos missæ interfuisse genuflexos.* Tamen quia festiuis tantum diebus in Ecclesiam conueniunt, adgeniculationibus ferialibus omnino sunt desueti. Habent nihilominus tempus aliquod sedendo permissum, καθίσματος verbo significatum: quo, vbi de Psalmis, intelligitur ea Psalterii pars quæ sedendo dicitur: vbi de Canticis, illud etiam est, quod vt Cantoribus leuamen concedatur sedendo persoluitur.

65. Τὸν πολυέλεον. Psalmus 135. à laudatâ & frequentius memoratâ *plurima Dei misericordia*, πολυέλεος nomen accepit: Sicut & Psalmus 118. μακάριοι ἄμωμοι, à voce secunda qua incipit, vulgo ἄμωμος vocatur. Atque insuper cum tunc plurimas è ramosa machina in medio chori appensas lampades accendant: machinam eandem Cedreno πολυκάνδηλα, Codino πολυστάτον λυχνίαν, Symeoni Thessalonicensi πολύφωτα, antiquis πολυλύχνιον, *à luminum lampadumque numero compositio*, dictam; ipsi πολυέλεον *à repetitâ* tunc *misericordia* voce, vel *à plurimo oleo* abundantis misericordiæ diuinæ argumento vocare sunt assueti.

66 Ὁ ἱερεὺς ἐπιφέρει τὸ εὐαγγέλιον ἀναγνώσμα.) In missâ Diaconus, in Matutinis Euangelium Sacerdos recitat. Vt quos in missâ Sacramentis est cibaturus, prius verbo Dei pascat. Vtrobique vero curam omnium cælesti cibo pascendorum in se suscipere profitetur, ad Christi exemplum, qui prius verbo, quam corporis Sacramento, Ecclesiam pauit. Nec vsus iste ab Ecclesiâ Latinâ omnino alienus est: adhuc enim mos iste viget inter D. Benedicti filios & sequaces, vt finitis Matutinis lectionibus, Abbas vel Superior, Euangelium integrum pronunciet.

67 Γίνεται ὁ ἀσπασμὸς.) Vertit interpres in Biblio. PP. *Salutatio*: Bene quidem, ad communem & vsitatum sensum; at non simplex salutatio est ἀσπασμὸς, sed quæ osculo fixo perficitur.

68 Ἅγιος τῆς μονῆς.) Sanctus cui Monasterium vel Ecclesia dedicata est, imaginem in tabulato seu cancellis habet; & illa est, quæ hîc suffumigari præcipitur, & ἅγιος τῆς μονῆς vocatur.

69 Δοξολογίας.) Duplex est δοξολογία μεγάλη & μικρά. Illa est Hymnus Angelicus *Gloria in excelsis Deo.* Hæc repetita sæpius in psalmorum fine Trinitatis glorificatio. *Gloria Patri & Filio*, &c.

70 Εἰ μὴ ὅτι κυριακή. ὁ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν.) Dies dominica perpetuam Resurrectionis memoriam renouat. Hinc dominicarum dierum ἀπόλυσις eadem est, quæ & in resurrectionis festo. Consule ἀπολύσεις circa huiusce Euchologii calcem.

71 Δίδοται τὸ ἅγιον ἔλαιον.) Oleo lampadis coram imagine Sancti, cuius deuotione mouentur accensæ, inungere se solent Orientales Christiani, Græci pariter ac Latini: nec non & in Occiduis regionibus, applaudente toto orbe, copiam non modicam olei coram imagine miraculorum operatrice Sancti Dominici in pago Soriano ardentis, ad sanitatem recuperandam, diuinamque virtutem comprobandam, in remotissimas vsque regiones Dominicani transmittunt, & distribuunt. Floribus etiam, vel aliis quæ miraculosas Thaumaturgasque imagines attigerunt (& ἁγίου ἐλαίου nomen accipiunt) quasi inde contractâ vel asportatâ diuinâ virtute se inungunt Græci, & spem salutis plurimam in talibus reponunt, velut & maiores nostri in *brandeis* quibus principum Apostolorum sepulchra Romæ operiebantur: de quibus ample Ioannes Diaconus in vita Gregorii magni lib. 2. cap. 42. deque aliis plurimis protomartyris. Stephani reliquiis admotis (quæ non pauca miracula patrasse refert) Augustinus de Ciui. Dei lib. 22. cap. 8. Ac vt ad Græcos redeamus, ad Sancti cuius festum agitur, imaginem, in medio chori positam, ex oleo coram ardente Sacerdotis manu inunguntur: nec sine diuinæ virtutis experimento frequenter inde recedunt. Neque enim nouum, vt ægroti ad salutem recipiendam, oleo quouis pacto benedicto, se inungant: quandoquidem vt scribit Baronius anno 63. num 13. non ad infirmorum dimittenda peccata, & inuisibilem gratiam consequendam fuit institutus à Christo, & ab Apostolis obseruatus ritus, vt oleum à quolibet Christiano in nomine Christi, & in quemlibet etiam à fide alienum, ad sanitatem corporis consequendam, sit solitum adhiberi. Eiusmodi plane erat, quod ad curandos morbos per Proculum Christianum administrari solitum refert Tertullianus ad Scapulam cap. 4. Erat & id genus quo sanctissimi Ægypti Monachi, ad sanitates impartiendas (vt scribit Sozomenus, & prius illo Ruffinus) vti consueuerant. Solebant huiusmodi species sicut & aliæ ad vsum humanum comparatæ precibus præscriptis sanctificari, (sic apud Clementem habetur benedictio aquæ & olei) sicque signo tantum crucis benedixisse, & in nomine Sanctissimæ Trinitatis sanctificasse, atque ægrotantibus admouisse sufficeret. Insuper & oleum lampadum, quæ ad Martyrum sepulchra ardere solitæ, &

ſent, ad morbos curandos, aliaque edenda miracula virtutem eſſe ſæpius conſecutum Theodorum demonſtrat: hæc ille. Vt itaque vel ſalutem recipiat, aut tueantur, vel benedictionem conſequantur, ſimili oleo ad imaginem ſancti, cuius feſtum agitur, ſe inungunt Græci: & miſericordiam cuius oleum eſt ſignum, à Deo precibus illius impetrare, votis quibus poſſunt, efflagitant.

72 Πλησίον εἰκόνος τοῦ προσκυνήματος.) In ſuggeſtu aliquo, in Chori medio, imaginem ſancti cuius deuotione feruntur, die ſuo feſto, & per octauam retinent: quo tempore quia Eccleſiam ingreſſi, poſt Deiparæ, & Chriſti ſalutatas imagines, illam quoque venerari ſolent. Hinc iſtas, & quaſcumque ſimiles in viis vel in Eccleſiarum valuis *venerationi* expoſitas imagines vocant προσκυνήματα.

73 Ὁ διάκονος βαστάζων τὸν σταυρόν.) Crux in proceſſione delata primum locum tenet, hanc Epiſcopus, vel Sacerdos Officium peragens nullo interpoſito, vt cæteris dignior, & Chriſto coniunctiſſimus, ſequitur: tum reliquus chorus comitatur, Lectores, Diaconi, Sacerdotes, inter quos honoratiores ad animi Chriſtianam demiſſionem indicandam, vltimi procedere ſtudent.

74 Ἐν τοῖς τυπικοῖς.) Præter alia plura vox τύπος, *formam*, *exemplar*, *normam*, ſignificat. Hinc quia *lex*, *edictum*, *ſententia*, actionum humanarum exemplar eſt & forma, Cedrenus cum Græcis recentioribus ad *legem vel edictum* quodcumque exprimendum deduxit, vt in Zenone τότε ὁ Βασιλίσκος μετὰ τύπου εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἐξέπεμψε. *Hunc Alexandriam cum regiis diplomatibus miſit.* Hoc in ſenſu dum ad ſuos vſus vocem eandem deflectit Eccleſia, per illam, quamcumque agendi *Normam*, *cærimoniarum inſtitutionem*, *vel Rubricam* intellectam eſſe cupit: & τυπικὰ vocat *eum librum*, *qui cerimoniarum Rubricarumque ſeriem omnem*, *velut formularium* continet: Hæc enim διάταξις, τυπικῶν nomen, niſi forſan ex abuſu, non meretur. Qui communem & quotidianum Veſperarum, Matutinarum, Horarumque omnium ordinem perlegere cupiet ὡρολόγιον *Diurnale* conſulat: Proprias autem & adiectitias partes in Menæo & aliis libris reperiet: cum iis ſi præſentem διάταξιν conferat, nil eum Eccleſiaſtici Officii latebit.

ΑΙ ΕΥΧΑΙ ΤΟΥ ΛΥΧΝΙΚΟΥ.

b

b Εὐχὴ πρώτη.

ΚΥΡΙΕ οἰκτίρμον, καὶ ἐλεῆμον, μακρόθυμε, καὶ πολυέλεε, ἐνώτισαι τὴν προσευχὴν ἡμῶν, καὶ πρόσχες τῇ φωνῇ τῆς δεήσεως ἡμῶν· ποίησον μεθ' ἡμῶν σημεῖον εἰς ἀγαθόν, ὁδήγησον ἡμᾶς ἐν τῇ ὁδῷ σου, τοῦ πορεύεσθαι ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου, εὔφρανον τὰς καρδίας ἡμῶν εἰς τὸ φοβεῖσθαι τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον, διότι μέγας εἶ σύ, καὶ ποιῶν θαυμάσια, σὺ εἶ θεὸς μόνος, καὶ οὐκ ἔστιν ὅμοιός σου ἐν θεοῖς, κύριε, δυνατὸς ἐν ἐλέει, καὶ ἀγαθὸς ἐν ἰσχύι, εἰς τὸ βοηθεῖν καὶ παρακαλεῖν, καὶ σώζειν πάντας τοὺς ἐλπίζοντας εἰς ὄνομά σου τὸ ἅγιον. c Ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμή, καὶ προσκύνησις τῷ πατρί, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

c

d

d Εὐχὴ δευτέρα.

ΚΥριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς ἡμᾶς, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς ἡμᾶς· ἀλλὰ ποίησον μεθ' ἡμῶν κατὰ τὴν ἐπιείκειάν σου, ἰατρὲ καὶ θεραπευτὰ τῶν ψυχῶν ἡμῶν, ὁδήγησον ἡμᾶς ἐπὶ λιμένα θελήματός σου· φώτισον τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν καρδιῶν ἡμῶν, εἰς ἐπίγνωσιν τῆς σῆς ἀληθείας· καὶ δώρησαι ἡμῖν τὸ λοιπὸν τῆς παρούσης ἡμέρας, εἰρηνικὸν καὶ ἀναμάρτητον, καὶ πάντα τὸν χρόνον τῆς ζωῆς ἡμῶν, πρεσβείαις τῆς ἁγίας θεοτόκου καὶ πάντων τῶν ἁγίων. Ὅτι σὸν τὸ κράτος, καὶ σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δό-

LVCERNARII ORATIONES.

Oratio prima.

DOmine miſerator & miſericors, longanimis, & valde miſericors, auribus percipe deprecationem noſtram, & attende voci orationis noſtræ, fac nobiſcum ſignum in bonum, deduc nos in viâ tua, vt in veritate tua progrediamur, exhilara corda noſtra vt timeamus nomẽ ſanctum tuum, quia magnus es tu, & faciẽs mirabilia, tu es Deus ſolus & non eſt ſimilis tui in diis, Domine, potẽs in miſericordiâ & bonus in virtute, vt ſuccurras, & conſoleris, & ſalues omnes ſperantes in nomine ſancto tuo. Quia conuenit tibi omnis gloria, honor & adoratio, Patri & Filio & ſancto Spiritui: nunc & ſemper, & in ſecula ſæculorum. Amen.

Oratio ſecunda.

DOmine ne in furore tuo arguas nos, neque in irâ tuâ corripias nos: ſed fac nobiſcum ſecundum miſericordiam tuam, medice & curator animarum noſtrarum, deduc nos ad voluntatis tuæ portum, cordis noſtri oculos in veritatis tuæ agnitionem illumina: & diei huius reſiduum, & omne vitæ noſtræ tempus pacificum, & à peccato immune eſſe largire, interceſſionibus ſanctæ Deiparæ, & omnium ſanctorum. Quia tua eſt poteſtas, & tuum eſt regnũ, & virtus,

& gloria, Patris, & Filij, & Spiritus sancti: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio Tertia.

DOmine Deus noster, memento nostri peccatorum, & inutilium seruorum tuorum, cum sanctum nomen tuum inuocamus, & ne confundas nos à misericordiæ tuæ expectatione: sed & saluti nostræ congrua postulata cócede, & ex toto corde diligere & timere te, & voluntatem tuam in omnibus exequi, largire. Quia bonus & hominum amator, Deus existis: & tibi gloriam repédimus, Patri, & Filio, & S. Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio quarta.

QVi non tacituris laudibus, & irrequieta glorificatione à sanctis virtutibus celebraris, imple os nostrum laude tua, vt nomini sancto tuo laudum celebritatem referam⁹: & cum omnibus sanctis te in veritate timentibus & mandata tua obseruantibus, partem & sortem nobis confer, precibus sanctæ Deiparæ, & omnium sanctorum tuorum. Quia conuenit tibi omnis gloria, honor, & adoratio, Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio quinta.

DOmine, Domine, qui illibato manus tuę pugillo cuncta contines, qui longanimis es super nos omnes, & super malitiã nostra pœnitentiam agis: miserationum tuarum & misericordiæ tuę recordare, visita nos in bonitate tua, & huius diei residuũ tempus, vitamq; omnem nostram à varijs maligni machinamẽtis sanctissimi Spirit⁹ tui gratia, liberam esse concede. Misericordia & humanitate vnigeniti Filij tui, cum quo benedictus es, cum sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio sexta.

DEus magnus & admirabilis, qui ineffabili bonitate, & abundante prouidẽtia cuncta administras, qui datis nobis mundi huius bonis, etiam promissũ regnũ te daturũ obstrinxisti, qui præteritã diei parte per cócessa bona nos deduxisti, residuam quoque inculpate corã

ξα, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

e Εὐχὴ γʹ. e

ΚΥριε ὁ θεὸς ἡμῶν, μνήσθητι ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ ἀχρείων δούλων σου ἐν τῷ ἐπικαλεῖσθαι ἡμᾶς τὸ ἅγιον ὄνομά σου. καὶ μὴ καταισχύνῃς ἡμᾶς ἀπὸ τῆς προσδοκίας τοῦ ἐλέους σου, ἀλλὰ χάρισαι ἡμῖν κύριε πάντα τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτήματα, καὶ ἀξίωσον ἡμᾶς ἀγαπᾷν καὶ φοβεῖσθαί σε ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ἡμῶν, καὶ ποιεῖν ἐν πᾶσι τὸ θέλημά σου. Ὅτι ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος θεὸς ὑπάρχεις καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

f Εὐχὴ δʹ. f

ΟΤοῖς ἀσιγήτοις ὕμνοις, καὶ ἀπαύστοις δοξολογίαις ὑπὸ τῶν ἁγίων δυνάμεων ἀνυμνούμενος, πλήρωσον τὸ στόμα ἡμῶν τῆς αἰνέσεώς σου, τοῦ δοῦναι μεγαλωσύνην τῷ ὀνόματί σου τῷ ἁγίῳ· καὶ δὸς ἡμῖν μερίδα καὶ κλῆρον μετὰ πάντων τῶν φοβουμένων σε ἐν ἀληθείᾳ, καὶ φυλασσόντων τὰς ἐντολάς σου, πρεσβείαις τῆς ἁγίας θεοτόκου, καὶ πάντων τῶν ἁγίων σου. Ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

g Εὐχὴ εʹ. g

h ΚΥριε, κύριε, ὁ τῇ ἀχράντῳ σου παλάμῃ συνέχων τὰ σύμπαντα, μακροθυμῶν ἐπὶ πάντας ἡμᾶς, καὶ μετανοῶν ἐπὶ ταῖς κακίαις ἡμῶν, μνήσθητι τῶν οἰκτιρμῶν σου, καὶ τοῦ ἐλέους σου, ἐπίσκεψαι ἡμᾶς ἐν τῇ σῇ ἀγαθότητι, καὶ δὸς ἡμῖν διαφυγεῖν καὶ τὸ λοιπὸν τῆς παρούσης ἡμέρας, ἐκ τῶν τοῦ πονηροῦ ποικίλων μηχανημάτων. καὶ ἀνεπιβούλευτον τὴν ζωὴν ἡμῶν διαφύλαξον τῇ χάριτι τοῦ παναγίου σου πνεύματος. Ἐλέει, καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ, σὺν τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. h

Εὐχὴ ϛʹ.

ΟΘεὸς ὁ μέγας καὶ θαυμαστὸς, ὁ ἀνεκδιηγήτῳ ἀγαθωσύνῃ, καὶ πλουσίᾳ προνοίᾳ διοικῶν τὰ σύμπαντα, ὁ καὶ τὰ ἐγκόσμια ἀγαθὰ ἡμῖν δωρησάμενος, καὶ κατεγγυήσας ἡμῖν, τὴν ἐπηγγελμένην βασιλείαν, διὰ τῶν ἤδη κεχαρισμένων ἀγαθῶν ὁδοποιήσας ἡμῖν, καὶ τῆς ἡμέρας τὸ παρελθὸν

μένους ἀπὸ παντὸς ἐκκλῖναι κακοῦ, δώρησαι ἡμῖν καὶ τὸ ὑπόλοιπον, ἀμέμπτως ἐκτελέσαι ἐνώπιον τῆς ἁγίας δόξης σου, ὑμνοῦντάς σε τὸν μόνον ἀγαθὸν, καὶ φιλάνθρωπον θεὸν ἡμῶν. Ὅτι σὺ εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

sanctâ gloriâ tuâ, vt te solum & clementem Deum nostrum celebremus, transigere concede. Quia tu es Deus noster, & tibi gloriam referimus: Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Εὐχὴ ζ'.

Oratio septima.

Ὁ Μέγας καὶ ὕψιστος, ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, ὁ πᾶσαν τὴν κτίσιν ἐν σοφίᾳ δημιουργήσας, ὁ διαχωρίσας ἀναμέσον τοῦ φωτὸς, καὶ ἀναμέσον τοῦ σκότους, καὶ τὸν ἥλιον θέμενος εἰς ἐξουσίαν τῆς ἡμέρας, σελήνην δὲ καὶ ἀστέρας εἰς ἐξουσίαν τῆς νυκτός· ὁ καταξιώσας ἡμᾶς τοὺς ἁμαρτωλοὺς, καὶ ἐπὶ τῆς παρούσης ὥρας, προφθάσαι τὸ πρόσωπόν σου ἐν ἐξομολογήσει, καὶ τὴν ἑσπερινὴν σοι δοξολογίαν προσαγαγεῖν, αὐτὸς φιλάνθρωπε κατεύθυνον τὴν προσευχὴν ἡμῶν ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου, καὶ πρόσδεξαι αὐτὴν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, παράσχου δὲ ἡμῖν τὴν παροῦσαν ἑσπέραν, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα, εἰρηνικήν. ἔνδυσον ἡμᾶς ὅπλα φωτός· ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ φόβου νυκτερινοῦ, καὶ παντὸς πράγματος ἐν σκότει διαπορευομένου, καὶ δὸς τὸν ὕπνον, ὃν εἰς ἀνάπαυσιν τῇ ἀσθενείᾳ ἡμῶν ἐδωρήσω, πάσης διαβολικῆς φαντασίας ἀπηλλαγμένον. ναὶ δέσποτα τῶν ἀγαθῶν χορηγὲ, ἵνα καὶ ἐπὶ ταῖς κοίταις ἡμῶν κατανυγόμενοι, μνημονεύωμεν ἐν νυκτὶ τοῦ ὀνόματός σου. καὶ τῇ μελέτῃ τῶν σῶν ἐντολῶν καταυγαζόμενοι, ἐν ἀγαλλιάσει ψυχῆς, διανιστώμεθα πρὸς δοξολογίαν τῆς σῆς ἀγαθότητος, δεήσεις καὶ ἱκεσίας τῇ σῇ εὐσπλαγχνίᾳ προσάγοντες, ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων, καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ σου, ὃν ταῖς πρεσβείαις τῆς ἁγίας θεοτόκου, ἐν ἐλέει ἐπισκέψαι. Ὅτι ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν· τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

DEus magnus & excelsus, solus habens immortalitatem, qui lucem habitas inaccessam, qui creaturam omnẽ in sapientiâ condidisti, qui lucem inter & tenebras diuisionis terminos posuisti, sole in potestatem diei constituto, lunâ vero & stellis, in potestatem noctis: qui nos peccatores hac hora, in confessione faciem tuam præuenire, & vespertinas tibi laudes offerre voluisti: ipse benigne dirige orationem nostram sicut incensum in conspectu tuo, & in odorem suauitatis eâ susceptâ noctem insequentem pacificam tribue. Lucis armis indue nos, & à timore nocturno, & omni negotio in tenebris perambulante erutis, sommum in infirmitatis nostræ reparationem concessum omni diabolica cogitatione liberum præbe. Ita Domine bonorum author; vt in cubilibus nostris compuncti, sanctum nomen tuum de nocte celebremus: & mandatorum tuorum lumine illustrati, in animæ hilaritate, ad laudes bonitatis tuæ celebrandas, preces & supplicationes tuæ clementiæ pro peccatis propriis, & populi totius, oblaturi exurgamus, à quibus nos sanctę Deiparæ interuentu protege. Quia bonus & hominum amator existis, & tibi gloriam rependimus: Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Πληρουμένου δὲ τοῦ προοιμιακοῦ ψαλμοῦ λέγει, ἢ αὐτὸς, ἢ ὁ διάκονος, εἰ ἔστιν.

Terminato proœmiaco psalmo dicit Sacerdos ipse, aut Diaconus, si adest.

2 ΕΝ εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. ὁ χορ. Κύριε ἐλέησον. Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης, καὶ τῆς σωτηρίας τῶν ψυχῶν ἡμῶν, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. ὁ χο. Κύριε ἐλέησον. Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ σύμπαντος κόσμου, εὐσταθείας τῶν ἁγίων τοῦ θεοῦ ἐκκλησιῶν, καὶ τῆς τῶν πάντων ἑνώσεως τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. ὁ χο. Κύριε ἐλέησον. Ὑπὲρ τοῦ ἁγίου οἴκου τούτου, καὶ τῶν μετὰ πίστεως, εὐλαβείας

IN pace Dominum precemur. *Chorus.* Domine miserere. Pro superna pace, & animarum nostrarum salute, Dominum precemur. *Chorus.* Domine misere. Pro pace totius mundi, sanctarum Dei Ecclesiarum statu prospero, & omnium concordia: Dominum precemur. *Chorus.* Domine miserere. Pro sancta domo hac

& omnibus cum pietate & Dei timore in eam intrantibus, Dominum precemur. *Chorus*. Domine miserere.

Pro Archiepiscopo nostro N. venerando presbyterio, Diaconorum in Christo ordine, omni Clero, & populo, Dominum precemur. *Chor*. Domine miserere. Pro sancta hac habitatione, vniuersâ ciuitate, regione, & pro omnibus fidelibus in ipsis habitantibus, Dominũ precemur. *Chorus* Domine miserere. Pro aeris tẽperie, fructuũ terrę vbertate, & pacificis anni tẽpestatibus obtinendis: Dominũ precemur. *Chorus* Domine miserere. Pro nauigantib⁹, iter agentib⁹, infirmis, laborantibus, captiuis, & eorũ salute: Dominũ precemur. *Chorus*. Domine miserere. Vt liberemur ab omni calamitate, flagello, & necessitate, Dominum precemur. *Chorus*. Domine miserere. Suscipe, salua, miserere, & conserua nos Deus tuâ gratiâ. *Chorus*. Domine miserere. Sanctissimæ, illibatæ, super omnes benedictæ, gloriosæ Dominæ nostræ Deiparæ, & semper Virginis Mariæ, cum omnibus sanctis memoriam agentes, nos ipsos, & inuicem, & vitam nostram Christo Deo commendemus. *Chorus*. Tibi domine.

Exclamatio.

QVia conuenit tibi omnis gloria, honor, & adoratio, Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

Deinde dicitur Sessio. Beatus vir.

Et post Sessionem Collecta minor.

ADhuc & iterum in pace: Dominum precemur. *Chorus* Domine miserere. Suscipe, salua, miserere, & conserua nos Deus tuâ gratiâ. *Chorus*. Domine miserere. Sanctissimæ, illibatæ, super omnes benedictæ, gloriosæ dominæ nostræ Deiparæ & semper Virginis Mariæ, cum omnibus sanctis memoriam agentes, nos ipsos & inuicem, & omnem vitam nostram Christo Deo commendemus. *Chorus*. Tibi Domine. *Sacerdos elatâ voce.* Quia tua est potentia, & tuum est regnum & virtus & gloria, Patris, & Filij, & Spiritus sancti nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen. *Deinde dicitur* Domine clamaui. *Tum versus.* Gloria. Et nunc.

Introitus Oratio.

VEspere, & mane, & meridie laudamus, benedicimus, gratias agimus, & te omnium Domine, precamur; dirige orationem nostram sicut incensum in conspectu tuo, & ne declines

καὶ φόβου θεοῦ εἰσιόντων ἐν αὐτῷ. τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. ὁ χο. Κύριε ἐλέησον. Ὑπὲρ τοῦ ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν. ὁ δεῖνος, τοῦ τιμίου πρεσβυτερίου, τῆς ἐν Χριστῷ διακονίας, παντὸς τοῦ κλήρου, καὶ τοῦ λαοῦ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. ὁ χο. Κύριε ἐλέησον. Ὑπὲρ τῆς ἁγίας μονῆς ταύτης, πάσης πόλεως, χώρας, καὶ τῶν πιστῶν οἰκούντων ἐν αὐταῖς τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. ὁ χο. Κύριε ἐλέησον. Ὑπὲρ εὐκρασίας ἀέρων, εὐφορίας τῶν καρπῶν της γῆς, καὶ καιρῶν εἰρηνικῶν, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. ὁ χο. Κύριε ἐλέησον. Ὑπὲρ πλεόντων, ὁδοιπορούντων νοσούντων, καμνόντων, αἰχμαλώτων, καὶ της σωτηρίας αὐτῶν, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. ὁ χο. Κύριε ἐλέησον. Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς ἀπὸ πάσης θλίψεως. ὀργῆς καὶ ἀνάγκης, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. ὁ χο. Κύριε ἐλέησον. Ἀντιλαβοῦ, σῶσον, ἐλέησον, καὶ διαφύλαξον, ἡμᾶς ὁ θεὸς τῇ σῇ χάριτι. ὁ χο. Κύριε ἐλέησον. Τῆς παναγίας ἀχράντου, ὑπερευλογημένης, ἐνδόξου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, μετὰ πάντων τῶν ἁγίων μνημονεύσαντες, ἑαυτοὺς, καὶ ἀλλήλους καὶ πᾶσαν τὴν ζωὴν ἡμῶν Χριστῷ τῷ θεῷ παραθώμεθα. ὁ χο. Σοὶ κύριε.

Ἐκφώνησις.

ΟΤΙ πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εἶτα τὸ κάθισμα, τὸ, μακάριος ἀνήρ.

Καὶ μετὰ τὸ κάθισμα, λέγει τὴν μικρὰν συναπτήν.

ΕΤΙ καὶ ἔτι ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. ὁ χορ. Κύριε ἐλέησον. Ἀντιλαβοῦ, σῶσον, ἐλέησον, καὶ διαφύλαξον ἡμᾶς ὁ θεὸς, τῇ σῇ χάριτι. ὁ χο. Κύριε ἐλέησον. Τῆς παναγίας, ἀχράντου, ὑπερευλογημένης, ἐνδόξου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, μετὰ πάντων τῶν ἁγίων μνημονεύσαντες, ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους, καὶ πᾶσαν τὴν ζωὴν ἡμῶν, Χριστῷ τῷ θεῷ παραθώμεθα. ὁ χο. Σοὶ κύριε. Ἐκφωνεῖ ὁ ἱερεύς. Ὅτι σὸν τὸ κράτος, καὶ σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ὁ χορ. Ἀμήν. Εἶτα τὸ κύριε ἐκέκραξα. Ἔπειτα τὰ στιχηρά. Δόξα καὶ νῦν.

Εὐχὴ τῆς εἰσόδου.

ΕΣπέρας, καὶ πρωῒ, καὶ μεσημβρίας, αἰνοῦμεν, εὐλογοῦμεν, εὐχαριστοῦμεν, καὶ δεόμεθά σου, δέσποτα τῶν ἁπάντων, κατεύθυνον τὴν προσευχὴν ἡμῶν ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου, καὶ μὴ ἐκκλίνῃς

τὰς καρδίας ἡμῶν εἰς λόγους ἢ εἰς λογισμοὺς πονηρίας, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἐκ πάντων τῶν θηρευόντων τὰς ψυχὰς ἡμῶν, ὅτι πρὸς σὲ κύριε, κύριε, οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν, καὶ ἐπὶ σοὶ ἠλπίσαμεν, μὴ καταισχύνῃς ἡμᾶς ὁ θεὸς ἡμῶν.

Εἶτα εὐλογεῖ τὴν εἴσοδον.

ΟΤΙ πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Εἶτα εὐλογεῖ τὴν εἴσοδον, καὶ λέγει ὁ διάκονος.

ΣΟφία, ὀρθοί. τὸ, Φῶς ἱλαρὸν ἁγίας δόξης. μετὰ δὲ τὴν εἴσοδον, βαλὼν τὴν στολὴν μετάνοιαν ὁ ταχθεὶς μοναχὸς ψάλλει τὸ τῆς ἡμέρας προκείμενον δίστιχον. Εἰ δὲ ἐστι σάββατον ἑσπέρας λέγει, τὸ, Ο κύριος ἐβασίλευσεν, στίχος. Ενεδύσατο ὁ κύριος. στίχος. Καὶ γὰρ ἐστερέωσε. 4 στραφεὶς δὲ ὁ ἱερεὺς πρὸς δυσμὰς δεδεμένας ἔχων τὰς χεῖρας, ἐκδεχόμενος τὴν πλήρωσιν τοῦ προκειμένου. εἶτα βάλλει μετάνοιαν, καὶ ἀπέρχεται εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ. μετὰ δὲ τὸ προκείμενον, λέγει ὁ διάκονος εἰ ἔστι· Εἴπωμεν πάντες ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας ἡμῶν εἴπωμεν. ὁ χο. Κύριε ἐλέησον. ὁ δια. Κύριε παντοκράτωρ ὁ θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, δεόμεθά σου ἐπάκουσον, καὶ ἐλέησον. ὁ χο. Κύριε ἐλέησον. ὁ δια. Ελέησον ἡμᾶς ὁ θεὸς κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου, δεόμεθά σου, ἐπάκουσον καὶ ἐλέησον. ὁ χο. Κύριε ἐλέησον. ὁ δια. Ετι δεόμεθα ὑπὲρ τοῦ ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν, ὁ δεῖνος, καὶ πάσης τῆς ἐν Χριστῷ ἡμῶν ἀδελφότητος. ὁ χο. Κύριε ἐλέησον. ὁ δια. Ετι δεόμεθα ὑπὲρ τῶν μακαρίων καὶ ἀειμνήστων κτιτόρων, τῆς ἁγίας μονῆς ταύτης. ὁ χο. Κύριε ἐλέησον. ὁ δια. Ετι δεόμεθα ὑπὲρ ἐλέους, ζωῆς, εἰρήνης, ὑγείας, σωτηρίας, ἐπισκέψεως, συγχωρήσεως, καὶ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν, τῶν δούλων τοῦ θεοῦ, τῶν ἀδελφῶν τῆς ἁγίας μονῆς ταύτης. ὁ χο. Κύριε ἐλέησον. ὁ δια. 5 Ετι δεόμεθα ὑπὲρ τῶν καρποφορούντων, καὶ καλλιεργούντων ἐν τῷ ἁγίῳ καὶ πανσέπτῳ ναῷ τούτῳ, 6 κοπιώντων, ψαλλόντων, καὶ ὑπὲρ τοῦ περιεστῶτος λαοῦ, τοῦ ἀπεκδεχομένου τὸ παρὰ σοῦ μέγα καὶ πλούσιον ἔλεος. ὁ λαός. Εἰς πολλὰ ἔτη δέσποτα.

Ἐκφώνως ὁ ἱερεύς.

ΟΤΙ ἐλεήμων, καὶ φιλάνθρωπος θεὸς ὑπάρχεις. καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ὁ χο. Αμήν.

corda nostra in verba aut cogitationes malitiæ, sed ab omnibus animas nostras venantibus libera nos. Quia ad te, Domine, Domine oculi nostri, & in te sperauimus, ne confundas nos Deus noster.

Deinde benedicit Introitum.

QVia conuenit tibi omnis gloria, honor, & adoratio, Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

Deinde benedicit Introitum: & dicit Diaconus.

SApientia, recti. Lumen Iucundum sanctæ gloriæ. *Post Introitum vero, ordinatus ad hæc Monachus corporis incuruatione præmissa canit diei Propositum distichum. Si sabbati Vespera fuerit, dicit* Dominus regnauit. *Versiculus.* Indutus est Dominus *Versiculus.* Etenim firmauit. *Conuersus autem ad Occidentem Sacerdos Iunctis ante pectus manibus Propositi finem præstolatur. Mox adoratione facta ad locum suum discedit, & completo Proposito dicit Diaconus, si quidem præsens fuerit.* Dicam⁹ omnes ex tota animâ nostrâ, & ex totâ mente dicamus *Chorus.* Domine miserere. *Diaconus.* Omnipotens Domine Deus patrum nostrorum rogamus te exaudi & miserere. *Chorus.* Domine miserere, *Diaconus.* Miserere nostri Domine secundum magnam misericordiam tuam: exaudi & miserere. *Chorus.* Domine miserere. *Diaconus.* Adhuc rogamus pro Archiepiscopo nostro N. & omni nostra in Christo fraternitate. *Chorus.* Domine miserere. *Diaconus.* Adhuc rogamus, pro beatis & semper memorandis huius sanctæ ædis fundatoribus. *Chorus.* Domine miserere. *Diaconus.* Adhuc rogamus pro misericordiâ, vitâ, sanitate, salute, protectione, veniâ, & peccatorum remissione seruorum Dei huius ædis sanctæ fratrum. *Chorus.* Domine miserere. *Diaconus.* Adhuc rogamus pro fructum referentibus, & bona facientibus in hoc sancto & venerando templo, pro laborantibus & & Cantoribus, & residuo populo à te magnam & abundantem misericordiam expectante. *Populus.* In annos plurimos domine.

Sacerdos exclamando.

QVia misericors & hominum amator Deus existis, & tibi gloriam referimus; Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. *Chorus.* Amen.

Et populus dicit. Dignare domine. *Diaco-* Vespertinam nostram Orationem Domino compleamus. *Chorus.* Domine miserere. *Diaconus.* Suscipe, salua, miserere, & conserua nos Deus tuâ gratiâ. *Chorus.* Domine miserere. Vesperam omnem &c. 7 Angelorum pacis. Veniam. Bona & conducentia. Residuum vitæ nostræ tempus, vt in pace & pœnitentia degamus à Domino postulemus. *Chorus.* Concede domine. *Diaconus.* Vitæ nostræ Christianos fines, dolore, & omni confusione liberos, pacificos, defensionem bonam in tremendo Christi tribunali postulemus. *Chorus.* Concede Domine, *Diaconus.* Sanctissimæ, illibatæ, super omnes benedictæ gloriosæ Dominæ nostræ Deiparæ, & semper Virginis Mariæ, cum sanctis omnibus memoriã agentes, nos ipsos, & inuicem, & omnem vitam nostram Christo Deo commendemus. *Chorus.* Tibi domine. *Et Sacerdos elata voce.* Quia bonus & hominum amator Deus existis, & tibi gloriam referimus, Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. *Chorus.* Amen. *Sacerdos.* Pax omnibus *Chorus.* Et cum spiritu tuo. Diaconus. Humiliemus capita nostra. Deo. *Chorus.* Tibi Domine.

Oratio capitis inclinationis.

Domine Deus qui cœlis inclinatis ad salutem generis humani descendisti, respice in seruos tuos & in hereditatem tuam: tibi enim tremendo & clementi Iudici capita inflexerunt serui tui, & non expectato ab hominibus auxilio, sed potius misericordiam tuam præstolati, & salutem tuam expectantes tibi submiserunt ceruices: conserua illos omni, & præsenti serotino tempore, & insequenti nocte ab omni inimico, ab omni diabolico aduersarij insultu, à vanis cogitationibus, & prauis cordium affectibus. *Deinde elata voce Sacerdos dicit.* Sit potentia regni tui benedicta & glorificata, Patris, & Filij, & sancti Spiritus, nunc & semper & in secula sæculorum. Amen, *Deinde sancti cuius eâ die celebratur festum, processione in Vestibulo habitâ, proprij cantus Versus canimus, Sacerdote & Diacono præcedentibus, cum cereis & thuribulo.* Gloria sancti. Et nunc. *Deipara. Postmodum Diaconus si adfuerit, sin vero Sacerdos, dicit.*

Καὶ ὁ λαός, τό. Καταξίωσον κύριε. ὁ διά. Πληρώσωμεν τὴν ἑσπερινὴν δέησιν ἡμῶν τῷ κυρίῳ. ὁ χο. Κύριε ἐλέησον. ὁ διά. Ἀντιλαβοῦ, σῶσον, ἐλέησον, καὶ διαφύλαξον ἡμᾶς ὁ θεὸς τῇ σῇ χάριτι. ὁ χο. Κύριε ἐλέησον. 7 Τὴν ἑσπέραν πᾶσαν. Ἄγγελον εἰρήνης. Συγγνώμην. Τὰ καλὰ, καὶ τὸ ὑπόλοιπον χρόνον τῆς ζωῆς ἡμῶν ἐν εἰρήνῃ καὶ μετανοίᾳ ἐκτελέσαι παρὰ τοῦ κυρίου αἰτησώμεθα. ὁ χο. Παράσχου κύριε. ὁ διά. Χριστιανὰ τὰ τέλη τῆς ζωῆς ἡμῶν, ἀνώδυνα, ἀνεπαίσχυντα, εἰρηνικά. καὶ καλὴν ἀπολογίαν τὴν ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, αἰτησώμεθα. ὁ χορ. Παράσχου κύριε. ὁ διά. Τῆς παναγίας ἀχράντου, ὑπερευλογημένης, ἐνδόξου, δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, μετὰ πάντων τῶν ἁγίων μνημονεύσαντες, ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους, καὶ πᾶσαν τὴν ζωὴν ἡμῶν, Χριστῷ τῷ θεῷ παραθώμεθα. ὁ χο. Σοὶ κύριε. καὶ ὁ ἱερεὺς ἐκφώνως· Ὅτι ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ὁ χο. Ἀμήν. ὁ ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσι. ὁ χο. Καὶ μετὰ πνεύματός σου. ὁ διά. Τὰς κεφαλὰς ἡμῶν τῷ κυρίῳ κλίνωμεν. ὁ χορ. Σοὶ κύριε.

Εὐχὴ τῆς κεφαλοκλισίας.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ κλίνας οὐρανοὺς καὶ καταβὰς ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, ἔπιδε ἐπὶ τοὺς δούλους σου· καὶ ἐπὶ τὴν κληρονομίαν σου. σοὶ γὰρ τῷ φοβερῷ καὶ φιλανθρώπῳ κριτῇ, οἱ σοὶ δοῦλοι ὑπέκλιναν τὰς κεφαλὰς, τοὺς δὲ αὐτῶν ὑπέταξαν αὐχένας, οὐ τὴν ἐξ ἀνθρώπων ἀναμένοντες βοήθειαν, ἀλλὰ τὸ σὸν περιμένοντες ἔλεος, καὶ τὴν σὴν ἀπεκδεχόμενοι σωτηρίαν· οὓς διαφύλαξον ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ κατὰ τὴν παροῦσαν ἑσπέραν, καὶ τὴν προσιοῦσαν νύκτα, ἀπὸ παντὸς ἐχθροῦ, ἀπὸ πάσης ἀντικειμένης ἐνεργείας διαβολικῆς, καὶ διαλογισμῶν ματαίων, καὶ ἐνθυμήσεων πονηρῶν. Εἶτα λέγει ἐκφώνως ὁ ἱερεύς. Εἴη τὸ κράτος τῆς βασιλείας σου εὐλογημένον καὶ δεδοξασμένον, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. Εἶθ' οὕτω ψάλλομεν ἰδιόμελα κατὰ τοῦ τὴν ἡμέραν ἁγίου, λιτανεύοντες ἐν τῷ νάρθηκι, τοῦ ἱερέως καὶ τοῦ διακόνου προπορευομένων μετὰ λαμπάδων, καὶ θυμιατοῦ. δόξα τοῦ ἁγίου, καὶ νῦν, θεοτόκιον καὶ μετὰ ταῦτα λέγει ὁ διάκονος, εἴπερ τύχῃ, ταῦτα. εἰ δ' οὐ τύχῃ, ὁ ἱερεύς.

Σῶσον

Σῶσον ὁ θεὸς τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου. ἐπίσκεψαι τὸν κόσμον σου ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς· ὕψωσον κέρας Χριστιανῶν, καὶ κατάπεμψον ἐφ' ἡμᾶς τὰ ἐλέη σου τὰ πλούσια, πρεσβείαις τῆς παναχράντου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, δυνάμει τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, προστασίαις τῶν τιμίων ἐπουρανίων δυνάμεων ἀσωμάτων, τοῦ τιμίου ἐνδόξου προφήτου προδρόμου, καὶ βαπτιστοῦ Ἰωάννου, τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, τῶν ἐν ἁγίοις πατέρων ἡμῶν καὶ οἰκουμενικῶν μεγάλων διδασκάλων καὶ ἱεραρχῶν, Βασιλείου τοῦ μεγάλου, Γρηγορίου τοῦ θεολόγου, καὶ Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Νικολάου Μύρων τῆς Λυκίας τοῦ θαυματουργοῦ, τῶν ἁγίων ἐνδόξων, καὶ καλλινίκων μαρτύρων, τῶν ὁσίων καὶ θεοφόρων πατέρων ἡμῶν τῶν ἁγίων δικαίων θεοπατόρων Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννης, τοῦ ἁγίου τῆς μονῆς, καὶ πάντων τῶν ἁγίων, ἱκετεύομέν σε πολυέλεε κύριε, ἐπάκουσον ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν δεομένων σου, καὶ ἐλέησον ἡμᾶς.

l Καὶ ὁ α'. χορὸς, μ', l κύριε ἐλέησον μ'. Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων καὶ θεοφυλάκτων βασιλέων, κράτους, νίκης, διαμονῆς, ὑγείας, σωτηρίας αὐτῶν, καὶ κύριον τὸν θεὸν ἡμῶν ἐπὶ πλέον συνεργῆσαι, κατευοδῶσαι αὐτοὺς ἐν πᾶσι, καὶ ὑποτάξαι ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτῶν πάντα ἐχθρὸν καὶ πολέμιον. Εἶτα πάλιν ὁ β'. χορ. m γ' κύριε ἐλέησον γ'.

Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τοῦ ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν n ἢ ἐπισκόπου, τοῦ δεῖνος, καὶ πάσης τῆς ἐν Χριστῷ ἡμῶν ἀδελφότητος, καὶ ὑπὲρ πάσης ψυχῆς Χριστιανῶν, θλιβομένης τε καὶ καταπονουμένης, ἐλέους θεοῦ καὶ βοηθείας ἐπιδεομένης, σκέπης τοῦ ἁγίου οἴκου τούτου, καὶ τῶν κατοικούντων ἐν αὐτῷ. εἰρήνης καὶ καταστάσεως τοῦ σύμπαντος κόσμου, εὐσταθείας τῶν ἁγίων τοῦ θεοῦ ἐκκλησιῶν, σωτηρίας καὶ βοηθείας τῶν μετὰ σπουδῆς καὶ φόβου θεοῦ κοπιώντων, καὶ διακονούντων πατέρων καὶ ἀδελφῶν ἡμῶν. ὑπὲρ τῶν ἀπολειφθέντων, καὶ τῶν ἐν ἀποδημίαις ὄντων, ἰάσεως τῶν ἐν ἀσθενείαις κατακειμένων, ὑπὲρ κοιμήσεως, ἀνέσεως, μακαρίας μνήμης, καὶ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν, πάντων τῶν προαπελθόντων εὐσεβῶς πατέρων καὶ ἀδελφῶν ἡμῶν, τῶν ἐνθάδε κειμένων καὶ ἀπανταχοῦ ὀρθοδόξων, ὑπὲρ ἀναρρύσεως τῶν αἰχμαλώτων, καὶ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν τῶν ἐν ταῖς διακονίαις ὄντων, καὶ πάντων τῶν διακονούντων, καὶ διακονησάντων ἐν τῇ ἁγίᾳ μονῇ ταύτῃ εἴπωμεν.

Salua Deus populum tuum, & benedic hereditati tuæ. Orbem tuum in misericordiâ & miserationibus visita: cornu Christianorum extolle, & ad nos abundantes tuas misericordias demitte, precibus illibatæ Dominæ nostræ Deiparæ, & semper Virginis Mariæ, virtute pretiosæ & viuificæ crucis, protectionibus venerandarum cælestium virtutum incorporearum, venerandi & gloriosi prophetæ præcursoris & Baptistæ Ioannis, sanctorum gloriosorum & percelebrium Apostolorum, sanctorum patrum nostrorum, & vniuersalium magnorum doctorum & Pontificum, Basilij magni, Gregorij Theologi, & Ioannis Chrysostomi, sancti Nicolai Myræ in Lycia Episcopi miraculorum patratoris, sanctorum, gloriosorum & victorijs inclytorum Martyrum, beatorum Monachorum & Deiferorum patrum nostrorum, sanctorum Iustorum Deiparentum Ioachim & Annæ, Sancti huius ædis, & omnium sanctorum, rogamus te valde misericors Domine, exaudi nos peccatores te deprecantes, & miserere nostri.

Et primus Chorus dicit. Domine miserere, *quadraginta vicibus.*

Adhuc rogamus pro piissimis & à Deo custoditis regibus, potestate, victoriâ, stabilitate, valetudine, salute eorum: & vt Deus noster magis ac magis eis opituletur in omnibus, deducat, & sub pedibus eorum hostem omnem & aduersarium subijciat. *Deinde rursum secundus Chorus. ter*, Domine miserere *dicit.*

Adhuc rogamus pro Archiepiscono nostro, vel Episcopo N. & omni in Christo fraternitate nostrâ, & pro omni animâ Christianâ afflicta, & dolore pressa, misericordiæque & opis indiga, pro sanctæ domus huius & habitantium in ea protectione, pro pace & totius orbis stabilimento, pro sanctarum Dei Ecclesiarum statu prospero, pro patrum & fratrum nostrorum cum studio & timore laborantium & ministrantiũ salute, & auxilio, pro derelictis & iter agentibus, pro infirmitatibus detentorum medela, pro obdormitione, remissione, beata memoria, & indulgentia peccatorum omnium cum pietate vita functorum patrum & fratrum nostrorum, hîc & vbique terrarum fidelium sepultorum, pro captiuorum libertate, pro fratribus nostris qui sunt in ministeriis, & omnibus qui ministrant aut ministrauerunt in æde hac sancta, dicamus.

Domine miserere. *Tribus vicibus*. Adhuc rogamus vt sancta hæc ædes, omnis vrbs & regio, à peste, fame, terræ motu, vel hiatu, igne, gladio, alienigenarum incursu, & ciuilli bello reddatur immunis: vt propitius, clemens, & facilis qui reconcilietur, sit benignus, & humanus Deus noster, vt omne motum aduersum nos flagellum auertat, & ab intentatis iustis minis nos eximat, & misereatur nostri.

Domine miserere. *Tribus vicibus*. Adhuc rogamus vt Dominus Deus vocem nostrã peccatorum deprecantium exaudiat, & misereatur nostri.

Domine miserere. *Tribus vicibus. Deinde, quorum vult viuorum & mortuorum memoriam agit, & mox*. Exaudi nos Deus Saluator noster, spes omnium finium terræ, & in mari longe: & propitius, propitius esto Domine peccatis nostris, & miserere nostri. Misericors enim & humanus Deus existis; & tibi gloriam referim⁹: Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

Post hæc dicit. Pax omniibus. *Diaconus*. Capita nostra Domino inclinemus *Et omnibus capita inflectentibus vultu ad terram demisso, Sacerdos clarâ voce bene precatur*.

Dominator Domine valde misericors Iesu Christe, precibus super omnes illibatæ Deiparæ, & semper Virginis Mariæ, virtute pretiosæ & viuificæ crucis, protectionibus venerandarum cœlestium virtutum incorporearum, venerandi gloriosi prophetę præcursoris & Baptistæ Ioannis, sanctorum glorioso- & percelebrium Apostolorum, sanctorum gloriosorum & inclitorum Martyrum, Monachorum, & Deiferorum patrum nostrorum, sanctorum patrum nostrorum & vniuersalium præcipuorum Doctorum & Pontificum Basilij magni, Gregorij Theologi, & Ioannis Chrysostomi, sancti patris nostri Nicolai Archiepiscopi Myræ in Lycia miraculorum patratoris, sancti gloriosi magni Martyris Georgij trophæis insignis, sancti N. cuius memoriam celebramus, sanctorum Iustorum Deiparentum Ioachim & Annę & omnium sanctorum: acceptam redde nostram orationem, peccatorum nostrorum veniam largire, sub protectione alarum tuarum nos foue, omnem inimicum & aduersarium à nobis expelle, pacificam vitam præbe, nostri mundique tui miserere, & animas nostras vt bonus & clemens salua.

Τὸ κύριε ἐλέησον γ'. Ἔτι δεόμεθα, ὑπὲρ τοῦ διαφυλαχθῆναι τὴν ἁγίαν μονὴν ταύτην, καὶ πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν, ἀπὸ λοιμοῦ, λιμοῦ, σεισμοῦ, καταποντισμοῦ, πυρὸς, μαχαίρας, ἐπιδρομῆς ἀλλοφύλων, καὶ ἐμφυλίου πολέμου, ὑπὲρ τοῦ, ἵλεων εὐμενῆ καὶ εὐδιάλλακτον γενέσθαι τὸν ἀγαθὸν καὶ φιλάνθρωπον θεὸν ἡμῶν, τοῦ ἀποστρέψαι πᾶσαν ὀργὴν τὴν καθ' ἡμῶν κινουμένην, καὶ ῥύσασθαι ἡμᾶς τῆς ἐπικειμένης δικαίας αὐτοῦ ἀπειλῆς καὶ ἐλεῆσαι ἡμᾶς. Τὸ κύριε ἐλέησον, γ'. Ἔτι δεόμεθα καὶ ὑπὲρ τοῦ εἰσακοῦσαι κύριον τὸν θεὸν φωνῆς τῆς δεήσεως ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ ἐλεῆσαι ἡμᾶς.

Τὸ κύριε ἐλέησον, γ'. Εἶτα μνημονεύει ὧν θέλει ζώντων καὶ τεθνεώτων ἔπειτα. Ἐπάκουσον ἡμῶν ὁ θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς, καὶ τῶν ἐν θαλάσσῃ μακρὰν, καὶ ἵλεως, ἵλεως γενοῦ δέσποτα ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, καὶ ἐλέησον ἡμᾶς. Ὁ ἐλεήμων καὶ φιλάνθρωπος θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Εἶτα λέγει. Εἰρήνη πᾶσι. ὁ διάκ. Τὰς κεφαλὰς ἡμῶν τῷ κυρίῳ κλίνωμεν. καὶ πάντων κλινόντων τὰς κεφαλὰς, καὶ ἐπὶ γῆς κεκυφότων ἐπεύχεται ὁ ἱερεὺς μεγαλοφώνως.

Δέσποτα πολυέλεε κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, πρεσβείαις τῆς παναχράντου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, δυνάμει τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, προστασίαις τῶν τιμίων, ἐπουρανίων δυνάμεων ἀσωμάτων, τοῦ τιμίου ἐνδόξου προφήτου προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου, τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ καλλινίκων μαρτύρων, τῶν ὁσίων καὶ θεοφόρων πατέρων ἡμῶν, τῶν ἐν ἁγίοις πατέρων ἡμῶν καὶ οἰκουμενικῶν μεγάλων διδασκάλων καὶ ἱεραρχῶν, Βασιλείου τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τοῦ θεολόγου, καὶ Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Νικολάου ἀρχιεπισκόπου Μύρων τῆς Λυκίας τοῦ θαυματουργοῦ, τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος Γεωργίου τοῦ τροπαιοφόρου, τοῦ ἁγίου τοῦ δεῖνος, οὗ καὶ τὴν μνήμην ἐπιτελοῦμεν, τῶν ἁγίων καὶ δικαίων θεοπατόρων Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννης, καὶ πάντων σου τῶν ἁγίων· εὐπρόσδεκτον ποίησον τὴν δέησιν ἡμῶν. δώρησαι ἡμῖν τὴν ἄφεσιν τῶν παραπτωμάτων ἡμῶν· σκέπασον ἡμᾶς ἐν τῇ σκέπῃ τῶν πτερύγων σου. ἀποδίωξον ἀφ' ἡμῶν πάντα ἐχθρὸν καὶ πολέμιον. εἰρήνευσον ἡμῶν τὴν ζωὴν κύριε ἐλέησον ἡμᾶς, καὶ τὸν κόσμον σου. καὶ σῶσον τὰς ψυχὰς ἡμῶν ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος.

Εἶτα ἀρχόμεθα τὰ στιχηρὰ τοῦ στίχου, καὶ ψάλλοντες, εἰσερχόμεθα ἐν τῷ ναῷ, ἐπάδοντες καὶ τοὺς τυχόντας στίχους αὐτῶν. Δόξα. καὶ νῦν. θεοτόκου, εἶτα τὸ, Νῦν ἀπολύεις, τὸ τρισάγιον, μετὰ δὲ τὸ, Πάτερ ἡμῶν, ἐκφωνεῖ ὁ ἱερεύς. Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Καὶ ἡμεῖς, τὸ ἀπολυτίκιον. Θεοτόκε παρθένε, λέγοντες αὐτὸ ἐκ γ'. 8 Ὁ δὲ κελλαρίτης, προτίθησιν ἐν τῷ ἀναλογίῳ ἄρτους πέντε ἐξ ὧν ἐσθιόμεθα ἐν τῇ τραπέζῃ. Ὡσαύτως, καὶ στάμνον μεστὴν οἴνου τοῦ καλλίστου. Ὁ δὲ ἱερεὺς λαβὼν ἄρτον ἕνα ἐπὶ χεῖρας, καὶ τυπώσας ἐν αὐτῷ σταυρὸν, ἐπεύχεται τὴν εὐχὴν ταύτην μεγαλοφώνως.

Deinceps incipimus Versiculos è Dauidicis conflatos, & in templum remeamus cantãtes dicendos Versiculos. Gloria. Et nunc. Deiparæ. Post hæc. Nunc dimittis. Ter sanctus. Et post. Pater noster, exclamat Sacerdos. Quia tuum est regnum, & virtus, & gloria, Patris, & Filij, & sancti Spiritus, nunc & semper, & in sæcula sęculorum. Amen. Nos autem dicimus dimissorium. Deipara virgo. vsque tertio. Cellarita vero in pulpito, quinque panes comedi solitos in mensa exponit. Et pariter optimo vino vas plenum. Sacerdos autem vno è panibus præ manibus accepto, efformatoque in eo crucis signo, orationem sequentem elata voce pronunciat.

Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ εὐλογήσας τοὺς πέντε ἄρτους, καὶ πεντακισχιλίους χορτάσας, αὐτὸς εὐλόγησον καὶ τοὺς ἄρτους τούτους, τὸν σῖτον, τὸν οἶνον, καὶ τὸ ἔλαιον, καὶ πλήθυνον αὐτὰ ἐν τῇ ἁγίᾳ μονῇ ταύτῃ, καὶ εἰς τὸν κόσμον σου ἅπαντα, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν μεταλαμβάνοντας πιστοὺς ἁγίασον. Ὅτι σὺ εἶ ὁ εὐλογῶν καὶ ἁγιάζων τὰ σύμπαντα, Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν· καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι. νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. καὶ μετὰ τὸ, ἀμὴν λέγομεν. Εὐλογήσω τὸν κύριον ἐν παντὶ καιρῷ, ἕως τοῦ, οὐκ ἐλαττωθήσονται παντὸς ἀγαθοῦ. Ὁ δὲ ἱερεὺς ἀπελθὼν. Ἵσταται ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν. Βλέπων πρὸς δυσμάς. Μετὰ δὲ τὴν συμπλήρωσιν τοῦ ψαλμοῦ. Ἐπεύχεται ὁ ἱερεὺς, λέγων. Εὐλογία κυρίου ἐφ' ἡμᾶς τῇ αὐτοῦ χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ, πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Καὶ γίνεται ἀπόλυσις. Ἰστέον δὲ, ὅτι ὁ εὐλογηθεὶς ἄρτος, ἐστὶν ἀλεξιτήριος παντοίων κακῶν, εἰ μετὰ πίστεως λαμβάνοιτο.

Domine Iesu Chiste De⁹ noster, qui quinque panibus benedictis hominum millia quinque satiasti, ipse panes hos, frumentum, vinum, & oleum benedic, & in hoc sancto Monasterio & per vniuersum orbem illa multiplica: fidelesque ex eis comesturos sanctifica. Quia tu benedicis & sanctificas cuncta Christe Deus noster, & tibi gloriam referimus, cum principij experte tuo Patre, & sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculor. Et responso, Amen, dicimus. Benedicam Dominum in omni tempore, vsque ad. Non minuetur omni bono. Sacerdosque inde digressus ante sanctas fores stat. Verso vultu ad Occidentem. Completo vero Psalmo, beneprecatur dicens. Benedictio Domini sit super vos, sua gratia & humanitate, vbique, nunc & semper, & in sęcula sæculorum. Et sit dimissio. Sciendum autem benedictum illum panem (si tamen cum fide sumatur) diuersis malis remedium præstare.

IN LVCERNARII ORATIONES, LECTIONES VARIÆ.

a ΕΥχαὶ τοῦ λυχνικοῦ.] Euchologii, prius lecta διάταξις τῆς ἱερᾶς διακονίας, membrum non est, aut pars ad eius integritatem spectans vt quæ nullam Orationem Benedictionemue complectitur; sed Orationum quarumlibet procœmium est solummodo, Matutinarum nempe Vespertinarumq; precum solemniorum norma & regula: in M S, propterea quibuslibet, nusquam reperitur vt pote recentius & adiectitium opus; vnde & edita quædam sinceritatem & fidem exemplarium antiquorum imitata, titulo illi εὐχαὶ τοῦ λυχνικοῦ, à quo pristini illi & venerandi codices manu exarati primordium sumunt, alium hunc mente supplendum præfixerunt. Ἄρχεται σὺν Θεῷ τὸ εὐχολόγιον.

b Εὐχὴ πρώτη] M. S. antiqua cuncta, nominatimque tria Bibliothecæ Barberinæ diligentius consulta, & cum editis collata, sicut & aliud Monasterii Cryptæ Ferratæ, quod è Græciâ à Cretensi quodam allatum in Iuliani Cardinalis Cæsarini, Concilii Florentini temporibus, potestatem venit, & ab eo Bessarioni dono datum, & a Bessarione, præfato Monasterio cui ceu Abbas præfuit, quasi hæreditario Iure relictum; illa, inquam, & alia obiter visa, Vesperarum Orationes primo sui conspectu oculis offerentia, Officiorum diuinorum ordinem, ab eo qui nunc in Horologiis, id est *Diurnalibus Græcis* cernitur, nonnihil immutatum, cuncta testantur. Quam ampliorem in ipsâ Officii serie oculatiores Græci enarrare possunt, non est instituti nostri, ex Euchologii illustrandi debito, persequi totius molis mutationem, sed eam tantum, quæ inter Orationes hic vel ibi scriptas in Euchologicis codicibus, se vltro annotandam obtulit. Hic itaque M. M S. S. memorata, in Orationis primæ Lucernarii titulo scribunt εὐχὴ ἀντιφώνου πρώτου. Vnam attamen Barberinum, quod primum Conuentus Florentini S. Marci Ordinis nostri fuit, scribit. εὐχαὶ τῶν ἑσπερινῶν, πρώτη.

c Ὅτι πρέπει σοι) Alia est ἐκφώνησις, siue Orationis terminatio altiori voce proferenda in M. M. S. S. citatis, nempe. Ὅτι ηὐλόγηται καὶ δεδόξασται τὸ πάντιμον καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου· τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

d Εὐχὴ β'.] M. S. dicta legunt, εὐχὴ ἀντιφώνου δευτέρου· Barberinum illud vltimo positum. εὐχὴ ἑσπερινὴ β.

e Εὐχὴ γ'.] M S. notata scribunt, εὐχὴ ἀντιφώνου τρίτου· & Barberinum S. Marci εὐχὴ ἑσπερινὴ γ.

f Εὐχὴ δ'.) M. S eandem habent: εὐχὴ ἀντιφώνου τετάρτου. Barbarinum illud: εὐχὴ τῶν ἑσπερινῶν δ'. In eodemque codice hæc alia legitur ἐκφώνησις. Εὐδοκίᾳ καὶ ἀγαθότητι τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ σὺν τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

g Εὐχὴ ε'.] M S. ponunt εὐχὴ ἀντιφώνου ε. Barberinum præfatum εὐχὴ ἑσπερινὴ ε'. quæ certe omnino alia est, ac in editis hisce. Εὐλογητὸς εἶ κύριε, ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ ἐπιστάμενος τῶν νοῶν ἀνθρώπων, εἰδὼς ὧν χρείαν ἔχομεν ἐκ προικὸς πρὸ τοῦ ἂν αἰτούμεθα, ἢ νοοῦμεν· αὐτὸς φιλάνθρωπε βασιλεῦ, καὶ κατὰ πάντα ἀγαθὲ, ἱκάνωσον ἡμᾶς ἐν τῷ πλήθει τῶν οἰκτιρμῶν σου ἀνεπαισχύντῳ συνειδότι ἐπικαλεῖσθαι τὸ ἅγιον ὄνομά σου· καὶ μὴ εἰσενέγκης ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ· καὶ πάντα πρὸς τὸ συμφέρον ἡμῶν οἰκονόμησον.

h Κύριε, κύριε) Quæ hic quinta est. in M S propter interiectam præcedentem, sexta est Oratio, εὐχὴ ἀντιφώνου ς'. & vt Barberinum scribit: εὐχὴ ἑσπερινὴ ς. & sub paribus titulis septima est, quæ hic in editis, sextæ eius tamen ἐκφώνησις est. Ὅτι ἐλεήμων καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς ὑπάρχεις καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ, καὶ τὰ ἑξῆς. Post hanc autem in dictis M M S S omnibus additur Octaua. Ἑσπέρας καὶ πρωῒ, inferius suo loco visenda, titulumque hunc præfert, εὐχὴ ἀντιφώνου η'. πρὸ τοῦ, Κύριε ἐκέκραξα. & in illo Barberino. εὐχὴ ἑσπερινὴ η', εἰς τὸ, κύριε ἐκέκραξα.

Post hæc in M. M. S. S nullo adiecto, subditur in titulo.

Εὐχὴ Ἀντιφώνου α'. ἐν τῷ ψάλλεσθαι. Ταῖς πρεσβείαις τῆς θεοτόκου.

ΕΥλογητὸς εἶ κύριε, δέσποτα παντοκράτορ, ὁ φωτίσας τὴν ἡμέραν φωτὶ τῷ ἡλιακῷ, καὶ τὴν νύκτα φαιδρύνας αὐγαῖς τοῦ πυρός· ὁ τὸ μῆκος τῆς ἡμέρας διελθεῖν ἡμᾶς καταξιώσας, καὶ προσεγγίσαι εἰς τὰς ἀρχὰς τῆς νυκτός· ἐπάκουσον τῆς δεήσεως ἡμῶν, καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ σου, καὶ πᾶσιν ἡμῖν συγχώρησον τὰ ἑκούσια καὶ ἀκούσια ἁμαρτήματα· πρόσδεξαι τὰς ἑσπερινὰς ἡμῶν ἱκεσίας, καὶ κατάπεμψον ἡμῖν τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους σου, καὶ τῶν οἰκτιρμῶν σου, εἰς τὴν κληρονομίαν σου· τείχισον ἡμᾶς ἁγίοις ἀγγέλοις, ὅπλισον ἡμᾶς ὅπλοις δικαιοσύνης, περιχαράκωσον ἡμᾶς τῇ ἀληθείᾳ σου, φρούρησον ἡμᾶς τῇ δυνάμει σου, ῥῦσαι ἡμᾶς ἐκ πάσης περιστάσεως καὶ πάσης ἐπιβουλῆς τοῦ ἀντικειμένου· παράσχου δὲ ἡμῖν τὴν παροῦσαν ἑσπέραν σὺν τῇ ἐπερχομένῃ νυκτὶ τελείαν καὶ ἁγίαν, εἰρηνικὴν καὶ ἀναμάρτητον, ἀσκανδάλιστον, ἀφάνταστον, καὶ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ἡμῶν. Πρεσβείαις τῆς ἁγίας θεοτόκου, καὶ πάντων τῶν ἁγίων τῶν ἀπ' αἰῶνός σοι εὐαρεστησάντων. Ἐκφώνως. Σὸν γάρ ἐστι τὸ ἐλεεῖν καὶ σώζειν ἡμᾶς Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν.

Oratio Antiphoni primi cum canitur.
Orationibus Deiparæ Domine.

BEnedictus es Domine, Dominator omnipotẽs, qui solari luce diem illuminas, & ignis splendoribus illustras noctem, qui nos diei stadiũ percurrere, & ad noctis vicinia appellere voluisti, nostram & totius populi orationem exaudi, cunctis nobis spontanea & inuoluntaria delicta condona, vespertinas nostras supplicationes suscipe, & misericordiæ, miserationumque tuarum copiam in hæreditatem tuam transmitte. Sanctis Angelis circummuni nos, armis iustitiæ protege, veritate tua circumualla, virtute tua custodi: ab omni negotio malo, & omnibus aduersarii insidiis nos eripe: præsentem quoque vesperam cum nocte subsecutura, perfectam sanctam pacificam a peccato alienam, sine offensione vel scandalo, & a spectris liberam, omnesque pariter vitæ nostræ dies, largire. *Exclamatio.* Tuum enim est misereri.

Εὐχὴ Ἀντιφώνου β΄· ἐν τῷ ψάλλεσθαι τὸ, Ὁ μονογενὴς υἱός.

Κύριε, Κύριε, ὁ ῥυσάμενος ἡμᾶς ἀπὸ παντὸς βέλους πετομένου δι᾽ ἡμέρας, ῥῦσαι ἡμᾶς καὶ ἀπὸ τοῦ πράγματος ἐν σκότει διαπορευομένου. πρόσδεξαι θυσίαν ἑσπερινὴν, τὰς τῶν χειρῶν ἡμῶν ἐπάρσεις· καταξίωσον δὲ ἡμᾶς καὶ τὸ νυκτερινὸν στάδιον ἀμέμπτοις διελθεῖν, καὶ ἀπειράστοις κακῶν· καὶ λύτρωσον ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ταραχῆς, καὶ δειλίας τοῦ διαβόλου ἡμῖν προσγινομένης· χάρισαι ταῖς ψυχαῖς κατάνυξιν, τοῖς λογισμοῖς ἡμῶν μέριμναν ἐν τῇ φοβερᾷ καὶ δικαίᾳ σου κρίσει ἐξετάσεως, καθήλωσον ἐκ τοῦ φόβου σου τὰς σάρκας ἡμῶν, καὶ νέκρωσον τὰ μέλη ἡμῶν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· ἵνα ἐν τῇ καθ᾽ ὕπνον ἡσυχίᾳ ἐμφαιδρυνώμεθα τῇ θεωρίᾳ τῶν κριμάτων σου. ἀπόστησον ἀφ᾽ ἡμῶν πᾶσαν φαντασίαν ἀπρεπῆ, καὶ ἐπιθυμίαν βλαβεράν· ἀνάστησον δὲ ἡμᾶς εἰς τὸν καιρὸν προσευχῆς ἐστηριγμένους ἐν τῇ πίστει καὶ προκόπτοντας ἐν τοῖς παραγγέλμασί σου. Ἐκφώνησις. Εὐδοκίᾳ καὶ ἀγαθότητι τοῦ μονογενοῦς σου. Vt supra.

Oratio Antiphoni secundi dum canitur. Vnigenitus Filius.

Domine, Domine, qui ab omni sagitta volante per diem nos eripuisti, libera nos quoque a negotio in tenebris perambulante, hostiam vespertinam suscipe, eleuationem nimirum manuum nostrarum: nocturnum stadium nulla malorum tentatione turbatos nos peragrare concede, ab omni turbatione, & inimici formidine nos corripiente, liberas nos; animabus nostris compunctionem, cogitationibus quoque tremendi iustique Iudicii examinis meditationem tribue: carnes nostras timore tuo confige, & membra nostra quæ sunt super terram mortifica, vt & in quiete per somnum percipienda iudiciorum tuorum contemplatione illustremur. Omnem cogitationem indecentem, & noxia desideria a nobis auerte: tempore vero orationis confirmatos in fide, & in mandatis tuis proficientes nos excita *Exclamatio.* Beneplacito & benignitate vnigeniti Filii tui, &c.

Εὐχὴ Ἀντιφώνου τρίτου, τοῦ Τρισαγίου.

Ὁ Θεὸς ὁ μέγας, ὁ αἰώνιος, ὁ ἅγιος καὶ φιλάνθρωπος, ὁ καταξιώσας ἡμᾶς, καὶ ἐν ταύτῃ τῇ ὥρᾳ στῆναι κατενώπιον τῆς ἀπροσίτου σου δόξης εἰς αἶνον καὶ ὕμνον τῶν θαυμασίων σου· ἱλάσθητι ἡμῖν τοῖς ἀναξίοις σου δούλοις, καὶ παράσχου τοῦ μετὰ τῆς συντετριμμένης καρδίας ἀμετεωρίστως προσενεγκεῖν σοι τὴν τρισάγιον δοξολογίαν, καὶ τὴν εὐχαριστίαν τῶν μεγάλων σου δωρεῶν, ὧν ἐποίησας καὶ ποιεῖς πάντοτε εἰς ἡμᾶς· μνήσθητι τῆς ἀσθενείας ἡμῶν, καὶ μὴ συναπολέσῃς ἡμᾶς ἐν ταῖς ἀνομίαις ἡμῶν· ἀλλὰ ποίησον μέγα ἔλεος μετὰ τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν· ἵνα τὸ τῆς ἁμαρτίας σκότος διαφυγόντες ἐν ἡμέρᾳ δικαιοσύνης περιπατήσωμεν, καὶ ἐνδυσάμενοι τὰ ὅπλα τοῦ φωτὸς ἀνεπιβουλεύτως διατελέσωμεν ἀπὸ πάσης ἐπηρείας τοῦ πονηροῦ· καὶ μετὰ παρρησίας δοξάσωμεν ἐπὶ πᾶσι σὲ τὸν μόνον ἀληθινὸν καὶ φιλάνθρωπον Θεόν. Ἐκφώνησις. Ὅτι ἅγιος εἶ ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν.

Oratio Antiphoni tertii, Tersancti.

Deus magne, æterne, sancte, clemens, qui in laudem & hymnũ mirabilium tuorum in inaccessæ gloriæ tuæ conspectu nos stare iussisti, esto nobis tuis indignis famulis propitius, & corde contrito ter sanctum Hymnum, & magnorum beneficiorum quibus nos affecisti, & semper afficis, gratiarũ actionem tibi offerre concede. Memento infirmitatis nostræ, nec cum iniquitatibus nostris simul nos perdas; sed in humilitate nostra magnam exhibe misericordiam: vt peccati tenebris excussis, in die iustitiæ ambulemus, & armis lucis induti, secure ab omni maligni molestia vitam agamus liberam, & in omnibus te solum verum, & clementem Deum, cum animi libertate celebremus. *Exclamatio.* Quia Sanctus es Deus noster, & tibi, &c.

In Cryptoferratensi codice subduntur immediate hæc verba, in aliis M M S S. non extantia. Ἰστέον ὅτι οἱ κατηχούμενοι τοῦ λυχνικοῦ, οὐ πάντοτε γίνονται· ἀλλ᾽ ἐν πέμπτῃ καὶ τρίτῃ μόνον. καὶ οὐδ᾽ ἐν ταύταις ἁπλῶς· ἀλλ᾽ ὅτε μὴ ἔχῃ λειτουργίαν ἡ ἐκκλησία, ἢ λιτήν· λειτουργίας γὰρ ἢ λιτῆς οὔσης, οὐ γίνονται. *Sciendum quod catechumeni Vesperarum non semper fiunt* (id est Oratio specialis pro catechumenis ante eorum eiectionem in Vesperis non semper habetur) *Sed quintâ aut tertia feriâ, dumtaxat* (eo quod, cum à missâ celebrandâ diebus aliquot cesset Ecclesia Græca, illis maxime feriis vacare solet) *Sed neque etiam temere in his diebus quidquam circa eos agitur, sed cum missam aut supplicationem publicam non habuerit Ecclesia. Habita enim missa aut supplicatione non fiunt* Cuius ratio est quia in missâ pro catechumenis fit oratio, quâ recitatâ ab Ecclesiâ secedunt: & pariter à supplicationibus deuotiori & sanctiori ritu peragend.s abesse omnino debent. Vnde colligitur antiquitus à secretioribus τῶν πιστῶν *pro fidelibus*, precibus fusis, etiam in Vesperis, catechumenos, Ecclesiam Græcam ablegasse. Hinc eis eiiciendis sequitur ex vnanimi M. S. illorum lectione.

Εὐχὴ κατηχουμένων μετὰ τὸ τρισάγιον, addit Cryptoferratense M.S. τοῦ λυχνικοῦ.

Ὁ Θεὸς ὁ τῶν κρυπτῶν γνώστης, ὁ εἰδὼς τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν, ὁ μὴ βουλόμενος τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν. αὐτὸς ἐπίσκεψαι ἐξ ἑτοίμου κατοικητηρίου σου ἐπὶ τοὺς δούλους σου τοὺς κατηχουμένους· διάνοιξον τὰ ὦτα τῶν καρδιῶν αὐτῶν, πρὸς τὸ προσδέξασθαι τὸ μυστήριον τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν. ἀναγέννησον αὐτοὺς δι᾽ ὕδατος καὶ πνεύματος εἰς τὴν αἰώνιόν σου βασιλείαν. Ἐκφω. Ἵνα καὶ αὐτοὶ σὺν ἡμῖν δοξάζωσι τὸ πάντιμον καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου· τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

Oratio catechumenorum post hymnum Tersanctum in Vesperis.

Deus secretorum cognitor, qui omnia priusquam fiant percipis, qui non vis mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat: ipse de præparato habitaculo tuo seruos tuos catechumenos suscipe: cordis eorum aures aperi, vt vnigeniti filii tui & Dei nostri mysterium suscipiant: ex aquâ & spiritu in æternum regnum tuum regenerati. *Exclamando.* Vt & ipsi venerandum & magnificum nomen tuum glorificent, Patris, & Filii, & Sancti Spiritus: nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

Εὐχὴ μετὰ τοὺς κατηχουμένους τῶν πιστῶν πρώτη.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ νῦν προσερχόμεθα ἐν ὅλῃ καρδίᾳ, καὶ ἐπικαλούμεθα τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον, καὶ εὐχαριστοῦμέν σοι τῷ διαφυλάξαντι ἡμᾶς τὸ μῆκος τῆς ἡμέρας, καὶ ἀγαγόντι εἰς ἑσπερινὸν φῶς· καὶ δεόμε-

Prima fidelium Oratio post catechumenorum egressum dicenda.

Domine Deus noster, etiam nunc in toto corde accedimus, & nomen sanctum tuum inuocamus, & gratias agimus tibi toto diei spatio nos conseruanti, & iam ad vespertinæ lucis tẽpus nos deducẽti: nunc itaq;

rogamus te, præsentem vesperam cum nocte subsequente, & omne peregrinationis nostræ tempus nos trãsigere concede: aduersus nequitias spiritus, & omnes carnis passiones, sancti tui Spiritus armis nos circumuesti: ab omni peccato nos auerte, & æterni tui regni dignos effice. *Exclamando.* Quia conuenit tibi &c.

Oratio fidelium secunda.

DOmine Deus, qui lucem habitas in accessam, qui magnâ tuâ misericordiâ ad præsentem diem nos adduxisti, & ad vespertinas laudes aduocasti: nostram indignorum seruorum supplicationem suscipe: & à peccati caligine liberatis, animorum oculos illumina: vt in timore tuo perseuerantes, & in lumine tuo incedentes, mirabilia tua conspiciamus, te solum verum & clementissimum Deum in omnibus celebrantes. *Exclamando.* Quia tua est potentia &c.

θά σου, δὸς ἡμῖν διελθεῖν καὶ ἀμέμπτως τὴν παροῦσαν ἑσπέραν σὺν τῇ ἐπερχομένῃ νυκτὶ, καὶ πάντα χρόνον τῆς παροικίας ἡμῶν· ἔνδυσον ἡμᾶς τὴν πανοπλίαν τοῦ ἁγίου σου πνεύματος κατὰ τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας, καὶ κατὰ τῶν παθῶν τῆς σαρκός; πάσης ἁμαρτίας ἀπόστησον, καὶ τῆς αἰωνίου σου βασιλείας ἀξίωσον. Ἐκφώνως. Ὅτι πρέπει σοι.

Εὐχὴ πιστῶν δευτέρα.

ΚΥριε ὁ θεὸς, τὸ ἀπρόσιτον οἰκῶν φῶς, ὁ παραγαγὼν ἡμᾶς ἐν τῷ μεγάλῳ σου ἐλέει εἰς τὴν παροῦσαν ἡμέραν, καὶ ἐπὶ τὴν ἑσπερινὴν δοξολογίαν προσκαλεσάμενος· πρόσδεξαι τὴν ἱκεσίαν ἡμῶν τῶν ἀναξίων δούλων, καὶ ῥυσάμενος ἡμᾶς ἐκ τοῦ σκότους τῆς ἁμαρτίας, φώτισον τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν ψυχῶν ἡμῶν· ἵνα πάντοτε ἐν τῷ φόβῳ σου διαμένοντες, καὶ ἐν τῷ φωτί σου περιπατοῦντες, κατανοῶμεν τὰ θαυμάσιά σου, ἐπὶ πᾶσιν δοξάζοντές σε τὸν μόνον ἀληθινὸν, καὶ φιλάνθρωπον θεόν. Ἐκφων. Ὅτι σὸν τὸ κράτος, καὶ Vt supra.

Oratio siue Missa.

DEus magnus & excelsus. &c. *Diaconus.* Capita vestra Domino inclinate. *Sacerdos orationem hanc dicit.*

Εὐχὴ ἤγουν ἀπόλυσις.

Ο Θεὸς ὁ μέγας καὶ ὕψιστος. Vt supra. Ὁ διάκονος. Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ κυρίῳ κλίνατε. Ὁ ἱερεὺς ποιεῖ τὴν εὐχὴν ταύτην.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ κλίνας, Domine Deus noster, qui inclinasti &c. Vt supra. Atque ita ibi finis huic Officio imponitur.

i Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ θεός.] Post hanc precem, vestutiora edita tres alias à neotericis Græculis è libris suis expunctas fuisse testantur; ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων, καὶ θεοφυλάκτων βασιλέων ἡμῶν κράτους, νίκης, διαμονῆς, εἰρήνης, ὑγιείας, σωτηρίας αὐτῶν· καὶ τοῦ, τὸν κύριον θεὸν ἡμῶν ἐπιπλέον συνεργῆσαι καὶ κατευοδῶσαι αὐτοὺς ἐν πᾶσι, καὶ ὑποτάξαι ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτῶν πάντα ἐχθρὸν καὶ πολέμιον. Ὁ χορός. Κύριε ἐλέησον. Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν, ἱερέων, ἱερομονάχων, καὶ παντὸς ἱερατικοῦ καὶ μοναχικοῦ τάγματος. Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ ἀφέσεως καὶ συγχωρήσεως τοῦ φιλοχρίστου στρατοῦ.

l Τὸ κύριε ἐλέησον γ´) Vetusti codices, τὸ κύριε ἐλέησον μ´.

m Τὸ κύριε ἐλέησον γ.] Iterum τὸ κύριε ἐλέησον λ.

n Ὑπὲρ τοῦ ἀρχιεπισκόπου.] In Monasterijs ab Episcoporum dominatu exemptis, (quam vetusti codices scribunt) precem hanc, alia ratione legunt, ὑπὲρ τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ δούλου τοῦ θεοῦ, τοῦ δεῖνα. Præpositumque Monasterij his verbis intelligunt, quem vt in pœnitentiæ statu positum de suâ professione valde humiliter sentire testantur.

o Εἰ μετὰ πίστεως λαμβάνοιτο.] Addunt edita quædam παύει πυρετοὺς, πινόμενος μετὰ ὕδατος φρίκην διώκει, καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἰᾶται. πρὸς δὲ τούτοις καὶ σήτας ἀπὸ τῶν γεννημάτων ἀπελαύνει. *Panis hic sedat febres, aquâ delibutus & potus, algorem, & omnem infirmitatem sanat, adhac vermes à genimine quocumque extricat.*

IN LVCERNARII ORATIONES NOTÆ.

EΥχαὶ τοῦ λυχνικοῦ.] Vesperas Lucernarij nomen quondam sortitas suo loco superius declarauimus.

2 Ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν] Preces à Diacono pronunciatæ, siue potius imperatæ tanquam *ministri* & præconis voce, διακονικὰ: *à pace* quam prædicant εἰρηνικὰ: *à precando* ad quod hortantur, δεήσεις: & tandem *à collectione*, quam habent ad inuicem, συναπταὶ dicuntur. Harum duæ sunt species: μεγάλη συναπτὴ, & μικρὰ συναπτὴ, *maior & minor collecta.* Hæc porro μεγάλης forma est, quæquidem maior adhuc foret nisi post quintam supplicationem, duas pro Regibus faciendas recentiorum editionum Euchologicarum moderatores expunxissent, ὑπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων καὶ θεοφυλάκτων βασιλέων ἡμῶν, παντὸς τοῦ παλατίου, καὶ τοῦ στρατοπέδου αὐτῶν: τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Ὁ χορός. Κύριε ἐλέησον· ὑπὲρ τοῦ συμπολεμῆσαι καὶ ὑποτάξαι ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτῶν πάντα ἐχθρὸν καὶ πολέμιον τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Ὁ χορός. Κύριε ἐλέησον. Verum quidem est me ijsdem in Ecclesiâ Orientali recitari auditis, num pro Turcis quos dominos agnoscunt, orarent Græci, à duobus propemodum sæculis suis principibus orbati, inquisiuisse: prudenterque responsum est, se solos vt piissimos, & à Deo custoditos reges principes nostros Christianos profiteri, & quos dominio expostulant, fide iam & religione rectores, dominosque in Ecclesiis prædicare, & pro eis solis imprætermisse, etiam libris editis preces supprimentibus, orare velle. Cæterum antiquiorem synaptes formam apud Clementem reperire poteris Constit. Aposto. libro 8. capite 10. cuius si fides suspecta sit, antiquam aliam Latinam ex officio Ambrosiano descriptam, & in Ecclesijs olim nostris recitatam subijcimus oculis.

Preces per Diaconum pronunciatæ, respondente choro.

Diuinæ pacis & indulgentiæ munere supplicantes, ex toto corde, & ex totâ mente precamur te. Resp. Domine miserere.

Pro vniuersâ Ecclesiâ Catholicâ, quæ hic & per vniuersum orbem diffusa est; precamur te. Resp. Domine miserere.

Pro Papa nostro N. & Pontifice nostro N. & omni clero, eorumque omnibus Sacerdotibus, & ministris, precamur te. Resp. Domine miserere.

Pro famulo tuo N. Imperatore, & famulâ tua N. Imperatrice, & omni exercitu eorum precamur te. Resp. Domine miserere.

Pro famulo tuo N. Rege, & duce nostro, & omni exercitu eius, precamur te. R. Domine miserere.

Pro pace Ecclesiarum, vocatione gentium, & quiete populorum, precamur te. Resp. Domine miserere.

Pro ciuitate hac & conuersatione eius, omnibusque habitantibus in ea, precamur te. Resp. Domine miserere.

Pro aeris temperie & fructuum, & fœcunditate terrarum, precamur te. Resp. Domine miserere.

Pro virginibus, orphanis, viduis, captiuis, ac pœnitentibus, precamur te. Resp. Domine miserere.

Pro nauigantibus, iter agentibus, in carceribus, in vinculis, in metallis, in exilijs constitutis, precamur te. Resp. Domine miserere.

Pro iis qui diuersis infirmitatibus detinentur, quique spiritibus vexantur immundis, precamur te. Resp. Domine miserere.

Pro iis qui in sancta tua Ecclesia fructus misericordiæ largiuntur, precamur te. Resp. Domine miserere.

Exaudi nos Deus in omni oratione & deprecatione nostra. Resp. Domine miserere.

Dicamus omnes. Resp. Domine miserere. Kyrie eleison. Kyrie eleison. Kyrie eleison. Consule iam de collectis annotata

3 Ἐπὶ. ἐπ.] Harum vocum titulus indicat has preces μικρὰν συναπτὴν vocari, cuius differentiam ἀπὸ τῆς μεγάλης, quod pauciores & breuiores complectatur, quilibet animaduertere potest.

4 Στρέφεται ὁ ἱερεὺς πρὸς δυσμάς.] Quare Sacerdos Occidentem præter morem hic spectet, explicabat olim Nathanael S. Mauræ Episcopus. Περιεζώσατο, adiunctum, inquiebat, Christum Regem decore indutum & fortitudine præcinctum, hic commemorat, regem itaque Christum repræsentat sacerdos, & eius vice reuerentiam populi animis incussurus, ad Occidentem, id est, ad populum se vertit: confestim vero propriæ conscius infirmitatis ad Orientem corpus reflectit, βάλλει μετάνοιαν, *profunde inclinat*, & ad locum proprium reuertitur.

5 Τῶν τῆς καρποφορούντων καὶ καλλιεργούντων.] Quos Ecclesia vocibus his intelligat commodius alibi exponetur.

6 Κοπιώντων.] Humandorum mortuorum curam in Ecclesia suscipientes, Græci κοπιώντων & κοπιατῶν Latini *Fossariorum* voce quondam indigitabant. An non erant κοπιῶντες illi, quos Ciacconius in Iulio primo scribit à Constantino constitutos, numero nongentos quinquaginta, & ex diuersorum Collegiorum, & artium Officinis collectos ad efferenda atque curanda defunctorum cadauera, quos ideo ab omnibus publicis oneribus esse immunes & vestigalibus liberos voluit; An non erant κοπιῶντες *Iuuenes illi* qui in actibus Apostolorum efferendis Ananiæ & Sapphiræ coniugũ cadaverib' operã præstiterũt; vel etiã *viri* illi *timorati* qui ibidem corpus Stephani curauisse dicuntur? Ex plebe certe Ecclesiæ non erant illi primitus, quos Ignatius, Epiphanius, & Hieronymus inter Ecclesiæ ministros recensent, si non Ordinis ratione, saltem officij respectu; quæ mens est Hieronymi dum illos primum clericorum gradum constituere testatur epist. 13. tom. 9. quæ ad Rusticum Narbonensem. *Primus*, inquit, *in Clericis Fossariorum ordo est, qui in similitudinem Tobiæ sancti, sepelire mortuos admonentur.* Vnde & pro iis tanquam à vulgo separatis, & ad gradum siue ministerium prouectis distinctas in liturgiis preces Basilius & Chrysostomus composuerunt, & pares eos cantoribus fecerunt. Præsentes porro preces à verbo δεώμεθα vbique exordium sumentes, sunt eæ quæ propriè δεήσεις nuncupantur: sequentes autem quibus verbum αἰτησώμεθα, finem imponit, αἰτήσεις idcirco à Græcis solent dici.

7 Τὴν ἑσπέραν πᾶσαν.] Integras has priores αἰτήσεις reperies in Chrysostomi liturgiâ.

8 Ὁ δὲ Κελλαρίτης.] In Cellarijs ea quæ sunt esus & potus reconduntur, quorum custos est Κελλαρίτης, qui Κελλάριος, φύλαξ τῶν ἄρτου καὶ τῶ οἴνου, vnde & muneris est illius panes post Vesperas benedicendos in pulpito, vel vt supra legebamus, in mensa præparare. Quinque autem sunt mystico numero, quinque alios à Christo in deserto multiplicatos referentes, prout tacite sequens oratio legenti suggerit, qua vt à Deo benedicantur, & eorum participes sanctificationem consequantur, Sacerdos expostulat. Simul etiam benedicuntur frumentum, vinum, & oleum, vt vitæ hominum sustentandæ necessaria, & Monachis frugi hominibus sufficientia, & vt cœlitus abundent, eadem oratio expetit, gratiasque pro ijs iam collatis habet: à principio namque Vesperarum in Prooemiaco psalmo precati fuerant, vt educeret Deus panem de terrâ & cor hominis vinum lætificaret, eiusque faciem oleum exhilararet, vtque principio finis respondeat, grates pro huiusmodi donis referentes illa eadem benedicenda, & à Deo datore multiplicanda, in Ecclesiâ proponunt: deinde vero frumentum in aceruos, vinum vel partem eius in dolia, oleumque in cados refundunt: vt eis adiunctis collecta iam annona crescat, & proficua reddatur. Panem vero eâ fere religione, quâ in missa sanctificatum distribuunt, & si ieiunii dies fuerit, ad tolerandum vigiliarum laborem, illis se non modice roborandos confidunt. Non aberrabit à vero, meâ quidem sententiâ, qui Agaparum frugales mensas, & conuiuia sine luxu quondam ex charitate in Ecclesiis à sincerioribus Christianis exhibita, edullia hæc Monastica adumbrare putauerit, certe celebrioribus festis παξιμάδια *panes bis coctos*, ibidem viritim distributos, deductâ ab antiquis Agapis consuetudine, cum animi gaudio miratus sum, agnoui, & tandem sum gratulatus

OFFICIVM LAVDVM.

Postquam benedixerit Sacerdos, *Incipimus* Ter sanctus. Sanctissima Trinitas. Pater noster. Quia tuum est. *Deinde modulos.* Salua Domine populum tuum. Gloria. In cruce sublatus. Et nũc. Protectio tremenda. *Mox dicit Sacerdos.* Miserere nostri De⁹ secundũ magnã misericordiam tuam. Adhuc rogamus pro Archiepiscopo nostro. Quia misericors & amator hominum existis, & tibi gloriam referimus. *Et confestim exclamat Sacerdos.* Gloria sanctæ, & consubstantiali, & viuificæ, & indiuiduæ Trinitati: vbique nunc & semper, & in sæcula sęculorum, Amen. *Tum sex psalmos Laudum recitamus, cum omni attentione & timore Dei ipsi inuisibiliter loquentes: eumque pro peccatis deprecantes.*

Post tres autem primos Psalmos, Sacerdos nudo capite, ante sacras fores stans, dicit Laudum Orationes.

Oratio prima.

Gratias tibi agimus Domine Deus noster, qui è lectis nostris nos excitasti, & in os nostum verba laudis immisisti, vt adoremus & inuocemus nomen sanctum tuum, & per miserationes tuas quibus semper circa vitam nostam vsus es, te precamur; super astantes corã facie sanctæ glorię tuę, & misericordiam locupletem à te expectantes, auxilium tuum mitte: ipsisque te cum timore & dilectione colentibus, inenarratam bonitatem tuam celebrare concede. Quia conuenit tibi omnis gloria, honor, & adoratio, Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sęculorum. Amen.

Oratio secunda.

De nocte spiritus noster ad te vigilat Deus noster: quia mandata tua lumen nobis sunt super terram. Iustitiam & sanctitatem in timore tuo operari nos doce, te namque ceu verum Deum nostrum celebramus. Inclina aurem tuam, & exaudi nos, & astantium cunctorum, vnâque nobiscum deprecan-

Α 1 ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ ΤΟΥ ΟΡΘΡΟΥ.

2 Εὐλογήσαντος τοῦ ἱερέως, ἀρχόμεθα 3 τοῦ τρισαγίου, τοῦ, 4 Παναγία τριάς, τοῦ, 5 Πάτερ ἡμῶν. 6 Ὅτι σοῦ ἐστιν. εἶτα 7 τὰ τροπάρια. 8 Σῶσον κύριε τὸν λαόν σου. 9 Δόξα. 10 Ὁ ὑψωθεὶς ἐν τῷ σταυρῷ. 11 Καὶ νῦν. 12 Προστασία φοβερά. εἶτα λέγει ὁ ἱερεύς. 13 Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ θεὸς κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου. Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τοῦ ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν. Ὅτι ἐλεήμων καὶ φιλάνθρωπος θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν. Καὶ εὐθὺς ἐκφωνεῖ ὁ ἱερεύς. Δόξα τῇ ἁγίᾳ καὶ ὁμοουσίῳ, καὶ ζωοποιῷ, καὶ ἀδιαιρέτῳ τριάδι, πάντοτε, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. Εἶτα 14 λέγομεν τὸν ἑξάψαλμον μετὰ πάσης προσοχῆς καὶ φόβου θεοῦ, ὡς αὐτῷ λαλοῦντες ἀοράτως, καὶ δυσωποῦντες ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. 15 Μετὰ δὲ τοὺς τρεῖς ψαλμοὺς ὁ ἱερεύς, λέγει 16 τὰς εὐχὰς τοῦ ὄρθρου, ἱστάμενος ἀσκεπὴς ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν.

Εὐχὴ α'.

Εὐχαριστοῦμέν σοι κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, τῷ ἐξαναστήσαντι ἡμᾶς ἐκ τῶν κοιτῶν ἡμῶν, καὶ ἐμβαλόντι εἰς τὸ στόμα ἡμῶν λόγον αἰνέσεως τοῦ προσκυνεῖν καὶ ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον, καὶ δεόμεθα τοῖς σοῖς οἰκτιρμοῖς, οἷς πάντοτε ἐχρήσω περὶ τὴν ἡμετέραν ζωήν· καὶ νῦν ἐξαπόστειλον τὴν βοήθειάν σου, ἐπὶ τοὺς ἑστῶτας πρὸ προσώπου τῆς ἁγίας δόξης σου, καὶ ἀπεκδεχομένους τὸ παρὰ σοῦ πλούσιον ἔλεος· καὶ δὸς αὐτοῖς μετὰ φόβου καὶ ἀγάπης, πάντοτέ σοι λατρεύοντας, αἰνεῖν τὴν ἀνεκδιήγητόν σου ἀγαθότητα. Ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμή, καὶ προσκύνησις, τῷ πατρί, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

b Εὐχὴ β'.

Ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμα ἡμῶν, πρὸς σὲ ὁ θεὸς ἡμῶν· διότι φῶς τὰ προστάγματά σου ἐπὶ τῆς γῆς. δικαιοσύνην καὶ ἁγιασμὸν ἐπιτελεῖν ἐν τῷ φόβῳ σου, συνέτισον ἡμᾶς. σὲ γὰρ δοξάζομεν τὸν ὄντως ὄντα θεὸν ἡμῶν. κλῖνον τὸ οὖς σου καὶ ἐπάκουσον ἡμῶν, καὶ μνήσθητι κύριε τῶν συμπαρόντων, καὶ συνευχομένων ἡμῖν πάντων κατ' ὄνομα.

ὄνομα. καὶ σῶζον αὐτοὺς τῇ δυνάμει σου· εὐλόγησον τὸν λαόν σου, καὶ ἁγίασον τὴν κληρονομίαν σου. Εἰρήνην τῷ κόσμῳ σου δώρησαι, ταῖς ἐκκλησίαις σου, τοῖς ἱερεῦσι, τοῖς βασιλεῦσιν ἡμῶν, καὶ παντὶ τῷ λαῷ σου. Ὅτι ηὐλόγηται καὶ δεδόξασται τὸ πάντιμον, καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εὐχὴ γʹ.

ΕΚ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμα ἡμῶν πρὸς σὲ ὁ θεὸς, διότι φῶς τὰ προστάγματά σου. δίδαξον ἡμᾶς ὁ θεὸς τὴν δικαιοσύνην σου, τὰς ἐντολάς σου, καὶ τὰ δικαιώματά σου· φώτισον τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν διανοιῶν ἡμῶν, μήποτε ὑπνώσωμεν ἐν ἁμαρτίαις εἰς θάνατον. ἀπέλασον πάντα ζόφον ἀπὸ τῶν καρδιῶν ἡμῶν. χάρισαι ἡμῖν τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον· καὶ ἀνεπηρέαστον τὴν ζωὴν ἡμῶν διαφύλαξον ἐν τῇ σφραγῖδι τοῦ ἁγίου σου πνεύματος. κατεύθυνον τὰ διαβήματα ἡμῶν εἰς ὁδὸν εἰρήνης, δὸς ἡμῖν ἰδεῖν τὸν ὄρθρον, καὶ τὴν ἡμέραν ἐν ἀγαλλιάσει· ἵνα σοι τὰς ἑωθινὰς ἀναπέμπωμεν εὐχάς. Ὅτι σὸν τὸ κράτος, καὶ σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Εὐχὴ δʹ.

ΔΕσποτα ὁ θεὸς ὁ ἅγιος καὶ ἀκατάληπτος, ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι· ὁ ἀναπαύσας ἡμᾶς ἐν τῷ τῆς νυκτὸς ὕπνῳ, καὶ διαναστήσας πρὸς δοξολογίαν καὶ ἱκεσίαν τῆς σῆς ἀγαθότητος. δυσωπούμενος ὑπὸ τῆς ἰδίας σου εὐσπλαγχνίας, πρόσδεξαι ἡμᾶς καὶ νῦν προσκυνοῦντάς σε, καὶ κατὰ δύναμιν εὐχαριστοῦντάς σοι, καὶ δώρησαι ἡμῖν, πάντα τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτήματα. ἀνάδειξον ἡμᾶς υἱοὺς φωτὸς τῆς ἡμέρας, καὶ κληρονόμους τῶν αἰωνίων σου ἀγαθῶν. μνήσθητι κύριε ἐν τῷ πλήθει τῶν οἰκτιρμῶν σου καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ σου, τῶν συμπαρόντων καὶ συνευχομένων ἡμῖν, καὶ πάντων τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν, τῶν ἐν γῇ τῶν ἐν θαλάσσῃ, τῶν ἐν παντὶ τόπῳ τῆς δεσποτείας σου, δεομένων τῆς σῆς φιλανθρωπίας καὶ βοηθείας· καὶ πᾶσι χορήγησον τὸ μέγα σου ἔλεος. ἵνα σεσωσμένοι ψυχῇ τε καὶ σώματι πάντοτε διαμένοντες μετὰ παρρησίας δοξάζωμεν τὸ θαυμαστὸν καὶ εὐλογημένον ὄνομά σου, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Εὐχὴ εʹ.

ΑΓαθῶν θησαυρὲ, πηγὴ ἀέναος, πάτερ ἅγιε, θαυματοποιὲ παντοδύναμε,

tium de nomine recordare. Salua illos virtute tua, benedic populum tuum & hæreditatem tuam sanctifica: & orbi tuo Ecclesijs, Sacerdotibus, Regibus nostris & omni populo pacem largire Quia benedictum est, & glorificatum venerandum & magnificum nomen tuum: Patris, & Filij, & Sancti Spiritus: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio Tertia.

DE nocte Spiritus noster ad te vigilat Deus noster, quia mandata tua lumen nobis sunt. Iustitiam tuam, mandata tua, iustificationes tuas doce nos. Mentis nostræ oculos, ne forte in peccatis in mortem obdormiamus, illumina: omnem caliginem à cordibus nostris auerte: iustitię solē largire nobis, vitamque nostram in Spiritus sancti tui sigillo & custodiâ omni molestiâ liberam conserua: gressus nostros in viam pacis dirige crepusculum, diemque in hilaritate, vt tibi matutinos rependamus hymnos, videre concede. Quia tua est potentia & tuum est regnum, & virtus, & gloria, Patris, & Filij, & Spiritus sancti: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio quarta.

DOmine Deus sancte & incomprehense, qui dixisti de tenebris lumen splendescere, qui somno noctis reparatos ad laudem & supplicationem bonitatis tuæ nos excitasti: propriâ tibi motus clementia, adorantes te & gratias tibi pro virtute referentes suscipe, & cuncta saluti nostrę congrua postulata concede. Filios lucis diei, & æternorum tuorum bonorum nos hæredes renuncia. Recordare Domine in multitudine miserationum tuarum cuncti populi tui, astantium tibi vnâque nobiscum deprecantium, & omnium fratrum nostrorum, vel in terra, vel in mari, vel in quocunque loco dominationis tuæ, clementia, & ope tua indigentium, omnibusque amplam misericordiam tuam impende: vt anima & corpore pariter saluati, cum iugi perseuerantia & fiducia, mirandum & benedictum nomen tuum celebremus: Patris, & Filij & sancti Spiritus: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio quinta.

BOnorum thesaure, fons perennis, pater sancte, mirandorum conditor,

cuncta potens, cunctis imperans, cuncti te colimus: tuas misericordias, clementiam tuam inuocantes in humilitatis nostræ opem & subsidium cuncti imploramus. Recordare Domine famulorum tuorum, Matutinas omnium nostrum preces vt incensum in conspectu tuo suscipe: nullum è nobis reprobaueris, quin potius cunctos miserationibus tuis conserua. Recordare Domine vigilantium & psallentium in gloriam tuam, & vnigeniti Filij tui, & Dei nostri, & sancti tui Spiritus: fer illis opem & auxilium, & preces eorum in supercæleste & intellectuale tuum altare suscipe.

Quia tu es Deus noster, & tibi gloriã referimus, Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio sexta.

GRatias agimus tibi Deus salutarium nostrorum, quod omnibus in vitæ nostræ beneficium conditis, vt te Saluatorem & benefactorem animarum nostrarum in omnibus respiciamus, etiam noctis parte præterita requiem nobis contulisti, & à lectis excitatos ad cultum venerando nomini tuo reddendum erexisti: propterea te Domine rogamus vt gratiam & virtutem præbeas, vt Christi tui ope, in tremore & timore salutem nostram operantes, attente tibi canere, & incessanter orare dignisimus. Recordare Domine eorum qui de nocte te inuocant, exaudi illos, & miserere: & sub pedibus eorum inuisibiles & infestos hostes contere. Quia tu es rex pacis, & Saluator animarum nostrarum, & tibi gloriam referimus, Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio septima.

O Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui nos cubilibus erectos, orationis tempore congregasti, in apertione oris gratiam nobis confer, & grates pro virtute reddendas suscipe. Iustificationes tuas nos doce, quia prout oportet, orare nescimus: nisi tu Domine sancto tuo Spiritu ductor fueris, Rogamus ideo vt si verbo, aut opere, aut mente, sponte, vel coacte, ad præsentem vsque horam deliquimus, parce, veniam præbe. Si enim iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? quia apud te est redemptio, tu solus es sanctus adiutor, & potens defensor vitæ nostræ,

ὁ παντοκράτορ, πάντες σε προσκυνοῦμεν· καὶ σοῦ δεόμεθα, τὰ σὰ ἐλέη, καὶ τοὺς σοὺς οἰκτιρμοὺς ἐπικαλούμενοι εἰς βοήθειαν, καὶ ἀντίληψιν τῆς ἡμετέρας ταπεινώσεως. μνήσθητι κύριε τῶν σῶν ἱκετῶν, πρόσδεξαι πάντων ἡμῶν τὰς ἑωθινὰς δεήσεις, ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου. καὶ μηδένα ἡμῶν ἀδόκιμον ποιήσῃς, ἀλλὰ πάντας ἡμᾶς περιποίησαι διὰ τῶν οἰκτιρμῶν σου. μνήσθητι κύριε, τῶν ἀγρυπνούντων, καὶ ψαλλόντων εἰς δόξαν σὴν, καὶ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, καὶ θεοῦ ἡμῶν, καὶ τοῦ ἁγίου σου πνεύματος· γενοῦ αὐτῶν βοηθὸς καὶ ἀντιλήπτωρ, πρόσδεξαι αὐτῶν τὰς ἱκεσίας, εἰς τὸ ὑπερουράνιον καὶ νοερὸν σου θυσιαστήριον. Ὅτι σὺ εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εὐχὴ ϛ'.

ΕΥχαριστοῦμέν σοι κύριε ὁ θεὸς τῶν σωτηρίων ἡμῶν. ὅτι πάντα ποιεῖς εἰς εὐεργεσίαν τῆς ζωῆς ἡμῶν. ἵνα διαπαντὸς πρὸς σὲ ἀποβλέπωμεν, τὸν σωτῆρα καὶ εὐεργέτην τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, ὅτι διανέπαυσας ἡμᾶς ἐν τῷ παρελθόντι τῆς νυκτὸς μέτρῳ, καὶ ἐξήγειρας ἡμᾶς ἐκ τῶν κοιτῶν ἡμῶν, καὶ ἔστησας εἰς προσκύνησιν τοῦ τιμίου ὀνόματός σου. διὸ δεόμεθά σου κύριε, δὸς ἡμῖν χάριν καὶ δύναμιν, ἵνα καταξιωθῶμεν ψάλλειν σοι συνετῶς, καὶ προσεύχεσθαι ἀδιαλείπτως, ἐν φόβῳ καὶ τρόμῳ, τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργαζόμενοι, διὰ τῆς ἀντιλήψεως τοῦ Χριστοῦ σου. μνήσθητι κύριε, καὶ τῶν ἐν νυκτὶ πρὸς σὲ βοώντων, ἐπάκουσον αὐτῶν καὶ ἐλέησον, καὶ σύντριψον ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτῶν τοὺς ἀοράτους καὶ πολεμίους ἐχθρούς. Σὺ γὰρ εἶ ὁ βασιλεὺς τῆς εἰρήνης, καὶ σωτὴρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

c Εὐχὴ ζ'. c

ΟΘεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ ἐξαναστήσας ἡμᾶς ἐκ τῶν κοιτῶν ἡμῶν, καὶ ἐπισυναγαγὼν ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς, δὸς ἡμῖν χάριν ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος ἡμῶν, καὶ πρόσδεξαι ἡμῶν τὰς κατὰ δύναμιν εὐχαριστίας, καὶ δίδαξον ἡμᾶς τὰ δικαιώματά σου, ὅτι προσεύξασθαι καθ' ὃ δεῖ οὐκ οἴδαμεν, ἐὰν μὴ σὺ κύριε τῷ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ ὁδηγήσῃς ἡμᾶς. διὸ δεόμεθά σου, εἴ τι ἡμάρτομεν μέχρι τῆς παρούσης ὥρας, ἐν λόγῳ, ἢ ἔργῳ, ἢ κατὰ διάνοιαν ἑκουσίως, ἢ ἀκουσίως, ἄφες, συγχώρησον. ἐὰν γὰρ ἀνομίας παρατηρήσῃς κύριε, κύριε τίς ὑποστήσεται, ὅτι παρὰ σοὶ ἡ ἀπολύτρωσις, σὺ εἶ μόνος ἅγιος βοηθὸς, καὶ κραταιὸς ὑπερασπιστὴς τῆς ζωῆς ἡμῶν,

καὶ ἐν σοὶ ἡ ὕμνησις ἡμῶν διαπαντός. Εἴη τὸ κράτος τῆς βασιλείας σου εὐλογημένον καὶ δεδοξασμένον, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εὐχὴ η'.

ΚΥριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ τὴν τοῦ ὕπνου ῥαθυμίαν ἀποσκεδάσας ἀφ' ἡμῶν, καὶ συγκαλέσας ἡμᾶς κλήσει ἁγίᾳ, τοῦ καὶ ἐν νυκτὶ ἐπᾶραι τὰς χεῖρας ἡμῶν, καὶ ἐξομολογεῖσθαί σοι ἐπὶ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου· πρόσδεξαι τὰς δεήσεις ἡμῶν, τὰς ἐντεύξεις, τὰς ἐξομολογήσεις, τὰς νυκτερινὰς λατρείας· καὶ χάρισαι ἡμῖν ὁ θεὸς, πίστιν ἀκαταίσχυντον, ἐλπίδα βεβαίαν, ἀγάπην ἀνυπόκριτον· εὐλόγησον ἡμῶν εἰσόδους, καὶ ἐξόδους, πράξεις, ἔργα, λόγους, ἐνθυμήσεις· καὶ δὸς ἡμῖν καταντῆσαι εἰς τὰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας, αἰνοῦντας, ὑμνοῦντας, εὐλογοῦντας τῆς σῆς ἀφράστου χρηστότητος τὴν ἀγαθότητα. Ὅτι ηὐλόγηται τὸ πανάγιόν σου ὄνομα, καὶ δεδόξασταί σου ἡ βασιλεία, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

d Εὐχὴ θ'.

e ΕΛαμψον δέσποτα φιλάνθρωπε ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, τὸ τῆς σῆς θεογνωσίας φῶς ἀκήρατον, καὶ τοὺς τῆς διανοίας ἡμῶν ὀφθαλμοὺς διάνοιξον, εἰς τὴν τῶν εὐαγγελικῶν σου κηρυγμάτων κατανόησιν, ἔνθες ἡμῖν καὶ τὸν τῶν μακαρίων σου ἐντολῶν φόβον· ἵνα πάσας τὰς σαρκικὰς ἐπιθυμίας καταπατήσαντες, πνευματικὴν πολιτείαν μετέλθωμεν, πάντα τὰ πρὸς εὐαρέστησιν τὴν σὴν φρονοῦντές καὶ πράττοντες. Ὅτι σὺ εἶ ὁ ἁγιασμὸς καὶ ὁ φωτισμὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν· τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εὐχὴ ι'.

ΚΥριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τὴν διὰ μετανοίας ἄφεσιν τοῖς ἀνθρώποις δωρησάμενος, καὶ τύπον ἡμῖν ἐπιγνώσεως ἁμαρτημάτων, καὶ ἐξομολογήσεως, τὴν τοῦ προφήτου Δαβὶδ μετάνοιαν, πρὸς συγχώρησιν ὑποδείξας· αὐτὸς δέσποτα, πολλοῖς ἡμᾶς, καὶ μεγάλοις περιπεπτωκότας πλημμελήμασιν ἐλέησον κατὰ τὸ μέγα σου ἔλεος, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου. ἐξάλειψον τὰ ἀνομήματα ἡμῶν, ὅτι σοι ἡμάρτομεν κύριε, τῷ, καὶ τὰ ἄδηλα, καὶ κρύφια τῆς καρδίας, τῶν ἀνθρώπων γινώσκοντι, καὶ μόνῳ ἔχοντι ἐξουσίαν ἀφιέναι ἁμαρτίας. καρδίαν δὲ κα-

& in te laus omnis nostra consistit. Sit potestas regni tui benedicta & glorificata: Patris, & Filij, & sancti Spiritus: nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio Octaua.

DOmine Deus noster qui torpore sõni dissipato, vocatione sancta nos cõgregas, vt man⁹ in noctib⁹ extollam⁹, & super iudicia iustitiæ tuæ tibi confiteamur: orationes, congressus, confessiones nostras, cultus nocturnos suscipe: & incõfusam fidem, spem firmam, dilectionem sine fictione, nobis largire: ingressus & egressus nostros, actus, opera, sermones, cogitationes benedic, & laudantes, celebrantes, & benedicentes bonitatis tuæ suauitatem, ad diei principia peruenire concede.

Quia benedictum est sanctissimum nomen tuum, & glorificatum est regnum Patris, & Filij, & sancti Spiritus: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio nona.

ILluce benigne Domine in cordibus nostris diuinæ tuæ cognitionis sincero lumine, & in Euangelicæ prædicationis meditationem, oculos nostræ mentis aperi, & beatorum mandatorum tuorum nobis timorem infige: vt omnibus carnis concupiscentijs conculcatis, officia spiritualia obeamus, & cuncta iuxta beneplacitum tuum cogitemus & operemur.

Quia tu es sanctificatio & lumen nostrum, & tibi gloriam referimus; Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio decima.

DOmine Deus noster, qui per pœnitentiã hominibus indulgentiam largiris, & agnitionis peccatorum & confessionis locum in Dauid Prophetæ pœnitentia ad veniam concedendam demonstras: ipse Domine, secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationũ tuarum, nostri in multa delicta lapsorum miserere. Dele iniquitates nostras, quia tibi soli incerta & occulta cordis hominum agnoscenti, & peccata condonandi potestatem habenti peccauimus. Corde

autem mũdo in nobis creato, & spiritu principali in nobis confirmato, Salutaris tui lætitiam nobis manifesta. Ne proijcias nos à facie tua: sed & tibi velut benigno & clementi complaceat, vt vsque ad vltimum vitæ halitum Iustitiæ hostiam, & oblationem in sanctis tuis altaribus offeramus.

Misericordiâ, miserationibus & humanitate vnigeniti Filij tui, cum quo benedictus es: cum sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio vndecima.

DEus Deus noster, qui intellectuales rationalesque virtutes tuæ voluntati subijcis, te rogamus & precamur, suscipe nostram & creaturarum omnium pro virtute glorificationem, & conferta bonitatis tuæ nobis munera repẽde, quia tibi curuatur omne genu cœlestiũ, terrestriũ, & infernorũ, & omnis spirit⁹ & creatura incomprehensam gloriam tuam celebrat. Tu enim es verus Deus, & valde misericors.

Quia te laudant omnes virtutes cælorum, & tibi gloriam referimus, Patri, & Filio, & sancto Spiritui, nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio duodecima.

PErlectis diligenter, & fideliter inter se collatis pluribus Chrysostomianæ Liturgiæ tum editis, tum M.SS. exemplaribus, tanta in eis discrepantia se se primâ fronte obtulit, vt quodnam præcipuum ad quod referrentur cætera, & qua ratione inter se cuncta compararentur, non inuenirem. Difficultatem nihilominus omnem superare, & confusionem illustrare me posse putaui, si eius exemplaris textum, velut præcipuum in medio ponerem, quo frequentius inter celebrandum vterentur Græci. Ea cum insedisset animo sententia, eundem esse comperi, (paucis iisque leuissimis dictionibus aut sententiis demptis) qui vt sanus magis, & à corruptionis suspicione alienus, Romæ probatus, & impressus, in reliquas deinde orbis regiones distribuendus euulgatur. Ad hunc itaque selectum magis & integrum textum, antiqua & recentiora edita, vel M.SS. quæ cum eo magis conueniunt, exemplaria refero; & iterum quâ possum diligentiâ, confero: quæ vero tantopere discrepant vt pæne diuersa, vel valde immutata appareant: ea deinceps ordine (quod & circa alia voluminis huius Euchologij Officia præstabimus) & separatim posita: illustrata, quantum permittetur, si non penitus discussa confusionis nube, producemus.

a Διάταξις τῆς θείας, &c.] Ita pariter edita Morelliana tomo secundo Bibl. PP. Græcorum extantia: addunt tamen Veneta antiqua & moderna: καὶ ἱερᾶς λειτουργίας, atque amplius Chrysostomi nomen (paulo inferius in ipso Missæ exordio ab eis restituendum) ab his procemiis expungunt recentiora, cuius vice scribunt. Διάταξις τῆς θείας καὶ ἱερᾶς λειτουργίας, γινομένης οὕτως ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἐν τῷ ἁγίῳ ὄρει. *Ordo diuinæ & sacræ Missæ, prout obseruatur in magna Ecclesia & in monte sancto.* Qualia sint hæc loca, statim in Annotationum limine exponetur.

b Προηγουμένως ἐξωμολογημένος.] Ita Morelliana, & antiqua, vox tamen ἐξωμολογημένος, deest in recentioribus Venetis.

c Κατηλλαγμένος.] Addunt recentiora Veneta, καὶ μὴ ἔχειν τι κατά τινος.

d Καὶ τὴν καρδίαν &c.] Legunt eadem Veneta, καὶ τὴν καρδίαν δὲ ὅση δυνάμει ἀπὸ πονηρῶν τηρῆσαι λογισμῶν ἐγκρατευέσθω δὲ, &c.

e Πρὸς ἀνατολάς.] Addunt Veneta eadem, ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν.

f Ἔμπροσθεν τῆς εἰκόνος, &c] Aliter omnino & ample magis legunt citata Veneta: Εἶτα λέγει ὁ διάκονος Εὐλόγησον δέσποτα· καὶ ποιήσαντος τοῦ ἱερέως εὐλογητόν· ἄρχεται λέγειν ὁ διάκονος, τὸ, Βασιλεῦ οὐράνιε τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας· ὁ πανταχοῦ παρὼν, ὁ θησαυρὸς τῶν ἀγαθῶν, καὶ τῆς ζωῆς χορηγὸς, ἐλθὲ καὶ σκήνωσον ἐν ἡμῖν, καὶ καθάρισον ἡμᾶς ἀπὸ πάσης κηλῖδος, καὶ σῶσον ἀγαθὲ τὰς ψυχὰς ἡμῶν. Τρισάγιον. Μετὰ δὲ τὸ. Πάτερ ἡμῶν. Ὁ ἱερεύς. Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ πατρὸς, καὶ τὰ ἑξῆς. Εἶτα λέγουσι τὸ, Ἐλέησον ἡμᾶς, κύριε ἐλέησον ἡμᾶς. Δόξα πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, Κύριε ἐλέησον ἡμᾶς. Καὶ νῦν, καὶ ἀεὶ, καί. Τῆς εὐσπλαγχνίας τὴν πύλην ἄνοιξον ἡμῖν θεοτόκε εὐλογημένη ἐλπίζοντες εἰς σὲ μὴ ἀστοχήσωμεν· ῥυσθείημεν διὰ σοῦ τῶν περιστάσεων· σὺ γὰρ εἶ ἡ σωτηρία τοῦ γένους τῶν Χριστιανῶν. Ἔπειτα ἀπέρχονται εἰς τὴν εἰκόνα τοῦ Χριστοῦ λέγοντες. Τὴν ἄχραντόν σου εἰκόνα προσκυνοῦμεν ἀγαθὲ, αἰτούμενοι συγχώρησιν τῶν πταισμάτων ἡμῶν Χριστὲ ὁ θεός: βουλήσει γὰρ ηὐδόκησας σαρκὶ ἀνελθεῖν ἐν τῷ σταυρῷ, ἵνα ῥύσῃ οὓς ἔπλασας ἐκ τῆς δουλείας τοῦ ἀλλοτρίου. ὅθεν εὐχαρίστως βοῶμέν σοι, χαρᾶς ἐπλήρωσας τὰ πάντα, ὁ σωτὴρ ἡμῶν, παραγενόμενος εἰς τὸ σῶσαι τὸν κόσμον. Εἶτα ἀσπάζονται τὴν εἰκόνα τῆς θεοτόκου λέγοντες καὶ τὸ τροπάριον. Εὐσπλαγχνίας ὑπάρχουσα πηγὴ, συμπαθείας ἀξίωσον ἡμᾶς θεοτόκε, βλέψον εἰς λαὸν ἁμαρτήσαντα, δεῖξον ὡς ἀεὶ τὴν δυναστείαν σου. εἰς σὲ γὰρ ἐλπίζοντες, τὸ, χαῖρε, βοῶμέν σοι, ὥς ποτε ὁ Γαβριὴλ τῶν ἀσωμάτων ὁ ἀρχιστράτηγος. Εἶτα κλίνοντες τὴν κεφαλὴν λέγουσι ταύτην τὴν εὐχήν. Κύριε, &c.

Deinde Diaconus ait. Benedic Domine. *Et sacerdote benedicente incipit Diaconus dicere.* Rex cælestis, Spiritus veritatis, vbique præsens, bonorum thesaure, vitæ author, veni & habita in nobis, & ab omni labe nos emenda: & salua ô bone animas nostras. Ter sanctus. *Et post* Pater noster: *Sacerdos.* Quia tuum est regnum Patris &c. *Deinde dicunt,* Miserere nostri Domine, miserere nostri. Gloria Patri, & Filio, & sancto Spiritui. Domine miserere nostri. Et nunc & semper &c. Clementiæ portam aperi nobis Deipara benedicta, ne sperantes in te aberremus, sed à te à calamitatibus eruamur: tu enim es salus generis Christianorum. *Deinde ad Christi imaginem proficiscuntur dicentes.* Immaculatam imaginem tuam veneramur, ô bone, postulantes à te criminum veniam, Christe Deus, sponte namque voluisti, carne crucem conscendere, vt quos creaueras ab aliena seruitute liberares: vnde cum gratiarum actione tibi clamamus: gaudio cuncta impleuisti, cum saluaturus mundum aduenisti, Saluator noster. *Deinde Deiparæ imaginem exosculantur, dicentes modulum.* Tu quæ clementiæ fons existis, compassione tua nos dignare: respice in populum peccatorem, demonstra, vt semper soles, potentiam tuam: in te namque sperantes, Aue tibi clamamus, vt quondam Gabriel incorporearum substantiarum ductor. *Deinde capite inclinato hanc Orationem dicunt.* Domine &c.

g Ἐλθόντες δὲ εἰς τὸ ἱερατεῖον] Veneta recentiora legunt: ἔπειτα ποιοῦσιν εἰς τοὺς χοροὺς προσκυνήματα, ἀνὰ ἕν: καὶ οὕτως ἀπέρχονται εἰς τὸ θυσιαστήριον λέγοντες τὸ, Εἰσελεύσομαι εἰς τὸν οἶκόν σου, καὶ τὰ λοιπά. Εἰσελθόντες δὲ εἰς τὸ ἱερατεῖον ποιοῦσι προσκυνήματα τρία, ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας τραπέζης καὶ ἀσπάζονται τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, καὶ τὴν ἁγίαν τράπεζαν· εἶτα λαμβάνουσιν ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν ἕκαστος τὸ στιχάριον αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς.

Deinde versus Choros reuerentiam faciunt, vnicuique scilicet choro reuerentiam vnam; & sic ad altare progrediuntur, dicentes. Introibo in domum tuam &c.

Sacrarium vero ingressi, tres inclinationes faciunt è regione sanctæ mensæ. Et osculantur sanctum Euangelium, & sanctam mensam: deinde assumit vnusquisque in manibus suis tunicam suam &c.

h Ὁ δὲ ἱερεὺς εὐλογῶν μετὰ χειρὸς λέγει.] Veneta, ὁ δὲ ἱερεὺς λέγει.

i Ὁ δὲ ἱερεὺς λαβὼν καὶ αὐτός.] Ante verba hæc Venetiis vltimo excusa concedunt Diacono Supermanicalia induenda: τὰ δὲ ἐπιμανίκια ἐπιτιθέμενος ταῖς χερσὶν, ἐν μὲν τῷ δεξιῷ λέγει. Ἡ δεξιά σου. (Vt infra.) ἐν δὲ τῷ ἀριστερῷ λέγει. Αἱ χεῖρές σου. (Vt infra.) εἶτα ἀπελθὼν ἐν τῇ προθέσει συντρέπιζει τὰ ἱερὰ, τὸν μὲν ἅγιον δίσκον τιθεὶς ἐν τῷ μέρει τῷ

ἀριστερῷ, τὸ δὲ ποτήριον ἐν τῷ δεξιῷ, καὶ τὰ ἄλλα σὺν αὐτοῖς. καὶ ὁ ἱερεὺς οὕτως ἐνδύεται. λαβὼν τὸ στιχάριον ἐν τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ, καὶ προσκυνήσας τρίτον κατ᾽ ἀνατολὰς, ὡς εἴρηται, σφραγίζει αὐτὸ λέγων. Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν· πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν· εἶτα ἐνδύεται αὐτὸ λέγων. Ἀγαλλιάσεται ἡ ψυχή μου· ἕως τέλους. Εἶτα λαβὼν τὸ ἐπιτραχήλιον, καὶ σφραγίσας περιτίθεται αὐτὸ λέγων. Εὐλογητὸς ὁ Θεός.

Supermanicalia vero, siue manipulos manibus inferens, in dextro quidem ait: Dextera tua Domine &c. *In sinistro vero*, Manus tuæ fecerunt me &c. *Deinde procedens ad Propositionis mensam sacra disponit. Sanctum quidem discum in sinistra parte collocat: calicem vero in dextra: & alia cum eis. Sacerdos vero sic induitur Accipit tunicam suam in manu sinistrâ: & ter ad orientem adorans, vt dictum est: signat illam dicens.* Benedictus Deus noster: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. *Deinde illâ induitur, dicens.* Lætabitur anima mea: *vsque ad finem. Mox stolam accipiens, eamque cruce signans, circumponit sibi, dicens.* Benedictus Deus noster &c.

k Καὶ εὐλογήσας ἀσπάζεται.] Veneta recentia, λέγει περιζωννύμενος.

l Καὶ ἐκ χειρῶν τὴν χεῖρα αὐτοῦ.] Veneta. καὶ ἰδοὺ τὸ ἀμώμητον τὴν ὁδόν μου, Et continuo subiungunt: τὰ δὲ ἐπιμανίκια ὡς ἄνωθεν εἴρηται: eo quod iuxta Typum hunc Supermanicalia (quod nouum est) Diacono concessa leguntur.

m Ὁ δὲ διάκονος εὐτρεπίζει.] Hæc iam superius Veneta, posuerunt: ideoque legunt hic solummodo καὶ οὕτως ἄρχονται ἐν τῇ προθέσει. Εἶτα προσκυνήματα τρία &c.

n Σὺν αὐτῇ.] Veneta: μετ᾽ αὐτῆς.

o Ἰησοῦ Χριστοῦ.] Addunt. ἐκ ταύτης.

p Ὁμοίως παγεὶς τὴν ἁγίαν λόγχην.) Desunt hæc in Venetis.

q Εἰς δὲ τῷ αὐτῷ μέρει.) Nil vltra addunt Veneta.

r Εἰς δὲ τῷ κάτω.) Nil vltra rursus addunt.

s Ὁ δὲ διάκονος ἐν τῇ κάστῃ ἀνατομῇ,) Veneta. ὁ δὲ διάκονος ὁρῶν εὐλαβῶς τῇ τοιαύτῃ τελετῇ, λέγει καθ᾽ μίαν ἑκάστην ἀνατομὴν, Τοῦ κυρίου, &c.

t Καὶ λέγει ὁ διάκονος. Νύξον δέσποτα.) Deest in Venetis.

v Ἐκ τοῦ νάματος καὶ ὕδατος.) Veneta. ἐκ τοῦ νάματος ὁμοῦ καὶ ὕδατος.

x Εὐλόγησον, δέσποτα.) Eadem addunt. τὴν ἁγίαν ἕνωσιν. Morelliana, τὴν ἕνωσιν ταύτην.

y Καὶ ὁ ἱερεὺς εὐλογεῖ.) Eadem legunt, καὶ λαβὼν ἐκ αὐτοῖς εὐλογίαν.

z Εἶτα λαβὼν ὁ ἱερεὺς τὴν δευτέραν,) Veneta legunt, ὁ δὲ ἱερεὺς λαβὼν ἐν ταῖς χερσὶ τὴν δευτέραν σφραγῖδα. *Sacerdos accepto in manibus secundo signaculo,* id est secundo pane sacrâ figurâ signato. Primum enim panem vocant ἅγιον ἄρτον: alios autem ex quibus particulæ in sanctorum honorem eruuntur: σφραγῖδας nuncupant.

α Μετὰ τῆς ἁγίας λόγχης, &c.) Veneta legunt τίθησιν αὐτὴν ἐν τῷ δεξιῷ μέρει τοῦ ἁγίου ἄρτου, πλησίον τοῦ μέσου αὐτοῦ, λέγων. *ponit eam in dextrâ sancti panis parte circa medium dicens.* Ne memineris codicem vnum dexteram, alium sinistram vocare: vna namque & eadem res, quæ mihi in orientem respicienti dextra est, in occidentem obuerso, fit sinistra: atque ita pro respectu diuerso, appellationes istiusmodi, absque contradictione mutantur. Subiungunt vero Veneta, tunc cum locatur Deiparæ particula, à Sacerdote dicendum. παρέστη ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου ἐν ἱματισμῷ χρυσῷ περιβεβλημένη πεποικιλμένη.

β Τὴν τρίτην προσφοράν.) Veneta, τὴν δευτέραν σφραγῖδα.

γ Ἰωάννου,) Subiungunt Veneta, καὶ αἴρων μερίδα τὴν τρίτην μερίδα τίθησιν αὐτὴν ἐν τῷ δεξιῷ μέρει τοῦ ἁγίου ἄρτου, πλησίον τῆς σφραγῖδος τῆς Θεοτόκου, ποιῶν ἀρχὴν τῆς πρώτης τάξεως. *Et eleuans primam* (è secundo signaculo vocato, id est, ex tertio pane) *particulā, ponit eam in dextrâ parte sancti panis: iuxta Deiparæ signaculum, & sic primi ordinis ducit initium:* Particulæ enim sanctorum, ordine & velut in acie, disponuntur.

Qualiter ante sit huiusmodi acies disposita, subiungunt.

Ἔπειτα λέγει. τῶν ἁγίων ἐνδόξων προφητῶν, Μωσέως, καὶ Ἀαρὼν, Ἠλίου καὶ Ἐλισσαίου, Δαβὶδ καὶ Ἰεσσαὶ, τῶν ἁγίων τριῶν παίδων, Δανιὴλ τοῦ προφήτου, καὶ πάντων τῶν ἁγίων. Καὶ τίθησι δευτέραν μερίδα ὑποκάτω τῆς πρώτης συντάξεως, εἶτα λέγει. Τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, Πέτρου καὶ Παύλου, καὶ τῶν δώδεκα, καὶ πάντων τῶν ἁγίων ἀποστόλων· καὶ οὕτω τίθησι τὴν τρίτην μερίδα ὑποκάτω τῆς δευτέρας, τελειῶν τὴν πρώτην τάξιν. εἶτα λέγει. Τῶν ἐν ἁγίοις πατέρων ἡμῶν καὶ ἱεραρχῶν, Βασιλείου μεγάλου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, καὶ Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, Ἀθανασίου, καὶ Κυρίλλου, Νικολάου τοῦ ἐν Μύροις, καὶ πάντων τῶν ἁγίων Ἱεραρχῶν· αἴρων τετάρτην μερίδα τίθησιν αὐτὴν πλησίον τῆς πρώτης μερίδος ποιῶν δευτέραν ἀρχήν· εἶτα πάλιν λέγει. Τοῦ ἁγίου ἀποστόλου πρωτομάρτυρος καὶ Ἀρχιδιακόνου Στεφάνου, τῶν ἁγίων μεγάλων μαρτύρων, Δημητρίου, Γεωργίου, Θεοδώρου, καὶ πάντων καὶ πασῶν τῶν ἁγίων μαρτύρων· καὶ αἴρων πέμπτην μερίδα, τίθησιν αὐτὴν ὑποκάτω τῆς πρώτης τῆς οὔσης ἀρχῆς τῆς δευτέρας τάξεως. ἔπειτα λέγει. Τῶν ὁσίων καὶ θεοφόρων πατέρων ἡμῶν Ἀντωνίου, Εὐθυμίου, Σάββα, Ὀνουφρίου, Ἀθανασίου τοῦ ἐν Ἄθῳ, καὶ πάντων καὶ πασῶν τῶν ὁσίων· καὶ οὕτως αἴρων ἕκτην μερίδα τίθησιν αὐτὴν ὑποκάτω τῆς δευτέρας μερίδος ὡς ἀναπληρῶσαι τῆς δευτέρας τάξεως· μετὰ δὲ ταῦτα λέγει· Τῶν ἁγίων καὶ θαυματουργῶν καὶ ἀναργύρων Κοσμᾶ καὶ Δαμιανοῦ, Κύρου καὶ Ἰωάννου, Παντελεήμονος καὶ Ἑρμολάου, καὶ πάντων τῶν ἁγίων ἀναργύρων· καὶ αἴρων τὴν

Post hæc vero ait. Sanctorum gloriosorum Prophetarum Moysis & Aaron, & Eliæ & Elisæi, Dauid & Iesse, & sanctorum trium puerorum, Danielis Prophetæ, & omnium sanctorum prophetarum. *Et ponit ordine secundam particulam sub prima. Tum dicit.* Sanctorum gloriosorum, & celebrium Apostolorum Petri & Pauli, & NN. duodecim, & omnium Apostolorum. *Et ita ponit tertiam Particulam sub secundâ, perficiens primam seriem. Tum vero ait.* Sanctorum patrum nostrorum & Pontificum Basilij magni, Gregorij Theologi, & Ioannis Chrysostomi, Athanasij & Cyrilli, Nicolai Myrensis Episcopi, & omnium sanctorum Pontificū. *Et eleuans quartā particulam, ponit eam iuxta primam faciens secundum ordinē. Deinde rursum ait.* Sancti Apostoli protomartyris, & Archidiaconi Stephani: Sanctorum Martyrum Demetrij, Georgij, Theodori, & cunctorum & cunctarum sanctorum martyrum. *Et eleuans quintam particulam ponit eam sub prima, quæ est initium secundi ordinis. Et deinde dicit.* Sanctorum deiferorum patrum nostrorum Anthonij, Euthymij, Sabbæ: Onuphrij, Athanasij Athensis, & cunctorum & cunctarum Monachorum. *Et sic eleuans sextam particulam, ponit eam sub secundâ particulâ, vt compleat secundum ordinem. Post hæc vero dicit.* Sanctorum Thaumaturgorum, mercede non conductorum Cosmæ & Damiani, Cyri & Ioannis, Pantaleonis & Hermolai, & omnium sanctorum pretio non medicantium.

ἰςῶμεν μερίδα, τίθησιν αὐτὴν ἄνω, ποιῶν τρίτην ἀρχὴν τῆς τάξιν· ὅτι αὖθις λέγει. Τῶν ἁγίων καὶ δικαίων θεοπατόρων Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννης, τῶ ἁγίου τῆς ἡμέρας, καὶ πάντων τῶν ἁγίων· ὧν ταῖς ἱκεσίαις ἐπισκέψαι ἡμᾶς ὁ θεός. καὶ τίθησι τὴν ὀγδόην μερίδα ὑποκάτω τῆς πρώτης συντάκτως· ἔτι δὲ πρὸς τούτοις λέγει. Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τῶ Χρυσοστόμου, εἰ ἡ λειτουργία αὐτῶ· εἰ δὲ λέγεται τῶ μεγάλου Βασιλείου, τοῦτο μνημονεύει· καὶ οὕτως αἴρων καὶ τὴν ἐννάτην μερίδα, τίθησιν αὐτὴν ἐν τῷ τέλει τῆς τρίτης τάξεως εἰς ἀναπλήρωσιν. Εἶτα λαβὼν τρίτην σφραγῖδα λέγει. Μνήσθητι δέσποτα φιλάνθρωπε πάσης ἐπισκοπῆς ὀρθοδόξων, τῶ ἐπισκόπου ἡμῶν τῶ δεῖνος, τῶ τιμίου πρεσβυτερίου, τῆς ἐν Χριστῷ διακονίας, καὶ παντὸς ἱερατικοῦ τάγματος, τῶ δεῖνος καθηγουμένου, τῶν ἀδελφῶν, καὶ συλλειτουργῶν ἡμῶν, οὓς προσεκαλέσω εἰς τὴν σὴν κοινωνίαν, διὰ τῆς σῆς εὐσπλαγχνίας πανάγαθε δέσποτα· καὶ αἴρων μερίδα τίθησιν αὐτὴν ὑποκάτω τῶ ἁγίου ἄρτου. εἶτα μνημονεύει καὶ ὧν ἔχει ζώντων κατ᾽ ὄνομα, καὶ οὕτως αἴρων τὰς μερίδας τίθησιν αὐτὰς ὑποκάτω. ἔπειτα λαβὼν ἑτέραν σφραγῖδα λέγει. Ὑπὲρ μνήμης καὶ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν τῶν μακαρίων κτητόρων τῆς ἁγίας μονῆς ταύτης. εἶτα μνημονεύει τῶ χειροτονήσαντος αὐτὸν ἀρχιερέως, καὶ ἑτέρων, ἂν τελῇ κεκοιμημένων κατ᾽ ὄνομα· καὶ τελευταῖον ἐπιλέγει οὕτω. Καὶ πάντων, καὶ τὰ ἑξῆς.

cantium. *Et eleuans septimam particulam, ponit eam superius: ita vt sit principium tertij ordinis. Et deinceps dicit.* Sanctorum & iustorum Deiparentum Ioachim & Annæ, sancti cuius festum eâ die agitur, & omnium sanctorum, quorum precibus visita nos De⁹. *Et ponit octauam particulam sub prima seriatim. Et insuper ait.* Sancti patris nostri Ioannis Archiepiscopi Constantinopoleos Chrysostomi, *Si eius Missa legatur: si vero magni Basilij dicitur, hunc commemorat. Et sic eleuans nonam particulam, ponit eam in fine tertij ordinis vt compleatur. Deinde tertium signaculum (siue panem) accipiens dicit.* Memento Domine benigne omnium Orthodoxorum Episcoporum, Episcopi nostri N. venerandi presbyterij, Diaconatus in Christo, & omnis sacri ordinis, N. superioris, & omnium fratrum & consacerdotum nostrorum, quos in tuam communionem aduocasti, per tuam benignitatem? ô bone Domine. *Et eleuans particulam ponit eam, sub sancto pane. Deinde memoriam agit viuorum quorum nomina tenet. Et sic eleuans particulas ponit eas inferius. Mox alia oblatâ signatâ acceptâ.* Pro memoriâ & remissione peccatorum beandorum huius sancti Monasterij fundatorum. *Post hæc memoriam agit eius, qui eum ordinauit, Pontificis, & reliquorum mortuorum, quos vult de nomine appellare; & tandem subdit.* Et omnium &c.

δ Καὶ παντὸς τῶ ἱερατικοῦ τάγματος) Post hæc Morelliana & antiqua quæuis exemplaria memoriam regum interiectam habent. Ὑπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων καὶ θεοφυλάκτων βασιλέων ἡμῶν. Addunt & cuncta Veneta. Ὑπὲρ τοῦ δούλου τοῦ θεοῦ τοῦδε, ἤτοι τοῦ καθηγουμένου. Ὑπὲρ τῶν συναδελφῶν, καὶ συλλειτουργῶν ἡμῶν οὓς προσεκαλέσω εἰς τὴν σὴν διακονίαν, διὰ τῆς σῆς εὐσπλαγχνίας πανάγαθε δέσποτα. Pro seruo Dei N. Superiore (*Hæc oratio fit tantum in Monasteriis*) Pro Confratribus & Consacerdotibus nostris, quos per clementiam tuam in tuum ministerium aduocasti, benignissime Domine.

ε Καὶ οὕτως αἴρων μερίδα, &c.] Veneta recentia & antiqua quædam, legunt solitarie, καὶ αἴρει μερίδα. Quibus continuo subiungunt.

Ὁ δὲ διάκονος λαβὼν καὶ αὐτὸς σφραγῖδα, καὶ τὴν ἁγίαν λόγχην, μνημονεύει ὧν βούλεται τεθνεώτων· καὶ τελευταῖον λέγει. Μνήσθητι κύριε καὶ τῆς ἐμῆς ἀναξιότητος· καὶ συγχώρησόν μοι πᾶν πλημμέλημα ἑκούσιόν τε καὶ ἀκούσιον. εἶτα μνημονεύει ζώντων ἐν ἑτέρᾳ σφραγῖδι (alia habent προσφορᾷ) ὡσαύτως κεκοιμημένων. καὶ τίθησι τὰς μερίδας ἐν τῷ κάτωθεν μέρει τῶ ἁγίου ἄρτου· ὥσπερ καὶ ὁ ἱερεύς. καὶ λαβὼν τὴν μοῦσαν συστέλλει τὰς ἐν τῷ δίσκῳ μερίδας ὑποκάτω τῶ ἁγίου ἄρτου, ὥστε εἶναι ἐν ἀσφαλεῖ, καὶ μὴ ἐκπίπτειν τι. εἶτα ὁ διάκονος λαβὼν τὸ θυμιατήριον, καὶ θυμίαμα βαλὼν ἐν αὐτῷ, καὶ τὰ ἑξῆς.

Diaconus autem accepta & ipse oblata signata, & sacrâ lanceâ, memoriam agit quorum vult mortuorum: & vltimo dicit. Memento Domine & meæ indignitatis, & mihi condona omne delictum spontaneum & inuoluntarium. *Deinde in alia oblata, memoriam agit viuorum, & pariter mortuorum, & particulas infra sanctum panem, sicut & Sacerdos disponit. Et Spongia accepta particulas in disco repertas sub sancto pane colligit, ita vt in tuto sint, & nulla excidat. Deinde Diaconus thuribulo accepto, & thure in eo posito,* &c.

Antiqua tamen quædam, correctius hanc vltimam ponunt sententiam, hoc pacto.

Ἰστέον ὅτι ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ οὐχ οὕτω γίνεται· ἀλλ᾽ ὁ διάκονος δίδωσι τῷ ἱερεῖ τὴν προσφορὰν, καὶ μνημονεύοντος διακόνου κατὰ νοῦν, ὧν ἔχει ζώντων καὶ τεθνεώτων ὁ ἱερεὺς αἴρει τὰς μερίδας.

Sciendum quod non ita fit in magna Ecclesia, sed Diaconus tradit Sacerdoti oblatam; & memoriam agente Diacono tacitè quorum vult viuorum & mortuorum: Sacerdos tollit particulas.

ζ. Καὶ λέγει.) Veneta habent, καὶ εὐθὺς ὁ αὐτός. Morelliana solum καὶ.

η Ὁ ἱερεὺς λέγει τὴν εὐχὴν) Morelliana addunt τῶ θυμιάματος. Hæc enim oratio, quandocumque thus benedicitur: recitatur & in M.S Barberino S. Marci, separatim à quouis alio Officio sub eodem ponitur titulo.

θ Ἀντικατάπεμψον ἡμῖν.) Veneta solummodo addunt τὴν χάριν τῶ παναγίου σου πνεύματος, & sic hanc orationem terminant.

ι Εἶτα δύσαντες, &c.] Recentia Veneta, quæ alibi non extant, interserunt.

Εἶτα λαβὼν ὁ ἱερεὺς τὸ θυμιατὸν, θυμιᾷ τὴν πρόθεσιν λέγων, ἐκ τρίτου τὸ, Εὐλογητὸς ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ οὕτως εὐδοκήσας, δόξα σοι, ἐκ τρίτου. ὁ δὲ διάκονος, ἐν ἑκάστῃ λέγει. Πάντοτε νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. Καὶ προσκυνοῦσιν ἀμφότεροι εὐλαβῶς ἐκ τρίτου. Ἔπειτα λαβὼν ὁ διάκονος τὸ θυμιατὸν λέγει. Ἐπὶ τῇ προθέσει τῶν τιμίων δώρων τῶ κυρίου δεηθῶμεν· καὶ ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχὴν τῆς προθέσεως. Ὁ θεὸς ὁ θεὸς ἡμῶν. Καὶ μετὰ τοῦτο ποιεῖ ἀπόλυσιν ἐκεῖσε λέγων οὕτω. Δόξα σοι Χριστὲ ὁ θεὸς, ἡ ἐλπὶς ἡμῶν, δόξα σοι. ὁ διάκονος. Δόξα πατρί. Καὶ νῦν. κύριε ἐλέησον. Εὐλόγησον. Καὶ ποιεῖ τὴν ἀπόλυσιν ὁ ἱερεὺς οὕτω λέγων, εἰ μὲν ἐστὶ κυριακὴ, ὁ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, reperitur infra in calce libri. εἰ δ᾽ οὖ. Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς θεὸς

Post hæc Sacerdos accepto thuribulo propositionem suffimigat, dicens tertio. Benedictus Deus noster, quia sic tibi complacuit: gloria tibi, *vsque tertio: Diaconus vero vnaquaque vice ait.* Iugiter nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen. *Et adorat vterque ter, deuote. Deinde Diaconus accepto thuribulo dicit.* Super venerandorum donorum propositione, Dominum rogemus. *Et Sacerdos propositionis orationem.* Deus Deus noster. *Et post hæc, ibi dimissionem facit dicens, hoc pacto.* Gloria tibi Christe Deus, spes nostra: gloria tibi. *Diaconus.* Gloria Patri. Et nunc & semper, &c. Domine miserere. Benedic. *Et facit dimissionem Sacerdos, si Dominica sit hoc pacto.* Qui surrexit à mortuis, *sin vero.* Christus verus Deus

noster, precibus immaculatæ suæ matris, sancti patris nostri Ioannis Archiepiscopi Constantinopoleos Chrysostomi. *Si vero dicitur missa magni Basilii Cæsareæ in Cappadocia dicitur*, magni Basilii, &c. Et omnium sanctorum misereatur nostri, vt pius & clemens *Chorus*, Amen. *Post dimissionem, suffumigat Diaconus sanctam propositionem. Et deinde abit sanctam mensam in circuitu in modum crucis suffumigaturus, dicens intra seipsum.* In sepulchro corporaliter, &c. *Et psalmum quinquagesimum.*

ἡμῶν, ταῖς πρεσβείαις τῆς παναχράντου αὐτοῦ μητρὸς, τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου. εἰ δὲ τελεῖται ἡ λειτουργία τοῦ μεγάλου Βασιλείου Καισαρείας Καππαδοκίας, τοῦ μεγάλου Βασιλείου, καὶ τῆς ἑξῆς. καὶ πάντων τῶν ἁγίων, ἐλεήσαι ἡμᾶς ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος. ὁ χορὸς ἀμήν. Μετὰ δὲ τὴν ἀπόλυσιν θυμιᾷ ὁ διάκονος τὴν ἁγίαν πρόθεσιν. εἶτα ἀπέρχεται καὶ θυμιᾷ τὴν ἁγίαν τράπεζαν κύκλῳ σταυροειδῶς λέγων καθ' ἑαυτόν. Εν τάφῳ σωματικῶς. καὶ τὸν ν΄ ψαλμόν.

κ Κύριε τὰ χείλη μου.] Ante orationem hanc, tam Morelliana quam edita plura Veneta præscribunt dicendum τὸ, Δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. δίς. bis, *Gloria in excelsis Deo: & in terra*, &c.

λ Εὖξαι ὑπὲρ ἐμοῦ δέσποτα.] Morelliana rursus, & edita Veneta addunt, ὁ δὲ ἱερεὺς· κατευθύναι κύριος τὰ διαβήματά σου καὶ πάλιν ὁ διάκονος. Μνήσθητί μου δέσποτα. ὁ δὲ ἱερεύς. Μνησθείη σου κύριος, &c.

μ Καὶ προσκυνήσαντες τρὶς.) Desunt hæc in recentioribus Venetis: vbi & semel tantum τὸ, ἀμήν responderi legitur.

ν Ο χορὸς, ἀμήν.) His addunt Veneta vetusta. ἰστέον ὅτι εἰ ὦσι πλεῖστοι οἱ λειτουργοῦντες ἱερεῖς· ὁ ποιήσας ἱερεὺς τὴν προσκομιδὴν αὐτὸς ποιεῖ, καὶ τὴν ἔναρξιν τῆς λειτουργίας· αὐτὸς λέγει καὶ τὰς ἐκφωνήσεις. *Sciendum quod si sint plurimi Sacerdotes, qui sacrum ministerium simul obeunt; Sacerdos qui fecit oblationem, ipse etiam missæ dat principium; ipse etiam exclamationes recitat.*

ξ Ο διάκονος [εὐφώνως.) Deest ἐκφώνως in recentioribus Venetis. Hic vero primum in iisdem titulus missæ Chrysostomianæ, quasi hinc solum incipiat, præpositus est. ἡ θεία λειτουργία τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου. *Diuina missa sancti patris nostri Ioannis Chrysostomi.*

ο Ο χορός. Κύριε ἐλέησον.] Quod semel annotasse sufficiet: sciendum, cunctas fere responsiones faciendas à populo vel in orationum, vel in Collectarum fine, in Venetis recentioribus, & quibusdam antiquis, nullatenus legi

π Υπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων.) Memores suæ captiuitatis moderni Græci orationes publicas pro Regibus faciendas, a suis Euchologiis vltimo editis expunxerunt.

ρ Τοῦ ἱερέως λέγοντος.) Horum vice recentiora Veneta legunt. μετὰ δὲ τὴν συμπλήρωσιν τοῦ ἀντιφώνου, ἐλθὼν ὁ διάκονος, καὶ στὰς ἐν τῷ συνήθει τόπῳ, καὶ προσκυνήσας λέγει· ἔτι καὶ ἔτι ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. ἀντιλαβοῦ, &c. *Post Antiphoni finem, veniens Diaconus, & loco solito stans, & adorans, dicit.* Adhuc iterum in pace Dominum precemur. Suscipe, &c.

ς Μετὰ τὰ εἰρηνικά.) Horum vice pariter legunt. καὶ ψάλλεται ὁμοίως παρὰ τῶν ψαλτῶν τὸ δεύτερον ἀντίφωνον. ὁ δὲ διάκονος ὁμοίως ποιεῖ, ὡς καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ εὐχῇ.

τ Συμψάλλουσι, &c.) Deest hæc rubrica in recentioribus Venetis.

υ Μετὰ τὰ εἰρηνικὰ τὰ δεύτερα.) Deest.

φ Ενταῦθα ὁ χορός.) Horum vice recentiora Veneta legunt. ψαλλομένου δὲ τοῦ τρίτου ἀντιφώνου, παρὰ τῶν ψαλτῶν, ἢ τῶν μακαρισμῶν, ἐὰν ᾖ κυριακή. *Decantato à Cantoribus tertio Antiphono, vel Beatitudinibus (Euangelicis) si dominica fuerit.*

χ Ο ἱερεὺς καὶ ὁ διάκονος.) Veneta addunt, στάντες.

ψ Τῆς θύρας.) Deest in Venetis.

ω Τοῦ βορείου μέρους.) Addunt. προπορευομένων αὐτῶν λαμπάδων *cereis eos præcedentibus.*

A Τοῦ διακόνου εἰπόντος.) Subdunt Veneta, ἠρέμα. quod deest in Morellianis.

B Αμὰ καὶ τὸ ὠράριον.) Desunt hæc in Venetis,

C Ποιῶν σταυρῶν.] Veneta, εὐλογῶν.

D Πρὸς τὸν ἐπίσκοπον.) Veneta, πρὸς τὸν ἡγούμενον. *Versus superiorem.* Exemplaria quippe ista ad Monachorum vsum excusa sunt.

E Καὶ δεικνύει τὸ ὠράριον.) Veneta legunt. καὶ δεικνύει τὸ ὠράριον, πρῶτον μὲν πρὸς τὴν εἰκόνα τοῦ Χριστοῦ, λέγει. Κύριε, σῶσον τοὺς εὐσεβεῖς, καὶ ἐπάκουσον ἡμῶν. εἶτα ἐπάγει λέγων πρὸς τοὺς ἐκτὸς μεγαλοφώνως. Καὶ εἰς, &c. *Demonstrans stolâ primo quidem versus Christi imaginem, dicit. Domine pios salua, & exaudi nos. Deinde subdit, dicens elata voce iis qui foris sunt*, &c.

F Τοῦ δὲ χοροῦ.) Veneta. ψαλλομένου δὲ τοῦ τρισαγίου λέγει ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχὴν ταύτην. *Dum ter sanctus cantatur, Sacerdos hanc Orationem profert.*

G Εὐχὴ τοῦ γ΄ ἁγίου μυστικῶς.) Veneta. εὐχὴ τοῦ γ΄ ἁγίου ὕμνου. *Oratio hymni ter sancti.*

H Καὶ τοῦ χοροῦ ψάλλοντες τὸ Δόξα.] Desunt hæc in Venetis.

I Κέλευσον δέσποτα.] Morelliana. εὐλόγησον δέσποτα.

K Εμπροσθεν τῆς θύρας.) Clarius Veneta. τῶν ἁγίων θυρῶν.

L Καὶ ὁ χορὸς τὸ Αλληλούϊα.) Veneta. καὶ ὁ ἀναγνώστης Αλληλούϊα.

M Εὐλόγησον δέσποτα.] Breuius Veneta. καὶ λαβὼν εὐλογίαν παρ' αὐτοῦ θυμιᾷ τὴν ἁγίαν τράπεζαν, καὶ τὸ ἱερατεῖον ὅλον, καὶ τὸν ἀέρα. *Accepta ab ipso benedictione, sanctam mensam suffumigat, & templum totum & maius velum, Aerem vocatum.* Mox quod in aliis editis non reperitur subdunt.

Et Sacerdos dicit hanc Orationem.

EMitte in corda nostra, hominum amator Domine, purum diuinæ tuæ cognitionis lumen, & mentis nostræ oculos in Euangelici tui præconii agnitionem illustra: insere etiam nobis beatorum tuorum mandatorum timorem: vt omnibus carnis

Καὶ ὁ ἱερεὺς λέγει τὴν εὐχὴν ταύτην.

Ελλαμψον ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, φιλάνθρωπε δέσποτα, τὸ τῆς σῆς θεογνωσίας ἀκήρατον φῶς, καὶ τοὺς τῆς διανοίας ἡμῶν διάνοιξον ὀφθαλμοὺς εἰς τὴν τῶν εὐαγγελικῶν σου κηρυγμάτων κατανόησιν, ἔνθες ἡμῖν καὶ τὸν τῶν μακαρίων σου ἐντολῶν φόβον· ἵνα τὰς σαρκικὰς

ἐπιθυμίας πάσας καταπατήσαντες, πνευματικὴν πολιτείαν μετέλθωμεν· πάντα τὰ πρὸς τὴν εὐαρέστησιν τὴν σὴν καὶ φρονοῦντες καὶ πράττοντες· Σὺ γὰρ εἶ ὁ φωτισμὸς τῶν ψυχῶν καὶ τῶν σωμάτων ἡμῶν Χριστὲ ὁ Θεὸς, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν· σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

concupiscentiis conculcatis, spiritualem vitam, cuncta iuxta beneplacitum tuum, cogitantes & agentes, aggrediamur. Tu enim es animarum & corporum nostrorum illuminatio, Christe Deus noster, & tibi gloriam rependimus cum principii experte tuo patre: & cum sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

N Δυνάμει πολλῇ.] Addunt Veneta. εἰς ἐκπλήρωσιν τοῦ εὐαγγελίου τοῦ ἀγαπητοῦ υἱοῦ αὐτοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

O Δόξα σοι κύριε] Addunt Morelliana rursus, δόξα σοι

P Πρόσχωμεν.] Vetusta Veneta hic scribunt, εἰ δὲ συλλειτουργεῖ καὶ ἕτερος διάκονος ἐκφωνεῖ ἐκεῖνος ἀντὶ τοῦ ἱερέως τὸ, πρόσχωμεν, ἀλλὰ δὴ καὶ πρότερον τὸ, Σοφία ὀρθοί. *Si comministrat & alius Diaconus exclamat ille loco Sacerdotis*, Attendamus. *Sed & quod præcessit*, Sapientia. Recti.

Q Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων.] Deest in recentioribus Venetis.

R Ὁ δὲ ἱερεὺς λέγει τὴν εὐχήν.] Eadem Veneta legunt, εὐχὴ τῆς ἐκτενοῦς ἱκεσίας. *Oratio protensa supplicationis.*

S Ἐκφώνως.] Ante hanc ἐκφώνησιν habent eadem Veneta recentiora preces alias videlicet, ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τοῦ ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν τοῦ δεῖνος. ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν· ἱερομονάχων, καὶ πάσης τῆς ἐν Χριστῷ ἡμῶν ἀδελφότητος. ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τῶν μακαρίων καὶ ἀοιδίμων κτιτόρων τῆς ἁγίας μονῆς ταύτης, καὶ ὑπὲρ πάντων προαναπαυσαμένων πατέρων, καὶ ἀδελφῶν τῶν ἐνθάδε κειμένων, καὶ ἁπανταχοῦ ὀρθοδόξων. ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τῶν καρποφορούντων καὶ καλλιεργούντων ἐν τῷ ἁγίῳ καὶ πανσέπτῳ ναῷ τούτῳ, κοπιώντων, ψαλλόντων, καὶ ὑπὲρ τοῦ περιεστῶτος λαοῦ, καὶ ἀπεκδεχομένου τὸ παρά σου μέγα καὶ πλούσιον ἔλεος. Adhuc rogamus pro Archiepiscopo nostro N. Adhuc rogamus pro fratribus nostris Sacerdotibus, Monachis quoque Sacerdotibus, & omni in Christo fraternitate. Adhuc rogamus pro beandis & celebribus fundatoribus sanctæ huius mansionis, & pro omnibus iam defunctis patribus & fratribus nostris iacentibus hic, & quibuscumque locis orthodoxis. Adhuc rogamus pro fructum offerentibus, benefacientibus in hoc sancto & venerando templo, laborantibus, cantoribus, & pro residuo populo, à te magnam & abundantem misericordiam expectante.

T Μετὰ τὴν ἐκφώνησιν.] Veneta recentiora legunt solummodo: καὶ ἐξαπλοῖ τὸ εἰλητὸν ὁ ἱερεύς. *& Sacerdos corporale explicat.*

V Εὐχομένου τοῦ ἱερέως.] Desunt hæc, & sequentia εἰρηνικὰ in Venetis recentioribus, in quibus solum indicatur debere dici, vocibus. ἔτι καὶ ἔτι ἐν εἰρήνῃ.

X Σοφία.) Confestim post verba hæc, subdunt Veneta vetustiora. ταῦτα λέγων ὁ διάκονος βλέπει πρὸς τὸν ἱερέα, καὶ ἡνίκα καταλάβῃ ὅτι ἐπλήρωσε τὴν εὐχὴν, εὐθὺς λέγει. *Hæc dicens* (nimirum superiora εἰρηνικὰ) *respicit ad Sacerdotem Diaconus, & quando comprehenderit, quod compleuerit Orationem, statim dicit*

Y Εὐχομένου τοῦ ἱερέως.] Desunt hæc in Venetis recentioribus quorum loco ponitur εἰρηνικῶν sola prima vox: Ἀντιλαβοῦ, σῶσον.

Z Μετὰ τὴν ἐκφώνησιν.] Desunt ibidem sequentia, vsque ad εὐχὴν ἣν ποιεῖ ὁ ἱερεὺς καθ' ἑαυτὸν τοῦ Χερουβικοῦ ᾀδομένου.

A Εὐλαβῶς.) Addunt Morelliana, προσμένων τὴν συμπλήρωσιν τῆς εὐχῆς, *expectans donec finiatur Oratio.*

B Εὔχονται ὁμοῦ.] Recentiora Veneta legunt hic. λέγουσι καὶ αὐτοὶ τὸν Χερουβικὸν ὕμνον. εἶτα λαβὼν ὁ διάκονος τὸ θυμιατὸν, καὶ θυμίαμα βαλὼν προσέρχεται τῷ ἱερεῖ, καὶ λαβὼν εὐλογίαν παρ' αὐτοῦ, θυμιᾷ τὴν ἁγίαν τράπεζαν κύκλωθεν, καὶ τὸ ἱερατεῖον ὅλον, καὶ τὸν ἱερέα. λέγει δὲ καὶ τὸν πεντηκοστὸν, καὶ τροπάρια κατανυκτικὰ ὅσα καὶ βούλεται ὁμοῦ μετὰ τοῦ ἱερέως. *Recitant & ipsi Cherubicum Hymnum. Diaconus deinde accepto thuribulo, thus in illud immittens, accedit ad Sacerdotem: & accepta ab eo benedictione, sanctam mensam in circuitu & sacrarium totum suffumigat, sicut & Sacerdotem: Psalmum verò quinquagesimum recitat, & modulos compunctionem excitantes quotquot in animo habet, simul cum Sacerdote.*

Γ Εἶτα τὸν ἅγιον δίσκον.] Ordine ab hoc fere diuerso, peragendum hunc Ingressum recentiora Veneta præscribunt.

Εἶτα τὸν ἅγιον δίσκον λαβὼν, ἐπιβάλλει τῇ τοῦ διακόνου κεφαλῇ μετὰ πάσης προσοχῆς, καὶ εὐλαβείας, ἔχων ἅμα ὁ διάκονος καὶ τὸ θυμιατὸν, ἑνὶ τῶν δακτύλων. αὐτὸς δὲ τὸ ἅγιον ποτήριον ἀνὰ χεῖρας λαβὼν ἐξέρχεται διὰ τοῦ βορείου μέρους προπορευομένων αὐτῷ λαμπάδων· καὶ περιέρχονται τὸν ναὸν εὐχόμενοι καθ' ἑαυτοὺς, καὶ λέγοντες. Πάντων ἡμῶν μνησθείη κύριος ὁ Θεὸς ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ· πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. εἰσελθὼν δὲ ὁ διάκονος ἔνδον τῶν ἁγίων θυρῶν, ἵσταται ἐν τοῖς δεξιοῖς· καὶ μέλλοντος τοῦ ἱερέως εἰσελθεῖν, λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ διάκονος. Μνησθείη κύριος ὁ Θεὸς τῆς ἱερωσύνης σου, ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ. καὶ ὁ ἱερεὺς πρὸς αὐτόν· Μνησθείη κύριος ὁ Θεὸς τῆς ἱεροδιακονίας σου ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ· πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· καὶ ὁ μὲν ἱερεὺς ἀποτίθησι τὸ ἅγιον ποτήριον ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ· τὸν δὲ ἅγιον δίσκον λαβὼν, ἀπὸ τῆς τοῦ διακόνου κεφαλῆς ἀποτίθησι καὶ αὐτὸν ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ λέγων. Ὁ εὐσχήμων Ἰωσὴφ ἀπὸ τοῦ ξύλου καθελὼν. ἕως τέλους. Ἐν τάφῳ σωματικῶς. Ὡς ζωηφόρος, ὡς παραδείσου ὡραιότερος. Εἶτα τὰ μὲν

Deinde sacrum Discum acceptum cum omni aduertentia & deuotione capiti Diaconi imponit: tenet autem Diaconus vno digitorum thuribulum. Sacerdos autem sacrum calicem manibus ferens, Boreali parte egreditur, præcedentibus cereis. Et templū circumeunt, intra se ipsos orantes, & dicentes. Memor sit Dominus omnium in regno suo: perpetuò, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. *Progressus vero Diaconus intrà sacras fores, stat à dextris, & Sacerdoti iam ingressuro, dicit.* Memor sit Dominus Deus Sacerdotii tui in regno suo: *Et Sacerdos ad eum.* Memor sit Dominus Deus sacri tui ministerii in regno suo: perpetuo, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, *Et Sacerdos quidem in sanctâ mensâ sanctum calicem deponit: acceptum vero sanctum Discum è Diaconi capite deponit illum in sancta mensa, dicens.* Decorus Ioseph è ligno demittens, *ad finem vsque.* In sepulchro corporaliter. vt vitæ author, vt paradiso pulchrior. *Vela deinde*

auferens à sacro Disco, & à sacro calice, in vna parte sancta mensa deponit. Velum autem Aerem dictum è Diaconi humeris eripiens & suffumigans, illo sancta cooperit; dicens. Decorus Ioseph. *Vsque ad* eius corpus curatum deposuit. *Et thuribulo è Diaconi manibus accepto, sancta ter suffumigat, dicens.* Tunc imponent super altare tuum vitulos. *Et reddito thuribulo, & casula demissa, capite inclinato, dicit Diacono.* Memento mei frater, & comminister. *Diaconus autem ad illum.* Memor sit Dominus Deus Sacerdotii tui in regno suo. *Deinde Diaconus mutuo caput inclinans, tenensque simul stolam tribus dextera digitis, dicit ad Sacerdotem.* Ora pro me, domine sancte. *Et Sacerdos.* Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. *Et Diaconus.* Ipse Spiritus comministrabit nobis omnibus diebus vitæ nostræ. *Idemque rursus.* Memor esto mei domine sancte. *Et sacerdos.* Memor tui sit Dominus Deus in regno suo: perpetuo. *Et subiungens Diaconus,* amen, *discedit, & dextram Sacerdotis osculatus, stat in consueto loco, dicens.* Perficiamus orationem nostram, &c.

καλύμματα ἄρας ἀπό τε τοῦ ἁγίου δίσκου καὶ τοῦ ἁγίου ποτηρίου, τίθησιν ἐν ἑνὶ μέρει τῆς ἁγίας τραπέζης· τὸν δὲ ἀέρα ἀπὸ τοῦ τοῦ διακόνου ὤμου λαβὼν καὶ θυμιάσας, σκεπάζει δι' αὐτοῦ τὰ ἅγια, λέγων. Ὁ εὐσχήμων Ἰωσήφ. ἕως τοῦ κηδεύσας ἀπέθετο. Vide supra fol. καὶ λαβὼν τὸ θυμιατὸν ἐκ τῶν τοῦ διακόνου χειρῶν, θυμιᾷ τὰ ἅγια τρεῖς, λέγων. Τότε ἀνοίσουσιν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριόν σου μόσχους. καὶ ἀποδοὺς τὸ θυμιατὸν, καὶ χαλάσας τὸ φελώνιον, κλίνας τε τὴν κεφαλὴν, λέγει πρὸς τὸν διάκονον. Μνήσθητί μου ἀδελφὲ καὶ συλλειτουργέ. καὶ ὁ διάκονος πρὸς αὐτόν· Μνησθείη κύριος ὁ θεὸς τῆς ἱερωσύνης σου ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ. Εἶτα καὶ ὁ διάκονος ὑποκλίνας, καὶ αὐτὸς τὴν κεφαλὴν κρατῶν ἅμα καὶ τὸ ὠράριον τοῖς τρισὶ δακτύλοις τῆς δεξιᾶς, λέγει πρὸς τὸν ἱερέα. Εὖξαι ὑπὲρ ἐμοῦ δέσποτα ἅγιε· καὶ ὁ ἱερεύς. Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σε· καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. καὶ ὁ διάκονος. Αὐτὸ τὸ πνεῦμα συλλειτουργήσει ἡμῖν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ἡμῶν. καὶ αὖθις ὁ αὐτός. Μνήσθητί μου δέσποτα ἅγιε. καὶ ὁ ἱερεύς. Μνησθείη σου κύριος ὁ θεὸς ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ· πάντοτε. καὶ ἐπειπὼν τὸ, ἀμὴν, καὶ ἀσπασάμενος τὴν τοῦ ἱερέως δεξιὰν, ἐξέρχεται; καὶ στὰς ἐν τῷ συνήθει τόπῳ, λέγει. Πληρώσωμεν τὴν δέησιν.

Δ Ἕως ἂν πληρωθῇ ἡ μεγάλη εἴσοδος.] Post verba hæc subiungunt vetusta Veneta.

Scire vero necesse est, quod infirmos, de more in medio tēpli iacentes non debet sacris introductis pede tangere Sacerdos: prout quidam solent: (Valde namque hoc lubricum est) sed solum pro ipsis orat. Et cum venerint ad sacras fores, Sacerdos quidem tardius ingreditur, Diaconus autem præcedens, sacrum Discum in sanctâ mensa deponit: conuersusque Sacerdotem suffumigat, & Sacerdos dum ingreditur, ait. Tollite portas principes vestras. *Et sancta primus Sacerdos suscipit. Diaconus autem dicit.* Benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dominus & illuxit nobis. *Sciendum tamen quod in magna Ecclesia non dicunt.* Tollite portas. *Sed ingressus Sacerdos, & alii Sacerdotes dicunt intra seipsos.* Benedictus qui venit, &c.

Χρὴ δὲ γινώσκειν ὅταν τοῖς ἀσθενέσιν, ὡς ἔθος κειμένοις ἐν μέσῳ τοῦ ναοῦ, καὶ εἰσοδευομένων τῶν ἁγίων, οὐ ψαύει πάντων ὁ ἱερεὺς τῷ ποδὶ, ὡς εἰώθασί τινες· λίαν γάρ ἐστιν ἐπισφαλὲς, ἀλλὰ μόνον εὔχεται ὑπὲρ αὐτῶν. καὶ ὅταν ἔλθωσιν εἰς τὰ ἅγια θυρία, ὁ μὲν ἱερεὺς εἰσέρχεται σχολαιότερον· ὁ δὲ διάκονος προελθὼν, τὸν μὲν ἅγιον δίσκον ἀποτίθησιν ἐπὶ τῆς ἁγίας τραπέζης. αὐτὸς δὲ στραφεὶς θυμιᾷ τὸν ἱερέα· καὶ ὁ μὲν ἱερεὺς εἰσερχόμενος λέγει· Ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν. καὶ δέχεται τὰ ἅγια ὁ πρῶτος ἱερεύς· ὁ δὲ διάκονος λέγει· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι τοῦ κυρίου, ὁ θεὸς κύριος καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν. ἰστέον ὅτι ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ οὐ λέγουσι τὸ, Ἄρατε πύλας, ἀλλ' εἰσερχόμενος ὁ ἱερεὺς, καὶ οἱ ἱερεῖς εἰς τὸ ἅγιον βῆμα λέγουσι καθ' ἑαυτούς. Εὐλογημένος, &c.

Ε Ἀγάθυνον κύριε, &c.) Subdunt eadem vetusta Veneta.

Illudque dicit vsque ad Psalmi finem. Deinde thuribulo deposito consistunt simul ante sanctam mensam orantes intra se ipsos, & dicentes. Deus propitius esto mihi peccatori. *Faciuntque reuerentias magnas tres. Et Sacerdos quidem demissa casula, & iunctis ad inuicem manibus caput coram sancta mensa inclinat. Et Diaconus ceruicem inflectens, &c.*

Καὶ λέγει τοῦτο ἕως τέλους τοῦ ψαλμοῦ. ἔπειτα τὸ θυμιατὸν ἀποθέμενοι συνίστανται ἅμα ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας τραπέζης εὐχόμενοι καθ' ἑαυτοὺς, λέγοντες τὸ, Ὁ θεὸς ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ· ποιοῦντες καὶ προσκυνήματα μεγάλα τρία. καὶ ὁ μὲν ἱερεὺς χαλάσας τὸ φελώνιον, καὶ τὰς χεῖρας αὐτοῦ δεσμεύσας ἀλλήλαις τὴν κεφαλὴν ὑποκλίνει ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας τραπέζης: καὶ ὁ μὲν διάκονος τὸν αὐχένα κλίνας, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ζ Ὁ ἱερεὺς προσκυνεῖ.) Hæc & sequentia, vsque ad τὰς θύρας, aliter legunt recentia Veneta. Καὶ ὁ μὲν ἱερεὺς προσκυνήσας τρεῖς, ἀσπάζεται τὰ ἅγια ὡς εἰσὶ κεκαλυμμένα, ὁμοίως δὲ καὶ ὁ διάκονος συμπροσκυνεῖ, ἐν ᾧ ἵσταται τόπῳ, καὶ ἀσπάζεται τὸ ὠράριον αὐτοῦ ἔνθα ἐστὶ σταυροῦ τύπος, καὶ ἐκφωνεῖ τὰς θύρας, *Et Sacerdos quidem ter inclinatus, Sancta adhuc operta deosculatur, & Diaconus pariter simul adorat, ex eo quo stat loco, & stolam deosculatur, vbi crucis signum est effictum, & ait.* Portas.

Η Ὁ χορὸς τὸ Πιστεύω.) Veneta. ὁ λαός. Πιστεύω.

Θ Ἐν εἰρήνῃ προσφέρειν.) Continuo post verba hæc Veneta eadem subiungunt. καὶ ὁ μὲν ἱερεὺς ἐπάρας τὸν ἀέρα ἀπὸ τῶν ἁγίων, ἀποτίθησιν ἐν ἑνὶ τόπῳ λέγων. ἡ χάρις τοῦ κυρίου. ὁ δὲ διάκονος προσκυνήσας, εἰσέρχεται ἐν τῷ ἁγίῳ βήματι, καὶ λαβὼν τὸ ῥιπίδιον, ῥιπίζει τὰ ἅγια εὐλαβῶς. *Et Sacerdos quidem tollit velum, Aerem dictam, & in vno loco deponit dicens.* Gratia Domini. *Diaconus autem, cum adorauerit, in sanctum Tribunal ingreditur, & deuote flabello sancta ventilat.*

Ι Ὁ διάκονος δὲ λαμβάνει.] Eadem Veneta legunt. Ἐνταῦθα πάλιν λαβὼν ὁ διάκονος τὸν ἀστερίσκον ἐκ τοῦ ἁγίου δίσκου, ποιεῖ σταυροῦ τύπον ἐπάνω αὐτοῦ, καὶ ἀσπασάμενος αὐτὸν ἀποτίθησιν. *Auferens deinde Diaconus stellam à sancto Disco, crucis signum super eo format, & cum stellam osculatus fuerit deponit.*

Κ Ὁ ἱερεὺς κλίνει.) Desunt hæc in Venetis, solumque habent ἐκφώνησις.

Λ Ὁ δὲ διάκονος.) Veneta legunt. τούτου δὲ λεγομένου δεικνύει τῷ ἱερεῖ ὁ διάκονος τὸν ἅγιον δίσκον, κρατῶν καὶ τὸ ὠράριον τοῖς τρισὶ δακτύλοις τῆς δεξιᾶς. *Dum hoc dicitur, Diaconus ostendit Sacerdoti calicem sanctum, tenetque tribus dextra digitis Stolam.* Subditur, ὁμοίως καὶ ὅταν λέγει. ὁ ἱερεὺς τὸ, πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες συνδεικνύει καὶ αὐτὸς τὸ ἅγιον ποτήριον. *Similiter cum dicit Sacerdos.* Bibite ex eo omnes: *Monstrat cum eo & ipse sanctum calicem.*

Μ Ὁ ἱερεὺς πάλιν, &c.) Veneta solummodo habent ὁ ἱερεὺς ἐπεύχεται.

Ν Ὁ θεὸς ἱλάσθητί μοι τῷ.) Veneta legunt· λέγοντες τὸ, Κύριε τὸ παναγιόν σου πνεῦμα. στίχ. Καρδίαν καθαράν. πάλιν τὸ

αὐτό. στίχ. Μὴ ἀπορρίψῃς με ἀπὸ τοῦ προσώπου σου. καὶ αὖθις τὸ αὐτό. εἶτα τὴν κεφαλὴν ἐπικλίνας ὁ διάκονος, καὶ δεικνύων σὺν τῷ ὠραρίῳ, καὶ τὰ. *Dicentes.* Domine qui sanctissimum Spiritum, &c. *Versus.* Cor mundum. *Rursus idem Versus.* Ne proiicias me à facie tua. *Et rursus idem. Deinde caput inclinans Diaconus, & Stolâ monstrans*, &c.

Ο Ἐξαιρέτως.) Leguntante verba hæc, eadem Veneta. ὁ δὲ διάκονος θυμιᾷ τὴν ἁγίαν τράπεζαν κύκλῳ, καὶ μνημονεύει ὧν βούλεται ζώντων καὶ τεθνεώτων. *Diaconus vero suffumigat sanctam mensam in circuitu, & quorum vult, viuorum & mortuorum memoriam agit.*

Π Ἀξιόν ἐστι.) Desunt hæc in Venetis recentibus.

Ρ Ὁ διάκονος θυμιᾷ.) Hæc iam paulo supra posuerunt Veneta: eorumque vice hic legunt. Ὁ διάκονος μνημονεύει τὰ δίπτυχα τῶν κεκοιμημένων. *Diaconus memoria vel oculis percurrit defunctorum tabulas.*

Σ Ἐνταῦθα ὁ ἱερεύς.) Hæc & quæ sequuntur vsque ad verba καὶ ἀνάπαυσον αὐτούς, desunt in recentioribus Venetis.

Τ Ὁ μὲν διάκονος ἐπιστρέφει.) Desunt pariter hæc vsque ad verba. ἐν προθέσει.

Υ Καὶ ὑπὲρ τοῦ προσκομίζοντος.) Desunt & hæc vsque ad verba μνήσθητι κύριε τῆς πόλεως. eorumque loco legitur. Ὁ διάκονος μνημονεύει τὰ δίπτυχα τῶν ζώντων. *Diaconus è tabulis memoriam viuorum agit.*

Φ Ὁ ἱερεὺς ἐπιστρέφει, &c.) Desunt hæc in Venetis in quibus solum habetur ἐκφώνως.

Χ Ὁ διάκονος λαβὼν καιρόν.) Morelliana legunt. καὶ ὁ διάκονος ἐξέρχεται, εἰ ἔστιν. εἰ δ' οὖν ὁ ἱερεὺς καὶ ἐν τῷ συνήθει τόπῳ λέγει. *Diaconus foras egreditur, si adest: sin vero Sacerdos; & in loco consueto stans ait.*

Ψ Κλίνας μου ὁ διάκονος.) Desunt & hæc, cum iis quæ, vt diximus sæpius, populus respondere legitur.

Ω Καὶ ὁ λαὸς ὁμοίως.) Desunt & hæc, vsque ad verba. Ὅταν δὲ ἴδῃ.

aa Καὶ ὁ ἱερεύς. Τὰ ἅγια.] Veneta eadem recentiora legunt. Καὶ ὁ ἱερεὺς ὑψῶν τὸν ἄρτον ἐκφωνεῖ. τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις. *Et Sacerdos panem eleuans exclamat.* Sancta sanctis.

bb Εἶτα ψάλλει.) Desunt hæc vsque ad verba καὶ ὁ διάκονος ζωννύται.

cc Τότε λαμβάνει.] Desunt & hæc vsque ad verba. τότε λαμβάνει.

dd Ὁ δὲ ἱερεὺς λέγει.) Prædicta Veneta legunt. ὁ δὲ ἱερεὺς λαβὼν τὴν ἄνω κειμένην μερίδα ποιεῖ σὺν αὐτῇ σταυρὸν ἐπάνω τοῦ ἁγίου ποτηρίου λέγων. *Sacerdos autem accepta superius posita (Sancti panis) particula, crucem illa efformat supra sanctum calicem, dicens.*

ee Πλήρωμα τῆς πίστεως,) Deest ibidem τό, τῆς πίστεως.

ff Τὴν ἁγίαν ζέσιν.) Eadem. τὸ ζέον.

gg Ὁ διάκονος ἐγχέει.) Addunt Veneta, τὸ ἀρκοῦν *quantum sufficit.*

hh Καὶ τοῦτο ποιεῖ ἐκ τρίτου.] Desunt hæc. Et videntur indicare, quod vna vice sufficiat infudisse quod diligenter annotandum est.

ii Πρόσελθε διάκονε.] Veneta recentiora ὁ διάκονος πρόσελθε.

kk Μεταδίδωμί σοι.) Veneta eadem legunt, τῷ δεῖνι ἱεροδιακόνῳ μεταδίδεται. in passio.

ll Ὁμοίως δὲ ὁ ἱερεύς, &c.) Veneta legunt ὁμοίως δὲ ὁ ἱερεὺς λαβὼν μίαν μερίδα τοῦ ἁγίου ἄρτου λέγει, πιστεύω. *Sacerdos pariter vna sancti panis particula accepta, dicit.* Credo. Orationum autem sequentium prima solum verba in dictis editis reperiuntur. Et in eorum fine additur. καὶ τὸ τελευταῖον, τό, μή μοι εἰς κρίμα, ἢ εἰς κατάκριμα γένοιτο ἡ μετάληψις τῶν ἁγίων σου μυστηρίων κύριε, ἀλλ' εἰς ἴασιν ψυχῆς καὶ σώματος. *Vltimo Sacerdos dicit.* Ne in iudicium & condemnationem mihi fiat mysteriorum tuorum participatio, Domine: sed in medelam animæ & corporis.

mm Καὶ οὕτω μεταλαμβάνουσι.) Hæc & sequentia aliter legunt Veneta recentiora.

Καὶ οὕτω μεταλαμβάνουσιν τοῦ ἐν χερσὶ μετὰ φόβου καὶ πάσης ἀσφαλείας. Εἶτα ἀναστὰς λαμβάνει ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις μετὰ καλύμματος τὸ ἅγιον ποτήριον. καὶ μεταλαμβάνει τρίτον ἐξ αὐτοῦ, καὶ οὕτω τὰ τε ἴδια χείλη καὶ τοῦ ἱεροῦ ποτηρίου, τῷ ἐν χερσὶ καλύμματι ἀποσπογγίσας, καλεῖ τὸν διάκονον, λέγων· ὁ διάκονος πρόσελθε. καὶ ὁ διάκονος ἔρχεται καὶ προσκυνεῖ ἅπαξ λέγων. Ἰδοὺ προσέρχομαι τῷ ἀθανάτῳ βασιλεῖ· καὶ τό, Πιστεύω κύριε, καὶ ὁμολογῶ· ὅλον. καὶ λέγει ὁ ἱερεύς. Μεταλαμβάνει ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ, ὁ δεῖνα, διάκονος τὸ τίμιον καὶ ἅγιον αἷμα, καὶ τὰ ἑξῆς.

Et sic communicant ex pane quem præ manibus habent, cum omni timore & aduertentiâ. Exurgens deinde (Sacerdos) manibus ambabus cum velo calicem sanctum apprehendit, & tertio ex eo communicat: atque ita labia sua & calicis, velo quod manibus tenet detergens: Diaconum appellat, dicens. Diacone accede. *Et Diaconus semel adorans accedit, dicens.* Ecce accedo ad immortalem regem. *Et.* Credo Domine & confiteor. *totum. Et Sacerdos ait.* Communicat seruus Dei Diaconus N. pretiosũ & sanctum sanguinem. &c.

nn Ὡς καὶ δι' ἑαυτοῦ εἶπε.] Deest hoc in recentioribus, nec enim de se legitur ibidem Sacerdos hoc protulisse. His vero addunt vetustiora exemplaria.

Ἰστέον ὅτι ὁ πρῶτος τῶν ἱερέων μεταδίδωσι τὸν ἄρτον τοῖς ἱερεῦσι, καὶ τοῖς διακόνοις· ὁ δὲ δεύτερος τὸ ἅγιον αἷμα. καὶ εἰ μὲν ἔστιν ἀρχιερεύς, ἀσπάζονται τούτου τὴν χεῖρα· εἰ δ' οὖν, ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ χεῖρα, καὶ τὸν πρῶτον ἱερέα.

Sciendum quod primus sacerdotũ (Archipresbyter) panẽ distribuit Sacerdotibꝰ & Diaconis: secundus autẽ, sanguinẽ sanctum. Et si quidem est Pontifex, eius dexteram osculantur, sin minus, vnusquisque manum propriam, & primum Sacerdotem.

oo Τὸν ἀστέρα καὶ τὰ καλύμματα.) Post verba hæc immediate, subiungunt Veneta recentiora: εἶτα ἐπιλέγει τὴν τῆς εὐχαριστίας εὐχὴν ὁ ἱερεύς. Εὐχαριστοῦμέν σοι. *Deinde communionis orationem subdit Sacerdos*, infra vero ponitur hæc oratio,

pp. Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος.] His vetustiora Veneta addunt.

Ἰστέον ὅτι εἰ μὲν εἰσί τινες οἱ μεταλαβεῖν βουλόμενοι αἴρει ἀπὸ τῶν τοῦ διακόνου χειρῶν τὸ ἅγιον ποτήριον, καὶ μεταδίδωσιν αὐτοῖς· καὶ οὕτως εὐλογῶν τὸν λαόν, κατέχοντος τοῦ διακόνου τὸ ἅγιον ποτήριον, ἐπιλέγει ἐκφώνως. Σῶσον, καὶ τά.

Sciendum quod si qui communicare volunt, tollit (Sacerdos) à Diaconi manibus calicem sanctum, & distribuit eis: atque ita Diacono tenente calicem sanctum, benedicens populo subiungit. Salua &c.

qq Καὶ ὁρᾷ τὸν λαόν.) His veneta recentiora addunt μυστικῶς. Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν · καὶ ἐκφώνως: πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. καὶ ἐξελθὼν ὁ διάκονος, καὶ στὰς ἐν τῷ συνήθει τόπῳ λέγει. Ὀρθοί· *secreto*, Benedictus Deus noster. *Et elata voce*. Perpetuo, nunc & semper, & in sæcula sæculorum: *Et gressus Diaconus stat in consueto loco, & dicit*. Recti &c.

rr Καὶ εὐθὺς λέγει] Ante verba hæc Morelliana legunt, τὴν εὐχήν. Ψαλλομένου τοῦ. Πληρωθήτω. ἀποκομίζονται ἐν τῇ προθέσει τὰ ἅγια προπορευομένου τοῦ διακόνου· λέγοντος τοῦ ἱερέως τὴν εὐχὴν ταύτην μυστικῶς. *Dum autem canitur*. Impleatur. *Sancta deferunt ad Propositionis mensam, praeunte Diacono, & dicente Sacerdote orationem hanc.*

ſſ Καὶ ὁ μὲν διάκονος ἐν τῷ συνήθει τόπῳ.] Legunt Morelliana. καὶ ὁ μὲν διάκονος θυμιάσας τὰ ἅγια, καὶ τὸ θυμιατὸν ἀποθέμενος, καὶ ἐν τῷ συνήθει τόπῳ στὰς, λέγει. *Et Diaconus quidem cum sancta suffumigauerit, & thuribulum deposuerit stans in loco solito, dicit.*

tt. Ἐκφώνως ὁ ἱερεύς.) Eadem Morelliana legunt. ὁ δὲ ἱερεὺς τούτων λεγομένων διπλώσας τὸ εἰλητὸν ἐκφωνεῖ. Ὅτι. *Sacerdos autem dum hæc dicuntur complicato corporali, altâ voce, ait.* Quia &c.

vv. Καὶ ὁ χορὸς ψάλλει τρίς.] Præmittunt his Morelliana. ταύτης δὲ εὐχῆς λεγομένης ἵσταται ὁ διάκονος ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ κρατῶν τὸ ὠράριον αὐτοῦ, ὡς πολλάκις εἴρηται, τὴν κεφαλὴν κατακλίνει μέχρι συμπληρώσεως τῆς εὐχῆς. καὶ ὁ χορὸς ψάλλει τρίς, &c. *Dum hæc Oratio dicitur, Diaconus stat ante sacras fores, & tenens stolam, vt sæpe dictum est, inclinat caput vsque ad Orationis finem. Et Chorus ter canit.*

xx. Καὶ τὸν ψαλμόν.] Addunt Morelliana. ἢ τοῦ ἁγίου τῆς ἡμέρας. Supple memoriam.

yy. Τὸ πλήρωμα τοῦ νόμου.] Ita reliquuum huius Liturgici Officii terminant Veneta recentiora.

Diaconus vero & ipse Boreali parte ingressus sancta colligit cum timore & congruâ attentione, ne quid ex valde minutis excidat, aut prætereatur: tum manus in loco solito abluit. Sacerdos quoque egressus panē benedictū distribuit populo. Et populus dicit. Gloria. Et nunc. *Sacerdos.* Benedictio Domini super vos. *Et fit perfecta dimissio. Et Tribunal ingressus, Sacerdotalē ornatū exuitur, dicēs.* Nunc dimittis: Ter sanctus. *Et reliqua. Dimissoriū & Breuiculum diei, & Deiparæ modulus.* Domine miserere, *duodecies.* Gloria: Et nunc. Pretiosiorem. *Et facit dimissionem. Et adorans, & gratias agens in omnibus discedit.*

Ὁ δὲ διάκονος εἰσελθὼν καὶ αὐτὸς διὰ τοῦ Βορείου μέρους, συστέλλει τὰ ἅγια μετὰ φόβου καὶ πάσης ἀσφαλείας· ὥστε μηδέν τι τῶν ἁγίων λεπτότατον ἐκπεσεῖν, ἢ καταλειφθῆναι. καὶ ἀπονίπτεται τὰς χεῖρας ἐν τῷ συνήθει τόπῳ. ὁ δὲ ἱερεὺς ἐξελθὼν δίδωσι τῷ λαῷ τὸ ἀντίδωρον. Ὁ λαός, Δόξα. Καὶ νῦν. ὁ ἱερεύς. ἡ εὐλογία τοῦ Θεοῦ ἐφ' ὑμᾶς. καὶ γίνεται τελεία ἀπόλυσις· καὶ εἰσελθὼν ἐν τῷ ἁγίῳ βήματι, ἀπεκδύεται τὴν ἱερατικὴν στολὴν λέγων. Νῦν ἀπολύεις. Τρισάγιον, καὶ τὰ λοιπά. Ἀπολυτίκιον, καὶ κοντάκιον τῆς ἡμέρας, καὶ θεοτόκιον, τὸ κύριε ἐλέησον ιβ'. Δόξα. καὶ νῦν· Τὴν τιμιωτέραν. καὶ ποιεῖ ἀπόλυσιν, καὶ προσκυνήσας, καὶ εὐχαριστήσας ἐπὶ πᾶσιν, ἐξέρχεται.

zz Ἀποπλύνει τὸ ἅγιον ποτήριον τρίς.] Addunt Morelliana, οἴνῳ καὶ ὕδατι.

COmpositis iam inter se, quæ magis consonabant, Chrysostomianæ Liturgiæ exemplaribus editis: vt fidem exoluamus, aliquot, M.SS. à se inuicem absona separatim operæ pretium est è tenebris antiquitatis eruere, vel saltem clarioribus ingeniis illustranda proponere. Primū autem adest ducentorum & amplius annorum è Bibliotheca Christianissimi regis, post diuturnas quibus latuit tenebras, non amplius sperans, sed potius obtinens lucem; imo lucem maximam obscuriori forsan hucusque & ignotiori missæ Chrysostomianæ præstiturum. σκόπει, monet, ἀκριβῶς τὸ προοίμιον. *Pensa diligenter*, ait, *præmium*.

Sacrum peracturus Sacerdos, templum cum Diacono ingreditur: & coram sanctis foribus stantes, secretò hanc orationem recitant.

Domine Deus noster. mitte &c. *Vt supra. Et ter eam dicunt: vnaquáque vice inclinationem vnam facientes. Mox salutatis imaginibus, in medio veniam vterque rursum facit, & versus Choros pariter, & ad sacrum Tribunal contendunt. Tunicis vero in manibus acceptis, stans vterque coram sanctâ mensâ tres inclinationes facit, dicens.* Deus propiti' esto mihi peccatori. *Deinde Diaconus ostensâ tunica cum stola, dicit.* Benedic domine tunicam cum stolâ. *Et benedicens ille, ait.* Benedictus Deus noster: perpetuo. *Dum itaque Sacerdos tunica induitur, ait.* Lætetur anima mea in Domino, *& quæ deinceps. Stolam vero benedicens, osculatur eam, & dicit.* Benedictus Deus qui effundit &c. *Zonam pariter osculatur, dicens.*

Benedictus Deus qui præcingit me virtute &c. *Et supermanicalia benedicens, osculatur, & ait in vno quidem (imponendo.)* Dextera tua Domine glorificata est in virtute. *In alio vero dicit.* Manus tuæ fecerunt. *Casulam deinde benedicens, ait.* Sacerdotes tui Domine. *Et tendunt ambo ad Propositionem, & ter inclinantes dicunt.* Deus propitius esto mihi peccatori. *Deinde imposita super oblata, Lancea: dicit Diaconus.* Benedic domine. *Et ille.* Benedictus Deus. *Et dicit Diaconus.* Dominum precemur: *subiungens &,* Domine miserere.

Μέλλων ὁ ἱερεὺς λειτουργῆσαι, εἴσεισιν ἐν τῷ ναῷ μετὰ τοῦ διακόνου, καὶ στάντες ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν λέγουσι μυστικῶς, τὴν εὐχὴν ταύτην.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐξαπόστειλον. Vt supra. Καὶ λέγουσι ταύτην ἐκ τρίτου. βάλλοντες ἀνὰ μίαν μετάνοιαν. εἶθ' οὕτως ἀσπασάμενοι τὰς εἰκόνας· καὶ πάλιν ποιοῦσι εἰς τὴν μέσην ἀμφότεροι μετάνοιαν, καὶ εἰς τοὺς χορούς, καὶ ἀπέρχονται εἰς τὸ βῆμα. Λαβόντες οὖν ἀμφότεροι τὰ στοιχάρια ἐν ταῖς χερσίν, καὶ στάντες ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας τραπέζης ποιοῦσι μετανοίας τρεῖς, λέγοντες. Ὁ Θεὸς ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ· εἶτα λέγει ὁ διάκονος ἀποδεικνύων στιχάριον σὺν τῷ ὠραρίῳ. Εὐλόγησον δέσποτα τὸ στοιχάριον σὺν τῷ ὠραρίῳ. καὶ εὐλογῶν λέγει. Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν πάντοτε. ἐνδυόμενος οὖν ὁ ἱερεὺς τὸ στοιχάριον λέγει. Ἀγαλλιάσθω ἡ ψυχή μου ἐπὶ τῷ κυρίῳ, καὶ τὰ ἑξῆς. τὸ δὲ ἐπιτραχήλιον εὐλογῶν, ἀσπάζεται αὐτὸ λέγων. Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ ἐκχέων. Vt supra. ὡσαύτως καὶ τὴν ζώνην ἀσπάζεται λέγων.

Quid autem ſanctum pontificem Ioannem χρυσοῦν γλῶτταν ἔχοντα, ore vere aureo, aureaque lingua præditum mouerit, vt poſt alios Liturgicarum precum authores, ipſe quoque Liturgiæ in hunc ordinem redigendæ manum apponeret, docet eius diſcipulus beatus Proclus Cõſtantinopoleos etiã Epiſcopus, breui, & pretioſo opere illo, cui de traditione diuinæ miſſæ titulum dedit: Apoſtolos nempe, fuſiſſime longoque verborum ambitu diuina myſteria celebrare ſolitos; poſteris prolixum orandi modum, & diuturniores in tanto ſacrificio protrahendi preces exemplum reliquiſſe. Qui deinceps fidei firmitatem feruoremque abiicientes, negotiis huiuſce ſæculi, & mundi curis mancipati, prolixitate miſſæ, vt ſuperius dixeram, pertæſi, vix ad audiendam recitationem Dominicorum conueniebant verborum. Quamobrem & D. Baſilius medica quadam ratione vſus breuiorem eam conciſioremque reddidit. μετ' οὐ πολὺ δὲ πάλιν ὁ ἡμέτερος πατὴρ ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς Ἰωάννης τῆς τῶν προβάτων σωτηρίας, οἷα ποιμὴν προθύμως κηδόμενος, εἰς τε τὴν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ῥᾳθυμίαν ἐφορῶν, προῤῥίζον πᾶσαν σατανικὴν προφάσιν ἠβουλήθη ἀποσπάσασθαι. διὸ καὶ τὰ πολλὰ ἐπέτεμε, καὶ συντομώτερον τελεῖσθαι διετάξετο. *Haud vero multo poſt pater ille noſter, aurea præditus lingua Ioannes, de ouium ſalute vt paſtorem decet, ſtrenua cura ſollicitus, naturæ humanæ ſocordiam ignauiamque reſpiciens, fibras omnes ac radices ſatanici prætextus huius prorſus voluit euellere. Et ideo multa præcidit, & conciſiori preſſiorique oratione ſacrum conficiendum ſtatuit.* Sententiam hanc, quia Proclum non legerat, dubius tenet initio Hieremias Patriarcha ſub anno Domini 1576. reſponſi ad cacodoxos Germanos primi cap. 13. velut certior tamen factus addit. ἔστω ἀσφαλῶς ἐπιστάμεθα ὡς ἀνέκαθεν δύο τόμοι παρεδόθησαν, καὶ φαίνονται· οἷς τὴν λειτουργίαν ποιούμεθα, αὐτοῦ τοῦ ἁγίου Βασιλείου, καὶ τοῦ ἁγίου πατρὸς Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, ἑνὸς πνεύματος ἁγίου καὶ ἀμφότεροι ἐκ μιᾶς παραδόσεως. πλὴν ὁ μὲν Βασίλειος πλεονάζει τοῖς ῥήμασι· ὁ δὲ Χρυσόστομος συνεπτυγμένως λαλεῖ. ἐκ τούτων γοῦν τῶν τοιούτων τόμων τῶν ἱερῶν, τὰ συναγὴ τελοῦμεν τῆς μυστικῆς θυσίας. καὶ ἐν μὲν ταῖς κατὰ μεγάλην τεσσαρακοστὴν τῆς ἁγίας κυριωνύμοις ἡμέραις καὶ ποσὶν ἄλλαις, ὁ τοῦ μεγάλου Βασιλείου τόμος ἀναγινώσκεται, καὶ δι' αὐτῆς οἰκονομεῖται τὸ τῆς ἁγίας θυσίας μυστήριον· ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις ἡμέραις, ὁ τοῦ Χρυσοστόμου. *Conſtat ab antiquo, iam duos tomos nobis traditos eſſe, & authenticos agnoſci, ex quibus liturgiam celebramus, tum ipſius magni Baſilii, tum S. Patris Ioannis Chryſoſtomi, ab vno eodemque Spiritu S. & vna traditione profecti ambo, niſi quod verbis Baſilius abundat; & contractius loquitur Chryſoſtomus. Ex his duobus codicibus myſtici Sacrificii ritum obimus: atque dominicis quidem per magnam quadrageſimam, Paſchatis diebus, & nonnullis aliis, magni Baſilii tomus recitatur, ex eiuſque præſcripto ſanctum miſſæ myſterium peragitur: reliquis vero diebus, Chryſoſtomi.*

3\. Ἐξομολογούμενος.) Minime reſpuunt, vt falſo quidam ſuſpicantur, confeſſionem Græci Sacerdotes, quam hic commendatam legunt, & cuius virtutem paræmia ſibi familiari, peccatum eſſe irremiſſum quamdiu manet ἀκανόνιστον, canonum rigori per confeſſionem non ſubiectum, profitentur: rarius tamen huius Sacramenti ab eis frequentata deuotio, infamem eius contemptum, & fere repudiati notam inuſſit. Hinc renouati de illo canones in actis Synodalibus Germani Amathuntos Epiſcopi, de quo in præfatione ad Lectorem, χρὴ μάλιστα τοὺς ἱερεῖς ἐξομολογεῖσθαι συχνοτέρως, ὅτι ἄνθρωποι τρεπτῆς εἰσι φύσεως· δὲ ὅτι μᾶλλον τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ὀφείλουσι τῆς καθαρότητος ἐπιμελεῖσθαι. *Maxime Sacerdotes oportet confiteri frequentius, quia mutabilis naturæ ſunt homines: & quia præ cæteris munditiæ curam debent gerere,* & infra. χρὴ καὶ οἱ πνευματικοὶ ἐξομολογεῖσθαι ἀλλήλοις: *Patres ſpirituales, confeſſores dictos, inuicem confiteri decet.* & iterum, ὅτι καὶ οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ ἡγούμενοι ὀφείλουσιν ἐξομολογεῖσθαι. *Pontifices & Superiores Monaſteriorum confiteri tenentur.*

4\. Τῆς ἱερουργίας.] Miſſæ tria hucuſque nobis occurrerunt nomina: λειτουργία, ἱερουργία, & μυσταγωγία; quæ ſibi ſuccedunt ordine, & paucis ſacræ illius actionis qualitatem, finem, cauſam, effectus, oculis ſubiiciunt. Λειτουργία *miniſterium & obſequium publicum*, eſt hominũ Deum colentium. Ἱερουργία *Sacrificium* eſt, illudque ſanctiſſimum, à Sancto vocato, Dei filio, ad hominum filios ſanctificandos, inſtitutum. Μυσταγωγία, *ad Dei recondita ſecreta percipienda mentem ſubleuat*, actiones paſſioneſque Chriſti ſub cerimoniarum ſimulachris, & Chriſtum ipſum ſub Antitypis panis & vini ſpeciebus velat, & ſimul ad eum *arcano modo agnoſcendum deducit*, nec non inſuper manifeſta cæleſtis cibi ſumptione præſenti, æternæ vitæ percipiendę latens pignus elargitur.

5\. Τοῦ καιροῦ ἐπιστάντος.] Miſſam celebrandi tempus tertiam diei horam obſeruant Græci: eandem & Latini quondam, per paræcias & Monaſteria cuncta, iuxta Teleſphori Papæ edictum, quo cauetur ante tertiæ curſum, cum Chriſtus ad crucem properauit, nullum ad ſacrum faciendum accedere. Aliis quoque rationibus huius inſtituti obſeruantiam commendat Mathæus Blaſtares: ὅτι ἐν τούτῳ τῆς ἡμέρας, ὁ παράκλητος ἐναργῶν τοῖς ἀποστόλοις ἐπιφοιτήσας, καὶ τὸ τριττὸν φῶς ἤδη καὶ τέλειον τελείως τούτοις μυσταγωγήσας, καὶ ἡμᾶς τῇ ἐπωνύμῳ θείας τριάδος ὥρᾳ, τὴν τελείαν καθιεροῦν ἱερουργίαν τῇ τρισυποστάτῳ θεότητι, δι' αὐτῶν σαφῶς ἐδίδαξατο. ***Hoc diei momento Paracletus manifeſto in diſcipulos aduenieus, de triplici perfectoque lumine eos perfecte erudiens: ſimul & nos vniuoca ſanctæ Trinitati hora, triperſonæ Deitati ſacrificium perfectum conſecrare, per iſtiuſmodi liquido edocuit.***

6\. Πρὸς ἀνατολάς.] Ad Orientalem mundi plagam, ad quam ſolam oraturi templa ſua Græci obuertunt,

Sacerdos & Diaconus præ sacris foribus adorant, vbi in tabulâ secunda fol. 11 littera B. expressa cernitur. Quid μετάνοια, quid προσκύνημα, docet ὀνομαστικὸν in vtroque verbo.

7 Τῆς εἰκόνος τοῦ Χριστοῦ,] In templi Ichnographiâ, ad sacrarum valuarum sinistram partem Christi imaginem, ad dextram Deiparæ locari, diximus; vt enim diffuse Baronius edisserit anno 213 numero 6. & an. 325. n 56. ad 60. læua semper in sacris potior est habita, quam propterea in Concilijs Patres reliquis præstantiores occupabant, & in picturis digniores obtinuisse commemorat Sophronius oratione secunda Nicenæ Synodo insertâ: eamque in sculptis imaginibus Apostolorum Petri & Pauli etiamnum hodie diplomata Pontificia commonstrant, Petro vt præcellentiori delatam.

8 Τὸ στιχάριον.] στιχάρια vel στιχάρια, Diaconorum indumenta, cum recta sint & in longum protensa, quasi *vno tractu*. στιχάρια ἀπὸ τοῦ στίχου κ. τ. λ. *versu*, *vel ab ab vno quasi linea ordine*, nuncupata, idcirco promiscue Latinis vocabulis, *Tunicarum* & *Dalmaticarum* interpetor; in sensum quippe eundem coincidunt hæc duo: vbi namque quædam Cypriani acta illum se *Dalmaticâ* exuisse scribunt; alia *Tunicam* à se remouisse dicunt. *Dalmatica* deinde concolor est Græcorum στιχαρίῳ: quam enim Honorius, cæterique rituum Latinorum expositores candidam esse testantur, eandem pariter suo candore Angelicum splendorem (nam albis induti sæpius hominibus visi sunt) referre, è Græcis testantur S. Germanus, & Symeon Thessalonicensis, post Gregorium Nazianzenum in somnio de Anastasiâ canentem

Οἱ δ' ὑπ' [illegible] ἐν ἡμασι παμφανόωσι
Ἔστασαν ἀγγελικῆς εἰκόνες ἀγλαΐης.
Ministri autem in splendidis vestibus.
Adstabant, fulgoris Angelici imagines.

Ideoque Symeon Diaconos ἀγγελικὴν ἔχειν τάξιν, Angelorum ordinem tenere affirmat. Et D. Greg. dum Diaconus adhuc esset, Angelico habitus nitore mores Angelicos professum fuisse commonstrat alter Diaconus, eius vitæ scriptor. In Dalmaticâ Latinâ lineæ coccinæ, & purpurei tramites sunt à summâ vsque ad imam oram, nec non & per vtramque manicam, aiunt Rabanus Maurus, & Honorius Solitarius, sanguinemque Christi pro duobus populis effusum præ se ferunt: hos Germanus vocat *Lora*, (alius laticlauia diceret, & non nisi Episcoporum Tunicis assuuntur) τὰ λωρία τὰ ἐν στιχαρίοις τὰ ἐν τῇ χειρὶ εἰσὶν ἐμφαίνοντα τὸν δεσμὸν τοῦ Χριστοῦ· τὰ λωρία τὰ εἰς τὰ πλάγια, εἰσὶ τὸ αἷμα τὸ ῥεῦσαν ἐκ τῆς πλευρᾶς τοῦ Χριστοῦ ἐν τῷ σταυρῷ. *lora quæ in extremitatibus manicarum sunt, vincula Christi: quæ à latere, eiusdem sanguinem è pectore in cruce fluentem demonstrant.* Porro cum multicolorem Dalmaticam assumant quandoque Diaconi Latini: sic nec candori tam studiose attendunt Græci, quin facile purpuream admittant, ieiunij præsertim tempore, quo vt ait Demetrius Chomatenus. σύνδοις εἰσὶ τὰ πορφυρᾶ τοιαῦτα ἐνδύματα σήμαντρον, *rubra vestimenta sunt illis luctus indicium.*

9 Σὺν τῷ ὠραρίῳ] Ἑκάστῳ ἱερῷ τάγματι ἀπονενέμηται καὶ στολὴ οἰκεία αὐτῷ, καὶ ὑπηρεσία. *Vnicuique sacro ordini & suus habitus, & propria ministeria attribua fuere*, scribit Zonaras in Can. 22. Concilij Laodiceni: subditque. ὠράριον τῶν διακόνων. *Orarium Diaconorum est ornamentum.* Stola nimirum qua decorati ad proprium sibi ministerium procedunt, quamuis passim audiam ab antiquis Latinis, vt in Concilio Bracarensi 1. Can. 1. Sacerdotalem etiam stolam, Orarium vocari. Verum de Orario Græcis vsitato, & Ecclesiæ communi sermone, Diaconis concesso, loquimur. Vox itaque *Orarium* Græcane sit, an Latina, plerisque de eâ dubitantibus, haud est compertum. Qui Latinam eam volunt: primæuâ origine, ab *ore* deducunt, quæ nimirum *fasciam, lineam, siue linteum oblongum ori tergendo accommodum*, significet: & propterea *Oraria* in actis Cypriani legimus eius demortui sanguini excipiendo à fratribus apposita, quæ certè non erant alia quam linteamina. Et secundum Iosephum Vicecomitem à Gauanto citatum, S. Syluester qui iussit Diaconos pallâ linostimâ ad læuam, hoc est ad læuum humerum vti, primus *Orario lineo* & candido, velut ministros sacris fungentes, eos ornasse dicendus est: quamquam certiori iure *Oraria*, Apostolicâ institutione primum fuisse in Ecclesiam inducta, ex actis S. Clementis Metensis apud S. Antoninum part. 1. tit. 6. cap. 26. & ex Bulengero lib. 1. cap. 38. teneat citatus Gauantus. Non ab ore, itaque sed ab *Orando dicendoque*, vocem *Orarium* flectit Concilium Toletanum 4. Can. 40. & propter quod *Orat*, id est, *prædicat* Diaconus, *Orario* nec coloribus picto, nec auro distincto, læuum humerum onustus, vt dextram ministeria liberam seruet, emicat in Ecclesia. Ab *Orando* rursus, id est, *precando*, *Orarium* duxisse originem affirmat Beda cap. de septem ord. *vt benè*, inquit, *Orationibus conueniat Orarium, tanquam conueniens vestimentum officio.* Suam nihilominus hanc vocem esse contendunt Græci, & sensum ei superioribus coincidentem adscribunt. Omisso namque quod illis idem sonat, ac προσώπου ἐκμαγεῖον, *linteum ori tergendo paratum*, præcipuum & singulare ex eo demonstratur à Symeone Thessalonicensi esse Diaconi ornamentum, quod, ὠράριον καλεῖται· διὰ τὸ ὡραΐζειν τὸν διάκονον τῇ χάριτι, καὶ δέξης Θεοῦ τῷ κάλλει τιμᾶσθαι, *Orariũ vocatur, vt quod Diaconum gratiæ venustate ornet, & gloriæ Dei decore illustrem reddat.* Quibus Balsamon addit: ὠράριον φορεῖν μόνων ἐστὶ τῶν διακόνων· οὗτοι γὰρ τοῖς ἱερουργοῖς παρεστῶτες, καὶ ἐπιτηροῦντες τὰς τῶν ἁγίων εὐχῶν τελετὰς, καὶ τὰς τῶν πρεσβυτέρων ἐκφωνήσεις, διδάσιν εἴδησιν διὰ τοῦ ὠραρίου, τοῖς ἐν τῷ ἄμβωνι διακόνοις, τῆς ὀφειλούσης γίνεσθαι ἐκφωνήσεως, ἤγουν τοῦ καιροῦ τῆς ἐκτενοῦς τῶν αἰτήσεων τῶν κατηχουμένων, καὶ τῶν λοιπῶν· καὶ ἐκλήθη ὠράριον, ἐκ τοῦ ὁρῶ, τὸ φυλάσσω καὶ ἐπιτηρῶ. *Orarium gestare ad solos Diaconos spectat: hi enim Sacerdotibus assistentes, & sanctorum orationum mysteria, & Presbyterorum exclamationes obseruantes, eis qui sunt in Ambone Diaconis, per Orarium significant quando debeat fieri pronuntiatio siue exclamatio, hoc est tempus protensæ orationis pro Catechumenis, reliquisque alijs. Et appellatum est* ὠράριον, ἀπὸ τοῦ ὁρῶ, *quod est custodio, obseruo.* Confirmatque Balsamonis coniecturam commodiori origine adscriptâ Arcudius lib. 6. cap. 10. scribens, ὠράριον vocant Græci, ὅτι δείκνυσιν ὁ διάκονος τῇ τοιαύτῃ στολῇ τὰς ὥρας, καὶ τὸ καιρὸν τοῦ ψάλλειν, τοῦ προσεύχεσθαι, τοῦ ἀπάρχεσθαι τῆς λειτουργίας: quod Diaconus acceptâ Stolæ extremitate, tribus digitis, inuitat populum ad orandum, cantores ad psallendum, Pontificem ad incipiendum sacrum; & in summa, ostendit *Horas*, atque indicat tempus, quo aliquid est faciendum. Admonet autem Diaconum ipsum hic ornatus, vt Angelicam velocitatem promptam animi dispositionem inter ministrandum ostentet: testis est Symeonis Thessalonicensi discursus τὸ ὠράριον ὡς πτερὰ ὑπεμφαῖνον τὸ ἄϋλον καὶ νοερὸν τῆς ἀγγελικῆς τάξεως, διὸ καὶ τὰ Χερουβὶμ ἐκμιμούμενος, πτερὰ ἔχειν ὁμοίως τὰς ὤλεις, καὶ αὐτὸς περιστέλλεται ἐν τῷ μέλλειν κοινωνεῖν, τοῦτο περιζωννύμενος. ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ὠραρίῳ τὸ, Ἅγιος, Ἅγιος, Ἅγιος γεγραμμένον ἔχει· ἃ δὴ δηλοῦσι τὴν λειτουργικὴν τῶν ἀγγέλων τάξιν. *Stola Diaconica, quasi alas propter materiæ defæcationem & intellectualem substantiam*

Dalmatica ut fulgorem [illegible] Valef. ad [illegible] p. 25.

Angelici ordinis subindicat. Quare & Cherubim facies suas obuelantia Diaconus imitaturus & ipse cum sacramentum percepturus est, Stolâ ad corpus succingitur. Sed & in eâ ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, *scriptum ostentat, quo ministratorius Angelorum ordo exprimitur.* Conformis Latinorũ sensus legendus apud Isidorum lib. 2. de off. Eccl. & Honorium Solitarium lib. 4. cap. 42. & alios. Quo vero pacto vel liberam vel corpori astrictam gerat Stolam Diaconus, expressæ lineamentis figuræ suo loco manifestabunt.

10. Εὐλόγησον δέσποτα.] Leuiticis Sacerdotibusque vestimentis semel & generatim cultui diuino dicandis benedictiones Euchologium non continet: sua tamen quoties Diaconus induit, Sacerdoti benedicenda offert: propriaque Sacerdos assumpturus, benedictionis expertia nusquam relinquit.

11. Λαβὼν καὶ αὐτὸς τὸ στιχάριον.] Vt Diacono, ita & Sacerdoti tribuit Ecclesia tunicam, sed alio symbolico fine, vt docet Germanus, in Sacerdote etenim τὸ στιχάριον λευκὸν ὂν τῆς θεότητος τὴν ἀγλαΐαν ἐμφαίνει, καὶ τοῦ ἱερέως τὴν λαμπρὰν πολιτείαν: *Tunica candida Deitatis fulgorem manifestat, & Sacerdotis mundam conuersationem*: quibus suffragatur Thessalonicensis, τὸ καθαρὸν καὶ τὸ ἀμόλυντον εἰκονίζει τῆς ἱερατικῆς τάξεως: *purum & incontaminatum Sacerdotalis ordinis refert statum.* In Diacono quid significet, nuperrime visum est.

12. Τὰ ἐπιμανίκια.] ἐπιμάνικα etiam dicuntur quæ Meursius *Supermanicalia*, ego *Brachialia*, vel *Manipulos* interpretor, quæ nimirum brachia à manus carpo ad cubitum ferme tegant, & ornent: & tunicæ manicis superposita, mixto vocabulo ex Græco simul & Latino idiomate, ἐπιμανίκια dicuntur, quorum vsum quædam Ecclesiarum Gallicarum, & Prædicatorum ordo ad testandum antiquitatis cultum nondum abiecit. Soluta illa gerunt Greci & fune serico per illorum oras transuerſim acto, brachiis strictius alligant, vt Christi vincula, ministri tolerantiam, eiusque animum vigilem significent. Primæ significationis assertor est Balsamon respons. 37. ad Marci Monachi interrogata. ἐπιμάνικα τύπος εἰσὶ τῶν χειροπεδῶν τῶν ἑλιχθέντων εἰς τὰς χεῖρας τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ὅτε πρὸς τὸ ἑκούσιον πάθος ἠπείγετο. *Brachialia nota sunt & signa vinculorum manibus Domini & Dei nostri Iesu Christi implicatorum, cum ad passionem voluntariam abduceretur.* Consonat Thessalonicensis, τὰ ἐν χερσὶ δεσμὰ τοῦ σωτῆρος, οἷς δεσμευθεὶς ἠπείγετο πρὸς Πιλάτον, φασί τινες τὰ ἐπιμάνικα ἐκτυποῦν. *Manuum Saluatoris vincula quibus ligatus ad Pilatum ducebatur, aiunt quidam Brachialia figurare.* Hinc victricem sub illis vinculis manum celebrat Sacerdos, in Brachiale dextrum manum immittens. ἡ δεξιά σου κύριε δεδόξασται ἐν ἰσχύϊ· ἡ δεξιά σου χεὶρ κύριε ἔθραυσεν ἐχθρούς, & summam vnâ Dei potentiâ laudibus effert quę mutatis elementis Christi corpus & sanguinem in Sacramento exhibitura est: ita citatus Thessalonicensis, τὸ παντουργὸν εἰκονίζει τοῦ θεοῦ, καὶ τὸ διὰ τῶν ἰδίων χειρῶν τὴν ἱερουργίαν τοῦ σώματος, καὶ αἵματος αὐτουργῆσαι τὸν Ἰησοῦν. *Omnipotentiæ diuinæ imagines sunt Brachialia, & Iesum suis manibus Sacrificium corporis & sanguinis sui per se edidisse testantur.* Vigilē que & sollicitum in officio se fore minister pollicetur, vbi ad eiusdem Symeonis mentem orare dicitur: αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με καὶ ἔπλασάν με συνέτισόν με, καὶ μαθήσομαι τὰς ἐντολάς σου. Verum cum de his Brachialibus sermo fit, miror cur Bulengerus. lib. 1. c. 35. Meursium sequutus solis illa concesserit Episcopis, cum non minus è liturgico hoc ordine, quam consueto vsu, illa sibi Sacerdotes assumant, atque etiam eadem in Venetis recentioribus editis permissa Diaconis legamus. Viderint enim licet in Chronico C P. qua ratione Manuel Imperator οὐ κατεδέξατο προσκυνῆσαι τὸ ἐπιμανίκιον τῆς δεξιᾶς τοῦ χωρεπισκόπου ὑφαντῶς ἐπὶ τὴν κοσμούμενον τὴν εἰκόνα τοῦ Χριστοῦ. *dextrum Brachiale ruralis Episcopi textâ desuper Christi imagine insignitum adorare recusauit*, innitantur quantumuis Thessalonicensi dicentis: ἡ τῶν ἐπιμανίκων καὶ τῶν ἐπιγονατίων ἱερωτάτη ἐνδυμασία μόνοις τοῖς ἀρχιερεῦσι φιλοτιμηθεῖσα ὡς τῆς τύπον ἐπέχουσι τοῦ κυρίου, καὶ θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Brachialium, & superg enualium sacerrimus ornatus solis Pontificibus, imaginem Domini & Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi gestantibus reseruatur.* Sacerdotes tamē fecit Iuris eiusdem consortes φιλοτιμία; vel certe ea sola Pontificibus adiudicanda dicimus Brachialia, quibus appicta vel intexta foret Christi Domini effigies. Episcopi enim populo ex reuerentiâ manus exosculanti, vt & sacrarum imaginum cultum in Oriente valde oppugnatum commendarent, & Christum potius omni honore prosequendum prædicarent, sacram illam imaginem exosculandam obijciebant; eâ ratione qua Episcoporum summus & Christi vicarius, cuilibet ad pedum oscula prouenti crucem soleæ eminentem adorandam opponit. Assumit itaque Sacerdos Brachialia imaginibus nudata, qua vero sint ratione Diaconis nuperrime concessa, ipsi moderni Græci edisserant.

13. Τὸ ἐπιτραχήλιον.) Quod Germanus περιτραχήλιον, & φακεώλιον vocat, non est *Cellarium Patriarchæ aut Archidiaconi*, vt praue interpretatur Meursius, ipse mixobarbarus: sed est Stola Sacerdotalis, non Diaconis modo à Gregorio Theologo, sed etiam ipsi Archidiacono ab Ecclesia denegata; eum namque describit Codinus de officiis curiæ C.P. φορῶν τὰ οὐ μὴν ἐπιτραχήλιον, ἀλλ᾽ ὠράριον. Vtriusque autem diuersa sunt insignia: latius est enim Orario, ἐπιτραχήλιον, nec vllis literarum notis conspicuum est, & ante pectus iunctum à Sacerdote defertur; cum ex aduerso solutum sit & volitans Orarium, & verbo ἅγιος, ter picto sit inscriptum. Sed neque ἐπιτραχήλιον idem esse quod ἐγκολπίον cum eodem Meursio censendum; funiculus siquidem tantum est quo crucem vel reliquias è collo appensas gerunt Episcopi, illud autem Sacerdotale ornamentum, quo maxime Sacerdos instructus, & sacramenta ministrat, & benedictiones impertitur, & si ad Christum referas, eius in passione obedientiam, & quæ sustinuit vincula repræsentat, ex Guillelmo Durando lib. 3. cap. 5. quod & asserit Germanus in mystag. In memoriam vero reuocat Sacerdoti virtutem sibi à Deo commissam, qua & Sacramenta perficiat, & creaturas sanctificet: vnde & à Concilio Braccarensi 3. Can. 3. Orarium, id est stolam, in sacris gestare iubetur, cui conformis est Symeonis Thessalonicensis sententia τὸ δὲ γε ἐπιτραχήλιον τὴν τελεστικὴν ἄνωθεν κατερχομένην τοῦ πνεύματος παρίστησι χάριν· διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ ἀρχιερεύς τε, καὶ ὁ ἱερεύς, ἀπὸ κεφαλῆς τοῦτο περιβαλλόμενος· Εὐλογητός, φησιν, ὁ θεὸς ὁ ἐκχέων τὴν χάριν ἐπὶ τοὺς ἱερεῖς αὐτοῦ· ὅθεν καὶ τοῦτο πᾶς ἱερεὺς εἰς χρῆσιν ἔχει ἐπὶ πάσῃ ἱερᾷ τελετῇ. *Stola sanctificatiuam cælitus descendētem Spiritus exhibet gratiam: propter hoc enim Pontifex & Sacerdos in caput illam immittens. Benedictus Deus, ait, qui super Sacerdotes suos gratiam effundit. Quilibet idcirco Sacerdos illam in omni sacrâ actione assumit.*

14. Λαβὼν τὴν ζώνην.) Tunicam simul & Stolam, zonâ Sacerdos astringit.

15 Τὸ ἐπιγονάτιον.) Quod ὑπογονάτιον quoque scribit Symeon Thessa. lib. de templo, *Subgenuale* est formæ quadrangularis, palmi & dimidij ex vnoquoque latere, & è zona gestatur appensum, & à Græcis solis vsitatum est ornamentum, de quo

Thessalonicensis lib. de templo. ἐν τῇ ζώνῃ τὸ λεγόμενον ἐπιγονάτιον, ὁ ἱεράρχης πειλήσεται ἐξαρτήσας, ὁ τὴν κατὰ τοῦ θανάτου νίκην, καὶ τὴν ἀφθαρσίαν τῆς ἡμετέρας φύσεως, καὶ τὸ μέγα τῆς θεοῦ ἰσχύος κατὰ τοῦ πονηροῦ τυραννίδος ἐμφαίνει: διὸ καὶ σχῆμα ῥομφαίας ἔχει, καὶ ἐπὶ τῆς ὀσφύος ἐγκρέμαται, ἔνθα τὸ δύνασθαι ἀνθρώπων εἶναι φασί. *Pontifex à zona dependens Supergenuale fert, quod victoriam aduersus mortem, nostraque naturæ immortalitatem, & robur Dei contra maligni Dæmonis tyrannidem validissimum ostendit. Quamobrem & Romphææ similis est, & lumbis alligatur, vbi hominis vires sitas prædicant:* illudque idem indicat oratio à Sacerdote recitata, dum illo præcingitur

16 Εἰ ἐστι πρωτοσύγκελλος.] Genuale & Brachialia picta Christi effigie insignita Pontificum ornamenta esse ex Balsamone nu[m]er ostendimus numero. 12 Ex priuilegio nihilominus, quilibet in magna Ecclesia, vel officio, vel dignitate cæteris eminentior, illa sibi vendicat, si tamen Sacerdos fuerit: vt scribit Thessalonicensis lib. de Sacrament. τινὲς δὲ τῶν πρεσβυτέρων, ἤτοι οἱ σταυροφόροι: τῶν ἀρχιμανδριτῶν τινες, καὶ ἐπιγονάτια ἔχουσι. ἥτις δὲ κατὰ δωρεὰν ἐστιν ἀρχιερατικὴ· ὡς ὁ σταυρός. οὐδεὶς γὰρ πλὴν τῶν ἀρχιερέως τοὺς σταυρούς τι ἐν τῷ φαινολίῳ, καὶ ἐπὶ κεφαλῆς καὶ ἐπιγονάτιον φέρειν δύναται. τούτοις δὲ ὅμως διὰ τῆς προτέρας τῶν ἄλλων χειροτονεῖσθαι, τῆς ἐπὶ κεφαλῆς ἔχειν σταυρὸν μόνον. καὶ ἐπιγονάτιον ἐν τῇ ἱερουργίᾳ φορεῖν δίδοται· ἐπεὶ μετὰ τῆς ἐγκοσμίας καὶ κριτοῦ χειροτονίαν, οἱ μὲν ἔχουσι, καὶ διακονίας μεγίστης ἐκκλησιαστικῆς τινος· οἱ δὲ ποιμένες ψυχῶν καὶ οἰκονόμοι καθίστανται· καὶ σημεῖά τινα φέρουσι τοῦ πρώτου ποιμένος, ὥσπερ ἐκεῖνον καὶ ἐκμιμοῦνται. *Presbyterorum quidam, qui videlicet crucem in pileo gerendæ priuilegio gaudent, sicut & Archimandritarum aliqui, Supergenualia habent, quod quidem Pontificiæ liberalitatis beneficium est, sicut & crux in pileo gerenda. Nullus quippe, Pontifice excepto, cruces in Casula & in capite ferre, sicut nec Supergenuali se ornare potest. His autem, quia reliquis sunt præfecti, solam in capite crucem, & in sacro faciendo Supergenuale assumere permittitur: quandoquidem vna cum Sacerdotis dignitate, iudicis quoque potestatem sunt adepti, aut ministerio quodam Ecclesiastico, & præcellenti sunt insignes: vel vt animarum pastores & œconomi constituti & primi pastoris imitati vestigia, eius quoque insignia ferre sibi arrogarunt.* Metropolium autem Ecclesiarum Officialis nullus est, qui extensa priuilegii gratia, deferendi Genualis cupidine non ardeat: ea propter, euanidos quandoque Officiorum titulos, hoc solo Genualis censu & honore contentus, omni studio, ambitione multa, & plurimo pretio comparat. In magna vero Ecclesia præter Genuale in sacris, pileos quod hic ait Thessalon. cruce superne insignitos Officiales præcipui propter concessam iudicandi potestatem, vt authoritatis titulos priuatim & publice deferunt: de quibus si Deus concedat, alibi sermo instituetur.

17. Πρωτοσύγκελλος.] Inter honoratissimos Ecclesiæ C. P. titulos supremus fuit, πρωτοσύγκελλος, (quem alii corrupte πρωτοσύγγελον, scribunt) & Latine Cōcellaneorum primum interpretor: illi enim cum cæteris Syncellis potestas est in Patriarchio (aliis Officialibus nocte exclusis) habitare, & cum officio magnæ Ecclesiæ Monasticum ordinem, sicut & Patriarcha, tenere. Hactenus, inquam, cum è Monasteriis educti sint Patriarchæ, ne sibi longa necessitudine deuinctis aliis Monachis Ecclesiæ magnæ dignitates, sicut & Metropoles regendas committerent, peculiari Canone sancitum est, vt & principes viri dignitates illas adipiscerentur, è solis in sæculo degentibus digniores, ad Ecclesiæ C. P. munera deligerentur, quorum tamen fastu vel comitatu ne Patriarchalis dignitas obfuscaretur, illis in Patriarchio pernoctare nefas esset: Syncello nihilominus etiam Monacho quasi Patriarchæ socio, & eius πνευματικῷ *à confessionibus*, *Cella* iuxta Patriarchæ *Cellam* non denegata est, vnde & συγκέλλου nomen. Plures tamen quandoque συγκέλλους alios *Cella Patriarchalis socios*, & πρωτοσύγκελλον *omnibus præpositum*, legimus Ille vero πάλαι λεγόμενος Σύγκελλος τῆς Πατριάρχου θανόντος εἰς τὸν ἐκείνου τόπον ἀντικαθίστατο, *quondam dictus Syncellus defuncto Patriarcha, in eius locum substituebatur*, ait Cedrenus: vnde extra numerum cunctorum Officialium à Codino relatorum est, nec inter eos recensetur, à Patriarcha vel ab officialium cætu; à Patriarcha quidem, quia Syncellus ille eximius vel Protosyncellus Patriarchæ successor, ab Imperatore designabatur, ex Paulo Diacono Histor. lib. 21 ab Officialium vt ita dicam Capitulo, quia Monachum etiam Patriarchæ successorem designatum, in sua in societatem nullatenus admittit.

18. Τῆς μεγάλης ἐκκλησίας.) Magna Ecclesia est Cōstantinopolitana, æternæ Sapientiæ τῇ ἁγίᾳ Σοφίᾳ dicata, sibi subditarum mater, quoad ædificium supra reliquas maxima, & post Constantinum fundatorem eius primum, tam sumptuosis & immensis ædificiis aucta, vt non tantum dignitatis ordine (Regiæ namque vrbis Præsulum sedes erat, & ab Impp. solito pietatis cultu frequentabatur) verum à structuræ potius mole, amplitudine, maiestate, diuitiis, & omnis sacræ suppellectilis pretio delectationem simul & stuporem spectantium oculis iniiceret, & exinde μεγάλη ἐκκλησία, iure merito vocata sit: de qua Procopius, Euagrius, Codinus, Gyllius, & alii. Ea condita regio plusquam apparatu, & totius Orientis tripudio, cum consecrationis solemnia celebraret, exclamasse fertur Iustinianus, νενίκηκά σε, Σολομών. *Superaui te Salomon* Vnde & in illius eiusdem templi pariete quasi victus, & mæstitia perfusus, pictus erat Salomon: ac si Iustinianæum templum Sapientiæ æternæ dicatum, regis sapientissimi antiquum opus tantopere celebratum exsuperasse, Salomon ipse si viueret, rubore saltem & vultus demissione, profiteretur. Eo nunc Mahumetico cultu prophanato, in aliud SS. Apostolorum templum, non tam regum quam religionis emortuæ sepulchrum, solemnia cuncta celebraturi, cesserunt Patriarchæ.

19. Ἀξιότητα.) Hoc vocabulo dignitates & Officia queque Ecclesiæ veniunt significanda de quibus late Codinus edito de iis libro: & nos paucula, in hoc opere vbi de ordinationibus.

20. Τὸ φαινώλιον.] φελόνιον quoque, sicut & φελώνης, & φελόνης scribitur: & literis transpositis φαινόλιον & φαινόλης, atque etiam φαινόλιον & φαινόλης, occurret, pro scriptorum vel authorum varietate: quoquo modo scribatur, *Casulam* siue *Planetam* interpretamur. In vtraque autem Ecclesia & eundem vsum & eandem formam φαινώλιον & *Casulam* obtinuisse, ex Honorii dictis lib. 1. cap. 207. Cauanto, & aliis authoribus facile possumus obseruare. Immerito propterea Guillelmus Lindanus cum querulis aliquibus, renouādæ in omnibus antiquitatis cupidis, modernam *Casulæ* dimidiatæ, vt ait, & truncatæ formam incusat: quasi eidem vsui & proposito, ac antiquum Græcorum φαινώλιον deseruire nequiret, quæ propter expandenda, siue commode mouenda brachia, à lateribus conscissa est, & breuior facta? Itane Geometrica amussis Ecclesiasticarum vestium figuram, a consuetudine, tempore, Pontificum iudicio petendam, delineabit & moderabitur? Non desiit certe *Casula* Latina, etiam imminuta, in ipsam

ipsam vocem Græcam, vt ab ea nuncupetur, ius habere: iuxta namque φαινόλιον etymon, φαίνεται ὅλον, & præterea *ficut Casa, omnia alia Sacerdotis vestimenta tegit & complectitur*, ait Rabanus Maurus. Et tandem sicut Planetæ, licet non tantis pannorum laciniis, secundum Honorium citatum, *errabundus eius limbus vtrinque in brachia subleuatur*. Cæterum vox Latina *Panula*, proxime φαινόλιῳ secundum sonum accedit, quantumuis reclamet Gretserus, lib. 1. in Codinum cap. 16. nulli *Panula* inter sacras vestes, locum concedens, licet aduertere potuerit *Panulam*, quam Nicephorus Patriarcha ad Pontificem Romanum olim misit, φαινόλιον, tunicamque item candidam, στιχάριον fuisse; vbi Græci sermonis interpres scripsit, *mittimus tunicam candidam, & Pænulam castaneam inconsutilem, &c.* Toto vero cælo à Pallio Archiepiscopali significando longe est φαινόλιον, quicquid in contrarium hallucinetur Meursius, qui vtriusque vocis inscius, dum vtramque confundit, vtramque etiam ignare explicat.

Expositis autem vocibus, vestium Sacerdotalium signis, sciscitanti de Pontificiis ornamentis, vtrum ab illis diuersa sint, è Symeone Thessalonicensi breuiter respondendum. Hierarchæ tunicam στιχάριον, non puram & vnicolorem tota sua amplitudine, sed lineis lorisque candidis & rubeis ab humeris ad pedes vsque ductis intertextam, in quibus mysterium obseruat citatus author, lib. de Templo. τὸ τ̃ ἀρχιερέως στιχάριον ἄνωθεν κατιόντας τὰς δηλαδὴ ῥύακας ἔχοντι ποταμοὺς, τὸ διδασκαλικὸν ἐν αὐτῷ σημαίνοντας χάριτος. καὶ ἐν τοῖς ἀγγέλοις γὰρ οὐ πᾶσιν ἡ αὐτὴ τάξις· ἀλλὰ κἀκεῖ τ̃ ὑποδεεστέρων εἰσὶ διδάσκαλοι. ποταμοὶ δὲ λέγονται διὰ τὴν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τ̃ σωτῆρος φωνὴν λέγοντος· ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ποταμοὶ ῥεύσουσιν ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ὕδατος ζῶντος. *Pontificis tunica manifestata iam desuper descendentia habet, quæ dicuntur flumina* (lineas videlicet candidas rubeis intextas) *& gratiam docendi in ipso repræsentant. Nam & inter Angelos non omnibus idem est ordo* (comparauerat superius Diaconos & Presbyteros ordinum inferiorum Angelis) *sed ibi quoque alii inferiorum magistri sunt. Vocantur autem flumina propter vocem Saluatoris in Euangelio dicentis. Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.* Deinde quibus præfulgeant insignibus Brachialia, & Genuale Episcoporum, præ Sacerdotalibus, expositum est supra. Casula vero Episcopi φαινόλιον πολυσταύριον. *tota nimirum crucibus respersa est.* οἱ λοιποὶ τ̃ ἀρχιερέων τὸ φελώνιον πλῆρες σταυρῶν ἐνδύονται· ὃ δὴ, καὶ πολυσταύριον ὁ λόγος καλεῖν οἶδε· τοῦτο σαφῶς παρεισὰ, ὅτι τ̃ πάθους ἐστὶ τ̃ σωτῆρος δηλωτικόν. κἀκεῖνον, μιμεῖται τ̃ διὰ παθῶν, καὶ σταυροῦ τὴν ἀληθῆ δικαιοσύνην τετελεκότα. *Inferiores Pontifices, idest Episcopi, Casula crucibus vndique plena induuntur*: (Metropolitæ enim Saccum deferunt) *tritusque idcirco sermo Multicrucium eam vocat, & passionis Saluatoris signum est, hocque clare docet Pontificem imitari eum, qui per passionem & crucem veram iustitiam consummauit.* Est tamen & alia vestis, qua Pontifices reliquos dignitate præcedentes, ornati celebrant. σάκκος *Saccus* illa dicitur: & est Colobium, si æquis oculis contempleris, *tunica sine manicis, & non omnino talaris*: de qua Symeon idem. ἐμπαιγμῶς δὲ ὃν ἐνεδύσατο ἐμπαιζόμενος ὁ σωτὴρ ἐμφανίζει σάκκον· διὰ καὶ σάκκου τύπον ἔχει. οὐδὲ γὰρ ἔχει τοῦτο ἃ κλήσουσι μανίκια· ἀριδηλότερον δὲ τοῦτο παρίστησι, καὶ ὃ ἐνδύονται οἱ ἐκκρίτοι τ̃ ἀρχιερέων σάκκος καὶ τοῦτο καλούμενον. *Imprimis saccum quo per ludibrium Saluator indutus est, monstrat: idcirco & sacci formam habet: nec in eo sunt quæ appellantur manicæ. Manifestius vero hoc exhibet, quo digniores Pontifices vestiuntur, & Saccus dicitur.* His omnibus superinduit Pontifex quilibet, ὠμοφόριον *Pallium*: de quo alibi sese offeret disserendi locus. Extra sacra vero, in ritibus quibusdam efficiendis vestitur *Mandya*, quem pallium modo non ausim appellare, ne nominum simul & rerum fiat confusio. *Cappam* voce Ecclesiastica dixit Cauantus, est enim *Pluuiali* Latino non penitus absimilis, & est præterea Monasticum pallium, siue mantellus quem ipsi Monachi *cappam*, dicunt: Mandyas vero, vt ex alibi annotandis liquebit, exterior est Monachorum vestis, ex humeris ad pedes vsque defluens totum corpus ambit, & à parte sola anteriori est aperta: quam quidem Pontifices retinent, quia sunt è Monachorum cœtu assumpti: & in Pontificiæ dignitatis potestatisque argumentum tres fluminum ordines in ea ducti elucent: de quibus sæpe citatus Symeon. τοῦτο δὲ καὶ ὁ ἀρχιερατικὸς δηλοῖ μανδύας ποταμοὺς μὲν ἔχων διὰ τὰ προειρημένα· πώματα δὲ εἰς τύπον παλαιᾶς τε, καὶ καινῆς χάριτος, ἃ δὴ ἄνω κεῖνται τ̃ ποταμῶν. *Hoc idem Pontificio ostenditur Mandya, & flumina quidem habet. Propter ea quæ diximus: Pocula vero pro typo veteris & nouæ gratiæ*: πώματα autem vocant pānos figura quadratos Mandyæ assutos, & ipsius oris quasi latices vnde flumina erumpunt iunctos. De operimento capitis quo solus Alexandrinus Patriarcha gaudet, hîc quoque dicendum erat nonnihil: nisi de eo commodiore loco posset tractari. Superest colores quibus Ecclesia Græca delectatur breui sermone delibare. Obuios autem quosque quamuis sine delectu plerumque videantur Græci assumere: Candidus tamen & Rubeus propter Canticorum verbum, illis in pretio videntur esse: & candido quidem passim per totum annum, rubro vero quadragesimæ tempore vtuntur: hinc illa apud Symeonem Thessalonicensem lib. de Sacra. quæstio. 7. τί δηλοῦσι τὰ λευκὰ ἐνδύματα τ̃ ἀρχιερέως, καὶ τί τὰ ἐρυθρὰ κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν; *Quid sibi volunt alba Pontificis ornamenta, & quid rubra per quadragesimam denotant?* Respondet. λευκὰ ταῦτα διὰ τὸ καθαρὸν χάριτος τε καὶ φωτεινόν, πολλάκις δὲ γε καὶ πορφυρᾶ κατὰ τ̃ καιρὸν τ̃ νηστειῶν. διὰ τὸ πενθεῖν ἡμᾶς ἁμαρτήσαντας, καὶ διὰ τ̃ σφαγέντα ὑπὲρ ἡμῶν ἰησοῦ Χριστοῦ. *Alba sunt illa propter gratiæ puritatem & lucem: sæpius autem ieiuniorum tempore assumuntur purpurea, eo quod peccatores oporteat lugere, & propter occisum pro nobis Iesum Christum.* Refert idem Demetrius Bulgariæ Præsul Iuris Græcorom. lib. 5. qui & addit in defunctorum quoque officiis rubrum assumi colorem vt Luctus indicium. πένθους εἰσὶ τὰ πορφυρᾶ ἐνδύματα, σημαντικόν· ἐν μόναις γὰρ νηστίμοις ἡμέραις, καὶ ἐν μνημοσύναις ἀπελθόντων λαμβάνονται. *Luctus insigne sunt purpurea vestimenta: in solis enim ieiunii diebus & in memoriis mortuorū assumuntur.* Cæterum vt vno intuitu vestimētorum Sacerdotalium & Pontificalium genera & eorum formæ facilius percipiantur, cuncta in subsequentibus tabulis subiicimus.


Ο ΑΓΙΟC ΣΑΜΨΩΝ
Ladame f


Ο ΑΓΙΟC ΜΕΘΟΔΙΟC
Ladame f

Ο ΑΓΙΟC ΓΕΡΜΑΝΟC



Ο ΒΕΚΚΟC Π̄ΡΙΑΡΧΗC.



21 Ἀσπάζεται.) Exosculatur Sacerdos casulam quam induit; sed quia Sacrificium nondum plene aggreditur, casulam pariter à tergo nondum plene expandit, sed super humeros conuolutam & contractam gerit; eo fere pacto quo recens instituti Sacerdotes Latini, retortam à parte posteriori suam vsque dum plene consecrentur, tenent.

Sacrorum Donorum in propositionis mensa præparatio, & primum eorundem offertorium.

22. Εἰς τὴν πρόθεσιν.) Missam auspicaturus Sacerdos, primo personam propriam, tum vero hostiam præparat, & disponit. Animi sanctitatem in corpore sacris vestibus ornãdo testatam hucusque sumus contemplati: ad hostiam nunc Sacrificio destinandam, & peculiari ritu præparandam, oculos & mentem conuertere nos decet. Huiusmodi vero hostiæ præparationem fieri in Prothesi docet hic rubrica, cui modernus Ecclesiæ vsus suffragatur, quamuis *in Sacristia* ἐν σκευοφυλακίῳ, primitus factam fuisse, colligere nobis liceat, tum è M. S. Isidori Pyromali inter varias lectiones Missæ S. Basilii referendo, tum etiam è S. Germani verbis, qui offertorium iam iam peragendum vocat, προσκομιδὴν γινομένην ἐν τῷ σκευοφυλακίῳ, *oblationem in sacristia faciendam*. Putarim ego Propositionis mensam in ipsa sacristia, seu σκευοφυλακίῳ quondam fuisse, quæ etenim in fine missæ dicuntur orationes in Prothesi in plerisque M. S. & editis exemplaribus, ἐν σκευοφυλακίῳ fieri perhibentur: sicut & apud Latinos Sacerdotis & hostiæ præparatio in sacristia præmittitur. Thessalonicensis nihilominus iuxta Prothesim locat σκευοφυλάκιον lib. de Sacr. quod alii cum Diaconico confundunt: de quo nos alibi. Illud certum est, πρόθεσιν esse mensam, in qua sacra dona προτίθενται, primo immolanda *proponuntur*: & priusquam in altari consecranda deponantur, primam hic sanctificationem precibus Sacerdotis, & sacro ritu circa ea peracto, assumunt.

23. Νίπτουσι τὰς χεῖρας.) Loti ante vestium sumptionem Sacerdos & Diaconus, iterum hic manus Lauant: cuius consuetudinis moralem causam assignat Cyrillus Hierosolymitanus Catech. 5. Myst. & Gregorius 2. part. Pastoral cap. 20.

24. Τὸν δίσκον.) Vox hæc, quam plerique *Patenam* interpretantur; à me *Discus* vbique vertitur: Lancis enim & *Disci* profundioris figuram habet, vas illud, in quo Græci sanctum panem reponunt.

25. Ἐν τῷ μέρει τῷ ἀριστερῷ.) Non in longum coram se, sed in transuersum panem & vinum in Prothesi ordinant Græci: vt quod nunc figurate agitur, peracta consecratione, omni veritate certius, iuxta Chrysostomum homi. 24. in epist. 1. ad Cor. τὸ ἐν τῷ ποτηρίῳ ὂν ἐκεῖνο, τὸ ἀπὸ τῆς πλευρᾶς ῥεῦσαν. *Quod est in calice, id quod è latere fluxit*: esse credatur. Et eadem ratione calicem cum pane disposuisse antiquitus Latinos discimus ex Ordine Romano, *in quo Archidiaconus suscipit oblatas Pontificis de oblationario, id est Prothesi, & dat Pontifici: quas dum posuerit Pontifex in altari, leuat calicem Archidiaconus de manu Subdiaconi Regionarii, & ponit eum iuxta oblatam Pontificis*, A DEXTRIS. Micrologus idem asserit cap. 10. *Ita Iuxta Ordinem Romanum disponenda sunt, vt oblata in corporali posita, calix ad dextrum latus ponatur, quasi sanguinem excepturus, quem de latere Dominico profluxisse credimus.*

26. Εἶτα προσκυνήματα τρία.] Vocem προσκύνημα, habes explanatam fol. 29.


27. Εὐλόγησον δέσποτα.] μετ' εὐλογίας, καὶ συγχωρήσεως, καὶ μεθ' ὑποταγῆς τε καὶ ἡσυχίας, τὸ τῆς διακονίας ἐκτελοῦσι ἕκαστος ἔργον. ait Symeon Thess. lib. de Sacr. *cum benedictione, & venia petita: cumque subiectione & quiete proprium quisque ministerium peragere aggreditur.*


28. Παῖς ὁ ἱερεὺς εὐλογητός.) Quia primum benedictionis vocabulum est. εὐλογητός, &c.


29. Τὴν προσφοράν.] Ea est panis fermentatus in mediocris placentæ modum. *Oblatam* simili voce eam vocant Ordo Romanus, & authores qui de ritibus Ecclesiæ scripserunt. Illa manibus virgineis, vel Sacerdotum coniugibus, modo sint à muliebri profluuio mundæ, paratur: & vel præsentis oblationis, vel futuræ consecrationis ad quam destinatur intuitu, προσφορᾶς nomen sortitur: nec minus etiam quod libet populi donum, & panis consecratus, consummato Sacrificio, oblatio vera est, quo sensu Canon Apostolicus 8. dicit. εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ἐκ τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, προσφορᾶς γινομένης, μὴ μεταλάβοι τὴν αἰτίαν εἰπάτω. *Si quis Episcopus, Presbyter, vel Diaconus, vel alius ex Sacerdotali catalogo facta oblatione non cõmunicauerit causam enunciet.* Et Eusebius lib. 6. Hist. cap. 35. ποιήσας τὰς προσφορὰς, καὶ διανέμων ἑκάστῳ τὸ μέρος, *cum fecisset oblationes, & singulis partem Sacramenti distribuisset*, &c.

30. Τὴν ἁγίαν λόγχην.] Cultellus, hostiæ à tota panis missa separandæ deputatus, λόγχη *lancea* dicitur. Et cum Lanceæ τῆς κεντησάσης τὴν πλευρὰν τοῦ κυρίου, figuram habeat, vice illius quæ latus Domini effodit, sacrificio admouetur.









31. Τῆς σφραγῖδος.] *Sigillum*, crucis est effigies προσφορᾷ *oblatæ* impressa, qualis apud Arcudium & in figuris adiunctis cernitur. Quęcunque sit autem siue circularis, siue quadrãgula: in quadrum semper Lancea excauatur, & extollitur. Et de panis quidem figurâ circulari loquitur Epiphanius in Ancorato: τὸ μὲν γὰρ ἐστι στρογγυλοειδὲς καὶ ἀναίσθητον, *rotunda est & sine sensu eius species*. & talem esse debere in Ecclesiâ, vt quæ denarium, & pretium redemptionis nostrę indicet, Durandus lib. 4. cap. 41. ex Honorio Solitario lib. 1. cap. 35. late demonstrat: scribitque in eâ sæpe nomen & imaginem Imperatoris nostri effingi, quod & ἐν προσφορᾷ videmus expręssum, cum victoriæ eiusdem præconio. Ἰησοῦς Χριστὸς Νικᾷ. Ab excitatis quippe tribus crucibus à Constantino in Regiâ vrbe, quarum prima iuxta Nicephorum lib. 8. cap. 32. gerebat inscriptum Ἰησοῦς, secunda Χριστὸς, tertia Νικᾷ,: à quibus etiam dictionibus tanquam propriijs nominibus vocitabantur; contigit, vt deinceps Græci iuxta crucem, easdem voces exararint, Ἰησοῦς Χριστὸς Νικᾷ. Vnde coniicies obiter, Christiane Lector, Christianissimum regem Ludouicum XIII. cruce Christi hisque regijs verbis *Christus vincit*, *Christus regnat*, *Christus imperat*, merito sua numismata insigniuisse. Victorijs namque etiam cum portento de profligatâ hæresi reportatis vbi per amplas Regni Imperijque sui prouincias, sancto Eucharistiæ mysterio regnum, securitatem, gloriamque restituit; vnâ etiam præstitit, vt in Galliis sit hoc Sacramentum in pretio, & vt Christus qui sę pretium mũdi dedit in cruce, cruci det summum aureumque in Galliis pretium; in quibus rex ille Iustus & Inuictus, famâ sibi partâ, & sobole regiâ relictâ perpetuo Vincet, Regnabit, Imperabit.

32 Εἰς ἀνάμνησιν τοῦ κυρίου.] In oblationis limine, à quâ pręparationis Liturgicæ ducitur initium, memoriam Christi ab oculos sibi ponit Sacerdos Græcus, velut & Latinus in Offertorio. Tota vero *missa tam prouidâ reperitur disposita ordinatione*, inquit Durandus lib. 4. cap. 1. *vt quæ per Christum ex quo è cœlo descendit, vsque dum in cœlũ ascendit gesta sunt, magnâ ex parte contineat, & ea tam verbis quam signis admirabili specie repræsentet*: talemque propterea in eâ componendâ ordinem obseruandum, præter alios SS. PP. Basilius & Chrysostomus sibi proposuerunt, vt admirandâ serie Christi ortum, vitam, & quæ post mortem ei obtigerunt, verbis sacrisque actionibus cuncta facerent manifesta, & mysticâ representatione quasi conspicua redderent oculis: τὰ πρῶτα τῆς οἰκονομίας, τῶν πρώτων τῆς ἱερουργίας δηλούντων, scribit Hieremias Patriarcha post Cabasilam, & S. Germanum: τῶν δὲ δευτέρων, τὰ δεύτερα· τῶν δὲ τελευταίων, τὰ μετ' ἐκεῖνα. *Exordia vitæ Christi, primis sacrificij partibus: media secundis: reliqua, postremis declarantibus*: ante consecrationem si quidem, exprimuntur ea quæ Christus in vita peregit, in consecratione mors potissimum, resurrectio, & ascensio repræsentatur: post consecrationem tandem promissio Patris, Spiritus sancti in Apostolos descensus, & per eos Gentium conuersio, & in vno corpore omnium hominum communio annunciantur. καὶ ἔστι ἡ πᾶσα μυσταγωγία καθάπερ εἰκὼν μία ἑνὸς σώματος τῆς τοῦ σωτῆρος πολιτείας, πάντα αὐτῆς τὰ μέρη ἀπ' ἀρχῆς, ἄχρι τέλους, κατὰ τὴν πρὸς ἄλληλα τάξιν καὶ ἁρμονίαν ὑπὸ ὄψιν

ἄγρυσι. *Atque ita in totâ hac sacrâ actione velut imago est vnius corporis, totam Saluatoris inter homines conuersationem continens, omnesque eius partes inter se connexas & aptatas, sub aspectum subiiciens & repræsentans.*

33. Καὶ εὐθὺς πήγνυσι τὴν ἁγίαν λόγχην.) Cum prima panis & vini in Prothesi oblatio Christi vitæ exordium, & primam inter homines conuersationem adumbret, ἀφίεται γὰρ scribit Germanus, τὸ θεῖον σῶμα ἐν τῇ προθέσει ὥσπερ ἐν Βηθλεέμ, ὅπου γεγέννηται ὁ Χριστός· ὁμοῦ δὲ καὶ ὡς ἐν τῇ Ναζαρὲτ· ὡσεὶ δὲ καὶ τὸ ἐν Καπερναοὺμ διατριβῆς τὸν τόπον ἡ πρόθεσις ἐκπληροῖ. *Deponitur diuinum corpus in propositionis mensâ sicut in Bethleem vbi natus est Christus: simul autem sicut & in Nazareth. Adde quod & ei' in Capharnaū habitationis propositionis mensa locum adimplet*: mirum est, cur SS. PP. Græci, iam in ipsius Liturgiæ limine Christum agni nomine immolatum, spectantium mentibus exhibeant. Hac difficultate præuisa, vitæ Christi decursum ordine continuo in liturgiæ serie non referri censuit Arcudius lib. 3. cap. 28. S. Germanus ex aduerso natiuitatem & alia plura, vna ceremoniâ posse significari opinatur: ὅτι τὸ ἓν τῶν νῦν τυπουμένων, ἐπὶ δυοὶ καὶ τρισὶ τῶν τότε τελεῖται καὶ ἀναφέρεται, *vnum ex iis quæ nunc acta vmbrate geruntur, ad duo vel tria quæ tunc acta sunt, refertur & perficitur.* A sententiâ tamen primum arreptâ non dimouetur Cabasilam sequutus Hieremias Patriarcha, præcipua Christi vitæ misteria ordine seruato in liturgia recenseri affirmans; & ex consequenti perfectum Christi sacrificium nullatenus hic adumbrari, sed eius vt mox conceptus & natus est, & propria sponte oblatus Deo, animi dispositionem, atque vt ita dicam ad sacrificium designationem exhiberi: cuius argumentum est, quod actio hæc non sit completa donorum oblatio, sed eorum à communibus & prophanis cibis segregatio, qua inchoatiue Deo dicantur, & ad perfectum destinantur Sacrificium: quâ ratione panis in *credentia*, siue *Oblationario*, *Oblata* & *Hostia*, vocatur: & hoc est quod Cabasilæ verbis exprimit citatus Hieremias. ἀνέκειτο ἐξ ἀρχῆς τῷ θεῷ καὶ δῶρον ἦν αὐτῷ. rationem subiungit. ὅτι μεταβάλλεται ὁ ἄρτος εἰς ἐκεῖνο τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ. *Vt donum sacrum repositus erat Deo, Christus: & ipse panis, vices Christi agens postremo debet in eius transmutari corpus.* Sicut itaque corpus sibi in matris vtero à Spiritu sancto aptatum, in cruce deinceps immolandum, Christus mundum primo ingressus obtulit Patri; atque ita, ἀνέκειτο ἐξ ἀρχῆς τῷ θεῷ, καὶ δῶρον ἦν αὐτῷ τίμιον, καὶ ὡς προσληφθὲν, καὶ ὡς ἀπαρχὴ τοῦ γένους ἡμῶν, καὶ διὰ τὸν νόμον ἐπὶ πρωτότοκος. *Deuotus & dicatus iam erat Deo à principio*, ait Cabasilas *& ei donum pretiosum erat, quasi prælibatum: & vt primitiæ generis nostri, & vt secundum legem primogenitus.*

34. Ὁ δὲ διάκονος ἐν ἑκάστῃ.) Simul ac à Sacerdote exscinditur hostia, Diaconus Stola arreptâ mysterium intuitus, quasi alter Præcursor viam Domino substernit, & ad orationem hortatur, quasi diceret: Ecce agnus Dei: vel si Germanum audiamus, τὸν ἄγγελον μιμεῖται τῇ παρθένῳ τὸ χαῖρε προσφθεγγόμενον. *Angelum imitatur, qui Virgini, Aue, pronunciauit*: ἡ προσφορὰ quippe iuxta eundem sanctum Mystagogum ventrem Virgineum: ἡ σφραγὶς, corpus Christi: Sacerdos, Spiritum sanctum Virginem obumbrantem: & Diaconus tandem Angelum mysterij paranymphum, demonstrat: ἡ προσφορὰ ἢ καὶ ἄρτος, ἐξ ἧς τὸ κυριακὸν σῶμα διατέμνεται, εἰς τύπον τῆς ἀειπαρθένου καὶ θεοτόκου λαμβάνεται: & infra: τὸ κυριακὸν σῶμα ὡς ἔκ τινος κοιλίας καὶ σαρκὸς τοῦ παρθενικοῦ σώματος, τοῦ ὅλου ἄρτου φημὶ, τῆς εὐλογίας καὶ τῆς προσφορᾶς, διατέμνεται. *Oblata quæ & panis est, è quo Dominicum corpus exscinditur, in typum semper Virginis & Deiparæ sumitur. Et Dominicum corpus tanquam è quodam vtero & carne corporis virginalis, toto pane, inquam, benedictionis & oblatæ diuiditur.*

35. Τίθησιν αὐτὸν ὕπτιον.] Panis siue hostia, Christi velut agni immolandi vices nomenque sustinet, & vt mactetur, crustâ inuersâ, mica sursum spectante, in disco velut agnus supinus ictum præstolans, extenditur.

36. Θῦσον, δέσποτα.] Hostiam immolandam, id est, panis & vini Sacrificium eo pacto peragendum, vt Christum pro peccatis hominum in cruce mactatum referat, his verbis, θῦσον, δέσποτα, tacite Sacerdoti suggerit Diaconus. Ille Lanceâ panis supine iacentis micam eminētem crucis in modum decussans & incidens, ait. θύεται ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ, & hac cruciformi incisione, non solum fractioni futuræ panis disponitur, sed & sacrificij cruce consummati memoriam reuocat, & ipse cruce sanctificatur. Et si velis cruciformem hanc à Græcis factam incisionem ad primam originem suam reuocare, obseruandum cum Baronio anno 58. num. 64. & seq. antiquos Gentiles cruciformi decussatione panes cunctos coquendos semper incidisse, quem morem cum ex affectu ad salutis nostræ signum recepissent vbique Christiani, non panes communes tantum, sed Azymos maxime sacrificio destinatos, quadrifidâ sectione decussabant: cui incisioni lapsu temporis crucis imago hostijs imprimenda successit. Ex quo colligit historiæ Ecclesiasticæ princeps signādam & inurendam præ reliquis esse in hostiis crucis imaginem.

37. Καὶ σφάζει τὸ ἱερὸν μέρος.] Ritum hunc quamuis inerudite diffusius tamen & clarius explanare tentauit in Euchologio anno. 1638. edito, quidam anonymus his verbis, ὁ παλαιὸς ἄρτος διατελεῖ κεχτημένος τὸν σταυρὸν ἄνω, καὶ τυγχάνει πρηνὴς κατὰ μίμησιν τοῦ ἀμνοῦ· ἐπεὶ διὰ τὴν ἄκραν αὐτοῦ συγκατάβασιν, ὡς ἀμνὸς ἄκακος θύεσθαι προσηνέχθη. ὁ δὲ ἀμνὸς οὐχ ὕπτιος, ἀλλὰ πρηνὴς βαδίζειν μεμάθηκε· διὰ τοῦτο, καὶ ἐν τῷ ἄνω μέρει τῷ ἔχοντι τὸν σταυρὸν, καὶ τὰ γράμματα Ἰησοῦς Χριστὸς, τὰ ὄπισθεν τοῦ ἁγίου ἄρτου νοητέον. ὁ γὰρ σταυρὸς οὐκ ἔμπροσθεν, ἀλλ᾽ ὄπισθεν τοῦ ἁγίου σώματος τοῦ κυρίου ἐτέθη. τὰ δὲ ὑποκάτω, τὰ ἔμπροσθεν τούτου ἀναμφιβόλως ἐκδηλοῖ· καὶ τούτου χάριν, ὡς τὸ πρόσωπον τοῦ ἁγίου ἄρτου, τὰ ὑποκάτω ὑπολαμβάνομεν. *Sanctissimus panis superne crucem habet, & deorsum incumbit ad instar agni quandoquidem velut agnus innocens propter summam suam pietatem, Christus ad immolandum duci pertulit. Agnus vero non supinus, sed ore prenus in terram procedere didicit. Propterea velut agni dorsum accipimus in pane partem illam, quæ crucem & verba, Iesus Christus, scripta continet. Crux etenim non à parte anteriori, sed à posteriori sanctissimo Christi corpori fuit imposita: & quæ deorsum vergunt semper anteriora indubiè: accipimus & huius gratiâ, ceu sancti panis faciem, partem inferne iacentem existimamus.*

38. Νύξον δέσποτα.) Cerimoniam hanc difficultatis & obscuritatis alioquin expertem, ita explānat Cabasilas suæ expositionis cap. 6. ταῦτα ὁ ἱερεὺς φαίνεται ποιῶν, ἃ περὶ τῆς θυσίας οἶδεν ἐκείνης, καὶ λόγοις διηγούμενος, καὶ ἐπὶ ἔργων δεικνὺς, ὡς δυνατὸν ἐν τοιαύτῃ ὕλῃ τοιαῦτα δεικνῦναι μονονουχὶ λέγων. οὕτως ἐπὶ τὸ πάθος ἦλθεν, οὕτως ἀπέθανεν, οὕτως ἐκεντήθη τὴν πλευρὰν, οὕτως ἀπὸ τῆς κεντηθείσης πλευρᾶς τὸ αἷμα καὶ τὸ ὕδωρ ἐξεχύθη. *Sacerdos illa videtur facere, quæ de illo nouit sacrificio: & verbis narrans, & factis ostendens, quoad fieri potest, vt in ea materia ostendatur: prope modum dicens. Ita venit ad passionem Dominus, ita mortuus est, ita in latere punctus est, ita & à latere effosso sanguis & aqua*

sunt effusa. Et cap. 8. διὰ τοῦτο καὶ τὸ πλῆττον σιδήριον, λόγχην καλεῖ· καὶ εἰς σχῆμα λόγχης αὐτὸ ἔχει πεποιημένον. *Propterea etiam ferriculum quod percutit, vocat Lanceam: & est ad instar lanceæ cusum.*

39. Ἐκ τοῦ νάματος.) Νᾶμα erat antiquis *Latex, fons*, &c. aquæ præsertim: quia vero vinum, sanguinis è diuino Latere velut latice erumpentis Symbolum est & materia, propterea, νάματος hodie nomen à Græcis accipit.

40. Εὐλόγησον τὴν ἕνωσιν.] Nulla penitus ratione cum Arcudio lib. 3. cap. 17. vnionem hanc, intellexerim, panis & vini post peractam hostiæ oblationem, sacram coniunctionem: cum textus ipse arguat esse vini & aquæ simultaneam infusionem, à Diacono, dextra quidem vini, sinistra vero ampullam aquæ tenente, factam.

41. Τὴν δευτέραν προσφοράν.] Græci, vt notat Arcudius citatus, in Prothesi plures panes à populo quandoque oblatos apponunt, quandoque vnum tantum, à quo particulas omnes sumunt: cum plures offerunt, è primo maiorem hostiam: è secundo, particulam in honorem matris Dei: ex alio, particulam in honorem B. Ioannis Baptistæ, & è singulis aliis, singulas particulas. Cunctosque hos panes, ait memoratus author, προσφορὰς appellant, quas tamen author rubricarum Euchologii vltimo editi σφραγῖδας voluit esse vocatas. Circa morem vero ab Ecclesia Græca, in offerendis vna cum maiori pluribus aliis particulis obseruatum, quem Arcudius amplo & erudito sermone lib. 3. cap. 8. illustrat, nobis compendio in memoriam reuocandnm, Euãgelicæ legis sacrificium vnum quidem esse, tum ex victimæ oblatę, tum ex pręcipui Sacerdotis capite, fine vero & effectu, vt quod sacrificiorum antiquorum perfectiones cunctas complectatur, multiplex omnino, diuersumque. Vt enim illo Deus rerum omnium autor finisque colitur, λατρευτικὸν est, *honorarium*, & holocausti instar, totum in eius honorem cedit: vt eius maiestatem peccatis hominum irritatam, placatam reddit & beneuolam, ἱλαστικὸν *propitiatorium* est, hostia nimirum pro peccato: vt beneficiorum vice Deo rependitur, εὐχαριστικὸν est, *in gratiarum actionem oblatum*; ac tandem ἐπιτευκτικὸν, cum eo cælestem opem imploramus, & assequimur. His itaque finibus & effectis tam variis vno sacrificio significandis, excogitarunt SS. PP. particularum multitudinem: & maiorem quidem hostiam quasi holocaustum in Dei gloriam, totam cedere; secundam & paucas alias, ad grates ipsi rependendas pro beneficiis Deiparæ virgini, sanctisque plurimis exhibitis: alias item pro viuis & defunctis, tum in peccatorum expiationem, tum ad noua beneficia consequenda offerri: etsi fines hos cunctos vna sola hostia se contingere posse confidat Ecclesia Occidentalis, cuius Sacerdos dum offert, his conceptis verbis orat. *Suscipe sancta Trinitas hanc oblationem, quam tibi offerimus ob memoriam*, &c. Vtrum vero plures particulas nonnunquam eadem Ecclesia obtulerit, nulla videtur ratione negandum: Oblationes enim vt plures sępe commemorant Latini PP. & Ordo Romanus tot iubet à Subdiaconis oblatas disponi, quot fuerint populo sacris participaturo necessariæ: an vero ita fuerint ordinatę vt vna in sancti vnius, altera in alterius honorem offerretur, nullus cum authoritate dixerit, sed omnes simul in memoriam Christi, B. Virginis, sanctorum honorem, pro viuorum & vita functorum salute immolari consuetas, est sentiendum.

42. Ἐξ δευτέρων τοῦ ἁγίου ἄρτου.] Immutarunt Neoterici particularum situm: quam enim B. Virginis nomine pręscindebant, & iuxta ritum antiquum in sinistra parte, vt in sacris digniore collocabant; nũc in dextra reponunt: vt cælestis regis aulam repręsentaturi vere sibi videantur dicere: παρέστη ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου. prout supra fol. 88. describitur. Obiter autem notauerim, ex nomine particulę, quam virginis Deiparę dicunt, errorem ignaros quosdam falso Gręcis imputasse, quasi sub illa B. Virginis corpus assererent contineri: quin potius error ipsorum est, qui Gręcos Θεοτόκου μερίδα, non Virginis corpus, sed particulam vocare, non aduertunt: alias & corpus Angeli Michaelis dicerent sub alia particula consecrari, quod quam absurdum sit, ipsi coniicere possunt. *Et miror alias*, scribit Arcudius, *quomodo etiam non dixerint nos exhibere corpus viuorum & defunctorum: pro his enim omnibus offerimus particulas.*

43. Λαβὼν τὴν τρίτην προσφοράν.) E tertio pane Lanceæ sacræ cuspide particulas in sanctorum honorem consecrandas educit Sacerdos: cunctas autem nouenario ordine comprehendit, nam & plures eiusdem gradus, Apostolici puta, Pontificii, aut Monastici, vna sola elata particula commemorat. Nouenarius autem ille particularum numerus Christi regis, & Deiparæ reginæ satellitium & aulam componere creditur, & ab Anonymo ritus huius expositore in Euchologio anno 1638 edito, κατὰ μίμησιν τῶν οὐρανίων ταγμάτων, *ad cælestium ordinum instar*, dirigi asseritur: vnde & nouem illas particulas velut in hierarchias & ordines seriatim distinguũt & coordinant Neoterici: illos enim à primis Ecclesiæ suæ Patribus adinuentos fuisse, tacentibus omnino de illis M. S. Euchologicis, nequeunt demonstrare: quamuis antiquos Patres Dionysium & Epiphaniũ particularum, sanctorum nomine in liturgia educẽdarum, consuetudinem recensuisse fatear: ille etenim de Eccles. Hierar, cap. 3. ἐπιτεθέντων, ait, τῷ θείῳ θυσιαστηρίῳ τῶν σεβασμίων συμβόλων, δι' ὧν ὁ Χριστὸς σημαίνεται καὶ μετέχεται, πάρεστιν ἀδιαστάτως ἡ τῶν ἁγίων ἀπογραφὴ τὸ συνεζευγμένον αὐτῶν ἀδιαιρέτως ἐμφαίνουσα τῆς πρὸς αὐτὸν ὑπερκοσμίου, καὶ ἱερᾶς ἑνώσεως. *Impositis sacro altari venerandis symbolis per quæ Christus designatur & participatur, adest statim sanctorum enumeratio & descriptio, coniunctionem eorum declarans, cum sancta & supramundana ad Christum vnione.* Epiphanius vero de Hæres. cap. 53. δικαίων, inquit, ποιούμεθα τὴν μνήμην καὶ ἁμαρτωλῶν, ὑπὲρ μὲν ἁμαρτωλῶν· ὑπὲρ ἐλέους θεοῦ δεόμενοι. ὑπὲρ δὲ δικαίων καὶ πατέρων, καὶ πατριαρχῶν, προφητῶν, καὶ ἀποστόλων, καὶ εὐαγγελιστῶν, καὶ μαρτύρων, καὶ ὁμολογητῶν, ἐπισκόπων τε καὶ ἀναχωρητῶν, καὶ παντὸς τοῦ τάγματος, ἵνα τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ἀφορίσωμεν ἀπὸ τῆς τῶν ἀνθρώπων τάξεως διὰ τῆς πρὸς αὐτὸν τιμῆς. *Iustorum & peccatorum memoriam agimus. Pro peccatoribus quidem rogamus, misericordiam Dei implorantes: pro Iustis, Martyribus, Confessoribus, ac Episcopis, & Anachoretis, & pro vniuerso ordine: vt Dominum Iesum Christum, ab hominibus separemus, per honorem quem ei exhibemus.* Quid enim sanctorum descriptio τὸ συνεζευγμένον ἀδιαιρέτως ἐμφαίνουσα, *quæ indiuisam sui coniunctionem cum Christo* in missæ sacrificio *declarat*, aliud potest manifestare, quam Christi sanctorumque Symbola, quæ in eorum memoriam, simul & coniunctim proferuntur: Aut quid aliud est, dum sacra dona disponuntur? Χριστὸν ἀφορίζειν ἀπὸ τῆς τῶν ἀνθρώπων τάξεως, quam Hostiam eius nomine pręcisam, à particulis sanctorum nomina pręferentibus, & regium eius comitatum referentibus, separatim ordinare, vt & sensibili illa serie, honor Christo debitus declaretur?

44. Τοῦ ἄθω.) Montem Athon (cuius ambitus 150. milliarium, isthmus autem, vt qui mari obiicitur, vnius tantum) tot rupibus & salebris horridum, tantoque fastigio se se in Macedonia erigentem, vt sole Occidente ad Lemnum vsque insulam vmbras proiiciat; ex quo sub Nicephoro Phoca ann. 961. Monachi incoluerunt, iam non amplius Athon, verum διὰ τοῖς ὁσίοις ἐν αὐτῷ ἀσκουμένοις, ab habitantium, *& religiosa asperaque vita exercitia frequentantium*, sanctitate, ἅγιον ὄρος, *montem sanctum*, vocauerunt Græci. Et Monachis quidem qui sensim illum & colere & occupare cæperunt, primo tempore concessus, nunc etiam à Turcis permissus, tantis vt ita dicam Monachorum gregibus & frequentia colitur, vt ad sex millia, vel cænobiticam vel eremiticam ibi vitam agere noscantur. Sunt namque viginti quatuor Monasteria (δίκαια μοναστήρια vocant. *regularis vitæ rigore conspicua*, exulantibus inde διορθώμων *mitigatorum* nomine infamatis, & ob dispensationem receptam deciduis) muris validissimis vndique cincta, quorum præcipuum est Laura, à S. hoc Athanasio, non illo Alexandrino Episcopo, sed qui in Atho dicitur, & sub Nicephoro Phoca memorato vixit, conditum: cellæ vero siue eremi, quaqua versus per montem resperse occurrunt absque numero, in quibus aspero & austero viuendi generi vacant, qui non tam sæculo deliciisque, quam ipsi vitę renunciasse videntur, καλόγεροι, Monachi à morum probitate & maturitate *boni senes* (si hodie schisma non fouerent) nuncupandi; qui tum ab aliis Monachis, tum à deuota plebe, eo quod ἅγιον ὄρος communis est eorum μετάνοια, *pænitentiæ*, *& Monasticæ conuersationis locus*, ἁγιορεῖται nomine dig[illegible], & vt Monastico instituto celebres, traditionum obseruatarum famâ conspicui, officiorum diuinorum ab se bene peracto[rum] laude commendandi, à reliquis suspiciuntur & approbantur.

45. [illegible]) Non leuiter prætereundam. Veneta vltimo edita subiungunt hoc loco cæremoniam. Diaconum nempe oblatam assumere, & primo pro mortuis, secundo pro seipso, tertio pro quibus vult viuentibus particulas lancea extrahere, & memorato nomine eorum pro quibus illas videtur offerre, ad instar Sacerdotis in Disco cunctas reponere. Ὁ δὲ διάκονος λαβὼν καὶ αὐτὸς σφραγῖδα, καὶ τὴν ἁγίαν λόγχην μνημονεύει ὧν βούλεται τεθνεώτων, & reliqua fol. 89. quod an ipsi fas esse queat, necne, obiter inquirendum. Negat clarissime Symeon Thessalonicensis non ignotæ inter Græcos recentiores notæ, his verbis lib. de Sacra. οὐ δεῖ διακόνοις μερίδας προσφέρειν· οἱ διάκονοι δὲ πάντες δι' αὐτῶν πρεσβυτέρων. *non conuenit particulas offerre Diaconos: verum Diaconi omnes Presbyterorum ministerio offerunt*, rationem subiungit, ἐπεὶ καὶ τὸ χάρισμα τοῦ προσφέρειν τῷ θεῷ οὐκ ἔχουσι. διάκονοι γάρ εἰσι, τὴν λειτουργικὴν ἀξίαν ἔχοντες μόνον· εἰ οὖν οὐ δυνατὸν αὐτοῖς ἱερατικὸν ἐνδύσασθαι ἄμφιον δίχα εὐλογίας ἀρχιερέως ἢ ἱερέως, οὔτε ἐνάρξασθαί τινος ἱερᾶς τελετῆς ἄνευ πρεσβυτέρου, πῶς ἄρα οὗτοι δι' ἑαυτῶν προσκομίσουσι. *Quando quidem offerendi munus non sunt adepti. Diaconi enim sũt sola ministrandi dignitate decorati: si namque vetitum illis est, ne sacrum indumentum sine Pontificis aut Sacerdotis benedictione induant, sacrumue officium sine Presbytero aggrediantur, qua ratione per seipsos offerre poterunt?* Huiusmodi sẽtẽtiæ est Arcudius lib. 3. cap. 13. qui etiam Canonem 18. Nicænum refert, sibi vt opinatur quã maxime suffragantem: οὔτε ὁ κανὼν οὔτε ἡ συνήθεια παρέδωκε τοὺς ἐξουσίαν μὴ ἔχοντας προσφέρειν, τούτους τοῖς προσφέρουσι διδόναι σῶμα Χριστοῦ. *Neque Canon, neque consuetudo tradit vt (Diaconi) qui offerendi non habent potestatem, hi qui offerunt, corpus Christi porrigant*; quibus addendus Georgius Pachymeres in caput 3. Dionysii de cœlesti Hierarchia, æque denegans Diacono munus offerendi, ac Sacerdoti facultatem ordinandi: vtriusque enim facultatem, vnum & alterum superat: Concludit hoc pacto propterea citatus Arcudius cap. 17. Hæ rubricæ tollendæ sunt, quæ à Neotericis Græcorum Euchologio Venetiis typis excuso sunt additæ, vt suam ἀπίθανον opinionem, probabiliorem redderent. Sunt enim mera καινοτομία, quam sane redarguunt, cum Concilii Nicæni citatus Canon, tum ipsemet Thessalonicensis, qui si in antiquis Euchologiis Diaconũ posse particulas offerre, scriptum reperisset: certe istud minime correxisset atque damnasset. Hæc ille: cuius sententiæ nimium vt videtur præcipitatę, respondeo. Non Thessalonicensem modo, sed & quemlibet, damnatum ab Arcudio ritum, D. Germani authoritate probatum, & vsu confirmatum in eius mystag. legere potuisse. τὸ κυριακὸν σῶμα, inquit, ὡς ἔκ τινος κοιλίας καὶ σαρκὸς τοῦ παρθενικοῦ σώματος τοῦ ὅλου ἄρτου τῆς εὐλογίας καὶ τῆς προσφορᾶς, παρὰ τοῦ διακόνου, ὡς ἡ μεγάλη ἐκκλησία παρέλαβε διατέμνεται. *Dominicum corpus ipsum* (& non solę particulę) *tanquam ex quodam vtero & carne corporis virginalis, à toto pane oblationis & benedictionis à Diacono, vt magna Ecclesia à maioribus accepit, dissecatur.* Et infra. αὐτὸς δὲ ὁ τὸ θεῖον σῶμα διατέμνων διάκονος ἀπὸ τῆς εὐλογίας, τὸν ἄγγελον μιμεῖται, τὸν τῇ παρθένῳ τὸ χαῖρε προσφθεγγόμενον. οἱ δὲ καὶ ἱερεῖς τοῦτο τέμνουσιν, οὐ θαυμαστὸν· πρὸς δὲ τὰ ἔθη τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ὁρᾶν χρή. *Ipse vero qui diuinum corpus dissecat à benedictionis pane Diaconus, Angelum imitatur, qui Virgini, Aue, nunciauit. Nec mirandum, etiam si Sacerdotes illud præscindant, ad consuetudinem enim magnæ Ecclesiæ prospiciendum est.* Diaconus itaque ex Germano maiorem hostiam in magna Ecclesia, quam à cunctis imitandam asserit, pręscindit: nec soli Sacerdotes eam pręscindunt, & oblationẽ perficiunt: eam itaque & Diaconus pariter aggredi poterit, maxime si post Sacerdotem minores tantum particulas extrahat, & recensitis nominibus quorum habet memoriam, eas solummodo in Disco reponat. At hoc nefas esse duxerunt Canon Nicęnus, & Gręci scriptores, inquit Arcudius. Non ita. Neque enim vnum est tantum Offertorium in Gręcorum liturgia, sed binum, aut ternum: & secundum quidem aut tertium, infra liturgię ambitum comprehenditur, & completur in altari: primum hoc ἐν σκευοφυλακίῳ, vel προθέσει celebratum extra liturgiæ limites consistit, solummodo pręuium est, & à consecratione remotissimum; nec seuero nimis supercilio ab eo Diaconus arcendus est; eius enim opus quodcumque, Sacerdotis operi subiicitur & subordinatur, relictis eapropter in Prothesi particulis illas oratione prosequitur Sacerdos, ἀφίησι ταῦτα ἐν τῇ προθέσει τὴν εὐχὴν ἐπιλέγοντος τοῦ ἱερέως, & ad alia sibi propria exequenda diuertit Diaconus.

46. Ὀνόμασι.] Dum cuiusque nomem recenset Sacerdos aut Diaconus, simul etiam pro eius salute particulam educit & offert, & hac ratione participem eum Sacrificii reddit. Et hoc pariter modo in ipso missę Offertorio nomina tam viuorum, quam vita functorum, quondam in Ecclesia Latina fuisse recensita legimus, tum in Epis. 1. Innocentii primi ad Decentium Episcopum scribentis. *Prius oblationes sunt Deo commendandæ, ac tunc eorum nomina, quorum sunt oblationes, edicendæ: vt inter sacra mysteria nominentur*, tum etiam in vetustioribus missarum formulis ab Hugone Menardo collectis, ad quas

quas lectorem remittimus.

47 Τίθησιν αὐτὴν ὑποκάτω.) Posità, B. Virginis nomine, iuxta maiorem hostiam particula, & regio ponè illam satellitio sanctorum, sub maiori eadem hostia particulæ pro Episcopo, pro regibus (si in eorum dominio sacrificium fiat) pro Ecclesiastico ordine & Ecclesiæ fundatoribus, grandiores particulæ separatim disponuntur: tum sub his inferius, duo particularum aceruí pro communi viuorum & defunctorum grege, vt ex tabula fol. 117. constare potest, collocantur.

48 Θυμίαμά σοι προσφέρομεν.] Primi huius offertorii adest secunda pars, qua pane & vino Deo oblatis, thus etiam adoletur. Hoc vtraque Ecclesia semper in vsu habuit non Leonis primi præceptum sequuta, vt è Chronicis anonymis scribit Radulphus Tungrensis propos. 23. sed Apostolicos Canones primitus editos obseruans, in quorum 30. dicitur. μὴ ἐξὸν ἔσω προσάγεσθαι ἕτερόν τι εἰς θυσιαστήριον, ἢ ἔλαιον εἰς τὴν λυχνίαν, καὶ θυμίαμα τῷ καιρῷ τῆς ἁγίας προσφορᾶς. *Non liceat aliud quid in altare inferre, quam oleum in lucernam, & incensum oblationis tempore.* Hinc licet sine cereis, nunquam tamē sine lampadibus & thure accensis celebrant Græci: & pariter incensi fumum, si non oblationis partem, saltem comitem adiungunt. Amb. in c. 1. Luc. *Vtinam nobis quoque adolentibus altaria, & sacrificium deferentibus assistat Angelus.* Et Hippolytus lib. de consummat. mundi & Antichri. πενθοῦσι δὲ καὶ ἐκκλησίαι πένθος μέγα, διότι οὔτε προσφορὰ οὔτε θυμίαμα ἐπιτελεῖται. *Planctum magnum agunt Ecclesiæ, oblationib⁹ vel thure non amplius libatis.* Inquirit autem Symeon Thessalonicensis, διὰ τί θυμίαμα μετὰ τὴν προσκομιδήν; *Cur confestim post oblationem adoletur incensum?* Respondet. εἰς εὐχαριστίαν τοῦ ἔργου, ἐνέργειαν, καὶ ἐπιδημίαν τοῦ πνεύματος· ἢ καὶ εὐχὴ μαρτυρεῖ λέγουσα, θυμίαμά σοι προσφέρομεν. *In diuini operis gratiarum actionem, ad Spiritus sancti operationem & aduentū aduocandū, quod & testatur oratio dicens Incensum tibi offerimus. &c.* Cuius plures similes olim à Latinis ob eundem finem vsurpatas collegit Hugo Menardus in appendice lib. Sacram. sancti Gregorij.

49 Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.] Quoties mysterio spectandam, & attentione dignam actionem edit Sacerdos: toties se & alios ad orandum commonet Diaconus dicto: τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Ad Diaconum si quidem officium precum attinet ex cap. perlectis dist. 25.

50 Θυμιάσας τὸν ἀστερίσκον.] Ne vela hostiam tangant, & supra memoratū particularū ordinem turbent, adinuenit Chrysostomus duos breues arcus, qui hostiis superpositi, eas ab omni contactus periculo protegerēt. Arcus illi ex tremitatibus vt radiis fulti, *Stellæ,* in Christi natalitiis emicantis nomen obtinuerunt, vnde & in eis componendis Sacerdos ait. Καὶ ἐλθὼν ὁ ἀστήρ. Licet enim quandoque Græcos intueri, res & actiones verbis sacris accommodantes, vt dum hæc verba proferunt. *Vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua:* Simul etiam calici vinum & aquam infundunt: & vice versâ, verba rebus sacris accōmodant & adaptant, vt dū prædictis arcubus panē sacrum obtegunt sacrū illud verbū vsurpāt: *& veniens stella supra vbi erat puer.* Hinc cum natiuitatem Christi & passionis eius designationem, velut signa Prophetica, in Prothesi præmittant; ibidem Christum plagis fœdatum, vel certe in disco stella ei superposita iacentem depingunt, vt & infantiam vno scripturæ dicto recolant; & pluribus aliis eius mortem commemorent; illisque discus nunc Christi præsepe, modo feretrum eius adumbrat, iuxta S. Germani contemplationem. ὁ δίσκος ἡ κλίνη ἐστίν, ἐν ᾗ τὸ σῶμα τοῦ κυρίου ὑπὸ τοῦ ἱερέως καὶ τοῦ διακόνου κατασκευάζεται, οἵ τινές εἰσι ὁ Ἰωσὴφ καὶ ὁ Νικόδημος. *Discus feretrum est, in quo Domini corpus à Sacerdote & Diacono, Ioseph & Nicodemum referentibus, componitur.*

51 Τὸ πρῶτον κάλυμμα.) Tribus velis sacra contegunt Græci: primo quod δισκοκάλυμμα, dicitur, discū: secundo calicē, tertio eoque maiori vtrumque simul. Vltimum hoc, νεφέλη, in vno ex relatis à nobis exemplaribus inter varias lect. vocatur; & nominis rationem proferunt verba subiuncta, νεφέλη φωτεινὴ ἐπεσκίασεν αὐτούς, nubes lucida obumbrauit eos: hic autem ἀήρ Aer nuncupatur, quia per modum Aeris circa terram expansi sacra dona ambit; eiusque nomen & formam ab Hierosolymitana, in reliquas Orientis Ecclesias traducta, typicum Sabæ testatur: & cunctorum symbolicam rationem S. Germanus refert. ἡ ἐπάνω κάλυψις τοῦ δίσκου ἐμφαίνει τὴν σινδόνα, ἣν εἵλιξαν τὸ σῶμα τοῦ κυρίου· τὸ δὲ δισκοκάλυμμά ἐστιν ἀντὶ τοῦ σουδαρίου. τοῦ ὄντος ἐπὶ τοῦ προσώπου περικαλύπτοντος αὐτὸ ἐν τῷ τάφῳ. τὸ καταπέτασμα ἤτουν ὁ ἀήρ ἐστι, καὶ λέγεται, ἀντὶ τοῦ λίθου, οὗ ἠσφαλίσατο τὸ μνημεῖον ὁ Ἰωσήφ· ὅθεν ἐσφράγισεν ἡ πλὰξ τῆς κουστωδίας, καὶ εὐθέως ὁ θυμιατὴς ὑποδεικνύει τὴν ἀνθρωπότητα τοῦ Χριστοῦ· καὶ τὸ πῦρ τὴν θεότητα. τὸ δὲ θυμίαμα ἀντὶ τῶν ἀρωμάτων ἃ προσήγαγον εἰς τὸν ἐνταφιασμὸν τοῦ κυρίου. *Superius Disci velamen indicat sindonem, quā inuoluerunt corpus Domini: disci velamentum vices agit sudarii faciem tegentis in sepulchro. Velum aliud, siue Aer, est, & tenere dicitur locum lapidis quo muniuit Ioseph monumentum, quod obsignauit custodiæ tabella. Et statim thuribulum subindicat humanitatem Christi, ignis diuinitatem: incensum autem repræsentat aromata illa, quæ Domino sepeliendo offerebant.*

52 Ὁ θεὸς ὁ θεὸς ἡμῶν.] Extat ad verbum in D. Iacobi liturgia hæc oratio, inde Basilius eam excerpsit: & ab vtroque Chrysostomus. Cum vero particulas æque ac maiorem hostiam offerat Deo, & consecrari expostulet Sacerdos, quarum ratione dicit, μνημόνευσον τῶν προσενεγκάντων καὶ δι' οὓς προσήγαγον: vnusquisque tunc censet memoriam sui agi, & pro se sacrificium offerri cum prolato suo nomine, pro se simul particulam educi & præsentari iubet; vnde idem est apud Græcos, memoriam alterius in Missa habere, μνημονεύειν, pro eo particulam educere, & vt vulgari lingua dicunt, νὰ τοῦ εὐγάλῃ μερίδα, ac pro eo sacrificium offerre: inde sequitur particulas ita oblatas æque ac maiorem hostiam consecrari, & ex omnibus simul vnum sacrificium, & vnum sacramentum exurgere: quod prolixe, solerterque tractat Arcudius contra paucos neoterizantes Græcos à cap. 17. ad 24. 3. de Eucharistia.

53. Ποιεῖ ἀπόλυσιν.) Dictionem ἀπόλυσις, vltimum cuiusque festi diem, quo quasi solemnitas soluitur, Meursius significare opinatur: verum vt festi diei nullus hic sermo est, nullus iuxta Barbarum eius Glossarium esset dictionis memoratæ sensus. Accusat prætereà Codini interpretem, quasi erroris reum, qui μετὰ τὴν ἀπόλυσιν, *Soluto conuentu,* interpretatus est: errat tamen grauius ipse Batauus Theologus, qui ἀπόλυσιν, non tantum festi diei per aliquot dies protracti terminum, sed officii cuiuscumque Ecclesiastici finem, quo populi conuentus soluitur ac dimittitur, solito sæpius indicare ignorat. Hinc voces illæ cuiuslibet officii calci appositæ: γίνεται ἀπόλυσις, *dimissio fit populi.* Quibus in præsenti addendum: non tantum officii completo fini, verum & parti eius prolixiori signanter ab altera diuersæ, suam ἀπόλυσιν & terminum assignari. Sacerdos ideo absoluto iam in Prothesi offertorio (quod est litur-

giæ prima præfatio) ποιεῖ ἀπόλυσιν, *dimissionem facit*, seu verius, *finem imponit*, cum recitat orationem, Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς θεὸς, ἀπολυτικὴν, idcirco suo loco vocandam.

Sacerdotis & Diaconi ad altare accessus, & tum vtriusque, tum populi ad sacra attrectanda proxima dispositio.

55. Καὶ οὕτω λαβὼν ὁ διάκονος.] Remotam hucusque, & à sacrificio magis distantem, tum altaris ministrorum, tum in Prothesi hostiæ præparationem contemplatis, ministrorum nunc eorumdem ad altare processus, & tum illorum, tum populi vicinior ad sacra peragenda dispositio, spectandam se se offert. Et illa quidem per preces humiliores fusas, & per incensum in Ecclesia sparsum perficitur: & huiusmodi ritus exemplar statim in limine Iacobi liturgiæ, vbi εὐχὴ τοῦ θυμιάματος τῆς εἰσόδου τῆς ἐνάρξεως, *oratio incensi à principio ingressus* occurrit, conspicitur: in quâ Christus Dominus διφυὴς ἄνθραξ, *duplicis naturæ carbo* cum dicatur; eandem de illo considerationem huc in suam liturgiam videtur traduxisse Chrysostomus, & in thuribuli quidem cinere, Christi corpus ἐν τέφρᾳ σωματικῶς, in carbone animam, ἐν ἄνθρακι δὲ μετὰ ψυχῆς, in igne Diuinitatem ἐκ θεὸς ἐν πυρὶ θεϊκῶς, contemplatur: quod & magis succinctè S. Germanus iam effatus est, ὁ θυμιατήριον ἐμφαίνει τὴν ἀνθρωπότητα, καὶ τὸ πῦρ τὴν θεότητα. *thuribulum humanitatem, ignis autem Diuinitatem designat.*

55. Στιχερίζει.) Suffumigatur altare ante missæ principium: non ad populi cócurrentis grauem odoré repellendum, vt scribit Bellarm. lib. 2. de sacrificio, missæ. cap. 15. Vt quid enim in ea suffumigatione crucis signum adhiberetur? Sed potius ad Ecclesiam & fideles expiandos, abigendosque dæmones quos fumus sacer, eiusque cruciformis ductus ab altari extricat. Ita Innocentius 3. lib. 2. cap. 17.

Missæ principium & introitus.

56. Προσκυνοῦντες καθ' ἑαυτούς.] Consuetus & priuatus celebrandi ritus confestim à principio missæ Sacerdotem coram altari oraturum applicat: si autem Pontifex sit aut Patriarcha qui celebrat, non statim solemni apparatu indutus, orantem altari se sistit, quin prius in ferulâ siue Ecclesiæ vestibulo Pontificium assumat ornatum, & in humiliori throno ibidem collocato Antiphonorum posthac continuo decantandorum finem præstolaturus, sedeat: & quoadusque Sacerdotes vel inferiores Pontifices συλλειτουργοῦντες, *eandem missam concelebrantes* bini & bini, à geminis pariter Diaconis, à sacro tribunali, vbi suis se vestibus apparauerunt, deducti, eum conueniant; vt deinde cuncti vno agmine facto, & ordine composito, simul versus altare procedant. Is est qui in B. Iacobi liturgia, & apud Dionysium cap. 3 de Eccl. Hierar. præscribitur ritus, de quo Thessalonicensis lib. de templo. ὁ ἀρχιερεὺς ἐνδυόμενος τὴν ἱερὰν στολὴν, τὴν παναγίαν τοῦ Χριστοῦ σημαίνει σάρκωσιν. κατερχόμενος δὲ μέχρι τῶν τοῦ ναοῦ πυλῶν τὴν ἐπὶ γῆς αὐτοῦ δηλοῖ παρουσίαν τε, καὶ φανέρωσιν, καὶ μέχρι θανάτου καὶ ᾅδου, κάθοδον. τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ πρὸς δυσμὰς ἀπιέναι, καὶ μέχρι τῶν πυλῶν κατελθεῖν, καὶ αὖθις εἰς τὸ θυσιαστήριον ἀνελθεῖν. *Pontifex sacro instructus ornatu sanctissimam Christi significat incarnationem: & ad vsque portas Ecclesiæ descendens, aduentum, eiusque in terris manifestationem, & vsque ad mortem & inferos, descensum indicat. Hoc etenim est quod ostendit è solio ad portas Ecclesiæ versus occidentem processus, vt deinde ad altare sursum fiat regressus.*

57. Εἶτα ἀσπάζεται ὁ μὲν ἱερεὺς τὸ εὐαγγέλιον.) Euangelium altaris medio perpetuo accumbens, Christum regem throno suo insidentem manifestat: & Sacerdos primo ad altare appulsu, in Euágelio Christum veneratur: Diacono humilitatis & status sui conscio, thronum illum regium adorare contento. De similibus à Pontifice & Diacono Latinis, Euangelio & altari fixis osculis, tractat Amalarius lib. 3. cap. 5.

58. Καιρὸς τοῦ ποιῆσαι τῷ κυρίῳ.) Diaconus tribus digitis stolam tenens, & altare indicans, diuinum & tremendum sacrificii mysterium vt Sacerdos aggrediatur, admonet: & Domini verbis Iudam traditorem olim compellentis, ὃ ποιεῖς ποίησον τάχιον, *quod facis fac cito*; (quod olim in vitâ Epiphanii scripsit Metaphrastes ἐφίστατο ὁ καιρὸς τῆς ἐκκλησίας, τοῦ ποιῆσαι τὸ ἔργον τοῦ κυρίου. *Instabat Ecclesiæ tempus vt Domini opus, idest sacrificium perageretur*: ipsum Sacerdotem impellit, non vt malum opus in sui perniciem attentet, sed vt Dei gloriæ cupidus, ad bonum patrandum se accingat: καιρὸς, ait, τοῦ ποιῆσαι τῷ κυρίῳ. Vel potius dicendum: *faciendi* verbum curam & sollicitudinem denotare in re impigre paranda, & diligenter exequenda: quo sensu Gen. 2. dicitur: *compleuit Deus die septimo opus suum quod fecerat.* Hortatur itaque Sacerdotem Diaconus, vt mente attenta, & oculo vigili, sacrificio intendat: Nam & præterea *faciendi* verbum, ad sacrificia pertinet. Hinc Varro lib. 5. de ling. Lat. *agnam Ioui facere*, & similiter Virgilius, *facere vitulam pro frugibus*: rursumque idem Varro, *Pontificis* nomē tradit ex eo deductum, quod *Potens sit Facere*, idest, *sacrificare.* Nec ignota est Hebræis, addit Pineda in Iob, hęc loquendi ratio: vbi enim Psal. 66. legimus, *offeram tibi boues cum hircis*, Hebræa littera habet, *faciam tibi boues cum hircis*: & pariter Exo. 29. vbi habemus, *vitulum pro peccato offeres*, legit iterum Hebrea, *facies*: & eodem, *faciendi* verbo vtitur Christus in huius sacrificii institutione dicēs, *hoc facite in meam commemorationem*: & de altaris sacro ministerio loquens Ambrosius, *missam*, inquit, epis. 33. *facere cœpi*: καιρὸς ergo τοῦ ποιῆσαι τῷ κυρίῳ. Iam omnis diligentia & sollicitudo depromenda, vt sacrificium à Christo in sui memoriam institutum aggrediaris: & pari ratione admonet Diaconus Latinus Sacerdotem; *immola Deo sacrificium laudis*, &c.

59. Δέσποτα εὐλόγησον.) Quamprimum ad altare Diaconus accedit, Dei maiestatē sedulo apprehensa perhorrescit: & vt ministerium suum ritè compleat, benedictionem à Sacerdote exposcit, & preces eius implorat. Sacerdos autem mutuatis à pœnitente latrone, sacrificii cruenti comite, verbis, Christum

ipsum, eius in cælis memoriam agere precatur, ad incruenti cuius mysterij consortium vt admitteretur, á Deo electus est.

60 Εὐλόγησον δέσποτα.) Nil molitur, nil agit, aut pronunciat Diaconus, nisi benedictione à Sacerdote impetratâ.

61 Εὐλογημένη ἡ βασιλεία τοῦ πατρός.] Quærit hic S. Germanus. τί τὸ τέλειον ἐπιφημίζει τοῦ θεοῦ, καὶ οὐ τὸ ἑνιαῖον; οὐ γὰρ εὐλογητὸς ὁ θεός· ἢ εὐλογημένη ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ· ἀλλὰ τοῖς προσώποις διῃρημένως, εὐλογημένη ἡ βασιλεία τοῦ πατρός, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος; *Cuius gratiam Trinitatem in Deo celebrat, & non vnitatem?* Non etenim εὐλογητὸς ὁ θεός, εὐλογημένη ἡ βασιλεία, *sed cum personarum distinctione dicitur Benedictum regnum Patris: & Filij, & Spiritus sancti*; Respondet ipse qui quæstionem mouit. ὅτι διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ κυρίου πρῶτον ἐμάθομεν οἱ ἄνθρωποι, ὡς εἴη τρία πρόσωπα ὁ θεός· ταύτης δὲ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ κυρίου, μυσταγωγία ἐστὶ τὰ τελούμενα. *Quia primum per Christi Incarnationem didicerunt homines quod tres personæ Deus est: huius autem Domini Incarnationis secreta & sancta documenta exhibent, sacra quæ celebrantur.*

62 Ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.] Precum istarum, μεγάλης συναπτῆς apud Græcos nomen obtinentium forma, Basilio & Chrysostomo antiquior est. Similes à Diaconis Latinis prædicatas, & ad nonum vsque sæculum receptas, iam alibi ostensum est.

63 Ἀντίφωνα.] Fœmineum *Antiphona*, à neutrio *Antiphonum*, discrimen apud nos obtinet maximum: quamuis ab vno Græco vocabulo, vtrumque fuerint Latini mutuati *Antiphona* namque est sententia, vel modulus cuilibet psalmo decantato adiunctus, & quasi *ex opposito respondens*, inquit Honorius solitarius lib. 2. cap. 17. Antiphonū autem vt hic vsurpatur. psalmi sunt plures versus, ad quorum singulos, vna & eadem fit semper ab altero choro responsio: & propter hanc vnam & reciprocam sententiam semper illatam, ἀντίφωνον *quasi vox opposita, seu vocis oppositio* vocatur eius forma qualis sit, ex his Missalibus Antiphonis fol. 105. & seq. positis innotescit. Extat enim ibi psalmus. Ἀγαθὸν τὸ ἐξομολογεῖσθαι τῷ κυρίῳ, &c. cuius singulis versibus respondet, ἀντίφωνον. Ταῖς πρεσβείαις τῆς θεοτόκου, καὶ τὰ ἑξῆς. illis sæpius *opponendum*. Quamuis fatear rem potius in aduersum sensum trahendam: cum enim psalmus ipse vocetur ἀντίφωνον, eius versus sunt, qui vni & eidem dicto (id est, resumpto, ἐφυμνίῳ eius frequentius repetito, *opponuntur*. Vel certe quia mutua est vtriusque chori ad inuicem responsio: & voces iam auditæ rursum vel ex toto, vel ex parte iterantur (prout quoque in Latinis *Responsoriis* contingit) ἀντίφωνον appellatur. Vnde tum propter vocis significationem, tum propter compositionis formam Latine *Responsorium* congrue reddi posset: vetat tamen vsus loquendi antiquus, vt Missæ Introitum, alio quam Antiphoni vel Antiphonæ nomine dicatur, Cælestinus enim Papa qui psalmos Dauidicos pro Introitu instituit recitari, alternatim (quod Antiphonatim alii expresserunt) decurri præcepit, vt in eius vita Ciacconius refert, & cum tædiosa pariter ac prolixa foret psalmorum recitatio, Gregorius, Papa inquit Honorius Solitarius lib. 1. cap. 87. *Antiphonas ad Introitum Missæ composuit. Vnde adhuc primus versus eiusdem psalmi ad Introitum cantatur, qui olim totus recitabatur.* His suffragatur Alcuinus lib. de off. Eccl. *Primum omnium*, inquit, *dicitur Antiphona ad Introitum.* Et infra. *Hoc genus psallendi Græci inuenisse traduntur: quod ideo ad Introitum dicitur, quia per hoc introimus ad officium diuinum.* Antiphonorum autem inuentorem primum Martyrem Ignatium cum plurimis asserit Photius. ἀρχὴν δέ φασι τῶν ἀντιφώνων Ἰγνάτιον γενέσθαι τὸν θεοφόρον, ἀγγέλοις τὸ θεῖον ὑμνοῦσι τοῦτον τὸν τρόπον ἐκμιμησάμενον. *Principium Antiphonis dedisse Deiferum Ignatium Angelos hoc pacto diuinum numen celebrantes imitatum, dicunt.* Ecclesiæ quidem eorum specimen dedisse opinor, vsum tamen prius alibi viguisse Philonis Iudæi probat testimonium, de Essænis hoc pacto loquentis. δύο γίνονται τὸ πρῶτον χοροί, ὁ μὲν ἀνδρῶν, ὁ δὲ γυναικῶν. εἶτα ᾄδουσι πεποιημένους εἰς τὸν θεὸν ὕμνους πολλοῖς μέτροις καὶ μέλεσι, τῇ μὲν συνηχοῦντες, τῇ δὲ ἀντιφώνοις ὕμνοις καὶ ἁρμονίαις ἐπιχειρονομοῦντες, καὶ ἐπορχούμενοι, καὶ ἐπιθειάζοντες. τοτὲ μὲν τὰ προσόδια, τοτὲ δὲ τὰ στάσιμα, στροφάς τε τὰς ἐν χορείᾳ καὶ ἀντιστρόφους ποιούμενοι. εἶτα ὅταν ἑκάτερος τῶν χορῶν ἰδίᾳ καὶ καθ᾽ ἑαυτὸν ἑστιαθῇ, καθάπερ ἐν ταῖς βακχείαις ἀκράτου σπάσαντες τοῦ θεοφιλοῦς, ἀναμίγνυνται, καὶ γίνονται χορὸς εἷς ἐξ ἀμφοῖν, μίμημα τοῦ πάλαι συστάντος κατὰ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν. *Primo duo fiunt chori: alter virorum, alter fœminarum. Deinde cantant hymnos in laudem Dei compositos variis metrorum carminumque generibus: nunc ore vno, nunc alternis; non sine decoris & religiosis gestibus atque accentibus, modo stantes, modo ante retrorsumue gradum mouentes, vtcumque res postulat. Deinde postquam vterque chorus seorsum expleuit se his delicijs, velut amore diuino ebrij, vnum chorum faciunt promiscuum, ad imitationem illius olim instituti in rubri sinus littore.* Fuerunt ergo prius Alexandriæ vsitata Antiphona ab Essænis, quam Antiochiæ à S. Ignatio: & in maris rubri littore quā in locis prędictis multo antiquius ex Antiochiā tamen antiquius quā per Orientis Ecclesias diuulgata, in Ecclesiam Latinam, ab Ambrosio translata, & diuinis officiis inserta fuisse docet Radulphus Tungrensis Propos. 1.

64 Ἔξω τοῦ βήματος.] In Ambone, vt infra Isidori Pyromali M.S. annotauit, dicuntur à Diacono Pacifica: vbi deest Ambon, in Ecclesiæ gremio, ἔξω τοῦ βήματος.

65 Τὰ εἰρηνικά.] Preces sunt, quæ & pacem postulant, & in pace fieri debere à Diacono prædicantur: ἐν εἰρήνῃ, inquit, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. & deinde ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ σύμπαντος κόσμου τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Quorum ratione scribit Cabasilas cap. 12. τὴν εἰρήνην λέγει οὐ τὴν πρὸς ἀλλήλους μόνον, ὅταν πρὸς ἀλλήλους μὴ μνησικακῶμεν ἀλλὰ καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς αὐτούς. θορυβούμενον γὰρ νοῦν θεῷ προσελθεῖν παντελῶς ἀδύνατον. *Pacem dicit non eam quæ est inter inuicem, quando nulli male volumus: sed eam quæ est erga nos ipsos. Perturbata enim mens vt cum Deo conueniat, fieri non potest.*

66 Χριστῷ τῷ θεῷ παραθώμεθα.] Precum in altari faciendarum, quædam è Zonarâ in Can. 117. Concilij Carthaginensis sunt προοίμια, ad officia subsequentia *præfationes*: aliæ sunt epilogicæ, quæ officium claudunt, ἀπολύσεις nimirum: tertij tandem generis medias, παραθέσεις ὠνόμασαν, ἃς παραπεθῆναι τῷ λαῷ ἐν τῷ κυρίῳ. *commendationes vocauerunt, vt quæ populum Domino commendent*, talesque sunt præsentes Ἀντιλαβοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς. in quibus vox παραθώμεθα, denominationis impositæ sensum abunde aperit. De quibus Cabasilas cap. 14. ὅταν τὰ τοῦ θεοῦ μειρώμενοι τὴν ἡμετέραν καταφεύγομεν.

67 Ἐκφώνως ὁ ἱερεύς.] Qui ratione *secretas* in Missa Sacerdos Latinus dicit, in quarum calce vocem extollens in omnium auditu, *per omnia sæcula sæculorum*, intonat, Græcus pariter cunctas Liturgiæ orationes demptâ vltimâ ὀπισθάμβωνος nomen præferente, secretò Deo soli profert; quibus vt finem imponat, audientibus cunctis ἐκφωνήσεις, *orationum terminationes elatâ voce*, pronunciat. Illæ plerumque αἰτιολογίαν continent, causam scilicet rationemque, quā postulata impetrare confidamus: & pro diuersis huiusmodi causis, diuersis quoque modis componuntur. ὅτι σὺ εἶ ὁ ἁγιασμὸς ἡμῶν, cum sanctimonia petitur. ὅτι σὺ εἶ ἡ ἀνάπαυσις τῶν ψυχῶν ἡμῶν, cum defunctis requies.

ὅτι πρέπει σοι πᾶσα, δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις. cum Dei gloria intensius quæritur, de quibus Cabasilas cap. 15. fusius.

68. Τὸ πρῶτον ἀντίφωνον.] Habes illud supra fol. 104. & quia è psalmicis verbis, & noua oratione adiecta compingitur: circa compositionem huiusmodi aduertit Thessalonicensis lib. de templo. ψαλμικὰ μὲν προλέγοντες, συνάπτοντες δὲ καὶ ἐκ τῆς χάριτος τοὺς ὕμνους, καὶ διὰ μὲν τῶν ψαλμικῶν προσκυρήσσοντας, καὶ τοῖς πάλαι, οἷς καταγγέλλουσι τὴν τοῦ Θεοῦ σάρκωσιν· καὶ διὰ τῶν ἐφυμνίων, αὐτὴν παρεισάγοντι τὴν χάριν τετελεσμένην, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ υἱὸν σαρκωθέντα, καὶ πάντα ὑπὲρ ἡμῶν ἐνεργήσαντα. Psalmorum quidem præmittentes verba, hymnosque gratiæ adiungentes: & psalmicis certè, Dei incarnationem antiquis, quibus eam annunciant, prædictam fuisse; Resumptionibus vero ipsam gratiam adimpletam esse, & Dei filium incarnatum, & omnia pro nobis operatum, exhibemus. Consonat Cabasilas cap. 18 τὸν μὲν πρὸ τοῦ Ἰωάννου σημαίνει τὰ προφητικὰ ᾀδόμενα· ὅτι καὶ τὰ τίμια δῶρα, δι' ὧν ὁ Χριστὸς σημαίνεται, οὔπω εἰς μέσον ἄγεται· ἀλλ' ἰδίᾳ ἀπόκειται συγκεκαλυμμένα. Tempus quod fuit ante Ioannem significant Prophetica quæ canuntur: quando etiam præmissa dona, per quæ Christus significatur, nondum in medium adducuntur, sed seorsum cooperta & reposita sunt. Christum autem sub donis in Prothesi locatis, velut in præsepe iacentem consideranti, tunc temporis inquit. τὰ ἀντίφωνα τὰ ἀρχὰς τῆς παρουσίας σημαίνει, ὅτι παρεγένετο μὲν, οὔπω δὲ ἐφαίνετο τοῖς πολλοῖς. τότε γὰρ χρεία ἦν αὐτῷ ἔτι τῶν προφητικῶν λόγων. Prima tempora aduentus eius significant Antiphona, quando aderat quidem Iesus sed non cognoscebatur à multis: tunc enim opus illi adhuc erat dictis Propheticis. Qua ratione explicationi allatæ consonet Introitus apud Latinos, Durandus lib. 4. cap. 5. edisserit.

69. Τὰ τυπικά.] Psalmum vigesimum secundum præsens vox suggerit intelligendum, qui & πρῶτα τυπικὰ, (ad discrimen inter ipsum & 145. δεύτερα τυπικὰ vocatum) ponendum dicitur. Ambo vero τυπικὰ audiunt, vel κατὰ τοὺς τύπους, iuxta normam & rubricas cantari, vel potius quia in officio τῶν τυπικῶν legi consuescunt. Vt enim Græci post μέγα ἀπόδειπνον completorium magnum, aliud μικρὸν minus habent: & post primam, tertiam, sextam, & nonam, medias horas sibi præscripserunt μεσώρια vocatas, dicta nimirum prima, μεσώριον τῆς πρώτης: completa tertia, μεσώριον τῆς τρίτης, καὶ τὰ ἑξῆς. His quasi ad diuinas laudes non facientibus satis post sextam & μεσώριον eius, ἀκολουθίαν τῶν τυπικῶν, typicorum officium subiunxerunt, in quo cum inter alias preces, etiam psalmi 22. & 145. reperiantur, vt è typicis extracti, eorum primus dicitur, πρῶτα τυπικὰ, & secundus δεύτερα τυπικά.

70. Τὸ δεύτερον ἀντίφωνον.] Habetur supra fol. 10. eius resumptio sanctorum efflagitat preces τῶν ἁγίων μεμνημένοι, οἳ ὑπὲρ τῶν μυστηρίων ἀγωνισάμενοι ἱερῶς τετελείωνται, καὶ τὰς αὐτῶν ἐπικαλοῦνται δεήσεις. inquit Symeon, Thess. lib. de templo. Sanctorum recordati, qui pro his mysteriis decertantes, sanctè consumpti sunt, eorum orationes postulant. Primi autem replica siue ἐφύμνιον, Deiparam inuocat, vt incarnationis Verbi cum Spiritu sancto autricem, & tertii tandem similis resumptio Verbum ipsum incarnatum, ceu Saluatorem, pro se Ecclesia interpellat. De quibus S. Germanus, Cabasilas, & Symeon diffusius. Cæterum secundo Antiphono dicto, modulus ὁ μονογενὴς υἱὸς, decantādus connotatur fol. 104 & alibi. De eo iuxta veterum traditionem testatur Germanus ὅτι ποίημά ἐστιν Ἰωσὴφ καὶ Νικοδήμου, Ioseph & Nicodemi opus esse. ἀπαίροντες γὰρ τὸν κύριον πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι, ἐμυήθησαν αὐτὸ ἀπὸ τοῦ τιμίου, καὶ ζωοποιοῦ σώματος τοῦ κυρίου, καὶ τῆς ἐν αὐτῷ ἀχωρίστου θεότητος. qui cum tollerent Dominum vt sepelirent, tale carmen initiati sunt, à venerando & viuifico Domini corpore, & Deitate nunquam ab eo seperanda: quamuis & alios Iustiniano Imperatori vt authori, illum adscripsisse non reticeat: cui suffragatur Cedrenus, scribens de Iustiniano. ἀνήγειρεν ἐκ θεμελίων τὴν μεγάλην τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν εἰς κάλλος καὶ μέγεθος ὑπὲρ τὴν προτέραν, παρέδωκε καὶ τροπάριον αὐτῇ παρ' αὐτοῦ μελισθὲν ψάλλεσθαι. Ὁ μονογενὴς υἱὸς, καὶ λόγος τοῦ Θεοῦ. Excitauit è fundamentis magnam Dei Ecclesiam, quam maiorem & pulchriorem priore renouauit: cui & carmen à se compositum tradidit Vnigenitus filius, & verbum Dei. Cedreno assentitur Ludouicus Phyllaras Atheniensis in sua χριστιανικῇ διδασκαλίᾳ, vernacule & concinne scripta. τοῦτο τὸ τροπάριον ἔγραψεν ὁ Βασιλεὺς ὁ Ἰουστινιανὸς εἰς τιμὴν τῆς γεννήσεως, καὶ τῶν πάθους τοῦ Χριστοῦ, βάλλοντας ἐκεῖνα τὰ λόγια· εἷς ὢν τῆς ἁγίας τριάδος· ἐναντίον τῆς αἱρέσεως τῶν Νεστοριανῶν. Hunc modulum Iustinianus Imperator in natiuitatis & passionis Christi honorem composuit; cui & hæc verba inseruit (qui vna est sanctæ Trinitatis persona) aduersus Nestorianorum hæresim, quæ tamen verba in quibusdam liturgicis exemplaribus non leguntur.

91. Τὸ τρίτον ἀντίφωνον.) Tria Antiphona, siue introitus, in vna sola liturgia nullus mirabitur, qui etiam in antiquis Latinorum missis, plura simul legenda, cum Menardo in notis ad Sacramen. Gregorii folio 335. obseruauerit.

72. Τὴν τριτοέκτην.] Tertium & sextum Canticum Canonis, in Matutinis horis cantati, vno vocabulo τριτοέκτη dicitur: duo vero illa Cantica seliguntur præ aliis in liturgia cantanda, eo quod inter tertiam & sextam diei horam & post tertiam & ante sextam officii, illa celebratur.

73. Τοὺς μακαρισμούς.) Hymni sanctorum beatitudinis memoriam recolentes, vel potius ex beatitudines de quibus Matthæi 5. vel tandem pia viuentium vota precesque pro defunctorum requie, vt regni cælestis beatitudinem consequantur, persolutæ, & beatitudinibus Euangelicis actu recitatis adiunctæ, μακαρισμοὶ vocantur. Vide mortuorum officium paulo ante finem, & ὀνομαστικὸν verbo μακαρισμοί.

Minor ingressus, siue solemnis Euangelii ad altare deportatio.

74. Ποιοῦσι τὴν μικρὰν εἴσοδον.] Sacerdotis ad altare accessus, Euangelii introductio, vel sacrorum donorum à Sacerdote in sacrarium deportatio, adiuncto procedendi augusto ritu, vocatur εἴσοδος. Duplex autem est, μεγάλη & μικρά. Maior est sacrorum donorum illatio, de qua inferius: minor est hæc introductio libri Euangeliorum, quo Diacono à Sacerdote tradito, egreditur ille porta Prothesis, & eleuatum ante faciem deferens, subsequente Sacerdote viam illam sinuosam tenet, quam punctis ordine ductis tabula prima & secunda descripsimus, qua peragrata ante sacras fores sistunt, vt Sacerdos τὴν εἰσόδου εὐχὴν recitet: cuius ritus mentem aperit S. Germanus. ἡ εἴσοδος τοῦ εὐαγγελίου ἐμφαίνει τὴν παρουσίαν τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν εἴσοδον εἰς τὸν κόσμον τοῦτον, ὡς λέγει ἀπό-

τόλος, ὅταν εἰσαγάγῃ τὸν ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τὸν πρωτότοκον τὸν μονογενῆ αὐτοῦ, εἰς τὸν κόσμον λέγει, καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτὸν πάντες ἄγγελοι αὐτοῦ. *Introitus Euangelij aduentũ indicat Filij Dei, & ingressum eius in hunc mundum, vt ait Apostolus, cum induxerit nimirum Deus & pater, primogenitum & vnigenitum in orbem ait, adorent eum omnes Angeli eius.* Hinc omnes Euangelio per Ecclesiam delato, reuerentiam exhibent ad quam excitandam λαμπρᾷ φωνῇ, secundum mystagogum eundem Δεῦτε προσκυνήσωμεν καὶ προσπέσωμεν Χριστῷ, vt videre est fol. 105. decantant. Quam Augustus vero sit Ingressus Euangelij ordo cum Pontifex sacra peragit, describit. Thessalonicæ Episcopus lib. de templo: τετελεκότος τοῦ ἱεράρχου ἔξωθεν εὐχάς, οἱ διάκονοι συμπαρίστανται· τῶν ἱερέων δὲ τοῦ βήματος ἔνδοθεν τετελεκότων καὶ αὐτῶν τὰς εὐχάς, ἡ τῶν θείων ἀγγέλων δηλοῦται κατάβασις ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ ἀναλήψει· καὶ λαμπάδων μὲν προπορευομένων, τῶν διακόνων δὲ κατὰ συζυγίας προηγουμένων, τοῦ ἱερέως τε καὶ εὐαγγελίου κατερχομένου, καὶ τοῦ ἀρχιερέως δὲ καὶ αὐτοῦ παρὰ διακόνων ἑκατέρωθεν παρακρατουμένου, τῶν λοιπῶν δὲ ἱερέων ὄπισθεν ἑπομένων καὶ τὸ, Δεῦτε προσκυνήσωμεν Χριστῷ λίαν λαμπρῶς ᾀδομένου, καὶ τοῦ ἀρχιερέως εὐφημουμένου, μικρὸν πρότερον τοῦ διακόνου μετὰ τὴν εὐχὴν τῆς εἰσόδου, τοῦ τὸ εὐαγγέλιον κατέχοντος, ἐκφωνοῦντος τὸ Σοφία, ὀρθοί. *Pontifice orationes foris.* (in loco vbi primum sacris se vestibus ornauit) *perficiente, astant ei Diaconi, sacerdotibus vero qui intra sancti tribunalis limites existunt, etiam & ipsis orationes* (trium Antiphonorum) *terminantibus, diuinorum tunc Angelorum in Christi ascensione demonstratur descensus:* (alij melius ad Christi aduentum referunt) *& cereis quidem praecedentibus, Diaconis vero inter se combinatis reliquos deducentibus, sacroque elato Euangelio, & ipso Pontifice à Diaconis hinc inde suffulto, reliquis autem Sacerdotibus retro subsequentibus, & Venite adoremus Christum, clarà voce concinentibus & insuper Pontifice faustis acclamationibus excepto, Diacono etiam qui Euangeliũ defert, ipsum modico spatio, post Introitus orationem praecedente, & exclamante Sapientia, recti.* cuncti, Diaconi videlicet, & Sacerdotes Episcopo concelebrãtes, & ipse tandem Episcopus sanctum tribunal subeunt. Consule Isidori Pyromali exemplar inter Basilianæ liturgiæ varias lectiones, literâ R. Cuius cærimoniæ par ea est in Ecclesiâ Latina, quã pompa etiam celebri Euangelio delato, solemni processu dum cantatur secundo introitus, ad altare Pontifex à Diaconis deducitur.

75 Λέγει ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχήν.) Sacerdos in hoc Ingressu procedens κεχαλασμένον ἔχει τὸ φελώνιον. *demissam & manibus expansam gerit casulam*: quod tum maiestatis gratiâ vt pote nil manibus deferens agit, tum etiam vt Christum carne humanâ indutum, & habitu in humilitate inuentum designet. Ita Georgius Coresius, qui etiam admonet, dum legitur Euangelium, vel Hymnus Cherubicus canitur, vel tandem oratio ὀπισθάμβωνος recitari debet, simili modo & fine, illam à Sacerdote teneri. Eius effugiem habes supra.

76 Καὶ τοῦ τελευταίου τοῦ τροπαρίου πληρωθέντος:] id est, τοῦ, Δεῦτε προσκυνήσωμεν.

77 Σοφία, ὀρθοί.] Bifariam vox hæc secunda iuxta diuersa exemplaria legitur. Vel vt sit adiectinum fœmineum dictionis σοφία: & tunc populum, vt *rectam* & ad Deum tendentem *sapientiam* teneat, Diaconus hortatur. vel vt sit plurale masculinum, & tunc *erectos* omnes *sapienter* stare iubet: hæc enim acclamatio exhortationem in se se includit: de qua Cabasilas cap. 19. ἔστι δὲ τὸ ὀρθοί, ἐπιφώνημα παραίνεσιν ἔχον. τίς δὲ ἡ παραίνεσις; ἐν ἀγωνίᾳ ἡμᾶς εἶναι βούλεται τῷ θεῷ, καὶ τοῖς μυστηρίοις ἐντυγχάνοντας· καὶ μὴ ῥαθύμως. ἀλλὰ μετὰ σπουδῆς ταύτης καὶ πάσης αἰδοῦς τὴν τοιαύτην ὁμιλίαν ποιεῖσθαι· εἴτε ὁρᾶν, εἴτε λέγειν, εἴτε ἀκούειν τι δέησει ἱερῶν. καὶ σημεῖον τοῦτο πρῶτον δεικνῦσαι τῆς σπουδῆς ταύτης καὶ τῆς εὐλαβείας τὴν ὀρθωσιν τοῦ σώματος· καὶ μὴ καθημένους, ἀλλ' ἑστῶτας τοῦτο ποιεῖν. *Vox ὀρθοὶ acclamatio est adhortationem continens. Quæ est adhortatio? Vult nos certamini intentos: quia ad Deum & ad diuina mysteria accedimus, & non socorditer, sed cum diligentiâ, omnique reuerentia in eis versari (siue videre, siue dicere, siue audire aliquid, ex sacris oportebit; & hoc primum signum ostendere huius studij & reuerentiæ corporis erectionem, vt non sedentes, sed recti hoc agamus.*

78. Εἶτα προσκυνήσας αὐτός τε, καὶ ὁ ἱερεύς.] At si Pontifex sit qui celebret, admonet Thessalonicensis allato & tradito sibi à Diacono δικηρίῳ, Euangelium cruce facta signare. Δικήριον autem *cereus bisulcus* est, sicut *τρικήριον* *trisulcus*: & vtrumque manibus frequentius gestat Pontifex, & vtraque manu simul cum illis, populo benedicit, quod est δικηρίῳ vel τρικηρίῳ σφραγίζειν. Nunc equidem cereo bicipiti à Symeone perhibetur Pontifex Euangelium signare. ἀλλὰ καὶ δικηρίῳ τὸ σφραγίζων ὁ ἱεράρχης τὸ εὐαγγέλιον, τὴν διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως δηλοῖ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς φωταγωγίαν τοῦ διφυοῦς Ἰησοῦ. τῇ γὰρ αὐτοῦ σαρκώσει, οὐ μόνον τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀγγέλους κατηύγασε. *Sed & cereo quodam bisulco dum signat Pontifex Euangelium, illustrationem quæ per Iesu duplici natura constantis incarnationem nobis obtigit, manifestat. Carnis enim assumptione non homines solum, sed & etiam Angelos diuina luce perfecit.* Tricipiti autem cereo cum vtitur Pontifex, Trinitatis personarum cognitionem se manifestare profitetur: & cum τρικηρίου ramum vnum in liturgiæ fine extinguit, Christi immortalis in temporaneo sacramento cõsumptionem, vel eius in cęlos ascensionem indicat. τρικηρίου, porro primam inuentionem & primum vsum reuocat Symeon Thessal. lib. de Sacram. ad antiquos Episcopos, qui in habendo examine, & suffragiis ferendis circa quosuis ad Pontificias sedes euehendos, coram præsenti Christi imagine, in sanctissimæ Trinitatis honorem, & diuini luminis in se accersionem, tres cereos accendere, soliti erant: quo postea factum est, vt cereo tricipiti Pontifex electus & consecratus, in quauis actione sacra, & maxime in benedictionibus impertiendis vteretur. ἔνθα τῆς ἱεραρχίας ψηφίζεσθαι ἔθος, ἅπτονται μὲν τῆς θείας εἰκόνος Χριστοῦ ἔμπροσθεν τρεῖς κηροί, εἰς δόξαν τε καὶ τύπον τῆς ἁγίας τριάδος, καὶ ὅτι παρ' αὐτῆς ἅπας ἡμῖν φωτισμός, καὶ μᾶλλον οὗτος ὁ θεοτάτης. διὸ καὶ ἐντεῦθεν ἀρξάμενον τὸ τρικήριον, ὅπερ ἐν πάσαις τελεταῖς τοῦ ἀρχιερέως ἐστί. *Vbi Pontificis electio peragi consueuit, accenduntur coram sacra Christi imagine tres cerei, in gloriam & figuram sanctæ Trinitatis, & quia ab illa illustratio cuncta, & maxime sacerrima hæc profluit: propterea & hinc etiam cereus triplex incepit, quod in omnibus Pontificiis actionibus, & sacris ritibus adhibetur.* Eius hic effigiem respicere licet.



Τρισαγίου, Ter Sancti Hymni solemnis cantus.

79. EΥλόγησον δέσποτα τὸν καιρὸν τοῦ τρισαγίου.] Partium liturgię diuisio cognoscitur, cum ad nouam benedictionem impertiendam Diaconus Sacerdotem adhortatur: Repetita namque benedictio nouum distinctumque mysterium celebrandum designat.

80. Τοῦ τρισαγίου.) Nulla frequentior, celebrior, aut maiori deuotione à Græcis vsurpata oratio, quã τρισάγιος ὕμνος. ἅγιος ὁ θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος ἐλέησον ἡμᾶς. Hanc è lecto surgentes coram, Deo in Ecclesiis adoraturi προσκυνοῦντες, vel mentem quomodolibet in cœlum attollentes frequentant; & nihilus ipse Iunior iam iam moriturus lethi vinculo etiam lingua præpedita: semper pronunciare satagebat, prout discipulus Anonymus in eius vita scriptum reliquit. Hymni tam in Ecclesia Orientali quam Occidentali decantandi institutionem ad Theodosij Iunioris & Procli Patriarchæ tempora, Ecclesiasticę historiæ scriptores plerique reuocant, quibus & breuius: hæc Theophanes in Chronico. ἐπὶ τούτου τοῦ ἐν ἁγίοις Πρόκλου σεισμοὶ γεγόνασι μεγάλοι ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει ἐπὶ τεσσάρας μῆνας· ὥστε φοβηθέντες οἱ Βυζάντιοι ἔφυγον ἔξω τῆς πόλεως ἐν τῷ λεγομένῳ Κάμπῳ καὶ ἦσαν προσκαρτεροῦντες μετὰ τοῦ ἐπισκόπου ἐν ταῖς λιταῖς, κλαίοντες πρὸς τὸν θεόν. ἐν μιᾷ οὖν κυμαινομένης τῆς γῆς, καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ κράζοντος τὸ, Κύριε ἐλέησον, ἐκτενῶς· περὶ ὥραν τρίτην ἄφνω πάντων ὁρώντων, συνέβη ὑπὸ θείας δυνάμεως ἀρθῆναι τινὰ νεανίσκον εἰς τὸν ἀέρα, καὶ ἀκοῦσαι θείας φωνῆς παραινούσης αὐτὸν ἀγγεῖλαι τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ τῷ λαῷ λιτανεύειν οὕτως. Ἅγιος ὁ θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος ἐλέησον ἡμᾶς. μηδὲν ἕτερον προστιθέντας. ὁ δὲ ἐν ἁγίοις Πρόκλος ταύτην δεξάμενος τὴν ἀπόφασιν ἐπέτρεψε τῷ λαῷ ψάλλειν οὕτως. καὶ εὐθέως ἀπέστη ὁ σεισμός. ἡ δὲ μακαρία Πουλχερία, καὶ ἑαυτῆς ἀδελφὸς ὑπεραγασθέντες τῷ θαύματι, ἐθέσπισαν κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τὸν θεῖον τοῦτον ψάλλεσθαι ὕμνον· καὶ ἀπὸ τότε παρέλαβον πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ᾄδειν αὐτὸ τῷ θεῷ. *Sub hoc sancto Proclo terræ motus facti sunt magni Constantinopoli per quatuor menses: ita vt timentes Byzantij extra ciuitatem in loco qui dicitur Campus, cum Episcopo precibus & Litaniis ad Deum vociferantes perseuerarent. Quadam ergo die fluctuante terra, & omni plebe intensius exclamante, Domine miserere, circa horam tertiam, omnibus videntibus contingit diuinâ virtute sustolli quendam adolescentulum in aerem:* (Lectorem fuisse quidam asserunt) *& audiri diuinam vocem admonentem eum, Episcopo ac populo nunciaret, vt litanias sic facerent, & dicerent, Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus & immortalis, miserere nobis: nihil aliud apponentes. Sanctus autem Proclus hac suscepta sententia, præcepit populo sic psallere, & statim terræ motus cessauit. Porro beata Pulcheria cum eius fratre*

supra modum admirata, sanxit per vniuersum orbem terrarum diuinum hunc psallere Hymnum. Et tunc receperunt omnes Ecclesiæ per singulos dies hunc canere Deo. Ecclesias autem hic intellige Orientales; Occidentalis enim non nisi in die sancto Parasceues, Græcè simul & Latinè, hoc quidem pacto, vt sua lingua Deum celebret; illo, vt diuinam ipsam vocem Bysantii à puero Lectore auditam imitetur, canendum suscepit: die, inquam, Parasceues sanctæ, tum propter causas omnes à Durando & aliis adductas, tum maximè, quia eo ipso die è cælo accepit Ecclesia eum concinere Hymnum. Idque firmatur ex Menologio Græcorum dicente: πρὸ τῆς ἀναστάσεως, *ante resurrectionis diem.* id contigisse: ita vt Ecclesia nostra illum merito succinat ea die ipsa, qua sic cælitus recinendum, primum & auditum, & præceptum est. Nec abs re, inquit Vincentius Riccardus suis in Proclum notis: quia cum aduersus Theopaschitas diuinũ imperauit numen, in Ter sancto Hymno non addendum hac voce, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, *qui crucifixus est pro nobis* (quam Petrus Gnaphæus & sequaces interiicere sunt moliti), ne sanctum immortalem Deum, passum & mortuum fuisse concedatur, ideo Ecclesia Latina, ipso die, quo Christi Domini passionem celebrat & mortem, vt in carne passum demonstret, non secundum Diuinitatem; illum canit Hymnum, qui ad id signandum, ita tunc cani cæptus fuerat. Patet itaque nec Iacobum, nec Basilium aut Chrysostomum Theodosio antiquiores, illum primitus suis liturgiis inseruisse, & nullius proinde illorum sequentem orationem ὁ θεὸς ὁ ἅγιος, ὁ ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενος, sed aut Procli ipsius aut alicuius posterioris ætatis opus dici posse: cuius argumentum est, quod in antiquissimo Barberino M. S. superius alia τρισαγίῳ, hac forsan nondum vbique recepta, reperiatur oratio. ἅγιε ἁγίων ὁ θεὸς ἡμῶν. Cæterum cum cælites ipsi τρισαγίου inuentores, à plerisque historiographis publicentur: frustra Cabasilas, Symeon, & S. Germanus illius editionem perscrutantes, torquentur: nec Iobii Monachi apud Photium titulo 222. docta licet & subtilis admittenda est sententia, quæ congruam licet ostendat illius Hymni compositionem, nullatenus tamen vt excogitat, ortam commonstrare potest. Vide Photium citatum, cuius solum in hoc mihi mens probatur, quod post repræsentatum initio liturgiæ Filii Dei in terras illapsum; Angelicis Ecclesia vocibus illum continuò suscipiat, & ὁ ἱεροψάλτης ἄνωθεν ἀναβοᾷ. ἅγιος ὁ θεὸς, &c. *Sacer cantor è superno loco, idest ex Ambone exclamat, Sanctus Deus, &c.*

81. Ὅτι ἅγιος εἶ.] Petitioni accommodata concessio. Precatus enim fuerat Diaconus benedicendum τὸν καιρὸν τοῦ τρισαγίου, annuitque postulatis, accommoda subiungens Sacerdos: ὅτι ἅγιος εἶ, καὶ τὰ ἑξῆς.

82. Καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.) Reliqua benedictionis à Sacerdote datę verba quasi sibi reseruata, Diaconus assumit dicenda: vtque τρισαγίῳ Hymnum ore indefesso, & in perpetuum personet populus, precatur dicens: εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Tenensque Orarium (tenet autem tribus digitis quandocumque aliquid mysterio plenum occurrit indicandum) verbis illis, vt signo, τρισάγιον à Choro inchoandum, significat.

83. Τοῦ χοροῦ ψάλλοντος τό, δόξα καὶ νῦν.) Annotat hic Thessalonicen. lib. de Sacra. quod si celebrans sit Episcopus: τῷ δικηρίῳ σφραγίζει τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, τὰς δύο τοῦ Χριστοῦ δηλῶν φύσεις, ὃς τῇ ὑποστάσει εἷς ἐστιν ἀδιαίρετος: *cereo bicipiti sanctum Euangelium signat duas in Christo prædicans hoc pacto naturas, qui hypostasi vnus est & indiuisus:* Et hoc quidem quantum ad ritum supra numero 78. notatum: quantum vero ad præsentem spectat: τῷ τρικηρίῳ πάλιν ἐν τῷ ὑμνεῖν τὸ τρισάγιον, ὡς τό, δόξα πατρὶ, καὶ υἱῷ, καὶ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ὅτι τρία τοῖς προσώποις· καὶ ἐν τῇ φύσει ἡ τριάς ἐστιν, ἧς καὶ τὴν γνῶσιν ὡς φῶς, καὶ διφυοῦς τοῦ ἑνὸς τῆς τριάδος σεσαρκωμένου τὸ εὐαγγέλιον ἔλαμψεν ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ. *Tricipiti cereo rursus dum cantatur Ter Sanctus Hymnus ad Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Et nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen. (Pontifex benedicit.) Quia personis quidem trina, sed in substantia (vna) est Trinitas, cuius cognitionem, sicut & Christi duplicis naturæ constantis, Verbi Incarnati, vnius personæ Trinitatis, velut lumen, sanctum Euangelium per totum orbem sparsit.*

84. Ψάλλουσι καὶ αὐτοὶ, ὅτε ἱερεὺς καὶ ὁ διάκονος.] Dum τρισάγιον à choro canitur, illud idem iunctis vocibus è sacrario Sacerdos & Diaconus intonant. Cuius mysterium expromit Symeon lib. de templo συμφωνίαν καὶ ἕνωσιν ἀγγέλων τε, καὶ ἀνθρώπων δηλοῦσι. διὸ καὶ ἔνδοθεν οὕτως παρὰ τῶν ἱερέων, καὶ ἔξωθεν παρὰ τῶν κληρικῶν τε, καὶ λαϊκῶν ᾄδεται. μία γὰρ ἐκκλησία ἀγγέλων τε καὶ ἀνθρώπων, διὰ τὸ Χριστοῦ γέγονε· κηρύττει γε καὶ τοῦτο ὁ ἀρχιερεὺς, τρικηρίῳ πάλιν τὸ εὐαγγέλιον παραδηλῶν κήρυγμα, καὶ δι' αὐτῆς κρατύνεσθαι τοῦτο. *Concordiam & vnionem Angelorum & hominum designant. Ideo Hymnus hic à Sacerdote & Diaconis intus, foris vero à Laicis & Clericis cantatur. Vna enim Ecclesia ex Angelis & hominibus coaluit: quod dum prædicare intendit Pontifex, tricipiti cereo iterum Euangelium signat, Trinitatis in Euangelio manifestas prædicationem, eamque per illud, semper propagari expostulat.* Quæ prius fuerat S. Germani expositio. ἡ σφραγὶς ἣν ὁ ἀρχιερεὺς εἴωθε ποιεῖν ἐν τῷ τέλει τοῦ τρισαγίου, εἰς πλήρωσιν μὲν καὶ οἱονεὶ, ἐπισφράγισμα τῶν περὶ τοῦ Χριστοῦ προηγορευμένων προφητικῶν χαρακτηρίζεται. *Crucis signum à Pontifice in Ter sancti Hymni fine fieri solitum, complementum, & velut obsignationem eorum quæ de Christo prædicta erant, exprimit.* Qua authoritate, de se nimium facili intellecta, mirandum, vnde Meursius didicerit, in fine τρισαγίου, σφραγίζειν esse, *facere sigillum*; nisi forte ita crucis signum, mixobarbaro vocabulo intellexerit; in dictione τρισαγίοις.

Epistolæ Lectio.

85. Κέλευσον δέσποτα.] In hac alia liturgiæ parte, sessionem Sacerdotis vel Pontificis, Propositi cantum, & Epistolæ Lectionem complectente, moniturus primo Diaconus Sacerdotem vt sedeat; suggerit solum ex humilitate, vt sedere iubeat. Sic Græci hodie sua vulgari lingua, ex animi demissi sensu dicunt. θέλεις νὰ κάτζῃς, iube vt sedeas: θέλεις νὰ φάγῃς, iube vt comedas. Videatur simile verbum explicatum initio τῆς ἱεροδιακονίας.

86. Καὶ ὁ ἱερεὺς λέγει ἀσυγχύτως.) Promissus primo Christus Propheticis Antiphonorum verbis, tum solemni Euangelii introductione mundo manifestatus, Hymno deinde Trisagio à mage dilectis Apostolis agnitus, nunc vt Messias Rex, his enunciatur: εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου. Qua de causa vices eius gerens Sacerdos vel Pontifex, ad

thronum quasi regni eius possessionem accepturus procedit: τὸ καθίσαι δὲ, ait S. Germanus, δηλοῖ ὅτι ὁ υἱὸς τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἣν ἐφόρεσεν, ἀνεβίβασεν ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας τῶν ἄνω δυνάμεων. *Sessio Sacerdotis ideo fit quod carnem quam Filius induit, super omnem principatum & potestatem cælestium virtutum extulit.*

87. Τὴν ἄνω καθέδραν.) Pontificiam vel Sacerdotalem sedem, quam literæ nude acceptæ sensus hic exprimit, mystice tantum intelligendam, eruditissimus author, viri Græci suos alioqui ritus ignorantis sermone fretus asseruit: & τὴν ἄνω καθέδραν, *solium superius*, thronum nempe gloriæ Christi, de quo sequens oratio loquitur, significare contendit. Verum quamuis thronum hunc mysterium aliqua templi materialis parte repræsentari non sit inficiandum, nulla tamen est, quæ commodius inuisibilem Christi sedem, & supercœleste tribunal visibili typo, quam eminens ille locus in quem ad sedendum in Ecclesia se recipit Episcopus, possit delineare. Talem sibi statuit Hierosolymis Iacobus Domini frater, de quo Eusebius libro 7. capite 14. Alexandriæ Petri discipulus Marcus, cuius est mentio apud Baronium anno 45. num. 12. & Antiochiæ primo, deinde Romæ ipse Apostolorum princeps, à quo potestas & gloria in omnes alios thronos deriuatur. Sedesque huiusmodi, (quæ tum in antiquis Latinis, tum in pluribus Græcis Ecclesiis circum altare, in concha siue testitudine erecta est, prout tabula nostra fol. 13. & 21. superius ostendit, & pluribus fol. 15 declaratū est) σύνθρονος ille est, in quo Coepiscopos Patriarcha, vel Episcopus Sacerdotes admittit.] Ibi καθίσας ὁ ἱεράρχης τῷ συνθρόνῳ τὴν Χριστὸν ἐκμιμούμενος συγκαθέδρους ἔχει καὶ τοὺς ἐπισκόπους καὶ ἱερεῖς μιμουμένους τοὺς ἀποστόλους, εἰρήνην ἅπασι λέγει. *Consessui recubans Pontifex Christumque imitatus, assessores habet Episcopos & Sacerdotes, Christum repræsentantes, & omnibus pacem indicit*, inquit, Thessaloni. lib. de templo. Ibidem quoque τῷ τρικηρίῳ σφραγίζων διὰ τῆς τριάδος τὸν ἁγιασμὸν ἡμῖν ἐπιβεβαιοῖ· καὶ ὅτι ὁ Χριστὸς εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνεληλυθὼς, τὴν λαμπρὰν τῆς τριάδος, ἣν τὸ φῶς σημαίνει, καὶ τὴν εὐλογίαν ἡμῖν ἐβράβευσε. *cereo trisulco benedicens sanctificationem nobis à Trinitate profluentem confirmat, vt & Christus in cælum conscendens Trinitatis irradiationem, quam lumen ostendit, & benedictionem, nobis promeruit. Ibi tandem sedet*, inquit, expositio Missæ tomo. 6. Bibliothecæ SS. *& presbyteri cum eo, ad nutum eius, & Diaconi stant ante Pontificem. Subdiaconi autem ascendunt ad altare statuentes se ad dexteram. Sedens autem vertit faciem ad populum, vt ostendatur ei potestas à Deo data vt possit superintendere & superspeculari* (ὡς ἐπίσκοπος, & in specula sanctæ vniuersalis Ecclesiæ constitutus, vt verbis Ioannis Diaconi vtar in vita S. Gregorij lib. 2. cap. 2.) *quis humiliter quisue superbe stet in Ecclesia.* Videndus iterum Thessal. memoratus vbi, περὶ τοῦ συνθρόνου. Vide Isidori Pyromali exemplar inter varias lectiones Basilij liturgię litera, m. Adde & Blastaris dictum è cap. 7. Elementi. Δ. ἐπίσκοπος ὠνόμασται παρὰ τὸ ἐπισκοπεῖν ἀκριβῶς, ὡς ἐξ ὑψηλοῦ καὶ μετεώρου τὰ τοῦ λαοῦ. τούτου τοι κἂν τοῖς ἀδύτοις τοῦ ἱεροῦ, ὁ καθέδρα συμβολικῶς ἐφ' ὕψους ἵδρυται τῷ ἀρχιερεῖ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις ἐνταῦθα συνεστάναι τούτῳ, καὶ συγκαθῆσθαι δέδοται. *Episcopus quod diligenter speculetur, & ex alto populum intueatur, nomen habet. Ac propterea in sacris adytis illi, Sacerdotibusque ibidem consistere, & cum eo sedere permissis, in sublimi sedes est erecta.*

88. Εἰρήνη πᾶσι.] His verbis prolatis populum cereo tricipiti signat Pontifex vt numero superiori declaratum est.

Σοφία.) Modestiam & attentionem in Ecclesiis publice quondam enunciasse Diaconos, ostendit c. 7. Concil j Aquisgranensis, iamque id Apostolorum tempore obseruatum enarrant Constitut. Apost. Clementis lib. 8. cap. 15. Hic itaque proposito Epistolæ præuio attendere, populus à Diacono præcipitur: ipseque Diaconus κελεύει πάντας μὴ ῥαθύμως, καὶ ἀμελῶς· ἀλλὰ τοῖς πληρωμένοις καὶ ᾀδομένοις προσέχειν τὸν νοῦν. τὸ δὲ, πρόσχωμεν, ἐπιτὸ δύναται. καὶ σοφίαν ἀναμιμνήσκει μεθ' ἧς δεῖ τοῖς μυστηρίοις προσέχειν. *Iubet omnes non socorditer & negligenter stare, sed eis quæ fiunt, & canuntur attendere. Attendamus enim prolatum, attentionem excitat. Deinde sapientiam in mentem reuocat, cum qua oportet, ad mysteria accedere, & mentem adhibere.* Ita Cabasilas.

89. Ἀλληλούϊα.] Graduale, & Alleluia cum versu, lecta Epistola, cantant Latini: at non ita Græci, sed ante Epistolæ lectionem Ter sanctus Hymnus quasi loco Gradualis ab eis canitur: tum Alleluia cum duobus versibus, προκειμένου nomen obtinentibus; deinde legitur Epistola; & ea lecta resumitur iterum Hymnus Alleluia: & tandem ad Euangelij lectionem procedunt.

90. Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.] Etsi confestim adiungendum occurrat τὸ προκείμενον, *propositum*. verbis Dauidicis frequentissime conflatum, non ipsum tamen est, in quod voces hæ, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ, præfationis more cadunt, quin potius voci Ἀλληλούϊα connectuntur, & Hymnum illum Ἀλληλούϊα psalmum Dauidis esse, ad instar cuiusdam explicationis, indicant: cuius argumentum est quod προκείμενον, non semper è psalmis Dauidis extrahatur, & nihilominus τὸ Ἀλληλούϊα, non ψαλμὸς τῷ Δαβίδ à lectore publicatur: secunda deinde vice qua post lectam epistolam intonatur Ἀλληλούϊα, non desinit iterum ψαλμὸς τῷ Δαβίδ adiungi, cum tamen ne verbum quidem è psalmis Dauidis audiri debeat: his adde quod τὸ Ἀλληλούϊα secundum Cabasilam cap. 22. psalmus Dauidis audit, quia ipsum Prophetæ, & inter prophetas nominatissimus Dauid, Ecclesiam docuerunt.

91. Τὸ προκείμενον.) Duos Dauidis versiculos Epistolæ lectioni præfationis loco, & velut eius epitomen præmissos, diximus alibi vocari προκείμενον, quod & Latinorum Graduali ob eandem ei significationem attributam correspondere asseritur: τὸ προκείμενον siquidem ait S. Germanus μηνύει τὴν ἐκφαντορείαν καὶ τὴν προμήνυσιν τῆς βασιλέως Χριστοῦ παρουσίας· ὡς στρατιῶται προτρέχοντες καὶ βοῶντες. ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβίμ ἐμφάνηθι, καὶ εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς. *Propositum designat prophetarum enarrationes, & regis Christi aduentus prædictionem, veluti milites Imperatori præcurrentes* (alludit ad aliqualem vocis προκειμένου sensum) *exclamantes. Qui sedes super Cherubim, manifestare*, (alludit iterum ad Pontificem sedentem, & personam Christi typice gerentem) *& veni ad saluandum nos.* Propositorum vero Epistolis præiacentium varias formas videre est inter Ἀποστολευάγγελα, ad huius operis calcem.

92. Τὸ ἀπόστολον τῆς ἡμέρας.] Id est, iuxta Epistolas & dies, mutari, τὰ προκείμενα. Epistolæ porro lectio, vt ex Apostolorum scriptis vel actibus extracta, commun ter ἀπόστολος audit & Apostolorum à Christo vocationem indicat, inquit, S. Germanus. Diaconi, dum legitur Epistola, stant: sunt enim iuxta Thessalonicensem οἱ τοιοῦτοι ἀποστολικὴν χάριν ἔχοντες, *huiusmodi Apostolica gratia dotati*, & Apostolos ad prædicationis munius obeundum paratos atque adhuc Christo assistentes, manifestant.

93. Καὶ τοῦ ἀποστόλου ἀναγνωσθέντος.) A. Lectore scilicet propositum, præmittente Apostoli textu decurso. Lectores enim, ceu quondam in tota Ecclesia, adhuc hodie

hodie in Oriente legunt in missa Epistolam. Vnde & Amalarius lib. 2. cap. 11. miratur, *qua de re sit sumptus vsus in Ecclesia nostra vt Subdiaconus frequentissime legat lectionem ad missam, cum hoc non reperiatur ex ministerio sibi dato in consecratione commissum, neque ex literis Canonicis, neque ex nomine suo. Nam primæuo tempore Diaconus non legebat* Euangelium, *quod nondum erat scriptum: Sed postquam statutum est à patribus nostris, vt Diaconus legeret Euangelium, statuerunt vt & Subdiaconus legeret Epistolam, siue lectionem.*

94. Εἰρήνη σοι.) Post lectam Epistolam, pacem populo precatur Sacerdos, vel Episcopus: quod Græci vocant, εἰρηνεύειν τὸν ἀπόστολον: & de huiusmodi ritu videtur loqui Cyprianus cum Epis. 5. ad Clerum & plebem de Aurelio Lectore scribit, *vobis hac die auspicatus est pacem, dum dedicat lectionem.* Id est: dum primo legit in Ecclesia, fœlicibus pacis auspiciis vos sum prosequutus. Ac propterea Symeon Thes. τὸ εἰρηνεῦσαι, vocat ἱερὰν τελετὴν, *sacrā actionem*, ὡς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ δεδομένην, *quasi à Deo institutam.* Nec immerito. Vt enim Christus pacem Discipulis dedit & reliquit: ita Pontificum erga populum beneficium Pacis est collatio: ideo thronum conscendunt, vt nomine Dei hoc munus impertiantur populo. Hinc sanctum Episcopum Ioannem, cuius liturgiam elucubramus, rogabant olim subditi apud Socratem lib. 6. cap. 16. ἐν τῷ ἐπισκοπικῷ θρόνῳ καθέζεσθαι, καὶ συνήθως τῷ λαῷ τὴν εἰρήνην ἐπεύξασθαι, *vt in Episcopali throno resideret, & pro more pacem populo apprecaretur.* Et Georgius Alex. de hoc Synthrono loquens in eiusdem Chrysostomi vita: *Sane populo data pro more imprecatione, salutationeque pacis, reliquis assedit Episcopis:* vnde factum est, vt cum apud Latinos salutant populum Sacerdotes, *Dominus vobiscum*, solummodo dicant: Episcopi vero *pacem* vbique precari, audiantur.

95. Ὁ χορὸς τὸ, Ἀλληλούϊα.] Inquirit argute Cabasilas, cur ante Epistolam pronunciato prima vice Alleluya, oratio propositi subiungitur, non item cum secunda, post Epistolam repetitur? ἐπὶ μὲν τοῦ Ἀποστόλου μετ' ἱκεσίας ὕμνος, ἐπὶ δὲ τοῦ εὐαγγελίου καθαρὰν ἱκεσίας ποιούμεθα τὴν ὑμνῳδίαν. ἵνα μάθωμεν ὡς ὁ Χριστὸς διὰ τοῦ εὐαγγελίου σημαίνεται· ὃν τοῖς εὑροῦσιν ἅπαν τὸ ζητούμενον ἐν ταῖς χερσίν. *In Apostolo quidem Hymnus.* (Alleluia.) *supplicationi* (proposito) *adiunctus est: in Euangelio verò puram à supplicatione facimus Hymnodiam, vt sciamus Christum per Euangelium significari: quo inuento, omne quod quæritur, in promptu est, & præ manibus habetur.*

Euangelii Lectio.

96. Εὐλόγησον δέσποτα τὸ θυμίαμα.) Tria complectitur Euangelii lectio: præuiam thuris suffumigationem, Diaconi benedictionem, & ipsum Euangelii in Ecclesia præconium: quo primum resonante, si Pontifex sit qui celebrat, Pallium dimittit: cuius rationem Thessalonicæ Antistes exponit lib. de templo. ἀναγινωσκομένου δὲ τοῦ εὐαγγελίου ἀποτίθεται τὸ ὠμοφόριον ὁ ἀρχιερεὺς, τὴν ἑαυτοῦ δουλείαν ἐπιδεικνὺς τῷ κυρίῳ, ἐπεὶ γὰρ αὐτὸς ὁρᾶται διὰ τοῦ εὐαγγελίου φθεγγόμενος, καὶ ὡς παρὼν ἔστι, τότε τὸ ὠμοφόριον οὐ τολμᾷ ἐνδύεσθαι, ἀλλ' ἐξελὼν αὐτὸ τῶν ὤμων δίδωσιν αὐτὸ διακόνῳ, ὃς καὶ κατέχει τοῦτο διπλώσας τῇ δεξιᾷ πλησίον τοῦ ἀρχιερέως. *Deponit Pallium Pontifex suam seruitutem professus, cum enim Dominus ipse in Euangelio loquens apparet, & quasi præsens est: tunc Pallium,* (Incarnati Christi signum) *induere non audet; sed ex humeris extractum, Diacono tradit qui iuxta Pontificem, dextera complicatum illud sustinet.*

97. Θυμιᾷ ὁ διάκονος.] Thessalonicensis. πρὸ τοῦ εὐαγγελίου τὸ θυμίαμα (πάρεστι) διὰ τὴν εἰσδοθησομένην ἀπὸ τοῦ εὐαγγελίου χάριν τοῦ πνεύματος. *Thus ante Euangelium adhibetur, vt emissam ex Euangelio Spiritus gratiam ostendat.*

98. Τὸν εὐαγγελιστήν.] Euangelistam se Diaconus prædicat, quia eodem quo sunt Spiritu compositæ, scripturæ debent legi.

99. Σοφία ὀρθοί.] Neophytus Rhodinus in sua Synopsi vernacula σοφία ὀρθοί· ἤγουν στῶμεν καλῶς, στῶμεν ὀρθῶς· ἀκούσωμεν τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου· ἀπὸ τὸ ὁποῖον φαίνεται ὅτι γονατιστοὶ ἠκούασι τὴν λειτουργίαν οἱ παλαιοί. *Sapientia: Recti. Id est, Stemus bene, stemus recte: audiamus sanctum* Euangelium: *ex quo videtur, quod genuflexi missam audiebant antiqui.*

100. Ὁ διάκονος. Ἐκ τοῦ κατὰ.] De Euangelii lectione pauca Germanus, Maximus, Symeon, Cabasilas. Illud moneo. Si plures Diaconos cōministrare contigerit: præcipuum, Euangelii lectionem percurrere: alterum, attentionis præstādæ his verbis, Σοφία ὀρθοί. Πρόσχωμεν, populum admonere.

Preces post Euangelium, & Catechumenorum expulsio.

101. Εἴπωμεν πάντες ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς.) Preces post Euangelium à Diacono commendantur: eæque intensiores ἐκτενεῖς, & feruentes. Primo quidem in communi pro totius Ecclesiæ grege, mox pro regibus, quibus alii codices, vt in variis lectionibus litera S. indicat, Pontificem, cætum Ecclesiasticum, & c. adiungit: quorum rationem profert Cabasilas cap. 13. τίς δὲ ἡ παρὰ πάντων εὐχὴ μάλιστα ἡ μετὰ τὸ εὐαγγέλιον πρέπουσα; ἢ τῶν τηρούντων τὸ εὐαγγέλιον, τῶν μιμησαμένων τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ διὰ τοῦ εὐαγγελίου σημαινομένου Χριστοῦ. *Quamnam autem orationem ab omnibus maxime fieri conuenit post Euangelium nisi pro iis qui seruant Euangelium, qui imitati sunt benignitatem & humanitatem Christi, qui per Euangelium significatur?*

102. Εὔξασθε οἱ κατηχούμενοι.) Non prius quod spirituale & perfectum, sed quod animale & imperfectum, sancti Patres in ordine liturgiæ proponunt. Ideoque Sacrificium paratus aggredi Sacerdos, cui adesse nefas est non initiatos, quos Catechumenos adhuc vocamus (eo quod ad auditum vsque, & quantum eruditio concedit, communem Christianismum susceperunt) hos emittere è fidelium choro, oratione primum pro eis lectā Diaconi ministerio, consueuit. Hinc voces illæ, ὅσοι κατηχούμενοι προέλθετε, inferius legendę: hæque alię in D. Iacobi liturgia, μήτις κατηχουμένων, μήτις ἀμυήτων, μήτις καὶ μὴ δυναμένων ἡμῖν συνδεηθῆναι, ἀλλήλοις ἐπίγνωτε· τὰς θύρας, ὀρθοὶ πάντες. *Nullus Cathecumenorum, nullus non initiatorum* (idest infidelium)

nullus eorum qui nobiscum orare nequeunt. (idest cõmunione priuatorum) *Agnoscite vos inuicem. Fores obseruate.* (Ne Energumeni aut alii huiusmodi subintrent.) *Recti omnes* permaneant, & adsint: Et tandem hæ aliæ in vsu apud Latinos habitæ. *Si quis Cathecumenus adest, exeat foras.* Cum Catechumenis porro emitti solitos Energumenos & Pœnitentes legimus apud Clementem lib. 8. Const. Apostol. à cap. 5. ad 12. vbi & distinctæ prolixæque orationes super emittendis ab Ecclesia, conscriptæ, quæ quidem tunc dici desierunt quando neglecta, vel extincta fuerunt pœnitentiæ publicæ officia, quod quando, & qua ratione contigerit ignorare se profitetur Zonaras in Concilii Laodicæni Can. 19. τὰ τῆς ἐν μετανοίᾳ οὐ γίνεται· οὐδὲ ὅπως ἀργήσαντα: etsi post Catechumenos cum oratione primum discessisse canon citatus testetur, μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τοὺς κατηχουμένους τῆς ἐν μετανοίᾳ τὴν εὐχὴν γίνεσθαι, καὶ τούτων προσελθόντων ὑπὸ χεῖρα καὶ ὑποχωρησάντων. *Postquam exierint Catechumeni Pœnitentium fit oratio, ad manũ Episcopi ipsis accedentibus, & deinde recedentibus.* Cæterum, quia quæ fiebant pro Pœnitentibus & Energumenis orationes alio sunt transpositæ, nil de illis interpretandum occurrit, vt sentit Balsamon in eundem Canonem. ἐπεὶ δὲ σημερον εἰς ἄλλην ἀκολουθίαν μετέπεσον ταῦτα, οὐ χρὴ περὶ ἐκείνων ἑρμηνεύειν. *Quandoquidem hodie in aliud officium* (quod est ἀπὸ μεταστάντων suo loco inquirendum) *hac transferuntur plura de illis exponere non est necesse.* Has orationes pro Catechumenis ipse Chrysostomus diffuse explicat hom. 2. in posteriorem ad Cor. Totus autem circa Energumenos ritus, ex eiusdem homil. 3. de Dei natura dignoscitur.

103. Τὸ εἰλητὸν.] Linteum cui, nullo interiecto, Discus & Calix super ponuntur, Latinis quidẽ *corporale*, à Christi *corpore* continendo, Græcis εἰλητὸν ἀπὸ τοῦ ἐνειλιχθῆναι, ab eo *Inuoluendo*, dicitur. Germanus: τὸ εἰλητὸν σημαίνει τὴν σινδόνα ἐν ᾗ ἐνειλίχθη τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ ἐκ τοῦ σταυροῦ καταβάν, καὶ ἐν τῷ μνημείῳ τεθέν. *Corporale significat linteum in quo corpus Christi è cruce depositum, & in monumento repositum, est inuolutum.* In eo porro explicando reperitur in Ambrosii missa apud Pamelium oratio, cui ipse titulum *super sindonem*, affixit: Huius autem εἰλητοῦ, eadẽ forma est, quę Ἀντιμηνσίου, de quo suo loco: eiusque ab illo nullũ aliud est discrimen, nisi quod in assuto loculo Antimensium reliquias continet: εἰλητὸν autem, nullas.

104. Ἐξαπλοῖ.) Quod correctius alii codices scripserunt, ἐξαπλοῖ. Modernæ namque Græcorũ linguæ corruptela est; vt sextæ coniugationis verba in όω terminata, per ώνω proferant: qua peruersa forma dicunt βεβαιώνω, δικαιώνω, ἐλευθερώνω, &c. pro βεβαιόω, δικαιόω, ἐλευθερόω.

FIDELIVM MISSA.

Orationes pro fidelibus, & offertorium.

105. Ὅσοι πιστοί.) Completa, quæ dicitur Catechumenorum missa, ὅσοι πιστοί. Diaconus inclamat. *Quotquot* sincere *Fideles* adsunt, permaneant; tum sacris participaturi, tum etiam feruentiores & secretiores preces ad Deum emissuri. Confestim idcirco quondam, Diaconi virorum, Subdiaconi mulierum stationis portas, in Ecclesia occupabant: ne, aut à sacris alieni denuo se immiscerent, aut fideles à Sacrificio abscederẽt ante tempus, animaduersuri. Exinde ortum Constitutionum Apostolicarum præceptum, οἱ διάκονοι ἱστάσθωσαν εἰς τὰς τῶν ἀνδρῶν θύρας, καὶ οἱ ὑποδιάκονοι εἰς τὰς τῶν γυναικῶν, ὅπως μή τις ἐξέλθοι, μήτε ἀνοιχθῇ ἡ θύρα, κἂν πιστός τις ᾖ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀναφορᾶς. *Diaconi stent ad Ianuas quibus viri in templum ingrediuntur, & Subdiaconi ad Ianuas quibus mulieres, ne fidelis quisquam egrediatur, vel aperiatur Ianua, tempore oblationis.* Id certe nomen *Fidelis* exigit: id Diaconus his vocibus, ὅσοι πιστοί, prolatis admonet. Sicut enim *Sanctos* vocauit olim Ecclesia, non quos ob Martyrium vel miracula in Beatorum & cęlitum album retulisset: sed qui inter mortales, viam & vitam adhuc agentes, eximia se se pietate reddidissent conspicuos: hac namque ratione, τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, *Sancta mysteria sanctis* tantum tradenda, pronunciat Sacerdos: *Fideles* pariter olim vocandi non censebantur, quicumquę fidem Christianam Baptismo & Chrismate accepto profitebantur: sed qui duobus illis sacramentis inaugurati, etiam sacra Eucharistia donarentur; & à communione conuictus, precum, sacrificii, & sacramentorũ in Pœnitentiũ numerum allecti, non eiicerẽtur: vno verbo qui morum & probitatis vitæ tali specimine fulgerent, vt se fidos probassent, quibus tuto ἱερὰ τελεταὶ, siue ἱεροτελεσίαι, aliis etiam de visu ignotæ, cõmitti possent. Hi perfecte & integrè *Fideles*, qui *fidẽ* profiterentur, & *fidelitatem* obseruantię morumque Christianorum, nulla peccati transgressione condemnassent. Hos nunc Ecclesiæ minister hac voce, ὅσοι πιστοί, mysteriis sacris assistere permittit, reliquis quasi infidelibus foras amandatis: ἀλλήλους ἐπιγνῶτε, *agnoscite inuicem*, μή τις ἐν ὑποκρίσει, *nullus pietatem simulet*: ac si dicat, nullus Pœnitẽtium ordine dignus *Fidelis*, induta larua, purum se à crimine ostentet, vt tremendorum mysteriorum tempore, in Ecclesia perseueret. Iisdem ferme verbis illud idem edocet Matthæus Blastares ὁ ὑπηρέτης τῆς ἐκκλησίας ἔχεται θυρῶν· ὥστε τοὺς κατηχουμένους, καὶ τοὺς ἐν μετανοίᾳ εἰσάγειν τε καὶ ἐξάγειν· διὰ τοῦτο, καὶ τὴν σήμερον παρ' αὐτοῖς ᾄδεται τό, ὅσοι πιστοί· ἵσασθε δηλονότι τὴν τῶν ἁγίων μυστηρίων θυσίαν οἱ ἀμύητοι· ἔξιτε οἱ τούτων ἀμύητοι. *Ecclesiæ fores obseruat minister, vt Cathecumenos & Pœnitentes inducat & educat, propterea etiam apud eos illud,* ὅσοι πιστοί, *canitur. State videlicet sanctum sacrificium visuri: exite autem quotquot non estis initiati aut expiati.*

106. Εὐχαριστοῦμέν σοι.] Vt missa fidelium, ita & liturgicum Chrysostomi opus hinc incipit: præcedẽtes enim quęlibet orationes, Diaconicæ preces, aut ritus, è Iacobi, vel Basilii, vel etiã cuiuslibet alterius penu sunt deprompta. Et Diaconicæ quidẽ preces, διακονικὰ seu εἰρηνικὰ dictæ, cum tam Basilii quã Chrysostomi liturgiæ sint communes, non magis huic quam illi, imo neutri, cum ex maiori parte in Iacobi & Clemẽtis opere reperiantur, sunt attribuendæ. Quoad Sacerdotales autem orationes spectat: prima quę est προθέσεως, & incipit ὁ Θεὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ τὸν οὐράνιον, fol. 63. è Iacobi liturgia, in Basilianam & Chrysostomianam translata est: alia quæ est Antiphoni primi, fol. 65. Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν οὗ τὸ κράτος, Basilii est, sicut aliæ tres sequentes, Antiphoni secũdi, tertii, & minoris ingressus τῆς εἰσόδου dictę fol. 67. Ea quæ est, τοῦ τρισαγίου ὕμνου, nec Chrysostomo nec Basilio assignanda, cum, vt suprà numero 80. ostendimus, sit vtroque posterius inuentum, & forsan Procli Patriarchæ opus, cuius tempore, Ter sanctus

Hymnus quotidie recitari initium duxit: alia in quibusdam exemplaribus reperta, περὶ τῶ εὐαγγελίου, fol. 102. supposititius est Chrysostomi fœtus, vt pote in rarissimis codicibus occursurus: sequens altera, ἐκτενοῦς ἱκεσίας, quæ incipit. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, fol. 69. Basilii etiam est: & vltima, τῶν κατηχουμένων, Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, quamuis Chrysostomo assignes, Basilianæ alterius imitationem esse nequibis inficiari. Hac de causa Barberinum illud exemplar, Sancti Marci, pluribus sæculis venerandum, & superius fol. 100 reperiendum, priores orationes, τῆς προθέσεως, τῆς εἰσόδου, τοῦ τρισαγίου, τῆς καθέδρας τοῦ θυσιαστηρίου, absque authoris cuiusuis nomine proponit; quibus, cum Chrysostomo indubie attributas subiungit, titulum quoque suæ fidei testem adhibere non recusauit, his verbis. Εὐχὴ τῶν κατηχουμένων πρὸ τῆς ἁγίας ἀναφορᾶς τοῦ Χρυσοστόμου, quam diximus esse Basilii imitationem: eamque sequitur hæc, εὐχὴ τῶν πιστῶν μετὰ τὸ ἁπλωθῆναι τὸ εἰλητόν. Εὐχαριστοῦμέν σοι κύριε, fol. 70.

107. Λέγει τὴν εὐχήν.] Sequentem nimirum quæ incipit, οὐδεὶς ἄξιος.

108. Τὸν Χερουβικὸν ὕμνον.] Habetur is fol. 106. & incipit οἱ τὰ Χερουβὶμ μυστικῶς, cuius si verba, & orationis sequentis mentem respicias, confestim cur Χερουβικὸς appelletur assequeris. Eius autem cantandi primam institutionem ad Iustini tempora reuocat Cedrenus, scribens: ἐπὶ τούτου ψάλλεσθαι ὁ Χερουβικὸς ὕμνος, *eo imperante vt Cherubicus Hymnus decantaretur, sancitum est.* Finem porro quem tunc respicit Ecclesia, S. Germanus aperit. ὁ δὲ Χερουβικὸς ὕμνος ᾀδόμενος παρακαλεύεται πάντας ἐντεῦθεν, καὶ μέχρι τέλους τῆς ἱερουργίας προσεκτικώτερον ἔχειν τὸν νοῦν, πᾶσαν βιωτικὴν μέριμναν κάτωθεν ἀφεμένοις, ὡς βασιλέα μέγαν μέλλοντες ὑποδέχεσθαι διὰ τῆς κοινωνίας. *Cherubicus Hymnus dum canitur, hinc vsque ad finem sacrificii, omnes maiori studio, ad comparandam animi attentionem adhortatur, cura huius vitæ deorsum abiecta; vt pote qui magnum Regem per communionis mysterium sint recepturi.*

109. Οὐδεὶς ἄξιος.) Non est Chrysostomi vel Basilii, licet in vtriusque liturgia reperiatur, hæc oratio: sed eorum inuentum est qui Cherubicum Hymnum liturgiæ apposuerunt: vnde & in vetustissimo Barberino M.S. nullatenus legitur inter Chrysostomi orationes.

110. Ἡ μεγάλη εἴσοδος.] Duplicem Ingressum esse, in superioribus obseruatum est, minorem, quo sacrum Euangelium; maiorem, quo sacra dona ad altare inferuntur: hic in priuatis liturgiis à Diacono & Sacerdote; vel in solemnioribus, à Pontifice celebrante peragitur. Et Pontifex quidem si sacrum faciat, illum longo comitatu & multiplici apparatu, pompa procedit. In porta namque Protheseos numerosi Lectores cereas faces accensas preferentes, Diaconos egressuros excipiunt & præcedunt via illa sinuosa, quam frequentibus punctis per templum ductis, notauimus tabula succedunt Diaconi, & primus quidem eorum depositum à Pontifice pallium complicatum manibus defert; sequentes, Flabella; vltimi pro eorum copia & numero thura suffumigant. Viam thure & odoribus fragrantem Diaconus vel Sacerdos panem sacrum in Disco repositum, & opertum velamine gestans capessit: & pone illum Sacerdos alius, qui calicem etiam opertum ante pectus defert. Hos sequuntur Sacerdotes Pontifici cōcelebrantes (quo solemnius enim est missæ officium, eo plures Sacerdotes sacra secum facturos Pontifex conuocat, qui vel calices vacuos ornatus gratia, vel vt plurimum altaris sacra instrumenta; hic Lanceam, ille Spongiam siue purificatorium, alius librum missalem, alter reliquias sacras tenet; & à Paschatis solemnibus ad Ascensionis vsque celebritatem plerisque in Monasteriis Christi in sepulchro iacentis imaginem (cuius est vsus in processione nocturna, & vigiliis magnæ Parasceues) ἐπιτάφιον hac de causa dictam, vltimi duo Sacerdotes agmen illud claudentes capitibus gestāt, & præuios sequuntur. Cantores interim modulatis vocibus, & graui cantu, Cherubicum Hymnum decantant, & nisi sacrorum donorum latores conspexerint è Prothesi egressos, nusquam illa verba, ὡς τὸν βασιλέα τῶν ὅλων ὑποδεξάμενοι, concinere audent. Tunc autem ceu Regem omnium ταῖς ἀγγελικαῖς ἀοράτως δορυφορούμενον τάξεσι, Angelicis ordinibus inuisibiliter stipatum excepturi, quidam inclinant, alii procumbunt in genua, in quibusdam etiam locis nonnulli, maxime ægritudine afflicti, pedibus se trāseuntium substernunt: cuncti vero vel precantur, vel se, celebrantium orationibus commendant, vel quod frequentius est, Christum quasi præsentem, latronis in cruce pœnitentis voce alloquuntur: κύριε μνήσθητί μου ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. Respondent illi. μνησθείη κύριος ὁ θεὸς πάντων ἡμῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ πάντοτε. à qua voce repetenda nullatenus desistunt, vsquedum stantibus ad sacras fores Lectoribus, ipsi per medios eorum ordines pertranseuntes, ad sanctum Tribunal peruenerint. Ibi à Pontifice, ordine, mutuisque precibus excipiuntur. Et Diaconus quidem sacrum panem gestans; μνησθείη, inquit Episcopo, κύριος ὁ θεὸς τῆς ἀρχιερωσύνης σου, ἐν τῇ, καὶ τὰ ἑξ. & Pontifex reciproce: μνησθείη, ait, κύριος ὁ θεὸς τῆς ἱεροδιακονίας σου, &c. subsequens Sacerdos Pontifici audienti vocem eandem iterat: ille rursus, μνησθείη, etiam dicit, τῆς ἱερωσύνης σου, &c. & sacris donis è Diaconi & Sacerdotis manu à Pontifice ad sacras fores receptis, sacro cultis osculo, & in altari repositis, Pontifex tandem clara voce toti populo suas preces pollicetur dicens, μνησθείη πάντων ἡμῶν, &c. atque ita finem, μεγάλῃ εἰσόδῳ imponit, ad quem tamen ipse non procedit, sed reuersos, vt diximus, ad sacras fores cum donis accedentes præstolatur, & singulos iuxta suos gradus admittit. Celebrem hunc Ingressum paucis descripsit Symeon Thessal. lib. de templo. ἡ τῶν τιμίων δώρων, inquit, δορυφορία, καὶ εἴσοδος μετὰ λαμπρότητος γίνεται ἀναγνωστῶν, διακόνων, ἱερέων μετὰ λαμπάδων, καὶ μετὰ σκευῶν ἱερῶν προπορευομένων καὶ ἑπομένων. Et post pauca. ἔμπροσθεν τὸ ὠμοφόριον ἔρχεται τὸ σταυρὸν ἔχον, & iterum inferius. οἱ ἔξω διάκονοι τῶν ἀγγέλων ἐπέχοντες τάξιν, εἶτα καὶ οἱ τὰ θεῖα δῶρα κατέχοντες, μεθ' οὓς οἱ λοιποὶ πάντες· καὶ οἱ ἐπὶ κεφαλῆς τὸ ἱερὸν ἐπέχοντες πέπλον, ὃ γυμνὸν ἔχει καὶ νεκρὸν εἰκονισμὸν τοῦ Ἰησοῦ. οὗτοι οὖν προελθόντες τὸν ναὸν, καὶ ἐπευξάμενοι τῷ λαῷ, εἰσέρχονται εἰς τὸ θυσιαστήριον, τοῦ ἀρχιερέως πάντων ὑπερευχομένου. ὅθεν καὶ οὐχ ἑτέρας, ἀλλὰ τῆς βασιλείας μέμνηται. *Venerabilium donorum comitatus & Ingressus, cum pompa peragitur, Lectoribus, Diaconis, Sacerdotibus cum cereis, sacrisque vasis, præcedentibus & subsequentibus. Pallium autem Pontificis crucibus insignitum omnes præcedit. Sequuntur Diaconi qui Angelorum ordinem tenent, mox & qui sacra dona deferunt; post quos reliqui omnes veniunt: quique capitibus suis sacrum gestant velum, quod nudam mortuamque Christi imaginem exhibet. Hi ergo templum peragrantes, & populo bene precati altare ingrediuntur, Pontifice omnibus benedicente, qui ideo non alterius orationis, sed regni cœlestis memoriam agit.* Et hæc quidem ita, si Pontifex sit qui celebri apparatu sacra peragit, vel præcipuum illuxerit festum, quod solemnitatem officii, solito maiorem requirat. Currente vere tēpore, vno solo Diacono Sacerdoti concelebrante, eodem itineris tractu, præcedētibus cereis procedit, vterq;

& Diaconus quidem sinistra Discum capiti superpositum tenens, dextra vero thuribulo, Sacerdotem calicem ambabus manibus gerentem, veneratur; nec recta ante illum graditur, ne terga vertat, sed ipse maioris cultus gratia, retrogradis fere passibus ad sacrum vsque Tribunal incedit; vbi iuxta ritum hic expressum, sacra dona deponuntur. Et tandem si Sacerdos absque comite Diacono mysterium perficiat Lectore suffumigante, capite & sinistra manu Discum, dextra vero ante pectus sanctum calicem sustentat, & populo venerabundo, procumbenti, & adoranti ipse vtrobique vocibus supra allatis, regni cælestis ingerit memoriam. Hunc ritum cultumque sacrorum donorum insolitum commendant aliqui Latini scriptores, vt pote qui rebus à prophano vsu separatis, & hostiæ iam iam consecrandæ exhibitus, non nisi Dei honorem, & Christi Domini respicit venerationem, fidem excitat, deuotionem fouet. Arcudius ex aduerso à lib. 3. qui est de Eucharistia, à cap. 19. ad 24. pluribus arguit, & ceu superfluum omnino reprobat, quę viri in Græcis ritibus expertissimi calculo laudanda, & vocum omnium assentientium suffragiis sunt cõfirmanda. Obstant alii tũ Latini doctores, tum Græci plurimi non solum Græcorũ rituum experientia, sed & doctrinæ copia, fideique zelo commendandi, qui cum nihil scriptis expresserint, nos quoque cum ipsis in tanti momenti re, vbi de idololatriæ crimine agitur, taceremus; nisi veritas suo candore vbique noscenda, patrocinium expeteret, & innoxiam dicendi libertatem. Fatendum itaque externa illa, qua dona sacra deducuntur pompa, ministrorum ipsorum attentione, & augusto procedendi ritu, populi simplicis oculos mentemque perstringi, simulque etiam ad Christum quasi præsentem agnoscendum & colendum, suaderi: ea tamen non est communis Ecclesiæ Orientalis fides, aut priuata cuiuscumque Græci doctoris opinio, vt Christi præsentia sub speciebus illis certa & indubitata asseueretur, sed ad summum præcipitata veneratio est, & exuberans deuotionis argumentum, quo consecratio præuenitur; & iam res Deo dedicata, ob imaginem vel crucem ipsi insculptam aut typum mente sola percipiendum, (vt quæ ceremoniis pluribus circa illam exercitis Christi vices iam figurate egit, & in ipsum, deinceps est transmutanda) distincto quopiam honore digna iudicatur. Quem nihilominus, si ex eo idololatricum asserat Arcudius, quod rudis plebs illo Christum vt præsentem se colere opinetur, accuset simul, imo & eodem crimine condemnet Catholicos quosuis, qui viso Christi vultu depicto, simili cultu quasi præsentem quoque venerantur, & sæpius, ô Domine Iesu, velut audienti, exclamant. Erudienda est certe rusticæ plebis illius fides, deuotio nusquam extinguenda, aut cultus ille externus omnino comprimendus. At superfluus est, inquies, nec simplicia sacramenti futuri symbola in tanto pretio, vel honore sunt habenda. Compescatur certe, me iudice, & Arcudio, si eius est ea mens, assentiente, corrigatur inquam, & resecetur, quod abundat: quod æquum vero est, & à maioribus acceptum, quodque summus Pontifex in Græcis Romæ degentibus, & dona sacra quolibet teste venerantibus, aut approbat, aut tolerat; laudetur, excipiatur, sartum tectumque asseruetur. In cultu siquidem exteriori non corporis gestus, sed animi demissio; non apparens humilitatis specimen, sed interna fidei agnitio; non oculis adoratio spectata, sed secreta religionis affectio æquo rationis & iudicii pondere metienda est, & pensanda; nec si regis thronum, absente rege, venerentur Britanni concessi inanimæ rei regii honoris, confestim sunt accusandi. Homines viuos, pictas imagines, reliquias sanctorum, sacram Christi crucem, Deum ipsum adorare dicimur in scripturis, in Conciliis, in Patrum Ecclesiæ codicibus: an ideo idololatriæ rei sumus proclamandi, si honorem cuique rei debitum prudenti mentis examine & æqua iudicii lance ponderantes, & distribuentes, rem viliorem quandoque copioso magis & exquisito cultu externo prosequamur? Adde quod si ad ipsos Græcanicorum errorum fautores huius rei iudicium referamus, nullus est qui scripto ἀρτολατρείαν & οἰνολατρείαν, illam contribulibus suis ab Arcudio imputatam quoquo modo tueri aut propugnare videatur. Venerationis quippe illius finem referens Symeon Thessalonicensis, προσπίπτουσι, inquit, πάντες τοῖς ἱερεῦσιν οἱ πιστοὶ δι' εὐχῶν τῶν αὐτῶν εὐχὰς ἐξαιτούμενοι. *Sacerdotibus supplices cuncti procumbunt fideles: meritoque eorum precibus iuuari exposcunt*: causam & originem abũdantis illius cultus Cabasilas enarrans cap. 24. εἰ δέ τινες τῶν προσπιπτόντων, ait, τῷ εἰσιόντι μετὰ τῶν δώρων τῷ ἱερεῖ ὡς σῶμα Χριστοῦ καὶ αἷμα τὰ κομιζόμενα δῶρα προσκυνοῦσι καὶ διαλέγονται, ἀπὸ τῆς εἰσόδου τῶν προηγιασμένων δώρων ἠπατήθησαν, ἀγνοήσαντες τὴν διαφορὰν τῆς ἱερουργίας ταύτης κἀκείνης. αὕτη μὲν γὰρ ἐν ταύτῃ τῇ εἰσόδῳ ἄθυτα ἔχει τὰ δῶρα, καὶ οὔπω τετελεσμένα· ἐκείνη δὲ τέλεια, καὶ ἡγιασμένα, καὶ σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ. *Si qui vero eorum sint qui Sacerdote cum donis ingrediente humi procumbunt, & tanquam corpus & sanguinem Christi delata dona adorant & alloquuntur, ab Ingressu præsanctificatorum donorum decepti sunt* (ignorantiæ proinde, non doctrinæ peruersitas & vitium est) *ignorantes differentiam huius & illius sacrificii. Hoc enim, in ipso Ingressu imperfecta & inconsecrata habet dona: illud perfecta & sanctificata, corpus & sanguinem Christi.* Modum tandem cultus illius ipse Gabriel Philadelphiæ Episcopus satis indicat, ab eo, qui hostiæ consecratæ debetur, esse distinctum, dum hunc propter μετουσίωσιν, *transsubstantiationem*, alium vero propter ἁγιασμοῦ μετοχὴν, *sanctificationis participationem* in prima oblatione in hostiam cælitus deriuatam exhiberi docet: quamuis excessum & superfluam honoris copiam, vbi aduertitur, reprimere, corripere, & omni studio Græcorum pastores teneantur præpedire; & ineruditã plebem de vera Ecclesiæ mente in hoc Ingressu, & veneratione, Ingressus sociâ, docere. Illam vero S. Germanus aperit hoc pacto. ἡ τῶν ἁγίων μετάθεσις ἀπὸ τῆς προθέσεως, τοῦ σώματος φημὶ τοῦ δεσποτικοῦ καὶ τοῦ αἵματος, καὶ ἡ τούτων πρὸς τὸ θυσιαστήριον εἴσοδος, καὶ τὸ Χερουβικὸν, τὴν ἀπὸ Βηθανίας πρὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ δηλοῖ τοῦ κυρίου εἰσέλευσιν. τηνικαῦτα γὰρ ὁ πλεῖστος ὄχλος, καὶ οἱ τῶν Ἑβραίων παῖδες ὡς βασιλεῖ καὶ νικητῇ τοῦ θανάτου, τὸν ὕμνον ἀνέφερον αἰσθητῶς· νοητῶς δὲ ἄγγελοι μετὰ τῶν Χερουβὶμ, τὸν τρισάγιον ἀπεδίδοσαν ὕμνον, καὶ τὰ σκῆπτρα καὶ τὰς ῥομφαίας, ὡς σύμβολα βασιλέως ἐπέφερον οἱ διάκονοι· αἱ ῥιπίδες δὲ εἰς τύπον εἰσὶ τῶν Χερουβίμ. *Sacrorum translatio à Prothesi, corporis, inquam, Dominici & sanguinis* (designatione nimirum & figura) *& eorum Ingressus ad altare, & Cherubicus Hymnus, à Bethania in Hierusalem Domini introitum significat. Tunc enim plurima turba & Hebræorum pueri, tanquam regi & mortis victori sensibiliter Hymnum referebant: spiritualiter autem Angeli cum Cherubim Ter sanctum persoluebant Hymnum: ac sceptra & romphæas vt insignia regis proferunt Diaconi: Flabella vero typum referunt Cherubim.* Cabasilas pari fere modo, sed dilucide magis & enucleate εἴσοδον declarat. toto cap. 24. ὁ ἱερεὺς ἀνελόμενος τὰ δῶρα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς μάλα κοσμίως ἔξεισι· καὶ οὕτως αὐτὰ κομίζων ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον εἰσάγει, περιάγων ἐπιτηδὲς ἐν τῷ ναῷ σχολῇ καὶ βάδην· καὶ αὐτοὶ ᾄδουσι καὶ προ-

ἀντίλουσι αὐτῷ τίω αἰδῶ πᾶσι, καὶ εὐλαβείᾳ, λεόμθμοι μνήμης παρ' αὐτοῦ τυχεῖν, ἐν τῇ τ δώρων προσαγωγῇ. καὶ αὐτὸς χωρεῖ πεμπόμθμος ὑπὸ λαμπάσι καὶ θυμιάμασι. καὶ οὕτως ἔχων τὸ θυσιαςήριον εἰσέρχεται. *Sacerdos reuerenter valde donis in capite sublatis, egreditur: & sic ea ferens ducit ad altare de industriâ circumducens in templo propter populum, quiete & pedetentim. Ipsi autem canunt, & cum omni reuerentiâ & religione procumbunt, rogantes vt eorum sit memor in donorum oblatione. Ipse autem procedit comitatus lampadibus & suffitibus: & ita se habens, ad altare ingreditur.*

111. Καὶ ὁ μθὺ ἱερεὺς ἵςαται.] Nullam hic secundæ manuum lotionis mentionem alicuius exemplaris rubricæ faciunt, connotat eam nihilominus Isidori Pyromali codex circa Basilij Missam: Cyrillus Hier. Catech. 5. Mystag. D. Germanus non obscure meminerunt, & aperte quoque de illâ loquitur Thessaloni. lib. de templo. μελλόντων δὲ τ θείων προσάγεσθαι δώρων, προτερον ἀπονίπ]εται πάντων ἐνώπιον ὁ ἀρχιερεὺς, δηλῶν αὐτοῦ τὸ καθαρὸν περὶ τὴν ἱερουργίαν, καὶ ἀληπ]ον· καὶ ὅτι δίχα ῥύπου παντὸς τοῖς καθαρῷ προσέρχεσθαι δεῖ, ὡς δυνατὸν ἀνθρώπῳ, καὶ τοῖς Χειςοῦ μυςηρίοις τοῖς καθαρωτάτοις ἐξυπηρετεῖν χρή. *Cum iam iam sacra dona offerri debent, in omnium conspectu manus lauat Pontifex, suam in sacrificando munditiem & irreprehensibilem vitæ rationem contestatus, & quia sine vlla penitus sorde ad purissima Christi mysteria, accessum sibi parare, & ipsi Christo immaculato, quantum in homine situm est, mundissime subministrare conuenit.*

112. Επικαλύπ]ει τὰ ἅγια.] Velatorum hic donorum mysterium profert citatus author. ὅτι πανάγια δὲ τὰ ἱερὰ δῶρα τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ καλύπ]ονται, ὅτι οὐ τοῖς πᾶσιν ἐξ ἀρχῆς ἐγνωσμένος ἦν ὁ Ἰησοῦς· καὶ ὅτι σωματωθεὶς οὐδ' οὕτω τ κρυφίου τ αὐτοῦ θεότητος, καὶ τ προνοίας ἐξέςη· ἀλλ' ἀκατάληπ]ος ἔςι, καὶ ἄπειρος ἀεί. *Apposita sanctæ mensæ sacra dona velantur, signantque non omnibus à principio Iesum fuisse cognitum: & licet carnem susceperit, nec sic tamen è secreto diuinitatis vel prouidentiæ excessit; sed incomprehensus semper & infinitus perseuerat.*

113. Εὖξαι ὑπὲρ ἐμοῦ δέσποτα.) Errorem hic scriptorum vel typographorum maximum esse, aduertit Arcudius lib. 3. cap. 36. quo quæ sunt Sacerdotis propria, Diacono attribuantur dicenda; cum ex aduerso plura M. S. & edita exemplaria ostendant hic, non à Diacono sed à Sacerdote potius Diaconi efflagitandas esse preces: ita namque fieri demonstrant Veneta recentiora litterâ Γ. fol. 92. lineâ 9. M S. Regium fol. 106. lineâ 40. Cyprof. quoque, & M. S. Isidori Pyromali. His ratio suffragatur. Non enim Diaconus, sed Sacerdos attrectaturus sacra, preces aliorum & vota sibi conciliare debet: Sacerdos idcirco indignitatis suæ conscius, aliorum auxilio indigentem se Diacono profitetur, si eum ad orationem pro se faciendam excitet: eâ ratione qua Sacerdos Latinus ad populum quantumuis peccatis obnoxium conuersus, ait, *Orate fratres vt meum ac vestrum.* &c. Responderque populus. *Suscipiat Dominus hoc &c.* Fauet Symeon Thessal. de templo. εὐχὴν δὲ παρὰ πάντων αἰτεῖται ὑποκλίνας ἑαυτὸν ὁ ἀρχιερεὺς ἐπιγνώσκων καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν· καὶ πρὸς τὸ ἔργον φρίτ]ων, καὶ ὑποστελλόμθμος, καὶ τὸ ἀποστολικὸν ἐκπληρῶν τὸ, ἐξομολογεῖσθαι ἀλλήλοις τὰ παραπλώματα, καὶ ὑπὲρ ἀλλήλων εὔχεσθαι. οὐδὲ γὸ αὐτὸς ἑαυτῷ θαῤῥεῖ, ἄνθρωπος ὢν καὶ αὐτός. σφραγίζει δὲ τ λαὸν μετὰ τὸ λαβεῖν ἀπὸ τ ἱερέων εὐχὴν, εὐχόμθμος καὶ ὑπὲρ τ λαοῦ, οἱονεὶ δὲ καὶ αὐτῆς παρὰ πάντων εὐχὴν ἐξαιτούμθμος. *Benedictionem ab omnibus petit inclinans seipsum Pontifex, conscius ipse sui, & ad tantum opus tremens, & contrahens seipsum; Apostolicum vero illud implet, quo inuicem delicta confitemur, & pro inuicē oramus: neque enim ipse sibi confidit, cum homo sit. Populum vero signat, benedictione à Sacerdotibus acceptâ, & populo benedicit; quasi & ipse omnium benedictionem expostularit.* Ita Latini quodam iuxta Remigium Anisiodorensem. *Sit Dominus in corde tuo, & in ore tuo, & suscipiat sacrificium &c.* Sacerdoti apprecabantur: vel certe. *Spiritus S. superueniat in te, & virtus altissimi se infundere, & adumbrare dignetur tibi, qui excutiat omnem rubiginem &c.*

Oratio secreta, osculum pacis, & symboli recitatio.

114. ΠΛηρώσωμθμ τὴν δέησιν.) Faustis precibus Sacerdotis animatus bene de se ominatur Diaconus, illisque ter Amen, repetito; pacifica concludere aggreditur.

115. Εὐχὴ προσκομιδῆς.) Huic similes secretas habent Latini, hancque reliquis communiorem & nunquam omittendam orationem. In spiritu humilitatis &c. Verum vt quid hæc, εὐχὴ προσκομιδῆς, si iam oblatio etiam ante missam inceptam facta est? Respondet Arcudius lib. 3. cap. 14. Iteratur oblatio imo τετραπλασιάζεται, primo ἐν τῇ προθέσει, in præfatione liturgiæ, vbi offertorium imperfectum celebratur, secundo cum è propositionis mensa ad altare sacra dona deportantur; & præsenti oratione super eis fusâ, denuo deducuntur, & offertorium completur: tertio tandem cum consecratione absolutâ, non iam panis & vinum, sed corpus Christi & eius sanguinis in sacrificium offeruntur, oblatione omnium perfectissima, quæ non amplius spe, designatione, aut figurâ, sed præsenti dono, affectu, & veritate, panem & vinum & sub eis Christum æterno Patri, ceu vere θεῖα δῶρα, dat, donat & dedicat: & in primâ quidem oblatione, ἁγιάζεσθαι λέγομθμ τ ἄρτον, ἢ τ οἶνον, vt legimus in Photij Bibliothecâ fol. 113. ἃ τῷ Θεῷ φαμθμ ἁγιάζεσθαι, καὶ πρὸς μηδεμίαν κοινὴν ὑποφέρεσθαι χρῆσιν. *Sanctificari dicimus quæ Deo segregantur, panis & vinum: quæque ad nullum amplius communem reducuntur vsum:* in secundâ precatur Sacerdos vt dignus sit qui offerat: ἱκάνωσον, inquit, ἡμᾶς τ προσφέρειν, *fac nos idoneos ad offerendum:* in tertiâ vero audet, & ait. τὰ σὰ ἐκ τ σῶν προσφέρομθμ, *tua ex tuis offerimus:* quia nulla perfectior oblatio occurrere, vel excogitari potest.

116. Παρὰ τ κυρίε αἰτησώμεθα.) Præter maiorem & minorem συναπτὴν: est quæ dicitur αἰτήσεων, *postulationum*, vt iuxta Pauli Apostoli verbū; δεήσεις, προσευχὰς, ἐντεύξεις, καὶ εὐχαριςίας, *obsecrationes, orationes, postulationes, & gratiarum actiones*, fiant in Ecclesiâ. δεήσεις quidem sunt, maior & minor Collecta in quibus frequēter τ κυρίε δεηθῶμθμ reperitur. προσευχαὶ, sūt à Sacerdotibus orationes recitatæ: εὐχαριςίαι, sunt Hymni in laudem Dei decantati: ἐντεύξεις tandem, sunt αἰτήσεις, à dictione αἰτησώμεθα sæpius repetitâ, dictæ. Illæque cunctæ ἐν λατρείᾳ καθημερινῇ λέγονται, ait Chrysostomus in dictum Apostoli locum ad Tim. 1. cap. 2. καὶ τοῦτο ἴσασιν οἱ μύςαι πῶς καθ' ἑκάςην ἡμέραν γίνεται, καὶ ἐν ἑσπέρᾳ, καὶ ἐν πρωΐᾳ. *In ministerio & obsequio quotidiano dicuntur. Atque id nouerunt sacri ritus mysta (Sacerdotes) quomodo diebus singulis mane &*

vespere (in matutinis & vespertinis precibus) fiant.

117. Ἀγαπήσωμεν ἀλλήλους.) Vt hucusque sæpius orationem, ita nunc tum eam feruentiorem, tum fidei præconium, tum denique charitatis & sinceræ dilectionis argumentum à suis Ecclesia expostulat; in adiunctis Diaconi, αἰτήσει Oratio, in symbolo iam iam proferendo, fides: verbis hoc ἀγαπήσωμεν ἀλλήλους, clare prolatis, & osculo pacis tesserâ, dato, charitas commendatur. His tribus populum sibi subditum, ad sacra dona digne per consecrationem offerenda, disponit Ecclesia de quibus erudite & apposite Cabasilas c. 25. ὁ ἱερεὺς ἑπὶ ἑαυτὸν εὐτρεπίζει, καὶ δι' εὐχῆς καθαίρει, καὶ πρὸς τὴν ἱερουργίαν κατασκευάζει, καὶ διατίθησι πρὸς τὴν χάριν εὐχῇ, καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους ἀγάπῃ, καὶ τῇ ὁμολογίᾳ τῆς πίστεως. *Adhuc seipsum præparat, & precibus purgat, & ad sacrificium accingitur, & ad gratiam oratione, & mutuâ dilectione, & confessione fidei disponitur Sacerdos.* Ecclesia quidē Latina in cōmunionis vsq; instantē horā osculū pacis signū remittebat quondā, cuius testis est August. ser. 83. de diuersis, liturgia Ambrosij apud Pamelium, & Tertullianus l. de Oratione; Euangelio tamen lecto in quibusdam priuatis Ecclesijs confestim datum, conijcere licet: tum ex allato Ambrosianæ Missæ ritu, in quo lectâ post Euangelium Antiphonâ (offertorium nunc vocamus) Sacerdos populo dicit *Pacem habete*. Respondetque ille. *Ad te Domine.* tum ex Innocentij primi Epistolâ ad Decentium Eugubinum Episcopum, qua scribitur. *Pacem modo asseris ante confecta mysteria quosdam populis imperare, vel sibi inter se Sacerdotes tradere: cum, post omnia quæ aperire non debeo, pax sit necessario edicenda.* tum denique ex Isidoro lib 1. de off. Eccl. cap. 15. in quo inter orationes quinque consecrationi præmittendas quartam annotat pro pace conciliandâ dici, cui propterea titulum, *pro osculo pacis*, præfigit. Græcos autem (quos & Armeni teste Cassandro imitātur) à primæuis temporibus osculum hoc sanctum, longe ante consecrationem præmisisse, docet Dionysius de Ecclesi. Hier. cap. 3. ἐγκεκαλυμμένος, inquit, ὁ θεῖος ἄρτος προτίθεται, καὶ τὸ τῆς εὐλογίας ποτήριον. ὁ δὲ θειότατος ἀσπασμὸς ἱερουργεῖται. *Coopertus quidem diuinus panis proponitur* (ita namque Rubrica superius num. 112. explicata præscribit) *& benedictionis calix: sacrum vero osculum sancto modo celebratur* Docet & Clemens Romanus, apud quem lib 8. Const. Apost cap. 15. Diaconus ante præfationem edicit, vt omnes se inuicem salutent in osculo sancto: & Clerici Episcopum, & viri laici, laicos: & mulieres salutent mulieres. Idem quoque sancit Laodicænū sub Syluestro Concilium, quo plura etiam adhuc Liturgiæ locum spectantia, prolixiusque propterea referenda, præscribuntur. δεῖ ἰδίᾳ πρῶτον μετὰ τὰς ὁμιλίας τῶν ἐπισκόπων, καὶ τῶν κατηχουμένων εὐχὴν ἐπιτελεῖσθαι· καὶ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τοὺς κατηχουμένους, τῶν ἐν μετανοίᾳ τὴν εὐχὴν γίνεσθαι, καὶ τούτων προσελθόντων ὑπὸ χεῖρα, καὶ ὑποχωρησάντων, οὕτω τῶν πιστῶν τὰς εὐχὰς γίνεσθαι τρεῖς· μίαν μὲν τὴν πρώτην διὰ σιωπῆς, τὴν δὲ δευτέραν, τὴν τρίτην διὰ προσφωνήσεως πληροῦσθαι· εἶθ' οὕτως τὴν εἰρήνην δίδοσθαι. καὶ μετὰ τὸ πρεσβυτέρους δοῦναι τῷ ἐπισκόπῳ τὴν εἰρήνην· τότε τοὺς λαϊκοὺς τὴν εἰρήνην διδόναι. καὶ οὕτω τὴν ἁγίαν προσφορὰν ἐπιτελεῖσθαι. *Seorsum primum post conciones Episcoporum* (lecto Euangelio ad populum) *habitas, Catechumenorum orationem perfici conuenit. Et postquam exierint Catechumeni: eorum qui pœnitentiā agunt fieri orationem: & cum ij sub manum accesserint & recesserint, fidelium preces ter fieri* (tres autem illæ orationes ad quarum normam suas composuerunt, vel quas forte retinuerunt Basilius & Chrysostomus, sunt: εὐχὴ τῶν πιστῶν πρώτη Εὐχαριστοῦμέν σοι, &c. fol. 70. Εὐχὴ τῶν πιστῶν δευτέρα. Πάλιν καὶ πολλάκις, fol. 71. Et εὐχὴ προσκομιδῆς. Κύριε ὁ παντοκράτωρ, fol. 74. Oratio namque τῆς Χερουβικοῦ recentior est à Iustini temporibus liturgiæ inserta) *Vnam siquidem primam silentio: secundam autem & tertiam elatâ voce compleri* (nunc autem singulæ μυστικῶς sunt pronunciandæ) *Deinde pacem dari: & sic sanctam oblationem perficiant:* Dandæ autem & accipiendæ pacis norma hæc est. Sacerdotes ordine sigillatim in sancta dona quâ possunt proxime inclinant, velumque osculantur, & dicunt, ἅγιος ὁ θεός: tum corpore paulum semoto, ἅγιος ἰσχυρός, inquiunt: modiceque amplius retroacti, ἅγιος ἀθάνατος, versus altaris labra proferunt: tuncque Episcopi vel primi Sacerdotis celebrantis manuum genamque osculantur his verbis additis, ὁ θεὸς ἐν μέσῳ ἡμῶν. *Deus est in medio nostrum*: quibus ille sigillatim respondet: καὶ ἔστι καὶ ἔσω. *Et est & amplius sit.* Non lubens autem omiserim, quod solerter hic tangit Thessalonicensis, & & ample Cyrillus Hierosi. explicat Cate. myst. 5. ante osculum nimirum, secundo Pontificem & Sacerdotes ipsi adstantes lauari ἑωράκατε τὸν διάκονον τὸν νίψασθαι διδόντα τῷ ἱερεῖ, καὶ τοῖς κυκλοῦσι τὸ θυσιαστήριον πρεσβυτέροις. *Vidistis Diaconum aquam lauandis manibus porrigentem Sacerdoti & presbyteris altare circumstantibus*, cuius lotionis mystica ratione productâ, tum quibus verbis osculum pacis in sua Ecclesia iuberetur, subdit. εἶτα βοᾷ ὁ διάκονος. ἀλλήλους ἀπολάβετε καὶ ἀλλήλους ἀσπαζώμεθα. *Deinde clamat Diaconus. Suscipite inuicem, & inuicem osculemur. &c.*

118. Ἀγαπήσω σε κύριε.] Hic proprie Sacerdos vel Episcopus osculatur sancta, vt obseruant recentiores codices: προσκυνήσας τοὺς ἀσπάζεται τὰ ἅγια, οὕτως ὡς εἰσὶ κεκαλυμμένα: & veteres etiam, προσκυνῶν ἀσπάζεται τὰ ἅγια, ὡς εἰσὶ κεκαλυμμένα & quia Christus author est charitatis: & charitate qua ipsum deligimus, iubet vt prosequamur proximos; Sacerdos ideo à sacris donis & altari pacem accipiens. Ἀγαπήσω, inquit, σε κύριε, &c.

119. Τὰς θύρας, τὰς θύρας.] Quidam hic portarum Ecclesiæ custodiam ministris inferioribus ne mysterijs sacris alieni adsint, commendari opinantur: verum eiectis Catechumenis & Pœnitentibus, id præstitum superius numero 102. Cabasilas, Ecclesiæ suæ mentem minus assequutus, abiecto litteræ sensum contrarium se qui molitur: quasi vocibus illis, Ianuas sacrarij clausas deinceps custodiri iubentibus, ora potius & aures reserari edicerentur: vt data veræ sapientiæ attentione debita; mente, voce, auditu, confessionem fidei symbolo iam iam recitando promulgandam, percipiamus. ἐν ταύτῃ τῇ σοφίᾳ κελεύει πάσας ἀναπετάσαι τὰς θύρας, τὰ στόματα ὑμῶν ἐν ταύτῃ, φησὶν, ἀνοίξατε τῇ σοφίᾳ· ταύτης διηνεκῶς καὶ ἀκούοντες, καὶ λέγοντες, καὶ τοῦτο οὐ ῥαθύμως ἀλλὰ σπουδαίως ποιεῖτε, καὶ προσέχοντες ὑμῖν αὐτοῖς. καὶ αὐτοὶ πάσης ἀκολουθίας τὴν ὁμολογίαν τὸ τῆς πίστεως σύμβολον. *In hac sapientia cunctas recludi portas imperat, ora videlicet & aures nostras: in hac, ait, sapientiâ iugiter aperite: siue audiatis, siue loquamini, omni penitus eliminata negligentia studiose hoc peragite, & vobis ipsis attendite. Illi vero omni confessionis dispositione responsum ferunt, fidei pronuntiato symbolo.* Ad literam, & apposite S. Germanus. ἡ τῶν θυρῶν κλείσις, καὶ ἡ ἐπίδοσις τούτων ἐξάπλωσις τοῦ καταπετάσματος, καὶ ἡ διὰ τὸ λεγομένου ἀέρος τῶν θείων ἐπικάλυψις δώρων, ὡς οἶμαι, τὴν νύκτα ἐκείνην δηλοῖ, καθ' ἣν ἡ τῶν μαθητῶν προδοσία προσῆξε, καὶ ἡ πρὸς Καϊάφαν ἀπαγωγὴ, καὶ ἡ πρὸς Ἄνναν παράδοσις. & infra. διὰ τί ἄλλο γὰρ τὸ κάλυμμα τοῦτο Ἀὴρ ὀνομάζεται, ἢ πάντως διὰ τὸ ἐπικαλυπτόμενον παρ' αὐτοῦ σκοτεινὸν ἀέρα τὸ ἠρημένης νυκτὸς εἰκονίζεσθαι. *Portarum occlusio.* (humilium scilicet illarum quæ medium tantum ianuæ spatium operiunt) *velique desuper expansio* (retro appensi & iam deducti in quo Michael ὁ τεξιάρχης, Vt

paradisi, sic sanctuarij aditum obseruans, depingitur) *& velo Aere nuncupato* (solo namque illo sacra dona obtegi superius num. 112. contemplati sumus) *sacrorum donorum obdutio, noctem illam, reor, manifestati, qua discipuli proditio successum habuit, & facta est Iesu ad Caypham abductio, & coram Anna citatio violenta &c. Vt quid enim velum illud, Aer, nuncupatum est, nisi adumbraret tenebris vndique tectum aerem noctis illius, de qua sermo institutus est.*

120. Πιστεύω εἰς ἕνα.) Etsi S. Marcus Papa Syluestri successor, in vniuersa Ecclesia Symbolum Nicænum recitari iusserit, quia tamen aut laudanda illa consuetudo in Occidentali eius portione interrupta videbatur, aut saltem rarius quam par esset caneretur; visum est ideo Concilij Toletani tert. PP. *vt per omnes Ecclesias Hispaniæ & Galliciæ, secundum formam Ecclesiarum Orientalium, Concilij Constantinopolitani, hoc est centum quinquaginta Episcoporum symbolum fidei recitaretur, ab oriente itaque in occiduas partes.* peruagata est sancta illa consuetudo. Quid enim, inquit, Iosephus Vicecomes lib. 2. de Missæ ritibus cap. 2. necesse fuisset Orientalium; hoc est Græcorum Ecclesiarum consuetudinem, addo ego quotidianum vsum imitari, si illæ cum Romana conuenissent?

121. Καὶ τὰ ἑξῆς.] Huiusque calix opertus, detegitur: κρατεῖσι γὰρ, scribit Thessal. de templo. τὸ ἱερὸν κάλυμμα ἐπὶ τῶν δώρων, ὡς ἂν τὸ ἱερὸν ἐκπληρωθῇ σύμβολον· ὅτι χρὴ πάντα περὶ τοῦ Ἰησοῦ καθαρῶς ὁμολογῆσαι, καὶ οὕτω ἀπερικαλύπτως ἰδεῖν αὐτόν. *Sacrum enim velum super donis tenent vsque dum sacrum compleatur symbolum: necesse est quippe omnia quæ Christum spectant pure confiteri, & mox ipsum reuelata facie contemplari.*

Præfatio & Hymnus Triumphalis Sanctus Sanctus &c.

122. Προσέχωμεν τὴν ἁγίαν ἀναφορὰν.] Vt tranquillo pacatoque animo consecrationi iā imminenti populus attendat, ad pacem eū Diaconus hortatur. Cabasilas. προσφέρειν μὲν οὐ μόνον μετ' εἰρήνης· ἀλλ' αὐτὴν εἰρήνην ἀντὶ δώρου καὶ θυσίας ἑτέρας: *non solum cum pace: sed ipsam quoque pacem pro dono & hostia offerrimus.* Hac de causa populus respondet. ἔλεον εἰρήνης θυσίαν αἰνέσεως. ἔλεον γάρ φησι προσφέρομεν, καὶ οὐ θυσίαν· ὁ δ' ἔλεος γέννημά ἐστι τῆς βεβαίας καὶ καθαρᾶς εἰρήνης. *Misericordiam & non sacrificium offerimus, est enim misericordia securæ & quietæ pacis germen.* De sacrificio laudis agetur inferius.

123. Ἡ χάρις τοῦ κυρίου.) Orat Sacerdos vt gratia diuina excitante, & dilectione in vnum omnes coniungente, populus sacrificio attendat: cui vicissim ipse charitatis opus rependens precatur, vt & spiritus eius his bonis repleatur. κατὰ τὴν εὐχὴν τὴν ὑπὲρ ἀλλήλων κελεύουσαν ἐντολήν. *Iuxta præceptum quo pro nobis inuicem orare tenemur.*

123. Ἄνω σχῶμεν τὰς καρδίας. Antiqua est deuotæ huius exhortationis forma, eamque sibi vtraque Ecclesia vindicat. Nec immerito. Ab Apostolis quippe profluxit. In Iacobi liturgiâ legitur, & apud Clementem. Const. Apost. lib. 8. cap. 12. eius mentio fit apud authorem de orat Domi. Augustinum ser. 21. de diuersis, & in illud. Confiteor tibi Domine pater & lib. 2. de dono perseu. cap. 13. Cyrillum Catech. 5. myst. & tandem apud ipsum Chrysostomum hom. 2. & 18. in epist. ad Cor. 2.

124. Ἄξιον καὶ δίκαιον.) Cum vocem προσφώνησιν, è modernis authoribus quidam non indoctus, legit apud Chrysostomum homilia 3. in epist. ad Col. προσφώνησιν scriptum opinatus *præfationem* interpretatus est, ac si celebris illa liturgica oratio præfationis nomē apud Latinos nacta, simili προσφωνήσεως apud Græcos gaudere deberet: at cum προσφώνησιν, vt dixit, scripserit Chrysostomus, qua Sacerdotis ad populum *allocutionem*, vel *salutationem* intelligendam subindicat; certe nomen aliud huius orationis quærere cogimur apud Græcos Patres, à quibus *Oratio velaminis*, εὐχὴ τοῦ καταπετάσματος, solet appellari. Ita Iacobi liturgia. In Basilij Anaphora è Syriaco translata, *precatio super velamine.* Et rursum in eiusdem Basilij, Gregorij Theologi, Cyrilli Alexandrini liturgijs ex Arabico idiomate Latino donatis, tomo 6. Bibliothecæ PP. *oratio veli* dicitur: velo nimirum sacris foribus inducto, tunc cum Diacnus, τὰς θύρας, τὰς θύρας, exclamauit, & Sacerdos ἔνδον τοῦ καταπετάσματος, *sub illo velamine* secretius & sanctius orare incipit: cuius quidem appellationis causam reddit S. Germanus. τὸ καταπέτασμα λέγεται, διὰ τὸ λέγοντα ἀπόστολον, ὅτι ἔχομεν παρρησίαν εἰς τὴν εἴσοδον τῶν ἁγίων, ἐν τῷ αἵματι Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ τοῦ καταπετάσματος, τοῦτ' ἔστι, τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. *Velum nuncupatur propter Apostolum dicentem, quia fiduciam habemus in introitum sanctorum in sanguine Ie. Christi, per velum, id est eius carnem.* Præmittit itaq; Sacerdos, θυσίαν αἰνέσεως: & τὸν φρικτὸν ἱερέα μιμούμενος, verba sunt Cabasilæ cap. 27. εὐχαριστοῦντα τῷ θεῷ καὶ πατρί, πρὸ τοῦ παραδοῦναι τὸ μυστήριον τῆς κοινωνίας, καὶ αὐτὸς πρὸ τῆς τελεστικῆς εὐχῆς καθ' ἣς ἱερουργεῖ τὰ ἅγια, τὴν εὐχαριστίαν ταύτην ποιεῖται πρὸς τὸν θεὸν καὶ πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Summum Sacerdotem Christum imitatus, qui priusquam cōmunionis sacramētum traderet, Deo & Patri gratias egit, ipse pariter ante orationē consummatiuā qua sancta consecrat, hanc gratiarum actionem exhibet Deo & Patri Domini nostri Iesu Christi.* De præfatione propterea, de qua sermo institutus, sub nomine Eucharistiæ meminit Iustinus Martyr apolog. 2 εὐχαριστίαν ἐπὶ πολὺ ποιεῖται, *gratiarum actionē multo sermone peragit*: & inf. οὗ συντελέσαντος τὰς εὐχὰς καὶ τὴν εὐχαριστίαν, *Sacerdote orationes, & gratiarū actionem terminante* &c. Dionysius autem, ἱεροὺς τῶν θεουργικῶν ὕμνους, *sacros diuina effectiuorum hymnos*, eam vocat de Eccl. Hier cap. 3. illiusque authorem, eum facit Honorius Solitarius lib. 1. cap. 89. cum tamen primus illius ortus aut saltem primum exemplar, non nisi Apostolis ipsis adscribi posse videatur.

125. Τὸν ἐπινίκιον ὕμνον.) Domino Deo exercituum in sublimi gloriæ throno sedenti velut Deo forti, & cuncta potenti, cælestis militiæ duci, inimicarum legionum debellatori, fœlicissimo, victoriæque omnis datori, Angelici spiritus vidente Isaia capite. 6. *triumphalem Hymnum* ἐπινίκιον ᾠδὴν: *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus exercituum: plena est omnis terra gloria eius*, cecinerunt. Eidem carne humana instructo & armato, ad prosternendos Israelis hostes procedenti velut imperatori Augusto, Perpetuo, Fœlici, triumphum, victoriæ cantu, bene ominatæ sunt Hebræorum turmæ canentes ἐπινίκιον, *Osanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini.* Ex Angelorum autem & hominum vocibus compositum hunc triumphalem Hymnum Deo trino & vni, Verboque Dei incarnato, Latina Græcaque simul Ecclesia vno consensu, & quasi ore vno, in Missa quo-

Simon de Gabriel Phil. p.

die decantat. Huius vocis ἐπινίκιος gratia, Lectorem admonitum velim, quatuor Hymnorum qui iam in liturgico textu legenti occurrerunt, vt distincta sunt argumenta, & authores diuersi, sic varias esse appellationes. Primus eorum Ἀγγελικὸς ὕμνος, *Angelicus Hymnus*, est ille quem nato Domino Angeli sunt modulati, *Gloria in excelsis Deo*, &c. Secundus τρισάγιος audit *Ter sanctus* cantus, de quo iam pluribus locis. Tertius Χερουβικὸς dicitur, quo Cherubinorum voces Christum laudantium æmulari studet Ecclesia, de quo pariter abunde numero 108. & 110. Vltimus tandem est præsens, ἐπινίκιος, *victoriæ simul & triumphi fœlix acclamatio*, qua Deo & Christo, Angeli simul & homines, debitam laudis gloriam persoluere adinuenerunt. Et licet confusa præfatorum Hymnorum quandoque legantur nomina, cum vnius appellatio tribuitur alteri: vt cum τρισάγιος, quandoque Χερουβικὸς, & ἐπινίκιος dicitur: discrimen nihilominus allatum apud probos authores diligenter annotatum sæpius reperire licebit.


126. Ἄδοντα, βοῶντα, κεκραγότα, καὶ λέγοντα.) Eleuata aliquantulum voce verbis his à Sacerdote lectis, Diaconus Asteriscum siue stellam à sacro pane attollit, & in crucis modum allidit sacro Disco, quo, vna cum tinnitu populi attentio excitetur. Quatuor vero voces illæ ἄδοντα, βοῶντα, κεκραγότα, καὶ λέγοντα, nullatenus sublunarem mundum quatuor elementis compactum, vel cælestem quatuor partibus Oriente, Occidente, Arcto, & Meridie diuisum, in quibus Dei gloria (pleni sunt enim cæli & terra gloria Domini) prædicatur, designant: quin potius cum Cherubicorum & Seraphicorum spirituum, oratio superior mentionem proxime fecerit, quatuor animalia quorum illi formam in scripturis induisse leguntur, his quatuor vocibus significari tenendum est indubie. Hæc Græcæ Ecclesiæ apud S. Germanum mens explicata ἄδοντα, ἤγουν ὁ ἀετός· βοῶντα, ἤγουν ὁ βοῦς· κεκραγότα, ὁ λέων· καὶ λέγοντα, ἄνθρωπος. λογικὸς ἄνθρωπος ἀντὶ τῆς Χερουβικῆς δυνάμεως, καὶ τὰ τετράμορφα ζῶα βοᾷ· Ἅγιος, ἅγιος. *Qui canunt: Aquila est. Qui reboant: bos. Qui clamant: leo. Qui dicunt: homo Ratione igitur homo præditus, Cherubicarum virtutum vice, & quadriformia animalia clamant. Sanctus, sanctus*, &c. Arguta hæc expositio quatuor voces incomposite inter se iunctas, apposite declarat. Illis nihilominus quintam interposuit Iacobus, δοξολογοῦντα, quæ cum non nisi finem quatuor aliis intentum exprimat, à Basilio propterea, & Chrysostomo, est omissa.

Incruenti Sacrificii Canon.

127. Ὁ Διάκονος δὲ λαμβάνει τὸν ἀστερίσκον.] Cuius rationem profert S. Germanus. οὐκέτι ὁ ἱερεὺς διὰ νεφέλης ὡς ποτὲ Μωϋσῆς ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου, ἀλλ' ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν κυρίου κατοπτεύει. *Non amplius Sacerdos nube intermedia, sicut olim Moyses in tabernaculo testimonii, sed reuelata facie Dei gloriam contemplatur.*

128. Ῥιπίζει ἐπάνω τῶν ἁγίων.) Flabellorum vsum inbet, vsusque finem in sacris aperit frater Ioannis Iacobus apud Clementem lib. 8. cap. 12. his verbis. δύο διάκονοι ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν τοῦ θυσιαστηρίου κατεχέτωσαν ἐξ ὑμένων λεπτῶν ῥιπίδιον, ἢ πτερῶν ταῶνος, ἢ ὀθόνης, καὶ ἡρέμα ἀποσοβείτωσαν τὰ μικρὰ τῶν ἱπταμένων ζώων· ὅπως ἂν μὴ ἐγχρίμπτωνται εἰς τὰ κύπελλα. *Duo Diaconi ex vtraque parte altaris teneant Flabella ex tenuibus membranis, aut ex pennis pauonis, aut ex linteo, et paruia animalia volitantia abigant, ne in calicem incidant.* Obseruatum hunc vsum in Ecclesia Latina scribit Ioannes Moschus prati spiritualis cap. 150 quo scribit, Episcopum in oppido Romano celebrantem Agapeto Pontifici astanti dixisse: τὸν διάκονον τὸν κατέχοντα τὸ ῥιπίδιον ἀπόστησον ἐκ τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου. *Diaconum qui Flabellum tenet à sancto altari remoue*: ob finem quoque eundem, in Hildeberti Cænomanensis Episcopi epist. 7. legimus vsurpatum. *Flabellum*, inquit, *misi tibi congruum, scilicet propulsandis muscis instrumentum. Est etiam in munusculo nostro quod interpretari te oporteat. Attende igitur quibus muscis immolantes Domino Sacerdotes grauius molestentur, quibus frequenter impediantur salutaris altaris officia.* Et infra subdit. *Dum igitur descendentes super sacrificia muscas abegeris, à sacrificantis mente superuenientium incursus tentationum Catholicæ fidei ventilabro exturbari oportebit.* In Ecclesia quoque Græca semper viguisse indubium apparet: tum ex Clemente citato; tum ex Amphilochio in Basilii vita, tum ex authoribus referendis, qui tamen non muscarum fugam, aut frigidioris aeris respirationem, sed mysterium longe profundius in eorum vsu contemplantur. Et Iobius quidem apud Photium lib. 6. cap. 21. perpetuam & excelsissimam Angelicarum mentium & similem Sacerdotum circa diuina attentionem significari considerat, his verbis. τοῦ κυριακοῦ σώματος ἐπὶ τῆς ἱερᾶς τραπέζης προτεθέντος· διὰ τοῦτο τοὺς πρὸς τὰ ἑκάτερα τῆς ἱερᾶς ὑπηρετουμένων, ῥιπίδας ἐκ τῶν πτερύγων τοῖς προκειμένοις φρικτοῖς ἐπικινεῖν τῆς ἑξαπτερύγων φέρεται σύμβολα· ὡς ἂν μὴ ἐῶσι τοὺς τελουμένους τοῖς ὁρωμένοις εἶναι προσμένειν· ἀλλὰ παντὸς πρόσω τὴν ὑπὲρ αὐτῶν ὄψιν νοερῶς ἐφελκειν, διὰ τῶν ὁρωμένων ἐπὶ τὴν ἀθεωρησίαν, καὶ τὸ ἀμήχανον ἐκεῖνο κάλλος προσεχεῖ ἀξιοῦν ἀναδραμεῖν. *Cum corpus Dominicum in sacris vasis propositum est, qui ab vtroque latere sacris operantibus administrant Diaconi, in eorum quæ sex alas habent Seraphim symbolum, confecta ex aliis Flabella super oblata ibi tremenda mysteria consueuerunt agitare, ne sinant initiatos rebus visis inhærere, sed eos mentis oculis supra omne id quod cum materia iunctum est sublatos, faciant per ea quæ videntur, ad inuisibilem contemplationem, & inexplicabilem illam pulchritudinem ascendere.* Germanus autem vere Mystagogus mysterium aliud, tum huic liturgiæ parti, tum actioni quam sustinet Sacerdos magis accommodum & conueniens his Flabellis, & eorum hinc inde agitatione, significari animaduertit. τί δὲ ἄν τις εἴποι περὶ τῶν θείων ῥιπιδίων ἐγκεχειρισμένων τοῖς διακόνοις, καὶ ὑπ' αὐτῶν στρεφομένων ἀφνιδίως, ὡς ἐν ἐκπλήξει ἄχρι τῆς ἀπολύτου προσευχῆς; *Quis vero enarret de sacris Flabellis, quæ Diaconis committuntur, & ab eis de repente mouentur, quasi quodam subito perculsu adusque pronuncietur à Christo dictata oratio?* Dominica nimirum? Respondet ipse. φαμὲν οὖν ὡς πάντοτε ἀδιαλείπτως συμπαρῆσαν καὶ δυνάμεις οὐράνιοι τῷ δεσπότῃ Χριστῷ· ἐξαιρέτως δὲ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ, ᾗ παρεδίδοτο. αὗται τοίνυν ὁρῶσαι τὴν πρὸς Καϊάφαν ἀπαγωγὴν, τὴν πρὸς ἀνθρώπων παράστασιν, τὰς ψευδομαρτυρίας, τὰ ῥαπίσματα· καὶ τὰ ἑξῆς· ἐφ' ἑκάστῳ τῶν γινομένων διαπορεῦσαι, καὶ ἐκπληττόμεναι τῆς μακροθυμίας τὸ μέγεθος· καλύπτουσαι τὰς ἑαυτῶν ὄψεις ἀπεστρέφοντο, καὶ πάλιν τὴν δεσποτείαν αἰδούμεναι, ἀνθυπέστρεφον. *Dicimus igitur, ita nimis sicut perpetuo cælestes virtutes Christo astitisse: præcipue*

præcipue vero nocte illa, qua traditus est. Ipsæ igitur ad Caipham, illum abductum cernentes, coram homine astantem, falsa testimonia, colaphos sustinentem &c. In vnoquoque horum hæsitantes, & admiratione perculsæ, patientiæ magnitudinem venerabantur, vultusque suos auertebant & iterum Domini maiestatem reueritæ, ad eum inspiciendum reuertebantur. Cum itaque liturgica consideratio, Christi passioni affixam se se teneat: Flabellorum motu (qui est semicularis, modo in dextram, modo in sinistram, super eodem stipite, velut proprio polo agitatio) admirationem conturbationemque cęlestium spirituum mentibus in passionem eandem defixis exprimit. Flabella porro illa, quæ etiamnum hodie Latina Ecclesia, in summi Pontificis obsequiam adhibet, ex plumis pauonum, prout Clemens ipse Romanus Antistes scriptum reliquit, sunt compacta: in Græcâ vero, ligno in Cherubini faciem, & alarum senario circumstipatam cælato, stipitique affixo, hac forma conficiuntur.



SI desit Flabellum huiusmodi affabre compositum & pictū coloribus, velo apprehenso & quasi manibus appenso sacra dona quoad opus fuerit, ventilat Diaconus: Atque ita quondam gestum ex dictis Ioannis Moschi in prato spirituali cap. 196. potest quisque colligere. παρέστησαν, ὁ μὲν ὡς πρεσβύτερος· οἱ δὲ ὡς διάκονοι, ἔνθεν καὶ ἔνθεν· καὶ ὁ μὲν τὴν προσκομιδὴν ἔλεγεν· οἱ δὲ τοῖς φακιολίοις ἐρρίπιζον. *Adstantque illi coram altari: vnus quidem qui fungebatur officio presbyteri, duo vero alij hinc inde, veluti Diaconi. Et ille quidem sanctæ oblationis verba dicebat: illi vel sudariolis vel linteolis ventilabant.*

129. Αἴρων τὴν δεξιὰν αὐτοῦ.] Arguit Græcos Bessarion ipse Græcus opere tomo 6. Bibliothecæ PP. inserto, cui titulus est de Sacramento Eucharistiæ & quibus verbis Christi corpus conficitur; arguit, inquam, quod ante prolata dominica verba quibus Ecclesia vniuersalis consecrationem fieri credit; nullam ipsi, vel prius illis, vel deinceps benedictionem adhibeant, nisi ad forte illis in precibus, quibus consecrationem perfici praue opinantur. Viro Græco & tantis literis imbuto, ritibus in suis fidem detrahere mihi nefas est, etiam si variis in exemplaribus, diuerso à se inuicem tempore excusis, sicut & in præsenti loco legamus ἄρας ὁ ἱερεὺς τὴν δεξιὰν αὐτοῦ μετὰ εὐλαβείας εὐλογεῖ τὸν ἅγιον ἄρτον, & infra cum de calice verbis Domini consecrando locus occurrit, legimus. ὁ ἱερεὺς τὴν χεῖρα ἔχων ἄνωθεν μετὰ εὐλαβείας. Dicendum itaque quod cum Græci quidam ipso eodem Bessarione & Arcudio testibus, doceant diuinis verbis consecrationem non effici, vel absolute non perfici, quousque Ecclesiæ orationes adiungantur: propterea opinionis huius authores vel sequaces, à Contaciis, siue Missalibus libris, & Euchologiis quibus potuerunt, eas abraserunt rubricas, quæ Sacerdoti benedictione ad consecrationem verbis Domini faciendam præuia vti præscriberent: ne vbi benedictionis factæ certitudo extaret indubitatum subsequutę consecrationis haberetur argumentum. Ex aduerso vero codices alii, vel à falsariorum labe intacti, vel à Gręcis sanæ opinionis accuratius reuisi, continent quæ sanam quoque doctrinam decent, quæ est vt ante

Dominicorum verborum prolationem, siue super calice, benedictio à Sacerdote præmittatur, hæc que est Dionysij, Maximi, aliorum PP. imo & vniuersalis Ecclesiæ sensus, vt ad Christi exemplar, consecrationem Sacerdotis benedictio præcedat: Christus enim *accepit panem, & benedixit, ac fregit.* Et licet qua vsus est Christus benedictio non fuerit crucis expressio: absque ea tamen nihil sanctificare autem solet, aut didici Ecclesia. *Signum enim hoc*, ait Augustinus tract. 118. in Ioan, *nisi adhibeatur siue frontibus credentium, siue ipsi aquæ ex qua regenerantur, siue oleo quo Chrismate vnguntur, siue sacrificio quo aluntur, nihil eorum rite perficitur.* Assentitur que Chrysostomus hom. 55. in Matth. καὶ γὰρ, ait, πάντα δι' αὐτοῦ τελεῖται τὰ καθ' ἡμᾶς κἂν ἀναγεννηθῆναι δέῃ, σταυρὸς γίνεται, κἂν τραφῆναι τὴν μυστικὴν ἐκείνην βρῶσιν, κἂν χειροτονηθῆναι, κἂν ὁτιοῦν ἕτερον ποιῆσαι, πανταχοῦ τοῦτο τὸ νίκης ἡμῖν παρίσταται σύμβολον. *Cuncta namque quæ ad nos spectant per illud perficiuntur: siue nos regenerari oporteat, crux adest, siue mysticum illum cibum transmutari, siue ordines conferri, siue quodcumque aliud perfici, hoc nobis vbique victoriæ occurrit symbolum.*

130. Λάβετε φάγετε. Vnde orta sit inter Græcos & Latinos in verbis Euangelicis ad consecrationem requisitis qualiscumque diuersitas, constat abunde ex varijs traditionibus Apostolicis sumpsisse originem. Græci nihilominus qui cum Latinis versantur, vel quod eos vt certius de sacramentorum formis eruditos voluerint imitari, vel quod illas admiserint, illisque deinceps vti à suis Episcopis de antiqua Ecclesiæ Græcæ auctoritate minus imbutis, vel certe propter grauiores causas, Romani Pontificis iussu fuerint compulsi, formam eandem, quæ & apud Latinos, ipsi pariter receptam habent, & a pluribus iam seculis, vt ex exemplari Cryptoferratensi fol. 101. videre est, longa iam & inueterata consuetudine, suam & propriam effecerunt.

131. Οἱ χοροὶ, ἀμήν.] Amen vt verbis consecrationis à populo responderi solitum, docet Iustinus Martyr Græcus apol. 2. συντελέσαντος τοῦ ἱερέως τὰς εὐχὰς καὶ τὴν εὐχαριστίαν, πᾶς ὁ παρὼν λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων, ἀμήν. τὸ δ' ἀμὴν, τῇ Ἑβραΐδι φωνῇ τὸ γένοιτο σημαίνει. *Terminante Sacerdote orationes & gratiarum actiones omnis, qui adest populus acclamat dicens, Amen, quod Hebraica voce significat, fiat.* Inuehiturque ideo Tertullianus in eos qui in spectaculis *eo ore quo, Amen, in sanctum protulerant, gladiatori testimonium reddere non verebantur.* Obserua non dixisse *in sancto*, hoc est in sacrificio vtcumque, vel in sacro loco, sed *in sanctum* id est in testimonium sancto Christi corpori iam consecrato reddendum. Imo & suo tempore sic obseruatum scribit Ambrosius lib. de his qui initiantur *Ante benedictionem*, inquit, *verborum cœlestium alia species nominatur, post consecrationem corpus significatur. Ipse dicit sanguinem suum. Ante consecrationem aliud dicitur: post consecrationem sanguis nuncupatur. Et tu dicis: Amen, hoc est: verum est; quod os loquitur, mens interna fateatur: quod sermo sonat affectus sentiat.* Leonis quoque ætate hanc consuetudinem nondum desijsse legimus, serm. 6. de ieiunio septimi mensis. *Hoc ore sumitur quod fide creditur: & frustra ab illis, Amen respondetur, à quibus contra id quod accipitur disputetur.* Deest Amen illud in Missa Gregorij apud Iacobum Pamelium, & Hugonem Menardum quod ne suo tempore dici desineret, Iustinianus Imperator (cuius obitus non amplius viginti quatuor annis Greg. Pontificatum præcessit) in No. Const. 123. Petro cuidam Magistro officiorum de Ecclesiasticis quibusdam capitulis rescribens, legem edicit. *Iubemus vt omnes Episcopi pariter & Presbyteri,* μὴ κατὰ τὸ σιωπώμενον, ἀλλὰ μετὰ φωνῆς τῷ πιστοτάτῳ λαῷ ἐξακουομένης; *non tacito modo, sed clarâ voce quæ à fidelissimo populo audiatur, sacram oblationem & sanctas preces in sacro baptismate adhibitas celebrēt; quo maiore deinde deuotione in depromēdis Domini Dei laudibus audientium animi efferantur. Ita enim & diuinus Apostolus docet in primâ ad Cor. epist. Enimuero si solum benedicas spiritu, quomodo is qui priuati locum implet, dicit ad gratiarum actionem tuam Deo ipsum, Amen; quandoquidem quod dicas non videt. His igitur de causis conuenit vt inter cæteras preces,* καὶ ἐν τῇ ἁγίᾳ προσκομιδῇ μετὰ φωνῆς, *& ea quæ in sanctâ oblatione dicuntur, clara voce à Religiosissimis Episcopis & Presbyteris Domino Iesu Christo Deo nostro cum Patre & Spiritu sancto, proferantur: scituris Religiosissimis Sacerdotibus, quod si quid horum neglexerint, & in horrendo iudicio, magni Dei Seruatoris nostri Iesu Christi, de his rationem reddent.* Innocentius tamen tertius de sacro altaris mysterio lib. 3. cap. 1. *Cæterum*, ait, *ne sacrosancta verba vilescerēt, dum omnes pœne per vsum in plateis & vicis alijsque locis cognitis illa decantarent, decreuit Ecclesia vt hæc obsecratio, quæ secreta censetur, à Sacerdote secrete dicatur: Vnde fertur, quod cum ante consuetudinem quæ postmodum inoleuit, quidam pastores in agro super panem & vinum sacra verba proferrent, repente carnem & sanguinem coram se inuenirent: atque inde diuinitus percussi, atque igne cœlesti consumpti interirent.* Ita Iodocus Clichtouæus libro 3. Elucidarij, Cassander in liturgicis. Honorius Solitarius lib. 1. cap. 103. Huius, quam plerique rident, similem historiam refert Ioannes Moschus prati spiritualis capite 196. cuius authoritas cum apud plures valeat, non est temere explodenda vel subsannada. Vt vero clara voce populus Græcus, Amen, conclamat; sic & omnibus audientibus verba consecrationi profert Sacerdos. Ex quo argute Arcudius lib. 3. capite 26. contra nonnullos Græcos de verbis consecrationis male sentientes concludit, illis Domini Christi verbis, vere panem in eius corpus, & vinum in sanguinem conuerti. Verba enim illa licet cum præcedentibus coniuncta, non significatiue tantum, sed etiam narratiue sumi possint; tamen cum sic à Sacerdote elata voce pronunciantur, quasi à præcedentibus seiuncta à populo audiuntur, & quasi mere significatiue prolata, vt scilicet illis corpus Christi conficiatur. *Vnde*, inquit, *non pauci Græcorum vel ex ipso populo, dicto Amen, continuo subijciunt, ex antiqua forsan consuetudine & traditione;* πιστεύω κύριε καὶ ὁμολογῶ ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, ὁ ἐλθὼν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτος εἰμὶ ἐγώ. *Credo Domine atque fateor, te esse Filium Dei viui, qui in mundum venisti, vt peccatores saluos faceres, quorum primus sum ego.* Quæ sunt verba partim Petri, partim Pauli Apostolorum principum. *Hoc ostendunt*, ait Bessari. *populi ad ea verba responsiones, Sacerdote enim illa verba, vt vos Græci soletis, pronunciante, assistens populus in vtraque parte respondet, Amen, quasi dicat: vere ita est vt tu dicis: Amen, cum affirmandi apud Hebræos aduerbium sit idem quod vere significat. Amen igitur ad ea verba respondens populus: certe inquit, corpus & sanguis Christi sunt munera ista proposita: ita credimus ita confitemur.*

132. Ὁ δὲ διάκονος ἀπόδειμος τῷ ἰδίῳ ὠραρίῳ.] Duo hic obseruo. Primum, Græcum Sacerdotem consecraturum, proposita dona non attingere: sed tantum manu eleuata post benedictionem ostendere. Idem quoque præstat Diaconus, nam δείκνυσι σὺν τῷ ἱερεῖ τὸν ἅγιον δίσκον. *Cum Sacerdote sanctum discum common-*

ſtrat: nil tamen amplius quam Sacerdos attrectat. In quo Græcos ſuos excuſat Arcudius: *neque enim omnia quæ fecit Chriſtus, inquit, ſunt de conſecrationis neceſsitate, vt propterea Græci illa non poſsint prætermittere, excepta benedictione. Haud namq; ſolent panem in manus ſumere, neque leuare oculos in cælum, licet habeantur ea verba in liturgiâ Baſilij.* Eas autem cerimonias adhibuit Iacobus ὁ ἀδελφόθεος, & à Latinis quoque obſeruantur. Secundum: Sacerdote verba: *Hoc eſt corpus meum;* proferente, Stolâ ſacra dona Diaconus commonſtrat. Nec fruſtra, ait Beſſarion opere ſuperius laudato, tales inſtitutæ ſunt ab Eccleſia ceremoniæ, ijs ſi quidem rem myſterio plenam & attentione, dignam voluerunt antiqui Patres declarari. Addit vero Arcudius, quod quamuis prædicta cærimonia populi oculis non pateat; propter cancellos enim interpoſitos, & ſacras fores obſeratas, Diaconum præſentiam Chriſti actione ſua conteſtantem, populus in Eccleſiâ conſiſtens, non aduertit: demonſtrat nihilominus, & alterius præcurſoris perſonam induens, & quaſi Ioannis ſibi verba vſurpans: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi:* quod voce tacet, geſtu profitetur.

133. Μεμνημένοι τοίνυν.) Chriſti Domini mandatum, quo ad ſacramentum Euchariſtiæ conſecrandum & ſuſcipiendum compellimur, & in eius commemorationem illud quotidie reuocare & peragere inſtituimus, quodque Iacobus, Clemens, & Baſilius vocibus ſuis proferre non omiſerũt, nullatenus Chryſoſt. expreſſit. Satis namque fuit illi mente illud aduertiſſe, & tacite his verbis, μεμνημένοι τοίνυν τ̃ σωτηρίου ταύτης ἐντολῆς, expreſſiſſe.

134. Τὰ σὰ ἐκ τ̃ σῶν σοὶ προσφέρομεν.) Triplicem in liturgiâ oblationem à Græcis fieri, cum Arcudio ſuperius obſeruauimus. Primam ἐν τῇ προθέσει, ſeparatâ hoſtiâ à reliquo pane conſecrandâ; ſecundã Miſſæ fidelium initio, ſacris donis ritu ſolemni è Protheſi ad maius altare deductis; poſtremam tandem in præſenti, conſecratione peractâ, his verbis, vt elatiori voce, ita attentiori deuotione à Sacerdote proferendis: τὰ σὰ ἐκ τ̃ σῶν σοὶ προσφέρομεν. In ſacrificio namque, nec nudus panis, neque corpus Chriſti ſimpliciter, ſed panis vere conſecratus, & corpus Chriſti panis ſpeciebus velatum, velut hoſtia mundi totius immolatur. Quamuis autem conſecratione perficiatur oblatio (immolans quippe hoſtiam, ſimul eam Sacerdos offerre cenſetur) vt Chriſti tamen actiones exemplis ſuis imitetur & ratas firmaſque habeat Eccleſia, oblationem iam diu ante conſecrationem celebratam, & in ipſa conſecratione tacite peractam, verbis expreſſioribus, illam iterare non veretur. Vtque hæc vltima præuiis duabus alijs præſtantior & certior dignoſcatur oblatio, deiectum illum animũ quo prius indignitatis ſuæ conſcius orabat, ἱκάνωσον ἡμᾶς τὸ προσφέρειν, *fac nos idoneos ad offerendum:* & iterum, ἀξίωσον τ̃ προσενεχθῆναί σοι ὑπ᾽ ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ ἢ ἀναξίου δούλου σου. *dignum cenſeas vt à me peccatore indignoque ſeruo tuo offeratur:* deiectum, inquam, animum illum, & tremore veluti perculſum abijcit Sacerdos, viribuſque ſumptis erigitur, & audet generi humano â Deo conceſſa dona, Deo ipſi præſentare, & dicere: τὰ σὰ ἐκ τ̃ σῶν σοὶ προσφέρομεν. Sic non mente ſolum, animo, verbis fiduciam oſtentat, verum quoque manibus & geſtu, illam exprimere non reformidat. Tranſuerſis enim in crucis figuram manibus, pretioſſima dona attrectat, illiſque è ſacrâ menſâ eleuatis, audita iam ſæpius verba τὰ σὰ ἐκ τ̃ σῶν σοὶ προσφέρομεν, pronuntiat.

135. Σὲ ὑμνοῦμεν, σὲ εὐλογοῦμεν, σοὶ εὐχαριστοῦμεν.] Quę S. Germanus explicat hoc pacto. σὲ ὑμνοῦμεν τὸν θεὸν καὶ πατέρα, σὲ εὐλογοῦμεν τ̃ υἱὸν ἢ λόγον, σοὶ εὐχαριστοῦμεν τῷ ἁγίῳ πνεύματι. *Te laudamus Deum & patrem, tibi Filio & Verbo benedicimus, tibi Spiritui ſancto gratias agimus.* Ex voluntate namque Patris cooperante Spiritu ſancto, Filius hoſtia mundi factus, in hoc ſacramento, quos redemit homines viuificat. Cuius beneficij memor Eccleſia, quaſi omnium ſibi ſubditorum ore, εὐχαριστοῦμεν, inquit: vt hoc myſterium ſit εὐχαριστία, pro ſeipſo nimirum quatenus Dei donum eſt, & vt à Dei bona gratiâ procedens, *gratiarum actio.*

136. Τὴν λογικὴν ταύτην ἢ ἀναίμακτον λατρείαν.) Contendebat olim Philippus Melanchthon, non niſi preces vel Dei laudes quæ à cruentâ immolatione longe alienæ ſunt, atque ratione ſolâ & intellectu Deo offeruntur his verbis intelligi. Verum cum cultus diuini pars maxima & præcipua ſit ſacrificium externum ſupplici mente & ratione perficiendum: illudque ſit ipſum Chriſti Domini corpus, pro ſalute hominum in arâ crucis mactatum, & incruentâ ratione in altari conſecratum, quod in eius paſſionis memoriam offertur, nil mirum ſi à ſanctis PP. λογικὴ καὶ ἀναίμακτος θυσία, vel λατρεία dicatur.

137. Παρακαλοῦμεν καὶ δεόμεθα ἢ ἱκετεύομεν.] Cur Eccleſia tantâ precum varietate, tot orationum apparatu inſtructa, conſecrationem in liturgiâ adoritur, ſi corpori Chriſti conficiendo nullam virtutem, nullum conatum exerere videantur? Hoc inquirunt Græculi qui Nicolai Cabaſilæ, Marci Epheſij, Symeonis Theſſalonicenſis, & quorumdam neotericorum opiniones erroneas ſequuti, conſecrationis effectum non Chriſti verbis, ſed orationi num. 138. & 139. illuſtrandæ adſcribunt. Reſpondeo; valere plurimum; non quidem vt ſacramentum aut ex toto aut ex parte operentur; ſed vt propoſitum actionemque ſacrum facientis adornet, & efficaciſſima Chriſti verba comitentur. Sanctificant enim illæ, vt ſcribit idem Cabaſilas cap. 1. Sacerdotem, eiuſque mentem à rebus terrenis purgatam ad cœleſtia ſubuehunt: populum etiam eadem expiant, & pro eo ad Deum fuſæ, ad Sacramentum adorandum, & ſuſcipiendum dignius ſanctiuſque præparant. Actioni præterea, qua tantum ſacramentum attrectandum Sacerdos aggreditur (hæcque ratio Beſſarionis eſt) plurimum ornatum afferunt; ne leuiter, curſim, & temere hæc ſacra abſoluantur. An vero Apoſtoli primitus, tot præuiis precibus ad illa ſeſe diſponerent, dubium eſt animaduerſione dignum; Plures inter quos B. Gregorius lib. 7. epiſ. 49. Apoſtolos ſola Dominicâ oratione præmiſſa conſecraſſe, & Sacramenta diſtribuiſſe narrant. Audacior in hac re eſt citans Beſſarion, qui etiam Eccleſiaſticis abſque veſtibus, & ſumpta cœnæ refectione, illos ſacris faciendis ſe applicuiſſe refert. Non inficias vnquam ierim, vt quod ſentio aperiam, ex Apoſtolis vnum aut alterum, vel temporis anguſtia, vel inopia loci, vel ſequentium metu preſſum, à prolixioribus inter ſacrificandum orationibus, cum earum nondum eſſet vna forma per Eccleſiam vniuerſam recepta, quandoque abſtinuiſſe; ſæpius tamen in horas productis orationibus permanſiſſe dum ſacra myſteria ſumerent, & alijs in Miſſa ſumenda porrigerent Actuum verba teſtantur, quæ illos, in orationibus & fractione panis perſeuerantes, deſcribunt. Affirmat id tacite eorum liturgia, ſi vera eſt, apud Clementem; confirmat & prolixa illa ſeries orationum, qua compingitur Iacobi liturgia: Profitetur id indubiè Chryſoſtomus homilia 27. in 1. ad Cor. ἐννόησον, inquit, ὅτι μετέλαβον οἱ ἀπόστολοι τ̃ ἱερῶν δείπνων ἐκείνων. τί ἐποίησαν; οὐχὶ εἰς εὐχὰς ἐτράπησαν ἢ ὑμνῳδίας; οὐχὶ εἰς παννυχίδας ἱεράς; οὐχὶ εἰς διδασκαλίαν μακρὰν ἐκείνην, καὶ πολλῆς γέμουσαν φιλοσοφίας;

Considera cum sacras illas cœnas accipiebant Apostoli: quid tum faciebant; Nonne in preces conuertebantur & hymnos? Nonne in sanctas vigilias? nonne in longam illam doctrinam, & multa Philosophiæ plenam? Clarius adhuc id Proclus asserit orat. de tradit. sanctæ Missæ. Et priusquam in vniuersum orbē Euangelium prædicaturi dispergerentur, ipsis Ascensioni Dominicæ vicinis diebus, ait: οἱ μαθηταὶ δὲ εὑρισκόμενοι εἰς προσευχὰς πανημερίους ἐτρέποντο, καὶ τὴν τοῦ δεσποτικοῦ σώματος μυστικὴν ἱερουργίαν παραμύθιον εὑρηκότες, διεξοδικώτατα αὐτὴν ᾖδον. τοῦτο γὰρ καὶ τὸ διδάσκειν προυργιαίτερον ἡροῦντο. πολλῷ δὲ μᾶλλον μετ' εὐφροσύνης καὶ πλείστης χαρᾶς ἦσαν προσκαρτεροῦντες τῇ τοιαύτῃ θείᾳ τελετῇ, ἀεὶ τῶν κυριακοῦ μεμνημένοι λόγου. τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου. καὶ τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. καὶ ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. διὸ καὶ πνεύματι συντετριμμένῳ πολλὰς εὐχὰς ἐκτενεῖ τὸ θεῖον ἐκλιπαροῦντες. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐξ Ἰουδαίων καὶ ἐθνῶν νεοφωτίστους τοῖς τῆς χάριτος ἐθίζοντες, καὶ τὰ πρὸ τῆς χάριτος παραλείπειν διδάσκοντες, σκιὰ τῆς χάριτος ὑπάρχοντα, εὐσεβῶς ἐπαιδαγώγουν. διὰ τοιούτων τοίνυν εὐχῶν τὴν ἐπιφοίτησιν τοῦ ἁγίου πνεύματος προσεδέχοντο. ὅπως τῇ θείᾳ αὐτοῦ παρουσίᾳ τὸν προκείμενον εἰς ἱερουργίαν ἄρτον, καὶ οἶνον ὕδατι μεμιγμένον, αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ σῶμα καὶ αἷμα τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀποφήνῃ τε, καὶ ἀναδείξῃ. *Conspirantibus animis conuenientes, ad integram orandum diem conuertebantur: & cum multam consolationem in mystico illo Dominici corporis sacrificio positam reperissent, fusissime longoque verborum ambitu missam decantabant, id enim pariter, ac docendi institutum, cæteris omnibus rebus tanquam præstantius anteponendum existimabant. Maxima sane cum alacritate plurimoque gaudio huic diuino sacrificio tempus insumentes instabant impense; iugiter memores illorum Domini verborum. Hoc est corpus meum. Et. Hoc facite in meam commemorationem. Et. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo. Quocirca & contrito spiritu multas preces decantabant, impense diuinum implorantes numen. Quin etiam, qui ex Iudæis & Gentibus recenter Baptizati erant, his gratiæ misterijs assuefaciebant: & ea quæ ante gratiæ tempus erant, vt pote gratiæ vmbram relinquere docentes, pie religioseque instituebant. Eiusmodi itaque precibus Spiritus sancti aduentum præstolabantur, vt diuina eius præsentia propositum in sacrificium panem, & vinum permixtum aqua ipsum illud corpus ipsumque sanguinem Saluatoris nostri Iesu Christi palam faceret, consecratumque demonstraret.*

138. Κατάπεμψον τὸ πνεῦμά σου] Diligenter obseruanda, vt mihi quidem videtur, quæ inter edita recentia & antiqua M. S. exemplaria occurrit hoc in loco lectionum diuersitas. Recentiores enim quidam Græci, vt fuco quodam, opinionem qua hic primum consecrationem perfici autumant, adumbrarent; seriam Spiritus sancti inuocationem, Sacerdotis benedictionem, Diaconi quoque tacitam ad benedicendum, id est consecrandum, vt opinantur, exhortationem, adiuuenerunt: quæ tamen omnia licet primam errandi ansam Græcis non dederint, vmbram nihilominus & tutamen prauæ eorum de consecratione sententiæ præstant: quæ quidem euanescunt ex parte, diluunturque, attentius perspecta M.S. in præsenti loco lectione. Hoc itaq; pacto Sacerdotem orare, nullo alio Diaconi verbo interiecto scribunt, κατάπεμψον τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ προκείμενα δῶρα ταῦτα· καὶ ποίησον τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον τίμιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ σου. τὸ δὲ ἐν τῷ ποτηρίῳ τούτῳ, τίμιον αἷμα τοῦ Χριστοῦ σου. μεταβαλὼν τῷ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ. ὥστε γενέσθαι, καὶ τὰ ἑξῆς. Consulatur ideo diuersæ lectiones fol. 92. litera N. tum sequentia exemplaria fol. 106.

Quod hic circa Chrysostomi verba obseruamus eadem quoque ratione in Basilij liturgia, pari loco, occurrent annotanda.

139. Ποίησον τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον τίμιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ.) An nunc primum spiritu sancto in sancta dona adueniente, fit illorum in corpus & sanguinem Christi conuersio? Vel nunc primum orationibus, cælesti virtute comparata, quod Græci quidam praue existimant, fit panis & vini consecratio? Non ita sane qui hæc verba scripsit, potuit sentire Chrysostomus, qui Christi Domini verbis virtutem omnem elementa in suum corpus & sanguinem transmutandi attribuit sermone de proditione Iudæ, quo ait. τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα, φησὶν ὁ ἱερεύς· τοῦτο τὸ ῥῆμα τὰ προκείμενα μεταρρυθμίζει. *Hoc est corpus meum, dicit Sacerdos. Hoc dictum proposita* (præiacentia elementa) *conuertit* & transmutat. Verba nihilominus huiusmodi quibus Sacerdotes Græci in seipsos, & in Spiritū S. dona aduocant, tum alia quibus cor mundum sibi concedi precantur, atque etiam benedictiones pani & vino separatim, deinde vtrique coniunctim impartitæ, non parum obscura sunt: ita vt petra scandali fuerint, & in errorem non paucos induxerint: vnde & negotium facessunt. Sacerdos siquidem supplex inuocat atque exorat Deum Patrem, vt mittat Spiritum suum sanctum, super seipsum, & super oblata dona: atque faciat panem, corpus Christi: & quod existit in calice, sanguinem eius: eaque plane transmutet. His idcirco praue intellectis Cabasilas, Symeon Thessalonicensis, Marcus Eugenicus, Gabriel Philadelphiensis & alij quidam seducti, simpliciores etiam alios in errorem induxerunt, suadentes non verbis Domini, sed his precibus consecrationem absolui: aut certe si quid operari incipiant Christi verba, precibus virtutem eorum, compleri. Ab ea tamen opinione longe sunt sancti Catholicæ Ecclesiæ Patres (quamuis non dissimulandum sit Græcos plerosque vel dubie & minus clare de hac re scripsisse, & scriptis suis male affectis mentibus errandi ansam præbuisse, de quibus Arcudius lib. 3. cap. 31. breuem quidem, sed aptam & prudentem mihi videtur tulisse sententiam: *obscuriores nimirum a clarioribus exponendos, & paucos cum pluribus consociandos, vel maiorum & doctiorum & longe plurium authoritatem sequendam*) & ipsi iidem qui Concilio Florentino interfuerunt, verbis Christi vim omnem huius Sacramenti, sacrificiique perficiendi, Catholica confessione concesserunt. Interrogati namque a supremo vtriusque Ecclesiæ pastore Eugenio quarto, cur ad Christi verba, preces illas consecrationem a Deo expostulantes adderent, perinde ac si nondum foret sacramentum completum: Illi fidem sensumque Ecclesiæ suæ professuri: quatuor è suis præcipuos, qui totius cōuentus nomine, responsum summo Pontifici ferrent delegerunt, Russiæ, Nicææ, Trapezuntij, Mitylenes Episcopos, a quibus Eugenio nunciatum est: nullum Ecclesiam Græcam de consecratione sensum tenere, qui non foret orbi toti Christiano communis. Est autem facti huius narratio in Concilio ex nupera impressione Romana hoc pacto expressa. Περὶ τῆς θείας ἱερουργίας ἐζητήθη παρὰ τῶν Λατίνων, πῶς τῶν τοῦ Χριστοῦ ῥημάτων λαληθέντων τὸ, λάβετε, φάγετε· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ πίετε πάντες, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ τῶν ἁγίων δώρων διὰ τούτων τελεσθέντων, ὑμεῖς μετὰ ταῦτα ποιεῖτε εὐχὴν, καὶ λέγετε. Καὶ ποίησον τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον τίμιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ σου. τὸ δὲ ἐν τῷ ποτηρίῳ τούτῳ τίμιον αἷμα τοῦ Χριστοῦ σου. μεταβαλὼν τῷ πνεύματί σου ἁγίῳ. ἐλύθη καὶ τοῦτο οὕτως. ἡμεῖς εἴπομεν ὅτι ὁμολογοῦμεν διὰ τῶν ῥημάτων τούτων τελειοῦσθαι τὸν θεῖον ἄρτον, καὶ γίνεσθαι σῶμα Χριστοῦ. ἀλλ' ὕστερον καθὼς καὶ αὐτοὶ λέγετε. Κέλευσον προσενεχθῆναι τὰ δῶρα ταῦτα διὰ χειρὸς ἁγίου ἀγγέλου εἰς τὸ ὑπερουράνιόν σου θυσιαστήριον. οὕτω καὶ ἡμεῖς εὐχόμεθα, λέ-

γοντες, κατελθεῖν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐφ' ἡμᾶς· καὶ ποιῆσαι ἐν ἡμῖν τὸν ἄρτον τοῦτον, τίμιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ· καὶ τὸ ἐν τῷ ποτηρίῳ τούτῳ, τίμιον αἷμα τοῦ Χριστοῦ· καὶ μεταβαλεῖν αὐτὰ τῷ πνεύματι αὐτοῦ τῷ ἁγίῳ, ὥστε γενέσθαι τοῖς μεταλαμβάνουσιν εἰς νῆψιν ψυχῆς, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, μὴ γένωνται εἰς κρίμα ἢ εἰς κατάκριμα ἡμῶν. *De diuino item Sacrificio quæsitum est à Latinis: quomodo prolatis Christi verbis, Accipite & comedite: Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum. Et illis. Bibite ex hoc omnes: Hic est enim sanguis meus, &c. Et sanctis donis per hæc sanctificatis, vos postea hanc additis orationem dicentes: Et fac panem quidem hunc, pretiosum corpus Christi tui: Quod vero in calice est, pretiosum sanguinem Christi tui: Transmutans Spiritu tuo sancto. Id sic porro resolutum est. Fateri nos diximus per hæc verba transmutari sanctum panem, & fieri corpus Christi: sed postea quemadmodum & ipsi dicitis. Iube perferri dona hæc per manus sancti Angeli tui in supercœleste tuum altare: ita nos quoque oramus dicentes, vt Spiritus sanctus descendat super nos, & faciat in nobis panem hunc pretiosum corpus Christi, & quod est in calice pretiosum sanguinem Christi, transmutetque illa Spiritu suo sancto: vt fiant accipientibus in emundationem animæ, in remissionem peccatorũ, non vero in iudiciũ aut condemnationem.* Verum quamuis hæc respõsio fidẽ, & de verbis consecrationis Græcorum plurimorum sententiam aperiat, non tollit tamen omnino cunctam dubitandi occasionem, cur ad Christi verba, sancti Patres Iacobus, Marcus, Basilius, & Chrysostomus, orationem, Spiritus sancti aduentum ad corpus Christi efficiendum exoptantem, addiderint. Nubem difficultatis omnem sustulit accurate & erudite Bessarion illo eleganti opere, quod tomo 6. Bibliothecæ PP. fert in fronte scriptum, de Eucharistiæ sacramento, & quibus verbis corpus Christi conficiatur, Arcudius quoque tenebras dissoluit densiores per capita vndecim integra post vigesimum quartum lib. 3. suæ concordiæ. Ne iam ergo quod actum est agere studeamus; superest, vt si quis lucis splendor aliorum labori adiungi queat, nouis adinuentis illum afferre moliamur. Post prolatum itaque eum Christi Domini sermonem, quo panem & vinum in corpus & sanguinem ipsius conuertuntur: Ecclesiam velut pro eo consecrando, & sub speciebus Eucharisticis substituendo, Spiritus sancti virtutem, suis precibus aduocare docuerunt Patres liturgiarum authores. Primo, quia licet certo certius teneat Ecclesia, solis Christi verbis hoc mysterium posse confici: horret tamen animus, mẽs titubat, affectus refugit sine precibus aut hostiam consecrare, aut hoc irreligioso more consecratam recipere: ideoque ad id quod sibi magis expedit, & initiando mysterio congruit, ad laudes Dei, verbi eius præconium, precesque maxime pro ipsa consecratione obtinenda fundendas, recurrit. Licuit enim semper, imo & Deus ipse gaudet nos promissa sua, quibus tamen eum non stare est impossibile, precibus nostris sollicitare, & vt adimpleantur, orationibus vrgere. Spontanea quippe est & libera, æque ac donum, doni promissio: & vt spontanea, doni pretio comparatur. Vt itaque doni à Deo promissi, nulla vi impedienda, nullaque arte defectura, precum multarum instantia, præueniri potest collatio: quis enim neget post pollicitum Abrahæ filium, pro eius exortu nullas preces ipsum fudisse, aut post promissũ à Christo Spiritus sancti, certissime in eos illapsuri donum, (feruidis illud quod & asserit scriptura) orationibus non expetiisse? aut quis non videat Ecclesiam Latinam pro consecratione, indubie Christi verbis adimplenda, orare? ita & doni iam obtenti supraque vires & merita collati possessio, votis omnibus expeti potest & postulari, non eo quidem fine, vt de nouo comparetur, sed vt pacifice teneatur, & voluptas ex eius fruitione orta crescat, foueatur, confirmetur. Illud vero hic maxime præstandum occurrebat: vbi cum ante consecrationem, nulla quæ eam peteret facta fuisset oratio; ipsa vero eadem consecratio cum vires & merita Sacerdotis excedat, secum saltem vt comitem illam debet deducere: verbis tamen quibus perficitur consecratio alibi) mentem animumque Sacerdotibus applicãtibus (cum adiungi nequiuerit: nil mirum, si spatio aliquo dato, è latente mentis & cordis sinu educatur, & Deo offeratur, comparata non tempori quo profertur ore, sed potius præterito consecrationis momento quo fieri debuerat. Sic quippe cum Deũ panis & vini creaturas *producentem*, celebrare teneretur Ecclesia; cum ipsum sacramentali transmutatione dona illa *viuificantem* laudare, & ob nostrũ profectum actu consecrata *benedicentem* extollere deberet: aliis quibus occupabatur non amplius detenta, cum hoc se debito exsoluere molitur, quasi pro eodem temporis instanti conferendo beneficio, omnipotentiam, liberalitatem, benignitatemque Dei, vocibus his commendat & prædicat: *Hæc omnia Domine semper bona creas, sanctificas, viuificas, & præstas nobis*: cum tamen longe ante *creata*, per eius verbum *sanctificata*, & in vitam & sanctitatem populi, destinata, cœlestique *benedictione* cumulata, venturæ fœlicitatis promissum per sui susceptionem, iam iam sint *præstitura*. Secundo, cum ad consecrationem absoluendam duo concurrãt principia effectiua, Christus & homo; conuenit vtrumque in tam sublimi, tam difficili, tam mirando opere edendo, non tantum virtutem suam exercere, coniungere actionem, sed & agendi rationem status sui conditioni congruentem prodere & manifestare: Christus autem vt Deus omnipotens, imperio, vel saltem verbo, opus illud producendum aggreditur; homo velut eius minister, & ad agendum concurrens, licet ab eo dependeat, virtutemque omnem ab eo ceu subiectum instrumentum mutuetur; in eius persona loquitur, verba eius vsurpat, præcipuam eius potestatem & velut authoritatem arrogat: quidni tandem sui status memor, suæ debilitatis conscius, & infirmitatis reus, quod non nisi precibus, quantum in se est, posset obtinere, precibus quoque exposcat, & quod iam effectum vires suas superare agnoscit, velut efficiendum desideriis, votis, obsecrationibus comparare moliatur? Tertio, Christo vt præcipuæ & à nullo pendenti causæ, sacramentorum quidem omnium producendorum virtus conceditur, solet tamen Ecclesia Græca, vt verum exigit, similes vbique partes in agendo sancto Spiritui tribuere: hinc in Baptismo, vt aqua virtute, operatione, & aduentu Spiritus sancti sanctificetur: in Confirmatione vel extrema Vnctione, vt par beneficium sacrum Chrisma vel oleum infirmorum accipiat, preces, easque feruentes, emittit: commemorat in Pœnitentia Spiritus sancti donum ad soluenda delicta: gratiam quoque eiusdem in ordine prædicat: cum iam itaque Christi virtutem verbis eius manifestam, & illius opus agnitum supponat, effectum pariter Spiritus sancti expostulat: κατάπεμψον τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον, &c. inquit, vt opus modo nostro concipiendi ab eo dependens, ab eo quoque procedere agnoscatur. Nam & in Ordine licet Pontifex Græcus manuum impositione, velut materia, verbis sacris gratiam Spiritus sancti commemorantibus, velut forma, sacramentorum perfectum esse commonstrauerit, ad preces nihilomi-

mus quibus Spiritum sanctum aduocat fundendas conuincitur, vt à se latenter opus præstitum, manifeste suis partibus absolutum esse appareat *Oremus*, inquit, *vt super eum adueniat Spiritus sanctus*; cuius tamen gratia eum ad aliquem Ecclesiæ gradū iam promotū esse declarauerat, & proprio oris præconio ordinem adeptum fuisse, prædicauerat. Quarto, instantaneam licet fateamur elementorum conuersionem, & vno momento completam, verbis integre prolatis, Christi sub speciebus Eucharisticis aduentum, habet tamen momentanea illa mutatio præuias & subsequētes dispositiones, quasdam plurimo præcedente, atque etiam succedente tempore, multa & copiosa precum serie adiungendas; quas quidem non inefficaces, quin potius in hoc mysteriorum opere plurimam virtutem exercere, & effectum non contemnendum præter Euangelica id est consecrationis verba, producere, asserit Basil. lib. de Spiritu S. cap. 27. τὰ τῆς ἐπικλήσεως ῥήματα ἐπὶ τῇ ἀναδείξει τοῦ ἄρτου τῆς εὐχαριστίας, τίς τῶν ἁγίων ἡμῖν ἐγγράφως καταλέλοιπεν; οὐ γὰρ δὴ τούτοις ἀρκούμεθα, ὧν ὁ ἀπόστολος ἢ τὸ εὐαγγέλιον ἐπεμνήσθη· ἀλλὰ καὶ προλέγομεν καὶ ἐπιλέγομεν ἕτερα ὡς μεγάλην ἔχοντα πρὸς τὸ μυστήριον ἰσχὺν, ἐκ τῆς ἀγράφου διδασκαλίας παραλαβόντες. *Inuocationis verba in productione siue renunciatione panis Eucharistici, & poculi benedictionis, quis sanctorum scripto nobis reliquit? Non enim his contenti sumus, quorum Apostolus aut Euangelium mentionem fecit, sed & ante & post, dicimus alia, veluti magnum robur & pondus ad mysterium habentia, quæ ex doctrina scripto non prodita, nos accepimus.* Habet inquam Physica illa & instanti complenda mutatio, morales alias quæ antecedant & subsequantur mutationes, successu temporis & Sacerdotis orationibus perficiendas: an non moralis est, & humano saltem iudicio mutatio hostiæ a prophano in sacrum vsum deputatio, illius facta Deo donatio, tot ritibus & præuiis initiationibus cōparata ab illa sanctificatio? An non moralis est pariter perfectio, manifestus vel occultus, per gratiam hominibus conferendam sancti Spiritus in sacra dona descensus, donorum cælestium succedēs comitatus recentius adueniens benedictionum omnium effluxus, copia, inundatio? An non hoc est Spiritum sanctum in Sacerdotem, & in sacra dona mitti, dona ipsa consecrari, Spiritu sancto immutari, & si vel, s Christum ipsum in Sacramento confici, si de nouo dona illa Spiritu sancto inumbrante, aduentitiam & ampliorem sanctimoniam adipiscantur, qua Christi, vt ita dicam, nudi, & in sacramento latentis, ornatus omnis, maiestatisque præsentia, manifesta fiat, & agnoscatur? At fictitia est, inquies, & superflua huiusmodi mutatio, si cuncta memorata vno consecrationis momento consummantur. Non ita; vt nuper citatus Basilius edocuit. Nam & breuissimo conceptionis suæ interuallo Filius Dei, communicata sibi Verbi æterni diuina subsistentia, factus fuerat homo Iesus, sanctus erat, & ex vtero, Spiritus sancti gratiis & donis omnibus ad infinitatis vsque excessum cumulatus; agnouerat quoque illum pro Filio æternus Pater, & ad illum, Deo debita veneratione colendum, Angelos suos, in ortus sui principio compulerat: cum tamen in conspectum, & in agnitionem omnium hominum adducendus fuit verus ille Dei Filius, Spiritus sancti beneficiis nullatenus recenter ornatum, nec eguisse vt à Patre pro Filio agnosceretur, aut vt mortales cælitesque cuncti ad eum excipiendum & audiendum confluerent, quis asserat; quandoquidem vel in Baptismo, vel in monte Thabor, diuina illum luce ambiente, nouoque & aperto cunctorum oculis sancti Spiritus illapsu, Paternæque vocis testimonio Filius Dei renunciatus, proclamatus fuit & agnitus? Hic est Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Huiusmodi ergo mutatione morali corpus Christi in sacramento iam præsens immutatur, & quasi iam consecratus proclamatur: nam & verba quæ priorem & Physicam mutationem edoceant, in sententia Græca quam illustramus, satis aperta sunt & nota. μεταβαλὼν αὐτὰ τῷ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ. Conuersionem quidem panis & vini, simulque consecrationē Christi corporis expostulare facie tenus apparent: ποίησον τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον, τίμιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ σου. τὸ δὲ ἐν τῷ ποτηρίῳ τούτῳ, τίμιον αἷμα τοῦ Χριστοῦ σου. eius tamen præsentiam ex præterito confestim potestantur, μεταβαλὼν τῷ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ, *qui ea iam immutasti Spiritu tuo sancto*. Non recenter ergo exerta consecratione panis & vinum immutantur, sed potius ipse Christus sub donis iam immutatis præsens, nouæ vt ita dicam, mutationi subiacere apparet, dum hucusque latentis eius maiestas publicatur, & nostri causa, Spiritus sancti donis de nouo augetur, & cumulatur. Græci scriptoris authoritate, miraculorum testimonio, sanaque, vt reor coniectura fundatur hæc a nobis vltimo adinuenta prolataque expositio. Authoritas Neophyti Rhodini est, in vernacula synopsi, verba quæ discutimus interpretantis. εἰς πολλὰ εὐχολόγια καὶ ὀξέα, inquit, τὸ, μεταβαλὼν αὐτὰ τῷ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ· διαβάζεται κατὰ παρένθεσιν, τοῦτο ἤγουν λέγει, καὶ ποίησον τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον, τίμιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ σου· τὸ δὲ ἐν τῷ ποτηρίῳ τούτῳ, τίμιον αἷμα τοῦ Χριστοῦ σου, (μεταβαλὼν αὐτὰ τῷ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ) ὥστε γενέσθαι, καὶ τὰ λοιπά. *In plerisque iisdemque correctissimis Euchologiis, hæc verba* μεταβαλὼν αὐτὰ τῷ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ, *qui ea transmutasti Spiritu tuo sancto, parenthesi inclusa leguntur, hoc pacto. Fac panem quidem istum, pretiosum corpus Christi tui: & quod est in calice, pretiosum sanguinem Christi tui (transmutasti, enim, ea Spiritu tuo sancto) esse suscipientibus ad anima sobrietatem*, &c. Miraculorum testimonium ex eo quod plerisque sanctis viris contigisse legimus, habetur. Nam & Presbyter ille Mardardinus apud Moschum in prato spir. cap. 27. non prius ad sacrificium complendum animum applicare se posse testabatur; nisi Spiritus sancti præsentia sibi nota foret & manifesta: ὅταν θεάσωμαι τὴν ἐπιφοίτησιν τοῦ ἁγίου πνεύματος, τότε καὶ τὴν λειτουργίαν ἐπιτελῶ. *cum aduentum Spiritus sancti persensero, tunc missam perficio.* Et Agapetus Papa celebrantem quendam Episcopum increpat apud eundem cap. 150. cum iam quarto sacra verba pronunciaret, nec orationem oblationis absolueret: cui respondet ille. ὅτι οὐκ εἶδον κατὰ τὸ σύνηθες τὴν ἁγίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπιφοίτησιν, *quia, vt mihi pro more est, Spiritus sancti aduentum nō percepi.* Simile testimonium præsentiæ Christi & Spiritus sancti illapsus, de cælo datum Basilio narrat Amphilochius in eius vita: isque ipse Basilius est, qui idcirco liturgicæ consecrationi, addita voluit esse verba, καὶ ποίησον, &c. Quid vero Gregorii Theologi patri acciderit, vt nempe consecratam hostiam à non consecrata perciperet, & distingueret, filius eius recenset. orat. 19. Coniectura denique, quæ omnibus hucusque dictis, vt probatissima forsan anteponetur, est, quod cum Apostoli hora tertia Spiritum sanctum acceperint: qua fortasse, (vt deinceps Ecclesiæ faciendum tradiderunt) sacris Eucharistiæ mysteriis operam dabant, erant enim illo tempore in oratione perseuerantes, non dubium quin & fractione panis, cum μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν οἱ ἀπόστολοι πρὸ τοῦ εἰς τὴν οἰκουμένην πᾶσαν διασπαρῆναι, ὁμοθυμαδὸν εὐχόμενοι εἰς προσευχὰς παννυχίοις ἐγένοντο, καὶ τὴν τοῦ διακονικοῦ

σώματος μυστικὴν ἱερουργίαν. *Saluatore nostro in cælum assumpto*, scribit Proclus orat. de traditione diuinæ missæ, *Apostoli antequam per orbem terrarum dispergerentur, conspirantibus animis conuenientes, ad quotidianas & continuas orationes conuertebantur, & mysticum* Dominici *corporis sacrificium perficiebãt*; & præterea eadem hora erant omnes pariter in eodẽ loco, vtique consuetis orationibus, & vt conijcere est, sacrificiis vacantes: tunc itaque depluentibus in eos Spiritus sancti donis, Christi in sacramento præsentiam, & in beneficiis cælestibus Spiritus quoque in se habitantis virtutem agnoscentes, potuerunt (Iacobus nimirum & Marcus liturgiarum scriptores) orationem hanc qua donorum consecratio postulatur, & Spiritus sancti liberalitas allicitur, Christi verbis adiungere: non quo completa consecratio in dubium reuocetur, sed vt absoluta gratiarum largitione comprobetur: ea ratione qua Petrus Apostolorum Christianique gregis pastor & princeps, sacrificio Christi verbis ipsis consecrationis consummato, sequentibus deinceps precibus rogat, vt iubeat Deus sacrificia perferri per manus Angeli sui, in sublime & supercęleste altare, in conspectu diuinæ suæ maiestatis: Vt nimirum omnes è sacramento degustantes, omni benedictione cælesti, & gratia repleantur: illudque idem est quod hic orant liturgiæ Græcæ. ὥστε γενέσθαι τοῖς μεταλαμβάνουσιν εἰς νῆψιν ψυχῆς. *Vt fiant suscipientibus in animæ sobrietatem*: Atque ideo in adductæ iam coniecturę argumentum, Sacerdotem proxime orare decreuerunt S. Patres, his verbis, fidem non infirmam præmisso dicto facientibus. Κύριε τὸ πανάγιόν πνεῦμα ἐν τῇ τρίτῃ ὥρᾳ, τοῖς ἀποστόλοις καταπέμψας· τοῦτο ἀγαθὲ μὴ ἀντανέλῃς ἀφ' ἡμῶν, καὶ τὰ ἑξῆς.

140. Ὑπὲρ τῶν ἐν πίστει ἀναπαυσαμένων προπατόρων.] Offerri dicitur sacrificium pro patribus antiquis, Patriarchis, Prophetis, &c in fide quiescentibus, non vt eis in remedium aut suffragium: sed vt eorum nomine, propter dona cælitus illis exhibita, in Dei gloriam omnino cedat. Hocque pacto Cyprianus ad Presbyteros & plebem, de Celerina, Laurentio, & Ignatio scribens lib. 4. epist. 5. *Sacrificia*, inquit, *pro eis, vt meministis, offerimus, quoties Martyrum passiones, & dies, anniuersaria commemoratione celebramus*. Et Caius Pontifex apud Ciacconium in eius vita legitur, à die quo Susanna neptis eius percussa est, iugiter pro eius commemoratione obtulisse: non quo pro illa oraret, alias Martyri iniuriam irrogasset: sed vt pro eius gloria, ampliores Deo gratias ageret: & eius in se patrocinium accerseret. Apte ideo in hunc locum Cabasilas. ταῦτα τὰ ῥήματά ἐστιν, ἐν οἷς οὐδεμία περιέχεται περὶ τῶν ἁγίων πρὸς τὸν θεὸν ἱκεσία, οὐδὲ εὔχεται αὐτοῖς ὁ ἱερεὺς τῶν εἰωθότων οὐδέν· ἀλλὰ τῶν μὲν ἄλλων κεκοιμημένων πιστῶν μεμνημένος εὐθὺς προστίθησι τὴν ὑπὲρ πάντων εὐχήν· καὶ ἀνάπαυσον αὐτούς, φησιν, οὗ ἐπισκοπεῖ τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου. ἐπὶ δὲ τῶν ἁγίων τοὐναντίον ἅπαν. οὐ γὰρ πρεσβείαν ὑπὲρ αὐτῶν ποιεῖται· ἀλλ' αὐτοὺς μᾶλλον προβάλλεται πρέσβεις. εἰπὼν γὰρ, καὶ ἀριθμήσας τοὺς ἁγίους ἐπάγει. ὧν ταῖς πρεσβείαις ἐπίσκεψαι ἡμᾶς ὁ θεός. *Hæc verba sunt, in quibus nulla continetur pro sanctis supplicatio, nec eis Sacerdos quidquam consuetum precatur: sed aliorum quidem fidelium, qui dormierunt agens memoriam, confestim pro eis orationem adiicit. Fac eos, inquit, requiescere vbi lumen vultus tui respicit. In sanctis vero oppositum omnino considerandum contingit. Non etenim pro eis velut legatus interpellat, quin potius intercessores eos statuit. Enumeratis namque sanctis subdit. Quorum precibus adiuua nos, Deus.*

141. Ἄξιόν ἐστιν ὡς ἀληθῶς.) Modulus hic in D. Iacobi liturgia primitus reperitur.

142. Ἡ τοῦ τῆς ἡμέρας.) Intellige προκείμενον λέγεται. *Aut diei illius proprius recitatur modulus.*

143. Τὰ δίπτυχα.] Cur Gentianus Heruetus vir alioquin in Græcis apprime eruditus, δίπτυχα interpretetur *Corporalia*, conijcere non possum. *Libellos Ecclesiasticos* vertit Meursius, ab se quidem nunquam lectos, alioquin *Tabulas* fuisse comperiisset. Sunt itaque δίπτυχα *tabulæ duæ* simul iunctæ, eo pacto, quo Moysi Tabulas depingimus, quas ideo Augustino cap. 4. lib. 15. contra Faustum Manichæum *Diptychum lapideum*, appellare placuit. Tabularum vero vsus sacer fuit, & prophanus. Sacer in Ecclesia; vt in earum vna viuorum, mortuorum in altera nomina, sacrificii tempore recitanda, conscriberentur. Vnde nec Meursius, nec barbaro eius lexico vtentes audiendi, qui sola Episcoporum nomina Tabulis fuisse consignata scripserunt. Licet enim Episcoporum nomina, in Diptychis relatas, si probi forent & Orthodoxi; vel è sacris Tabulis sublata, si impii vel hæresi infecti comperirentur; vel tandem in Tabulas restituta, si recta fides & innocentia eorum post mortem probaretur; in Ecclesiæ historiis frequentissime legamus: quis inde tamen aliud, quam præcipuum in Diptychis locum Episcopis assignatum, non aliis negatum fuisse, collegerit? Primus autem eorum vsus ad vsque Apostolorum tempora, vel proxime, videtur reuocandus: in B. Marci siquidem liturgia, & in B. Dionysii de Eccl. Hierar. cap. 4 illorum mentio celebrari incipit. ἡ μυστικὴ τῶν ἱερῶν πτυχῶν ἀνάρρησις γίνεται. *Secreta fit sacrarum tabularum recitatio.* Quo porro tempore lectionem illorum abiecit Ecclesia Romana non constat: Alcuini tamen ætate adhuc viguisse, hæc eius dicta testantur. *Post illa verba quibus dicitur in somno pacis, vsus fuit antiquorum, sicut etiam hodie Romana agit Ecclesia, vt statim recitarentur è Diptychis nomina defunctorum.* Florus magister integro sæculo Alcuino posterior (Caroli namque Calui tempore floruit) in expositione missæ; eiusdem vsus testem se præstat iisdem verbis. *Vsus fuit antiquorũ* (post verba memento Domine famulorũ famularumque) *sicut etiam Romana agit Ecclesia, vt statim recitarentur ex Diptychis siue Tabulis nomina defunctorum, atque ita post lectionem nominum subiungerentur verba sequentia. Ipsis Domine*, &c. Quo porro tempore in missa legerentur constat: quo vero loco, & à quo, voce & oculis percurrerentur, declarat œcumenica Synodus quinta: ad altare à Diacono fuisse lecta. Etsi namque vno die de relatis in Diptycha priorum Synodorum Patribus certior volens fieri populus, publice in Ambone illa sibi legi frequentibus multiplicatisque vocũ clamoribus expetiisset: τὰ δίπτυχα ἐν τῷ ἄμβωνι. *Diptycha in Ambone*: sequenti tamen luce commodius populo satisfacturus Ioannes Patriarcha. λαβὼν τὰ δίπτυχα ἐκέλευσε ταγῆναι τὰς τέσσαρας συνόδους, καὶ τὰ ἑξῆς. *Accipiens Diptycha iussit ordinari quatuor Synodos*, & infrà. καὶ τὰ ὀνόματα τῶν τελευτησάντων, *& defunctorum nomina*, & inferius adhuc τῷ καιρῷ τῶν διπτύχων μετὰ πολλῆς τῆς ἡσυχίας, συνέδραμον ἅπαν τὸ πλῆθος κύκλῳ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἠκροῶντο. καὶ μόνον ἐλέχθησαν αἱ προσηγορίαι τῶν εἰρημένων ἁγίων τεσσάρων συνόδων παρὰ τοῦ διακόνου, καὶ τῶν ἐν ὁσίᾳ μνήμῃ ἀρχιεπισκόπων Εὐφημίου, καὶ Μακεδονίου, καὶ Λέοντος, καὶ φωνῇ μεγάλῃ ἔκραξαν ἅπαντες. Δόξα σοι κύριε. *Tempore Diptychorum concurrit omnis multitudo cum magno silentio circumcirca altare, & audiebant. Et cùm solæ lectæ fuissent à Diacono appellationes prædictarum sanctarũ quatuor Synodorum; & sanctæ memoriæ Archiepiscoporum Euphemii, & Macedonii, & Leonis, voce magna vniuersi clamauerunt. Gloria tibi Domine.* Fuit etiam *Tabula-*

rum vsus prophanus (sed non sub Diptychorum nomine) quid enim tam prophanum, quam in eis libidinosi amoris argumenta describere? de quibus Iuuenalis satyra 9.

Et blandæ, assiduæ, densæque tabellæ Sollicitent.

Amoris enim illæ signa erant, eo que fine ad inuicem complicatæ: quamuis in Tabularum binario (quas ideo *Duplices* vocat Ouidius) augurium infœlix sibi timuerit lib. 1. Amor. Eleg. 12.

Ergo ego vos rebus, Duplices, pro nomine sensi, Auspicii numerus non erat ipse boni.

Cæterum vt *Diptycha* in sacris reperimus: ita quoque *Polyptycha*, libros scilicet pluribus discretis foliis, tota eorum facie expansa, se multo exosculantibus, compactos: ad *voluminum* nimirū discrimen quorum folia extremitatibus assuta, circa lignum cylindricum voluebantur. De his *Polyptychis*, tum alibi, tum in 5. Synodo frequenter, vbi & *membranæ cereæ*, & *chartacei codices*, pro *chartæ* aut *pergameni* materia dicuntur: tum etiam apud Ioannem Diaconum in vita S. Gregorii, vbi de *Gelasiano Polyptycho*, libro videlicet in quo officium Ecclesiasticum digessit, fit mentio.

144. Μνημονεύῃ.] Deprecari in missa, sacrificium offerre, oblationem facere, nominare in sacrificio & precibus, & ad communicationem admittere, eundem omnino sensum referunt apud Latinos, & apud Græcos verbo μνημονεύειν exprimuntur. Hinc numero superiori memoratis Episcopis, ἐν ὁσίᾳ μνήμῃ, defunctis pariter sæpius acclamatum ὁσία μνήμη: & nos quoque ex recto illo mentis proposito, hac tamen ex origine defunctos *bonæ memoriæ*, vel *felicis recordationis*, esse asserimus. Præfatos autem Latinorum loquendi modos, vnus vel alter Cypriani loca exhibent. Primus, epist. 14. ad Clerum lib. 3. *ad communicationem admittuntur, & offertur nomen eorum*: alter, epist. 9. lib. 1. ad Clerum & plebem Furnitanorum. *Si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur. Neque enim ad altare Dei meretur nominari in Sacerdotum prece, qui ab altari Sacerdotes & ministros suos Leuitas auocare voluit. Et ideo Victor cum contra formam nuper in cōcilio à Sacerdotibus datam, Germinium Faustinum Presbyterum ausus sit tutorem constituere, non est quod pro dormitione apud vos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine eius in Ecclesia frequentetur.*

145. Τοῦ ἁγίου τοῦδε, οὗ καὶ τὴν μνήμην.) Permittebat quoque olim Ecclesia Latina, Sancti cuius festa dies agebatur, nomen in Canone recitare: ita vetus expositio missæ, authore Anonymo tomo 6. Bibliothecæ PP. post scripta SS. Cosmæ & Damiani nomina subiungit. *Si fuerit natalis sanctorum hic dicat: sed & natalitii illorum beatorum, aut beati illius, & omnium sanctorum.*

146. Τῆς ἀφέσεως τῆς ἁμαρτιῶν.] Vt defunctis beatitudinem, ita viuentibus peccatorum væniam à Deo precantur Græci. Hæc præcipua apud illos, hæc summa benedictionum omnium, hæc amoris indicium, hæc tandem pro beneficio ex grato animo merces. ὁ Θεὸς συγχωρήσῃ σου. *Veniam Deus tibi largiatur.*

147. Τῆς οἰκουμένης.) Paucioribus cuncta pro quibus orat Sacerdos, & quam sustineat in precibus faciendis personam, ipse Chrysostomus complectitur lib. 6. de Sacerdotio. ὁ ὑπὲρ ὅλης τῆς πόλεως, καὶ τί λέγω πόλεως; πάσης μὲν οὖν οἰκουμένης πρεσβεύοντα, καὶ δεόμενον τοῖς ἁπάντων ἁμαρτίαις ἵλεων γενέσθαι τὸν Θεόν, οὐ τῶν ζώντων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀπελθόντων· ὁποῖόν τινα εἶναι χρή. *Eum qui pro tota ciuitate, quid dico ciuitate? imo vero pro vniuerso terrarum orbe legatus intercedit, precatorque est apud Deum, vt hominum omnium non viuentium modo, sed etiam mortuorum peccatis propitius fiat, qualem quæso esse oportet?*

148. Καὶ πάντων καὶ πασῶν.] Omnium in suis precibus recordatur Sacerdos: monet idcirco Diaconus populum, vt ei sua deuotione obsecundet, Deumque pro omnibus rogans, *Cunctorum & Cunctarum* meminerit. Atque ita voces hæ καὶ πάντων καὶ πασῶν, cū verbo μνήσθητι construuntur: quas confestim iterans populus, respondet. καὶ πάντων καὶ πασῶν, vt neminem à precibus se excludere manifestet: In populi autem responso subintelligendum, τὸ, μνήσθητι κύριε. offert enim ipse manibus Sacerdotis, & cum Sacerdote: vt verba liturgica hæc indicant. *Memento omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est, & nota deuotio, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis, pro se suisque omnibus.* Plura apud Cyrillum Hierosl. Catech. 5. Mystag.

149. Ἐν πρώτοις μνήσθητι κύριε τοῦ ἀρχιεπισκόπου.] In sacrificio missæ, scribit Arcudius, lib. 3. cap. 39. fit mentio Antistitum à Græcis hoc ordine. Presbyter supplicat pro suo Episcopo, hic pro suo Archiepiscopo, & Metropolita: is vero pro Patriarcha. Inferiores itaque superiorum agunt in precibus memoriam: quamuis supremum omnium Pontificem nullibi publice de nomine celebrent. Primum proptereà præcipuumque reparatæ cum Romana Ecclesia vnionis symbolum expetebat à Michaele Palæologo Vrbanus quartus Pontifex. ἐν ταῖς ἱεραῖς ἐν ὡσίαις τὸ Πάπα εἰς τὰ δίπτυχα μνημονεύεσθαι ὁμοῦ τοῖς τέσσαρσι πατριάρχαις, *vt in sacris officiis, è Diptychis Papæ nomen cum quatuor aliis Patriarchis efferretur,* ait Nicetas lib. 5. Qualis autem sit ea commendationis forma, qua tam pro Patriarchis Orientalibus, quam pro Impp. & principibus & reliquis ad se spectantibus orabat quondam Ecclesia Græca: ostendit Regium M. S. supra fol. 97 Iuris vero Græcoromani pagina 283. Monachos à Diœcesanis exemptos solius Patriarchæ nomen, nisi forte extra Monasterii terminos agant, recitare manifestat.

150. Τοῦ πανιερωτάτου Μητροπολίτου.] Metropolitam πανιερώτατον, Epitheto adiuncto, vocant Græci: Episcopos, quos paruo in numero habent θεοφιλεῖς, Patriarcham παναγιώτατον. Orthodoxi summum Pontificem μακαριώτατον, nobiscum venerantur: quemlibet Sacerdotum ἰδιόγγελον, Monachorum, ἅγιον, salutant.

151. Τῶν τὰ προσκομίζοντος.] Publice, aperte, & omnibus audientibus commendat Diaconus, vt pro eo qui hostias & oblatas in Ecclesiam intulit, pro Sacerdote celebrante, & pro Regibus preces fiant. Pro dona offerente, quia pro se & omnibus illa intulit, pro Sacerdote, quia omnium quoque nomine sacra peragit, pro Regibus quia omnium saluti corporeæ, sicut Pontifex suprà memoratus, spirituali inuigilat.

152. Τῶν καρποφορούντων καὶ καλλιεργούντων.) Minus recte, meo quidem iudicio existimant quidam, eos καρποφορούντων, voce intelligendos, qui fructus quoslibet è terra natos in Ecclesiis offerrent, quorum nomine continetur in hoc Euchologico volumine oratio, cuius titulus est, ὅτι καρποφορούντων ἀπαρχὰς ὀπώρας, & vt habet alia lectio, ὅτι καρποφορούντων. Eadem voce villicos & rusticos Ecclesiarum terras, hortos, agros excolentes, eorumque fructus suo tempore referre adstrictos, asserebat significari Nathanaël Leucados siue S. Mauræ præsul: pro quibus proinde, vt prosper & frugifer sit eorum

eorum labor, suo bono consulens orat Ecclesia. Vere tamen illi soli, qui consilio, opera, laboribus, & liberalitate Ecclesiarum incrementum vtilitatemque promouent, decusque illarum adaugent καρποφορούντων & καλλιεργούντων nomine agnoscendi. Talem Cedrenus Constantinum Porphyrogenitum celebrat, quem numquam κενὸν καὶ ἄκαρπον, *vacuis & infrugiferis manibus* Deo preces diebus solenioribus obtulisse, commemorat. Sed nec illaudatum hoc argumento, erga Deum & sanctos impium Theophilum idem omittit. Quanta vero templa & decore & fructibus auxit καρποφορῶν & καλλιεργῶν erga cælites cunctos Regiè pius, & pie omnino Regius Βασίλειος Μακεδὼν, citatus author in eius vita sigillatim enumerat. Vnde sicut ex charitate pauperibus & afflictis in prioribus verbis, ita nunc ex debito benefactoribus suis beneficium precum, gratamque memoriam ob opera pia, rependit his verbis Ecclesia. Ad hunc gratitudinis reciprocæ pium & paratum affectum suos hortatur Cyprianus epist 8. lib. 5. Scribens. *Vt autem fratres nostros ac sorores, quæ ad hoc opus tam necessarium prompte libenter operati sunt, vt semper operentur, in mente habeatis in orationibus vestris, & eis vicem boni operis in sacrificiis vestris & precibus repræsentetis: subdidi nomina singulorum, sed & Collegarum quoque, & Consacerdotum nostrorum, qui & ipsi cum præsentes essent, & suo, & plebis suæ nomine, quædam pro viribus addiderunt, nomina addidi.*

Ad communionem dispositio tum aliis precibus, tum Dominicâ oratione, tum Hostiæ eleuatione, & fractione.

153. Δὸς ἡμῖν ἐν ἑνὶ σώματι.] Clauditur his verbis sacrificii oblatio, & simul pro viuis & defunctis commemoratio. Adiuncta consequenter alia liturgiæ pars populum ad communionem disponit: & ad eam proinde verba hæc astantium mentem detorquent, iuxta S. Germani sensum eis attributum, ἓν πνεῦμα καὶ μίαν ψυχὴν δὸς ἡμῖν. ἵνα συναπτόμενοι τῷ τῆς ἀγάπης συνδέσμῳ δυνησώμεθα μετὰ παρρησίας ἀπολαύειν τῆς προκειμένης τραπέζης, καὶ γενώμεθα ἄξιοι τῶν θείων μυστηρίων δοξάζοντες καὶ ὑμνοῦντες τὸ πάντιμον καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου. *Vnum Spiritum & animam vnam nobis concede, vt charitatis vinculo connexi, cum fiducia possimus proposita mensa perfrui, & digni sanctis mysteriis efficiamur glorificantes & laudantes venerandum & magnificum nomen tuum.*

154. Καὶ ὑπὲρ τῶν προσκομισθέντων.] Cabasilas cap. 34. οὐχ ἵνα ταῦτα λέξωνται τὸν ἁγιασμὸν, (διὰ τοῦτο γὰρ ἁγιασθέντα ταῦτα εἶπεν· ἵνα μὴ σὺ τοῦτο νομίσῃς) ἀλλ᾽ ἵνα ἡμῖν αὐτὸν μεταδῶσιν. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ φιλάνθρωπον θεὸν τὸν προσδεξάμενον αὐτὰ, τὴν χάριν ἡμῖν ἀντικαταπέμψαι. *Non vt ea sanctificationem suscipiant (propterea enim ea dixit sanctificata, ne tu hoc putares) sed vt ipsam nobis impertiant. Hoc enim est benignum Deum qui ea suscipit, gratia nobis illa compensare.*

155. Ἄγγελον εἰρήνης.) De proprio vnicuique ad custodiam deputato Angelo hæc verba interpretatur Cabasilas cap. 34. εὐχόμεθα, inquit, περὶ τοῦ φύλακος ἀγγέλου· οὐχ ἵνα ἡμῖν τότε δοθῇ. δέδοται γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἑκάστῳ τῶν πιστῶν ἄγγελος· ἀλλ᾽ ἵνα ἐνεργὸς ᾖ, καὶ τὰ αὐτοῦ ποιῇ, καὶ φρουρῇ, καὶ πρὸς τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν ἡμᾶς ὁδηγῇ. *Oramus pro bono Angelo, non vt tunc nobis detur: datus est enim ab initio vnicuique fidelium Angelus: sed vt operetur, & suo officio fungatur, & custodiat, & ad viam rectam deducat.* De alio vero superiore paci procurandæ præposito, videtur Ecclesia loqui vnum namque præcipuum petit: cum plures sint pro hominum numero, priuati custodes. Ideo Chrysostomus specialem huiusmodi Angelum denotās hom. 3. in epist. ad Colos. scribit. διὰ τοῦτο εὐχόμεθα καὶ λέγομεν αἰτοῦντες τὸν ἄγγελον τῆς εἰρήνης, καὶ πανταχοῦ τὴν εἰρήνην αἰτοῦμεν, οὐδὲν γὰρ ταύτης ἴσον. *Propterea oramus & dicimus petentes Angelum pacis, & semper pacem petimus, nihil enim potest ei æquiparari.* Sicut autem dæmones ex animi prauo affectu, & sponte comparata malitia, se vitiis hominibus suggerendis, Luciferum exempli causa superbiæ, Asmodeum luxuriæ, &c. administros & incentores, ex condicto præfecerunt: ita & pacis vel instaurandæ vel conseruandæ præsidem & promotorem, à Deo tam exquisite prouinciæ præpositum, Sanctus doctor agnoscit.

156 Εἰρήνη ὑμῖν.] Quod certius in Apostolos à Christo Domino edoctos, referretur: vt in Ecclesia salutatio Sacerdotis his verbis, fieret, Anacleto tribuit Hugo Victorinus apud Bartholomeum Cauanto. De quo salutandi ritu Chrysostomus iterum loco, precedente numero, citato. ἐν ταῖς ἐκκλησίαις εἰρήνην, ἐν ταῖς εὐχαῖς, ἐν ταῖς λιταῖς, ἐν ταῖς προσρήσεσι, καὶ ἅπαξ, καὶ δὶς, καὶ τρὶς, καὶ πολλάκις αὐτὴν δίδωσιν ὁ τῆς ἐκκλησίας προεστώς. Εἰρήνη ὑμῖν· ἐπιλέγων. διὰ τί; ὅτι αὕτη μήτηρ πάντων τῶν ἀγαθῶν ἐστιν. *In Ecclesiis pacem, in supplicationibus,* (non in præfationibus vt voluit Hugo Menardus in suis ad Gregorium notis.) *Et semel, & bis, & ter, & sæpius eam dat Ecclesiæ præfectus: Pax vobis, dicens. Quare? Quia ipsa mater bonorum omnium est.*

157. Πρόσχες κύριε Ἰησοῦ.) Hęc oratio non Chrysostomi sed Basilii est, vt ex eius liturgia, & testimonio Amphilochii in eam relato constat. Lege προηγιασμένων, liturgię notas numero 44.

158. Πρὸς τὸ πρόσχωμεν τῶν ἁγίων ὑψῶσαι.) Longe post orationem Dominicam, breui tamen ante communionem spatio, iuxta Iacobi, Basilii, & Chrysostomi liturgias Dominicum corpus, non ita tamen vt à populo conspiciatur, eleuat Grecus Sacerdos. Ita ab antiquo fieri solitum indicat Dionysium 3. cap. de Eccles. Hierar. τὰς δωρεὰς τῶν θεουργιῶν ὑποδείξας, εἰς κοινωνίαν αὐτῶν ἱερῶς, αὐτός τε ἔρχεται. *Vbi diuina operationis munera ostenderit, ad diuinam eorum communionem ipse accedit.* Non omnes vero Particulas in Sanctorum honorem oblatas, sed maiorem tantum Hostiam, Christum specialius repręsentantem, eleuari narrat sanctus Germanus. ὑψῶσαι τὸν θεῖον ἄρτον μόνον, τοῦτό ἐστιν, ἐπεὶ αὐτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς Χριστός. καὶ αὐτός ἐστιν ἡ κεφαλὴ κατὰ τὸν ἀπόστολον· τὰ δὲ τίμια ἄλλα δῶρα μέλη Χριστοῦ, καὶ σῶμα Χριστοῦ, ἤγουν τοῦ τιμίου σώματος Χριστοῦ τοῦ θεοῦ. *Quod solus sacratus panis eleuetur: significat ipsum esse Christum regem & Dominum. Christus enim caput est secundum Apostolum: alia vero pretiosa dona sunt membra Christi, & corpus Christi, idest pretiosi corporis Dei.* Sacer itaque panis (maior Hostia) est qui eleuatur: particulæ autem benedictionis nomine hic intellectæ, populo

T

sacræ communionis cupido, voce τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, promittuntur sumendæ. Cæterum de maioris Hostiæ à populo completa consecratione per eleuationem cõspiciendæ nihil apud antiquos rituum expositores Alcuinum, Valafridum Strabonem, & Micrologum legimus: licet hic de Hostia cum calice leuanda, in fine Canonis proxime ad Orationem Dominicam non taceat cap. 15. & 23. eo quod verba ista. Per ipsum, & cum ipso, & in ipso: est tibi Deo Patri omnipotenti, in vnitate Spiritus sancti: omnis honor & gloria, corporis Christi ostensionem, & ex animo adorationem secum inferre videntur. Ibidemque Ordo Romanus annotat Põtificem oblatam leuare, & Archidiaconum attollere calicem. Quando vero consecrationi apud Latinos iuncta fuerit Hostiæ eleuatio, non plane constat. Stephanus Durantus ab ea nunquam fuisse diuisam contendit, sed infirmo iuxta suam sententiam Dionysii & Maximi fundamento, qui scriptis suis, non nisi Græcis ritibus suffragãtur. Plessæus Hæreticus apud Perronium Cardinalem lib. 3. de Euchar. in Concilio Lateranensi sub Innocentio tertio primum in Ecclesiam fuisse introductam comminiscitur: sed & contradictionis admissæ à Perronio arguitur, qui alibi sub Pelagio secundo circa annum Christi 580. primo adinuentam scripsisset: & mendacii quoad primum dictum Hildeberti (vixit is vndecimo sæculo.) Versus, Innocentio 3. antiquiores eum conuincunt.

Presbyter idcirco, cum verba venitur ad illa
In quibus altari gratia tanta datur.
Tollit vtrumque manu cum sit communibus escis
Altior, & quiddam maius vtrumque ferat.

Sicut porro per aerem Hostia tres cruces Latini ducunt: ita & Græci S. Germano teste (quam tamen cæremoniam Euchologium tacet) aerem sacro & venerando pane ter signantes, ipsum aerem, æthera, terramque sanctificare se docent. Vide Germanum laudatum in Mystagogia.

159. Τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις.] Vt seipsum probet homo iuxta præceptum Apostolicum, monet Sacerdos. Et Chrysostomus fusa disertaque oratione hæc verba explicans, homil. 17. in epist. ad Hebræos tandem concludit εἴ τις οὐκ ἔστιν ἅγιος μὴ προσίτω· οὐχ ἁπλῶς φησιν ἁμαρτημάτων καθαρός· ἀλλ' ἅγιος. τὸν γὰρ ἅγιον οὐχ ἡ ἁμαρτημάτων ἀπαλλαγὴ ποιεῖ μόνον· ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ πνεύματος παρουσία, καὶ ὁ τῶν ἔργων πλοῦτος. *Si quis non est sanctus, non accedat. Non simpliciter dicit à peccato purus: sed sanctus. Sanctorum enim est, non tantum à peccatis exemptio, sed & Spiritus præsentia, & bonorum operum copia.* Et S. Germanus paucis: τοῖς καθαροῖς τῇ καρδίᾳ ἀξιοῖ ὁ Θεὸς δοῦναι τὰ ἅγια. *Mundis corde gaudet Deus sancta tribuere.* Cyrillus Hieros. catech. 5. Myst. ἅγια τὰ προκείμενα, ἐπιφοιτήσεως δεξάμενα ἁγίου πνεύματος· ἅγιοι καὶ ὑμεῖς πνεύματος ἁγίου καταξιωθέντες· τὰ ἅγια οὖν τοῖς ἁγίοις κατάλληλα. *Sancta sunt in altari proposita, quæ Spiritus sancti aduentum (sanctificationem) susceperunt: sancti quoque vos estis, vt qui sancto Spiritu donati estis, atque ita sancta sanctis conueniunt.*

160. Εἷς ἅγιος, εἷς κύριος.) Dicto à Sacerdote. τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις. οἱ πιστοί, ait Cabasilas. ἀναβοῶσιν εἷς ἅγιος, εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστός, ὅτι οὐδεὶς οἴκοθεν ἁγιασμὸν ἔχει· οὐδὲ ἔργον ἀνθρωπίνης ἐστὶν ἀρετῆς· ἀλλ' ἐξ ἐκείνου πάντες, καὶ δι' ἐκεῖνον. *Fideles exclamant. Vnus sanctus, vnus Dominus, Iesus Christus: quia nullus à seipso sanctificationem obtinet, neque ipsa humanæ virtutis est opus: sed ex ipso omnes, & per ipsum ea donantur.*

161. Τὸ κοινωνικόν.) Vertit Meursius: *quod psallebat chorus post communionem, sublato sancto pane.* Errat tamen: Κοινωνικὸν enim modulus est ad sacram communionem præuius, & ante ipsam Hostiæ fractionem, vt hic constat à Græcis cantatus. In antiquo vero Romano Ordine dum communionem distribueret Pontifex persolui præscribitur his verbis. *Mox vt Pontifex cœperit in Senatorio ordine communicare, statim Schola incipit Antiphonam ad communionem, & psallunt vsquedum communicato omni populo, annuit Pontifex vt dicant Gloriam* (idest Gloria Patri, &c. Psalmus enim erat Antiphona hæc.) *& tunc repetito versu quiescunt.*

162. Ζώννυται τὸ ὀράριον αὐτοῦ σταυροειδῶς.) Stolam quam ex humero sinistro tunicæ superpositam, & solutam, & ante retroque pendentem ferebat Diaconus, cum iam communicaturus est, præcingit in imo pectore, extremitatibusque retro missis & per dorsum in crucis modum actis, dein per humeros reductis, iterum illas ante pectus in crucem agit, & vltimo firmat: vt in hac tabula, faciem, & versam Diaconi partem ostendente, perspici potest.



Lumbos itaque sic præcinctus (ex Euangelico namque dicto ritum hunc processisse possumus autumare) Domini aduentum præstolatur ; vel vt aperit Symeon Thessalonicensis lib. de Templo. ὁ διάκονος ἀγγελικὴν ἔχων τάξιν τοῦτο περίκειται, ἐπὶ τῶν ὤμων περιφέρει, ὃ καλούμενον ὠράριον· τοῦτο δὲ καὶ ὡς πτερὰ ὑπεμφαίνει διὰ τὸ ἄϋλόν τε καὶ νοερὸν τῆς ἀγγελικῆς τάξεως. διὸ καὶ τὰ Χερουβὶμ ἐκμιμούμενος περιστελλόμενα ταῖς ὄψεις, καὶ αὐτὸς περιστέλλεται ἐν τῷ μέλλειν κοινωνεῖν τοῦτο περιζωννύμενος. *Diaconus Angelicum repræsentans & obtinens ordinem, humeris gerit quod Orarium, id est Stolam dicimus: & hæc alarum speciem exhibet, quæ Angelici ordinis intellectualem gradum, & à materia separationem adumbrat. Ideo imitatus Cherubinos, qui faciem in conspectu Dei contrahunt: contrahitur & ipse communionem suscepturus, & Stola corpus omne succingit* Sicut autem Diaconus Stolam, ita & Pontifex Pallio, quod ante dona sacra introducta ex diuinæ maiestatis reuerentia deposuerat, rursum non tam ornatur, quam ceruices onerat, duplicatum enim & in ceruices iniectum absque vlla compositionis venustate illud gerit, cuius rationem Symeon citatus suggerit. ἐπὶ κοινωνίαν ἔρχεται ὁ ἀρχιερεύς, καὶ λαμβάνει τὸ ὠμοφόριον. δεικνὺς ὅτι μὲν πρῶτον ἐξ ὑπηρετῶν ἦν, καὶ εὐλαβούμενος τὸ ἱερὸν ἐκεῖνο ἔνδυμα ἐνδεδύσθαι· ἐπεὶ δὲ τελεσθῇ τὸ ἔργον, καὶ ὑψῶσαι τὸν ἄρτον, καὶ μελίσαι, καὶ μεταλαβεῖν, καὶ μεταδοῦναι ἔρχεται, χρεία καὶ τὰ τῆς ἀξίας ἱερὰ σύμβολα πάντα ἐνδύσασθαι· ἐπεὶ δὲ τοῦ ἱεράρχου ἐξαίρετον τὸ ὠμοφόριον ἔνδυμα, καὶ χρεία τοῦτο λαβεῖν, καὶ σὺν αὐτῷ τῶν θειοτάτων μεταλαβεῖν. *Ad communionem accessurus Pontifex Pallium assumit, & primum quidem se in numero ministrorum computatum declarans, ideo sacrum illum ornatum detrectabat : cum vero proximus est, vt eleuet sacrum panem, & diuidat, & communicet, sacris cum signis ornari oportet : & quoniam Pontificis, Pallium est præcipuum indumentum, hoc eum assumere necesse est, & cum eo diuinissimis mysteriis participare.*

163. Μέλισον δίασπα τὸν ἅγιον ἄρτον.) Panem in mystica cæna Christus fregit, sub cuius speciebus corpus suum in passione frangendum & comminuendum, id est asperrimis, vt prædixerat, tormentis, & tetra morte subigendum substituit: vnde & eius actionem imitatura, passionisque recordatura Ecclesia, panem consecratum instituit frangendum in partes : quo absque ritu, salua licet sacrificii natura, non tamen eius integritas & vltima perfectio saluatur. In tres autem partes Hostiam Ecclesia Latina diuidit, ob rationes à Guillelmo Durando lib. 4. cap. 50. scriptas : Missa Muzarabum in nouem, provt in Bibli. PP. tom. 6. conspicitur: Græci in quatuor tantum partiuntur : vt crucis partes quatuor, cruce è particulis emergentibus effecta & composita, designent. Adde quod cum Hostia sacra Lancea immolata est, è cruciformi scissione quatuor partes in crucem disponendæ exurgunt,

quarum supremam. τὴν ἄνω κειμένην Sacerdos mittit in calicem: dumque τὸν ἄρτον, ait Thessal. εἰς τέσσαρα μέρη διαιρεῖται, καὶ συνετίθησι τοῦτο πάνυ, κἀν τούτῳ ἐσταυρωμένον βλέπει τὸν Ἰησοῦν. *Panem in quatuor partes diuidit, & in crucis formam eas componit: & in eo Iesum crucifixum contemplatur.* Ex diuiso vero sacramento, μερίδες Græcis, *Partes* siue *Particulæ* Latinis fiunt: de quibus Gratianus de Consecr dist. 11. cap. 58. *Vnusquisque accipit partem suam: vnde & ipsæ gratia Partes vocantur.*

164. Μελίζεται καὶ διαμερίζεται ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ.) Mirum equidem cur exemplar Bibliothecæ PP. hoc loco corrumpere Gentianus Heruetus attentauerit, & non tantum in margine μελίζεται καὶ οὐ διαιρεῖζεται, cum dubio scriptum reliquerit, sed & in versionem, apertam induxerit corruptionem scribens, *diuiditur & non diuiditur*: quandoquidem non Agni sub speciebus latitantis, & specierum solummodo à quibus appellationem quandoque Agnus ipse suscipit, fractio fit & diuisio: & æque facile διαμερίζεται ac μελίζεται, earumdem specierum occasione, poterat dici: & tandem si aliquod horum verborum causa fracti & diuisi Agni dubium mentem incesseret, illud omne verbis sequentibus, ὁ μελιζόμενος, μὴ διαιρούμενος soluceretur: Perseueret igitur sanus & integer Chrysostomi textus: & in his verbis, actionis Christi sacramentum instituentis expressam imaginem connotemus. Consecrationem quidem voce, ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, fractionem, dictione μελίζεται: & alia tandem διαμερίζεται distributionem: circa quæ tria Humbertus Syluæ candidæ Cardinalis in responso ad Nicetam Monachum, hoc pacto disserit. *Ipsum Dominum legimus non imperfectam, sed perfectam commemorationem discipulis tradidisse, pane benedicto, & mox fracto, atque distributo. Non enim benedixit tantum & reseruauit frangendum in crastinum, nec fregit tantum & reposuit, sed fractum statim distribuit. Vnde & B. Alexander Martyr, & Papa quintus ab Apostolo Petro, passionem Domini inserens Canoni missæ, ait Hoc quotiescumque feceritis, id est benedixeritis, fregeritis, & distribueritis: quia quodlibet horum trium sine reliquis fiat, scilicet aut benedictio sine fractione aut distributione, aut fractio sine benedictione & distributione, perfectam memoriam Christi non repræsentat, sicut distributio nulla est, sine benedictione & fractione.*

165. Πλήρωμα πίστεως.] Vt Christum Spiritus S. virtute conceptum, & eodem Spiritu cooperante morti traditum, & sub his mysteriis comprehensum, mundum viuificasse. & Spiritu sancto Ecclesiam suam donasse quilibet fidelis certissimo teneat assensu: dicit hic Sacerdos πλήρωμα πίστεως, &c. circa quæ & feruidæ aquæ immissionem scribit Cabasilas cap. 37. τί, τὸ ἔργον καὶ τὸ ἀποτέλεσμα τῶν τοῦ Χριστοῦ παθῶν, καὶ λόγων, καὶ ἔργων, εἰ τις ὡς πρὸς ἡμᾶς αὐτὰ θεωρεῖ; οὐδὲν ἕτερον, ἢ ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐπιδημία. *Quodnam opus & consummatio Christi passionum, & factorum & dictorum, si quis ea, quoad nos spectat, consideret? nihil certe aliud sunt quam Spiritus sancti in Ecclesiam aduentus.*

Aquæ feruidæ mixtio & Communio.

166. Ἐγχέομεν τὸ ζέον.) Vt sacramenta quælibet Spiritus sancti virtute suam operationem consequi, ita & eiusdem aduentu virtutem & perfectionem nancisci opinantur Græci: quam in sacro sancto altaris mysterio significaturi, feruidam aquam, ceu eius symbolum, vt numero sequenti declarabitur, calici admiscere adinuenerunt. Hæcque est, quam hic præparare aut accipere dicitur Diaconus. Et si quidem alii ministri defuerint: vrceolo æneo igni vel cereo ardenti admoto illam disponit: vbi maior ministrorum est copia, καμισάτι, à lineis albis siue camisiis dicti: de quibus Catalogus officialium Ecclesiæ C. P. infra videndo adducendus, ait. περὶ τὸ διακονίζειν περὶ τὰς ἀνθρακιὰς καταγίνονται εἰς τε τὸ θυμιατήριον, καὶ τὴν τοῦ ζέοντος ὕδατος ... *Camisati in ferendis ignis carbonibus, tum pro thuribulo, tum pro feruidæ aquæ calefactione, versantur.*

167. Εὐλόγησον τὸ ἅγιον ζέον.) Quod quæsiuit à Græcis in Concilio Florentino Eugenius quartus, etiamnum hodie mirantur plerique, vt peracta consecratione, cum iam communioni vicini sunt fidi, aquam feruentem, τὸ ζέον, calici admisceant? Quid responderit Dorotheus Mytilinensis Episcopus vir, vt ex actis Concilii colligitur, eruditissimus, quæstioni factæ cui satisfecisse narratur, ignoramus. Ex S. Germano nos rationem proferimus. Primam, ἵνα ὥσπερ ἐκ ζώσης προῆλθον τῆς θείας πλευρᾶς ἀμφότερα θερμότητος πεπληρωμένα· οὕτω δὴ καὶ τὸ ὕδωρ θερμότατον, ἐν τῷ κρατῆρι τῆς μεταλήψεως ἐπιβαλλόμενον τέλειον τὸν τύπον τοῦ μυστηρίου ἀναπληροῖ, τῶν μεταλαμβανόντων τῆς θηλῆς τοῦ ποτηρίου ὡς αὐτῆς τῆς ζωοποιοῦ πλευρᾶς ψαυόντων. *Vt quemadmodum sanguis & aqua calida, vtraque è Christi latere fluxerunt: ita sanè aqua calidissima tempore communionis calici iniecta, absolutum mysterii typum expleat, communicantibus mammam poculi, vt latus viuificum contrectantibus.* Ac propterea S. Andræas Cretensis, cunctos fideles Christi nomine ad communionem accersens, scribit Cantico 3. Canonis fer. 4. maioris hebdomadæ. πίετε τὸ αἷμα κενωθὲν τῆς θεοπλεύρου σφαγῆς. *Bibite sanguinem effusum è victima diuini lateris.* Calidum enim & expumās, imo & vita exundans est sanguis, qui cæsa recens victima, effluit. Et vt victima cum sanguine vitam & spiritum emittit: sic & Christus eiaculato, quem ceu feruentem epotamus, sanguine, vitam immortalem spiritumque in nos omnium influit. Secundam subdit Symeon Thessal. lib. de templo. ἐπὶ δὲ τὸ ζέον ὕδωρ ἐκχέει τῷ ποτηρίῳ· τοῦτο δὲ τοῦ ... μαρτυροῦν, ὅτι καὶ νεκρὸν γενόμενον τὸ κυριακὸν σῶμα τῆς θείας αὐτῷ ψυχῆς χωρισθείσης, ζωοποιοῦν αὐτῆς ... ἡ θεότητος μὲν οὐ διαιρεθείσης αὐτῷ, καὶ τῆς ἐνεργείας δὲ τοῦ πνεύματος ἐκ πάσης μὴ χωρισθείσης. ἐπεὶ καὶ τὸ ζέον ὕδωρ ζωτικὴν τῷ θερμῷ περιέχεται ἔμφασιν. *Rursum feruentem aquam calici Sacerdos infundit, quasi testatus, mortuum Dominicum corpus, diuina eius anima separata, viuificum adhuc mansisse: Diuinitate quidem ab eo nusquam semota, nec quibusuis Spiritus operationibus: quandoquidem & feruens aqua viuidam calore virtutem complectitur.* Ac si diceret è Christi corpore anima destituto, non tamen Diuinitatis exorte, vitalem virtutem aquę calore demonstratam, emanasse: Hinc Balsamon in Can. 32. Trullanum. ἐκ τοῦ κυριακοῦ σώματος, καὶ μετὰ θάνατον αἷμα καὶ ὕδωρ ζέοντα ἐξερρύησαν, ὡς ἐκ ζωοποιοῦ σώματος ζωοποιά. *Ex corpore Dominico etiam post mortem sanguis & aqua feruentes effluxerunt, vt ex corpore viuifico viuifica.* A principio missæ, ait Balsamon præfatus, & Mathæus Blastarius in suo Nomo-

canone, non infunditur; ne rursum frigida communionis tempore euadat, & adepta significandi ratione destituatur. ἐν τῷ κυριακῷ γὰρ σώματος ὡς ζῶντος καὶ ζωοποιοῦ τὰ ζωτικὰ ἐρρύη· τὸ αἷμα φημὶ καὶ τὸ ὕδωρ· *è Dominico enim corpore velut viuo & viuifico, quæ vim habent viuificandi, sanguis, inquam, & aqua effluxerunt.* Tertia autem ratio à Cabasila cap. 37. allata mihi magis probatur, vt quæ sensum includit cum præcedentibus liturgiæ partibus, magis cohærentem. Cum hactenus, ait, in totius liturgiæ serie Christum vt annis prouectum, mox vero crucifixum fuerimus contemplati: oportet & quæ sequuta sunt, symbolis aliquibus significari, ἵνα ὁλόκληρος ἡ μύησις γίνηται τῷ μυστηρίῳ, *vt sit vndequaque integra mysterij significatio.* Subdit ideo. τί γὰρ τὸ ἔργον καὶ τὸ ἀποτέλεσμα τῶν τοῦ Χριστοῦ παθῶν, καὶ λόγων, καὶ ἔργων; εἰ πρὸς ἡμᾶς αὐτὰ θεωρεῖ, οὐδὲν ἕτερον ἢ τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐπιδημία. ἔδει οὖν καὶ μετ' ἐκεῖνα σημανθῆναι καὶ αὐτήν. καὶ δὴ σημαίνεται τῷ ζέοντος ὕδατος ἐγχεομένου τοῖς μυστηρίοις. τὸ μὲν γὰρ ὕδωρ αὐτὸ τὸ ὕδωρ ὄν, καὶ πυρὸς μετέχον, τὸ πνεῦμα σημαίνει τὸ ἅγιον, ὃ καὶ ὕδωρ λέγεται, καὶ ὡς πῦρ ἐφάνη τότε τοῖς τοῦ Χριστοῦ μαθηταῖς ἐπιστάν. ὁ δὲ καιρὸς οὗτος τὸν καιρὸν ἐκεῖνον σημαίνει. τότε γὰρ κατῆλθε μετὰ τὸ πληρωθῆναι τὰ κατὰ τὸν Χριστὸν ἅπαντα· νῦν δὲ τελειωθέντων τῶν δώρων, τὸ ὕδωρ εἰσάγεται τοῦτο· διὰ δὲ τῶν μυστηρίων, καὶ ἡ ἐκκλησία σημαίνεται σῶμα οὖσα Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους; ἥτις τότε πνεῦμα ἐδέξατο τὸ ἅγιον. *Quod vero opus & quis effectus Christi passionum & sermonum & operum? Si prout ad nos spectant, hæc ea quis consideret, nihil aliud est, quam Spiritus sancti in Ecclesiam aduentus. Oportebat ergo eum post illa significari. Atque is quidem significatur aquâ calidâ in mysteria infusâ. Hæc enim aqua, cum & aquæ naturam habeat, & ignis sit particeps, significat Spiritum sanctum: qui etiam aqua dicitur, & tanquam ignis in Christi discipulos dilapsus apparuit. Tunc enim descendit, postquam omnia quæ ad Christum spectabant, consummata fuere, nunc autem perfectis & consecratis donis hæc aqua immittitur. Per mysteria vero siue sacra dona significatur Ecclesia quæ est corpus Christi & membra ex parte habet, quæ & tunc Spiritum sanctum acceperunt.* Confirmantque expositionem hanc Sacerdotis aquam feruidam benedicentis verba; εὐλογημένη ἡ ζέσις τῶν ἁγίων. *Benedictus sanctorum feruor:* tum etiam Diaconi illam infundentis sermo. ζέσις πίστεως πλήρης πνεύματος ἁγίου. *feruor fidei plenus Spiritu sancto.* Cæterum cum Hæreticos vocet Balsamon Responso 18. in Iuris Orientalis lib. 3. eos qui huiusmodi aquæ calidæ mixtionem in calice respuunt, tanquam ab eius significato mente dissonantes: videat, ne mentiatur sibi iniquè, qui fidem non in Christi verbis, sed in signis & figuris nimis superstitiosè astruit; qui nec primis Patribus liturgiarum authoribus, potest huius aquæ feruidæ admixtionem in sacris, ceu proprium eorum inuentum adscribere: cum alias tam celebris cærimoniæ aliqua scriptorum suorum parte tractassent, & in M.S antiquis (vbi tamen non extat) aliqua de illâ mentio fieret: quamuis schismate antiquiorem, quandoquidem eius Germanus meminit, mihi, & quibuslibet aliis hoc esse eius opus asserentibus, sit in confesso.

168. Πρόσελθε διάκονε.) Inuitat, & si vis iubet Sacerdos Diaconum, vt communionem percipiat, Episcopum enim, Sacerdotes, & Diaconos, si non communicauerint, Canon Apostolicus octauus causam dicere præcipit: quæ si probabilis iudicetur, veniam concedit: sin vero minus, excommunicatione eos ligat, vt qui populo causam dederint, aduersus eum qui obtulit, tanquam non digne obtulerit. Cum autem è Diaconis quidam, graue vt primâ facie apparet, sed sanctum communionis onus, teste Balsamone, excussissent, renouata Canonis censurâ ad sinceram eius obseruantiam redire sunt coacti. Adeo vero etiam hac ætate Canonis huius seduli obseruatores se Græci exhibent, vt nunquam apud eos λειτουργήσῃ, *Sacerdoti solemniter ministret* Diaconus: nisi simul sacramenti participem se faciat. Et manu etiam summi Pontificis, Archidiaconum olim corpus Christi recepisse testatur vetus Ordo Romanus, illiusque communionis ritum refert Durandus lib. 4. capite 54. qui talis est: *vt Pontifex Oblatam in sede subdiuidens dentibus vnam eius particulam sumat, & aliam in calicem mittat: deinde aliam tradat cum osculo Diacono, aliamque Subdiacono sine osculo.* Imo & non absimile quippiam in nonnullis Ecclesiis factitari solitum idem author obseruat. *Sane Sacerdos*, inquit, *omnes partes Hostiæ comedit, in quibusdam tamen Ecclesiis*, (antiquis ritibus adhærentes intelligit) *ipse vnam partem sumit, & reliquam Hostiæ medietatem super patenam in duas partes diuidit, quas ministris scilicet Diacono & Subdiacono impendit.*

169. Αἰτῶν συγχώρησιν.] Veniam petit Diaconus communionem à Sacerdote percepturus, eamque similiter quilibet è populo ad sacram synaxim accessurus omnibus audientibus, in hodiernum vsque diem vulgari linguâ solet exposcere, dicens συγχωρήσετε Χριστιανοί. *Condonate Christiani*, cui omnes reciproco charitatis affectu respondent, ὁ θεὸς συγχωρέσῃ σου. *Parcat tibi Deus.* Quinetiam ipsos Sacerdotes tum miratus, sacro communionis mysterio, à præcipuo celebrante iam in manibus accepto, ad dextram læuamque (priusquam fusis ad Deum precibus illud ori admouerent) caput vertere, & de hoc ritu inquirenti nunciatum est: præcipuum Sacerdotem celebrantem, non prius sacris operam dare, quam iuxta liturgicas rubricas, pacem si læsam sentiat, denuo cum proximo integrarit: alios vero concelebrantes, quos aperta talis confessio minus deceret, capite huc & illuc conuerso, quasi tacito nutu, si in aliquo scandali causam dederint, veniam postulare. Hancque consuetudinem non certe illaudatam, sed & amplius approbatam habent Latinorum siue Francorum quidam, vt Ecclesias nostras (in quibus huiusmodi publica reconciliatio non est in vsu) communionis ergo adituri, prius in aliam Græcam se conferant, vt tritum illud pacis cum omnibus expetitæ symbolum συγχωρήσετε Χριστιανοί, elatâ voce proferant. Tam manifestum vero & indubitatum mutuæ & sinceræ charitatis in Oriente, apud Græcos est indicium hic sermo, vt qui veniam de more publice petenti obstinata mente (quod quidam audent dicere: ἀσυγχώρητόν σε ἀφίω, *incondonatum te relinquo*) denegare non formidant, confestim ipsi Ecclesiasticâ potestate à corporis Christi vnionis mysterio arceantur: beneuolentiæ vero suæ copiam, gratique animi (quod alibi diximus,) affectum depromturi, siue quacumque de causâ alteri bene precaturi, hac vnicâ voce, ὁ θεὸς συγχωρέσῃ σου, soleant explicare, cuius quidem dicti factique præclarissimum exemplũ apud Nicetam Manuelis Comneni lib. 3 præbet Styppiota, qui væniam à Camatero morti propinquo ob præteritas iniurias rogatus, facile concessit: & σωτηρίαν ψυχῆς προσεπηύξατο. *salutem animæ eius precatus est.* Vide Chrysostom. Hom. de proditione Iudæ versus finem.

170. Μεταδίδωμί σοι τὸ τίμιον.] Diacono ministranti, aliisque Sacerdotibus concelebrantibus, præcipuus Sacerdos vel Pontifex in manu sacram Eucharistiam antiquo ritu tradit: eam sic olim Laicis viris recipere concessum: fœminis in linteamine *dominicale* vocitato, de quo Baronius anno 57. plura ex Augustino

sermo 252. de tempore: Græci porro sacris initiati diuinam Sacramenti particulam suscepturi, manum sinistram dextræ in crucis modum supponunt, vt eam cauâ volâ contineant: moxque dextera firmiter occlusâ, precibusque præuiis recitatis, ori cautela cum magi à admouent. Græcos suos instruxisse videtur Cyrillus Hierosolymitanus. Catech. 5. mystago. προσιὼν οὖν, inquit, μὴ τεταμένοις τοῖς τ̃ χειρῶν καρποῖς προσέρχου, μηδὲ διῃρημένοις τοῖς δακτύλοις· ἀλλὰ τὴν ἀριστερὰν θρόνον ποιήσας τῇ δεξιᾷ, ὡς μελλούσῃ τ̃ βασιλέα ὑποδέχεσθαι, καὶ κοιλάνας τὴν παλάμην, δέχου τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, ἐπιλέγων τὸ, ἀμήν. *Recepturus igitur sanctum panem, non expansis manuum volis accede, neque disiunctis digitis, sed sinistram thronum efficias dexteræ, quæ regem suscepturæ est: & concaua manu suscipe corpus Christi subijciens verbum, Amen.* Idem suo tempore obseruatum (nunc alit. r Laici, pane sacro nimirum calici intincto, & cochleari sublato, communicant) tradit Damascenus lib. 4. de fide capite 14. προσέλθωμεν αὐτῷ πόθῳ διακαεῖ· καὶ σταυροειδῶς τὰς παλάμας τυπώσαντες, τ̃ ἐσταυρωμένου τὸ σῶμα ὑποδεξώμεθα· καὶ ἐπιθέντες ὀφθαλμοὺς, καὶ χείλη καὶ μέτωπα τοῦ θείου ἄνθρακος μεταλάβωμεν· ἵνα τὸ πῦρ τοῦ ἐν ἡμῖν πόθου, προσλαβὸν τὴν ἐκ τ̃ ἄνθρακος πύρωσιν κατα φλέξῃ ἡμῶν τὰς ἁμαρτίας, καὶ φωτίσῃ ἡμῶν τὰς καρδίας, καὶ τῇ μετουσίᾳ τ̃ θείου πυρὸς, πυρωθῶμεν καὶ θεωθῶμεν. *Accedamus ad eum desiderio ardenti. Manus in crucis modum formantes crucifixi corpus suscipiamus, & apponentes communioni oculos labia, & frontem diuini carbonis fiamus participes: vt ignis desiderij qui in nobis est, ex eo carbone accendatur, & comburat peccata nostra, & illuminet corda nostra, & participatione diuini illius ignis igniamur, & deificemur.* Admonet autem non tantû os, sed & oculos, & frontem mysterio manu apprehenso admouere: quia videlicet preces communioni præuias, dum qui possunt deuotione recitant inclinati in man[u] modo frontem, modo oculos, solent illâ [c]o[n]tingere.

171. Μεταλαμβάνει πρότερον ὁ ἱερεύς.] Vnâ omnes, & eodem tempore Christi corpori participant, sacris initiati: Sacerdotes quidem vel Pontifex, in altaris medio: alij Sacerdotes, in altaris circuitu; retro altare, Diaconus. Sanguini quoque communicaturi ordine procedunt; calice altaria in medio, Sacerdotis vel Pontificis manu paulùlum inclinato; ex quo haustruris necesse est modice genua inflectere. T[u]m autem quilibet ex eo sugit (cum antiqui Latini fistula tubore illum exciperent) qualibet vice vnam sanctissimæ Trinitatis personam appellans. εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, &c.

172. Καὶ μετὰ τὴν μετάληψιν.] Distinctionem ponunt Græci inter μετάδοσιν & μετάληψιν: hæc enim sanguinis, illa Dominici corporis, est communio (vulgato licet loquendi more vtriusque sumptionem vocent μετάληψιν, siue μεταλάμβασιν) vnde cum Diacono corpus Christi suscipienti, dixit Sacerdos: μεταδίδωμί σοι τὸ τίμιον, vel in passiuo, ne authoritatem sibi vllam arrogare videatur. μεταδίδεται τῷ δεῖνι διακόνῳ, καὶ τὰ ἑξῆς. prout. fol. 93. ad sanguinis participationem admisso, ait μεταλαμβάνει ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ ὁ δεῖνα, καὶ τὰ ἑξῆς. Frequenter propterea, quod & alibi annotasse memini, Christi Domini Pontificijs vestibus ornati, & sacræ mensæ assidentis in ipsa altaris concha Græci depingunt imaginem, quæ manibus in crucem decussatis, dextrâ quidem, cui vox μετάληψις inscripta est; calicem sinistrâ, vbi vox alia μετάδοσις legitur, panem porrigit: eius vero capiti titulus potestatis Sacerdotalis argumentum est appictum, ὁ μέγας ἀρχιερεύς.

173. Σπογγίζει τῷ καλύμματι.] Arcudius plus æquo certe in suos nonnunquâ rigidus, Græcos rei sacræ prophane tractatæ reos agere tentat libro 3. capite vlt. quod sancti panis communione consumptâ, manum qua illum tenuerant capiti confestim admoueant. Verum honoris & venerationis atque etiam sanctitatis, ex eiusmodi contactu contrahendæ gratiâ id faciunt: quis enim nesciat, manu fronti admota venerationem & cultum Orientales protestari? Manum autem prius, quam capiti imponant, si quæ forte particula adhæserit, sacra Spongiâ diligentissime in discto abstergunt: & sanguine delibato, si velo calicis labra videntur abstergere, prius illa quam tersè posuit, lingua exsugunt: vnde & prophanandarum specierum sacrarum nullum est apud eos periculû. Coætaneis autem Cyrilli Hierosolymi[tan]i Christianis solerter forsan potuisset Arcudius scrupulum ingerere, vt eos post acceptam panis communionem, monet sanctus Antistes; μετ' ἀσφαλείας ἁγίαζε τοὺς ὀφθαλμοὺς τῇ ἐπαφῇ τ̃ ἁγίου σώματος: *oculos sancti corporis attactu circumspecte sanctifica:* post sanguinis vero habitam participationem. ἔτι δὲ τ̃ νοτίδος οὔσης σοῖς χείλεσί σου, χερσὶν ἐπαφώμενος, καὶ ὀφθαλμοὺς, καὶ μέτωπον, καὶ τὰ λοιπὰ ἁγίαζε αἰσθητήρια: *& adhærentem adhuc labris humiditatem manu continge, & oculos, & frontem, & reliqua sensuum organa,* (manus vtique humefactæ abstersione) *consecra.*

174. Τοῦτο ἥψατο τ̃ χειλέων.] Non ad velum, labra detergens, sed ad calicem cunctas in quit te remundantem, hæc verba esse referenda, cautissime admonet Arcudius loco nuper citato.

175. Μεταλαμβάνει ὁ δοῦλος τ̃ θεοῦ.] Antiquis communionem panis in vtraque Ecclesiâ percipientibus solitum tantum dici, σῶμα Χριστοῦ. ad calicem vero delibandum αἷμα Χριστοῦ, scribit S. Clemens Aposto. Const. lib. 8. cap. 13. & inter plures Latinos, perspicuis verbis Ambrosius tum in liturgiâ: tum lib. 4. de sacram cap. 5. vbi ait. *Ergo non otiose tu dicis, Amen, iam in principio confitens quod tu accipias corpus Christi. Et tu dicis Amen: hoc est verum. Quod confitetur lingua teneat affectus.* Græci vero non sicut & Latini prolixiori verborum serie pauca illa verba expicuerunt, quę quamuis sacramentum conferri significet, circa illud tamen nullam exerit virtutem, sicut neque Latina oratio: *Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat te &c.* Obseruandum hic porro sicut in er varias lectiones fol. 93. literis N. N. iam ex Venetis antiquis exemplaribus annotatum est, quod si plures Sacerdotes ad celebrandum simul concurrere contigerit tunc prior illorum, vel Pontifex (si præcipuus celebrans ille sit) panis communionem, secundus autem Sacerdos, calicem reliquis distribuit: ipsi vero communione manu Pontificis accepta, illam deosculantur, atque etiam faciem: Sacerdote autem illam tradente, faciem quidem seu genam, non vero manum deosculantur: tunc enim propriam quisque manum sacro mysterio plenam osculo reuerenter excipere tenetur, vt Damascenus numero 170. supra relatus edocuit. Osculi huiusmodi Pontifici dati rationem reddit Symeon Thessal. lib. de templo. ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι μεταδοὺς ἀσπαζομένοις τούτου καὶ τὴν χεῖρα καὶ τὴν παρειὰν, τὴν ἀπὸ τ̃ σαρκὸς κοινωνίαν, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι ἀνακηρύττει τ̃ Ἰησοῦ, καὶ τὴν μετ' αὐτοῦ ἀδιάσπαστον ἕνωσιν. χεῖρες καὶ παρειὰ τὸν ἀσπασμὸν ὑποδέχονται· ἡ μὲν ὡς ὑπουργὸς, καὶ τ̃ φρικτῶν ἁπτομένη· ἡ παρειὰ δὲ, καὶ διὰ τὸ ὄργανον εἶναι αἱ προσευχαὶ, καὶ διὰ τὴν ἀγάπην, καὶ τ̃ εὐχῶν κοινωνίαν· ὃ καὶ τὸ μέτωπον βεβαιοῖ. ὁ Χριστὸς ἐν μέσῳ ἡμῶν. *Pontifex deinde distribuens alijs eius manum & genam osculantibus, in præsenti communionem, quæ per carnem Christi est, & in futuro indiuiduam cum Iesu vnionem prædicat. Manus & gena suscipiunt osculum, illa quia ministrat, & tangit tremenda mysteria: gena vero quia instrumentum est vnde emittantur oratio*

nes, & quia dilectionem, & orandi societatem exhibet. Confirmatque id quod tunc dicitur: *Christus in medio nostrum.* Cui sigillatim omnes, dum sic sanctum illud osculum mutuo impertiuntur, respondent: καὶ ἔστι καὶ ἔσται. *Et est & erit.* Sed neque in Ecclesiâ Latina inusitatum est osculum eiusmodi, tradentem enim sibi sacra mysteria manum Episcopi, quisque deosculatur, & summus Pontifex Diaconum cui Sacramentum impertitur, ad osculum etiam admittit. Cæterum etsi Dominici sanguinis dispensator sit Diaconus, vbi tamen Ecclesiastica, id est Sacerdotum plurium & Diaconorum fit communio: non ipse, secũdus sed Sacerdos, (ne Concilij Nicæni Canon 18. violetur) sanguini distribuendo se se offert. Facta vero Laica communione, cum panis sacer sanguine tinctus à Sacerdote populo distribui soleat: suas amplius partes in calice dispensando Diaconus Græcus non agit.


176. Ἀποσπογγίζει.] Vt panis consecratus, omnesque particulæ in communione populo distribuendæ, in calicem sacras vini species continentem decidant.

177. Τῷ ἁγίῳ σπόγγῳ.] Prophanus Spongiarum vsus, illis detergit, sanguinem exiccat, sistit & eluit. Chrysostomus in epist. ad Ephes. homilia 3. οὐχ ὁρᾷς τοὺς ἡμετέρους οἰκέτας τῇ σπογγιᾷ τὴν τράπεζαν πλύνοντας, καὶ τὸν οἶκον καθαίροντας, *cum contemplaris famulos mensas Spongiâ lauantes, & domum mundantes. &c.* Galenus quoque lib. 5. de methodo medendi: *Spongia vlcus detergere scripsit.* Sacer vero non mensam tantum sacrã illis detergit prout in officio de ablutione sanctæ mensæ magna feria quinta explicabitur, sed & calicem Dominici sanguinis purissimum vas, ipsumque sãctum Discum, Particulasque in eo contentas colligit in vnum, coercet ne perturbatim effluant, & suo tandem impulsu ductuque suauiter in calicem demittit. *Purificatorij* itaque Latinis dicti, munus agit in altari Græco *Spongia*, ex eo in sacris vsurpata, quia Sacrificij cruenti à Christo oblati pars fuit & instrumentum, eiusque in incruento Sacrificio memoriam refricat. Subtilis est, lenis, delicata, tersa: vno verbo *Pennicillus* Plinij lib. 31. cap. 11. vel Festi *Peniculus.* Sicut autem ἀπὸ τοῦ σπόγγου, σπογγιᾶ, fit verbum ἀποσπογγίζω, *detergo*: ita ex aduerso à verbo μάω μῶ, quod idem est ac, μάσσω, *exicco detergo*, fit nomen μοῦσα eiusdem penitus significationis & vsus, ac præsens vox σπόγγος, cuius mentionem facit vetus Euchologium Venetum fol. 89. linea 41. superius citatum.

178. Ἀνοίγονται τὰ θύρα τοῦ ἁγίου βήματος.] Non Ianuas aperiri, sed vela altaris deduci scripsit Chrysostomus homilia 3. in epist. ad Ephes. ὅταν ἴδῃς ἀνελκόμενα τὰ ἀμφίθυρα, τότε νόμισον διαστέλλεσθαι τὸν οὐρανὸν ἄνωθεν. *quando videris trahi quæ in ostijs sunt, cortynas, tunc existima cœlum superne deduci.*

179. Λαμβάνει τὸ ἅγιον ποτήριον.] Duplicem communionem etiam hac tempestate, qua rituum antiquorum aliqualis adhuc in Oriente perspicitur obseruantia, distinguere debemus: Sacerdotalem siue Ecclesiasticam vnam, alteram Laicam: Illam in sanctuario ordine sacro promotis reseruatam; hanc extra cancellos laicis quibuscumque concessam: primam illam superius num. 170. & seq. sumus contemplati, vt modo secunda hæc populo exhibeatur, portis sacri adyti reseratis, Diaconus sacra deferens egreditur, calicemque in quo panis consecratus sanguine intinctus est, populo manifeste ostentat, exclamans. μετὰ φόβου Θεοῦ, καὶ πίστεως προσέλθετε. Addit alia lectio, ex Damasceno numero sequenti citanda καὶ ἀγάπης. Nec immerito. Charitatis enim sicut fidei sacramentum est. Communionis huius locus extra cancellos, & portam Βασιλικὴν dictam (ex ea namque Rex Christus ad plebem pascendam egreditur) Soleas est, *Regis Solium & Thronus*, reliquo chori sublimior; de quo nos alibi etiam cum Hieronymo Latino aduersus Luciferianos scribente: *Episcopi est corpus Domini adtrectare, & de sublimi loco Eucharistiam ministrare populo.* Particulam quamlibet sanguine perfusam (iunctas enim panis & vini species ille ritus ostendit, vbi supra numero 177. Diaconus sacrum discum Spongia tersit, & cuncta fragmenta panis in calicem mersit) μαργαρίτην, quasi *Vnionem pretiosissimum* vocant: eamque Cochleario paruulo (cuius manubrium tenue & oblongum crucicula in extermitate ornatum est) pro communione è calice educit.

Allat. d. templ. p. 29.



ΛΑΒΙΣ

Cochlear illud adinuenit Chrysostomus (vt suspicatur Arcudius lib. 3. cap. 53. & affirmat Lagaridius) eiusque vsum in Ecclesiâ communem facere cœpit, illius fœminæ Hæresi Macedonianâ infectæ occâsione, quæ falsæ religionis simulandæ causa, panem Eucharisticum de manu Chrysostomi sacra facientis acceptum furtim ancillæ dedit, Hæreticorum panem illius loco consumptura, qui mox in eius ore, in lapidem est mutatus. Vnde tam nefandæ fraudis vitandæ gratia, Ecclesiastica lege sancitum est, vt mysteria Eucharistiæ in calice commixta simul populo deinceps dispensarentur. Hancque eandem consuetudinem intinctum panem porrigendi in Ecclesia Latina aliquando viguisse declarat Georgius Cassander in Liturgicis: Iuonemque de diuinis officijs pro sua sententia scribentem ita refert. *Populus intincto pane non authoritate, sed summâ necessitate timoris sanguinis Christi effusionis, permittitur communicare.* Idque in institutis Cluniacensium præscriptum esse subiungit, & Arnulphi epist. 3. ad Bohemos verba clarissima citat. *Quotidianus vsus prætendit Ecclesiæ, vt porrigatur Hostia sanguine intincta, cum à Domino prius corpus, deinde sanguis porrectus fuisse memoretur, etiam Iulio Papâ, (qui in ordine fuit, trigesimus sextus) prohibente ne eiusmodi intinctio fiat. sed seorsum panis & seorsum calix iuxta Dominicam institutionem sumantur.* Ad quod, ait Cassander, respondet Arnulphus: *Christum eis cum quibus conuersatus est, ea quæ facienda erant verbo & exemplo insinuasse, certum agendi modum non præscripsisse, huc pertinere quod ait: Hoc facite in meam commemoratione͂. Non ait, hoc modo facite. Et: Ite baptizate: non ait hoc modo: semel aut ter immergendo.* Et paulo infra, *Ob honorem, & reuerentiam sacramenti, & periculum effusionis, ac vt Sacerdos sine periculo administrare posset; consuetudinem introductam panem intingendi.* Cochlear autem illud à Græcis λαβὶς dictum: Latine precor cum Genebrardo vel Herueto in liturgijs PP. ne *Forcipem* interpreteris: quis enim micam lente minorem liquore delibutam *Forcipe* eleuet? At vero tenuis ille μαργαρίτης, *vnionem* quantitate non excedens *mica* est solummodo, tum Paschalio lib. de corpore & sanguine Domini, dicenti. *Hoc mysterium quando communicas, dilata sinum mentis tuæ, emunda conscientiam, & accipe non quantum mica exhibet: sed quantum fides capit.* tum Cyrillo Hierosolymitano monenti: ἀσφαλίζεσθαι τὰς χεῖρας, καὶ λίθων τιμίων διασκέψῃς· ὑπὲρ τοῦ μή σοι ψῖχαν ἐκπεσεῖν. *vt micam illam auro & lapidibus pretiosis præstantiore͂ ne excidat, attendas.* Non negarim tamen, λαβίδος denominatione͂ excogitatam à *Forcipe*, quo vnus è seraphicis spiritibus carbonem ad emundanda Prophetæ labra, ex altari substulit: & quia Sacerdotes τὸν θεῖον καὶ νοητὸν ἄνθρακα τὸν θεῖον Χριστὸν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ τῇ λαβίδι φανερῶς φέροντες. *Christum diuinum & intellectualem carbonem manus Forcipe ex altari educunt:* hinc factum omnes autumant vt Cochlear ad eum deportandum accommodum; λαβίδος nomine vocandum occurrerit: ἄνθραξ γάρ ἐστι τοὺς ἀναξίους φλέγων. *Christus enim carbo viuus est indignos & temere accedentes exurens.* Ita S. Germanus in mystag. & plura in eadem mentem mentem Damascenus lib. 4. de fide cap. 17. Agnouit Balsamon in explicatione

Can.

Can. 101. Concilii in Trullo, *Cochlearis*, λαβίδος illius vsum. Canon enim ille cum antiquum communionis in manibus recipiendæ morem reuocare intenderet, nec præualeret: Scoliastes suaui eum expositione moderatur, μὴ θαυμάσῃς, μηδὲ τὴν αἰτίαν δὲ ἣν ἐν τισιν ἐκκλησίαις μεταδίδοται τοῖς λαϊκοῖς τὸ ἅγιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ, καὶ οὐκ ἐγχειρίζεται τούτοις κατὰ τὴν τοῦ κανόνος περίληψιν. πίστις γὰρ ὀρθὴ, καὶ φόβος θεοῦ, καὶ εὐλάβεια ἀνύποπτος τοῦτο παρέδωκεν. *Ne mireris, neque rationem inquiras quare in quibusdam Ecclesiis prabetur sanctum Christi corpus: non in manus secundum Canonis edictum traditur. Fides enim recta, & Dei timor, & deuotio ab omni suspicione aliena hoc tradidit.* Et quamuis Ilerdense Concilium anno 524. congregatum, & Paschalis secundus epis. sua 32. prohibeant intinctum panem in communione præberi, Christi nimirum sub speciebus separatis Sacramentum instituentis exemplo reclamante. In fauorem tamen Ecclesiæ Orientalis dicendum, Concilium octo Episcoporum quale fuit Ilerdense citatum, consuetudinem, Orientem totum peruagantem abrogare non intendisse: sicut nec Paschalis Pontifex, qui non Græcos: sed priuatas Latinorum Ecclesias ab hac sibi noua & non approbata consuetudine recipienda scriptis deterrere decreuit.

180. Μετὰ φόβου θεοῦ.] Postquam de fide circa Eucharistiæ sacramentum veraciter inflammanda pluribus disseruit Damascenus lib 4. de fide cap. 34. his tandem verbis hæc à nobis elucubranda, sermonemque suum omnem exponentibus concludit, διὸ μετὰ παντὸς φόβου, καὶ συνειδήσεως καθαρᾶς, καὶ ἀδιστάκτου πίστεως προσέλθωμεν, καὶ πάντως ἔσται ἡμῖν καθὼς πιστεύομεν μὴ διστάζοντες, τιμήσωμεν δὲ αὐτὸ πάσῃ καθαρότητι ψυχικῇ τε, καὶ σωματικῇ. *Proinde omni cum timore & conscientiâ purâ, & indubitata fide accedamus, & omnino fiet nobis quemadmodum credimus nondubitantes, & veneremur ipsum omni puritate animi & corporis.* Vbi firmior deficit fides, tremorem incutere Chrysostomus ipse molitur epis. 1. ad Corinth. homilia 36. εἰ δὲ ἀπιστεῖς, ἰδὲ πρὸς ταυτηνὶ τὴν τράπεζαν ἀναμνήσθητι τίνος ἕνεκεν ἕστηκε, καὶ διὰ τί. ἐννόησον τίς ὁ προβαίνων ἐνταῦθα φρῖξον καὶ πρὸ τοῦ καιροῦ. & post pauca: διανίστηθι καὶ πρὶν ἰδεῖν τὰ πετάσματα ἀνασπώμενα, καὶ τὸν χορὸν τῶν ἀγγέλων προβαίνοντα, πρὸς αὐτὸν ἀνάβαινε τὸν οὐρανόν. *Quod si non credis, aspice ad hanc mensam, recordare propter quid hic stet. Cogita quis sit qui procedat: & contremisce: etiam ante tempus. Assurge antequam videas deduci vela, & Angelorum chorum pedem efferre: in cœlum ipsum ascende.* Eadem porro quæ hic sanis in Ecclesiâ ad cõmunionem accessuris, ægrotis quoque propriis in domibus Eucharistiam sumpturis proferuntur verba μετὰ φόβου, &c. & si quando vtrique communicant, velo calicis mento supposito, manu Sacerdotis, panem intinctum è *Cochleari*, suscipiunt; ipsam Eucharistiæ susceptionem Sacerdote suis verbis exprimente, μεταλαμβάνει ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ Πέτρος, καὶ τὰ ἑξῆς. Ægrotorum vero Præsanctificatum panem non nisi semel in anno feriâ quinta in Cæna Domini consecrant, vnde & asseruatum Præconsecratum hunc panem, παρακαταθήκην ægrotis *sepositum depositumque* Viaticum appellant, & sacro sanguine, velut alia per quadragesimam consecrata, de quibus nos in Præsanctificatorum officio num. 32. tractabimus, intingunt: quem ritum licet seuerioris notæ censurâ damnet Arcudius lib. 3. cap. 3. & 17. vt qui sacramentales species frequentius vellet renouari, nec sanguinis sacri species ad furnum aut ad solem exiccari: erat tamen Arcudius Græcus, de Græcis ritibus, (vt qui puer decennis in Italiam aduenit) parum peritus, nec enim furni vel solis ardore, sed viuo acerræ sacratæ, (hodie vulgo κατζί vocant) sacro disco subiectæ igne cui species panis sanguine tincti religio se sunt impositæ, cunctum humorem exprimunt: hacque eadem diligentia, species panis bene cocti, & vt ipse fatetur Arcudius diutius duraturi, per annum integrum ægrotis asseruatas, à corruptione custodiunt immunes. At vero deinceps, cum infirmo in exitus horâ, viatico Eucharistiæ muniendo Particulam assumunt, vino communi respergunt, vt sopitæ & exsiccatæ sanguinis species, quasi de nouo exsuscitari, & emergere videantur. Circa quem ritum bene, vt ego quidem censeo, disserit Catumsyritus Italogræcus tractatus 1. Elencho 37. his verbis. *Circa intinctionem panis in sanguinem remitto me Ecclesiæ Romanæ, seu Latinæ: quæ dum tolerat Græcos in hoc, eosdem vtique tolerare debuisset ipse Græcus Arcuda & non insurgere contra ipsos tali & tanto hostili odio instar rabidæ Vrsæ* (vox enim Græca vulgaris ἀρκοῦδα, Vrsum sonat) *in illis falsò censurandis.* Hæc ille: cuius tamen stylus iniurius & insolens in virum doctum quamuis in leuioribus lapsum, æquioris censuræ iudicio, iam Romæ castigatus non ignoratur.

181. Σῶσον ὁ θεός.] Hæc oratio habetur inter Matutinas. folio. 53.

182. Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανούς.] Supererat è vita Christi aliquo Missæ ritu, significanda eius per Ascensionem gloria, & nominis eius per Apostolorum prædicationem disseminata per orbem notitia. His illam verbis manifestat Sacerdos, quæ Thessal. lib. de templo ita exponit. ἄπεισι θυμιῶν ὁ ἀρχιερεὺς τὰ δῶρα ἐπιλέγων ὅσα τὴν ἀνάληψιν τοῦ σωτῆρος δηλοῖ, καὶ τὴν μετὰ ταύτην δόξαν τοῦ κηρύγματος αὐτοῦ ἐν πάσῃ τῇ κτίσει· οἱονεὶ διαλεγόμενος τῷ σωτῆρι καὶ λέγων. ὅτι σὺ μετῆλθες μέχρις ἡμῶν, καὶ καθ' ἡμᾶς ὤφθης, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνελήλυθας, καὶ ἀναληφθεὶς τῆς σῆς δόξης πεπλήρωκας τὴν γῆν· δι' ἧς ἡμεῖς ἱερουργοῦμεν σου τὰ μυστήρια, καὶ μετέχομεν σου, καὶ διηνεκῶς ἔχομεν σε. *Pontifex sancta adolens discedit, & ea subdit quæ Ascensionem Domini, & in posterum prædicationis eius gloriam, ad omnem creaturam manifestant. Quasi cum Saluatore dissereret, & diceret. Quia ad nos vsque descendisti, & assumptus in cœlum tua gloria terram omnem replesti: per hanc nos sacra perficimus mysteria, & tui participes sumus, & te possidemus perpetuo.* E breuiori S. Germani expositione videntur hæc dilatata ἡ ἄρσις καταλειφθέντων ἁγίων λειψάνων τὴν ἀνάληψιν τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ ἡμῶν ὑποδηλοῖ... ὁ δὲ τελευταῖος θυμιατὸς τὴν χάριν τοῦ ἁγίου πνεύματος δοθεῖσαν τοῖς ἀποστόλοις μετὰ τὴν ἀνάστασιν. *Exportatio sacrarum residuarum sacramenti reliquiarum Ascensionem Domini Dei nostri subindicat: vltima vero suffumigatio gratiam sancti Spiritus Christi afflatu Apostolis concessam post resurrectionem declarat.*

183. Θεωρῶν ἔξω πρὸς τὴν θύραν.) Diaconus communionis reliquias, ad πρόθεσιν mensam asportaturus, intentis oculis populum prius respicit, quasi Christi quem defert nomine ipsi vale dicens, vt eum erecta semper mente fideque respiciat, huiusmodi obtutu, exhortatur. Ita fere Anonymus (qui aliis in M. S. sub nomine Germani vel Basilii circumfertur) in M. S. Regio numero 1769. liturgicam expositionem his verbis claudens. ἡ ἀποστροφὴ τοῦ ἱερέως (ἢ τοῦ διακόνου) μετὰ τοῦ ἄρτου εἰς τὴν πρόθεσιν, δηλοῖ τὴν ἔλευσιν τοῦ Χριστοῦ, ὅταν μέλλῃ κρίναι τὸν κόσμον. *Conuersio Sacerdotis* (aut Diaconi) *cum sancto pane* (ad populum, & deinde) *ad Prothesim, aduentum Christi mundum diiudicaturi, significat.* Eo quasi nutu, post Ascensionis mysterium iam numero præceg-

denti expositum subindicaret Diaconus, verba Angelorum quondam in Ascensione Christi audita. *Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum.*

184. Πάντοτε νῦν καὶ ἀεί.] Claudunt hæc verba sententiam superiorem ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς, &c. & ad illam proinde sunt referenda, & cum eâ connectenda.

185. Εὐχαριστοῦμέν σοι κύριε.] Pro Eucharistiâ nil gratius Deo rependitur quam grati animi merces, de quo Iustinus apolo. 2. αἶνον καὶ δόξαν τῷ πατρὶ τῶν ὅλων διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀναπέμπει, καὶ εὐχαριστίαν ὑπὲρ τοῦ κατηξιῶσθαι τούτων παρ' αὐτοῦ ἐπὶ πολὺ ποιεῖται. *Laudem & gloriam rerum vniuersarum Patri per nomen Filij, & Spiritus sancti offert, & gratiarum actionem pro eo quod hisce nos donis suis sit dignatus: prolixe exequitur.* De eadem Augustinus epist. 59. *His peractis & participato tanto sacramento, gratiarum actio cuncta concludit.*

186. Ὀρθοὶ μεταλαβόντες.] Τοῦτ' ἔστιν, ait S. Germanus, ὀρθῇ τῇ διανοίᾳ τῶν τοῖς ἔργοις σῶμα μεταλαβόντες, καὶ ἀξίως αὐτῷ εὐχαριστήσωμεν. *Id est recta & eleuata ad superna mente: cum bonis operibus simus nos, qui communicauimus: & digne ipsi gratias agamus*, sicut & Christus Hymno dicto è mensa surrexit.

187. Ἐν εἰρήνῃ προέλθωμεν.] Quia pia consuetudo antiquis Conciliorum decretis firmata, prohibet fideles nondum expletis missarum solemnibus Ecclesia continuo [illegible] discedere: hinc tempus quo soluitur ille, & quo Ecclesia licet egredi, publica Diaconi voce cunctis fuit indicendum. Signum illud Latinis est vulgatum, *Ite Missa est*: Græcis, ἐν εἰρήνῃ προέλθωμεν, ex [illegible] apud Clementem const. Apost. lib. 8. cap. 15. ἐν εἰρήνῃ ἀπολύεσθε, deductum: imo è Christi Domini verbis, ait Cauasilas qui cœna facta, & hymno dicto, discipulis discessus licentiam fecit: dicens. *Surgite eamus hinc.*

188. Εὐχὴ ὀπισθάμβωνος.] Populus à Diacono dimissus Sacerdotem non dimittit; nisi prius ipse Christum in cœlos ascendentem, discipulisque benedicentem imitatus, facta oratione, sibi benedixerit: eamque recitaturus Sacerdos è cancellis egreditur, & in medio populi stat, *retro Ambonem.* An vero sic ad populum egreditur, vt melius, quo vicinius ei benè precetur. Non ita: sed populo affectu, sicut & gressu condescendit: vt subindicat Cabasil. cap. vlt. & appositè ad hæc S Germanus. ἡ ὀπισθάμβωνος εὐχὴ, οἱονεὶ σφραγίς ἐστι πάντων τῶν αἰτημάτων καὶ ἀνακεφαλαίωσις τακτικὴ πρέπουσα τοῖς πρώτοις καὶ τιμιωτέραις ἐκλέξεις. ἐπειδὰν γὰρ πᾶσα ἡ ἱερουργία προηγουμένως μὲν ὑπὲρ τῶν προσενεγκάντων, καὶ δι' οὓς προσήγαγον τελεῖται· ἔπειτα, καὶ ὑπὲρ πάντων διαλαμβάνοντων· κατὰ τοῦτο ἐν τῷ τέλει τάξιν ἐπιτήδειον τὴν ἑκάστης πρέπουσαν ἐκφωνουμένης εὐχῆς. ἐπειδὰν γάρ τινες τῶν ἔξω τοῦ θυσιαστηρίου ἑστῶτες, εἰς ἀπορίαν πολλάκις χωροῦσι κυματιζόμενοι καὶ λέγοντες. τίς ἄρα ὁ σκοπὸς, καὶ ἡ τῆς παρὰ τοῦ ἀρχιερέως ὑποψιθυριζομένων εὐχῶν ἔννοιά τε, καὶ δύναμις, καὶ ἐφίενται εἴδησίν τινα καταλαβεῖν. κατὰ τοῦτο οἱ θεῖοι πατέρες, ὡς ἀνακεφαλαίωσιν πάντων τῶν διὰ τῶν εὐχῶν αἰτουμένων τὸν χαρακτῆρα ταύτης ἐποιήσαντο, διδάσκοντες τοὺς ἐπιζητοῦντας ὡς ἐκ τοῦ κρασπέδου τὸ ὕφασμα. *Quæ retro Ambonem oratio, velut sigillum est omnium petitionum, & compendium rite compositum primis & præcipuis conueniens orationibus. Cum enim diuinum omne sacrificium præsertim quidem pro offerentibus, & pro ijs pro quibus obtulerunt, perficitur: & deinde pro omnibus, quos explicata mente non comprehendit Sacerdos: propterea in fine ordinem vnicuique orationi conuenientem apponit. Etenim cum aliqui eorum qui extra ad altare stant, in dubium sæpè incidant, cogitationibus fluctuantes, & dicentes. Quæ vtique est Ecclesiæ intentio, & quis est sensus & virtus orationum harum quæ à Pontifice submurmurantur? & cupiunt cognitionem quandam harum attingere. Huius causâ sancti Patres velut compendium omnium, quæ in orationibus postulata sunt, formam huius orationis composuerunt, vt quasi è fimbriâ texturam, seu ex vngue Leonem hoc pacto docerent.*

189. Εὐλογήσω τὸν κύριον.) Pro benedictione accepta benedictionem laudemque Deo rependit populus: & iterum pro communione psalmo recitato, gratias agit.

190. Δίδωσι τὸ ἀντίδωρον.) δῶρον siue ἁγιαδῶρα, *sacram communionem* significare, suo loco demonstrauimus abunde: ἀντίδωρον autem *Eulogicum siue benedictũ panem*, denotat [illegible] *sacræ communionis vicarium* accipere, qui ad sacra ipsa mysteria recipienda sunt imparati, in omnium notitia est. Eum Pius in ordine Pontificum vndecimus, qui sub M. Antonio Vero, & L. Aurelio Commodo floruit, legitur in Ecclesia instituisse, *vt de oblationibus quæ offeruntur à populo, & consecrationi supersunt vel de panibus quos deferunt fideles ad Ecclesiam, vel certe de suis Presbyter conuenienter partes incisas habeat in vase nitido & conuenienti, vt post Missarum solemnia, qui communicare non fuerint parati, Eulogias omni die Dominico, & in omnibus festis exinde accipiant, quæ cum benedictione prius faciat.* Eulogiam à benedictione suscepta vocat S. Pontifex; cum pluribus alijs, quo nomine etiam corpus Christi, in Eucharistia benedictione, precibus, & verbis diuinis consecratum appellatur. Duplicis autem generis Eulogiam siue panem benedictum annotant Publicum & Priuatum: vtrumque fermentatum; & *fermentum*, hac de causâ ab antiquis vocatum. Publicum Missa finitâ, in dilectionis & vnitatis argumentum inter fideles diuidebatur: & de illo. Innocentius primus epist. 1. c. 5. loquitur. *De fermento quod die Dominica per titulos mittimus superflue nos cõsulere voluisti: cum omnes Ecclesiæ nostræ sint intra ciuitatem constitutæ. Quare Presbyteri: qui die ipsa propter plebem sibi creditam nobiscum conuenire non possunt; idcirco fermentum à nobis confectum, per Acolytos suscipiunt, vt idcirco à nostra communione maxime illa die se non iudicent alienos.* Priuatum vero quamuis multis commune fieret, ab Episcopis tamen priuatim mittebatur: & huiusmodi fuit ille de quo Paulinus & Terasia apud D. Augustinum epist. 35. scribunt. *Panem vnum sanctitati tuæ vnitatis gratia misimus, in quo etiam Trinitatis soliditas continetur: hunc panem tu Eulogiam esse facies dignitate sumendi.* Ex quibus constat quantum decipiatur Balsamon panis Eulogici primam institutionem Antiochenæ Synodo sub Constantio celebratæ adscribens, expositione Can. 2. ἀλλὰ μὴν καὶ τῆς παρούσης ἐπινοηθῆναι, ὡς ἔοικεν, ἡ τοῦ ἀντιδώρου διάδοσις, ὥστε πάντας ἀνάγκην ἔχειν, καὶ αὐτοὺς μὴ δυναμένους μεταλαβεῖν τῶν ἁγίων καὶ ζωοποιῶν μυστηρίων, προσκαρτερεῖν μέχρι τέλους τῆς ἱερᾶς τελετῆς, καὶ χειρὸς ἱερατικῆς λαμβάνειν αὐτὸ εἰς ἁγιασμόν. *Ex hoc, vt videtur, Canone panis Eulogici distributio processit: vt necesse haberent etiam ij qui non possunt sanctorum & viuificorum mysteriorum esse participes, ad finem vsque diuini mysterij perseuerare, & ipsum è manu Sacerdotis ad sanctificationem accipere.* Decipiunt adhuc seipsos Græci quidã, panem absq; benedictione ex sola altaris cui appositus est præsentiâ, Eulogicũ benedictumque euadere censentes; quorum coniectura est, quod nulla pro pane benedicendo in Euchologijs, siue M. S. reperiatur benedictio. At cum creatura omnis vt sanctâ fit, sanctimoniâque

aliis impertiatur verbo Dei & oratione sanctificandi vim sibi comparet: vt sanctus sit pariter panis Græcorum Eulogicus, si non priuata & speciatim sibi assignatâ prece, communibus saltem alijs iisque copiosis, quibus Prothesis & Offertorium perficitur, sanctum reddi necesse est affirmare: illumque propterea Symeon Thessalonicensis lib. de templo vocat ἡγιασμένον ἄρτον τὸν ἐν τῇ προθέσει προσευχθέντα, *panem sanctificatum in Prothesi preces super se factas suscipientem*. Addit Cabasilas etiam sanctum putari, quod & Deo sit oblatus, & ex eius meditullio, molere, velut è sinu fœcundo Hostia fuerit manu Sacerdotis educta. εἶτα καὶ τὸν προσευχθέντα ἄρτον, ἐξ οὗ τὸν ἱερὸν ὁ ἱερεὺς ἀπέτεμεν ἄρτον, εἰς πολλὰ διελὼν μεταδίδωσι τοῖς πιστοῖς, ὡς ἅγιον γενόμενον αὐτῷ τῷ ἀνατεθῆναι, καὶ ἱερωθῆναι. *deinde & panem super quo facta est oratio, à quo sacram hostiam Sacerdos abscidit, in partes diuidens distribuit fidelibus, tanquam sanctificatum, eo ipso quod Deo dedicatus, & sacratus est.* Precibus cunctis liturgicis benedictum euasisse opinantur alij, nec minus ἁγιασθέντα quam λειτουργηθέντα, & è liturgiâ sacrisque orationibus ad sui præsentiam factis sanctitatem omnem attraxisse profitentur: qua ratione aquam illam benedictam in Theophanijs, maiori in pretio habent, quæ inter missarum solemnia iuxta altare residebat, quam quæ sacrificio præsens non fuit: prior enim illa est ἁγιασμὸς λειτουργηθεὶς, *quâ nimirum præsente Missa celebrata est*, hancque ideo quasi sanctiorem diligentiore quoque curâ asseruant & communione priuatis, criminumque noxis irretitis, simul cum pane Eulogico (nec non olim peccatorum adiunctâ confessione, sic enim Nicephorus Confessor sanctus Can. 5. edixit: τοὺς ὄντας ἐν ἐπιτιμίοις μετέχειν εὐλογίας, ἤγουν κατακλαστοῦ, ἅμα τῇ αὐτῶν ἐξομολογήσει. Pœnitentes cum delictorum confessione benedictioni (hoc est fracto pani participare) exhibendam, multo cum deuotionis sensu & pietatis affectu, μετὰ λαβίδος: *sacro Cochleari*, Diaconus vel Sacerdos impertitur: nec minimam eius stillam in terram decidere patitur, vt quæ præter superius dicta, symbolum sit, & vicaria sanguinis Christi: aliam vero licet precibus iisdem benedictam, vt ἀλειτούργητος, *cui defuit ad Missæ celebritatem præsentia*, & ideo minus sanctam, minus existimant, & eidem se, domos, resque suas omnes respergere non formidant. Alij tandem sanctitatem prænotatam pani Eulogico tribuunt, eo quod sit ipsa προσφορᾶς massa, & typum referat virginei corporis è quo corpus Dominicum prodiit: è medio namque προσφορᾶς, maior Hostia, lancea incidente, extollitur: de quo superius fol. 60. & 118. Hæc videtur esse mens S. Patriarchæ Germani: ὁ τοῦ παρθενικοῦ σώματος τύπος, ὁ μερισμὸς τῆς εὐλογίας καὶ προσφορᾶς. *Virginei corporis, diuisio panis benedicti & oblatæ, typum gerit*: additque S. Mystagogus. ὡς προσφορὰ δὲ τοῖς ἐνόχοις πλήρης ἁγιωσύνης ἐκ τῶν ἁγίων ἀντιπροσφέρεται, *& pro crimine obstrictis* (pœnitentibus communione priuatis) *hæc oblatio sanctitate redundans alterius sanctioris vice in missæ solemnibus substituitur & offertur*. Sacros proinde quos in animâ producit effectus recenset. καὶ οὕτως ἀπὸ μὲν τῆς μεταλήψεως τοῦ ἀχράντου σώματος τοῦ ἐξ αὐτῆς τεχθέντος τοῦ θεοῦ ἡμῶν, καὶ τιμίου αἵματος, ὁ ἁγιασμὸς καὶ ἡ υἱοθεσία τοῖς πιστοῖς παραγίνεται· ἡ δὲ πνευματικὴ εὐλογία, καὶ ἡ ἄλλη τῶν ἀγαθῶν χορηγία, τῷ τῶν χριστιανῶν γένει ἐκ τῆς διανομῆς τοῦ ἄρτου τοῦ σώματος τῆς θεοτόκου γίνεται, καὶ πιστεύεται. *Et sic sumptione quidem immaculati corporis eius, qui è virgine natus est Christi Dei nostri, & à pretioso eius sanguine sanctificatio & adoptio fidelibus prouenit: spiritualis vero, & aliorum bonorum liberalis profusio, ex distributione panis corporis Matris Dei, Christianorum generi proficisci creditur.* Cæterum cum multam de panis Eulogici sanctitate conceperit Græcus quilibet opinionem, ieiunus idcirco in Ecclesiâ, vel cui deficit liturgia, eum panno asportatum in domo comedendum è manu Sacerdos oris osculo salutata, recipit. *Hic enim panis*, inquit Augustinus libro 2. de peccato meri, & remiss. capite 26. *quamuis non sit corpus Christi, sanctus est tamen: & sanctior cibis quibus alimur*: & Cabasilas loco superius citato: οἱ δὲ τὴν εὐλογίαν πᾶσιν λέγονται, καὶ καταφιλοῦσι τὴν δεξιὰν ὡσὰν προσφάτως, ἁψαμένην τοῦ παναγίου σώματος τοῦ Χριστοῦ σωτῆρος, καὶ τὸν ἐκεῖθεν ἁγιασμὸν καὶ δεξαμένην, καὶ μεταδοῦναι τοῖς ψαύουσι πιστευομένην. *Illi vero cum deuotione ad Sacerdotem accedentes panem suscipiunt: & deosculantur dexteram quæ recenter sanctissimum corpus Christi Saluatoris contrectauit* (quo tamen manus Sacerdotalis osculo communione sacra in illa liturgia refecti, vt maiori sanctitate donati abstinent) *& sanctitatem inde suscepit, & vt eam tangentibus impartiatur, continere creditur.* Miram propterea in eo assumendo demissionem animi, & in expetendo instantiam, ostendit olim coram impudentis vultus Sacerdote, piissimus & Ecclesiasticæ concordiæ amantissimus Imperator Michael Palæologus apud Pachymerem: cum Missæ solemnitate completa, manibusque recenter pro more ablutis panem illum sanctum suscepturus, & à mysta benedictionem percepturus, è throno ad sacras vsque fores tunc apertas processit. Cui obuiam ille: ἐμφανίζεται τὴν εὐχὴν πλείστων τῷ βασιλεῖ· προσιόντι βασιλεὺς, ἐκτείνει τὰς χεῖρας τοῦ θείου ἄρτου ληψόμενος· ἐπέχει τὴν δεξιὰν ὁ ἱερεὺς, τὸ τοῦ ἱεροῦ ἄρτου κλάσμα κατέχουσαν. καὶ οὕτω τὸν μὲν χειρῶν ἐκτεταμένων τῷ βασιλεῖ· τῆς δὲ δεξιᾶς τῷ ἱερεῖ ἀπαιτούσης, ἡ γλῶσσα φέρει τὴν ἱκεσίαν. *Obuiam*, inquam; *& manifestus ille precibus fundendis factus vicissim progreditur Imperator: manusque extendit panem sacrum percepturus; continet tamen dextram panis sacri frustulum tenentem, Sacerdos, atque ita manum tendenti Imperatori, ipse dextra exporrecta supplicem offert precem &c.* Addo & peregrinantes, tum fouendæ deuotioni & sacrorum mysteriorum iugi memoriæ conseruandæ, nec non etiam in aduersis periculis, & tempestatibus; Antidoro secum delato, tanquam ἀλεξητηρίῳ φαρμάκῳ, sæpius vti: quo eodem fine, atque etiam vltimo vitæ discrimini prouisuri, consecratam particulam, quo longiora suscipiunt itinera, eo confidentius secum asportant, & vbi sedem in aliquo loco fixerint, in cameris ante sacram imaginem suspensam venerantur, & asseruant. Quam Sacramentum reseruandi consuetudinem exemplo Martyrum, à Cypriano de lapsis relato Monachorumque antiquorum solitudinibus & desertis, illud custodientium; nec non & Basilii sibi particulam è primo sacro segregantis, tum è Ioanne Diacono in Gregorij vita lib. 2. cap. 33. & ex ipsomet Gregorio lib. 2. Dialog. cap. cap. 36. & ex aliis Patribus tenacissime propugnant: quam tamen prudentior erga tam augustum sacramentum reuerentia, Concilium Toletanum primum Can. 14. & Cæsaraugustanum Can. 3. penitus abrogauit.


191. Μετέπειτα τὸ κοντάκιον.] Ob similitudinem κοντακίου, & Cantici; censuit quidam melius Latine quam Græce eruditus, vocem Græcam κοντάκιον, *Canticum* significare: cum potius à dictione κοντὸς, idiomate vulgari *rem breuem*, significante, profluat. Audet Ligaridius ἀπὸ τοῦ κοντοῦ, *hasta*, siue iaculo deducere κοντάκιον: quasi foret κοντάριον, *oratio iaculatoria*: *breuiorem* quippe *modulum*, ad normam Antiphonarum nostrarum compositum, tum hic, tum vbique ferme declarant: quem propterea sic dici scribit

Georgius Coresius, eo quod Dei vel sancti cuiuspiam laudes, paucis verbis enunciet. κοντάκιν huiusmodi author fertur Romanus Diaconus Emesenus, qui Anastasii Imperatoris ætate circa annum Domini 500. floruit. *Liber* etiam *Missalis*, solam Basilii, Chrysostomi, & Præsanctificatorum liturgiam complectens, tanquam κοδίκιον, *breuis codex*, vt ego quidem reor, vel vt censet Arcudius, ceu tenuis admodum membrana breui rotundo ligno, *quasi iaculi*, fragmento, κοντῷ circumuolui ab antiquis solita, κοντάκιον, presbyteris Græcis appellatur. Ad plura significanda, quod facit nuperus author, qui vocem κοντάκιον extendit, amplo nimis captu, breuem eius mensuram excedit.

192. Τὸ ἀναστάσιμον.) Troparia quædam sunt vt alibi iam diximus, quæ *resurrectionem prædicant*, & ἀναστάσιμα dicuntur: alia σταυροαναστάσιμα, quæ *crucem & resurrectionem simul* decantant: iterum, τριαδικὰ, θεοτόκια, μαρτυρικὰ sunt, *in honorem Trinitatis, Deiparæ Virginis, vel Martyrum* edita: ἀνατολικὰ alia *mane nimirum lecta*: φωταγωγικὰ, *lucem animæ & oculorum aduocantia*, & tandem νεκρώσιμα, *requiem defunctis* precantur.

193. Τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ τὸ ἱερατικόν.] Quali videlicet extra Ecclesiam vtitur: Sacerdotem enim non dimittit populus priusquam sacris depositis, & communibus assumptis vestibus sibi vltimò benedixerit; & vicissim faustam reciprocæ precationis vicissitudinem reportauerit. Quandoquidem vero communis Sacerdotum vestis hic sermo se obtulit: eius quoque effigiem sculpturæ lineis exaratam oculis subiicere, operæ pretium esse duxi.

Ο ΒΕΚΚΟC Π͞ΡΙΑΡΧΗC.



Prima Patriarcham exhibet cui in capite duplex est tegumentum, Monasticum vtrumque: interius quidem κατωκαμηλαύχιον, desuper vero ἄνω καμηλαύχιον. In eius manu. Litera A καμπάσιον, alii καπέλλοι vocant: cruce desuper sericea, vel auro texta ornatum: B καμίλαυκα *retinacula* e pileo dependientia: C Mandyan *pallium* μετὰ ποταμῶν *loris* conspicuum demonstrat. Ποταμοὶ rubri sunt & candidi orasque nonnunquam cæruleas habent, & literâ D. notantur: πόματα *pocula* velut *fluuiorum* scaturigines, vbi E pictum est, dignoscitur. G ostendit δικανίκιον *Baculum pastoralem*, qui si crucem in extremitate ferat *sceptrum regale* est, & δίκης *Iustitiæ virga*.



In ſecunda tabula ἱερεὺς κοσμικὸς, *Sacerdos ſæcularis* quales ſunt coniugati, depingitur Tunica interiore nigri coloris, & deſuper toga diſcincta χαβάδιον dicta, veſtitur Pileus illi violaceus, & fuſcus, eſt in capite *faſcia linea* μανδηλίῳ cinctus, à quo retro dependet pannus item violaceus, in columbinæ caudæ figuram extentus, περιστερὰ *columba* ideo dictus: & hac ratione poteſtatem Sacerdotalem à Spiritu ſancto, columba in ſcripturis repræſentato deriuata, Græci ſignificant. Pileus autem ille ſicut & quiuis alius breuis capiti appoſite adhærens, σκουφία dicitur: illumque in capite Sacerdos habet, dum prooemialia miſſæ cantantur, quæ fuit occaſio vt Alcuinus lib. de diui. offi. cap. 38. licet cum erroris formidine aſſereret; Græcos *Pileatos diuina myſteria celebrare: Pileos enim ait id eſt Cuphias* (lege Scuphias.) *geſtant in capite, dum aſſiſtunt altaribus.* Si ἐγκόνικος, aut κληρικὸς, id eſt in Eccleſia magna & C. P. officium dignitatemque obtinuerit σκιάδιον, *pileum* etiam cruce ornatum geſtat: & cum πρωτοπαπᾶς Archipreſbyter eſt; crux illi rubei coloris imperatorio priuilegio (in cuius Palatio id eſt Palatii Trullo ſiue Eccleſia, ſuprema erat hæc dignitas, à Patriarchali ſolummodo ſuperata) deferenda conceditur. Colorē & figuram huius veſtimenti explicat Symeon Theſſal. lib. de Sacram. & colorem quidem nigrum aut violaceum fuſcum, ad morum maturitatem, & animi lugubrem affectum oſtentandum, aſſumptum aſſerit: de figura vero ſubdit. σαυροῦ δὲ τύπον ἐπέχει τῷ μήκει καὶ τοῖς μανικίοις. ταῦτα δὲ τὰ ἱμάτια κοινὰ πᾶσι, καὶ ὥς φασιν ἐκ βασιλικῆς δωρεᾶς, εἰς τιμὴν τῆς ἱερωσύνης· ὅτι καὶ συγκλητικοὶ ταῦτα ἐνδύονται, καὶ τὰ σκιάδια αὐτοὶ οἱ βασιλεῖς. *Crucis formam & tractu ſine longitudine & manicis tenent, communiaque ſunt omnibus hæc indumenta, Regio, vt aiunt, priuilegio in Sacerdotii honorem, quo & Conſulares viri Senatoreſque gaudent. Pileos vero etiam reges ferunt.*

194. Ὁ δὲ λαὸς κλίνοντες τὰς κεφαλάς.) Eſt hæc ab antiquo in Eccleſia, conſuetudo obſeruata, vt inclinato capite benedictione accepta, è Synaxi populus diſcedat. Author lib. de Cardin. operibus Chriſti. *Adhac*, inquit, *inter ſacra myſteria, ad gratiarum actiones conuertitur Sacerdos, & inclinato capite, munditia cordis accepta ſe intelligens conſummatum, reſtitutus peccator, ſanctificatam Deo animam quaſi depoſitum cuſtoditum, fideliter reddit.* De capitis ad benedictionem incuruatione plura Cæſarius Arelatenſis homil. 38.

195. Καὶ ἀπέρχονται ἐν εἰρήνῃ σὺν θεῷ ἁγίῳ.) An quia pacem toties deprecati, idcirco velut ea obtenta, ἀπέρχονται ἐν εἰρήνῃ; An etiam quia fide & charitate Deo tenacius vincti, vel eius ſacramentis paſti, ſanctitatiſque opibus cumulati, σὺν θεῷ ἁγίῳ, diſcedunt? Ita cenſeo: His tamen inſuperaddendum. Vnumquemque loco ſui particulam panis quæ pro ſe offerretur in ſacrificio ſubſtituiſſe: ac velut minores particulæ maiorem hoſtiam circumuallabant, velut regem aulici: quibus B. Virgo, Angeli, Beati, viatores homines, defuncti, iuxta Chriſti corpus, ceu membra cum capite, corpus vnum myſticum componere intelligebantur: quia ſub communionis tempore cunctæ illæ particulæ in calicem ſunt immerſæ, tunc ſinguli particulis repræſenti ſe Chriſto coniunctiſſime vni-

tos putauerunt: atque ita nunc, ἀπέρχεται σὺν τῷ ἁγίῳ Thessalonicensis. ἡ μερὶς ἡ ὑπέρ τινος ἐγγὺς τοῦ θείου ἄρτου κειμένη ἐν τῷ ἐκεῖνον ἱερουργεῖσθαι, καὶ σῶμα γίνεσθαι Χριστοῦ, εὐθὺς ἁγιασμοῦ αὐτῇ μετέχει· εἰσκομισθεῖσα δὲ καὶ τῷ ποτηρίῳ, ἑνοῦται τῷ αἵματι· διὸ καὶ τῇ ψυχῇ ὑπὲρ ἧς προσηνέχθη παρέχει τὴν χάριν. *Particula cuiusdam nomine sancto pani adiacens, quando consecratur & fit corpus Christi, continuo sanctificationis & ipsa fit particeps, in calicem vero Missa sanguini vnitur: quare & animæ pro qua oblata est gratiam confert.*

NOTANDVM HANC DIVINAM MISSAM Basilij magni non semper dici, verum temporibus statutis: scilicet in Dominicis sanctæ & magnæ quadragesimæ, dempta Palmarum Dominica, in sancta & magna feria quintâ, in magno sabbato, in vigilia Christi Dei nostri Natiuitatis, & Epiphaniæ: & in die festo S. Basilij. Interpretatio autem & Ordo huius Missæ, eadem sunt quæ & missæ Sancti Ioannis Chrysostomi.

ψ Τὰ προηγιασμένα) Morelliana oſtendunt populum reſpondere Εἷς ἅγιος, εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν θεοῦ πατρός. ἀμήν. Et ſubdunt. Οὐ γὰρ ὑψοῖ τὸν ἄρτον, εἶτα ἀνακαλύψας αὐτὸν ἐκπληροῖ τὴν μετάληψιν τῶν θείων λειψάνων. καὶ ποιοῦσι καὶ λέγουσιν ὅτε ἱερεὺς, καὶ ὁ διάκονος, καὶ ὁ χορὸς τὰ αὐτὰ τῇ τοῦ Χρυσοστόμου λειτουργίᾳ. Vnus ſanctus vnus Dominus, Ieſus Chriſtus in gloria Dei Patris. *Non enim modo panem eleuat. Porro vbi ipſum detexit, communionem ſacrarum reliquiarum perficit. Faciunt autem dicuntque Sacerdos & Diaconus, & Chorus eadem quæ in Chryſoſtomi liturgia.* Barberinum. Τὰ προηγιασμένα ἅγια τοῖς ἁγίοις. καὶ λαμβάνει μερίδα ἐκ τοῦ ἁγίου σώματος, καὶ τίθησιν εἰς τὸν κρατῆρα λέγων. Πλήρωμα πνεύματος] ἁγίου· πάντοτε, νῦν καὶ ἀεί. Κοινωνικόν. Γεύσασθε καὶ ἴδετε. Εὐχὴ μετὰ τὴν μετάληψιν. Εὐχαριστοῦμεν. Præconſecrata ſancta ſanctis *Et acceptam Particulam è ſacro corpore in calicem immittit dicens.* Complementum Spiritus ſancti iugiter, nunc & ſemper, *Communio.* Guſtate & videte. *Oratio poſt communionem.* Gratias agimus.

ω Ὁ διάκονος.] Cryptoſ. Δόξα τῇ παναγίᾳ τριάδι· πάντοτε, νῦν [καὶ ἀεί. Ὁ λαός. Πληρωθήτω τὸ στόμα μου. vt ſupra fol. 184. Ὀρθοὶ μεταλαβόντες. Barberinum. Καὶ θυμιᾷ ὁ ἱερεὺς λέγων. Δόξα τῇ παναγίᾳ τριάδι. Εὐχαριστοῦμέν σοι Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, ὅτι ἠξίωσας ἡμᾶς μετασχεῖν τοῦ ἀχράντου σώματος, καὶ τοῦ τιμίου αἵματος τῆς κοινωνίας σου. Ἀλληλούϊα. Ὁ διάκονος. Ὀρθοί. *Et ſacerdos ſuffumigat dicens.* Gloria tibi Trinitati ſanctiſſimæ. Gratias agimus tibi Chriſte Deus noſter, qui nos illibati corporis, & pretioſi ſanguinis communionis tuæ, participes fieri dignatus es. Alleluia. *Diaconus.* Recti.

A Εὐχὴ ὀπισθάμβωνος ἐκφωνουμένη.) Morelliana. παρὰ τοῦ ἱερέως ἔξω τοῦ βήματος. His autem Cryptoſ. & Barberinum præmittunt à Diacono dici. Ἐν εἰρήνῃ προέλθετε. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχήν.

B Εὐχὴ εἰς τὸ συστεῖλαι.] Præmittunt Morelliana. Κἀνταῦθα ὁ χορὸς ψάλλει τὰ αὐτὰ τῇ τοῦ Χρυσοστόμου καὶ Βασιλείου λειτουργίᾳ. Cryptoſ. Ὁ λαός. Εἴη τὸ ὄνομα τοῦ

χυρίῳ εὐλογημένον. Ὁ ἱερεύς. Εὐλογημένοι ὑμεῖς ἐν κυρίῳ πάντες. Εὐχὴ λεγομένη ἐν τῷ σκευοφυλακίῳ. Barberinum. Εὐχὴ ἑτέρα ὀπισθάμβωνος. Ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς ὁ Θεὸς, ὁ προορίσας τὰς ἁγίας σου ἡμέρας τῶν νηστειῶν διά τε τοῦ νόμου, καὶ προφητῶν, καὶ εὐαγγελιστῶν, καθαρσίους καὶ σωτηρίας εἶναι προξένους· καταξίωσον καὶ ἡμᾶς ἅπαντας τὸν δρόμον τῆς νηστείας εὐαρέστως ἐπιτελέσαι, τὴν πίστιν ἀκλινῆ διατηρῆσαι, καὶ τὰς θείας σου ἐντολὰς ἀμέμπτως μέχρι τέλους φυλάξαι· ἄγγελον δὲ εἰρήνης ἐντεῖλαι διατηρεῖν τὰς εἰσόδους ἡμῶν καὶ ἐξόδους, καὶ τὰ διαβήματα ἀσφαλίζειν, καὶ κατευθύνειν εἰς ὁδοὺς δικαιωμάτων σου, προσδεχόμενος καὶ τὸν τῆς νηστείας καὶ γονυκλισίας ἡμῶν ἅγιον καιρόν· ἀνταμειβόμενος ἡμᾶς ἐν εὐλογίαις πνευματικαῖς, καὶ ἀγαθαῖς δωρεαῖς. Ὅπως παρὰ σοῦ ἐλέους τυχόντες, δόξαν σοι ἀναπέμπωμεν τῷ πατρὶ, καὶ τὰ ἑξῆς.

Alia oratio retro Ambonem. Spes omnium finium terræ Deus, qui per legem, & Prophetas, & Euangelistas, sanctos ieiuniorum dies expiationis & salutis conciliatores esse iussisti: nos quoque omnes ieiunii cursum custodire concede: ingressus autem & egressus nostros Angelum pacis obseruare, gressusque firmare, & in viam iustificationum tuarum dirigere præcipe, suscipe ieiuniorum & genuflexionum nostrarum sanctum tēpus, & benedictionibus spiritualibus, beneficiisque tuis nos compensa: vt misericordiam consecuti, gloriam tibi referamus: Patri, &c.

Γ Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν.] Cryptof. aliam hic habet Orationem. Ἐκ δυνάμεως εἰς δύναμιν, καὶ ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, πρὸς σὲ καταφεύγομεν Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν εὐχαριστίαν ἀναπέμπομεν, σὺν τῷ ἀνάρχῳ καὶ ἀθανάτῳ σοῦ πατρὶ, ἅμα τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ.

Εὐχὴ ἑτέρα. Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ ἀγαγών.

E virture in virtutem, & è gloria in gloriam ad te confugimus Christe Deus noster, tibique gratiarum actionem referimus, cum principii experte, & immortali tuo Patre, cum sanctissimo, & bono, & viuifico.

Oratio altera. Domine Deus noster, qui deduxisti, &c.

Δ Ὁ δὲ ἱερεὺς ἐξέρχεται.] Præmittunt Morelliana. Ὁ δὲ χορὸς λέγει τοὺς ψαλμοὺς τὸν, Εὐλογήσω τὸν κύριον. καὶ τὸν, Ὑψώσω σε κύριε ὁ Θεός μου. Cryptof. verò legit. Δόξα σοι ὁ Θεὸς, ἡ ἐλπὶς πάντων ἡμῶν. Barberinum, Δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, καὶ μεγαλοπρέπεια τῷ πατρί· Ὁ λαός. Εὐλογήσω τὸν κύριον. Ὁ ἱερεύς. Εὐλογία κυρίου μεθ᾽ ὑμῶν πάντοτε.

Ε Ποιεῖ ἀπόλυσιν.) Addunt Morelliana: καὶ τὰ αὐτὰ ποιεῖ καὶ λέγει ὡς καὶ ἐν τῇ τοῦ Χρυσοστόμου καὶ Βασιλείου λειτουργίᾳ. Cryptof. ipsam dimissionem scribit: Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν, πρεσβείαις τῆς ὑπερευλογημένης δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, τῶν τιμίων ἀσωμάτων καὶ ἐπουρανίων δυνάμεων, τοῦ τιμίου προφήτου, καὶ προδρόμου, καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου, καὶ τὰ ἑξῆς.

Christus verus Deus noster, precibus super omnes celebrandę dominæ nostræ Deiparæ, & semper Virginis Marię, venerandarum incorporearum, & cælestium virtutum, venerandi Prophetę, Præcursoris, & Baptistę Ioannis, &c.

Aliud breuissimum & antiquissimum missæ Præsanctificatorum exemplar ex Euchologio Barberino prius Conuentus S. Marci ordinis Prædicatorum.

Ἐν τῷ λυχνικῷ μετὰ τὰ ἀναγνώσματα, καὶ τὸ, Κατευθυνθήτω καὶ τὸ, Κύριε ἐλέησον· γίνεται εὐχὴ κατηχουμένων, ἐπὶ τῶν προηγιασμένων.

Ὁ Θεὸς, ὁ Θεὸς ἡμῶν. Vt supra fol.195.

Εὐχὴ ἐπὶ τοὺς ἐπὶ τὸ ἅγιον Βάπτισμα εὐτρεπιζομένοις.

Ἐπίφανον δέσποτα, fol.196.

Εὐχὴ πιστῶν πρώτη.

Ὁ Θεὸς ὁ μέγας καὶ αἰνετὸς, fol.196.

Εὐχὴ πιστῶν δευτέρα.

Δέσποτα ἅγιε, fol.eod.

Καὶ μετὰ τὸ πληρωθῆναι τὸ, Νῦν αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν, ὁ ἱερεὺς ἐπεύχεται.

Ὁ τῶν ἀρρήτων, fol. 197.

Ὁ ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσι. Ὁ λαός. Καὶ τῷ πνεύματί σου. Ὁ διάκονος. Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν. Ὁ ἱερεὺς ἐπεύχεται.

Ὁ Θεὸς, ὁ μόνος καὶ ἀγαθὸς, fol.198.

Ὁ διάκονος. Πρόσχωμεν. Ὁ ἱερεύς. Τὰ προηγιασμένα ἅγια τοῖς ἁγίοις.

Ὁ λαός. Εἷς ἅγιος, εἷς κύριος, fol.81.

Εὐχὴ μετὰ τὴν μετάληψιν.

Εὐχαριστοῦμέν σοι, fol.84.

Ὁ διάκονος. Ἐν εἰρήνῃ προέλθωμεν. Ὁ λαός. Ἐν ὀνόματι τοῦ κυρίου.

In *Vesperis, post Lectiones, &*, Dirigatur, *&* Domine miserere: *fit pro Catechumenis oratio, super Præsanctificatis.*

Deus, Deus noster, &c.

Oratio pro preparatis ad Baptismum.

Illustra Domine, &c.

Oratio fidelium prima.

Deus magnus & laudabilis, &c.

Oratio fidelium secunda.

Domine sancte, &c.

At cum fuerit completum, Nunc cælorum virtutes: *orat Sacerdos.*

Qui secretis, &c.

Sacerdos. Pax omnibus. *Populus.* Et cum spiritu tuo. *Diaconus.* Capita vestra.

Sacerdos precatur.

Deus solus & bonus, &c.

Diaconus. Attendamus.

Sacerdos. Præsanctificata sancta sanctis.

Populus. Vnus sanctus, vnus Dominus, &c.

Oratio post communionem.

Gratias tibi agimus, &c.

Diaconus. In pace procedamus.

Populus. In nomine Domini.

In Præsanctificatorum Officium. Notæ.

1. Ἀκολουθία τῶν προηγιασμένων τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς] Quadragesimalis ieiunii obseruantiam firmissimo legum Apostolicarum imperio stabilitam, contemplati Græci antiqui, ab ea temere violanda tantopere sibi cautum esse voluerunt, vt etiam quidam religioso dicam, an superstitioso cultu ducti, sancta communionis elementa, ne vim ieiunio inferrent, quadragesimæ tempore suscipere sint veriti. Cumque præterea, ieiunii tempora, teste Zonara in Can. 52. Conc. Trullani, mœrori potissimum dicata, expiandisque intimo animi dolore criminibus sint instituta; sacrificandi vero munia, festiuam celebritatem, & spiritualis lætitiæ solemnitatem ferant secum & inducant; ne Sacrificii alacritas mœstitia turbaretur, aut quadragesimæ necessarius luctus Sacrificii iucunditate tolleretur, Laodicænæ Synodi patres Can. 49. ne quadragesimæ spatio sacer panis, idest missæ Sacrificium, nisi sabbato & Dominicis offerretur, vel Martyrum solemnia festiuis missis & officiis celebrarentur, religiosius vetauerunt. οὐ δεῖ τῇ τεσσαρακοστῇ ἄρτον προσφέρειν, εἰ μὴ ἐν σαββάτῳ, καὶ κυριακῇ μόνον. *Non conuenit in quadragesima panem offerre, nisi forte solis sabbati & dominicæ diebus.* & Can. 51. οὐ δεῖ ἐν τεσσαρακοστῇ γενέθλιον ἐπιτελεῖν· ἀλλὰ τῶν ἁγίων μαρτύρων μνείαν ποιεῖν ἐν τοῖς σαββάτοις καὶ κυριακαῖς. *Non decet quadragesimæ spatio natalitia celebrare: sed sanctorum Martyrum memoriam, sabbatis aut dominicis agere, necesse est.* Intermisso vero totius hebdomadæ decursu, diuino sacrificandi munere, ne iuge Sacrificium è medio sublatum, aut cœlestis cibus animabus famelicis negatus videretur, à dictæ Synodi patribus, vel ab aliis Orientis Episcopis consultum est, vt sub vesperam, & in ipso Vespertinarum precum officio, quo ieiunium soluere licet, liturgiæ simulachrum, vel eius saltem spectanda pars exhiberetur, & diuinus panis in Ecclesia proponeretur; & officium illud, quo iam antea consecratus & sanctificatus distribueretur & sumeretur, ἀκολουθίαν τῶν προηγιασμένων τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς, denominare sanxerunt. Atque ita non noua primum eius institutio in Synodi Trullanæ Can. 52. sed instituti iam ritus, premens magis & sedula commendatio legitur: ἐν πάσαις ταῖς τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς τῶν νηστειῶν ἡμέραις, παρεκτὸς σαββάτου καὶ κυριακῆς, καὶ τῆς ἁγίας τοῦ ἁγίου εὐαγγελισμοῦ ἡμέρας, γινέσθω ἡ τῶν προηγιασμένων λειτουργία. *In omnibus sanctæ quadragesimæ diebus præterquam sabbato & dominica, & sancto Annunciationis die, fiat sacra Præsanctificatorum missa.* Lucem præmissis afferre possunt Nicetæ Pectorati Studitæ Hieromonachi verba, quamuis ignorantiæ impetu, & erroris studio, contra laudandum Romanæ Ecclesiæ morem deblaterata. *Perfectæ missæ per omnem diem facere, oblationem in sacris diebus ieiuniorum assueuistis:* (loquitur ipse Latinis, & mox adducto Canone Apostolico ieiunium indicente, subiungit) *ministrantes ergo atque complentes ministrationem sanctæ missæ, secus horam tertiam diei, in qua & promulgatum est offerri Sacrificium, quomodo ieiunium vsque ad horam diei nonam obseruatis, soluentes illud in tempore ministrationis missæ? Nequaquam. Si autem hoc impossibile est maledictione plectemini.* (Ignorat Schismaticus ieiunii naturalis, & Ecclesiastici discrimen, Latinisque imponit, quasi è missa ad mensam Græcorum more transilirent) *Sic ergo accipientes nos sabbato & dominica die, secus tertiam diei horam, in qua Spiritus sanctus descendit super discipulos, immolantes, in ipsis sanctificamus munera, in quibus sufficientia, pro tota hebdomada consecramus: in aliis autem diebus hebdomadis iuxta tempus hora nona diei, concludentem omnem diei ministrationem, in consummationem Lucernarij, agimus nos Sacerdotes cum Diaconibus Ingressum, thuribulum solum ferentes. Et post lectiones prophetarum, constitutas orationes à magno Basilio facientes, & munera transferentes è Propositionis mensa, oramus cum ipsis. Insuper autem & traditam nobis à Domino orationem dicentes, exaltamus Præsanctificatum panem, & damus Præsanctificata sancta sanctis: & vniti communione panis & calicis mysteriorum Christi, gratias agentes Deo remittimus eos atque dimittimus, ex congregatione sumentes nos (monachi) communem mensam, per folia & legumina, & calidam aquam, qui voluerint.* Hæc ille, & plura: in quibus errat, Concilium priuatum Laodicænum toti Ecclesiæ legem ponere, vel Trullanum reprobatum, Romanam Ecclesiam omnium magistram dirigere posse, arbitratus. Summus autem Pontifex Innocentius primus, centum annis post Laodicænam Synodum, & ferme trecentis ante Trullanam, non nisi Parasceue magna, & sabbato sancto, Ecclesiam, missæ celebritate priuat. *Constat,* vt ille inquit epis. 1. cap. 1. cap. 4. *Apostolos biduo illo, & in mœrore fuisse, & propter metum Iudæorum se occuluisse. Quod vtique non dubium, in tantum eos ieiunasse biduo memorato, vt traditio Ecclesiæ habeat, isto biduo Sacramenta penitus non celebrari.* Plura in Nicetam licet omnia non apposite, Vmbertus Syluæ candidæ Cardinalis tom. 4. bibl. PP. Qua ratione vero à sacris faciendis, sabbato sancto abstineat Romana Ecclesia (quæ enim ea die missa dicitur Paschatis noctem præuenit) & quomodo Parasceue magna Præsanctificatis vtatur, docent rituum Ecclesiasticorum expositores Alcuius, Amalarinus, & alii: de Præsanctificatis autem Græcorum plurima Matthæus Blastares in Syntagmate propediem edendo, Catholice simul, & valde moraliter; verbo τεσσαρακοστή.

2. Εὐλογήσαντος τοῦ ἱερέως.] Cum pronunciat hæc verba: εὐλογημένη ἡ βασιλεία τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· πάντοτε, νῦν καὶ ἀεί.

3. Τοῦ προοιμιακοῦ στιχολογηθέντος.) Psalmus procemiacus plurimorum officiorum exordio deseruiens est 102. *Benedic anima mea Domino,* &c. & στιχολογηθῆναι dicitur quando per Versus recitatur.

4. Μετὰ τὴν ἐκφώνησιν.] Illa est, ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία: vel alia quæcumque.

5. Τὰ πρὸς κύριον.] Ita Graduales vocant Græci, quia primus eorum psalmus ab his vocibus incipit. Πρὸς κύριον.

6. Δόξα.] Vox hæc sola infert quæ ad eam sequuntur. πατρὶ, καὶ υἱῷ, καὶ ἁγίῳ πνεύματι.

7. Καὶ νῦν] Huic pariter sequentia subnectenda: καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

8. Ἀλληλούϊα.) In officiis quadragesimalibus canticum, *Alleluia*, frequentant sæpius & iterant Græci, eique decantando facilius indulgent, quo tem-

pus illud diuturniores diuinas laudes requirere agnoſcunt, idem quoque in mortuorum exequiis aſſumunt, atque ita non ſicut Latinis lætitiæ, ſed potius mœroris, compunctionis, deuotioniſque apud eos eſt argumentum. Quam vane autem ob illam vocem officia ſua iactet Michael C. P. legendus Baronius anno 1057. numero 29.

9. Εἰς δὲ τὸ, κύριε ἐκέκραξα.] Cum recitatur pſalmus 140. *Domine clamaui.*

10. Ἱστῶμεν στίχους.] Conſule dicta fol. 30. nu. 25.

11. Ἰδιόμελον.] Subintellige τροπάριον, *modulum*: & eſt, ait doctus Ligaridius, peculiari ſibi, graui, & concinna voce recitandus, quaſi ἴδιον ἔχον μέλος. at εἱρμὸς ex oppoſito, alios ad ſui normam decantari permittit.

12. Μαρτυρικόν.) Intellige rurſus τροπάριον, *in Martyrum laudem compoſitum.*

13. Στιχηρὰ προσόμοια.) *Verſus Similares* æquali ſyllabarum numero conſtant, vt eodem tono decantentur: ſicut & eiuſdem metri Strophæ, ſiue Græcis ſiue Latinis.

14. Τριώδιν.) Meurſius τριώδιον interpretatur: *Canticum quod diuiditur in tres partes, quas ᾠδὰς appellabant.* Sed praue. Cum enim ᾠδὴ ſit Canticum, quis correcte locuturus diceret, Canticum diuidi in tria Cantica? τριώδιον igitur, ſcribit Gretſerus to. 3. de Cruce lib. 4. à tribus Odis nomen accepit: Græci vero hoc titulo librum inſigniunt, licet plures quam tres Odas complectatur. Retinet tamen Triodii nomen, ob prima Triodia in ſanctæ Trinitatis honorem in quadrageſima decantanda, quorum author, cuius deinceps veſtigia ſecuti ſunt alii, dicitur Coſmas Hieroſolymitanus. Verum de Triodio & reliquis libris Eccleſiaſticis plura & ſelectiora doctiſſimus Leo Allatius, opuſculo propediem publici iuris faciendo.

15. Μηναίων.] Volumina vniuſcuiuſque menſis Officia diſtincte complectentia, vocantur μηναῖον. Inepte itaque, iuxta morem, *Canticum* interpretatur Meurſius.

16. Εἰς στίχους.) Diſcrimen non modicum eſt inter στίχον, & στιχηρόν: ille eſt *Verſiculus* è ſcriptura, & maxime è Dauidicis pſalmis depromptus, hoc *Verſus* eſt ab Hymnographo Eccleſiaſtico, licet prolixiori ſententia, ad longiuſcularum etiam periodorum normam, compoſitus. Et diſcriminis huius annotandi gratia, στίχον, *Verſiculum*, στιχηρόν, *Verſum*, vbique in hoc volumine ſum interpretatus.

17. Θεοτόκιον.) Intellige ſemper τροπάριον, *modulum in honorem virginis Deiparæ*, poſt hæreſim Neſtorii abſque addito θεοτόκος vocatæ, editum.

18. Σταυροθεοτόκιον.) Alius item *modulus eſt crucis & Deiparæ iunctas laudes, vel ſaltem mixtam vtriuſque mentionem complectens.*

19. Ἦχος.) Adhuc Meurſio Canticum ſonat hæc dictio, & eius argumento plura falſum reſonantia cantillat, ita nihil quod mentem & ſenſum reficiat, effatur. Proprie itaque ἦχος, in cantu Græco Eccleſiaſtico, idem eſt quod *Tonus* in Latino. Habent autem Græci ſuos octo tonos, à quibus libellus ὀκτώηχος dicitur. Quatuor Toni priores ſimplicem appellationem ſunt nacti ἦχος α΄. *primus* ἦχος β΄, *ſecundus*, ἦχος γ΄, *tertius*: ἦχος δ΄, *quartus*. Quatuor poſteriores diſparem ſortiuntur denominationem: quintus enim eſt ἦχος πλάγιος πρώτου, ſcribiturque, ἦχος πλ. α΄. *Tonus obliquus primus*: ſextus eſt ἦχος πλ. β΄. ſiue πλάγιος δευτέρου. *Tonus obliquus ſecundus tertius*; dicitur ἦχος βαρύς, *Tonus grauis*, propter moram & vocis grauitatem inter illum canendum. Vltimus eſt ἦχος πλ. δ΄. *Tonus obliquus quartus*; de quibus Muſices periti, & ſpeculatiuam eius rationem edocti, ſunt conſulendi.

20. Τῶν πνευματικῶν.) Hic & ſequentes quatuor Verſus intelliguntur cantari in Præſanctificatorum miſſa, poſt orationem tertii Antiphoni, vbi præcedens rubrica, & cuncta quæ hic ſequentur, ſedem propriam habent. Obſerua vero primum hunc Verſum, ſi proprius ob librorum penuriam deſit, correſpondere ei qui dicitur τῆς ἡμέρας. vnde & de ieiunio tractat: ſecundus in laudem Martyrum eſt compoſitus: alii quatuor ſunt Similares, maxime tres, in titulo ὅμοιον ferentes, eo quod pari numero ſyllabarum conſtantes, vno & eodem quoque cantu ſunt modulandi.

21. Εἶτα τὸ μαρτυρικόν.) Si non oporteat, vt ſupra numero primo viſum eſt, ex Concilio Laodicenſi Can. 51. natalitia Martyrum, memoriamue eorum aliis quam ſabbati aut dominicis diebus, quadrageſimæ tempore, celebrare, cur diebus ſingulis, etiam in ipſis Præſanctificatorum officiis, hoc modulo πανεύφημοι μάρτυρες, Martyras aperte Græci commemorant? Quia priuatam cuiuſpiam ſolemnitatem Canon vetat peragere, ne ſanctis debitum honorem detrahant, omnium ſimul celebritatem ſabbato ſexageſimam præcedente agunt, & cunctorum quoque memoriam diebus ſingulis laudato modulo renouant. Primam reſponſi huius partem confirmat Balſamon in Can. 52. Trullanum ſcribens. νομίζω δὲ ὅτι καὶ τὰ ἀκριβῆ τῶν μοναστηρίων, διὰ τὸν παρόντα κανόνα περὶ τὸ τυροφάγου, ψάλλουσι καὶ ἀναγινώσκουσι τοὺς κανόνας, καὶ τὰ μαρτύρια τῆς καθ' ὅλην τὴν τεσσαρακοστὴν περιβαινουσῶν ἑορτῶν, καὶ μνημῶν ἁγίων. *Exiſtimo autem, quod quæ perfecta ſunt & accuratam viuendi rationem ſequuntur Monaſteria, propter præſentem Canonem,* (quo vetantur Martyres in quadrageſima celebrari ſolemnius) *ante hebdomadam, qua à caſeo abſtinetur, canunt & legunt canones, & martyrum, ſacrarum nempe memoriarum, quæ tota quadrageſima obueniunt.* Secundæ vero non minus traditio, quam ipſa huius moduli lectio, ſuffragatur.

22. Πανεύφημοι μάρτυρες.] Indicat titulus hic Verſum ſequentem τὸ, Νηστείαν ποθήσωμεν. eadem ratione cantandum, qua præcedens, Πανεύφημοι μάρτυρες. At cur potius hic, quam alter cantandi forma cenſetur? Reſpondeo Græcos in Eccleſiis, libris muſicalibus notis inſignitis vt plurimum carere, communiores tamen quoſdam hymnos ſeu modulos, iuxta tonorum omnium normas, memoriæ tenere affixos, & ad horum omnium inſtar cæteros eiuſdem metri & ὁμοίους, ſiue προσομοίους, canere: ac propterea primas eorum dictiones aliis in titulum præfigunt: & hę dicuntur εἱρμοί, quia ſubſequentium cantus ab eis deducitur, & eos in cantus ſui normam trahunt.

23. Ἔδωκας σημείωσιν.] Ad noti huius & triti cantici exemplar cantatur ſequens. δίδου μοι κατανύξιν.

24. Προκείμενον.) Marcus in ſua liturgia vocat illud προλόγον. vide Onomaſticon.

25. Παροιμιῶν τὸ ἀνάγνωσμα.] Quæ in præſenti lectione habentur ex Prouerb. cap. 9. deſumpta ſunt. Quomodo autem de illis dixerit Cornelius à Lapide omnia in Hebræo, vel vulgata lectione, vel Gręcis Compluten ſibus non haberi, ſi ipſi certum eſt: compertum etiam eſt in vulgata ſeptuaginta editione contineri cuncta, pręter hęc verba, υἱὸς πεπαιδευμένος σοφὸς ἔσται, τῷ δὲ ἄφρονι διακόνῳ χρήσεται, quæ Nobilius in quibuſdam codicibus adiungi obſeruat.

26. Ἑρμηνεία τῆς θείας.) Non ἑρμηνεία, ſed σύγχυσις eſt, meo iudicio, & ἀνακάτωσις τῆς θείας λειτουργίας τῶν

προηγιασμένων, cum confuse & defectuose omnino quæ ad eam spectant, vel explicet, vel complectatur. Satius equidem fuisset ex titulo præcedenti positis, ex præsentibus, & infrà legendis vnam solam διάταξιν, & seriem liturgiæ componere: quam πρῶτα, & lectiones in præmissis, rubricas hic quasdam, in sequentibus alias, cum reliquis liturgiam hanc constantibus, perturbatim & sine ordine congessisse. Ferret certe animus suo cuncta loco bene digesta reponere, nisi me interpretis & Scholiastæ, non authoris & correctoris partes agere recordarer. Propensioni tamen meæ, & tuo forsan vt faueam, Lector, desiderio, in ipsius mox sequuturæ liturgiæ marginibus, quæ hinc vel inde, suis locis restituenda vel locanda forent, breuissima obseruane commonebo. Tu si velis Morellianorum exemplarium superius allatorum lectiones varias consule, cum enim cunctorum melius dispositam seriem contineant; maiorem quoque cupido ritus præsentis animo, satisfactionem sunt allatura.

27. Τῇ ἁγίᾳ ἢ μεγάλῃ τεσσαρακοστῇ) Magnum est quadragesimæ ieiunium apud Græcos, siue abstinentiæ rationem habeas, siue tempus quo se ad illud præparant consideres, siue tandem illud, cum reliquis per annum occurrentibus ieiuniis, conferas. Septem hebdomadas ieiunant, & duabus ad magnam quadragesimam suscipiendam disponuntur. Dominica quæ nobis septuagesimæ, illis προφωνὴ & προφωνήσιμος, ieiunium obseruandum προφωνεῖ, *præuio tempore, publice indicit*, totaque sequenti hebdomada, etiam quarta & sexta feria, sicut & septuagesimam præcedentibus, carnes licite permittit, Armeniorum Tetraditarum refellendo condemnandoque errori, quo Niniuitarum ieiunium hoc tempore imitantur & aliud ab Ecclesia pariter reiectum assumunt, de quibus latè Balsamon in Can. 69. Apostolorum. Hebdomas itaque illa ἀποκρέω *carnisprivii* est, & alia sequens cum sexagesimæ pariter dominica, τυροφάγος, siue τυρινή, quod carnibus sublatis adhuc oua & lacticinia comedere liceat, de qua Triodium. περὶ μὲν τοι τῆς τυροφάγου φασί τινες τὸν βασιλέα Ἡράκλειον συντάξαι, κρεωφαγεῖν οὔσης τὴν προτέρον κατὰ Χοσρόης γὰρ καὶ Περσῶν ἐπὶ ἓξ ἔτεσιν ἐγκρατοῦντος, ηὔξατο τῷ θεῷ, εἰ κατ' ἐκεῖνον ἰσχύσει, ταύτην μεταμεῖψαι, καὶ μεταξὺ νηστείας καὶ τρυφῆς καταστῆσαι. *Eam quidam referunt Imperatorem Heraclium, cum prius carnes in ea concederentur, abstinentiæ diebus aggregasse, & solius casei in ea degustandi licentiam fecisse. Continuis quippe sex annis cum Chosroë dimicans, Deo vouit, vt si aduersus eum præualeret, licentiam carnes in hac hebdomada comedendi mutaret, eamque mediam inter ieiunium, & deliciosas epulas cōstitueret.* Prima itaque die τυρινῆς sexagesimam insequente, ieiunium asperius auspicantur, & adusque Paschatis celebritatem à piscibus & oleo præterquam Annunciationis & Palmarum festiuitate, quacumque ratione delibandis abstinent; squillis licet, ostreis, cancris, polypodibus, sepiis, & aliis huiusmodi ex sanguibus, quasi à piscium perfectorum natura alienis, & cruditate, seu vilitate stomachum affligentibus, sicut & piscium ouis exsiccatis & sale ad solem conditis, minime sibi temperandum putent. Proptereaque cibum serotinum Andronico Seniori sumenti apud Nicephorum Gregoram lib. 9. cap. vlt. ἦν τὰ τῆς τροφῆς ὀστρακόδερμα πάντα, διὰ τὰ τῶν νηστειῶν ἐκείνων ἡμερῶν νόμιμα· ἐφ' οἷς δέον ἀκράτῳ ποτῷ κεχρῆσθαι δυναμένῳ γενέσθαι πόσῳ σύμμαχον πρὸς κατεργασίαν τῆς σκληρότητος ἐκείνης τροφῆς *Apposita erant omnia testacea, propter ieiunium illorum dierum*: (mirare senioris & ægroti Imp. abstinentiam) *post quæ cum merum bibendum fuisset, quo vetulus stomachus ad duriorem illum cibum conficiendum, firmaretur, &c.* Oleum tamen sabbatis & dominicis, vinumque hodie toto illo tempore permittunt: (sed nec μονοφαγίαν, illis diebus obseruant, ceu abstinentiæ tantummodo non ieiunio dicatis, præterquam sabbato magno propter 65. Apost. Canonem) quamuis Monachi ξηροφαγίᾳ & ὑδροποσίᾳ contenti, ieiunium hoc quadragesimale percurrant: quod equidem si cum aliis ieiuniis conferatur, magni nomen, præ illis sibi vendicare posse constabit: Vnde & duarum hebdomadum adiectione, detractos, asperiori ieiunio sabbati & Dominicæ dies, compensatos esse voluerunt antiqui Patres. Quamuis autem in honorem Apostolorum, à Dominica post Pentecostem sanctorum omnium celebritati addicta, ad diem Petro & Paulo consecratum, posterumque alium Apostolorum cunctorum solemnitati communem, ieiunium assumptum obseruent: breuissimum tamen est, & pro festiuitatis Paschalis varietate incertum, nec tam graue, vt olei pisciumque comestionem secum ferat illicitam. Aliud item à prima Augusti ad diem B Virginis Assumptioni celebrandæ dicatum, deuotionis licet & affectus erga illam demonstrandi gratia suscipiatur, non ita protrahitur tamen, & ab ouis & caseo tantum non piscibus & oleo interdicit. Ieiunium tandem Christi natalitiis præuium, quamuis olim decima quinta Nouembris incœptum, τεσσαρακονθήμερον meruerit appellari: nunc tamen frigidior Græcorum deuotio, ad dies septem contraxit. Præcæteris itaque sanctum est, & magnum quadragesimæ ieiunium, vt iisdem asperius & diuturnum magis: omnium nihilo secius vnus est finis, & quasi præmium commune, spiritualis nimirum animæ refectio, sacri Christi corporis & sanguinis participatione, in sacræ mensę conuiuio obtinenda: vt namque quater diutius in anno ieiunant, ita quater cuncti Sacramento Eucharistiæ communicant, ter tantum licet Pœnitentibus quibusdam (quod cuncti deinceps mysteriorum participes obseruarunt) pręscribatur Iuris Grecor. lib. 2. in tomo vnionis inter Constantinum Porphyrogenitum, & eius socerum Romanum. τρὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀξιωθήσονται τῆς ἀπολαύσεως τῶν θείων μυστηρίων. ἅπαξ μὲν ἐν τῇ σωτηριώδει τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἀναστάσει, δεύτερον ἐν τῇ κοιμήσει τῆς ἀχράντου δεσποίνης θεοτόκου, καὶ τρίτον ἐν τῇ γενεθλίῳ ἡμέρᾳ τοῦ Χριστοῦ· διὰ τὸ ἐν ταύταις προηγεῖσθαι νηστείας, καὶ τὸ ἐκ ταύτης ὄφελος. *Ter in anno diuinorum mysteriorum fruitione donabitur. Semel in salutari Dei & Saluatoris nostri resurrectione, secundo in illibatæ dominæ nostræ Deiparæ dormitione, & tertio in Christi natalitiis diebus, eo quod ieiunium, & consequens ex eo profectus præcesserit.* De ieiuniorum istorum ratione & obseruantia, videndus Zacharias Cretensis Marapharas dictus, opusculo ad Horologii calcem addito,

28. Καὶ θύει.) Vertit Genebrardus *sacrificare*, inepte: est enim cęremonia hæc à Sacrificio longissime remota. Melius interpretamur *immolare*, quia crucis expressio, lancea micę sacri panis impressa, victimæ, scilicet Christi cœlestis agni immolationem designat. Recolenda hic, quæ in Chrysostomi liturgia de hoc ritu scripta sunt sub initio.

29. Τοὺς ἱεροὺς ἄρτους.) Plures προσφοραὶ, seu panes offeruntur, aut saltem præciduntur, vt fiant præsanctificata. *Nam quæ seruantur Particulæ*, scribit Arcudius lib. 3. *maiores sunt, materiaque illius sicci Sacrificii debet esse honesta, & quæ facile tractari possit. Quippe fiunt circa illam multa cærimonia, diuiditur item, & mittitur in calicem: eius-*

que, qui communicare cupit, debet particeps fieri.

30. Ὅτι δὲ μέλλει σφραγίζειν.) Præsentem cærimoniam exequuntur Græci consecratione facta, cum dicit Sacerdos ποίησον, τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον. vt suprà in Chrysostomi liturgia fol. 77. Quod autem hic præcipitur, vt de pluribus panibus consecratis non dicat Sacerdos in multitudinis numero, τοὺς ἄρτους τούτους, sed in singulari, ἄρτον τοῦτον, approbat Arcudius lib. 3. cap. 17. Nam valde tritus est, inquit, modus loquendi, vt non solum de vno pane, sed de pluribus quoque dicamus, panem hunc: vnde Marcus Euangelista, precatus in sua liturgia, vt mittat Deus Spiritum sanctum ἐπὶ τοὺς ἄρτους (quia plures oblatæ quondam proponebantur) statim subiungit: ἵνα ποιήσῃ τὸν μὲν ἄρτον, σῶμα. *Vt faciat panem quidem, corpus, &c.*

31. Λαβίδι.) Genebrardus interpretatur forcipem fuscinulam: λαβὶς tamen *cochlear* est: appellationisque rationem protulimus. Vide Onomasticon.

32. Μετὰ τῆς ἁγίου αἵματος βεβαμμένον] Arcudius, qui non nisi Græcorum errores deberet insequi, toleratos mores eorum ex nimio zelo attentat quandoque condemnare, & maxime lib. 3. cap. 17. responsione ad 4. Symeonis argumentum, & deinde cap. 56. ex professo consuetudinem, quâ Græci panem consecratum pro præsanctificatis, vel ægrotis deinceps asseruandum, viuifico Christi sanguine, idest cochleari illo imbuto, leuiter intingunt, nulla alia ratione quam Romanæ Ecclesiæ exemplo, reprobat. Equidem licet sancta Romana Ecclesia, vt ab omni erroris & abusus suspicione aliena, quibuslibet suis membris ducem & exemplar se possit præfigere, peregrini tamen ab ea mores, dummodo probati sint vel tolerati, nusquam priuato cuiuslibet sensu temere sunt abiiciendi vel damnandi; consecrati vero panis intinctionem, à Græcis de more in vini speciebus vsitatam, hucusque toleratam esse voluit, eiusque si non manifesti consensus & approbationis, tolerantiæ saltem non improbandæ sunt rationes. Prima, quod huiusmodi ritus, non neoterica sit apud illos institutio, sed à Patribus æuo nostro multo prioribus accepta. Secunda, quod in animarum consolationem, & vsitatam Eucharistiæ sumptionem, sub vtraque specie, ea fiducia possint sanguinis sacras species attrectare, qua summi Pontifices ad Episcoporum hæretica labe infectorum exautorationem: constat autem Theodorum Papam Pyrrhi Monothelitæ condemnationi subscribentem, Christi sanguine atramentum diluisse, &, vt refert in eius vita Ciaconius, simile fidei aduersarios condemnandi exemplum, vel à prædecessoribus accepisse, vel posteris reliquisse. Cur itaque, non in perniciem, sed in animæ beneficium, non liceat Græcis panem consecratum sanguine madefacere, quamuis species illas exsiccari deinceps oporteat. Si dicas exsiccari, & proinde deperdi penitus & interire, adeoque prophane nimis rem diuinam tractari: occurrunt confestim, & vini substantiam fluiditate & humore cuncto sublato, (eo quod accidentia sint sine subiecti corruptione aduenientia) conseruari posse affirmant, æque facile ac panis natura si liquore resoluatur, & reddatur fluida: at vero communis est ille Ecclesiæ, Theologorumque sensus, sacras panis species in vinum consecratum iniectas, eiusque humore resolutas, & ad eius instar fluentes, à pristina non recedere natura, & proinde ex æquo saluam posse vini specierumue naturã, vt ita loquar, consistere, quamuis partibus eius subtilioribus calore apposito exhalantibus, densiores & crassiores, conspissante eas siccitate, solæ permaneant; quæ deinde in vinum iniectæ resoluantur, exsuscitentur, & de nouo emergant, priorique semper retenta natura, Christi sanguinem æque ac prius contineant, & sumentibus exhibeat: non enim minor est minima quacumque, ad integritatem vini sustentandam, pars hæc condensata, quam contemplamur, nec magis à vini natura, quam coagulum, (quod lac immutatum esse nullus non videt) à lacte aliena est, à quo proinde lac desudat, & nisi melius dicas, in lac ipsum resoluitur. At licet, me iudice, & pluribus assentiente, vero similius sit, vini species vrgente nimio calore (focario enim vase Disco supposito, non ad furnum aut solem vt Arcudio impositum est, religiose panem intinctum exsiccant Græci) & siccitate nimia vini naturæ aduersa dominante, funditus deperdi; non ideo tamen temeritatis & irreligiositatis nota temere illis est inurenda, si pane huiusmodi intincto sua Præsanctificata peragant: cum enim sub vtraque panis & vini specie communionem excipere sint assueti, ne consuetudinis iuri, cui (quicquid in contrarium suadeat Arcudius præfato lib. 3. cap. 56.) eos renunciare sancta Romana Ecclesia non compellit, aduersum quid inducere videantur, cum vini species, ne acescant, diutius conseruare nolint, nec illis totum panem inficiendum iudicent, ex parte saltem & in micæ cruce leuiter imbuunt; vt & consuetum communionis ritum quoad elementorum in quibus sumitur natura permittit, obseruent, & hac intinctione non sanguinem solum è corpore effusum, sed & corpus ipsum suo sanguine tinctum & immersum expressius significent. Sed nec damnat Græcos, quæ obiicitur specierum vini euanescentium cogitatio: in hominum enim vtilitatem, quam Sacramentorum respicit vsus & consumptio, cedit quicquid ibi sacrum est & diuinum; eamque solam cum attenderet Basilius, Particulam communionis diutissime seruatam, sepeliri secum, iuxta vigentem tunc morem, mandare non reformidauit. Et licet sanctorum facta non sint absque delectu in exemplum trahenda: vbi tamen vsum obtinent, non sunt absque iudicii maturo examine, sententia seueriore plectenda: neque memoratum Græcorum ritum proscribit, ita referente Arcudio, Armenopulus in Epitome Canonum sect. 5. titul. 6. testimonium, quo sentit: τὸ μὴ χρῆναι τὰ σφραγισμένα διὰ τῆς λαβίδος τῷ δεσποτικῷ αἵματι, ἐν τῷ μέλλειν ταῦτα φυλάττειν, ἀκριβέστερόν φησιν ὁ μακάριος Ἰωάννης, ὡς καὶ ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ γινόμενον. *Non esse tingenda Præsanctificata per cochlear sanguine dominico, dum custodienda sunt, accuratius tradit beatus Ioannes, vt quod etiam in Ecclesia nostra maiori fiat.* imo arguunt hæc eadem verba iam tum vbique præterquam in magna Ecclesia morem hunc peruagatum, quem quamuis Ioannes Patriarcha incerti numeri, (non Ieiunator vt falso autumat Arcudius eo quod Trullana Synodo Præsanctificata instituente vel confirmante antiquior, non potuit à Gregorio secundo, vel Germano Patriarcha, se posterioribus, eorum bene digestum ordinem agnoscere,) prohibere fuerit molitus, robur tamen, tempore procedente maius ac maius obtinuit, nec legitur à supremo Ecclesiæ capite ante schisma reuocatus, aut post illud in Concilio Florentino, quo leuioris momenti res sunt discussæ, reprehensus: eo quod, præter cuncta hucusque producta, non temere aut prophana ratione dispereunt illæ vini sacrati species, sed aut panis speciebus deinceps adhærent, & perseuerant iis iunctæ, aut certe in ipsis pereunt, in eas refunduntur, vel saltem

ſaltem ab eis in ſui interitu nullatenus, diuelluntur.

33. Εν τῷ μέρει ἐν ᾧ ἐχαράχθη ὁ σταυρός.] In parte nimirum panis infera, cui Lancea crucem impreſſit Sacerdos immolans, propereaque dicitur, ὑπὸ ψυχίαν *ſub mica*: extera enim ſacri panis facies, cruſta eſt, σφραγῖδος nota inſignita Pſychian porro Latine ſcripſit, non interpretatus eſt Genebrardus, *micam* certe dixiſſe debuerat, quo nomine Sacramentum Euchariſtiæ vocare non eſt veritus Paſchaſius lib. 2. de corp. & ſang. Domini dicens: *hoc myſterium dum communicas, dilata ſinum mentis tuæ, dilata conſcientiam, & percipe non quantum Mica exhibet, ſed quantum fides capit.*

34. Εν τῷ ἀρτοφορείῳ.) Miror cur *Panarium* interpretatur Genebrardus An ignorabat vas aſſeruandis conſecratis hoſtiis dedicatum *ciborium, cuſtodiam, tabernaculum* vocari Latinis, ſicut & Græcis ἀρτοφόριον, κιβώριον, κουστωδίαν, hancque portendere eam militum *Cuſtodiam*, cui corpus Chriſti poſt paſſionem cuſtodiri fuit demandatum? ἠσφαλίσαντο τὸν τάφον σφραγίσαντες τὸν λίθον μετὰ τῆς κουστωδίας.

35. Μηδὲν ἐπιλέγων.] Præſanctificatorum miſſa vt imperfecta, plura reſecat à Sacerdote dicenda, in quibus ſunt preces quas inter veſtiendum ſe, recitat: quamuis ſuprà fol. 200. viderimus Morelliana exemplaria cunctas ab eo dicendas præſcribere.

36. Εκκλησιάρχης.) Qui Eccleſiæ curam habet, & ei adinſtar Sacriſtæ præficitur. Vide Onomaſticon hoc eodem verbo.

37. Ο ἱερεὺς λέγει τὰς εὐχὰς τοῦ λυχνικοῦ.) Veſperarum potius quam miſſæ, eſt præſens Præſanctificatorum officium. Licet autem quædam è miſſæ contextu, quæ ad decentem nimirum Sacramentorum ſumptionem pertinent, ſibi vendicet: plures tamen ex Veſperarum ſerie deſumit: vnde & Veſperarum hora tantum celebratur, & vt Falaſcæ M. S. annotat, πληρουμένης τῆς ἐννάτης *nona dicta*, ita fol. 201. Barberinum autem fol. 200. τῆς ἐννάτης ὥρας *hora diei nona*, quæ eſt tertia poſt meridiem, iuxta Græcam & Eccleſiaſticam horas diurnas numerandi normam, peragendum eſſe animaduertit: nunc autem, relaxato etiam in Oriente ieiunii rigore, circa meridiem, ad illud exſoluendum, paucis & quaſi lugubribus crotali ictibus ſynaxim conuocant.

38. Σιωπῶν μηδὲν λέγων.) Ita conuenientius agendum: Baſiliani autem Monachi in Occidente degentes morem hunc non obſeruant, ſed quædam hic recitant, vt fol 201. linea animaduertere licet: & ſi ritum eorum tibi innoteſcere deſideras, is tibi in Cryptoferratenſi codice, qui eorum proprius eſt, manifeſtus erit.

39. Δι' εὐχῶν τῶν πατέρων ἡμῶν.] Vide dicta fol. 32. numero 50.

40. Ανευ εὐαγγελίου.] In Præſanctificatorum officio, vt à liturgico degenerante, non legitur Euangelium; atque ideo ſi fiat minor εἴσοδος, vt in Chryſoſtomi miſſa fol. 67. fit ἄνευ εὐαγγελίου *in eo liber Euangeliorum non deportatur*; præterquam paucis diebus feſtiuis, in ſequentibus notatis.

41. Εἰς τὴν μεγάλην εἴσοδον.] Conferendus hic Ingreſſus, cum eo qui in Chryſoſtomi liturgia fol. 73. fieri præſcribitur. Effigies porro Diaconi Præconſecrata geſtantis in capite hic adiuncta, repræſentat eundem in magno Ingreſſu è Propoſitionis menſa panem oblatum ad altare deferentem. Vide ibidem dicta.



41. Νῦν αἱ δυνάμεις.) Vice Cherubici Hymni dicitur, de quo, fol.131. num.108.

43. Ακατάπαυστοι ὄντες.) In pœnitentiæ, cuius tempus est; & reuerentiæ, ob Christi præsentiam, argumentum.

44. Ἡ θεία λειτουργία.) Huius liturgici operis authorem nulla edita manifestant. Nicetas Pectoratus suprà numero primo relatus à Basilio; Maximus Cytherensis, à Gregorio Magno eius nominis primo; à Gregorio secundo, quidam; à Germano, Cryptof. & Barberinum M M. SS. prodiisse testantur. Et Nicetas quidem, orationes cunctas & huius liturgiæ διάταξιν, si Basilio adscribat, hallucinatur: pauca namque sicut εὐχὴν ἐκτενῆς, fol.194. positam, & Orationes. Πρόσχες κύριε, & Εὐχαριστοῦμέν σοι, fol.198. reperiendas, licet Basilio denegare nequeamus: reliquę tamen omnes nullo teste, nullo authore, non sunt eidem vt parenti attribuendæ. Sed nec huius Ordinis Basilium inuentorem facere potest Nicetas, etsi namque pluribus annis Concilio Laodicæno missam in quadragesima celebrari prohibente, Basilius sit posterior; certo non constat tamen ante Synodum Trullanam præsanctificata publicantem, illa eadem in Orientis Ecclesias fuisse inducta: vnde reiecta ex parte Nicetæ assertione, an alicui è Gregorii nomine nuncupatis adscribi possit hoc opus, inquirendum. Græci quidem narrant, à patribus sibi traditum, Gregorium magnum in Oriente Legatum agentem, missæ intermissionem per quadragesimam miratum, nec cessationem à diuinis huiusmodi tolerantem, præsanctificata suscipi consuluisse, & officium eorum Ecclesiæ tradidisse, cui dicto, fauet scripto Maximus Cytharensis ἐν βίοις τῶν ἁγίων, duodecima Martii, vulgaribus verbis de Gregorio loquutus. λέγουσι δὲ ὅτι ἦτον τοῦτος ὁποῦ ἐνομοθέτησε τὰ λέγεται ὁμοῦ εἰς τοὺς Ῥωμαίους λειτουργία ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς νηστείας, τὸ ὁποῖον κρατεῖται ὁμοῦ εἰς αὐτοὺς ὡς τὴν σήμερον. *Dicunt vero hunc ipsum fuisse, qui legem tulit vt apud Græcos* (qui Ῥωμαίους à Romano ad se translato imperio se vocitant) *missa diceretur in ieiunii diebus, quod quidem apud eos vsque hodie seruatur.* At cum insignis sit Græcorum error, quo se etiam occupatum fuisse non diffitetur Baronius anno 726. num.31. vt Gregorium vtrumque primum & secundum, διαλόγους, tum nominis eiusdem similitudine, tum pia erga eos animi propensione, & acceptis beneficiis, tum διαλόγων scriptis à primo editis, tum variis etiam sermonibus & epistolis à secundo in Orientem missis, moti nuncupauerint; ita vt non nominis tantum διαλόγου dignitas, sed & gesta, & scripta vnius alteri promiscue adscribantur, vt vnius Gennadii doctissimi Patriarchæ testimonio probat Baronius, (cui lubens addiderim, & Zacharia Dialogorum Gregorii prima in linguam Græcum interprete, ipsum διάλογον, vocari: & apud eundem Baronium anno citato Gregorii secundi epistolas referri, quarum titulus ipsi διαλόγου cognomen, sicut & priori affigit) proindeque incertum omnino reddi, cuinam Gregorio Dialogo vt authori, possit opus præsens assignari: satiusque propterea videri Cryptof. & Barberini M M. SS. authorita-

tem sequi, quæ Germanum Constantinopolitanum Antistitem huius liturgiæ, si non ex integro, ex parte saltem, & quoad ordinis dispositionem, profitentur authorem. Cui quidem sententiæ nihil negotii facessere vulgarem Græcorum traditionem, vel Maximi Cythærensis testimonium arbitror: Cum enim Gregorius magnus pluribus annis Synodum Trullanam de Præsanctificatis sancientem præcesserit, nullatenus est eorum inuentor, vel huiusmodi honor videtur etiam ex toto Gregorio secundo denegandus: cum enim Germano fuerit coætaneus, & multa ipsi cum eo beneuolentiæ necessitudo, officiorum reciprocatio, mutuum & commune negotiorum ad Ecclesiam pertinentium consortium; potuit à Germano editum opus, & à Gregorio Pontificia supremaque authoritate Orientis Ecclesiæ traditum, missum, & confirmatum; ipsi Gregorio secundo, vt & Germano, authoribus adscribi.

45. Φῶς Χριστοῦ φαίνει πᾶσι.) Triplex ratio est, Sacerdotem Græcum mouens, vt antequam Epistola, vel Genesis potius, in Præsanctificatorum officio legatur, populo cereum accensum ostentet, vel illum, solum, vt Nicetas Pectoratus suprà numero primo retulit, in Ingressu primo deferat. Prima, quia cum Catechumeni ex Ecclesia mox eiiciendi, huic officio per quadragesimam, qua πρὸς τὸ φώτισμα disponuntur intersint, sub corporei luminis symbolo eis in Ecclesia ob oculos posito, Christus qui est lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, manifestatur: vt de eius plenitudine luminis in baptismo accepturos se, certiores reddantur hac voce, φῶς Χριστοῦ φαίνει πᾶσι. Secunda, quia cum λυχνικὸν, fit ob nocturnum lumen hominibus à Deo concessum, Vespertina gratiarum actio; & (vt numero 37. superius obseruatum est) cum præsens officium λυχνικὸν sit, quod tamen ante serotinas Lucernas accensas hora nona persoluitur, nondum instante earum de more accendendarum termino, cereus alius in Ecclesia profertur accensus, qui non corporei nocturnique luminis, sed Christi spiritualis cælestisque splendoris sub sacramento latitantis typum gerat, illiusque fidem in omnibus animis accendat, his verbis. φῶς Χριστοῦ φαίνει πᾶσι. Tertia, quia cum Euangelii lectio consecrationem in missa præcedat, sicut & Christi prædicatio passionem, cum nulla sit in Præsanctificatis consecratio, nulla fit etiam Euangelii lectio: ipse verò Christus non tam verbo, quam facto seipsum in Sacramento præsanctificatorum præsentem exhibet, & ad sui agnitionem, sui vice & in symbolo lumen substituit, illique sua voce suffragatur Sacerdos dicens. φῶς Χριστοῦ φαίνει πᾶσι.

46. Πρὸ τῆς ἁγίας ἀναφορᾶς.) Ex ignorantia addita sunt hęc verba in editis: non enim officium hoc liturgicum est, vt propterea ἀναφορᾶς oblationis virtutem, aut nomen sortiri possit.

Collectam è variis authoribus in Basilii, Chrysostomi, Germanique Liturgias, proxime in superioribus congessimus expositiones: priusque de Templo, nonnulla sumus præfati. Cuncta hæc breuiter, concinne, & erudite complectitur Symeonis Thessalonicæ Antistitis, viri, si Romanæ Ecclesiæ fuisset coniunctus, antiquis Patribus annumerandi, de Templo, & sacrificio missæ enarratio. Hanc tibi, Lector erudite, separatim hac de causa, offerimus, quia diuersam à Germano, Cabasila, Maximo, & aliis Mystagogis, Liturgiam interpretandi rationem init: & vltima, quæ postremis Liturgiæ partibus alii contemplantur mysteria; ipse in procœmialibus edocet consideranda. Vt autem iudicio vbique excellit: ita nihil à subiecto profert alienum, aut ab antiquorum traditione deflexum. Huius Latinam versionem, quam vt probam quoque subiicimus, habes iam, tum alibi, tum in Bibliot. PP. Auctario à Iacobo Pontano S. I. editam: defuit tamen hucusque Græcus textus, idcirco fortasse suppressus, quia nimio interpretis zelo, vbi certe nullum erat obuium periculum, rescissus fuerat & mutilatus: eundem partibus amputatis restitutum, quibusdam in locis verius percipiendum, accipis, quia fidelius, pro maiori rerum Græcarum experientia, translatum legis: nec non quia paucis, modicoque temporis spatio, totam Liturgiæ seriem, periodis hic reperiendis, ad singulas partes, dissertationemque de Templo relatis, enucleatim habes apertam & notam. Dilucidi deuotique huius opusculi authorem, prout digessit, scriptis mysteria noua proferentem, suscipe; & in eius næuis non ita detegendis, quam abstergendis, si aliquos notaueris, nostra fruere fidelitate.

BEATI METROPOLITÆ Thessalonices Domini Symeonis.

De Templo.

Et in Missam enarratio.

EOrum quæ in sancta Synaxi, siue Missa peraguntur, symbola & argumenta, quid tandem aliquando manifestent, & quid sacra ornamenta significare velint, vt discatis, diuina charitate estis impulsi: in charitate idcirco suscipite à nobis, quos de ijs sermones, Dei etiam charitate moti, & confisi exhibemus: qui nos *sic dilexit*, secundum scripturam, *vt filium suum vnigenitum pro nobis daret*. Venit ergo ad nos in charitate, & qui vbique præsens adest, habitauit inter nos, ex virgine infans in lucem editus, & per successiuam ætatum mutationem progressus est, vt ego ex integro purgarer, eiusque dictis & factis sanctitatem susciperem. Postremo semetipsum quoque in communionem nobis dedit. Quoniam etenim primitijs carnis, quas è virgine assumpsit mihi vnitus est, necesse fuit vtique vnionem quoque actu & opere ipso ad fideles vniuersos dimanare. Hæc est enim reformatio & vita nostra. Nam, *nisi manducaueritis*, inquit, *carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem: non habebitis vitam in vobis.* Et. *Ego viuo, & qui manducat me, viuet propter me.* Hoc per Sacramenta benigne præstitit. Et certe baptismate nos regenerat, suamque generationem omni praua passione segregatam nobis donat. Per manuum vero impositionem, & sacram inspirationem, vnguenti confirmationis gratiam inserit: vnguentum nimirum ipsemet est: *vnguentum*, enim inquit, *effusum nomen tuum*. Qui vnxit semetipsum quà Deus: & vnctus est quà homo. Proinde & nos sua bonitate vngens suaueolentem & vitalem spiritus gratiam nobis elargitur. Quod autem tertium & summum est, nos sui participes efficit, & id in sacramentorum traditione ostendit. Accepit enim panem, & consecrauit, & calicem similiter. *Et hoc quidem*, ait, *est*

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΤΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΟΥ Θεσσαλονίκης Κυρίου Συμεὼν.

Περὶ τοῦ Ναοῦ.

Καὶ ἐξήγησις εἰς τὴν λειτουργίαν.

ΕΞ ἀγάπης θείας κεκινημένοι, πρὸς τὸ μαθεῖν τί ποτε δηλοῦσι τὰ σύμβολα τῶν ἐν τῇ θείᾳ συνάξει τελουμένων, καὶ τί τὰ ἱερὰ σημαίνουσιν ἄμφια, ἐν ἀγάπῃ δέξασθε, καὶ τοὺς κατὰ δύναμιν παρ' ἡμῶν περὶ τούτων λόγους, οὓς καὶ ἡμεῖς τῇ τοῦ θεοῦ ἀγάπῃ κινούμενοι καὶ θαῤῥοῦντες ποιούμεθα, ὃς τοσοῦτον ἡμᾶς ἠγάπησεν. ὡς γέγραπται, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ὑπὲρ ἡμῶν δέδωκεν. ἦλθεν οὖν καὶ ἐν ἀγάπῃ, καὶ ὁ πανταχοῦ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ βρέφος ἐκ παρθένου τεχθεὶς, καὶ τὰς ἡλικίας ἀμείψας ἵν' ὅλως ἐγὼ καθαρθῶ, καὶ διὰ τῶν λόγων, καὶ διὰ τῶν ἔργων αὐτοῦ καθαγιασθῶ. τέλος καὶ ἑαυτὸν ἡμῖν εἰς κοινωνίαν δέδωκεν. ἐπεὶ γὰρ τῇ ἀπαρχῇ μὲν ἡνώθη μοι ἣν προσείληφεν ἐκ παρθένου, ἀνάγκη δὴ ἦν τὴν ἕνωσιν πρακτικῶς, καὶ πρὸς ἅπαντας τοὺς πιστεύοντας διαβῆναι. τοῦτο γάρ ἐστιν ἀναπλασθῆναι ἡμᾶς καὶ ζῆσαι. ἐὰν γὰρ μὴ φάγητε, φησὶ, τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίνητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. καί. ἐγὼ ζῶ, καὶ ὁ τρώγων με ζήσεται δι' ἐμέ. τοῦτο τοῖς μυστηρίοις διέπραξεν ἀγαθῶς. καὶ δὴ, τῷ βαπτίσματι μὲν ἀναγεννᾷ, τὴν αὐτοῦ καὶ ἡμῖν ἀπαθῆ διδοὺς γέννησιν· τῇ ἐπιθέσει δὲ τῶν χειρῶν καὶ ἐμπνεύσει, τὴν τοῦ μύρου χάριν ἐντίθησιν· ὃ δὴ μύρον αὐτός ἐστι· μύρον γάρ φησι ἐκκενωθὲν ὄνομά σου. χρίσας μὲν ἑαυτὸν ὡς θεὸς, χρισθεὶς δὲ ὡς ἄνθρωπος. διὸ καὶ ἡμᾶς ἀγαθῶς χρίων, ἡμῖν παρέχει τὴν εὐώδη καὶ ζωοποιὸν τοῦ πνεύματος δύναμιν. τρίτον δὲ καὶ μέγιστον ἡμῖν δίδωσι τὸ μετέχειν ἡμᾶς αὐτοῦ· ὅπερ τῇ παραδόσει τῶν μυστηρίων παρέδειξεν· ἔλαβε γὰρ ἄρτον, καὶ ἱερούργησε, καὶ ποτήριον ὁμοίως· καὶ τὸ μὲν, ἔφη, τοῦτό ἐστι τὸ

σῶμά μου. τὸ δὲ, τοῦτ' ἐστὶ τὸ αἷμά μου. καὶ οὐχ ἱερούργησε μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς κοινωνίαν ἐκάλεσε. λάβετε γὰρ φάγετε, φησὶ, καὶ πίετε ἐξ αὐτοῦ, πάντες. καὶ οὐ τότε μόνον τοῦτο πεποίηκεν αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν οἰκείων μέχρι παντὸς τελεῖσθαι παρέδωκε. τοῦτο γάρ, φησι, ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν· καὶ εἰκότως. εἰ γὰρ καὶ αὐτὸς ἡμῖν παραπλησίως σαρκὸς καὶ αἵματος κεκοινώνηκε, καὶ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος ὤφθη, θεὸς ὢν ἀναλλοίωτος· σκοπὸς δὲ τὸ, θεώσεως αὐτοῦ μετασχεῖν ἡμᾶς, τῷ θειοτάτῳ τούτῳ τρόπῳ, καὶ ὑπὲρ λόγον πεποίηκε οἷς τρεφόμεθα, καὶ οἷς ποτιζόμεθα, ἑαυτὸν καταμίξας πανταχοῦ ὤν. καὶ τὸν ἄρτον καὶ τὸ ποτήριον εἰς σῶμα καὶ αἷμα μεταβαλὼν τῇ θεϊκῇ αὐτοῦ δυνάμει παντοδύναμος ὤν. διὰ τούτων ἡμῖν ἀνακιρνᾶται καὶ ἀναμίγνυται, καὶ δικαιοσύνης ἥλιος ὢν ἡμῖν ἐπιλάμπει, ἀναλόγως τῇ καθαρότητι τὰς ἐλλάμψεις παρέχων· καὶ οὐχ ἁπλῶς ὡς ἥλιος ἐνεργεῖ τὰς ἀκτῖνας ἐνιεὶς μόνον· ἀλλὰ καὶ τὰ μὴ καθαρὰ καθαίρει, καὶ δεκτικὰ φωτὸς ἀπεργάζεται.

Ἐπεὶ τοίνυν τοιοῦτόν ἐστι τὸ τῆς ἱερουργίας μυστήριον, καὶ τοῦτο πέρας τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ θεοῦ, δι' αὐτοῦ γὰρ κοινωνοὶ γινόμεθα θεοῦ, καὶ κατὰ χάριν θεοί· καὶ ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία τὴν σπουδὴν πρὸς τοῦτο μείζονα καὶ θειοτέραν ἔχει· ὅθεν καὶ ὃ παρέλαβεν ἐξ ἀρχῆς διηνεκῶς ἐνεργεῖ, καὶ διὰ συμβόλων ἱερῶν διδάσκει τὰ ὑπὲρ ἔννοιαν. τηλικαύτης δὲ μετέλαβε δόξης καὶ τὰ ὁρατῶς ἐνεργούμενα, ὅτι πᾶσιν εἰσὶ θαυμαστά· ἀλλ' οὐχ ὁ νοῦς ἁπάντων πρὸς τὴν γνῶσιν διαβαίνει τῶν τελουμένων· ὅθεν καὶ διαποροῦσι πολλοὶ, καὶ τοὺς τούτων ζητοῦσι λόγους. καὶ πάντως ὑπὲρ πᾶσαν ἔννοιαν ἐστὶ τὰ τελούμενα. καὶ οὐ μόνον ἀνθρώπινος, ἀλλ' οὐδ' ἀγγελικὸς ἂν ἐξηγοῖτο νοῦς, πῶς θεοῦ σάρκωσις, ἢ πῶς κοινωνία διδάξαι, ἤ τι τῶν ὅσα ἡ ἐκκλησία κηρύττει τε, καὶ ἐνεργεῖ. πλὴν οὐ καθόλου ἡμᾶς ἀμυήτους ἀφῆκε περὶ τῶν ἰδίων ὁ θεός· ἀλλ' ὅσον δυνατὸν εἰδέναι καὶ καθόσον ζητεῖν, καὶ εὑρίσκειν, καὶ ἐν περινοίᾳ γίνεσθαι τῶν ἐκείνου, παρέσχεν ἡμῖν ἀφορμάς· ἐπεὶ καὶ δι' ἡμῶν ταῦτα πεπραγμάτευται. καθόσον οὖν ἡμῖν ἐδόθη ἐλαχίστοις γε οὖσι καὶ ταπεινοῖς, περὶ ὧν ἠρωτήσατε νομίσαντες ἡμᾶς εἶναί τι, λέγομεν ἐν ἀγάπῃ ἐκ τῶν πατέρων τὰ πλείω, συλλέξαντες· οὐδὲ γὰρ τῶν παραδεδομένων καινότερον ἄλλο παρ' ἡμῶν,

corpus meum. Hic vero sanguis meus. Nec consecrauit modo, verum etiam ad eius nos communionem vocauit. *Accipite*, enim, *comedite*, inquit. *Et bibite ex eo omnes.* Nec tantummodo tunc istud ipse fecit, sed per suos idoneos ministros, id omni tempore faciendum concessit. *Hoc facite* inquit, *in meam commemorationem.* Et merito. Si etenim conformiter nobis, carnis & sanguinis nostri participem se efficit, & cum esset Deus immutabilis, nihilominus homo nostrum similis apparuit, quò diuinitatis eius consortes ac socii fieremus: diuinissima istud & super omnem captum ratione actū est; vt quibus alimur & quæ bibimus, iis se immisceret, qui vbique est, panemque & vinum in corpus & sanguinem diuina sua potentia transmutaret, qui omnipotens est. Per hæc nobis inseritur & immiscetur: cumque sit sol iustitiæ, nobis lucet, & suę puritati cōformes illustrationes exhibet: nec radiis dumtaxat immissis, simpliciter vt sol agit: sed insuper ex impuris pura reddit, & luminis capaces efficit.

Quando igitur huiuscemodi est sacrificium, & hic finis est incarnationis diuinæ, (per eam quippe cōsortes Dei, & dii per gratiam euadimus) etiam Christi Ecclesia studium in eo maius & sacratius adhibet: vnde & quod ab initio accepit, assidue operatur, & per sacra symbola docet, quæ omnem cogitationem superant. Tantæ vero gloriæ compotes sunt eæ, quę à nobis visibiliter fiunt actiones: vt omnibus ideo sint admirationi. Verum non omnium mens ad eorum quæ illic pertractantur, cognitionem penetrat: multique propterea hæsitant, horumque rationes & causas exquirunt: Et certe captum omnem transcendunt, quæ illic perficiuntur. Nec humanus solum, sed nec Angelicus intellectus enarrare ac docere queat, quomodo Dei incarnatio, quomodo communio fiat, aut eorum quippiam quæ ab Ecclesia promulgantur & efficiuntur. Verumtamē non omnino rudes ac ignaros rerū ad se pertinentium Deus nos reliquit, sed quantum de iis scire, inuestigare, & inuenire, imo & cōprehendere possumus tantam nobis occasionē præstitit: quādoquidem causa nostra ea omnia instituta sunt. Quantum igitur nobis minimis abiectissimisque concessum est, de iis quæ nos esse aliquid putantes interrogastis, in charitate disseruimus, pluraque ex his à sanctis Patribus collegimus, neque enim præter ea quæ tradita sunt nouum aliquid adinuenimus, neque

ea quæ ab aliis accepimus vlla ratione immutauimus, imo sicut fidei symbolum integra intactaque seruauimus. Vnde sicut ab ipso Saluatore instituta est, & ab Apostolis, & à Patribus tradita, ita & missam celebramus: & sicut quidem Dominus, cum discipulis adhuc commorans consecrauit, & panē fregit, eisque distribuit, & calicem similiter: ita & nūc Ecclesia exequitur, Pontifice cum Sacerdotibus consecrāte, & omnibus distribuente, vel certe Sacerdote cum collegis celebrante. Hoc vero & Apostolorum successor testatur, Sacer, inquam, Dionysius dum sic sacrificare, sicut & nos edocet: & diuinarum rerum enarratores Basilius & Chrysostomus ordinem missæ tantis mysteriis repletæ vbi exponunt, sic eam perficere commendarunt, sicut & nostra Ecclesia exequitur; idque orationes eorum in missa, quæ primum & secundum ingressum reliquasque sacri mysterii partes edocent, clarissime commonstrant.

Et sanctum quidem templum non omnibus peruium esse, sed reuerentia dignum, tremendum vero maxime altare, esse voluerunt SS. PP. Quod liquido constat, cum ex eo Catechumenos emittunt: sacer vero Ambrosius, ex templo & altari Theodosium Imperatorem eiecit: Sāctus autem Gregorius author ille Dialogorum, non modo cum fermentato pane sacrificium offerri testatur, verum & in veneratione magna sacras habet ædes, nec cuiuscumque cadauera in iis sepeliri permittit: similiter & Isidorus Pelusiota inter antiquos Patres merito recensitus, in plerisque suarum Epistolarum de missæ serie prout apud nos celebratur, lucidius edisserere videtur: & de diuinis eruditus Maximus nullum mysterium sacræ missæ, quam Ecclesia Catholica in vsu habet & celebrat, nō expositum relinquit, omniumque quæ in ea fiunt rationes in medium adducit & interpretatur. Ex his & ex aliis Patribus dicenda decerpētes, quodcūque ab antecessoribus nostris didicimus, diuina cōfisi gratia vobis exscribimus.

Primum igitur de diuina domo agimus. Nam cum templum & Sacerdos, instrumenta sint sacrificio deseruientia, ille quidem consecrans, hoc vero, altare ad id exhibens; de vtroque dicere consentaneum est.

Templum ergo quamuis ex materialibus compactum sit: sublimi tamen gratia præditum est: à Pontifice enim

οὐδ' ἃ παρελάβομεν ἠλλοιώσαμεν· τετηρήκαμεν δὲ ὡς καὶ τὸ τῆς πίστεως σύμβολον. ὅθεν ὡς παρ' αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος ἐδόθη, καὶ τῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν πατέρων· οὕτω τὴν ἱερουργίαν τελοῦμεν. καὶ ὡς μὲν ὁ κύριος ἱερούργησε μετὰ τῶν μαθητῶν ὤν, καὶ τὸν ἄρτον κλάσας, καὶ αὐτοῖς μεταδοὺς, καὶ τὸ ποτήριον· ὁμοίως, καὶ ἡ ἐκκλησία ποιεῖ τοῦ ἱεράρχου μετὰ τῶν ἱερέων, ἱερουργοῦντος, καὶ πᾶσι μεταδιδόντος· ἢ καὶ ἱερέως μετὰ τῶν λοιπῶν. τοῦτο δὲ καὶ ὁ τῶν ἀποστόλων μαρτυρεῖ διάδοχος, ὁ ἱερός φημι, Διονύσιος· οὕτω διδάσκων ἱερουργεῖν, ὡς ἡμεῖς· καὶ οἱ θεηγόροι δὲ Βασίλειος καὶ Χρυσόστομος τὴν τῆς μυσταγωγίας πλατύτερον ἐκθέμενοι τάξιν, οὕτω παραδεδώκασιν ἐνεργεῖν, ὡς ἡ καθ' ἡμᾶς ἐκκλησία· καὶ μαρτυροῦσιν αὐτῶν αἱ εἰς τὴν ἱερουργίαν εὐχαὶ, τὴν πρώτην τε καὶ τὴν δευτέραν εἴσοδον ἐκδιδάσκουσαι, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς ἱερᾶς τελετῆς.

Καὶ τὸν ἱερὸν δὲ ναὸν, οὐ βατὸν τοῖς πᾶσι παραδεδώκασιν οἱ πατέρες, ἀλλ' ἄξιον εὐλαβείας, καὶ μάλιστα δὴ τὸ φρικτὸν θυσιαστήριον. καὶ δῆλον ὡς ἔξω βάλλουσι τοὺς κατηχουμένους. καὶ ὁ ἱερὸς δὲ Ἀμβρόσιος καὶ τοῦ ναοῦ, καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, ἐξώθησε τὸν βασιλέα Θεοδόσιον· καὶ ἐν ἁγίοις δὲ Γρηγόριος ὁ Διαλόγος, οὐ μόνον δι' ἐνζύμου ἄρτου τὴν θυσίαν προσφέρεσθαι μαρτυρεῖ· ἀλλὰ καὶ δι' αἰδοῦς τοὺς ἱεροὺς ἄγει ναούς· μηδὲ λείψανα ἀφεὶς τοῦ τυχόντος ἐν αὐτοῖς κατατίθεσθαι· ἀλλὰ καὶ ὁμοίως Ἰσίδωρος ὁ τοῦ Πηλουσίου ἀρχαῖος ὢν τῶν πατέρων, ἐν πολλαῖς τῶν αὐτοῦ ἐπιστολῶν περὶ τῆς τάξεως τῆς καθ' ἡμᾶς λειτουργίας σαφέστερον ἐκδιδάσκειν φαίνεται· καὶ ὁ σοφὸς τὰ θεῖα Μάξιμος, ἅπαν ἐκτίθησι τὸ μυστήριον τῆς ἱερᾶς λειτουργίας, ὅπερ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία τελεῖ καὶ ἐνεργεῖ, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ γινομένων τοὺς λόγους ἐφερμηνεύει. ἐξ ὧν δὴ καὶ ἡμεῖς ἐκ τῶν πατέρων ἠφανισάμενοι, καὶ εἴ τι περ ἄλλο παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν ἔγνωμεν, γράφομεν ὑμῖν, τῇ τοῦ θεοῦ θαρρήσαντες χάριτι.

Καὶ δὴ πρῶτον μὲν περὶ τοῦ θείου φαμὲν οἴκου. ἐπεὶ γὰρ ἔργανον ἱερουργίας ὁ ναός τε, καὶ ὁ ἱερεύς· ὁ μὲν ἱερουργῶν, ὁ δὲ τὸ θυσιαστήριον ἔχων· καὶ περὶ τῶν ἀμφοτέρων προσῆκόν ἐστιν εἰπεῖν.

Ο ναὸς τοίνυν, εἰ καὶ ἐξ ὑλῶν συγκείμενός ἐστιν, ἀλλ' οὖν ὑπερκόσμιον ἔχει χάριν· τελεῖται γὰρ παρ' ἀρχιερέως εὐχαῖς

μυστικαῖς, καὶ θείῳ χρίεται μύρῳ, καὶ κατοικητήριον ὅλος θεοῦ παρίσταται· καὶ οὐ πάντα τοῖς πᾶσιν ἔχει βατά· ἀλλὰ τὰ μὲν ἱερεῦσι, τὰ δὲ λαϊκοῖς. Εἰκονίζει δὲ τοῦτο διπλοῦς ὢν διὰ τῶν ἀδύτων, καὶ τῶν ἐκτός· καὶ Χριστὸν αὐτὸν διπλοῦν ὄντα, θεὸν καὶ ἄνθρωπον· καὶ τὸ μὲν ἀόρατον, τὸ δὲ ὁρατόν· καὶ ἄνθρωπον ὁμοίως ἐκ ψυχῆς ὄντα καὶ σώματος. Ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς τριάδος μυστήριον ἐξαιρέτως, ἥτις ἀπρόσιτος μὲν τῇ οὐσίᾳ, γινωσκομένη δὲ τῇ προνοίᾳ, καὶ ταῖς δυνάμεσιν. ἰδίως δὲ καὶ τὸν ὁρώμενον ἐκτυποῖ κόσμον, καὶ τὸν ἀόρατον· ἀλλὰ καὶ τὸν ὁρώμενον τοῦτον μόνον· τὸν οὐρανὸν μὲν διὰ τοῦ ἱεροῦ βήματος, τὰ περίγεια δὲ διὰ τοῦ θείου ναοῦ. καὶ κατ᾽ ἄλλον δὲ σκοπὸν ὁ θεῖος ἅπας ναὸς τριαδικῶς θεωρεῖται. τοῖς πρὸ τοῦ ναοῦ φημί, καὶ τῷ ναῷ, καὶ τῷ βήματι· ὃ δὴ καὶ τὴν τριάδα σημαίνει, καὶ τὰς τάξεις τῶν ἄνω τριαδικῶς τεταγμένας, καὶ τοὺς λαοὺς τῶν εὐσεβῶν, εἰς τριάδα διαιρουμένους, ἱερέων λέγω, καὶ πιστῶν τελείων, καὶ τῶν ὄντων ἐν μετανοίᾳ· ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν γῇ, καὶ τὰ ἐν οὐρανῷ, καὶ τὰ ὑπεραίω τῶν οὐρανῶν, τοῦ θείου ναοῦ τοῦτο διδάσκει τὸ σχῆμα· καὶ νάρθηκες μὲν τὰ ἐν τῇ γῇ, ναὸς δὲ τὸν οὐρανόν, τὰ δὲ ὑπερουράνια, τὸ ἁγιώτατον βῆμα.

Διὸ καὶ ἐν τῷ βήματι ὁ θεῖος ναός, διὰ μὲν τοῦ φρικτοῦ θυσιαστηρίου τῆς ἱερᾶς δηλαδὴ τραπέζης, τὸν τοῦ οὐρανοῦ παραδηλοῖ δεσπότην· ὃ καὶ ἅγια ἁγίων καὶ καθέδρα, καὶ τόπος θεοῦ, καὶ ἀνάπαυσις, ἱλαστήριόν τε, καὶ τοῦ μεγάλου θύματος τὸ ἐργαστήριον, καὶ μνῆμα Χριστοῦ, καὶ δόξης αὐτοῦ καλεῖται σκήνωμα· καὶ διὰ μὲν τοῦ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ καταπετάσματος, τὴν ἐπουράνιον περὶ τὸν θεὸν ἐκτυποῖ σκηνήν· ἔνθα οἱ τῶν ἀγγέλων δῆμοι, καὶ τῶν ἁγίων ἡ κατάπαυσις. διὰ δὲ τῶν κιγκλίδων, ἤτοι τῶν διαστολῶν, τὴν διαφορὰν τῶν ὁρατῶν πρὸς τὰ νοητά· τέσσαρα δὲ μέρη ὑφάσματος ταῖς τέσσαρσι ἔχει γωνίαις ἡ ἱερὰ τράπεζα· ὅτι ἐκ τῶν περάτων συνεξυφάνθη τῆς ἐκκλησίας τὸ πλήρωμα. καὶ τὰ ὀνόματα δὲ τῶν τεσσάρων ἐν τοῖς τέσσαρσιν εὐαγγελιστῶν· ὅτι δι᾽ αὐτῶν συνέστη ἡ ἐκκλησία, καὶ πάντα τὸν κόσμον τὸ εὐαγγέλιον περιέδραμε,

mysticis precationibus dedicatur, & sacro perfunditur vnguento, totumque Dei habitaculum redditur: nec omnia omnibus sed alia Sacerdotibus, alia Laicis habet peruia. Quoniam vero bipartitum est, (in adyta nimirum & exteriora) per secretiora adyta, & per ea quæ foris sunt, Christum ipsum imagine quadam repræsentat, duplici natura diuina & humana subsistentem, quarum hæc non videtur, alia sub aspectum cadit. Similiter hominem ex anima & corpore cohærentem. Trinitatis item mysterium præclare adumbrat, quæ cum per essentiam inaccessa sit, prouidentia tamen & potestate maxime cognoscitur. Speciatim vero mundum hunc aspectabilem, & alium qui sensum effugit, imitatur Quinimmo & aspectabilem solum. Cœlum quidem, per sacrum tribunal: terrestria vero, per templum reliquum. Alio consilio sacrum templum vt tripartitum, seu trifariam diuisum consideratur: in locum, inquam, ante templum seu vestibulum, in ipsum templum, & in sacrarium, quibus partibus tribus Trinitas, & cœlestes beatarum mentium ordines, per tres ternarios distincti: piorum item populus sub triplici discrimine, Sacerdotum videlicet, fidelium perfectorum, & publice pœnitentium, significatur. Insuper quæ in terris, quæ in cælis, & super cælos sunt, sacræ ædis constitutio & habitus denotat: & vestibula quidem, ea quæ in terris sunt; spatium templi, cælum; sanctissimum vero tribunal, super cœlestia siue ea quæ sunt in cœlis.

Idcirco & in sacrario templum per tremendum altare, sacræ mensæ videlicet, cœli Dominum concipiendum proponit: quæ & sancta sanctorum, cathedra, locus Dei, requies, propitiatorium, magni sacrificij officina, Christi monumentum, & eius gloriæ tabernaculum vocatur: Et quidem per velum altaris, cœleste Dei tabernaculum significat, vbi Angelorum agmina sunt, & sancti requiescunt. Per cancellos vero siue separationes, differentiam eorum quæ sensu, ab his quæ sola intelligentia percipiuntur. Quatuor autem superstrati mantilis partes in veli quatuor angulis habet sacra mensa, quoniam plenitudo Ecclesiæ ex quatuor mundi finibus contexta est; & in quatuor illis angulis, quatuor Euangelistarum nomina, quandoquidem per illos fundata & constituta est, & vniuersum terrarũ orbem Euangelij annũciatio peruagata

est. Interulam vero vestem, quæ Ad carnem dicitur, & superne mantile adepta est: quia sepulchrum est, & thronus Iesu. Et partim quidem est vt sindō qua mortui corpus inuolutum est; partim vt gloriæ amictus; sicut etiam Psalmus, qui super ea, dum imponitur, dici solitus est, ostendit. *Dominus regnauit*, dicens, *decorem induit*. E lapide porro est altare, quia Christum refert, qui & petra nominatur, tanquam fundamentum nostrum, & caput anguli, & lapis angularis: & quia petra, quæ olim profluentibus ex se aquis Israël potauit, huius imago fuit. Nunc enim nos, nouum Israël potat, nō aquā scaturiēs: sed æternæ vitæ flueta præbens, viuum, inquam, verbi sanguinem. Per sacrum verò consessum, Verbum incarnatum, & in cœlis ad dextram Patris assidens: per gradus, cuiusque sanctorum virorum & Angelorum ordo ascensusque: & per Sacerdotem, Iesus significatur: quem & sacrum Euāgelium in altari conspicuum; & crux, sacrificium eius indicat. Sub mensa deinde repositæ sunt reliquiæ Martyrum, vt pote quorum spiritus Christo magno Martyri semper adsint. Præterea tanquam Ecclesię fundamenta hos altare continet, quæ primò Christi, postea per ipsum Martyrum sanguine cōdita est. Vnguento delibutum est, quoniam plenitudinem efficientiæ spiritus, & viuum vnguentum quod sacrificatur, habet. Stragulis autem circumuestitur, & ornatur, quoniam quæ super eo fiunt, consideratu difficilia sunt, nec ab omnibus comprehendi queunt. Est autem editum splendidissimumque vt solium Dei. Per ordines vero sacrarium ingredi solitorum, virtutes extra mundum, siue cœlestes nobis suggeruntur: Et per suffitionem ab altari inchoatam, communicans sese, & fragrans spiritus gratia: per accensa lumina, ea quæ est in sanctis perpetua ac indeficiens illuminatio. Atque hæc ab Ecclesia, per sacrarium imaginanda obiiciuntur.

Vniuersim autem per totum templi tractum, terrestrem hunc mundum, vt supra diximus, aut etiam cœlum quod cernimus, cogitationi obiicit. Quando enim ante tēplum preces facimus, cœli id loco habemus, & Paradisi in Eden similitudinem gerit. Quapropter etiam quibusdam velis in sacris monasteriis dum extra psallunt, templum occluditur, quæ ingredientes abstrahunt; eò declarantes Christū ad nos vsque descēdisse, mediumque parietem maceriæ

κατὰ σάρκα δὲ τὸ λεγόμενον, εὐθὺς καὶ μετ᾽ αὐτό, τραπεζοφόρον κέκτηται· ὅτι τάφος ἐστὶ καὶ θρόνος τοῦ Ἰησοῦ· καὶ τὸ μὲν ἐστιν ὡς σινδὼν, ᾗ περιειλήφθη νεκρὸς, τὸ δὲ ὡς δόξης περιβολὴ, ὡς καὶ ὁ ἐπὶ τούτῳ ἐν τῷ τίθεσθαι ἐμφαίνει ψαλμὸς, ὁ κύριος ἐβασίλευσεν, λέγων, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο. ἀπὸ λίθου δὲ τὸ θυσιαστήριον, ὅτι Χριστὸν εἰκονίζει, ὃς καὶ πέτρα ὠνόμασται, ὡς θεμέλιον ἡμῶν, καὶ κεφαλὴ γωνίας, καὶ λίθος ἀκρογωνιαῖος, καὶ ὅτι πέτρα πάλαι ταύτην ἐμιμεῖτο τὴν τράπεζαν, ἡ τὸν πάλαι ποτίζουσα Ἰσραήλ. νῦν δὲ αὕτη τὸν νέον ἡμᾶς ποτίζει, οὐχ ὕδωρ ἀλλὰ ζωῆς αἰωνίου προχέουσα νάματα τὸ ζῶν αἷμα τοῦ λόγου. διὰ δὲ τοῦ ἱεροῦ συνθρόνου, τὸν εἰς οὐρανοὺς ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς σαρκωθέντα λόγον καθήμενον, διὰ δὲ τῶν ἀναβαθμῶν τὴν ἑκάστου τῶν ἱερωμένων ἀνθρώπων, καὶ τῶν ἀγγέλων τάξιν, τε καὶ ἀνάβασιν· καὶ διὰ μὲν τοῦ ἱερέως, τὸν Ἰησοῦν, ἐν τύποις καὶ τὸ ἱερὸν εὐαγγέλιον ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου ὁρώμενον· καὶ ὁ σταυρὸς, τὴν θυσίαν αὐτοῦ δηλοῖ. τῇ τραπέζῃ δὲ ὑπόκειται τὰ ἱερὰ λείψανα τῶν μαρτύρων, ὡς τῷ Χριστῷ τῷ μεγάλῳ μάρτυρι τοῦ πατρὸς ἀεὶ συμπαρόντων τοῖς πνεύμασιν. ἀλλὰ καὶ ὡς θεμέλιον τῆς ἐκκλησίας τὸ θυσιαστήριον τούτους ὑπέχει· αἵματι γὰρ πρῶτον Χριστοῦ, εἶτα καὶ δι᾽ αὐτὸν, καὶ τῷ τῶν μαρτύρων συνέστη. κεχρισμένον δὲ ἐστὶ τῷ μύρῳ· ὅτι τῆς ἐνεργείας πλῆρες τοῦ πνεύματος, καὶ τὸ ζῶν μύρον ἱερουργούμενον ἔχει. ἀμφίοις δὲ περικεκαλυμμένον ἐστὶ καὶ κεκοσμημένον, ὅτι καὶ τὰ ἐν αὐτῷ δυσθεώρητα, καὶ οὐ πᾶσι ληπτά. καὶ ἐπηρμένον δὲ, καὶ λαμπρότερον ὡς θρόνος θεοῦ. διὰ δὲ εἰσιόντων ἐν τῷ βήματι τάξεων, τὰς ὑπερκοσμίους δυνάμεις· καὶ διὰ μὲν τοῦ θυμιάματος ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου ἀρχομένου, τὴν μεταδοτικὴν καὶ εὐώδη τοῦ πνεύματος χάριν· διὰ δὲ τῶν ἀναπτομένων φώτων, τὸν ἐγγινόμενον τοῖς ἁγίοις ἀκατάπαυστον τοῦ πνεύματος φωτισμόν. καὶ ταῦτα μὲν ἡ ἐκκλησία εἰκονίζει τῷ βήματι.

Διὰ δὲ τοῦ καθόλου ναοῦ τὸν περίγειον τοῦτον ὡς φθάσαντες εἴπομεν, ἐφ᾽ ἡμᾶς κόσμον· ἢ καὶ τὸν ὁρώμενον οὐρανόν. ὅτε μὲν γὰρ πρὸ τοῦ ναοῦ τὰς εὐχὰς ποιούμεθα, οὐρανοῦ τάξιν φαμὲν, καὶ τοῦ ἐν Ἐδὲμ παραδείσου τὸν θεῖον ἔχειν ναόν· διὸ καὶ καταπετάσμασί τισιν, ἐν ταῖς ἱεραῖς μοναῖς, ἐν τῷ ἔξωθεν ψάλλειν διαφράττουσι τὸν ναὸν, ἕλκουσι δὲ ταῦτα ἐν τῷ εἰσέρχεσθαι· τοῦ τοιούτου δηλοῦντος ὅτι Χριστὸς κατῆλθεν μέχρις ἡμῶν, καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας, καὶ εἰρήνην

ρείων δέδωκεν, καὶ εἰς οὐρανὸν ἡμᾶς ἀνήγαγεν. ἀλλ' οἱ περιπεπτωκότες ἐγκλήμασιν, οὐκ ἔνδον τολμῶσιν εἰσελθεῖν. καὶ τὴν τάξιν δὲ ἐγκαινίων τελοῦντες τοῦτο τυποῦμεν· ἡνίκα καὶ ἔνδον τὰς προσευχὰς ποιούμεθα, καὶ τὴν φρικτὴν πρὸ πάντων ἱερουργίαν, τὸ θυσιαστήριον μὲν ὡς ἄλλον ἔχομεν οὐρανόν, τὸν ναὸν δὲ ὡς τὰ περίγεια σημαίνοντα· ἐν αὐτῷ γὰρ πάντες ὁμοῦ, καὶ προστρέχουσι καὶ συνίστανται.

Καὶ ὁ μὲν πρὸ τοῦ βήματος ἄμβων τὸν ἐκκυλισθέντα λίθον παραδηλοῖ τοῦ μνήματος, ἔνθα καὶ ἀγγελικὸν σώζοντες τύπον, διάκονοί τε καὶ πρεσβύτεροι τὸ θεῖον κηρύσσουσιν εὐαγγέλιον· διάκονοι μὲν τῇ ἱερουργίᾳ, ἱερεῖς δὲ τῷ ὄρθρῳ, τὰ ἑωθινὰ λέγοντες. τοῦ ναοῦ δὲ ἡ ὡραιότης τὴν τῆς κτίσεως διδάσκει καλλονήν· καὶ τὰ μὲν αἰωρηθέντα φῶτα, τοὺς ἀστέρας μιμεῖται· ὁ κύκλος δὲ τὸ στερέωμα. ἔλαιον δὲ καὶ κηρὸν καὶ θυμίαμα προσάγομεν· τὸ μὲν εἰς θείου τύπον ἐλέους, τὸ δὲ ἐκ μυρίων ἀνθῶν συγκείμενον εἰς ὁλοτελῆ ἡμῶν προσαγωγήν, καὶ τὴν ἁπάντων θυσίαν· τὸ δὲ εἰς τύπον τῆς θείας ἀγάπης, ἣ μεταδίδοται πᾶσι, καὶ τῆς εὐωδίας τοῦ πνεύματος.

Καὶ ἱερεῖς μὲν ἀρχόμενοι τῶν θείων ὕμνων τοῦ ἱεροῦ βήματος ἔνδοθεν, τὰς περὶ θεὸν πρώτας εἰκονίζουσι τάξεις· διάκονοι δὲ καὶ ἀναγνῶσται καὶ ὑμνῳδοὶ τοὺς θείους τε ψαλμοὺς, καὶ τὰς ἱερὰς γραφάς, κατὰ τάξιν διαδεχόμενοι, τὴν μέσην τῶν οὐρανίων χορείαν ἐμφαίνουσι. λαὸς δὲ ἅπας ὀρθῶς ἔχων, περὶ τὴν πίστιν προθέσει ψυχῆς τοῖς μελῳδοῦσι συνάπτεται, τὸν ἀπὸ θεοῦ ἐκκαλούμενος ἔλεον. ἐμφαίνει δὲ οὗτος τὴν τελευταίαν τάξιν. μεθ' ὧν οὐ θέμις συνίστασθαι, ἢ κακεργάτην, ἢ ἑτερόδοξον· οὐ κοινωνία φωτὶ, πρὸς σκότος· εἰ δέ τις ἐπιστραφείη πρὸς τὸ φῶς, τότε δίκαιος τοῖς τοῦ φωτός· καὶ ταῦτα μὲν ὁ θεῖος τυποῖ ναός, εἰ καὶ πλείους τούτων ἔστι νοεῖν, τοῖς παρὰ θεοῦ θεωρεῖν εἰληχόσι δύναμιν.

Ὁ δέ γε ἱερεὺς προηγουμένως μὲν παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ, ἄγγελος κυρίου παντοκράτορος λέγεται· καὶ ὡς τῶν θείων ἐξαγγελτικός, καὶ ὡς τῶν θελημάτων τοῦ θεοῦ πληρωτής. ἀλλὰ καὶ τὸν Ἰησοῦν εἰκονίζει· τὴν γὰρ αὐτοῦ τῇ χειροτονίᾳ κέκτηται δύναμιν, καὶ πρό γε τούτου μᾶλλον ὁ ἱεράρχης, ὃς καὶ ἐπὶ τῆς καθέδρας καθῆσθαι γράφεται τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ πλουτῶν, ἔχει τοῦ δεῖν τε καὶ λύειν. ὁ γὰρ ἱεράρχης τῶν ἀποστόλων τυγχάνει διάδο-

dissoluisse; dataque pace in cœlum nos subuexisse. Quinetiam in crimina lapsi, idest Pœnitentes, illuc intrare non audent. Et cum solemni ritu templum dedicamus, huius rei typum quendam exprimimus: at vero cum intus preces effundimus, & tremenda præ omnibus sacrificia peragimus: altare quidem velut alterum cælum habemus, templum vero, vt quod terrestria significet, conspicimus; ibidem enim omnes simul concurrunt, congreganturque.

Et certe qui est ante sacrarium suggestus, lapidis à monumento reuoluti nos admonet, vbi etiam Angelicam personam sustinẽtes Diaconi & Sacerdotes; illi quidem in missæ officio: hi vero in laudibus, matutina Euangelia clara voce recitant. Templi pulchritudo, creaturarum pulchritudinem docet. Lumina sublime ardentia, stellarum fulgores: circulus (corona in medio Ecclesiæ appensa) firmamentum imitantur. Oleum autem, ceram, & thymiama offerimus. Illud ad diuinæ misericordiæ expressionem: hanc, vt quemadmodum illa ex floribus extitit, sic nos & perfectam nostri oblationem, omniumque rerum nostrarum sacrificiũ quoddam, per ipsam insinuemus. Hoc autem, thymiama, inquam, in signum diuinæ charitatis & fragrantiæ spiritus, quę se in omnes effundit.

Ac Sacerdotes quidem intra sacrarium diuinos hymnos ordientes, primorum ordinum qui iuxta Deum sunt, imaginem gerunt. Diaconi cum Lectoribus & Cantoribus Psalmos & sacras scripturas ordine excipientes, medios cœlestium cœtus, siue Choros, subostendunt. Populus vniuersus de fide recte sentiens, cantica modulantibus proposito ac voluntate consociatur, Dei misericordiam prouocans. Hic vero vltimam Angelorum seriem declarat, cum quibus consistere maleficum, aut aliter quam par sit de fide sentientem, nefas est. Nulla enim societas lucis ad tenebras. Si quis autem ad lucem conuersus fuerit; tum his qui lucis sunt, acceptus erit. Et hæc quidem diuinum templum vt in quadam effigie nobis exhibet: tametsi plura licet hinc illis intelligere, qui considerandi facultatem maiorem à Deo acceperunt.

Sacerdos præcipue in sacris litteris Angelus Domini omnipotentis appellatur, vt qui diuina præcepta annunciet, & diuinam volũtatem impleat. Quin & Iesum repræsentat, eius enim potestatẽ per cõsecrationẽ est adeptus, & amplius præ Sacerdote Pontifex, qui & in cathedra Christi sedere dicitur, & potestatis eius copiam obtinet, vt Dei gratia ligare & soluere possit. Pontifex enim Apostolorum est succes-

for. Vnde etiam tanquam Christi imago rem diuinam facturus sacra vestimenta induit, quæ omnia significationem considerationemque spiritualem complectuntur: de quibus pro virili nostra dicemus. Paulo autem superius res omnis à nobis contemplatione resumenda est.

Distributis in tres classes iis, qui intra sacrarium ordinantur: Episcopo, Sacerdote, & Diacono: Horum Episcopus dicitur illuminatiuus, vt pote qui impertiendi luminis authoritate pollet. Omnes enim per eum accipiunt ordinis characterem, siue Sacerdotes, siue Clerici, ab eo dedicationes templorum fiunt, ex eo baptismus, sanctificatio, peccatorum remissio, Sacramentorum participatio in Laicos omnes tanquam à fontis lumine à gratia Episcopali profluit. Presbyter autem dicitur initiatiuus, vt pote qui solum alios initiandi gratiam habet in sacris mysteriis: non tamen hanc initiatiuam gratiam aliis communicat & impertitur. Baptizat enim & consecrat: non tamen potest alios initiare ordinibus, nec alium creare sacerdotem, aut quemcumque alium qui ordinis sacri sit particeps. Diaconus autem ministratorius dicitur, vt qui ministri locum teneat, & citra Sacerdotem facere nihil possit: quod certe est vltimi ordinis Angelici.

Quisque horum trium ordinum, pro ratione sui status vestes induit. Diaconus quidem quæ Angelicum ordinem referunt. Presbyter hæc eadem habet, quandoquidem charisma siue gratiam prius accepit: & deinde initiatiuam vel sanctificatiuam adeptus est, quam quidem eius stola indicat. Pontifex autem hæc, & insuper alia ornamenta videlicet pallium assumit, quod incarnatum Dei Filium considerationis oculo exhibet. Sacris ergo vestibus dum induitur, prius tunica amicitur, quæ vtique tunica lucidū Angelorū amictum manifestat; ita enim sæpius fulgenti veste indutos Angelos apparuisse nouimus: vt & illum in monumento coopertū stola candida. Præterea purū & ab omni inquinamento liberum Sacerdotalem statum esse oportere docet; propter quam puritatem etiam Sacerdos hac gratia dignus iudicatur: idipsumque testatur, cum se induens, hæc verba pronunciat. *Exultabit anima mea in Domino: quia induit me vestimento salutis*, & quæ sequuntur. Et Diaconus Angelicum sortitus ordinē, vt dictū est, hoc amicitur, fertque in humeris stolam Diaconicam, quam nos Orarium vocamus, quod quasi alas habet, & à materia puritatem, intellectualemque substantiam Angelici ordinis subindicat. Quare & Cherubim facies obuelantia

χος. ὅθεν καὶ ὁ τὸν Χριστὸν εἰκονίζων, ἐν τῷ μέλλειν ἱερουργεῖν τὰ θεῖα περιβάλλεται ἄμφια, σημασίαν ἔχοντα πάντα καὶ θεωρίαν πνευματικήν· περὶ ὧν καὶ κατὰ δύναμιν λέγομεν. μικρὸν δὲ ἄνωθεν θεωρήσωμεν.

Τῶν ἐν τῷ βήματι χειροτονουμένων εἰς τρεῖς τάξεις διαιρουμένων, ἐπισκόπου, πρεσβυτέρου, καὶ διακόνου· καὶ τοῦ μὲν φωτιστικοῦ λεγομένου, δηλαδὴ τοῦ ἀρχιερέως, ὡς μεταδοτικοῦ τῶν θείων φώτων· πάντες γὰρ λαμβάνουσι δι' αὐτοῦ χειροτονίας σφραγίδα, ἱερεῖς τε καὶ κληρικοί, καθιερώσεις ναῶν, βάπτισμα, ἁγιασμόν, καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, μυστηρίων τε κοινωνίαν οἱ λαϊκοὶ ἅπαντες, ὡς ἐκ πηγῆς φωτὸς τῆς ἐπισκοπικῆς εἰσὶ χάριτος. τοῦ πρεσβυτέρου δὲ λεγομένου τελεστικοῦ· ὡς χάριν ἔχοντος μόνον τελεστικήν, εἰς τὰς τελετάς· οὐ μὴν μεταδοτικήν. βαπτίζει γὰρ καὶ ἱερουργεῖ· οὐ μὴν καὶ χειροτονεῖ, οὐδ' ἄλλον ἐνεργεῖ ἱερέα, ἢ τὸν ὅστις τάξεως μετέχει ἱερᾶς. τοῦ διακόνου δὲ λειτουργικοῦ λεγομένου, ὡς ὑπηρέτου τάξιν ἐπέχοντος, καὶ μὴ δυναμένου χωρὶς ἱερέως τι πρᾶξαι, ὃ δὴ τῆς ἐσχάτης ἀγγελικῆς ἐστι τάξεως.

Ἕκαστος αὐτῶν ἀναλόγως τῇ τάξει περιτίθεται τὰ ἄμφια. καὶ διάκονος μὲν ὅσα τὴν ἀγγελικὴν τυποῖ τάξιν· πρεσβύτερος δὲ καὶ ταῦτα μέν, ἐπειδήπερ δὴ τὸ τοῦ διακόνου χάρισμα πρότερον ἔλαβε, καὶ τὰ τῆς τελεστικῆς χάριτος, ἣν τὸ ἐπιτραχήλιον φανεροῖ. ὁ ἱεράρχης δὲ καὶ ταῦτα καὶ ἔτι τὸ ὠμοφόριον, ὃ τὸν σεσαρκωμένον τοῦ θεοῦ υἱόν. διὸ καὶ τὴν στολὴν τὴν ἱερὰν ἐνδυόμενος, πρότερον τὸ στιχάριον περιβάλλεται, ὃ δὴ στιχάριον τὴν φωτεινὴν τῶν ἀγγέλων ἐμφαίνει περιβολήν· οὕτω γὰρ πολλάκις φωτεινὴν ἐσθῆτα περιβεβλημένοι, ὤφθησαν ἄγγελοι· ὡς καὶ ὁ ἐν τῷ μνήματι λευκὴν ἐσθῆτα περιβεβλημένος. ἀλλὰ καὶ τὸ καθαρὸν καὶ ἀμόλυντον εἰκονίζει τῆς ἱερατικῆς τάξεως, δι' ἣν καθαρότητα καὶ ταύτης οἱ ἱερεῖς καταξιοῦνται τῆς χάριτος. καὶ μαρτυρεῖ τοῦτο ἐν τῷ ἐνδύεσθαι λέγων. ἀγαλλιάσεται ἡ ψυχή μου ἐπὶ τῷ κυρίῳ, ἐνέδυσε γάρ με ἱμάτιον σωτηρίας, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ διάκονος δὲ ἀγγελικὴν ἔχων, ὡς εἴρηται, τάξιν, τοῦτο περίκειται, ἐπὶ τῶν ὤμων τε φέρει, ὃ καλοῦμεν ὠράριον· τοῦτο δέ γε ὡς πτερὰ ὑπεμφαίνει διὰ τὸ ἄϋλόν τε, καὶ νοερὸν τῆς ἀγγελικῆς τάξεως· διὸ καὶ τὰ Χερουβὶμ μιμούμενος περιστελλό-

μένα τὰς ὄψεις, καὶ αὐτὸς περὶ τὴν τελετὴν ἐν τῷ μέλλειν κοινωνεῖν τοῦτο περιζωννύμενος. ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ὠραρίῳ τὸ ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος γεγραμμένον ἔχει· ἃ δὴ τὴν λειτουργικὴν διδάσκουσι τῶν ἁγίων ἀγγέλων τάξιν. τοῦ ἀρχιερέως δὲ τὸ στιχάριον ἄνωθεν κατιόντας τοὺς δηλουμένους κέκτηται ποταμοὺς, τὸ διδασκαλικὸν τῆς ἐν αὐτῷ σημαίνοντας χάριτος. καὶ ἐν τοῖς ἀγγέλοις γὰρ οὐ πᾶσιν ἡ αὐτὴ τάξις· ἀλλὰ κἀκεῖσε τῶν ὑποδεεστέρων εἰσὶ διδάσκαλοι. ποταμοὶ δὲ λέγονται διὰ τὴν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ σωτῆρος φωνὴν, λέγοντος. ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ. ποταμοὶ ῥεύσουσιν ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ὕδατος ζῶντος. τοῦτο δὲ καὶ ὁ ἀρχιερατικὸς διδάσκει μανδύας, ποταμοὺς μὲν ἔχων διὰ τὰ προειρημένα· πόματα δὲ εἰς τύπον παλαιᾶς τε καὶ καινῆς χάριτος, ἃ ὑποκάτω κεῖνται τῶν ποταμῶν· δηλοῦντος τοῦ τοιούτου ὡς ἐκ τῶν δύο διαθηκῶν τὸν διδάσκαλον χρὴ λαμβάνειν, καὶ τὰς διδασκαλίας πηγάζειν. καὶ τὸ μὲν στιχάριον οὕτω. Τὸ δή γε ἐπιτραχήλιον τὴν τελεστικὴν καὶ ἄνωθεν κατερχομένην τοῦ πνεύματος παρίστησι χάριν· διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ ἀρχιερεύς τε καὶ ὁ ἱερεὺς ἀπὸ κεφαλῆς τοῦτο περιβαλλόμενος· εὐλογητός, φησιν, ὁ θεὸς ὁ ἐκχέων τὴν χάριν ἐπὶ τοὺς ἱερεῖς αὐτοῦ, ὅθεν καὶ τοῦτο πᾶς ἱερεὺς εἰς χρῆσιν ἔχει ἐπὶ πάσῃ ἱερᾷ τελετῇ. ἡ δέ γε ζώνη τὴν ὑπὲρ ἡμῶν διακονίαν δείκνυσι τοῦ σωτῆρος, ἣν καὶ ἐνταῦθα διεπράξεν, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι πράττειν καθυπέσχετο δι' ἡμᾶς. περιζώσεται γὰρ, φησι, καὶ ἀνακλινεῖ αὐτοὺς, καὶ παρελθὼν διακονήσει αὐτοῖς. ἀλλὰ καὶ τὸ ἰσχυρὸν εἰκονίζει καὶ κραταιὸν τῆς αὐτοῦ δυνάμεως. εὐλογητὸς γὰρ, φησιν, ὁ θεὸς ὁ περιζωννύων με δύναμιν. ἀλλ' ἐν τῇ ζώνῃ ὁ ἱεράρχης, καὶ τὸ λεγόμενον ὑπογονάτιον περιτίθεται ἐξαρτήσας, ὃ τὴν κατὰ τοῦ θανάτου νίκην, καὶ τὴν ἀφθαρσίαν τῆς ἡμετέρας φύσεως, καὶ τὸ μέγα τῆς τοῦ θεοῦ ἰσχύος, καὶ τῆς τοῦ πονηροῦ τυραννίδος ἐμφαίνει. διὸ καὶ σχῆμα ῥομφαίας ἔχει, καὶ ἐπὶ τῆς ὀσφύος ἐκκρέμαται, ἔνθα τὸ δύνασθαι ἀνθρώπου εἶναι φασί. καὶ τὰ λεγόμενα δὲ ἐν τῷ περιτίθεσθαι ῥήματα τοῦτο δηλοῖ. λέγει γάρ· περίζωσαι τὴν ῥομφαίαν σου ἐπὶ τὸν μηρόν σου δυνατέ. τὰ δὲ λεγόμενα ἐπιμάνικα, καὶ τὸ παντουργὸν τῆς ἐνεργείας εἰκονίζει τοῦ Χριστοῦ· καὶ τὸ διὰ τῶν ἰδίων χειρῶν, τὴν ἱερουργίαν τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος, αὐτουργῆσαι τὸν Ἰησοῦν. ὅθεν καὶ τὰ λεγόμενα ἐν τῷ ταῦτα περιτίθεσθαι οἰκεῖα. ἡ δεξιά σου κύριε δεδόξασται ἐν ἰσχύϊ. καὶ τό· αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με, καὶ ἔπλασάν με. ἀλλὰ καὶ τὸ ἐν

imitans, ipse etiam infrà missarum solemnia, vbi sacramentum percepturus est præcingitur. Sed & in stola Diaconica, *Sanctus*, *Sanctus*, *Sanctus* scriptum gerit, quo ministratorius Angelorum ordo exprimitur. Pontificis autem tunica, desuper descendentia habet flumina, quę dicuntur, & gratiam docendi in ipso repræsentant. Nam & inter Angelos non omnibus est idem ordo & gradus: sed ibi quoque alii inferiorum magistri sunt. Vocantur autem flumina propter vocem Saluatoris in Euangelio dicentis. *Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ* Hoc idem Pontificio ostenditur Mandya siue pallio. Flumina quidem habet propter ea quæ diximus: Pocula vero pro typo veteris & nouæ gratiæ, quæ etiam fluminibus quasi innatant; quod non aliud sibi vult quam magistro, siue doctori, ex duobus testamentis ad docendum, hauriendum esse. Et hoc quidem tunica significat. Stola vero Sacerdotalis, initiatiuam & è cælo descendentem Spiritus gratiam, menti subiicit. Ob hoc enim & Pontifex, & Sacerdos à capite illam induens, *Benedictus Deus*, inquit, *qui effundit gratiam super Sacerdotes suos*. Vnde ea quilibet Sacerdos vtitur quando quamlibet actionem Sacerdotalem aggreditur. Cingulum, nota est ministerii à Saluatore nostri causa suscepti, quo & functus est in hoc sæculo, & in futuro propter nos functurum se pollicetur: ait enim. *Præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.* Præterea eius potentiæ robur magnitudinemque insinuat. *Benedictus*, enim, inquit, *Deus qui præcingit me virtute.* Cæterum Pontifex insuper à zona dependens, Supergenuale fert, quod victoriam aduersus mortem, nostræque naturæ immortalitatem, & vires Saluatoris contra maligni Dæmonis tyrannidem robustissimas ostendit. Quamobrem & romphææ similis est, & lumbis alligatur, vbi hominis robur situm prædicant. Hoc ipsum verba, quæ in cinctu adhibentur, manifestant. Dicit enim. *Accingere romphæa super femur tuum potentissime.* Supermanicalia vero actionis diuinæ omnia efficientis significantia sunt, & Iesum suis manibus sacrificium corporis & sanguinis sui per se obtulisse: cui conueniunt quæ in iis superponendis recitantur. *Dextera tua, Domine, glorificata est in virtute.* Et. *Manus tuæ fecerunt me, & psalmauerunt me.* Quinetiam vincula

manuum Saluatoris, quibus ad Pilatum deductus est, quidam hæc supermanicalia exprimere asserunt. Iam vero sacra Casula sublimiorem, & superne collatam Spiritus virtutem, sub quadam effigie monstrat. Imprimis Saccum quo per ludibrium Saluator indutus est, idcirco & sacci formam habet; nec enim in eo sunt, quæ appellantur manicæ. Manifestius hoc exhibet, quo digniores Pontifices vestiuntur, & Saccus dicitur. Sed & reliqui Pontifices Casulam crucibus plenam circumferentes (quæ & multicrucium vocari solet) clare docent, quoniam passionis Domini signum est, se illum imitari; qui per passionem & crucem veram iustitiam consummauit, & in veram libertatem, tyranno depulso, nos asseruit. Propterea cum illud induit, dicit. Sacerdotes tui, Domine, induentur iustitiam: & sancti tui exultatione exultabunt. Re vera enim iustitia per crucem nobis exultationem peperit. Et hæc sunt quibus Diaconus & Sacerdos ornantur, dempto tamen Subgenuali: & hæc mysteria continent, prout à nobis videri potuerunt. Pontifex autem cum Subgenuali & reliquis: super omnes gratiam habet. Speciatim vero Pontifex Pontificalem ostentat potestatem, & sacrum Pallium circumfert: quod ex lana confectum, ante & retro humeros conuestit. Hoc sine dubitatione carnem à Verbo ex Virgine propter nos susceptam, humanæque naturæ assumptionem declarat. Ideo enim ex lana quoque texitur, quoniam erraticam manifestat ouem, quam in humeris detulit Saluator, naturam videlicet nostram: & quoniam ipse quoque agnus pro nobis occisus vocatus est. Ipsa etiam verba quæ humeris eo circumuoluens dicit, mentem hanc confirmant. Ait enim, *Sublata in humeros Christe natura, quæ errauerat: assumptus Deo & patre illam obtulisti.* Et hæc quidem de sacris vestibus.

Aperto capite Episcopi & Sacerdotes Orientis omnes, excepto Alexandrino Patriarcha, sacris funguntur: non ob humilitatem aliquam, sed ob causam altiorem & longe diuiniorem: videlicet quam diuinus Paulus ponit ac docet, Christum caput nominans, nos autem membra ipsius, & oportere nos Christum caput nostrum honorantes, caput inter orandum nudatum habere. Nec ob hoc tantum, sed quia etiam nudo capite,

χερσὶ δεσμὰ τοῦ σωτῆρος, οἷς περιεπεδήθη, ὡς ἠπείγετο πρὸς Πιλᾶτον, φασί τινες τὰ ἐπιμάνικα ἐκτυποῦν. τὸ δὲ ἱερὸν φαινώλιον τὴν ὑψηλοτέραν καὶ ἄνωθεν χορηγουμένην τοῦ πνεύματος ἐμφαίνει δύναμιν. ἐξαιρέτως δὲ ὃν ἐνεδύσατο ἐμπαιζόμενος ὁ σωτὴρ ἐξεικονίζει σάκκον· διὸ καὶ σάκκου τύπον ἔχει, οὐδὲ γὰρ ἔχει τοῦτο ἃ καλοῦσι μανίκια. ἀριδηλότερον δὲ τοῦτο παρίστησι, καὶ ὃ ἐνδύονται οἱ ἔκκριτοι τῶν ἀρχιερέων σάκκος, καὶ τοῦτο καλούμενον. ἀλλὰ καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἀρχιερέων τὸ φαινώλιον πλῆρες σταυρῶν ἐνδυόμενοι, ὃ δὴ καὶ πολυσταύριον ὁ λόγος καλεῖν οἶδε, τοῦτο σαφῶς παριστῶσιν, ὅτι τοῦ πάθους ἐστὶ τοῦ σωτῆρος δηλωτικόν· κἀκεῖνον μιμεῖσθαι τὸν διὰ παθῶν καὶ σταυροῦ τὴν ἀληθῆ δικαιοσύνην τετελεκότα, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ τυραννοῦντος ἀληθινὴν ἐλευθερίαν παρεσχηκότα. διὸ καὶ ἐνδυόμενός φησιν· οἱ ἱερεῖς σου κύριε ἐνδύσονται δικαιοσύνην, καὶ οἱ ὅσιοί σου ἀγαλλιάσει ἀγαλλιάσονται. ὄντως γὰρ ἡ διὰ τοῦ σταυροῦ δικαιοσύνη τὴν ἀγαλλίασιν ἡμῖν ἐχορήγησε. καὶ ταῦτα μὲν ἃ ἐνδύεται διάκονός τε καὶ ἱερεὺς τοῦ ἐπιγονατίου μόνου χωρίς, καὶ τοιαῦτα τυποῦσιν, ὡς ἡμεῖς ἰδεῖν ἠδυνήθημεν. ὁ ἱεράρχης δὲ σὺν ἐπιγονατίῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς, ἐπὶ πάντων ἔχει χάριν· ἐξαιρέτως δὲ, ὁ ἀρχιερεὺς, καὶ τὴν ἀρχιερατικὴν δύναμιν. καὶ τὸ ἱερὸν περιτίθεται ὠμοφόριον, ὃ δὴ ἐξ ἐρίου, ὃν κύκλῳ περὶ τοὺς ὤμους ἔμπροσθέν τε καὶ ὄπισθεν περιβάλλεται. τοῦτο δὲ αὐτὴν εἰκονίζον ἐστὶν ἐναργῶς τὴν ἐκ παρθένου δι' ἡμᾶς σάρκωσιν, καὶ ἐνανθρώπησιν τοῦ λόγου· διὰ τοῦτο καὶ ἐξ ἐρίου ὅτι τὸ πλανηθὲν τυποῖ πρόβατον, ὅπερ ἐπὶ τῶν ὤμων ἔλαβεν ὁ σωτήρ, τοῦτ' ἔστι τὴν ἡμετέραν φύσιν καὶ ὅτι καὶ αὐτὸς ἀμνὸς ἐκλήθη, σφαγιασθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν. καὶ αὐτὰ δὲ ἅπερ φησὶ ῥήματα ἐπ' ὤμων ἑλίττων τὴν ἔννοιαν βεβαιοῖ. φάσκει γὰρ, ἐπὶ τῶν ὤμων Χριστὲ τὴν πλανηθεῖσαν ἄρας φύσιν, ἀναληφθεὶς τῷ θεῷ, καὶ πατρὶ προσήγαγες· καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς ἱερᾶς στολῆς.

Ἀπερικαλύπτῳ δὲ τῇ κεφαλῇ οἱ τῆς ἀνατολῆς πάντες ἱεράρχαι, καὶ ἱερεῖς πλὴν τοῦ Ἀλεξανδρείας τελοῦσιν· οὐ κατ' ἐλάττωσίν τινα, ἀλλὰ κατὰ λόγον ὑψηλότερον, μᾶλλον δὴ καὶ θειότερον, ὃν ὁ θεηγόρος Παῦλος ὑποτίθησι, καὶ διδάσκει. κεφαλὴν μὲν ἡμῶν τὸν Χριστὸν ὀνομάζων, μέλη δὲ ἡμᾶς αὐτοῦ· καὶ ὅτι δεῖ τιμῶντας ἡμῶν τὴν κεφαλὴν τὸν Χριστὸν, ἀπερικαλύπτους ἔχειν τὰς κεφαλὰς ἐν τῷ προσεύχεσθαι· καὶ οὐ διὰ τοῦτο μόνον, ἀλλ' ὅτι γυμνῇ τῇ κε-

φαλῇ τὴν χειροτονίαν ὁ χειροτονούμενος δέχεται. καὶ οὕτως ὀφείλει προσεύχεσθαι ὡς ἐχειροτονήθη, καὶ ἱερουργεῖν. ὁ δὲ ἱεράρχης μάλιστα χειροτονούμενος ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχει τὰ θεοπαράδοτα λόγια· ἤτοι τὸ ἱερὸν εὐαγγέλιον. ἀλλ' ὅμως ἐρεῖ τις. καὶ λοιπὸν ἐπὶ κεφαλῆς ἔχων ὁ Ἀλεξανδρείας ἱερὸν ἐπικαλούμενον, καὶ ἄλλοι δὲ πλεῖστοι κατὰ παράδοσιν ἀρχαίαν, οὐκ εὐαγῶς ποιοῦσιν; οὐ τοῦτό φημι. κἀκεῖνο μὲν γάρ, ἀρχαία πρὸς τοὺς ἐνεργοῦντας παράδοσις, ἀλλὰ νομικωτέρα μᾶλλον. ἔφερε γὰρ ὁ νομικὸς ἀρχιερεὺς ἐπὶ κεφαλῆς κίδαριν· ἣν δὴ καὶ μίτραν ὠνόμαζον. καθὰ δὴ καὶ, οἱ περικείμενοι ἱεράρχαι τοῦτο καλεῖν εἰώθασιν. ἴσως ἐξομοιοῦν ἔχουσιν αὐτό, καὶ τῷ τοῦ δεσπότου ἀκανθίνῳ στεφάνῳ, ἢ καὶ τῷ σουδαρίῳ, τῷ ἐπὶ τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς, ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ παρ' ἀποτίθενται τοῦτο, καὶ οὗτοι εἰς ἀναγκαῖον ἱερουργίας καιρόν, μαρτυροῦσιν ὡς ἀναγκαιοτέρα ἡ τοῦ μακαρίου Παύλου παράδοσις.

Ὁ μὲν οὖν ἱεράρχης ἐν τῷ μέλλειν ἱερουργεῖν, κατελθὼν τοῦ θρόνου ἐν ᾧ παρίσταται, τὴν πρὸς ἡμᾶς τοῦ θεοῦ δηλοῖ συγκατάβασιν· ἐνδυόμενος δὲ καὶ τὴν ἱερὰν στολήν, τὴν παναγίαν αὐτοῦ σημαίνει σάρκωσιν· κατερχόμενος δὲ μέχρι τῶν τοῦ ναοῦ πυλῶν, τὴν ἐπὶ γῆς αὐτοῦ δηλοῖ παρουσίαν τε καὶ φανέρωσιν, καὶ τὴν μέχρι θανάτου, καὶ ᾅδου κάθοδον. τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ πρὸς δυσμὰς ἀπιέναι, καὶ μέχρι τῶν πυλῶν κατελθεῖν.

Τῆς ἱερᾶς δὲ ἀρξαμένης λειτουργίας, τοῦ ἀρχιερέως τὸ καιρὸν δεδωκότος, οὐ γὰρ δυνατὸν χωρὶς αὐτοῦ τὸ τυχὸν διενεργεῖσθαι· οἱ μὲν ἱερεῖς ἔνδον λέγουσι τὰς εὐχάς· οἱ δὲ ψάλται τὰ ἀντίφωνα ψάλλουσι, καὶ ταῦτα τριστῶς διαιροῦσι. ψαλμικὰ μὲν προλέγοντες, συνάπτοντες δὲ καὶ ἐκ τῆς χάριτος ὕμνοις. καὶ διὰ μὲν ψαλμικῶν προκηρυχθεῖσαν καὶ τοῖς πάλαι οἷς καταγγέλλουσι τοῦ θεοῦ λόγου σάρκωσιν· διὰ δὲ τῶν ἐφυμνίων αὐτὴν παριστῶσι τὴν χάριν τετελεσμένην, καὶ τὸν τοῦ θεοῦ υἱὸν σαρκωθέντα τε, καὶ πάντα ὑπὲρ ἡμῶν ἐνεργήσαντα. διὸ καὶ πρῶτον μὲν τὴν τοῦτον παρθενικῶς τεκοῦσαν τιμῶντες, τὴν ὑπὲρ ἡμῶν αἰτοῦμεν μεσιτείαν. ταῖς πρεσβείαις, λέγοντες, τῆς θεοτόκου σῶτερ σῶσον ἡμᾶς. ἔπειτα δὲ τῶν ἁγίων μεμνημένοι οἱ τῷ μυστηρίῳ ἐπαγωνισάμενοι ἱερῶς τετελείωνται, καὶ τὰς αὐτῶν ἐπικαλούμεθα δεήσεις. ὕστερον δὲ τὸν τῆς σωτηρίας ἡμῶν ἀρχηγόν, καὶ τελειωτὴν Χριστὸν ἀνυμνοῦντες μεγαλοφώνως τό, σῶσον ἡμᾶς υἱὲ θεοῦ, ἀναμέλπομεν.

qui ordinatur, ordines suscipit. Atque ita quemadmodum ordinatur, ita & precari, & sacris operari debet. Et Pontifex potissimum, quoniam & dum consecratur, à Deo tradita eloquia, siue sacrum Euangelium supra caput habet. Dicet tamen aliquis: Patriarcha ergo Alexandrinus gerens in capite quod vocatur Sacrum, & alii quam plurimi ex veteri traditione, operto capite sacris operantes, non rite ac sanctè faciunt. Istud non dico. Id si quidem etiam apud eos qui vsurpant, antiqua traditio est: verum quæ à nobis velut legalis recensetur; quando & legis Sacerdos Cidarim, quam & Mitram vocabant in capite gerebat. Quo eodem nomine Pontifices eas gestantes, appellare consueuerunt. Forsan & adæquare eam se dicent & Domini spineæ coronæ, aut sudario quod fuit super caput eius. Verumtamen cum & hi, eam ipsam congruenti sacrificii tempore deponant; Beati Pauli traditionem potius seruandam hoc ipso testificantur.

Pontifex igitur, sacra facturus, de throno in quo apparet descendens, Dei Verbi ad nos condescensionem figurat. Indutus autem sacram stolam, sacratissimam eius incarnationem: & ad portas etiam templi vsque gradiens, eiusdem in terris præsentiam, & manifestationem & ad mortem vsque & inferum descensum animi oculis ingerit. Hoc enim sibi vult, quod occasum versus, & ad portas vsque deorsum procedit.

Sacra vero missa inchoata, cum Pontifex signum dederit: non enim potest quis sine eius nutu quidquam moliri: Sacerdotes quidem intus orationes aggrediuntur, & Cantores Antiphona modulantur, trifariámque illa distribuunt, & ea quæ ex psalmis desumpta sunt, præcinunt: tum vero adiungunt hymnos, qui gratiæ suauitatem sapiunt. Et psalmicis quidem illis prænunciatam antiquis, quibus re vera prædicebatur, Dei Verbi incarnationem significant. Per versus vero resumptionem, ipsam gratiam vt consummatam & incarnatum Dei Filium cuncta pro nobis operantem repræsentant. Propereaque primo eam quæ illum incorrupta virginitate peperit venerati, illius pro nobis intercessionem imploramus, dicentes. *Precibus Deiparæ, serua nos Saluator.* Sanctorum deinde memoriam agentes, qui pro mysterio decertantes fidei, sanctissime consummati sunt, eorum nobis conciliamus supplicationes. Salutis tandem nostræ authorem & consummatorem Christum collaudantes: clara voce, *Salua nos Fili Dei*, modulamur.

Poſtquam vero foris ſacras perfecerit preces Pontifex, Diaconi aſſiſtunt; qui non modo Apoſtolorum verum etiam Angelorum, quos Chriſtus in myſteriis ſuis miniſtros habuit, locum tenent. Sacerdotibus vero etiam & ipſis infrà tribunalis ſepta orationes terminantibus & foras egreſſis, ſanctorum Angelorum in Chriſti aſcenſione deſcenſus manifeſtatur. Ac dum præferuntur faces, & Diaconi bini, iterumque bini præcedunt, ſacrumque Euangelium deſcendit manibus delatum, Pontifex ipſe hinc inde à Diaconis ſtipatus & ſuſtentatus, deducitur: mox autem à tergo Sacerdotes reliqui ſequuntur, & illud, *venite Chriſtum adoremus:* clariſſima voce cantant, & Pontifici fauſtæ acclamationes fiunt: paulo ante Diacono, poſt ingreſſus orationem, Euangelium geſtante, & *Sapientia Recti*, exclamante: reſurrectio Domini & Aſcenſio adumbratur, Diaconus etenim ſic voce clariſona Chriſti reſurrectionem prædicat; Chorus autem Sacerdotum & Diaconorum, vt iam diximus, Apoſtolos Domino præſentes, eumque intuentes, ſanctiſſimoſque Angelos. Pontifex vero ipſum Dominum rediuiuum diſcipulis apparentem, & in cælum eleuatum quadam figura reddit. Quocirca totum templi tractum extra tribunal, terram; tribunal vero ipſum, cælum referre docuimus. Vnde & vt Dauid vaticinatur, cum aſcenderet Dominus in cælum, illum deducebant Angeli, & illud, *Tollite portas*, elata voce ad ſuperiores clamabant, & regem gloriæ & Dominum appellabant, eumque potentem confitebantur. Eccleſia ſimiliter facit, dum ſolemni pompa Pontifici in ſacrarium ingredienti fauſtum acclamat: & id portæ ſacrarii antequam veniat, clauſæ, rurſumque ad eius introitum apertæ, ſignificant.

Cum vero ingreſſus circa ſacram menſam thus adolet, ea cærimonia Spiritus ſancti præſentiam monſtrat, qui poſt Chriſti aſcenſum ad nos venit. Verum & bicipiti quodam cereo ſignans Euangelium Pontifex, illuminationem à Ieſu duplici natura conſtante in cœlo & in terra factam per aſſumptam ab eo humanitatem docet: Dei enim verbi incarnatio non tantum homines, verum etiam Angelos illuſtrauit: & quod incarnatus pſe ſit Dei filius, manifeſtauit.

Hymnus, Ter Sanctus, qui mox ſe-

Τὰς ἱερὰς δὲ τετελεκότος τοῦ ἱεράρχου ἔξωθεν εὐχάς, οἱ διάκονοι συμπαρείσαντες, οὐ τοὺς ἀποστόλους μόνον τυποῦντες· ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀγγέλους, οὓς τοῖς αὐτοῦ μυστηρίοις καθυπουργήσοντας. τῶν ἱερέων δὲ τοῦ βήματος ἔνδοθεν τετελεκότων καὶ αὐτῶν τὰς εὐχάς, καὶ ἐξεληλυθότων, ἡ τῶν θείων ἀγγέλων δηλοῦται κατάβασις, ἐπὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ ἀναλήψει. καὶ λαμπάδων μὲν προπορευομένων, καὶ διακόνων δὲ κατὰ συζυγίαν προηγουμένων τοῦ ἱεροῦ τε εὐαγγελίου καταφερομένου, καὶ τοῦ ἀρχιερέως δὲ αὐτοῦ παρὰ διακόνων ἑκατέρωθεν παρακρατουμένου, τῶν λοιπῶν δὲ ἱερέων ὄπισθεν ἑπομένων· καὶ τὸ, δεῦτε προσκυνήσωμεν, Χριστῷ λαμπρῶς ᾀδομένου, καὶ τοῦ ἀρχιερέως εὐφημουμένου μικρὸν πρότερον τοῦ διακόνου μετὰ τὴν εὐχὴν τῆς εἰσόδου τὸ εὐαγγέλιον κατέχοντος, ἐκφωνοῦντος, τὸ, Σοφία ὀρθοί, ἡ ἀνάστασις καὶ ἀνάληψις σημαίνεται τοῦ σωτῆρος. ὁ μὲν γὰρ διάκονος ἐκφωνήσας τὴν τοῦ Χριστοῦ κηρύττει ἀνάστασιν, ὁ δὲ χορὸς τῶν ἱερέων καὶ διακόνων, ὡς προειρήκαμεν, τοὺς ἀποστόλους συνόντας τῷ κυρίῳ καὶ τοῦτον ὁρῶντας, καὶ τοὺς ἱερωτάτους ἀγγέλους. ὁ δέ γε ἀρχιερεὺς αὐτὸν ἀναστάντα τυποῖ τὸν κύριον τοῖς μαθηταῖς τε ἐμφανισθέντα, καὶ ἀναλαμβανόμενον ἀπὸ γῆς εἰς τὸν οὐρανόν. διὰ καὶ τῆς γῆς τύπον εἴπομεν ἔχειν τὸν καθόλου ἔξω ναόν, οὐρανὸν δὲ τὸ ἱερώτατον βῆμα. ὅθεν καὶ ὡς ὁ Δαβὶδ προεφήτευσε, καίπερ ἐν τῷ ἀναλαμβάνεσθαι προέπεμπον τὸν κύριον ἄγγελοι· καὶ τὸ, ἄρατε πύλας, ἐβόων τοῖς ὑπερκοσμίοις, καὶ βασιλέα τῆς δόξης ὠνόμαζον καὶ κύριον, καὶ κραταιὸν αὐτὸν ὡμολόγουν. οὕτω δὴ καὶ ἡ ἐκκλησία ποιεῖ μετὰ προπομπῆς εὐφημοῦσα εἰσιόντα ἐν τῷ ἱερατείῳ τὸν ἱεράρχην· καὶ ἱεραί τε πύλαι τοῦ βήματος κλειόμεναι πρὸ τοῦ εἰσελθεῖν, καὶ ἀνοιγόμεναι πάλιν ἐν τῷ εἰσέρχεσθαι τοῦτο δηλοῦσιν.

Εἰσελθόντος δὲ καὶ κύκλῳ τὴν ἱερὰν θυμιάσαντος τράπεζαν, τοῦ πνεύματος τυποῦται διὰ τούτου ἡ παρουσία· ὅπερ ἦλθε πρὸς ἡμᾶς ἐκ τῶν οὐρανῶν, πρὸς τοὺς οὐρανοὺς τοῦ Χριστοῦ ἀνεληλυθότος. ἀλλὰ καὶ δικηρίῳ τινὶ σφραγίζων ὁ ἱεράρχης τὸ εὐαγγέλιον, τὴν διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως δηλοῖ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς φωταγωγίαν τοῦ διφυοῦς Ἰησοῦ. τῇ γὰρ αὐτοῦ σαρκώσει τοῦ θεοῦ λόγου οὐ μόνον ἀνθρώπους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀγγέλους κατηύγασε. καὶ ὅτι σαρκωθεὶς αὐτὸς ἐστὶν ὁ τοῦ θεοῦ υἱός.

Ὁ δὲ τρισάγιος ὕμνος εὐθὺς λεγόμενος,

τὸ τῆς τριάδος μυστήριον δείκνυσιν· ὅπερ ἡ σάρκωσις τοῦ ἑνὸς τῆς τριάδος ἐκήρυξε τοῖς ἀνθρώποις. ἀλλὰ δὴ καὶ τὴν συμφωνίαν καὶ ἕνωσιν ἀγγέλων τε καὶ ἀνθρώπων. διὸ καὶ ἔνδοθεν ᾄδεται παρὰ τῶν ἱερέων, καὶ ἔξωθεν παρὰ τῶν κληρικῶν τε, καὶ λαϊκῶν ᾄδεται· μία γὰρ ἐκκλησία ἀγγέλων τε καὶ ἀνθρώπων διὰ τοῦ Χριστοῦ γέγονε. κηρύττων δέ γε τοῦτο ὁ ἀρχιερεὺς, τρικηρίῳ πάλιν τὸ εὐαγγέλιον σφραγίζει τῆς τριάδος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ παραδηλῶν τὸ κήρυγμα, καὶ δι' αὐτῆς εὐχόμενος κρατύνεσθαι τοῦτο. ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ θείῳ ἀνελθὼν συνθρόνῳ, ὃ δὴ τὴν ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς καθέδραν τοῦ Χριστοῦ συμμαρτυρεῖ, κἀκεῖθεν τῷ τρικηρίῳ σφραγίζων, διὰ τῆς τριάδος ἁγιασμὸν ἡμῖν ἐπιβεβαιοῖ. καὶ ὅτι ὁ Χριστὸς τοῖς οὐρανοῖς ἀνεληλυθὼς τὴν λάμψιν τῆς τριάδος, ἣν τὸ φῶς σημαίνει, καὶ τὴν εὐλογίαν ἡμῖν ἐβράβευσε. καθίσας δὲ τῷ συνθρόνῳ τὸν Χριστὸν ἐκμιμούμενος συγκαθέδρους ἔχει καὶ τοὺς συνεπισκόπους καὶ ἱερεῖς, μιμουμένους τοὺς ἀποστόλους, Εἰρήνην ἅπασι λέγει· καὶ τοῦτο δηλοῖ τὴν ἕνωσιν. Χριστὸς γάρ ἐστιν ὁ λύσας τὴν ἔχθραν σαρκὶ αὐτοῦ καὶ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν, τὰ ἐν οὐρανῷ, φησὶ Παῦλος, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς. εἶτα τῶν ἀποστολικῶν ἡ ἀνάγνωσις λόγων, ὃ δηλοῖ τὴν τῶν ἀποστόλων εἰς τὰ ἔθνη ἀποστολήν· κάθηνται δὲ οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ ἱερεῖς ἀναγινωσκομένων τούτων, πλὴν διακόνων· ὅτι καὶ τὴν ἀποστολικὴν χάριν οὗτοι ἔχουσι. πρὸ τοῦ εὐαγγελίου δὲ, τὸ, Ἀλληλούϊα ὕμνος, ὃ δὴ αἶνον θεοῦ, καὶ ἐπιδημίαν δηλοῖ θείας χάριτος, ἥ τίς ἐστιν ἡ τοῦ εὐαγγελίου ἀνάγνωσις. αὕτη δὲ ἡ ἀνάγνωσις τὸ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ τοῦ εὐαγγελίου κήρυγμα φαίνει, μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ κυρίου, ὑπὸ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ γεγονός. διὸ καὶ πρῶτον μὲν ὁ ἀπόστολος, ἔπειτα τὸ εὐαγγέλιον κηρύττεται· ὅτι πρῶτον μὲν ἐνισχυθέντες ἐξαπεστάλησαν οἱ μαθηταὶ, εἶτα τὴν οἰκουμένην περιδραμόντες τὸ εὐαγγέλιον ἐκήρυξαν. πρὸ δὲ τοῦ εὐαγγελίου θυμίαμα, διὰ τὴν δεδομένην ἀπὸ τοῦ εὐαγγελίου χάριν τοῦ πνεύματος ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ.

Ἀναγινωσκομένου δὲ τοῦ εὐαγγελίου, ἀποτίθεται ὁ ἀρχιερεὺς τὸ ὠμοφόριον, τὴν ἑαυτοῦ δουλείαν ἐπιδεικνὺς τῷ κυρίῳ· ἐπεὶ γὰρ ἐκεῖνος διὰ τοῦ εὐαγγελίου ὁρᾶται φθεγγόμενος, καὶ ὡς παρών ἐστι, τότε τὴν εἰκόνα τῆς σαρκώσεως, τὸ ὠμοφόριον λέγω, οὐ τολμᾷ ἐνδεδύσθαι· ἀλλ' ἐξελὼν αὐτὸ τῶν ὤμων δίδωσιν αὐτὸ διακόνῳ, ὃς καὶ κατέχει τοῦτο διπλώσας τῇ δεξιᾷ, τοῦ

quitur mysterium Trinitatis ostendit, quod incarnatio vnius de Trinitate hominibus promulgauit. Præterea hominum & Angelorum conspirationem atque consensum. Idcirco & intus à Sacerdotibus, & foris à Clericis & Laicis cantatur; quandoquidem per Christum ex Angelis & hominibus Ecclesia vna euasit. Quod & ipsum Pontifex declarat, dum rursus tricipiti cereo Euangelium signat, & in eodem Trinitatis prædicationem contineri indicat, & ab ea hoc confirmari & stabiliri precatur. Sed & ad consessum superius contendens (qui Christi ad dextram Patris sessionem notat) & ibi tricipiti cereo signans, sanctificationem per Trinitatem, in nobis productam, & Christum vbi in cœlos migrauit, splendorem Trinitatis, (cuius typus est lumen) & benedictionem nobis tribuisse, confirmat. In sacro vero consessu accubans, Christum imitatur, consessoresque habet Coepiscopos & Sacerdotes, Apostolorum figuram, & similitudinem gerentes, & pacem omnibus precatur, quod vnionis concordiæque symbolum est. Christus enim est *qui soluit inimicitias in carne sua, & fecit vtraque vnum, quæ in cælo & quæ in terris sunt*, inquit Paulus. Deinde ad Apostolorum missionem ad gentes, in memoriam nobis redigendam, Apostolica scripta recitantur: sedentque interim Pontifices & Sacerdotes dum leguntur illa, non tamen Diaconi: quia & Apostolicam gratiam vt & illi Euangelium publicent, adepti sunt. Ante Euangelium autem, *Alleluia*, hymnus decantatur, laudem Dei, diuinæque gratiæ aduentum, quæ Euangelii lectio est, nobis insinuat. Ipsa porro eius recitatio, Euangelium post ascensionem Domini per vniuersum mundum à discipulis annunciatum monet. Quocirca & prius Apostoli Epistola: & deinde, Euangelium legitur. Quia primum quidem corroborati sunt discipuli, postmodum orbem longe lateque peruadentes Euangelium disseminarunt. Ante Euangelium thymiama datur, propter datam ab eo Spiritus gratiam toti mundo.

Dum Euangelium legitur, Pontifex Pallium deponit, seruitutem ac subiectionem suam erga Dominum demonstrans. Quoniam enim ille per Euangelium loqui cognoscitur, & tanquam præsens est, ipse tunc symbolum incarnationis eius gestare non audet, sed ab humeris sublatum Diacono tradit, qui illud dextra complicatum tenet, ipsi

Pontifici astans, & sacra dona præcedens. Item tricipitem cereum manu Pontifex idem defert, per quod intelligimus Iesum conspectum iri in futuri sæculi contemplatione, qui pro nobis incarnatus & vulneratus est; & cum vnus de Trinitate sit, nos diuinitatis suæ splendoribus illuminat. Descendens tandem de Cathedra Pontifex, & pro Imperatoribus Deum clare rogans, ac post Euangelium tricipiti cereo populum signans, per Euangelium pium imperium, & Sacerdotium constitutum ostendit, atque vt ita per gratiam Trinitatis permaneant, precatur.

Vbi ad aram prodiit precationum opus incipit, seque mysterii ministrum demonstrat. Et Catechumeni illico dimittuntur, solique fideles manere iubentur: quoniam tempus hoc, consummationis tempus repræsentat; Ait enim. *Postquam prædicatum fuerit Euangelium in toto mundo, tunc veniet consummatio. Cum in fine miserit Angelos suos*, inquit, *& separauerit malos de medio iustorum.* Hoc & Ecclesia agit, dum clamans Catechumenos exire, fideles tantum remanere præcipit. Vnde etiam perspicere licet, quantum fideles sibi cauere debeant, ne communicent cũ iis, quibuscum nulla potest esse communio: ac præsertim Sacerdotes. Si enim nefas est communicari in precibus, quanto magis in sacrificio? Qui etiam palam peccantium fidelium oblationes, vtcumque eas præsentari contigerit, propter sacrificium non debent temere admittere: sed pœnitentiam prius requirere. Ex oblata enim particula fit communio, & sacrificio indignos eo participare nefas. Cum diuina dona proponenda sunt, prius in conspectu omnium manus lauat Pontifex: indicans hac cærimonia, se liturgiam purum & nulli reprehensioni affinem aggredi, & quod absque omni penitus sorde, mundis rebus accedere oportet; & quantum in hominis potestate est, purissimis mysteriis subministrare.

Post hæc veneranda dona cum comitatu & pompa splendida circumferuntur, Lectoribus, Diaconis, Sacerdotibus, cum cereis & sacris vasis præeuntibus ac sequentibus: illudque vltimum Christi aduentum in quo cum gloria accessurus est, manifestat. Ideo & Pallium cruce insignitum præcedit; quod signum Iesu, & ipsum Iesum de cœlo ostensum iri homi-

ἀρχιερέως μὲν πλησίον ἱστάμενος· καὶ τῶν ἱερῶν δὲ δώρων προπορευόμενος. ὃς δὴ καὶ τὸ τρικήριον τῇ χειρὶ κατέχει· σημαίνει δὲ τοῦτο ὅτι ἐν τῷ μέλλοντι θεωρία πᾶσιν ἔσται ὁ Ἰησοῦς σαρκωθεὶς καὶ πετρωμένος ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ εἷς ὢν τῆς τριάδος καταλάμπων ἡμᾶς ταῖς αὐγαῖς τῆς θεότητος. κατερχόμενος δὲ ὁ ἱερεὺς τῆς καθέδρας, καὶ ἐν τῷ ὑπὲρ τῶν βασιλέων εὔχεσθαι, σφραγίζων μετὰ τὸ εὐαγγέλιον τῷ τρικηρίῳ τὸν λαόν, τὸ συστῆναι τὴν εὐσεβῆ βασιλείαν καὶ τὴν ἱερωσύνην διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἐνδείκνυσιν, καὶ ταύτας εὔχεται μένειν διὰ τῆς χάριτος τῆς τριάδος.

2. Αναγνώστου.) Lectoris hic solitarie lecta promotio, quam videlicet Ostiarii vel Exorcistæ non præcedit, aut Acolyti non sequitur inauguratio, anxiam confestim mentem reddit, vtrum ad memoratos Ordines, Ecclesia Græca sibi subiectos quondam admiserit, & quid causæ fuit, vt deinceps illos conferre omiserit? Mihi quidem omnino indubium est Ostiarios, Exorcistas, & Acolytos suis ministris illam aggregasse: vt enim tacite eos videtur Dionysius insinuare de Eccl. Hierar. cap. 3. scribens, τῶν λειτουργῶν οἱ μὲν ἐστῶσι παρὰ τὰς τοῦ ἱεροῦ πύλας συγκεκλεισμένας· οἱ δὲ ἄλλο τι τῆς οἰκείας τάξεως ἐνεργοῦσι. *Ministrorum* (inferiorum) *hi quidem ad ianuas templi clausas consistunt, alii vero aliud quid proprii muneris exequuntur*: ita aperte quoque Ostiarios & Exorcistas profitetur epistola ad suos Antiochenos scripta Ignatius. ἀσπάζομαι ἀναγνώστας, ψάλτας, πυλωρούς, τοὺς κοπιῶντας, ἐπορκιστάς, ὁμολογητάς: *Saluto Lectores, Cantores, Ostiarios, Laborantes, Exorcistas, Confessores*: eosdem etiam recenset Epiphanius post Hæresim 80. & Concilium Laodicænum Can. 24. Exorcistarum speciatim meminit Concilium Antiochenum Can. 10 & iterum Laodicænum Can. 26. vbi statuit: μὴ δεῖν ἐπορκίζειν τοὺς μὴ προαχθέντας ὑπὸ ἐπισκόπων, *non debere exorcizandi onus assumere ab Episcopis non prouectos.* Iustinianus in nouellis, Photius in Nomocanone, Blastares in Syntagmate, &c. Addo Græcorum recentiores sub Deputati & Ceroferarii nomine Acolytos videri agnoscere: de iis enim Ioannes Episcopus Citri Iuris Orientalis lib. 3. scribit. οἱ δεπουτάτοι μανδυοφοροῦντες μετὰ λαμπάδων προπορεύονται. *Deputati Cappas quasi Pluuialia breuiora ferentes præcedunt cum cereis.* Symeon Thessalonicensis de iisdem perspicuis verbis. εἰσὶ δὲ ἄλλαι, inquit, ὀφφικίων διακονίαι καὶ ἡ τοῦ δεποτάτου καὶ τοῦ κηροφόρου εἰπεῖν πρὸ τῆς ἀναγνωστῶν γινομένη· ἥ τις οὐκ οἶδ᾽ ὅπως οὐκ ἐνεργεῖται ἐν δὲ τῇ τῶν Θεσσαλονικέων ἐκκλησίᾳ, καὶ πρὸ ὀλίγου αὕτη ἦν, καὶ ἐν τοῖς ἀρχαίοις ὑποτυπώσεσι. *Sunt & alia Deputati, & Ceroferarii officia, quæ ante Ordinationem Lectoris celebratur: quæ sane nescio cur non exercetur. In Ecclesia vero Thessalonicensium; paulo ante in vsu erat, & in antiquis ritualium exemplaribus scripta reperiebatur*: adestque etiamnum ex vetusto Cryptoferratensi Bessarionis codice.

Εὐχὴ ἐπὶ χειροτονίᾳ Δεποτάτου καὶ κηροφόρου.

ΟΓ πᾶσαν κτίσιν τῇ αἴγλῃ λαμπρύνας τῶν θαυμασίων σου κύριε, ὁ πρὶν γενέσεως ἑκάστου προθέσεις ἀναμετρῶν, καὶ τοὺς ἐξυπηρετεῖσθαί σοι βουλομένους ἐνισχύων. αὐτὸς καὶ τὸν δοῦλόν σου τόνδε προτρέχειν λαμπαδηφόρον τῶν ἁγίων σου μυστηρίων αἱρετισάμενον, κατακόσμησον ταῖς ἀμολύντοις σου καὶ ἀχράντοις στολαῖς· ἵνα λελαμ-

Oratio in Deputati, & Ceroferarii ordinatione.

DOmine, qui creaturam omnem miraculorum tuorum splendore illustras, quique mentis propositum & vniuscuiusque intentionem antequam fiat, metiris, & eos qui tibi obsequium præstare volunt corroboras. Tu etiam hunc famulum tuum, qui cereum gerens sanctis mysteriis tuis elegit præire, tuis impollutis & incontaminatis vesti-

bus exornauit, vt in futuro sæculo splẽdidus tibi occurrens, immortalem recipiat coronam vitæ, cum electis tuis congaudens in æterna beatitudine. Quoniam sanctificatum est nomen tuum, glorificatum est regnum tuum Patris, & Filii, & Spiritus sancti: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

περιυμμένος, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι ἀπαντήσας αἰῶνι, δέξηται τὸν τῆς ζωῆς ἀκήρατον στέφανον, σὺν τοῖς ἐκλεκτοῖς σου εὐφραινόμενος ἐν ἀϊδίῳ μακαριότητι. ὅτι ἡγίασταί σου τὸ ὄνομα, δεδόξασταί σου ἡ βασιλεία τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

ALlatianus autem codex orationi eidẽ præmittit hæc verba προσαγόμενος ὁ τοιοῦτος τῷ ἀρχιερεῖ κλίνει τὴν κεφαλήν· καὶ σφραγίζων ἐκ τρίτου ὁ ἀρχιερεὺς, εὔχεται οὕτως. *Adductus eiusmodi ordinandus ad Pontificem, caput inclinat: & Pontifex ter eum signans sic precatur.* Post orationem subditur. καὶ οὕτως ἐνδιδύσκει αὐτὸν τὴν τετυπωμένην στολήν· καὶ ἐπευξάμενος ἀπολύει. καὶ πολυχρονεῖται ὁ ἀρχιερεύς. *Atque ita præscripta illum veste* (de qua nos infrà) *illum induit: & bene precatus, illum dimittit. Et plures annos Pontifici cuncti apprecantur.* Ex præmissis itaque tum Conciliorum, tum sanctorum patrum, atque etiam neotericorum Græciæ doctorum, nec non & ipsorum ritualium testimoniis, manifeste colligitur Ecclesiam Orientalem, Ostiariorum, Exorcistarum, & Acolytorum gradum pridem admisisse: nec minus quam sancta Romana Ecclesia septenarium sacris adlectorum munerum profiteri, quem præterea Eusebius Eccl. Hist. lib. 6. cap. 35. distinctis & perspicuis vniuscuiusque prolatis appellationibus, enumerat. Verum enimuero quamuis Ostiarios, Exorcistas, & Acolytos, inter Ecclesiæ ministros à Græcis fuisse quondam recensitos, nullus sanæ mentis inficias ierit: vera tamen vel Sacramenti, vel ordinis à Christo instituti, dignitate seu nomine, ab eis fuisse propterea affectos, vix, vt quidem reor, quisquam tueri poterit. Præterquam quod enim plures integerrimæ doctrinæ authores, præfatos Ostiarii, Exorcistæ, Acolyti, nec non etiam Lectoris gradus è Sacramentorum albo expungunt, quorum institutio à iure tantum Ecclesiastico profluxisse creditur: sane si Patres antiquos Ecclesiæ Grecę ius illud, (cuius forte tunc studiosis admittendi nulla vrgebat necessitas) non acceptasse, aut certe prout est humanæ fragilitatis negligentia, omisisse, vel illi supine tantum attendisse, dixerimus; sufficientem, ni fallor, rationem, quæ prædictorum Ordinum in Ecclesia Græca defectum excuset, protulerimus: at vero negligentia magis noxiam omissioni huiusmodi Græcos causam non dedisse, ipse qui eos arguit, & corrigendos monet, literis ad Episcopum Tusculanum in regno Cypri legatum missis, Innocentius quartus testatur, his verbis. *Ad hæc volumus & expresse præcipimus, quod Episcopi Græci* (eos autem solummodo hoc præcepto deuincit, quos Latinorum ditioni, & suo Legato sciebat esse subiectos) *septem Ordines secundum morem Ecclesiæ Romanæ de cætero conferant, cum hucusque tres de minoribus neglexisse, vel prætermisisse, dicantur.* Sed & à negligentiæ illis imputatæ vitio eosdẽ vindicare se posse existimat Arcudius, dum lib 6. cap. 10. (quod infrà latius exponemus) præfatos Ordines authoritate Pontificia quaqua versum patet Ecclesia, à Christi Vicario Caio sanctissimo, & plebis totius Christianæ summo pastore promulgatos, etiam Grecos quondam acceptasse subindicat: sed dum eorum ministeria aliorum Ordinum actionibus annexuisse demonstrat, certe gradus huiusmodi Ostiarii, Exorcistę, & Acolyti, cum ordinis existimatione, dignitate, vel nomine, illos admisisse nusquam probat. Vt itaque, quæ in hac re mea sit sententia proferam, indubie dicendum arbitror. Ostiarios, Exorcistas, & Acolytos, licet hoc nomine non insignitos, etiam Orientalem Ecclesiam primis maxime temporibus pænes se habuisse, sed eorum munera minori forsan quam par erat attentione circumspecta, inter officia tantum Ecclesiæ, qualia sunt Fossariorum, Primicerii, Sacellarii, &c. recensuisse; vel ex eo quod eorum exercitia, officiorum, vel Ordinum aliorum prouinciis adiunxerint; eos deinceps quasi minus necessarios Ordines censuisse, vel ex negligentia nullatenus sub Ordinis ratione respexisse; quod cum sancta Romana Ecclesia alibi quam in Cypro non reprehenderit, nullo penitus pacto defectuosæ Ordinum administrationis Græci videntur incusandi, etiamsi tribus prædictis gradibus hucusque caruisse dicantur. Vt minus vero necessarios ordines, vel vt officia tantummodo prædictos gradus habuisse, efficacissimis deduci potest coniecturis. Prima, quod Concilii Sardicensis Canon 10 Ordines quibus gradatim ad Episcopatus apicem ascenditur, enumerans, Lectoris, Subdiaconi, Diaconi, & Presbyteri meminit quidẽ, aliorum vero nusquam: vnumquemque vero gradum, ἕκαστον βαθμὸν, recensere se Concilium subindicat, nec tamen Ostiarium, Exorcistam, vel Acolytum includit, quod argumento est, illud, non eos vt Ordines, aut saltem vt non necessarios, profiteri. Secunda fundatur in dicto Damasceni, qui in dialogo contra Manichæos Ordines seriatim commemorans, trium illorum nec de nomine facit mentionem: ἀρχὴ, inquit, καὶ κατὰ τάξιν, ὡς πρῶτον τὸ τοῦ ἀναγνώστου ἀξίωμα, εἶτα ὑποδιάκονος, εἶτα διάκονος, καὶ οὕτως πρεσβύτερος, καὶ οὕτως ἐπίσκοπος. *Principium est etiam secundũ ordinem, veluti primus gradus Lectoris est, deinde Subdiaconi, tum Diaconi, postea Presbyteri, & tandem Episcopi.* Tertia, quod recensitis omnium Ordinum gradibus, & enucleate plurium sanctorum Ordinationibus enumeratis apud Arcudium citatum, nulla Ostiarii, Exorcistæ, vel Acolyti, in illis extat memoria, nullus iis tribuitur locus: vtique quia quasi Ordines non approbarentur per Ecclesiam vniuersam, aut quia à plerisque minus necessarii iudicarentur. Quarta, quod Græcorum tam antiqua quã recentiora Euchologia, satis superque declarant, vt χειροτονίας & legitimos *Ordines*, solas Lectoris Subdiaconi, Diaconi, &c. gradus agnouisse, quorum proinde promouendorum ritum, cærimonias, instituta, & orationes præfixas exhibent: aliorum (excepta Ceroferarii ex vno solo Euchologio superius trans-scripta benedictione,) ne verbo quidem attingunt. Tali vero pacto Euchologia cuncta

deprauata fuisse, vt ex iis cuncta ad Ostiarium, Exorcistam, & Acolytum spectantia officia fuerint abrasa, vel à Græcis malitiose occultata, nec sola quidem mente suspicandum est, cum nihil inde emolumenti, detrimenti plurimum percepturi essent, & ordinem pacemque Ecclesiæ, in leuioris momenti materia grauiter essent perturbaturi. Ostiarios itaque, Exorcistas, & Acolytos, si quondã Græcos admisisse productis superius authoritatibus vel argumentis aliis conuincatur quispiam: vt Ministeria, Officia, Titulos, vel Dignitates eos tenuisse arbitretur; vt veros Ordines nequaquam. Sed neque amplius aliquid authoris cuiuspiam dictum superius relatum expostulat. Dionysius enim varios λειτουργοὺς ministros perturbatim & confuse citat, dilucide nullum: quis autem Ministri appellatione Hypodiaconum, Lectorem, aut cuilibet officio ab ordine alieno præpositum, non queat intelligere? Ignatius præterea, Epiphanius, & Canon 24. vel 26. Concilii Laodicæni, Ostiarios quidem & Exorcistas celebrant: verum non vt Ordines, & χειροτονίᾳ prouectos; sed tantum vt Ecclesiastica dignitate & Officio insignitos, vnde promiscue simul cum Cantoribus, Fossariis, &c. eos recenset: Exorcizare insuper prohibet 26. Canon relatus, alios quam Exorcistæ munere ab Episcopo προαχθέντας prouectos; ita est: sed illi apud Græcos ex antiqua traditione sunt Sacerdotes soli, ex quo solum eruitur, eum qui Sacerdos est, etiam Exorcistæ munere posse fungi. Eusebius autem licet omnium Ecclesiæ graduum percenseat numerum, ex ipsis eiusdem verbis luce clarius patet, eum de solius Romanæ, nedum Latinæ consuetudine vel instituto, memoriam agere. Qua tandem ratione Ostiarii & Acolythi munus, Officium non Ordinem esse Græci teneant, paucis determinat Symeon Thessalonicæ Episcopus, facie quidem tenus huius expositionis aduersarius, & attentius inspectus, eiusdem acutissimus author: εἰσὶν, inquit, ἄλλαι ὀφφικίων χειροθεσίαι ἢ τῶ δεπουτάτου ἢ κηροφόρου. *Sunt alia Officiorum Promotiones, Deputati nimirum aut Ceroferarii.* Vide Officium non Ordinem agnoscere: agnosce insuper χειροθεσίαν, quasi *Commissionem* vel *Promotionem* solam, collatum huiusmodi Officium, nuncupare, non χειροτονίαν qua voce vt plurimum recentiores Græci *Ordinem* intelligunt, rarissime χειροθεσίας, dictione; quam ἀπὸ τῆς χειροτονίας, ex ipso Symeone distinctam esse, declarabimus in sequentibus. Sed nec in Officiorum numerum & seriem, Deputatum referri permittit Ioannes Citrii, Iuris Orient. lib. 3. quem cum Custodibus, alius forsan diceret Ostiariis, & Camisatis assumptum in obsequium & ministerium asserit σκευοφύλακες, καὶ δεπουτάτοι, καὶ καμισάτοι οὐκ εἰσὶν ὀφφίκια, ἀλλὰ διακονίαι περὶ τὸ ἅγιον βῆμα τούτοις ἁρμόζουσι. *Custodes* (vasorum sacrorum quando à Sceuophylace foras promuntur) *& Deputati* (Ceroferarii) *Camisati*, (albis velut Camisiis induti, carbonibus & aquæ prouidendæ præfecti) *non sunt Officia, sed Ministeria circa sacrum Tribunal illis conuenientia & imposita.* Contendenti autem pro septenario apud antiquos Græcos numero, atque olim suos Ostiarios, Exorcistas, & Acolytos sacro ritu inauguratos, ex præscripto Ecclesiæ habuisse tenacius propugnanti, aliæ in aduersum rationes ex æquo & iusto sunt proferendæ, quæ Ordinum istorum omissionis causas faciant manifestas. Prima est, quam ante octo tantum annos Christophorus Campanas Canonarcha [illegible] in Oriente mihi tunc agenti, & denuo Parisiis interroganti Nathanael Leucados siue S. Mauræ Archiepiscopus assignauit, æqualem nempe esse vtraque in Ecclesia numerum Ordinum; Ostiarios tamen, Exorcistas, & Acolytos, Græcam separatim non instituere, sed vnica Lectoris benedictione, quatuor à nobis minores Ordines vocatos conferre, atque ita vno Lectoris Ordine accepto, Ostiarium, Exorcistam, Lectorem, & Acolytum, eundem euadere: cuius quidem rationis indicium & signum ostẽdebant, quod Lector ordinatus, idem sacris altaris foribus adstat, cereum Euangelio legendo præfert, scripturam quoque sacram legit, atque Energumenis ex Pontificis commissione, quæ nunc tantum Sacerdotibus demandatur, manus posset imponere. Vt minus profundæ literaturæ hominum, risu à quibusdam excepta est responsio hæc, quæ mihi tamen non ex omni parte incongrua apparet, vt quæ eadem Arcudio Græcis in dogmatibus versatissimo prius placuerit, & eam suo assensu lib. 6. cap. 10. pagina 470. his verbis concepto confirmauerit. *Clarum est hos Ordines ante perniciosissimum schisma cessasse, vel quod mihi magis arridet, connexos cum aliis Ordinibus fuisse:* & sequenti pagina dum iuxta Innocentii quarti decretum ab imposito resumendæ trium istorum Ordinum collationis onere Græcos suos liberare molitur, *Si legatus*, inquit, *scripsisset Græcos hos Ordines, & munera illorum cum aliis Ordinibus coniunxisse, fortassis Pontifex non ita rescripsisset: & ideo Pontifex addit verbum* (*dicuntur*) scripserat autem Pontifex: *hucusque*, Græci, *tres de minoribus Ordinibus neglexisse vel prætermisisse, dicuntur.* Lectorem vero solum aliorum Ordinum sibi munia aggressasse ex eo Græci superius laudati arguebant, quod vernacula lingua διακάκις *Diaconuli* nimirum nomen gerat, vt in pluribus iisque humilioribus ministeriis solus occupatus, solusque plurium ministeria soleat obire. Secunda ratio ternarii Ordinum omissi, potuit esse Lectoris suprà illos in Ecclesia necessitas, ambita potestas, & vbique ampliori honore dignitas excepta: sublimius enim, & Ecclesiæ munus est vtilius, si publice diuini eloquii codices euoluas, & circumfuso plebis cõuentu audiente sacra verba enuncies, quam si ad tẽpli fores remouendis à Synaxi alienis, aut consortibus admittendis excubes, aut cereum manu feras, aut cum D. Martino Exorcistę locũ, quia iuxta Seuerum Sulpitium iniuriæ expositus est, occupare contendas: vnde solo Lectoris gradu plurimi cõtenti, à reliquis suscipiendis abstinuerunt, & exinde Præsules Ecclesiæ Græcæ moderatores, eorũ munera Ordinibus aliis adiungere non sunt veriti. Tertia est, quod his inferioribus ministeriis obeundis, non solum Ordines sacros, sed Officia quoque & Dignitatum titulos ab Ecclesia viderunt institutos: præter Ostiarium enim quem communiter Officialium Ecclesiasticorum catalogus, à nobis infrà referendus, θυρωρὸν appellat, alius est apud illos ἐκκλησιάρχης, *Ecclesiæ præpositus*: qui σημαντῆρι, *crotalis* atque campanis, aliquibus in locis, populum ad Synaxim conuocat; cui in ministerio supposita sunt alia duo Officia minora. ὁ διδάσκαλος *Lectoris* (illius nimirum cui patrum homilias, sanctorum vitas, & deuota quæque opera legendi publica facta est potestas, & ἀπὸ τοῦ διδάσκειν, τὸ ἀναγνώσματα nomen habet) & ὁ κανδηλάπτης *accensoris* cereorum & lampadum, cui cereos quoque deferendi demandata est prouincia: sed & Deus ipse fidelibus suis exorcizandi dæmones prout ei placuerit, facultatem cõfert, vt Iustinus Martyr in dialo. cum Tryphone,

& Tertullianus de coronâ militis, & in Scapulam affirmant; hacque fortassis de causâ dixit S. Clemens Aposto. Const. lib 8. cap. 26. ἐπορκιστὴς οὐ χειροτονεῖται. εὐνοίας γὰρ ἑκουσίου τὸ ἔπαθλον, καὶ χάριτος Θεοῦ. *Exorcista nusquam ordinatur; hoc enim munus, spontanea est diuina beneuolentiæ & gratiæ (erga homines) concessio.* Liceat tamen insuper quartam superioribus rationem adiungere, priuatæ nimirum & specialis in Ostiario, Exorcistâ, & Acolyto ordinando orationis defectum: ex quo forte contigit, vt pro veris Ordinibus aut saltem necessariis non existimati; deinceps omnino fuerint neglecti, ac prætermissi. Cum enim in Officiis cuilibet committendis hac breui formulâ successiuè à maioribus accepta vti soleant Pontifices Græci: ἡ χάρις τοῦ ἁγίου πνεύματος προχειρίζεταί σε, εἰς οἰκονόμον, εἰς ἐκκλησιάρχην, εἰς δευτερεύοντα τῶν διακόνων, *Gratia sancti Spiritus te instituit in Oeconomum, in templi custodem, in Diaconorum secundum*: quam pariter, vel aliam æque tritam & communem in promouendis Ostiario, Exorcistâ, & Acolyto vsurparunt: factum est, vt sicut tali enunciato, Oeconomum, Ecclesiæ custodem, vel Diaconum secundum, Ordine nouo se cohonestare non arbitrantur; ita nec ex illâ, quâ dictis gradibus conferendis communem habebant; quâ idcirco neglectâ, vel spretâ, etiam Ordines illi apud ipsos viluerunt, neglecti sunt, & tandem omnino prætermissi.

3 Προσαχθέντος τῷ ἀρχιερεῖ.] Ordinis huius consuetus minister, est Episcopus. Abbatibus tamen si modo sint Sacerdotali dignitate ornati, in propriis, id est, quibus præsunt Monasteriis 7. Concilij Canon 14. Lectores vt ordinare valeant, permittit. Abbates dixi, hoc est ἀρχιμανδρίτας, *superiores perpetuos*, à Patriarchâ Monasteriis sibi subiectis præfectos, hoc Episcopali priuilegio donatos; alij namque quorum ius & potestas cum tempore elabitur, vel ab eligentium nutu pendet, ἡγούμενοι dicti, adeo sublimi prærogatiuâ gaudere nequeunt: sed neque πρωτοπρεσβύτεροι, siue πρωτοπαπάδες, *Archipresbyteri*, quibus absente Episcopo facultas illa delegatur, præsente nusquam: licet Episcopo Latino, (cui Græci subsunt in Venetorum insulis) pænes se potestatem huiusmodi reuocante, tam sublimi iuris prærogatiuâ, inuiti nuper se abdicarint.

4 Κείρεται.] Tonsura, præuia ad Ordines suscipiendos dispositio, nusquam apud Græcos cum Lectoratus officio confunditur: quin potius iuxtà Ecclesiæ legem, κατὰ τάξιν, licet ἀδιαίρετος, Lectoratui præmittitur. Eâ vero susceptâ, in Clerum se cooptati, Clericosque euadere ab antiquo facti sunt certiores. Testimoniumque est illis in Barberino, S. Marci codice oratio, cui titulus est; εὐχὴ εἰς τὸ ποιῆσαι ἀπὸ λαϊκοῦ κληρικόν. *Oratio ad faciendum è laïco Clericum.* Sequitur oratio: Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ ἐντειλάμενος τῷ δούλῳ σου Ἀβραὰμ ἀποκεῖραι τὴν κόμην τοῦ δούλου σου Μελχισεδέκ. *Domine Deus noster qui seruo tuo Abraham serui tui Melchisedec comam præscindere præcepisti*, & reliqua: quæ quia mihi sunt dubiæ fidei vlterius exscribenda non duxi: alias quoque in eundem incidunt sensum quem supra fol. 235. Oratio ex Allatiano M.S. eruta exhibet. Consule num 9. annotanda.


5 Σταυροειδῶς.] Illud est σταυροειδῶς κείρεσθαι, quod Pontificale Romanum exponit: extremitates capillorum in quatuor locis abscindi: in fronte nimirum, in occipitio, & ad vtramque aurem, & deinde in medio capitis: idemque est in detondendo cruciformiter capite vtriusque Ecclesiæ finis, de quo numero seq. sicut etiam in vtraque eadem est coronæ Clericalis institutio, quam quidem Ciaconius Aniceto, his verbis adscribit: *Anicetus instituit vt in capitis vertice coronam instar Sphærulæ Clericus gestaret.* Adscribit, inquam, Aniceto, coronæ deferendæ ritum; immemor iam scriptorum de Anacleto, quem primum ætatis Christianæ sæculum claudentem refert, ne Episcopi vel Clerici comam nutrirent sanxisse: vtique ne corona capillorum propagine velaretur, aut deperderetur; cuius ferendæ consuetudinem, satis est ad exemplum vel legem Apostolorum, cum Beda Latino, & S. Germano Græco reuocare, quam ad posteriores Pontifices, qui de illâ manifestè riteque ferendâ, præceptum non nisi renouare studuerunt.

6 Κατ' ἑκάστην ἐπίκλησιν.] Vnaquæque ἐπίκλησις, est vnius personæ sanctissimæ Trinitatis inuocatio, quâ auditâ, οἱ συμπαρόντες ἐπιφωνοῦσι τὸ, ἀμήν: *adstantes subiungunt. Amen.* Propterea Veneta edita, quædam anni 1570. legunt hic: εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρός, ἀμήν. καὶ τοῦ υἱοῦ, ἀμήν. καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἀμήν. Quod expressius Symeon Thessalon. exponit lib. de Sacram. titulo, διὰ τί ἡ σφραγὶς ἐν τῷ ἀναγνώστῃ, καὶ ἡ κουρὰ γίνεται; *Quare crucis signatio, & tonsura fit Lectori?* κείρει αὐτοῦ τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς σταυροειδῶς ὁ ἀρχιερεύς, τὸ θεῖον καὶ φρικτὸν ὄνομα ἐπιλέγων αὐτοῦ τῆς τριάδος, ἐξ ἧς πᾶσα ἱερὰ τελετὴ καὶ μυστήριον. καὶ πρῶτον μὲν κατὰ κορυφὴν κείρων τὰς τρίχας φησίν, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρός· εἶτα κατὰ τὸ μέτωπον λέγων, καὶ τοῦ υἱοῦ. εἶτα ἐκ πλαγίων τῆς κεφαλῆς δεξιόθεν, λέγων· καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. εἶτα ἐκ πλαγίων πάλιν, ἐκ τῶν ἀριστερῶν σταυρὸν τελῶν, καὶ ἐπιφέρει· πάντοτε νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. πάντες δὲ ἑκάστῃ ἐπικλήσει, ἀμήν, λέγουσι. ὁμολογοῦντες ἅμα καὶ βεβαιούμενοι τὰ παρὰ τοῦ ἀρχιερέως γινόμενα. καὶ ἡ μὲν ἀφαίρεσις τῶν τριχῶν καθιέρωσιν σημαίνει· ὅτι αἱ τρίχες ὅλου τοῦ σώματος ἐξανθήματά εἰσι, καὶ ἀπαρχὴ τῷ Θεῷ. *Capitis eius capillos cruciformiter Pontifex detondet, diuinum & tremendum nomen Trinitatis, à quâ initiatio cuncta, sacramentumque omne oritur, inuocans. Et primo quidem in vertice præcidens capillos, ait. In nomine Patris. Deinde in fronte, dicens: Et Filij. Deinde à latere capitis dextro, dicens: Et Spiritus sancti. Et rursus tandem à latere sinistro crucem perficiens, subdit: Perpetuo nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Cuncti vero vnicuique inuocationi, Amen, subiungunt, acta à Pontifice simul approbantes & confirmantes. Et depositio quidem capillorum consecrationem significat: quia capilli totius corporis sunt pulluli, & primitiæ Deo oblatæ.* Ἐπίκλησιν huiusmodi, sicut & totam tonsionis Clericalis seriem ab antiquo obseruatam, demonstrat Crispi ducis in Clericum, Heraclij iussu promotio, apud Nicephorum in Chronico: εὐθὺς ἐπιτρέπει Ἡράκλειος εἰς κληρικοῦ σχῆμα τὴν κεφαλὴν ἀποκείρεσθαι· καὶ τὸν ἱεράρχην τὰ νενομισμένα ἐπὶ τῇ ἀποκάρσει ἐπιφθέγξασθαι. *Statim in Clerici formam tonderi iussit Heraclius, & Patriarcham sancitam in detonsione orationem, siue statuta Ecclesiæ lege verba, pronunciare.* Abest itaque solemne illud & præuium carmen à Petauio interprete, perperam in allatâ Nicephori sententiâ intellectum.

7 Τέλειον ὑπό τινος.] Tonsuram capitis ex integro, ab aliquo Clericorum assistentium, primisque etiam temporibus ab ipso Pontifice, in Ecclesiâ perfectam, nuquam in dubium vertet, qui barbam quoque eo inspiciente & benedicente, Clericis primo detonsam, in veteri Romano Ordine contemplabitur.

8. Λαμβάνον φελώνιον σμικρόν.) Duplex est Clerici vestis, communis & sacra: illa tunica breuior est, nigri vel fusci violacei coloris, de qua Balsamon in Can. 14. septimæ Synodi, ὁρῶμέν τινας, inquit,

quit, *νηπόθεν μελανειμονήσαντας ὡς τῷ Θεῷ ἀφιερωθέντας, καὶ κουρὰν δεξαμένους*, *videmus quoſdam à pueritia pullis indutos veſtibus, vt Deo dicatos, Tenſuram ſuſcepiſſe.* Hæc autem præſenti quidem loco *φελώνιον*, *Caſula* vocatur: licet non ea ſit ſacrata veſtis, quam Sacerdotes in myſteriis perficiendis, ceu proprium ſibi ornatum aſſumunt, ſed alia breuior ad eius formam, vel ad Tunicæ Diaconicæ inſtar præciſa, quam Theſſalonicenſis lib. de ſacra. ita depingit. *ὁ ἀναγνώστης κέκτηται ἔνδυμα τὸ καλούμενον καμίσιον, ὅπερ κατὰ τύπον φελωνίου ἐστὶ μικροῦ, ἢ στιχαρίου ἐκλίνε, τὴν ἀπαρχὴν τῆς ἱερωσύνης δηλοῦν, διὸ καὶ μικρόν ἐστι, καὶ τὴν ἀπὸ Θεοῦ σκέπην σημαίνει, ἢ πορφυροῦν, διὰ τὸ πορφυροῦν τοῦ Χριστοῦ ἱμάτιον, καὶ λευκὸν διὰ τὸ καθαρὸν τῆς ἱερωσύνης, καὶ τὸν ἀπὸ Θεοῦ φωτισμόν.* *Obtinuit Lector veſtem Camiſiam, ideſt Albam vocatam, quæ ad paruæ Caſulæ, vel certe Tunicæ modum, è lino conficitur, primamque Sacerdotii delibationem demonſtrat. Parua eſt propterea, Deique protectionem menti repræſentat; vel purpurea, propter purpureum Chriſti indumentum; vel candida, propter Sacerdotii puritatem, & lumen quo ſplendet*: illam denique nigram & communem veſtem non quidem Pontifex ipſe imponit, benedicit tamen & ſacræ ſubſterni iubet, vt Symeon Theſſalonic. teſtatur. *ὁ ἱεράρχης ἱμάτιον εὐλογήσας μέλαν, κελεύει τοῦτο ἐνδύσασθαι τὸν τελούμενον, τὸ ταπεινὸν καὶ εὐλαβὲς τῆς ζωῆς, δηλοῦντος τοῦ μέλανος* *Veſtem nigram Pontifex benedicens, iubet initiandum induere, niger ſiquidem color humilitatem, vitæque pietatem demonſtrat*: de huius vero benedictione nulla fit hic mentio, ſed nec de auxilio à Pontifice in illa induenda, præſtando. An vero Latinis Clericis veſtes quondam benedixerint Epiſcopi, vel propriis manibus eas illis impoſuerint, diſerte docteque in operis de ſacris ordinationibus calce, quæ tota eſt de veſte & tonſura Clericali Franciſcus Hallier ediſſerit. Nos qui Græcos mores inſpicimus, Lectoris communem hic ſubiicimus, veſtem, ſacram autem ex Diaconica vel Sacerdotali iam viſa, relinquimus coniiciendam.



9. *Καὶ τρίτον τὴν τούτου κεφαλὴν σφραγίζων.*) Non confunditur (pace quorumdam doctorum hac tempeſtate ſcribentium dixerim,) Clerici, Lectoriſque apud Græcos inſtitutio: illius enim terna crucis ſignatione, capillorum tonſione, & ſanctæ Trinitatis inuocatione perficitur conſecratio; huius autem iterato triplici crucis ſigno manus Pontificalis attactu, & oratione, inauguratio fieri conſpicietur in ſequentibus. At licet capitis detonſio coniungi ſoleat Lectoratus Ordini, in ea tamen Clerici dignitatem ſtare Canoniſtæ Græci non obſcure profitentur, Matthæus Blaſtares in Nomocanone verbo *κληρικός*, & Balſamon pluribus locis, tum in Photii Nomoc. tit. 1. cap. 31. tum ſcholio in Can. 33. Synodi Trullanæ: *σημείωσαι ὅτι ἅμα τῷ δέξασθαί τινα σφραγίδα ἐπικουρείδος ἀπὸ χειρὸς ἀρχιερατικῆς κληρικὸν τοῦτον ἔχει ὁ κανών.* *Nota, ſimul ac aliquis accepit Tonſuræ ſignum manu Antiſtitis, eum pro Clerico Canonem habere*: ac propterea in inferius ſcriptis, differentiam non modicam inter Monachorum *ἀποκάρσιν* *abraſionem ſiue raſuram*, & Clericorum *ἐπικουρείδα*, *Tonſuram*, conſtituit. Vide iam dicta num. 4.

10. *Τὴν κεφαλὴν σφραγίζων ἐπιτίθησιν.*) Siue Sacra-

mentum à Christo Ecclesiæ collatum, siue ministerium tantummodo, vel Ordinem, ob decorem ostentandum, & diuini eloquii maiestatem profitendam, ab ipsa Ecclesia institutum dicas esse Lectoratum, res est apud Græcos dubia & controuersa. vtrum in crucis signo capiti Lectoris Episcopi manu expresso, an in sequenti eiusdem Pontificiæ manus impositione, istiusmodi Sacramenti, vel Ordinis materiam esse sitam sit affirmandum? cum vtrumque in eo conferendo adhiberi manifestum sit: Pontifex enim σφραγίζων ἐπιτίθησι τὴν χεῖρα, *signans Lectorem, eidem imponit manum*: & non paucæ sunt vtrinque authoritates, quæ modo crucis signum, modo manus impositionem, velut materiam, Lectoris promotioni videantur assignare. Et authorum quidem dicta, quæ crucis signo munus hoc deferre censentur, hæc sunt. Primum, Balsamonis in Can. 51. Episto. Canonicæ Basilii ad Amphilochium, vbi discrimen quoddam generatim sumptum inter. Βαθμοὺς ἐκκλησιαστικοὺς, *gradus Ecclesiasticos* positurus, in infimo ordine, τοὺς διὰ μόνης σφραγῖδος ἐνέργειαν ἔχοντας ἱερατικὴν, ὡς οἱ ἀναγνῶσται, ψάλται καὶ θυρωροὶ, καὶ οἱ ὅμοιοι. *Per nudum solumque crucis signum sacram operationem habentes, quales sunt Lectores, Cantores, Custodes, & similes*; constituit: in superiori vero Sacerdotes, Diaconos, & Subdiaconos locat, quos ideo χειροτονουμένους, & διὰ χειροτονίας καταβαίνοντας εἰς βαθμοὺς ἐκκλησιαστικοὺς, *per manus impositionem ad gradus Ecclesiasticos promotos*, appellat. Secundum est Balsamonis eiusdem in Can. 14. septimæ Synodi, vbi *Lectoris* promotionem, ἀναγνώστου σφραγῖδα, *crucis signationem*, appellat. Tertium est Symeonis Thessalonicæ Antistitis, qui lib. de Sacra. Presbyteri & Diaconi Ordinationi χειροτονίαν, *manus extensionem vel impositionem*, Subdiaconi χειροθεσίαν, *manus admotionem* de qua voce alibi, Lectoris tandem σφραγῖδα, *crucis signationem*, propriam esse asserit. Quia vero vocabulum hoc, σφραγῖδα, à proprio sibi in alienum sensum detorquent quidam, ne quod Philosophi dicunt, in æquiuoco mens hæsitet, quædam præter alibi relata sunt illius significata diligenter obseruanda. Et præter præcipuum quidem, quod est *crucis expressio*, aliud iterum, quod est, tum *Coronæ Clericalis*, tum *Characteris* (si tamen, quod mihi valde dubium est, Græci Characterem ab antiquo nouerunt) per Sacramentum in anima *impressi* nullatenus est ei denegendum: sic quippe in priori sensu de præsenti cærimonia loquens Symeon Thessalonicensis scribit, ἐπάνω τῆς σφραγῖδος σφραγίζεται ὁ ἀναγνώστης, θέμενον τὴν χεῖρα ἐπὶ τῇ σφραγῖδι ἱεράρχου· *Super Tonsura cruce signatur Lector, manum super Tonsura* (cruciformiter à Pontifice primum fieri incepta) *tenente Pontifice*: in posteriori, iuxta quosdam, quos tamen probare nequeo, loquutus videtur Gregorius Nazianzenus orat. 40. de baptismo vocans illum, σφραγῖδα, ὡς τήρησιν, καὶ τῆς δεσποτείας σημείωσιν, *characterem & sigillum, vt custodiam & dominii notam impressam*: sed & Balsamon in Can. 36. Apostolorum dicens, διακόνους χειροτονεῖσθαι μὲν, τοῦτ' ἔστι σφραγίζεσθαι μανθάνομεν: ψηφίζεσθαι δὲ οὐκ ἠκούσαμεν, *Diaconos Ordinari quidem, id est characterem accepisse* (ita vertit interpres.) *didicimus, eligi autem non audiuimus.* Iam itaque cum Lectorem imposito onere διὰ μόνης σφραγῖδος, *per solam obsignationem*, perfici vulgo asserunt Græci; non nisi imperite cum Gentiano Herueto *per solum characterem*, inaugurari quispiam assereret: alias enim solius Lectoris esset Sacerdotalis Character; & munus quodcumque Ecclesiasticum, quale est Cantoris, Custodis, Præfecti Monachorum, &c. Characterem, dum imponitur, secum deferret & produceret. Sed nec Clericalem solam Tonsuram significat in præsenti loco, illa etenim Clericus, non Lector initiatur; & Balsamon sæpius in Basilium relatus, σφραγῖδα, τῇ σπκουεῖ ... *signationem. Tonsuræ* supponit: vnde superest vt σφραγῖς hac in materia, non nisi crucis efformationem queat significare, qua effecta, Ordinis huius materiam ab Episcopo apponi, necesse est fateri. Ex aduerso vero videntur militare authoritates illæ, quæ manuum Pontificiarum impositioni, munus idem assignant: quarum insignior est Matthæi effatum, inter Constitutiones Apostolicas à Clemente lib. 8. cap. 22. relatum, διατάσσομαι. ἀναγνώστην προχείρισαι, ἐπιθεὶς αὐτῷ τὴν χεῖρα, καὶ ἐπευξάμενος πρὸς τὸν θεὸν λέγε: *constituo vt Lectorem promoueas, cui manu imposita, & precibus Deo exhibitis, dicas, &c.* & Can. 14. septimæ Synodi quo legimus: ὁρῶμεν ἐκτὸς χειροθεσίας ἐκ παίδων τὴν κουρὰν τοῦ κλήρου λαμβάνοντάς τινας, μήπω δὲ παρ' ἐπισκόπου χειροθεσίαν λαβόντας, καὶ ἀναγινώσκοντας. *Videmus nonnullos à pueris Cleri Tonsuram accipientes, nondum accepta, Pontificiarum manuum impositione, munus Lectorum obire.* Ex quibus patet, manuum impositionem in Lectore, vt germanam Ordinis censeri posse materiam. Hanc autem sententiam cum priori cohærere veritatis obseruato rigore, assereret, qui tam crucis signo, quam manuum impositioni, ius partiale in materia Lectoratus apud Græcos constituenda tribueret; at quia solam crucis obsignationem, Canonum Apostolicorum & Ecclesiasticorum peritissimi interpretes Balsamon, Thessalonicensis & alii, vt materiam recipere leguntur, ex ipsorum verbis, & Græcorum traditione, Constitutionis memoratæ, & Canonis adducti, mens superest exponenda. Nihil itaque aliud est Pontificem Lectori Ordinando manum admouere, quam ipsum dum ordinatur cruce manu expressa obsignare, vel cærimoniam cuicumque alteri Officiali creando communem, & mere accidentalem adhibere: sic authoritates quascumque adductas & seipsum explicat citatus Balsamon in Can. 14 septimæ Synodi scribens, non fieri Lectorem, εἰ μὴ λάβῃ σφραγῖδα σταυροειδῆ διὰ χειροθεσίας ἐπισκοπικῆς, *nisi cruciformis Tonsuræ, & signum crucis, per Episcopalem manuum impositionem susceperit*: & clarius iterum in 6. Can. Synodi Chalcedonensis, οἱ ἀναγνῶσται κληρικοί εἰσι, καὶ χειροθεσίαν ἀρχιερέων ἔχουσι, δηλαδὴ τὴν ἀρχιερατικὴν σφραγῖδα. *Lectores Clerici sunt, & habent Antistitis manuum impositionem, eam scilicet quæ fit per Episcopi manuum obsignationem.* Obserua precor omnem manuum impositionem, ad Tonsuram, (quæ crucis est obsignationem reuocari, & per eam exponi: Cærimonialem autem tantum esse hanc manus admotionem, testatur Symeon Thessalonicensis: nō etenim, (quod in maioribus Ordinibus cum eo annotabimus,) per eam Spiritus sancti gratia, virtusque confertur vlla, sed sui tantum subiectionem, per eam profitetur Lector; & per eam, sub diuini dominii ius eum mittit Episcopus: vnde & lib. de Sacr. scribit: θέμενον τὴν χεῖρα ἐπὶ τῇ σφραγῖδι ἱεράρχου, τὴν σκεπαστικὴν δύναμιν ἐπιδείκνυσι τοῦ θεοῦ· καὶ ὅτι ὁ ἀναγνώστης ὑπὸ τὸν ζυγὸν ἔρχεται τῆς ἱερωσύνης, καὶ ἀφιεροῦται εἰς δουλείαν τῷ θεῷ. *Extendente manum in Tonsurā, vel in locum cruce signatum Pontifice, virtutem Dei protectricem designat: & quia Lector Ordinatus, Sacerdotii iugo subiicitur, & Dei consecratur obsequio.*

II. Κύριε ὁ θεός.] Pure deprecatoria est Lectoris apud Græcos instituendi forma, cum enim sit Or-

Add. All. P. G3, 15. 10.

do, non à diuina, sed Ecclesiastica, vt probabilissime quidam Theologi tenent, potestate promanans, liberum omnino fuit Ecclesiæ, vt absolutam, vel imperatiuam, sic & deprecatiuam, huiusmodi Ordini conferendo, formam præscribere.

12. Δίδοται τῷ ἀναγνώςῃ βιβλίον.] Lectori per crucis signum & orationem, in suo gradu perfecte constituto, traditur à Pontifice, silentio codex Apostolicus, *Epistolas* nimirum, & *Apostolorum acta continens*; non quasi libri traditio sit materia ad constituendum Ordinem concurrens, sed quia liber ille sit obiectum & materia circa quam meditandam, exponendam, & pertractãdam Lector Ordinatus occupatur: summatim dicam, libri Apostolici traditio, non legendi in Ecclesia potestatem recenter confert, sed vt acceptam exerceat, monet & excitat: Lectoremque in actu secundo confirmat, in actu primo nullatenus constituit. Vt secus de Græcis ac de Latinis sentiamus, ratio est, quod hæc traditio sequatur deprecantem Lectoratus formam, materia vero potius præiacet, quam posterius tardiusque apponatur, eademque rursus sine vllis penitus verbis admoneatur.

13. Ολίγον ἀναγινώσκει.] Pauca præsente Episcopo, è libro Apostolico Lector percurrit, qui deinde adstante totius Ecclesiæ agmine, ἀναγνώσματα, *lectiones*; προκείμενα, *Proposita*, & alia non obscura voce etiam in Liturgia est pronunciaturus. Recentius namque videtur commissum Subdiacono, vt in missa Latina, Apostoli volumen legat, quod prius Lector recitabat: vnde nec inter eius munia recenset Pontificale Romanum, Epistolam publicè legendi potestatem, quæ ei solummodo in Ordinationis calce conceditur, & velut officii appendix ad onus iam impositum accedit. Propterea que Amalarius lib. 2. de diu. offic. cap. 11. *Miror*, ait, *qua de re sumptus vsus in Ecclesia nostra* (Orientali nimirum morem contrarium semper retinente) *vt Subdiaconus frequentissime* (rem adhuc non omnino vsitatam obserua) *lectionem legat ad missam, cum hoc non reperiatur ex ministerio sibi dato in consecratione commissum, neque ex literis Canonicis, neque ex nomine suo.* Subdit tandem. *Primauo tempore Diaconus non legebat Euangelium; quia nondum erat scriptum: sed postquam statutum est à patribus nostris vt Diaconus legeret Euangelium, statuerunt vt & Subdiaconus legeret Epistolam siue Lectionem.* Cuius quidem sicut & ipsius Euangelii legendi munus Lectoris fuisse Cyprianus commonet, lib. 4. epist. 5. ad Presbyteros & plebem, his verbis. *Quid aliud quam supra pulpitum, idest supra tribunal Ecclesiæ oportebat imponi, Celerium, vt loci altioris celsitate subnixus, & plebi vniuersæ pro honoris sui claritate conspicuus, legat præcepta Euangelii Domini, quæ fideliter ac fortiter loquitur.* Qua vero ratione Epistolam legendi, ad Subdiaconum in Ecclesia Latina, vt eius minus vel magis præcipuum onus sit deuolutum, docet Franciscus Hallier vbi de materia & forma Ordinationum.

14. Λαμβάνει εἰρηνικόν.] Consule dicta in liturgiam Chrysostomi numero 94.

15. Εἰ ὁ ψάλτης ἐστί.] Officii dignitatem non Ordinis gradum, in vtraque Ecclesia cantor obtinet: cumque cantanda pleraque sint è sacris scripturis deprompta, ea de causa, munus illud suscipere Lector consueuit. Subdit propterea textus noster: λέγει ἀπὸ τοῦ ψαλτηρίου προκείμενον, *dicit aut cantat è psalterio Propositum*, versum scilicet Dauidicum, Epistolæ legendæ præmissum, de quo vide Onomasticon. Hocque pacto instituitur is qui dicitur κανονικὸς ψάλτης, *Canonicus & legitimus Cantor*, obtento iure, ex Ambone diuinas laudes recitandi, è codice Ecclesiæ διφθέρα vocato, de quo loquitur Synodus Laodicæna Can. 15. περὶ τοῦ μὴ δεῖν πλέον τῶν κανονικῶν ψαλτῶν τῶν ἐπὶ τὸν ἄμβωνα ἀναβαινόντων, καὶ ἀπὸ διφθέρας ψαλλόντων, ἑτέρους τινὰς ψάλλειν ἐν ἐκκλησίᾳ, *non oportere præter Canonicos & rite institutos Cantores, qui in Ambonem ascendunt, & è membrana canenda recitant, alios quosuis in Ecclesia cantare.* Illegitimis autem ex aduerso Cantoribus prohibet Synodus septima Can. 14. ne ante manuum impositionem Lectoribus propri m, Ambonem conscendere, & inde diuinas laudes persoluere audeant. Ex quo coniicimus eiusdem Synodi tempore, Lectoris potestatem cum canendi facultate, sicut in præsenti cõtemplamur, fuisse coniunctam; Pontifice nimirum legendi munus ad canendi licentiam extendente. Et iterum, Cantoris promotionem, sicut & Lectoris, apud Græcos Pontifici hucusque reseruatam fuisse, cui quidem soli velut propriam eam adscribit S. Clemens lib. 3. Const. Apost. cap. 11. οὐκ ἐπιτρέπομεν πρεσβυτέροις χειροτονεῖν διακόνους, ἢ διακονίσσας, ἢ ἀναγνώστας, ἢ ὑπηρέτας, ἢ ψάλτας, ἢ πυλωρούς, ἀλλὰ μόνοις τοῖς ἐπισκόποις. αὕτη γάρ ἐστι τάξις ἐκκλησιαστική, καὶ ἁρμονία. *Non permittimus Presbyteris ordinare Diaconos, Diaconissas, Lectores, aut Ostiarios, sed solis Episcopis. Hic enim est ordo, & Ecclesiastica consonantia.* Instituit tamen Cantorem Sacerdos Latinus, ex concessione Concilii 4. Carthaginensis Can. 10. dicens ei. *Vide vt quod ore cantas, corde credas: & quod credis, operibus comprobes*: moneque Pontificale Rom. quod *si Episcopus Clericum ordinans hæc faciat, bene facit.* Lectori tandem ratione dicta canendi licentiam adepto, attribuit rursus Symeon Thessal. alia munia, vt videlicet, εἰς τὸ βῆμα χωρῶν ἀνάπτῃ φῶτα, καὶ πῦρ προσάγῃ τῷ ἱερεῖ, καὶ προπορεύηται λαμπάδα φορῶν τῶν ἁγίων, καὶ τοῦ προσφορὰς, καὶ τὸ ὕδωρ καὶ τὸ ζέον φέρῃ αὐτῷ καὶ ὑπηρετῇ τὰ τοῦ ναοῦ, καὶ τὰ ἄλλα ὑπηρετήσῃ, καὶ τοὺς θείους προλέγῃ τοῖς ψάλλουσιν ὕμνους, καὶ ἁπλῶς ὑπηρέτης τῶν θείων ᾖ ἐν τῷ ναῷ. *Sanctuarium ingressus accendat lumina, & ignem afferat Sacerdoti* (pro thuribulo) *sanctisque mysteriis præeat cereum ferens, oblatas etiam, aquam, & vasculum in quo feruescat aqua, deferat,* (de quo vide liturgiam Chrysostomi num. 166.) *retique ordinet & ornet quæ sunt templi, & cætera administret: diuinos item* (quod Canonarchæ est, de quo alibi) *prærecitet Cantoribus Hymnos, & in summa rerum sacrarum sit administer.*

RITVS OBSERVANDVS IN ORDINATIONE Subdiaconi.

Pontifici in Speciosa porta sedenti, ante Missæ principium Ordinandus in Subdiaconum offertur. Et si sæcularis quidem sit, tunica; si vero Monachus, Mandya; indutus. Iubet autem Pontifex tunica, siue Mandya illum exui, & Dalmatica vestiri, & præcingi: pellubrum etiam cum vase & mantili deferri. Mox ter caput eius cruce signans, manumque imponens, Diacono dicente, Dominum precemur; *hanc Orationem Pontifex dicit.*

Domine Deus noster, qui per vnum & eundem Spiritum sanctum, singulis eorum quos elegisti gratias distribuis; qui diuersos ordines Ecclesiæ tuæ largitus es, & in ea ministerii gradus differentes ad sanctis & illibatis mysteriis tuis famulandum constituisti: qui præscientia tua ineffabili, hunc quoque seruum tuum, dignum, qui sanctæ Ecclesię tuæ ministret, esse definiuisti: ipse Domine, inculpatum illum in omnibus conserua, & domus tuæ decorem diligere, sancti templi tui foribus astare, & tabernaculi gloriæ tuę lucernam accendere, concede: & velut oliuam fructiferam iustitiæ fruges referentem, in Ecclesia tua sancta illum insere: perfectumque seruum tuum, in aduentus tui tempore, eorum qui tibi placuerint mercede perfruiturum, renuncia.

Quia tuum est regnum, & virtus, & gloria; Patris, & Filii, & sancti Spiritus: nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

Et post Exclamationem, Mantile *acceptum, sinistro Ordinati humero imponit Pontifex: vnaque pollubrum cum vase illi tradit. Ille vero Pontificis manum osculatur lauadis, & deinde aquam manibus infundit: Dicens ter.* Quotquot adestis

ΤΑΞΙΣ ΓΙΝΟΜΕΝΗ ΕΠΙ ΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑι ὑποδιακόνου.

1 Τοῦ ἀρχιερέως καθεζομένου 2 ἐπὶ τῆς ὡραίας πύλης, 3 πρὸ τοῦ ἄρξασθαι τῆς λειτουργίας. Προσάγεται τῷ ἀρχιερεῖ ὁ μέλλων χειροτονεῖσθαι ὑποδιάκονος, εἰ μὲν κοσμικός ἐστι, 4 μετὰ φαινολίου, εἰ δὲ 5 μοναχός, μετὰ μανδύου. Κελεύει δὲ ὁ ἀρχιερεὺς ἀποδύσαι αὐτὸν τὸ φαινόλιον, ἢ τὸ μανδύον, 6 καὶ ἐνδύσαι αὐτὸν στιχάριον, 7 καὶ ζῶσαι αὐτόν, κομίζουσι δὲ καὶ 8 χερνιβόξεστον 9 καὶ μανδήλιον. 10 εἶτα σφραγίζει τρὶς τὴν αὐτοῦ κεφαλήν 11 καὶ ἐπιθεὶς αὐτοῦ τὴν χεῖρα, τοῦ διακόνου λέγοντος. Τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. λέγει ὁ ἀρχιερεὺς τὴν εὐχὴν ταύτην.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ διὰ τοῦ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ ἁγίου πνεύματος, διαιρῶν ἑκάστῳ ὧν ἐξελέξω τὰ χαρίσματα, ὁ τάγματα διάφορα τῇ ἐκκλησίᾳ σου δωρησάμενος, καὶ βαθμοὺς λειτουργίας καταστησάμενος ἐν αὐτῇ πρὸς ὑπηρεσίαν τῶν ἁγίων σου καὶ ἀχράντων μυστηρίων, ὁ τῇ ἀρρήτῳ προγνώσει σου ὁρίσας καὶ τοῦτον τὸν δοῦλόν σου ἄξιον εἶναι 12 τοῦ ὑπηρετεῖν τῇ ἁγίᾳ σου ἐκκλησίᾳ· αὐτὸς Δέσποτα ἀκατάγνωστον αὐτὸν ἐν πᾶσι διαφύλαξον· καὶ δὸς αὐτῷ 13 ἀγαπᾶν τὴν εὐπρέπειαν οἴκου σου, 14 προεστάναι ταῖς θύραις τοῦ ναοῦ τοῦ ἁγίου σου, 15 ἀνάπτειν λύχνον σκηνώματος δόξης σου, καὶ φύτευσον αὐτὸν ἐν τῇ ἁγίᾳ σου ἐκκλησίᾳ, 16 ὡς ἐλαίαν κατάκαρπον, 17 καρποφοροῦντα καρπὸν δικαιοσύνης· καὶ τέλειον ἀνάδειξον δοῦλόν σου, ἐν καιρῷ τῆς παρουσίας σου, τῆς τῶν εὐαρεστησάντων σοι ἀπολαῦσαι ἀμοιβῆς.

Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα. τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Καὶ μετὰ τὴν ἐκφώνησιν, δεξάμενος ὁ ἀρχιερεὺς τὸ μανδήλιον, ἐπιτίθησι τῷ ἀριστερῷ ὤμῳ τοῦ χειροτονουμένου. Ὁμοίως 18 δίδωσιν αὐτῷ καὶ τὸ χερνιβόξεστον. ὁ δὲ λαβών, ἀσπάζεται τὴν χεῖρα αὐτοῦ, καὶ 19 βάλλει ὕδωρ εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ, καὶ νίπτεται. Λέγων καὶ τό. 20 Ὅσοι πι-

σοι, τρίς. Καὶ οὕτω λαμβάνων εὐλογίαν, ἀναχωρούμενος ἵσταται ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν· καὶ λέγει, τό. Τρισάγιον. Παναγία τριάς. Πάτερ ἡμῶν, τό. Κύριε ἐλέησον. Πιστεύω εἰς ἕνα θεόν. Ἄνες, ἄφες, συγχώρησον ταῖς. Καὶ εἴτι ἄλλο δόξῃ αὐτῷ εἰπεῖν μυστικῶς. Μετὰ δὲ τὴν μεγάλην εἴσοδον, ὅτε θυμιᾷ ὁ διάκονος τὴν ἁγίαν τράπεζαν, πάλιν νίπτεται ὁ ἀρχιερεὺς εἰς τὸ λεκανίδιον ὅπερ φέρει ὁ μέλλων χειροτονεῖσθαι. Εἰσοδεύει δὲ καὶ αὐτὸς εἰς τὴν μεγάλην εἴσοδον, πάντων ἐξόπισθεν, κρατῶν τὸ χερνιβόξεστον, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ μετὰ τὴν εἴσοδον, εἰσέρχονται ὅλοι εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον, πλὴν αὐτὸς μένει ἔξω ἑστὼς εἰς τὸν συνήθη τόπον. Οὕτω, γοῦν καὶ εἴπερ εἰσὶν οἱ χειροτονούμενοι πολλοί. Τῆς εὐχῆς ὑπαλλαττομένης περὶ τοὺς πολλούς.

fideles. *Atque ita benedictione accepta, digressus inde, ante sacras fores stat: & dicit.* Ter, sanctum. Sanctissima Trinitas. Pater noster Domine miserere. Credo in vnum Deum. Parce, dimitte, veniam præbe. *Et si quid aliud illi secreto dicendum videatur. Magno vero Introitu peracto, Diacono circa sanctam mensam thus adolente, iterato lauatur Pontifex, in pelui ab Ordinato deportata. Procedit etiam ipse cum magnus celebratur Introitus: vltimusque omnium pollubrum cum vase & reliquis deferens, progreditur. Et post Introitum omnes quidem ad sacrum altare ingrediuntur, ipse tamen in loco solito stans, extra manet. Hoc pacto quoque peragitur officium, si plures Ordinandi sint: Oratione pro pluribus illis accommodata, & commutata.*

Variæ Lectiones in Ordinem seruari solitum in Ordinatione Subdiaconi.

a Τοῦ ἀρχιερέως.) Diuersa sunt in editis, & in M S. huius Ordinationis verba: & Regia quidem Cryptoferratensi Bessarionis consona sic legunt.

Τοῦ ἀρχιερέως ἱσταμένου περὶ τὴν ἁγίαν τράπεζαν τὴν ἐν τῷ διακονικῷ ἢ περὶ μεγάλων τῶν ναοῦ πυλῶν ὅτε μέλλει εἰσοδεύειν, προσάγεται ὁ χειροτονηθῆναι μέλλων, φορῶν φαινόλιον. καὶ κελεύει ὁ ἀρχιερεὺς ἀποδύσασθαι αὐτὸν τὸ φαινόλιον, καὶ ἐνδύσασθαι στιχάριον, καὶ ζώσασθαι· κομισθῆναι δὲ χερνιβόξεστον καὶ μανδήλιον. εἶτα σφραγίζων τρὶς τὴν αὐτοῦ κεφαλὴν, καὶ ἐπιθεὶς τὴν αὐτοῦ χεῖρα· εὔχεται οὕτως.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν. Vt supra.

Ἔπειτα τὸ μανδύλιον ὁ ἀρχιερεὺς δεχόμενος ἐπιτίθησι τῷ τοῦ χειροτονηθέντος ὤμῳ, καὶ κελεύει λαβεῖν τὸ χερνιβόξεστον, καὶ δοῦναι αὐτῷ νίψασθαι. τοῦτο δὲ ποιῶν ὁ χειροτονηθεὶς, ἐν τῷ νίπτεσθαι τὸν ἀρχιερέα λέγει. Ὅσοι πιστοί. Καὶ οὕτω σφραγιζόμενος, ἄπεισιν εἰς τοὺς διακόνους.

Stante Pontifice ante sanctam mensam, quæ est in Diaconico, vel ante magnas templi fores, cum iam tempus Ingressum magnum celebrandi instat, adducitur qui Ordinandus est, propria Lectoris tunica ornatus: Iubetque Pontifex tunica illa spoliari, & Subdiaconi tunica indui, & cingi; tum vero aquamanile & mantile afferri. Deinde caput eius ter cruce signans, manu ei imposita: sic precatur. Domine Deus noster, &c.

Acceptum deinde mantile Pontifex Ordinati humero imponit: & aquamanile accipere Iubet, & sibi adlauandum aquam præbere. Quod cum exequutus fuerit Ordinatus, dum lauatur Pontifex, dicit. Quotquot adestis fideles *Atque ita cruce iterum signatus, discedit inter Diaconos locum accepturus.*

Barberinum autem S. Marci hoc pacto legit.

Εἰσερχομένου τοῦ ἀρχιεπισκόπου ἐν τῷ διακονικῷ, καὶ ἱσταμένου ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας τραπέζης, προσφέρεται αὐτῷ ὁ χειροτονούμενος, καὶ ἐπιτιθεὶς ἐπὶ τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ τὴν χεῖρα σφραγίζει, καὶ ἐπεύχεται οὕτως.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν. Vt supra.

Καὶ μετὰ τὸ, ἀμήν, λέγει ὁ γενόμενος ὑποδιάκονος τρίς. ὅσοι πιστοί. καὶ δίδωσι νίψασθαι τῷ

Ingresso Diaconicum Pontifici, & coram sancta mensa stanti, offertur Ordinandus, & imposita ei manu signans illum, sic precatur.

Domine Deus noster, &c.

Et Amen dicto, is qui Ordinatus est Subdiaconus, ter dicit. Quotquot ade-

stis fideles. *Et Ordinanti Episcopo, quo manus lauet porrigit, atque ita viuificæ communionis partem eius manu accipit.*

χειροτονοῦντι αὐτὸν ἐπισκόπῳ, καὶ οὕτω μεταλαμβάνει παρ' αὐτοῦ τῆς ζωοποιοῦ κοινωνίας.

Addunt vetusta Veneta ἰστέον ὅτι πρὸ τῆς λειτουργίας γίνονται ταῦτα, ὅταν προσαχθῇ τῷ ἀρχιερεῖ. ὁ δὲ ἀρχιερεὺς ἵσταται εἰς τὸ ἔξω θρόνιον τοῦ νάρθηκος, ἐκεῖ ὅπου ἀλλάσσει τὰ ἱερουργικά.

Sciendum ante missam hæc fieri, cum Subdiaconus Pontifici offertur. Pontifex vero stat in exteriore Vestibuli throno, vbi ad sacrificandum vestes assumit.

In Ordinem fieri solitum in Ordinatione Subdiaconi Notæ.

1. Ἐπὶ χειροτονίᾳ ὑποδιακόνου.) Subdiaconus, prius ὑπηρέτης *minister* dictus Ordinem suscepturus, vigesimum iam annum apud Græcos debet attigisse, teste Symeone Thessalonicen. lib. de sacra, χρόνος δὲ αὐτῷ τὸ εἰκοστὸν ἔτος, *vicesimus annus ordinationis eius tempus est*: vigesimum quintum in Diacono requirunt: ὁρίζομεν αὐτὸν εἶναι χρόνων εἴκοσι πέντε, *viginti quinque annorum eum esse iubemus*, inquit Blastaris Nomocanon: de Presbytero vero ait: πρεσβύτερος μέλλων χειροτονεῖσθαι ὀφείλει εἶναι χρόνων τριάκοντα. *Presbyter Ordinandus annis triginta natus esse debet*. Vox χρόνος non hic *tempus*, sed *annum* iuxta recentiorem loquendi vsum indicat.

2. Ἐπὶ τῆς ὡραίας πύλης.) Sine ὡραία πύλη, *porta speciosa*, sit ea quæ e in cancellis aditum in sanctuarium præbet, quam βασιλικὴν alibi vocauimus, sic enim Græcos quospiam sensisse non diffiteor, sine etiam sit exterior templi porta, vt non pauci eam male sunt interpretati, inter quos est Iunius apud ... reserum: siue vere sit ea media quæ Narthecem à templo diuidit, de qua nos supra fol. 4. quæcumque sit inquam, constat Subdiaconum iuxta portam aliquam in Ecclesia Orientali suscipere Ordinem. Quamuis autem M. S. Regia dicant eum, πρὸ τῆς ἁγίας τραπέζης ἐν τῷ διακονικῷ, *è regione sacræ illius mensæ; quæ in sacristia est*, (sacræ inquam, non à sacrificio in ea peragendo, sed à reliquiis in ea asseruatis) promoueri, antiqua vero Veneta anno 15[?]0, edita, Pontificem Subdiaconum promoturum εἰς τὸ ἔξω θρόνιον τοῦ νάρθηκος, *in throno illo exteriori ipsi in Vestibulo erecto*, de quo in liturgia numero 56. sedere asserant: vbicumque promoueatur ad officium Subdiaconus, vicinam semper aliquam templi portam respicit: tum etiam quia iam in sancta ingredi, vt lumina accendat, & vasa sacra disponat, ius & potestatem acquirit; quamuis inter sedentes in Diaconico Diaconos sedere, vel pro dignitate consistere nefas ipsi sit, ex præscripto Laodicenæ Synodi Can. 2.

3. Πρὸ τοῦ ἄρξασθαι τῆς λειτουργίας.] Vt locum præsentis Ordinationis denotant edita exemplaria, sic & illa diuersum tempus quo fiat, assignant: & superius citata, πρὸ τοῦ ἄρξασθαι τῆς λειτουργίας, *ante missæ principium* Pontificem Subdiaconum Ordinare referant: M.S. vero incepta iam missa, & paruo Ingressu (de quo in liturgia numero 74.) celebrato ad Ordinem promoueri iubent: cuius quidem mutationis paucis ante Constantinopolim captam annis caussa extitit Subdiaconorum ambitio, ita referente Athanasio Patellaro C. P. Patriarcha præsumpto, qui cum in Diaconico se Ordinatos fuisse obseruassent, Diaconicum quoque velut propriam sibi sedem superbe arrogabant: ab intentata nihilominus in Diaconos lite excidentes, ne in posterum simili ambitione mouerentur, eorum Ordinatio humiliori in loco, minusque solemni ante liturgiam tempore, à Manuele Charitopulo Patriarcha, iussa est deinceps celebrari. Ex his constat Subdiaconatum, & superiores proinde Ordines absque liturgia Græcos non conferre. Lectorem autem etiam absque illius celebritate instituere: diem vero habendis Ordinationibus præfixum, nullum penitus habere, tum ex antiqua sua consuetudine, tum ex glossa in cap. Cum secundum: & in cap. Quod translationem, de tempore ordinationum, & ex Ostiensi eodem titulo, tum denique ex antiquissimo Leonis testimonio epistola ad Dioscorum cuicumque legenti apparebit.

4. Μετὰ φαιλονίου.] φαιλόνιον de quo præsens textus sermonem habet, non est *Casula Sacerdotalis*, sed Lectoris vestis propria, de qua superiori ordinatione, numero 8. Significat itaque *tunicam è lino, candido, vel certe purpureo colore tinctam*, quam Symeon Thessalonicensis χαμίσιον sæpius vocat, à qua & χαμισᾶται quidam officiales dicti, quorum mentio habetur supra. Illa Lector ornatus προσάγεται πάλιν ἡ διὰ ... *præsentatur iterum, Pontifici, Lector Deo iam consecratus per Tonsuram, & Tunicam benedictam hoc est Albam, quæ sacrorum indumentorum prima est, eorumque principium*: ad alterius φαινολίου, Casulæ nimirum Sacerdotalis, quæ cæterorum indumentorum finis est & vltimo assumenda, differentiam: & inferius laudatus idem author: προσάγεται ὁ τὴν χειροθεσίαν τῶν ὑποδιακόνων λαμβάνων μετὰ τοῦ μελανοῦ ἱματίου καὶ τοῦ λευκοῦ, ἢ πορφυροῦ χαμισίου. *Adducitur benedictionem Subdiaconi per Pontificiam manus admotionem* (vide huius interpretationis rationem præcedenti ordine num. 10.) *suscepturus, cum nigra veste* (interiori videlicet & domestica) *& cum candida, vel rubra Camisia* quæ est exterior & in Ecclesia ferri solita, Camisia enim interula non χαμίσιον, sed ὑποκάμισον, vulgo nuncupatur.

5. Εἰ δὲ μοναχὸς μετὰ μανδύου.] Pallio solo tectus Monachus in Subdiaconum Ordinandus, Pontifici se sistit, tum quia Camisiis de quibus numero præcedenti Monachus non vtitur, tum quia Monachalis eorum vestis, vt sacratior, illum in sacris obsequentem nusquam dedeceat.

6. Καὶ ἐκδύεται τὸ στιχάριον.] Symeon Thessalonicensis τὸ πορφυροῦν μὲν ὁ χειροτονούμενος ἀποδύεται χαμίσιον, ... τοὺς μώλωπας ... τοὺς αἱματώδεις δηλοῦν, τὸ λευκὸν δὲ στιχάριον τὴν ... δόξης τοῦ θεοῦ ... *Purpuream quidem exuens Ordinandus Camisiam, quæ passionis subiectionem, & cruentas Christi cicatrices re-*

præsentat; albam tunicam, quæ purissimum Dei amictum, & à passionibus exemptionem menti obiicit, induitur. στιχάριον porro hocce Subdiaconi propria vestis, *tunica est*; non quidem Diaconica, sed alia *strictior & breuior*, zona succincta, quæ tunicæ Subdiacono Latino cōcessæ correspondet; quam proinde Honorius Solitarius vocat *subtilem & strictam tunicam*, cuius originem & vsum asserit Gregorius Papa, ab Ecclesia Romana, (cum prius Subdiaconi spoliati, idest sine sacra veste procederent) in Græciæ partes promanasse. Eius verba sunt ad Ioannem Episcopum Syracusanum. *Subdiaconos vt spoliatos procedere facerem, antiqua Ecclesiæ consuetudo fuit; sed quia placuit cuidam nostro Pontifici, nescio cui, qui eos vestitos procedere præcepit. Nam vestræ Ecclesiæ numquid traditionem à Græcis acceperunt? Vnde ergo habent vt Subdiaconi in eis, in Tunicis procedant, nisi quia hoc à matre sua Romana Ecclesia perceperunt?*

7. Καὶ ζώννυται) Rationem cur in sui promotione præcingatur Subdiaconus, suggerit Symeon Thessalonicæ Episcopus. οἱ μὲν περιζωννύουσι τοῦτον, ὡς μὴ ἁπλῶς ἔχειν δυνάμενον τὴν τῆς ἁγνείας στολήν, ἀλλὰ περισφίγγειν αὐτὴν ἐν ταπεινώσει περὶ τὴν ἑαυτοῦ ὀσφὺν ὀφείλει, διὰ τῆς σωφροσύνης καὶ τῆς ἁγνείας· ἐπεὶ καὶ οὐ δύναται λαμβάνειν ἔτι γυναῖκα. *Illi quidem eum præcingunt, tanquam qui liberam castimoniæ vestem non amplius gerere debeat, sed per moderantiam & puritatem, circa suos lumbos eam adstringere teneatur: quandoquidem illi vltra vxorem accipere nefas*: si tamen prius duxerit, in consortio poterit retinere.

8. Χερνιβόξεστον.] Vox vna hæc, duas alias in sui compositione admittit, χέρνιβον, & ξέστον, siue ξέστην. Sicut autem à manibus lauandis *malluuium* Latine, ita & ἀπὸ τοῦ χεῖρας νίπτειν, χέρνιβον Græce dicimus, ξέστης autem Suidæ est μέτρον τῶν ὑγρῶν, *liquidorum mensura*; ξέστην legit Stephanus in Appendice, & voce à Latina deflexa, *Sextarium* esse asserit: hic vero non nisi *vas aquæ fundendæ* idoneum significat: cui tamen simul adiungitur *malluuium* siue peluis. Seiunctim ideo denotat vtrumque Symeon, vbi de Episcopo Subdiaconum instituente scribit: ταῖς δὲ χερσὶ χέρνιβον παρέχει, καὶ ξέστην, *manibus malluuium & aquamanile porrigit*: peluis pariter, & vasis, & eius quidem ex ære conflati meminit distinctim Chryptoferrat. codex, his verbis. κελεύει ὁ ἀρχιερεὺς κομισθῆναι ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ χαλκόξεστον· καὶ μαζηλόν, καὶ μανδύλιον. *Iubet Pontifex eius manui tradi vas æneum, & peluim, & mantile*: μαζηλὸς autem eiusdem est significationis cum dictione μαζοκόμιον, quam Suidas & Stephanus interpretantur, ἀγγεῖόν τι, *vas quodpiam*.

9. Μανδύλιον.] A vocabulo Latino, *Mantile*, μανδύλιον deducitur. Illudque Latinorum *Manipulo*, prius *Mappula* vocato, correspondere opinor. Erat autem *Mappula* lineum oblongum brachio sinistro suspensum, quo Subdiaconi vasa mundarent, sudoremque inter ministrandum emanantem tergerent, quos idcirco Ioannes Diaconus in Gregorii vita lib. 2. cap. 43. *Mappulatos* vocat; sicut & Sacerdotes, *Planetatos*. De *Mappula* Guillelmus Durandus lib. 3. cap. 6. *Hebebant quoque sancti patres, ait, dum sacra tractabant, & sacramenta conficiebant, Mappulas, idest paruas mappas, & mantilia in manibus, & nunc pro operiendis, & nunc pro reuerenter tractandis sacramentis.*

10. Εἶτα σφραγίζων.] De crucis signo Ordinandi capiti impresso, reuocanda in memoriam quæ scripta sunt, vbi de Lectoris Ordinatione numero 10.

11. Καὶ ἐπιθεὶς αὐτῷ τὴν χεῖρα.] Ita in Constitutionibus Apostolicis, quas studiose Græci obseruant, sancitur. τὸν ὑποδιάκονον χειροτονῶν, ὦ ἐπίσκοπε, ἐπιθήσεις ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας. *Subdiaconum ordinaturus, Episcope, manus super illum impones.* Hæc tamen manus extensio in Subdiacono promouendo, non arguit apud Symeonem Thessalo. rituum Græcorum expertissimum Theologum, & Canonistam disertissimum, sicut nec apud Græcorum modernorum reliquos, Subdiaconatus vel Lectoratus Ordinem, esse verum sacramentum: quem nec apud Latinos probatos authores, huiusmodi nomine dignum esse in comperto est, cuius recentem in Ecclesia institutionem testatur Petrus Cantor apud Hugonem Menardum Notarum pagina 280. dicens. *Prima manus impositio debetur Diaconibus ordinandis: de nouo enim institutum est, Subdiaconatum esse sacrum Ordinem*: Vixit autem ille teste Menardo eodem, anno 1197. cærimonialis itaque tantum erit præsens manus Episcopalis in Subdiaconum Ordinandum admotio, non vero sacra vera, & Ordinis effectiua manus impositio: vnde & laudatus Symeon peracute scribit. ἀναγνώστου δὲ σφραγίς, ὑποδιακόνου χειροθεσία, διακόνου χειροτονία καὶ πρεσβυτέρου. *Lectoris est crucis & tonsuræ signatio, Subdiaconi* χειροθεσία *manus admotio, Diaconi & Presbyteri* χειροτονία *& Ordo.* Vide authorem illum χειροθεσίαν & χειροτονίαν, inter se tamen permixtim à pluribus vsurpatas, facere diuersas? in quo vero discrimen consistat, explicat idem ipse, χειροθεσίας mentem & sensum aperiens. ὑπὸ τὸν ζυγὸν ἔρχεται τῆς ἱερωσύνης, καὶ ὑπὸ τὴν σκέπην ἔρχεται τοῦ θεοῦ, καὶ ἀφιεροῦται εἰς ὑπηρεσίαν τῷ θεῷ. *Iugum Sacerdotii subit*, idest Sacerdotis iugo & imperio se submittit, *& sub protectione Dei existit, & in ministerium siue obsequium Deo consecratur*: Solam ergo nudamque χειροθεσίαν, *communem manuum admotionem*, qualis fit super ægrotos, & res quaslibet benedicendas; non χειροτονίαν *sacrum Ordinem*, Subdiaconus adipiscitur; quia in eo Ordinando solemnia illa, diuina, & augusta verba, ἡ θεία χάρις, &c. Sacramenti & Ordinis sacri effectiua, χειροτονίας ἐνέργειαν ἔχοντα, in Diaconi, Presbyteri, & Episcopi Ordinatione proferri solita, nusquam pronunciat Episcopus, sed solitaria vt dictum est, manus impositione, χειροθεσίᾳ, & simplici precum forma adhibita, ad Subdiaconi dignitatem euehit. Non explodenda certe Symeonis expositio, nam & Tarasius doctissimus Pontifex Act. 1. septimæ Synodi, χειροθεσίαν ἀπὸ τῆς χειροτονίας distinctam, illamque pro Ecclesiastica benedictione, hanc pro sacro Ordine videtur intellexisse, vbi fit interrogatio, πῶς νοεῖτε χειροθετούμενον. *Qualem intelligitis eum cui manus admota est?* Respondet laudatus Tarasius, μήπως ἐπ' εὐλογίας ἐνταῦθα τὴν χειροθεσίαν λέγει, καὶ οὐχὶ ἐπὶ χειροτονίας; *Nonne pro benedictione* χειροθεσίαν *manus admotionem, hic vsurpat, & non pro consecratoria manus impositione?* Optime: nam & Concilium Carthaginense 4. Gregorii Sacramentarium, & vetus Ordo Romanus Subdiacono manus impositionem denegant, benedictionem tamen sine manus licet attactu quocumque, concedunt.

12. Τοῦ ὑπηρετεῖν.] Famuli sunt Diaconorum Subdiaconi, sub Diaconis nimirum constituti, & eorum administri: quos ideo vt ὑπηρέτας οὐ δεῖ ἔχειν χώραν ἐν τῷ διακονικῷ, *non oportet locum tenere in Diaconorum consessu*, vel in sacris septis, sed aditus portarum occupare, & in Soleâ, vt alibi diximus cum Thessalonicense, consistere.

13. Ἀγαπᾶν εὐπρέπειαν τοῦ οἴκου σου.] Qua ratione decorem domus Dei curet Subdiaconus explicat La-

tinum Pontificale. *Pallas altaris & corporalia debet abluere: & calicem ac patenam in vsum Sacrificij, antecedenter præparare:* diffusius Symeon Thessalonicæ Antistes idem exprimit: ἅπτεται ϗ τῶν ἱερῶν σκευῶν, ϗ εὐκόσμως αὐτὰ κατατίθησιν, εἰς τὸ τοὺς ἱερεῖς προσενέγκαι τὰ δῶρα, ηὐτρεπισμένα ... καὶ ἐν τῇ μεγίστῃ ϗ εἰσόδῳ τῶν ... ὁ διάκονος, τὰ περιττεύοντα λέγω τῶν ἱερῶν σκευῶν, παραφυλάξαι τοῖς ὑπηρέταις δίδωσιν. οὐ γὰρ ἅπτεσθαι θέμις τούτων ἄλλοις τῶν ὑποδεεστέρων. *Tangit vero vasa sacra, & ea decenter disponit, vt cum Sacerdotes dona voluerint offerre, parata inueniant. In ipsâ quoque magnâ donorum introductione, vasa quæ supersunt, Diaconus suscipiens, custodienda Subdiaconis tradit: neque enim ea tangere inferioribus ministris concessum est.* Disponit ergo, & tangit vasa sacra Subdiaconus, authore citato teste, cui perperam idcirco Arcudius Romæ diutius quam in Oriente enutritus, fidem detrahit, asserens; τῶν ἱερῶν σκευῶν nomine, non intelligi calicem & patenam, sed reliquum ornatum: alioquin, ait, videretur esse contra Concilium Laodicænum Can. 21. quod adeo, subdit, non me moueret, cum oppositum sanciat Concilium Carthaginense quartum: nisi etiam esset contra praxim Ecclesiæ Orientalis, quæ non permittit Subdiacono ea tractare. Igitur Thessalonicensis per sacra vasa, non calicem sacrum & patenam, sed reliquam suppellectilem sacram intelligit, vt sunt operimenta, indumenta Sacerdotalia, &c. Hæc ille: qui tamen permittet à Neophyto Rhodino vernacule in sua Synopsi Romæ editâ loquente, de certiore Ecclesiæ Græcæ praxi edoceri: τὸ ὑποδιακόνε ὑπηρεσία εἶναι νὰ ἐνδύνῃ τὸν ἐπίσκοπον, ϗ τὸν ἱερέα· νὰ ἑτοιμάζῃ τὴν πρόθεσιν, τὸ ποτήριον, τὸ δίσκον, ϗ τὰ ἐπίλοιπα διὰ τὴν πρόθεσιν· νὰ πλύνῃ τὰ καλύμματα, ϗ νὰ λέγῃ τὸν Ἀπόστολον. *Subdiaconi munus est vt induat Episcopum & Sacerdotem: vt Propositionem præparet, calicem, patenam, & reliqua pro Offertorio: vt vela lauet, & Apostolum legat.* Prothesis autem, id est calix, patena, lancea, stella, sacra vasa sunt, ἱερὰ σκεύη, & οὐχ ἅπτεσθαι θέμις τούτων, ἄλλοις τῶν ὑποδεεστέρων. illa tangere Subdiaconum non prohibet Symeon, sed tantum inferiores illo ministros. Minus etiam illum ab eorum attactu Concilium Laodicænum arcet, nisi forte cum consecrata in eis diuina symbola concluderentur: sanxitque propterea Subdiacono non licere ἅπτεσθαι δεσποτικῶν σκευῶν, *tangere Dominica vasa*, corpus videlicet & sanguinem Domini continentia; quæ si vacua fuerint, non δεσποτικὰ, sed ἱερὰ tantum nuncupantur; & illa sine legis Ecclesiasticæ violatione tangere potest. Vide Constitutiones Apost. lib. 8. cap. 21.

14 Παρεστάναι ταῖς θύραις τοῦ ναοῦ.] De Subdiaconis quibus portarum Ecclesiæ custodiendarum demandata est cura videtur loqui Dionysius de Eccles. Hierar. cap. 3. cum ait: οἱ μὲν τῶν λειτουργῶν ἑστᾶσι πρὸς ταῖς τοῦ ἱεροῦ πύλαις συγκεκλεισμέναις: *Ministrorum nonnulli stant ad clausas sacri loci fores.* Vbi quamuis scholion Maximi vocabulum λειτουργῶν, Diaconis adaptet, admonet tamen ipse, σημειωτέον ὅτι οἱ διάκονοι τότε τὰς θύρας εἶχον, νῦν ϗ οἱ ὑποδιάκονοι. *Obserua quod tunc fores Diaconi custodiebant, quas nunc Subdiaconi tenent.* Non omnes tamen à principio fores asseruabant Diaconi: nam & Subdiaconis mulierum portas, id est Gynæcæi aditus commissas fuisse clarissime tradit Clemens Romanus Const. Apost. lib. 8. cap. 11. De omnibus tamen foribus Maximo loquenti Thessalonicensis suffragatur lib. de sacram. φυλάττει μὲν ὁ ὑποδιάκονος, ait, τὰς πύλας τὰς ἱερὰς, ἵνα μήτις τῶν ἀναξίων ἔνδον εἰσέλθῃ τοῦ βήματος. Et infra: τοὺς κατηχουμένους ἐξωθεῖ κατὰ καιρὸν, ὅτε φησὶν ὁ διάκονος. Οἱ κατηχούμενοι προέλθετε. Et inferius rursum: διὸ ϗ μετὰ τοὺς διακόνους, περὶ τὰς ἱερὰς πύλας, ἐν πάσῃ ἱερουργίᾳ, ὅτε χρὴ ὑπηρετεῖν τῷ ἀρχιερεῖ παρεσκεύασται. *Custodit quidem Subdiaconus sacras fores, ne quis indignus in sanctum Tribunal ingrediatur. Item quo tempore Diaconus enunciat, Catechumeni egredimini, expellit eos. Quocirca & ante sacras fores in omni sacrificio, sacraque cærimonia cum opus fuerit, ad ministrandum Pontifici præsto est.* Quia vero Diaconorum consortio temerè quodam tempore se immiscere, & Orarium ferre Subdiaconi præsumpserunt: edixit ideo Can. 21. Laodicenus, οὐ δεῖ ὑπηρέτας ἔχειν χώραν ἐν τῷ διακονικῷ: *non conuenit Subdiaconos locum inter Diaconos obtinere*: & 22. οὐ δεῖ ὑπηρέτην ὠράριον φορεῖν· οὐδὲ τὰς θύρας ἐγκαταλιμπάνειν: *Non oportet Subdiaconum stolam ferre, aut portas Ecclesiæ deserere.* In quæ verba Zonaras: ἑκάστῳ ἱερῷ τάγματι ἀπονέμηται, καὶ στολὴ οἰκεία αὐτῷ καὶ ὑπηρεσία· τοῖς γοῦν ὑπηρέταις, ἤτοι ὑποδιακόνοις, οὐκ ἔξεστι φορεῖν ὠράριον· τοῦτο γὰρ διακόνων ἐστί. τὸ δὲ μὴ ἐγκαταλιμπάνειν τὰς θύρας τοιοῦτον ἐστί. τὸ παλαιὸν περὶ τὰς θύρας ὑπηρέτουν τῆς ἐκκλησίας, ἐκβάλλοντες τοὺς κατηχουμένους, καὶ τοὺς ἐν μετανοίᾳ, ὅτε ἔδει. διὸ καὶ αὐτοὶ ἐκφωνοῦσι τὸ, οἱ κατηχούμενοι προέλθετε. *Vnicuique sacro Ordini distributum est proprium indumentum, & ministerium. Ministris igitur, id est Subdiaconis, Stolam ferre non permittitur. Diaconorum enim est propria: portas vero non deserere ad eos spectat. Antiquitus enim circa portas Ecclesiæ ministrabant, & ex eis Catechumenos & Pœnitentes tempore congruo emittebant. Ideo & ipsi nunc exclamant: Catechumeni, discedite.*

15 Ανάπτειν λύχνους.] Extra cancellos τῷ καθηγητῇ, luminum accensori, vel Lectori, per Ecclesiam sparsim, cura luminum incumbit ἀλλὰ ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ λυχνίαν, ϗ τρικήριον τοῦ βήματος, ϗ τὰ φῶτα, οἱ ὑποδιάκονοι εὐτρεπίζουσι, *sed in sacra mensa lucernam* (coram illa, Euangelio, & Eucharistiâ ἐν ἀρτοφορίῳ seruatâ pendentem) *trisulcum quoque sacrarij cereum, & reliqua Tribunalis lumina Subdiaconi concinnant.* Ita Thessalonicæ Episcopus.

16 Ὡς ξύλον κάρπιμον.] An non lignum frugiferum secus decursus aquarum plantatum, est Subdiaconus, cum vt scribit author sæpius citatus: ἐν ταῖς λιτανείαις τὸν σταυρὸν οὗτος κατέχων προπορεύεται; *In processionibus & supplicationibus crucem* (salutis fructum producentem) *ipse manibus gestans, reliquos antecedit?*

17 Καρποφορεῖν τὰ καρπὸν δικαιοσύνης.] Fructum referunt in Ecclesiâ Subdiaconi, cum oblata quæcumque dona fructusque de manu populi iuxta Veteris ordinis Romani testimonium suscipiunt; vel cum bona Ecclesiæ, eius ministris, pauperibusque seruatâ iuris vniuscuiusque æquitate dispensant, vel adaugeri procurant: de quo legendus S. Gregorius in frequentibus epistolis ad Petrum, Artemium, & Antoninum Subdiaconos. καρποφοροῦσιν iterum cum populi oblationes, & consecrandos panes sacris imponunt altaribus, vnde & in ordine Romano, Subdiaconum Regionarium legimus piæ plebis Oblatas suscipere, susceptasque Archidiacono præsentare. Vltima vero καρποφορεία δικαιοσύνης, quâ tum ipsi, tum quilibet Deo deuoti commendantur, est, cum secundum pia Gregorij Theologi monita, ἕκαστος ὅτι ἂν οἷός τε ᾖ καρποφορεῖ τῷ Θεῷ, ἐν καιρῷ παντὶ ϗ ἰδίᾳ πάσῃ τοῦ βίου, ϗ περιστάσεων, κατὰ τὸ μέτρον τῆς παρούσης αὐτῷ δυνάμεως, κατὰ τὸ δοθὲν αὐτῷ χάρισμα· ἵνα πᾶσι μέτροις τῆς ἀρετῆς, πάντας τὰς ἐνθέους μονὰς πληρώσωμεν: *Vnusquisque quod potest offert, quouis tempore, quouis genere vitæ & fortunæ, pro præsentis facultatis modulo, pro gratiâ sibi concessâ, vt per omnes*

omnes virtutis modos, omnes cælestis regni mansiones impleamus. Exhortatur itaque deinceps: μηδεὶς ἔσω κενὸς ἢ ἄκαρπος, μηδὲ τις στεῖρα ψυχὴ, ἢ ἄγονος. ἕκαστος δὲ τὰ παρόντων καρποφορείτω Θεῷ, καὶ τὰ οἰκεῖα. *Nemo vacuus & infructuosus sit, nec anima vlla sterilis & infœcunda. Vnusquisque quod in promptu habet, & proprium, Deo offerat.*

18 Δίδοται αὐτῷ καὶ τὸ χερνιβόξεστον.] Officiorum quidem suorum instrumenta tradunt recenter ad Ordinem promotis Græci, non quibus primam & radicalem, vt dicunt, Ordinis potestatem illis conferre censeantur, sed quibus potius ad acceptum munus exercendum excitent. Consulenda hic, quæ de Lectoris institutione dicta sunt num. 11. & 12.

19 Βάλλει ὕδωρ εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ.] Hoc est apud Græcos Subdiaconi præcipuum munus, aquam nimirum Pontificis vel Sacerdotis manibus lauandis porrigere. Hanc quoque suo Subdiacono demandatam prouinciam testatur Pontificale Romanum eandemque memorat Clemens Romanus Const. Apost. lib. 8. cap. 11. εἷς ὑποδιάκονος διδότω ἀπόνιψιν χειρῶν, τοῖς ἱερεῦσι σύμβολον καθαρότητος ψυχῶν Θεῷ ἀνακειμένων. *Vnus Subdiaconus ministret aquam Sacerdotibus ad lauandum manus, in signum puritatis animarum, quæ Deo sunt dicatæ.*

20 Ὅσοι πιστοί.] Duarum istarum vocum geminus potest esse sensus. Primus, vt cum, teste Zonarâ superius num. 14 adducto, debeat nunc Subdiaconus Catechumenos ab Ecclesiâ expellere, vocibus his, ὅσοι κατηχούμενοι προέλθετε, eiusdem quoque intererit, fideles vt remaneant in Ecclesiâ, commonere subiunctâ breui hac sententiâ ad præcedentem consequente, ὅσοι πιστοὶ, de quâ Balsamon in Can 22. Laodicænum: λέγονται τοὺς ὑποδιακόνους τὰς θύρας τῆς ἐκκλησιῶν κατέχειν καὶ ἐξάγειν τοὺς κατηχουμένους, καὶ τοὺς ἐν μετανοίᾳ. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ σήμερον παρὰ τῶν ὑποδιακόνων λέγεται τό. Ὅσοι πιστοὶ, δηλονότι, οἱ μὴ πιστοὶ, ἀλλὰ κατηχούμενοι ὄντες, ἐξέλθετε. οἱ δὲ πιστοὶ, ἵστασθε· ὀψόμενοι τὴν τῶν ἁγίων μυστηρίων θυσίαν. *Visum est Hypodiaconos Ecclesiarum fores tenere, & Catechumenos introducere & educere, & pariter eos qui sunt in pœnitentiâ. Propterea namque etiam hodie ab Hypodiaconis dicitur.* Quotquot fideles. *Qui scilicet non estis fideles sed Catechumeni, egredimini. Fideles autem state, visuri sanctorum mysteriorum sacrificium.* Id tamen etiam hodie pronunciat Diaconus in Chrysostomi liturgiâ fol. 70. Clarius iterum Matthæus Blastares cap. 4. τοῦ Υ στοιχείου. τὰς θύρας ἐφεστάναι τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν τὴν ὑπηρέτας πρέπει, καὶ μηδὲ πρὸς βραχὺ τούτων ἀφίστασθαι. ὥστε εἰσάγειν. ἐξάγειν τοὺς κατηχουμένους, τοὺς ἐν τῇ μετανοίᾳ, καὶ τοὺς λοιπούς. ἐν δὲ καὶ τοῦτο τῆς ἐκκλησίας ταγμάτων, τὸ τῶν ὑπηρετῶν φημὶ, τῶν καὶ θεραπευτῶν λεγομένων, καὶ ὑποδιακόνων, παρὰ τοσοῦτον τοῦ λαϊκοῦ πληρώματος ὑψηλότερον, παρ' ὅσον τῶν τοῦ βήματος ταπεινότερον. *Ecclesiarum foribus adstare ministris hisce conuenit, neque ab ipsis etiam breue ad tempus digredi: vt inducere & educere Catechumenos, Pœnitentes, & quosuis alios possint. Hoc vnum Ecclesiasticum munus ministrorum dico, siue famulantium, & Subdiaconorum tanto Laicorum ordine videtur excellentius, quanto alijs qui ad Tribunal ingrediuntur, humilius.* Secundus harum vocum, ὅσοι πιστοὶ, à Subdiacono prolatarum sensus est, vt illis adstantes inuitet, vt sibi probitatis meritorumque ad Ordinem suscipiendum requisitorum, coram Episcopo testimonium ferant, vel muneris à se suscepti testes esse velint. Tunc vero Pontifex eius ministerio manus lauans, errorem vel fallaciam, si quæ irrepserit, in capita ferentium suffragia refundendam prædicat, inquiens. ψῆφος κίνδυνος ἐπὶ τὰς κεφαλὰς τῶν ἐπιμαρτυρησάντων σοι. *Vt suffragium, ita & periculum insimul de te testimonium perhibentium capita referatur.* Sic Angeli suffragio & periculo suo ordinant Amphilochium apud Metaphrasten. ψήφῳ καὶ κινδύνῳ ἡμῶν παρεστηκότων: *Suffragio & periculo nostro, qui hic astamus.* Hacque eadem mente consecrat Epiphanium Pappus apud eundem. ἀθῷός εἰμι· σὺ ὄψῃ ἐπὶ πᾶσι τούτοις. *Sum innocens: tu de his omnibus rationem habe.*

21 Ἐμφράττειν τὰς ἁγίας θύρας.] Vbi proprius est, vt iam diximus Subdiaconorum locus, & vt habet alia lectio. εἰς τοὺς ὑποδιακόνους. Vide dicta fol. 18.

ΤΑΞΙΣ ΓΙΝΟΜΕΝΗ ΕΠΙ ΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑ διακόνου.

1 Μετὰ τὸ εἰπεῖν τὸν ἀρχιερέα τὴν ἐκφώνησιν, τό. 1 Καὶ ἔσται τὰ ἐλέη τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. 2 Ἐξελθόντες δύο διάκονοι ἐκ τοῦ ἁγίου βήματος, λαμβάνουσι τὸν μέλλοντα χειροτονεῖσθαι διάκονον, 3 ἑστῶτα ἐν τῇ σολέα.

4 Καὶ εἰσάγουσιν αὐτὸν εἰς τὸ ἅγιον βῆμα, 5 κυκλοῦντες τὴν ἁγίαν τράπεζαν τρεῖς, ψάλλοντες καὶ τὸ, 6 Ἅγιοι μάρτυρες οἱ καλῶς ἀθλήσαντες. εἶτα προσερχόμενος τῷ ἀρχιερεῖ, 7 Σφραγίζεται γ'. τὴν κεφαλήν.

RITVS FACIENDVS IN ORDINATIONE Diaconi.

Postquam altâ voce Pontifex protulerit. Et erunt misericordiæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi, cum omnibus vobis. *Egressi duo Diaconi è sancto Tribunali, Diaconum Ordinandum in Solea stantem, assumunt.*

Et in sanctum tribunal inducunt, ter sanctam mensam circumlustrantes, & canentes. Sancti Martyres egregie decertantes. *Mox ordinandus ad Pontificem accedens: Ter ab eo in capite signatur.*

Et eum zona discingi, & mantile ab eo tolli, Pontifex iubet. Deinde frontem, in sancta mensa Ordinandus applicat, dextrumque genu inflectit, & Archidiacono exclamante. Attendamus. *Pontifex impositam Ordinandi capiti dexteram habens, exclamat.* Diuina gratia, quæ semper infirma curat, & ea quæ desunt, adimplet, promouet N. piissimum Subdiaconum, in Diaconum: oremus pro eo, vt veniat super eum gratia sanctissimi Spiritus. *Et confestim dicitur ter:* Domine miserere, *ab eis qui sunt intus, & extra Tribunal. Et Pontifex ter eius capite signato, & Diacono dicente.* Dominum precemur.

Pontifex impositam tenens dexteram, precatur hoc pacto.

DOmine Deus noster, qui in præscientia tua, super destinatos ab imperscrutabili tua virtute, vt ministri fiãt, & illibatis mysteriis tuis deseruiãt, sancti tui Spiritus copiam effundis: ipse Domine, & hunc, quem tibi à me promoueri complacuit in Diaconi ministerium in omni honestate fidei sacramentum in pura conscientia tenentem, conserua: gratiam vero Stephano Protomartyri tuo in opus ministerii huius à te primum vocato concessam largire. & gradum à bonitate tua sibi præstitum, secundum beneplacitum tuum, administrare præbe: recte namque ministrantes gradum sibi bonum acquirunt, & perfectum ostende seruum tuum

Quia tuum est regnum, & virtus, & gloria: Patris, & Filii, & Spiritus sancti, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Responso, Amen, *submissa voce, quæ tantum ab astantibus Diaconis audiatur, ad dandum responsum, Diaconica hæc pronuncientur ab Archidiacono.*

In pace Dominum precemur.
Pro superna pace.
Pro pace totius mundi. Pro Archiepisco nostro N. Sacerdotio, auxilio, perseuerantia, pace, valetudine, salute, & pro opere manuum eius: Dominum precemur.

Pro seruo Dei N. Diacono nunc promoto, & salute eius, Dominum precemur.

8 Καὶ κελεύει ἀποζώσασθαι τοῦτον, καὶ ἀρθῆναι τὸ μανδύλιον. 9 Εἶτα ἐρείδει ὁ χειροτονούμενος τὸ μέτωπον αὐτοῦ τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ· καὶ 10 κλίνει τὸ γόνυ τὸ δεξιόν. καὶ τοῦ ἀρχιδιακόνου ἐκφωνήσαντος τό, Πρόσχωμεν. Ὁ ἀρχιερεὺς 11 ἔχων ἐπικειμένην τὴν χεῖρα τῇ κεφαλῇ τοῦ χειροτονουμένου, 12 ἐκφωνεῖ. 13 Ἡ θεία χάρις ἡ 14 πάντοτε τὰ ἀσθενῆ θεραπεύουσα, καὶ τὰ ἐλλείποντα ἀναπληροῦσα, 15 προχειρίζεται, 16 τὸν δεῖνα, 17 τὸν εὐλαβέστατον ὑποδιάκονον, εἰς 18 διάκονον. 19 Εὐξώμεθα οὖν ὑπὲρ αὐτοῦ ἵνα ἔλθῃ ἐπ' αὐτὸν ἡ χάρις τοῦ παναγίου πνεύματος. Καὶ εὐθὺς τό, Κύριε ἐλέησον ἐκ γ'. παρὰ τῶν ἐν τῷ βήματι, καὶ παρὰ τῶν ἐκτός. καὶ ὁ ἀρχιερεὺς σφραγίζει γ'. τὴν αὐτοῦ κεφαλὴν καὶ τοῦ διακόνου εἰπόντος. Τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ὁ ἀρχιερεὺς ἔχων τὴν χεῖρα ἐπικειμένην εὔχεται οὕτως.

ΚΥριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ τῇ προγνώσει τῇ σῇ τὴν τοῦ ἁγίου σου πνεύματος χορηγίαν καταπέμπων ἐπὶ τοὺς ὡρισμένους ὑπὸ τῆς σῆς ἀνεξιχνιάστου δυνάμεως λειτουργοὺς γενέσθαι, καὶ ἐξυπηρετεῖσθαι τοῖς ἀχράντοις σου μυστηρίοις· αὐτὸς δέσποτα καὶ τοῦτον ὃν εὐδόκησας προχειρισθῆναι παρ' ἐμοῦ εἰς τὴν τῆς διακονίας λειτουργίαν, ἐν πάσῃ σεμνότητι διατήρησον, ἔχοντα τὸ μυστήριον τῆς πίστεως ἐν καθαρᾷ συνειδήσει. δώρησαι δὲ αὐτῷ τὴν χάριν, ἣν ἐδωρήσω Στεφάνῳ τῷ πρωτομάρτυρί σου, ὃν καὶ ἐκάλεσας πρῶτον εἰς τὸ ἔργον τῆς διακονίας σου· καὶ καταξίωσον αὐτὸν κατὰ τὸ σοὶ εὐάρεστον, οἰκονομῆσαι τὸν παρὰ τῆς σῆς ἀγαθότητος δεδωρημένον αὐτῷ βαθμόν· οἱ γὰρ καλῶς διακονήσαντες, βαθμὸν ἑαυτοῖς καλὸν περιποιοῦνται, καὶ τέλειον ἀνάδειξον δοῦλόν σου.

Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Καὶ μετὰ τὸ ἀμήν, λέγει 20 ὁ ἀρχιδιάκονος λεπτῇ φωνῇ. 21 ὅσον ἀκούειν τοὺς συμπαρόντας διακόνους, καὶ ἀποκρίνεσθαι, τὰ διακονικὰ ταῦτα.

Ἐν εἰρήνῃ τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης, καὶ τῆς. Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ σύμπαντος κόσμου. Ὑπὲρ τοῦ ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν, τοῦ δεῖνος, ἱερωσύνης, ἀντιλήψεως, διαμονῆς, εἰρήνης, ὑγείας, σωτηρίας αὐτοῦ· καὶ τοῦ ἔργου τῶν χειρῶν αὐτοῦ, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Ὑπὲρ τοῦ δούλου τοῦ Θεοῦ, τοῦ δεῖνος, τοῦ νυνὶ προχειριζομένου διακόνου, καὶ τῆς σωτηρίας αὐτοῦ, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ὅπως ὁ φιλάνθρωπος Θεός, ἄσπιλον καὶ ἄμωμον αὐτῷ τὴν διακονίαν χαρίσηται, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῆς πόλεως ταύτης, πάσης πόλεως καὶ χώρας.

Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς ἀπὸ πάσης θλίψεως.

Ἀντιλαβοῦ, σῶσον, καὶ τούτων ῥηθέντων.

Ὁ ἀρχιερεὺς ἔχων τὴν χεῖρα ἐπικειμένην, εὔχεται οὕτως.

Ὁ Θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ὁ τῇ ἀφθάρτῳ σου φωνῇ τοῖς ἀποστόλοις σου θεσπίσας τὸν τῆς διακονίας νόμον, καὶ τὸν πρωτομάρτυρα Στέφανον τοιοῦτον ἀναδείξας, καὶ πρῶτον αὐτὸν κηρύξας τὸ τοῦ διακόνου πληρώσαντα ἔργον, καθὼς γέγραπται ἐν τῷ ἁγίῳ Εὐαγγελίῳ σου. ὅς τις θέλει ἐν ὑμῖν εἶναι πρῶτος, ἔστω ὑμῶν διάκονος· σὺ δέσποτα τῶν ἁπάντων, καὶ τὸν δοῦλόν σου τοῦτον, ὃν κατηξίωσας τὴν τοῦ διακόνου ὑπεισελθεῖν λειτουργίαν, πλήρωσον πάσης πίστεως, καὶ ἀγάπης, καὶ δυνάμεως, καὶ ἁγιασμοῦ, τῇ ἐπιφοιτήσει τοῦ ἁγίου καὶ ζωοποιοῦ σου πνεύματος. οὐ γὰρ ἐν τῇ ἐπιθέσει τῶν ἐμῶν χειρῶν, ἀλλ' ἐν τῇ ἐπισκοπῇ τῶν πλουσίων σου οἰκτιρμῶν, δίδοται χάρις τοῖς ἀξίοις σου. ἵνα καὶ οὗτος, πάσης ἁμαρτίας ἐκτὸς γενόμενος, ἐν τῇ φοβερᾷ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεώς σου, ἀμέμπτως σοι παραστῇ· καὶ τὸν μισθὸν τὸν ἀδιάψευστον τῆς σῆς ἐπαγγελίας κομίσηται.

Σὺ γὰρ εἶ ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Καὶ μετὰ τὸ, ἀμήν, 22 περιτίθησι τὸ ὠράριον τῷ χειροτονηθέντι 23 κατὰ τὸν ἀριστερὸν ὦμον, λέγων, 24 Ἄξιος. Καὶ ψάλλεται συνήθως τρίτον, τὸ, Ἄξιος. παρὰ τῶν τοῦ βήματος. Καὶ τρίτον, παρὰ τῶν ψαλτῶν. Εἶτα, ἐπιδίδωσιν αὐτῷ ὁ ἀρχιερεὺς ἅγιον ῥιπίδιον, λέγων ὁμοίως. Ἄξιος. 25 καὶ ἀσπάζεται αὐτόν. ὁμοίως ἀσπάζονται αὐτὸν πάντες οἱ διάκονοι. 26 Ὁ δὲ ῥιπίδιον λαβὼν, ἵσταται ἐκ πλαγίου τῆς ἁγίας τραπέζης, ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ μέρους, καὶ ῥιπίζει ἐπάνω τῶν ἁγίων. Καὶ ὁ ἕτερος διάκονος, ἵσταται ἔξω τοῦ βήματος 27 ἐν τῷ συνήθει τόπῳ, ἐν ᾧ ἀναγινώσκονται τὰ εἰρηνικά, καὶ λέγει 28 Πάντων τῶν ἁγίων μνημονεύσαντες. Ἔτι καὶ ἔτι ἐν εἰρήνῃ τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Καὶ τὰ λοιπά. Εἰς δὲ τὸν τῆς μεταλήψεως καιρὸν, πρῶτος τῶν ἄλλων ὁ χειροτονηθεὶς, μετέχει τῶν θείων μυστηρίων. καὶ λέγει τὰ διακονικὰ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ· ἤγουν, τὸ, 29 Ὀρθοὶ μεταλαβόντες. Ταῦτα δὲ γίνονται, 30 ὅταν γένεται λειτουργία τελεία. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐν ταῖς προηγιασμέναις γίνεται.

Vt clemens Deus purum & inculpatum ei ministerium largiatur: Dominum precemur.

Pro vrbe hac, omni ciuitate, & regione.

Vt liberemur ab omni tribulatione.

Succurre, salua &c. *Et his dictis.*

Pontifex impositam tenens manum precatur hoc pacto.

DEus Saluator noster, qui incorrupta tua voce, ministerii legem, Apostolis tuis sanxisti, & Protomartyrem Stephanum, eiusmodi renunciasti, primumque teipsum Diaconi opus adimplentem prædicasti, sicut in Euangelio sancto tuo scriptum est: Si quis vult in vobis prior fieri: esto minister vester. Ipse Domine, seruum tuum hunc, quem Diaconi ministerium subire voluisti, sancti & viuifici tui Spiritus aduentu, omni fide & charitate, & virtute, & sanctificatione adimple. Non enim in manuum mearum impositione, sed in abundantium miserationum tuarum visitatione, gratia te dignis exhibetur: vt & hic, omni peccato alienus factus, inculpate tibi aſter, & sinceram promissionis tuæ mercedem reportet.

Tu enim es Deus noster, & tibi gloriam referimus, Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

Et dicto, Amen, *Stolam Diaconicam humero sinistro Ordinati circumponit, dicens.*

Dignus. *Et pro more caniturter, ab iis qui sunt in Tribunali*, Dignus, *Et pariter à Cantoribus, ter. Et deinde tradit illi Pontifex sanctum Flabellum, dicens simili modo*, Dignus. *Et osculatur illum. Et eodem pacto Diaconi cuncti illum osculantur. Ille vero Flabello accepto, è latere sacræ mensæ, à dextra parte stat, & super sancta ventilat. Et alter Diaconus, extra Tribunal in loco solito, in quo Pacifica leguntur, stat, & dicit.* Omnium sanctorum memoriam agentes, Adhuc & iterum in pace Dominum precemur. *Et reliqua. Communionis vero tempore, prior aliis, sanctis mysteriis participat Ordinatus, & Diaconica suo loco pronunciat, videlicet.* Recti communicantes. *Hæque ita fiunt, quando missa integra celebratur. At quoniam etiam in Præsanctificatis fit,*

Sciendum, quod postquam Præsanctificata in sacra mensa deposita fuerint, priusquam Diaconus dicat. Compleamus orationem *fol.* 197. *Offertur Ordinandus, & Ordinationis ritus, vt diximus, peragitur.*

Ἰστέον ὅτι μετὰ τὸ ἀποτεθῆναι τὰ προηγιασμένα ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ, πρὶν εἰπεῖν τὸν διάκονον. Πληρώσωμεν τὴν δέησιν. Προσάγεται ὁ μέλλων χειροτονεῖσθαι, καὶ γίνεται ἡ τάξις τῆς χειροτονίας ὡς ἔφημεν.

In Ordinem fieri solitum in Diaconi Ordinatione Variæ Lectiones.

SEnsu licet in pluribus conueniant, verbis tamen vbique ferme M. S. Regia, Cryptoferratense Bessarionis, & Barberinum S. Marci discrepant. Regia itaque & Cryptof. sic legunt.

S*ancta sacrificii oblatione perfecta, cum portæ adyti fuerint apertæ, & exclamauerit Pontifex.* Et erũt misericordiæ magni Dei: *Priusquam dicat Diaconus:* Omnium sanctorum memoriam agentes, ***adducitur** qui Ordinandus est Archidiacono, aut quopiam alio Diaconorum ad sacram mensam, versus Pontificis dexteram. Chartophylax autem à sinistris chartam scriptam Pontifici tradit, ipsoque Chartophylace aut Archidiacono exclamante:* Attendamus: *omnibus audientibus, Pontifex legit scripta, quæ sic se habent.* Diuina gratia, quæ semper infirma curat, & quæ desunt adimplet: promouet N. piissimum Subdiaconum, in Diaconum: oremus igitur pro ipso, vt veniat super eum gratia sanctissimi Spiritus. *Mox omnibus tertio dicentibus:* Domine miserere: *inclinat qui Ordinatur genu dextrum: & Pontifex in eius capite tribus factis crucibus, manum ei tenet impositam: & sic precatur.*

Domine Deus noster, qui in præscientia tua, &c.

Et humili voce quanta, à circumstantibus Diaconis possit exaudiri, vt ab ipsis responderi possit; Diaconica hæc dicit Archidiaconus.

In pace Dominum precemur. Pro pace superna. Pro pace totius mundi, &c.

Pro Archiepiscopo nostro N. Sacerdotio, adiutorio, conseruatione, pace, & incolumitate eius, & pro opere manuum eius: Dominum precemur.

Pro seruo Dei N. qui nunc in Diaconum promouetur, & pro salute ipsius:

ΜΕτὰ τὸ γενέσθαι τὴν ἁγίαν ἀναφορὰν, καὶ τὰς θύρας ἀνοιγῆναι· καὶ τὸν ἀρχιερέα ἐκφωνῆσαι. τὸ, Καὶ ἔσται τὰ ἐλέη τοῦ μεγάλου θεοῦ· πρὶν εἰπεῖν τὸν διάκονα τὸ, Πάντων τῶν ἁγίων μνημονεύσαντες· ὁ μέλλων χειροτονεῖσθαι προσάγεται ὑπὸ τοῦ ἀρχιδιακόνου, ἢ ἑτέρου τινὸς τῶν διακόνων τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ, κατὰ τὸ δεξιὸν τοῦ ἀρχιερέως μέρος. Ὁ δὲ χαρτοφύλαξ ἐκ τοῦ ἀριστεροῦ δίδωσι χάρτην ἔγγραφον τῷ ἀρχιερεῖ, καὶ ἐκφωνοῦντος αὐτοῦ τοῦ χαρτοφύλακος, ἢ τοῦ ἀρχιδιακόνου τὸ, Πρόσχωμεν· ἀναγινώσκει τὰ γεγραμμένα ὁ ἀρχιερεὺς, Εἰς ἐπήκοον πάντων, ἔχοντα δὲ οὕτως. Ἡ θεία χάρις ἡ πάντοτε τὰ ἀσθενοῦντα θεραπεύουσα, καὶ τὰ ἐλλείποντα ἀναπληροῦσα· προχειρίζεται τόνδε εὐλαβέστατον ὑποδιάκονον, Εἰς διάκονον· εὐξώμεθα οὖν ὑπὲρ αὐτοῦ, ἵνα ἔλθῃ ἐπ' αὐτὸν ἡ χάρις τοῦ παναγίου πνεύματος. Καὶ πάντων λεγόντων ἐκ τρίτου τὸ, Κύριε ἐλέησον, ὁ χειροτονούμενος κλίνων τὸ δεξιὸν γόνυ, καὶ ὁ ἀρχιερεὺς ποιῶν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ σταυροὺς τρεῖς· ἔχων τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπικειμένην, εὔχεται οὕτως.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τῇ προγνώσει. Vt supra.

Καὶ λέγει ὁ ἀρχιδιάκονος λεπτῇ τῇ φωνῇ ὅσον ἀκούειν τοὺς συμπαρόντας διακόνους, καὶ ἀποκρίνεσθαι, τὰ διακονικὰ ταῦτα.

Ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης. Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ σύμπαντος.

Ὑπὲρ τοῦ ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν, τοῦ δεῖνος, ἱερωσύνης, ἀντιλήψεως, διαμονῆς, εἰρήνης, σωτηρίας αὐτοῦ, καὶ τοῦ ἔργου τῶν χειρῶν αὐτοῦ· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ δούλου τοῦ θεοῦ, τοῦ δεῖνος, τοῦ νυνὶ προχειριζομένου διακόνου, καὶ τῆς σωτηρίας αὐτοῦ·

τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὅπως ὁ φιλάνθρωπος θεὸς ἄσπιλον, καὶ ἀμώμητον αὐτῷ τὴν διακονίαν χαρίσηται· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς. Ἀντιλαβοῦ, σῶσον, ἐλέησον. Τῆς παναγίας ἀχρ. Καὶ τούτων λεγομένων, ὁ ἀρχιερεὺς ἔχων ὡσαύτως τῇ τοῦ χειροτονουμένου κορυφῇ τὴν χεῖρα κειμένην, εὔχεται οὕτως.

Ὁ θεὸς, ὁ σωτὴρ ἡμῶν. Vt supra.

Καὶ μετὰ τὸ, ἀμὴν, περιτίθησι τῷ χειροτονηθέντι τὸ ὠράριον· καὶ ἀσπαζόμενος τοῦτον, δίδωσιν αὐτῷ τὸ ἅγιον ῥιπίδιον, καὶ ἵστησιν αὐτὸν ἐκ πλαγίου τῆς ἁγίας τραπέζης, πρὸς τὸ ῥιπίζειν, καὶ οὕτως ὁ ἐπὶ τοῦ ἄμβωνος διάκονος λέγει τὸ, Πάντων τῶν ἁγίων μνημονεύοντες. Κατὰ δὲ τὸν τῆς μεταλήψεως τῶν θείων μυστηρίων καιρὸν, πρῶτος τῶν ἄλλων διακόνων ὁ χειροτονηθεὶς τοῦ θείου ἄρτου μετέχει, παρὰ τοῦ χειροτονήσαντος ἀρχιερέως, καὶ μεταλαμβάνει τοῦ τιμίου αἵματος πρὸ αὐτοῦ, παρὰ τοῦ μεταδιδόντος τῷ ἀρχιερεῖ. καὶ πρῶτος δεχόμενος παρ' αὐτοῦ ἱερέως, ἢ καὶ ἀρχιερέως, καὶ τούτου μεταλαμβάνων, εἰ μὲν δύο ποτήρια εἰσὶν, αὐτίκα δέχεται παρὰ τοῦ ἀρχιερέως τὸ δεύτερον, καὶ ἐξιὼν δίδωσιν αὐτὸ τοῖς κοινωνοῦσι λαοῖς· εἰ δὲ ἓν ὑπάρχει μόνον, περιμένει μέχρις ἂν οἱ τοῦ βήματος μεταλάβωσι πάντες, παρὰ τοῦ λαβόντος ποτήριον ἱερέως, ἢ καὶ ἀρχιερέως· καὶ οὕτω κομιζομένου τοῦ ποτηρίου τῷ χειροτονήσαντι ἀρχιερεῖ, λαμβάνει τοῦτο παρ' αὐτοῦ. καὶ ἐξερχόμενος μεταδίδωσι τοῖς προσερχομένοις. καὶ ταῦτα μὲν ὅτε ἡ λειτουργία τελεία. ἐπεὶ δὲ ἔξεστιν τὴν τοῦ διακόνου χειροτονίαν, καὶ ἐν τοῖς προηγιασμένοις ποιεῖν· ἰστέον ὅτι μετὰ τὸ ἀποτεθῆναι τὰ προηγιασμένα ἐν τῇ θείᾳ τραπέζῃ, πρὶν εἰπεῖν τὸν διάκονον· Πληρώσωμεν τὴν δέησιν ἡμῶν τῷ κυρίῳ· προσάγεται ὁ χειροτονηθῆναι μέλλων, καὶ τὰ ἑξῆς ἅπαντα ἀκολούθως, καὶ ἀπαραλλάκτως γίνεται.

Dominum precemur.

Vt humanissimus Deus immaculatum, & irreprehensibile ipsi ministerium largiatur · Dominum precemur.

Vt liberemur.

Suscipe, salua, miserere. Sanctissimæ, immaculatæ. *Hisque dictis, Pontifex eodem modo Ordinati vertici manum impositam tenens, sic precatur.*

Deus Saluator noster, &c.

Et responso, Amen, *Stolam Diaconicam Ordinato imponit: & solatus eum, sanctum flabellum ei tradit: & à sanctæ mensæ dextris cum statuit, vt ventilet; atque ita qui stat in Ambone Diaconus dicit:* Omnium sanctorum memoriam agentes. *Sumptionis autem diuinorum sacramentorum tempore, primus omnium Diaconorum diuini panis particeps sit, Pontificis Ordinantis manu (Diaconus) Ordinatus, & præ aliis pretiosum sanguinem assumit, ab eo qui Pontifici (calicem) distribuit; priorque etiam à Sacerdote vel (secundo) Pontifice accipiens, (calicique) participans; si duo sint calices, confestim à Pontifice secundum accipit: & egressus communicaturæ plebi illum distribuit. Si vero vnus tantum sit, quoadusque Tribunalis ministri cuncti communicauerint expectat, vt calicem à Sacerdote vel Pontifice, eum tenente accipiat: atque calice sancto Pontifici Ordinanti delato, eum deinde eius manu accipit. Et egressus aduenientibus distribuit. Et hæc quidem ita peraguntur cum perfecta missa celebratur. Quandoquidem autem etiam in Præsanctificatorum officia Diaconi Ordinationem celebrare licet: sciendum, quod depositis in sacra mensa præsanctificatis mysteriis, priusquam dicat Diaconus:* Compleamus orationem nostram Domino: *adducitur Ordinandus, & quæ sequuntur, ordine, & absque discrimine peraguntur.*

Textus huius rubricæ quadamtenus obscurus, expositionem requirit. Obseruandum, in solemnioribus Græcorum liturgiis quandoque cum Patriarcha plures alios Pontifices, Sacerdotes, & Diaconos, celebrare, sicut Ordinibus collatis, Sacerdotes Latini suo Pontifici concelebrant: quia vero primo celebrantium, sancti panis Eucharistici, secundo vero sacri calicis distributionem viritim facere incumbit, hinc rubrica, Diaconum recenter Ordinatum, præ cunctis aliis comministrantibus Diaconis panis communionem à Pontifice Ordinante, calicis autem partem ab secundo Pontifice, vel à Sacerdote illum distribuente, assumere præscribit. Et si quidem pro cōmunicātium numero plures consecrantur calices, primo in vsum sacris initiatorum cedente; secūdus, Ordinato Diacono à secūdo Pōtifice, vel Sacerdote, traditur, populo sacris participaturo distribuēdus: si vnus tātū sit, eumdē à dicto Pontifice vel Sacerdote oblatum accipit, quem confestim Ordinanti se Præsuli tradit, vt eum deinde ab ipso receptum, pro cōmunione, populum inter diuidat. Et hæc quidem rubrica, vt antiquissima, tempus illud respicit, cum plebs Christiana distinctas & separatas Eucharistiæ

species sumebat: nunc autem calicem non distribuit Diaconus, sed eum solummodo foras defert, à Sacerdote deinde cum pane intincto distribuendum. Qualis porro sit ea Præsanctificatorum missa, in qua Pontifici Diaconos Ordinare licet, compertum est ex dictis suprà de Præsanctificatis.

Barber num autem S Marci Euchologium, idē Diaconi Ordinandi officium aliis verbis compositum exhibet.

In Ordinatione Diaconi.

Peracta sancta oblatione, cum sanctuarii portæ fuerint apertæ: priusquam Diaconus dicat: Omnium sanctorum memoriam agentes: *præsentatur Diaconus Ordinandus Archiepiscopo, qui postquam dixerit.* Diuina gratia, &c. *genuflectit qui Ordinatur: & faciens Archiepiscopus tres cruces super caput eius, eique manum imponens, hoc pacto precatur.*

Domine Deus noster, &c.

Tum vnus Diaconorum facit orationem.

In pace Dominum precemur, &c.

Postquam vero à Diacono facta fuerit hæc oratio, tenens Archiepiscopus eodem pacto manum super caput Ordinati sic precatur.

Deus Saluator noster, &c.

Et responso, Amen, *aufertur ab Ordinato Subdiaconalis tunica, illique Stolam (Pontifex) imponit: pacemque osculo imprecatus, sanctum eidem flabellum tradit, & sancta dona in sancta mensa ventilantem (iuxta se) sistit. Tum stans in Ambone Diaconus, dicit.* Omnium sanctorum memoriam agentes, &c. *Atque vbi sancto corpori, & sanguini sacro communicauerit Pontifex Ordinans, sacrum ei calicem tradit; quo manibus apprehenso, accedentibus sanguinem sanctum distribuit. Et hæc quidem, cum integra celebratur missa. At cum ita sit, vt Diaconi & Diaconissæ Ordinatio, in perfectæ sacrificii oblatione, & in Præsanctificatorum officio celebretur: cum in Præsanctificatis Ordo huiusmodi confertur; ingreditur coram sancta mensa Pontifex, & adstante Diacono Ordinando, elata voce profertur:* Diuina gratia, &c. *Iubetque eum genuflectere Pontifex: & cuncta, secundum superius relatum ordinem, ad dimissionem vsque super eum celebrantur.*

Ἐπὶ χειροτονίᾳ διακόνου.

Μετὰ τὸ γενέσθαι τὴν ἁγίαν ἀναφορὰν, καὶ ἀνοιχθῆναι τὰς θύρας· πρὶν εἰπεῖν τὸν διάκονον· Πάντων τῶν ἁγίων μνημονεύσαντες· προσάγεται ὁ μέλλων χειροτονεῖσθαι διάκονος τῷ ἀρχιεπισκόπῳ, καὶ μετὰ τὸ ἐκφωνῆσαι· Ἡ θεία χάρις. γονυκλιτεῖ ὁ χειροτονούμενος, καὶ ποιεῖ τρεῖς σταυροὺς ὁ ἀρχιεπίσκοπος ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἐπιθεὶς αὐτῷ τὴν χεῖρα ἐπεύχεται οὕτως.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν. Vt supra. fol. 250.

Καὶ ποιεῖ εἷς τῶν διακόνων εὐχήν.

Ἐν εἰρήνῃ τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Vt supra 251.

Καὶ μετὰ τὸ πληρωθῆναι αὐτὴν τὴν εὐχὴν ὑπὸ τοῦ διακόνου, ἔχων ὁμοίως τὴν χεῖρα ὁ ἀρχιεπίσκοπος ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ χειροτονουμένου, ἐπεύχεται οὕτως.

Ὁ Θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν. Vt supra.

Καὶ μετὰ τὸ, Ἀμήν, ἐπαίρεται τὸ φελώνιν τοῦ χειροτονουμένου, καὶ ἐπιτίθησιν αὐτῷ τὸ ὠράριον· καὶ διδοὺς αὐτῷ ἀγάπην, ἐπιδίδωσιν αὐτῷ τὸ ἅγιον ῥιπίδιον, καὶ ἵστα αὐτὸν ῥιπίζοντα ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ τὰ ἅγια δῶρα. καὶ τότε ὁ ἐν τῷ ἄμβωνι ἑστὼς διάκονος, λέγει. Πάντων τῶν ἁγίων μνημονεύοντες, καὶ τὰ λοιπά. Καὶ μετὰ τὸ μεταλαβεῖν τοῦ ἁγίου σώματος, καὶ τοῦ ἁγίου αἵματος τὸν χειροτονηθέντα, ἐπιδίδωσιν αὐτῷ ὁ ἀρχιεπίσκοπος τὸ ἅγιον ποτήριον, ὃ περικρατῶν μεταδίδωσι τοῖς προσερχομένοις τοῦ ἁγίου αἵματος. Ταῦτα μὲν ὅτε τελεία γίνεται λειτουργία. Ἐπεὶ δὲ ἔξεστιν τοῦ διακόνου, καὶ τῆς διακονίσσης τὴν χειροτονίαν, καὶ ἐπὶ τελείας προσκομιδῆς, καὶ ἐπὶ προηγιασμένων, γίνεσθαι. Ὅτε ἐπὶ προηγιασμένων γίνεται ἡ τοιαύτη χειροτονία, εἰσέρχεται ὁ ἀρχιερεὺς, καὶ ἵσταται ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας τραπέζης, καὶ παρεστῶτος τοῦ μέλλοντος χειροτονεῖσθαι διακόνου, ἐκφώνως. Ἡ θεία χάρις, καὶ τὰ λοιπὰ, ποιεῖ αὐτὸν γονυκλιτῆσαι καὶ πάντα κατὰ τὴν προαναφερομένην τάξιν γίνεται ἐπ' αὐτῷ, μέχρι τῆς ἀπολύσεως.

In Ordinationem fieri solitum in Diaconi Ordinatione Notæ.

1. KAὶ ἐσαῦθα ἐλέη τοῦ μεγάλου Θεοῦ.] Paulo ante Dominicam orationem recitatam Diaconus consecratur, cum toto Canone decurso benedicit populo Pontifex, his verbis ; καὶ ἔσαι τὰ ἐλέη. quæ videre est in Chrysostomi liturgia fol. 79.

2. Ἐξελθόντες δύο διάκονοι.) Subdiaconus, quem hic duo Diaconi, in Regiis vero Archidiaconus deducere legitur, ab vno semper vel pluribus Diaconis etiam deductus in ecclesia Latina Ordinandus Pontifici offertur, ne honorem à se ipso quisquam assumat, sed qui vocatur : à Deo, electos namque septem primos Diaconos ante Apostolos statuerunt. Qui deducit autem, Archidiaconus est, vel vt loquitur Innocentius tertius cap. vnico de scrutinio in ord. faciendo, *prior Diaconorum qui Pontifici assistit*, cui nonnunquam comitem alium Græci adiungunt; quam quidem consuetudinem suo iam tempore Romæ, quam deinde totus orbis imitatus est, & morum suorum exemplar sibi proposuit introductam, testatur Hieronymus epist. 85 ad Euagrium, atque ita Epiphanio contigisse in sua ad Diaconatum promotione, eius gesta declarant, tunc enim, εἷς τῶν διακόνων, ἐπιλαβόμενος τῆς κεφαλῆς τοῦ Ἐπιφανίου, ἦγεν αὐτὸν πρὸς Πάππον ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον μετὰ βίας, ὥστε συνελθεῖν καὶ ἄλλους πλείστους, ὅπως διασώσωσιν αὐτὸν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. χειροτονεῖ οὖν αὐτὸν διάκονον, καὶ πάλιν δίδωσιν εἰρήνην. *Comprehensum capite Epiphanium è Diaconis vnus ad Pappum* (erat ille Citii Episcopus) *versus altare ducit inuitum & renitentem, ita vt plures ad deducendum confluerent, vt eum ad altare deportarent. Ordinat itaque illum in Diaconum, & ei pacem impertitur.*

3. Ἔσωθεν ἐν τῇ σωλέᾳ.] In sacrarii porta iuxta cancellos, quibus substernitur gradus σωλέας dictus, de quo fol. 18. vbi Subdiaconus velut in proprio loco subsistit. Consule dicta de Ordinatione Subdiaconi num. 14. & 21.

4. Εἰσάγουσιν αὐτὸν εἰς τὸ ἅγιον βῆμα.] Hierarchicos Ordines & Diaconatum primo, ad altare, in quo eorum ministerium perficitur, conferri debere discimus, ex Dionysio de Eccl Hierar. cap. 5 ὁ λειτουργὸς ἕνα τοῖν ποδοῖν κλίνας ἔμπροσθεν τοῦ θείου θυσιαστηρίου. *Diaconus genu altero flexo ante altare*, & inferius, ἡ οὖν ἐπὶ τὸ θεῖον θυσιαστήριον προσαγωγὴ, καὶ ὑπόπτωσις, αἰνίττεται πᾶσι τοῖς ἱερατικῶς τελουμένοις ὑποτιθέναι καθόλου τελεταρχικῷ Θεῷ τὴν οἰκείαν ζωὴν, καὶ τὴν αὐτῶν νοερὰν ὁλότητα. *Accessus & oblatio ad diuinum altare, genuumque flexio, significat omnibus, qui potestate Pontificia consecrantur, subiiciendam omnino Deo sacrorum authori propriam vitam, & quidquid spirituale & intellectuale in se possident*; Subdiaconos autem & Lectores, ad altare Consecrationem idcirco non suscipere scribit Amalarius Fortunatus lib. 2 de Eccl Offic. cap. 6. quod fuerint gradus processu temporis superioribus Ordinibus digni oribus in ministeriis occupatis adiecti.

5. Κυκλοῦντες τὴν ἁγίαν τράπεζαν.) Familiaris ab antiquo fuit Græcorum consuetudo, vt Deum adoraturi & deprecaturi, vel sacrum Tribunal thure suffumigaturi, iuxta propheticam Dauidis vocem psal. 25. *circumdarent altare* : itemque psal. 26. *circuirent & immolarent in tabernaculo eius hostiam vociferationis*: cuius quidem moris, animi angustia pressus Synesius, studiosum se fore promittit in Catastasi, βαδιοῦμαι πρῶτον ἐπὶ τὸν νεὼν τοῦ Θεοῦ, κυκλώσομαι τὸ θυσιαστήριον δάκρυσι βρέξω τὸ τιμαλφέστατον ἔδαφος, οὐκ ἀποσταίην πρὶν θυρῶν ἐκείνων καὶ θρόνον ἐκεῖνον ἀσπάζεσθαι. *Conferam me primo ad Dei templum, circumibo altare, lachrymis pretiosissimum solum rigabo, nec prius abscedam quam sacras fores thronumque illum osculatus fuero.* Cur vero cultum istiusmodi nunc exhibeat Diaconus Ordinandus, coniicere molitur Franciscus Hallier erudito æque ac grandi, de sacris Ordinationibus volumine. Ac licet circularem illum Subdiaconi cum Diaconis deducentibus, circa altare processum, arcana significatione carere non inficier: an tamen trinus iste altaris circuitus ad promptæ obedientiæ testimonium, vel ad animi se & cuncta caduca atque volubilia esse contemplantis, & in solo Deo conquiescere gestientis agitationem ostendendam, vel tandem ad perfectionis studium significandum, & ad circumspiciendum se, & omni ex parte non semel coram Deo discutiendi, conscientiam suam votum emittat, facile pronunciare authoris Græci testimonio destitutus non audeo : alia semper arrisit ritus huiusce expositio qua Diaconus sacram mensam venerari, expressaque in eiu angulis cruces, sacris osculis excipere visitur, vt sacrarii altarisque sanctitatem se reuereri, rerumque sacrarum humilem se ministrum deinceps fore protestetur, & à throno Dei sanctitatem omnem adimplendo ministerio requisitam, in se traducendam expectet: circuit itaque vt immolet in tabernaculo Domini, circumdat altare vt audiat vocem laudis : introit, inquam, ad altare Dei iuuentutem eius renouantis, tum forsan ob fines prædictos, tum propter alium quem vt breuius, ita & aptius positum lego, apud Symeonem Thessal. lib. de sacram. sæpius iam citato. τρὶς μὲν κυκλοῦσι διὰ τὴν τιμὴν τῆς τριάδος· διάκονοι δὲ προάγουσι, ἐπειδὴ μέλλει εἰς τὴν τάξιν αὐτῶν ἐλθεῖν. ᾆσμα δὲ ᾄδεται τῶν μαρτύρων, ὅτι ὁ προσερχόμενος ἤθλησε βιώσας καλῶς, καὶ τὴν πίστιν ἐτήρησε, καὶ τὴν ἁγνείαν ἐφύλαξε, καὶ διὰ τοῦτο στεφανοῦται. ὅθεν καὶ τοὺς μάρτυρας συγχορευτὰς τότε ἡ ἐκκλησία ἐπικαλεῖται. *Ter quidem sacram mensam obeunt in Trinitatis honorem. Diaconi vero Ordinandum deducunt, vt pote qui eorum ordinem ingressus sit. Canticum vero Martyrum canitur: quia ad Ordinem præsentatus, dum recte vixit, rite pugnam subiit, fidem seruauit, puritatem custodiuit; propterea que coronatur : & Ecclesia Martyres quasi eiusdem tripudii consortes futuros inuocat.* Trinus igitur ille circuitus, chorea sancta est, cui similes alias agi in sacramento Baptismi & Matrimonii celebrando, infra suis locis contemplabimur.

6. Ἅγιοι μάρτυρες.] Huiusmodi est hoc Canticum, cuius canendi causam superior numerus exprimit. οἱ ἅγιοι μάρτυρες οἱ καλῶς ἀθλήσαντες, καὶ στεφανωθέντες πρεσβεύσατε πρὸς κύριον τοῦ ἐλεηθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν. *Sancti Martyres præclare præliati, & coronati: intercedite ad Dominum vt animarum nostrarum misereatur.*

7. Σφραγίζεται τρίτον τὴν κεφαλήν.) Crucis virtus & signum, omnia quidem peragit Sacramenta, inquit author libri de Baptismo Christi apud Cyprianum,

& sine ea, nihil aliud est sanctum neque aliqua consecratio meretur effectum. Verum Ordini insuper ita peculiaris & propria facta est, vt Lectoratum σφραγῖδι μόνης σφραγῖδος, ea sola perfici Græcos docuisse superius audiuerimus: cæteris autem in Ordinibus ita requisitam tenent Augustinus in appendice de diuersis ser. 75. & Chrysostomus hom. 54. in Matth. vt eius virtute, quasi accidentaria conditione nimirum, compleri, non dubitauerint asserere. Huius verba sunt. καὶ γὰρ πάντα δι' αὐτοῦ τελεῖται τὰ καθ' ἡμᾶς, κἂν ἀναγεννηθῆναι δέῃ, σταυρὸς παραγίνεται· κἂν τραφῆναι τὴν μυστικὴν ἐκείνην τροφήν, κἂν χειροτονηθῆναι, κἂν ὅτι οὖν ἕτερον ποιῆσαι, πανταχοῦ τοῦτο τὸ νίκης ἡμῖν παρίσταται σύμβολον. *Cuncta namque ad nos spectantia per signum hoc consummantur, siue regenerari nos oporteat, siue mystico illo cibo nutriri, siue Ordinari, siue quodcumque aliud operari, adest vbique victoriæ symbolum.* Illius autem. *Sacerdotes & Leuitæ per hoc idem signum ad sacros Ordines prouehuntur, & vniuersaliter omnia Ecclesiastica Sacramenta in huius virtute perficiuntur.* Ritus autem huiusce significationem aperit Dionysius de Eccl. Hierar. cap. 5. ἡ σταυροειδὴς σφραγὶς τὴν ἁπασῶν ὁμοῦ τῶν σαρκικῶν ὀρέξεων ἀνενέργητον καὶ τὴν θεομίμητον ζωήν, ἀφορῶσαν ἀκλινῶς εἰς τὴν ἀνδρικὴν Ἰησοῦ θεοτάτην ζωήν, ἄχρι σταυροῦ καὶ θανάτου, μετὰ θεαρχικῆς ἀναμαρτησίας ἐληλυθότος, καὶ τοὺς οὕτω ζῶντας, ὡς ὁμοιοειδεῖς ἐνσημαίνουσα τῷ σταυροειδεῖ τῆς οἰκείας ἀναμαρτησίας εἰκόνι. *Cruciforme signum omnium cupiditatum corporearum significat defectum & inefficaciam, Dei vitam imitatricem, fixo & inflexibili oculo respicientem ad humanam diuinissimamque vitam Iesu progressi ad crucem & mortem vsque, cum impeccabilitate à Deo procedente: eosque qui similiter viuunt, vt ibi similes futuros, consignantis cruciformi propriæ à peccato exemptionis imagine.* Aliam insuper sensum addit Leo magnus serm. octauo de diuersis: *quia nempe crux est omnium fons benedictionum, & omnium causa gratiarum*: terque propterea Hierarchicos Ordines Ecclesia vtraque collatura suis, ter signum crucis imprimit; clarisque & Leoni adstipulantibus verbis Latina precatur, *vt electos benedicere, sanctificare, & consecrare Dominus dignetur.*

8. Κελεύει ἀποζώννυσθαι.) Insignia videlicet Subdiaconorum deponere: quæ sunt zona, tunica præcincta, mantile, vas ad aquam fundendam, &c. de quibus suprà.

9. Ἐρείδει ὁ χειροτονούμενος τὸ μέτωπον.) Explicant ritum hunc Dionysii de Eccles. Hierar. cap. 5. verba, ἡ ἐπὶ τὸ θεῖον θυσιαστήριον προσαγωγή, καὶ ὑπόπτωσις, αἰνίττεται πᾶσι τοῖς ἱερατικῶς τελουμένοις ὑποτίθεναι καθόλου τελεταρχικῷ θεῷ τὴν οἰκείαν ζωήν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ νοερὰν ὁλότητα. *Accessus & applicatio ad altare, & ad illud* (fronte genuque) *incuruatio, significat Pontificio ministerio inauguratis, eos in vniuersum primo consecratori Deo vitam suam ac integritatem spiritualem subiecisse.* Sensum quoque aliu adiungit ex suo Franciscus Hallier insigni de sacris Ordinationibus opere. *Frontem sacris altaribus infigunt Ordinādi*, Græci nimirum, satis enim est Latinis terram versus procubuisse, *vt ab eo authoritatem, securitatem, audaciam accipere se profiteantur, vt se diuina non erubescere significent: nam in fronte verecundia sedes est: qui ergo fronte sacro altari affigitur, non se sacra officia ac ministeria altaris turpi vnquam erubescentia deturgaturum ostendit.*

10. Κλίνει τὸ γόνυ τὸ δεξιόν.) Quia ἕνα τοῖν ποδοῖν, indeterminate scripserat Dionysius sæpe iam relatus, addidit propterea Maximus in Scholiis, ἄδηλον δὲ ποῖον πόδα φησί. *Incertum est vtrum pedem dicat.* Hunc forsan, vt hic legitur, determinarunt posteri, τὸ δεξιὸν *dextrum*. Qualiscumque autem pedum sit inclinandus, illius cæremoniæ rationem profert Dionysius: Cum namque tres sint Hierarchici Ordines, Diaconi nimirum, Sacerdotis, & Episcopi: & hic quidem perficiendi, illuminandi, & purgandi: iste illuminandi, purgandique: ille tandem purgandi solummodo potestatem sit adeptus: cum propter gratiam multiplicem & Diacono ampliorem obtinendam, vtrumque genu flectant duo primi, Diaconi quorum modicum & restrictum est donum, vnius tantum inflexione, Dei & altaris ministerio sunt mancipandi. Breuiter igitur & aperte mentem Dionysii explicans scribit Pachymeres in paraphrasi: διὰ τοῦτο ὁ διάκονος ὡς ἔχων τὴν καθαρτικὴν μόνην (δύναμιν) κάτεισι τῶν ποδῶν κλίνει. *propterea Diaconus vt sola purgatiua facultate donatus, vnum etiam tantum pedem inclinat*: cui adstipulatus Symeon Thessalon. ἓν καὶ μόνον, inquit, τῆς ἱερᾶς λειτουργίας λαμβάνει χάρισμα, ὡς φησὶ Διονύσιος, τὸ ἐξυπηρετεῖν, καὶ προσκαλεῖσθαι, καὶ κατηχεῖν· προσάγει γὰρ μόνον, καὶ παραγγέλλει, καὶ προσφωνεῖ προσελθεῖν· οὐ μὴν καὶ τελεῖν. εὐλογήσωμεν γὰρ φησι, καὶ οὐκ εὐλογεῖ· καὶ, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν, προτρέπεται, οὐκ εὔχεται δέ· καὶ, ἐν σοφίᾳ πρόσχωμεν, οὐ τελεῖοι δέ· ὡς διακονῶν τοίνυν οὐ, καὶ οὐ τελῶν, τὸ ἓν κλίνει καὶ μόνον γόνυ· ὅτι καὶ τῆς θείας διακονίας ὑπηρέτης καθίσταται. *Diaconus vnam eamque solam sacri ministerii gratiam accipit, vt Dionysius ait: ministrare enim debet, & adhortari, & verba ad Catechumenos facere: adducit siquidem tantum, & commonet, & excitat ad accedendum, non tamen sacra peragit: Benedicamus que ait, non tamen benedicit. Et, Dominum precemur, edicit: non tamen ipse orationes publicas recitat: Et, in sapientia attendamus, exclamat: non tamen consecrat. Vt ministrans igitur, non vt sacramentum perficiens, vnum inflectit genu: quia diuini obsequii minister constituitur.*

11. Ἔχων ἐπικειμένην τὴν χεῖρα.) Quos à primis exortus sui annis, manuum Apostolicarum impositione, instituit Ecclesia Diaconos, probato huiusce modi à successiua Conciliorum ferme omnium serie, à Patribus quoque laudato, & à sacris Historicis sæpe memorato ritu, nunquam omisit eosdem consecrare. Parens enim est & origo totius Ordinationis in Diaconis, Presbyteris, & Episcopis, Pontificiarum manuum impositio: nec minus illa, verbisque sacris eam comitantibus, coalescit Ordinis sacramentum, quam ex auro & circulari figura annulus, aut homo ex corpore & anima; Neque etenim comes est solum, & aduentitia: non integrans tantum & ex decentia requisita, sed intrinseca omnino, necessaria, & essentialis materia: qua adhibita, sicut olim Apostoli, prout in eorum scriptis & Actibus legimus, Diaconos, Presbyteros, & Episcopos crearunt, absque illa pariter nullum, in sublimiores Hierarchiæ Ecclesiasticæ gradus, successores Episcopi possunt euehere. Veritatem hanc à pluribus aliis discussam, non minus rituum Ecclesiæ, quam Theologiæ speculatiuæ periti, solidissimis argumentis & testimoniis demonstrant Franciscus Hallier, Isaacius Habert, Petrus Arcudius, Hugo Menardus, & alii plurimi: quorum lucubrationibus vix potest alius labore suo quidquam addere, cum meliora sint ab eis præoccupata, & omnium oculis exposita. Vnum nihilominus vel alterum ad conclusionem hancce confirmandam, Euchologii nostri lectio, & vox Græca χειροτονία, suggerit argumentum. Et Euchologium quaqua ex parte in hoc ritu inspiciatur, legatur, & euoluatur; nullam aliam indicat Ordinis materiam, præter dictam manuum impositionem. Flabellum namque

namque in sequentibus, manu Episcopi à Diacono accipiendum, Sacramenti huius materia nullo pacto potest æstimari. Substernitur siquidem suæ formæ materia omnis etiam analogicè considerata: hæc autem Flabelli traditio non modico tempore formam, sacramentumque proinde ipsum subsequitur: vnde cum in vniuersa Ecclesia, vnam sacramentorum administrandorum rationem essentialem (materiam nimirum & formam) statuere necesse sit; nec in Græca illius portione, alia quam manus impositio queat assignari: indubiè sequitur in Latina, eandem quoque essentialem esse reputandam. Voxque ipsa χειροτονίας, quâ Diaconatus, Presbyteratus, & Episcopatus Ordo insignitur, idem arguit, & concludit: σφραγὶς enim vt supra præmisimus, Lectoris est: Subdiaconi, χειροθεσία: Diaconi, & eo maiorum, χειροτονία *manus impositio*, quæ χειροθεσίας licet dictione pariter exprimatur, diuersam tamen esse, Græcorum tum scripta, tum viua verba docuerunt. χειροθεσία quippe Subdiaconis attributa, cærimonialis est tantum, & vt benedictionis impertiendæ comes, vnde & illi nuda simplexque deprecatio adiungitur: χειροτονία autem, de qua sermo noster est, forma Sacramenti effectiua, addicta est, illiusque tantum verba hæc, ἡ θεία χάρις, &c. propria sunt reddita, vt ipsi in formæ ratione proportionata: ex quo non improbandâ sequelâ deducitur necessariam esse, & essentialem materiam Ordinis manuum impositionem, sicut prædicta verba pænes Græcos essentialia sunt & necessaria. Propteréaque Symeon Thessal. in cuius dicto nuper enarrata stabilitur ratio χειροθεσίαν, *manus admotionem*, in Ordinando Subdiacono, τὴν σκεπαστικὴν δύναμιν τοῦ θεοῦ, *protectricem Dei virtutem* significare, dixisse contentus, sicut & ipsum per eam sub Ecclesiæ iugum mitti: nil simile de Diacono docet aut asserit, quin potius, ὁ διάκονος, inquit, ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐπιδέχεται τὴν χεῖρα, ἡ δεικνύς τὸ ἐπισκιάζον τῆς χάριτος, καὶ ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ μετάδοσιν. *Diaconus caput Episcopi dexteræ supponit, quæ gratiæ obumbrationem, & traducem à Christo potestatem significat.* τὸ ἐπισκιάζον τῆς χάριτος, *gratiæ obumbrationem*, per aduentum S. Spiritus in sacramento collati, & μετάδοσιν ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, *Gratiæ per Christum* sacramentorum authorem, *communicationem & distributionem*, vnica hæc manus impositio repræsentat: & proinde, quæ est sacramentorum natura, quod significat, operatur. An non etiam dextera Domini glorificatur in virtute, cum Latino Diacono manum imponit Episcopus, dicens: *Accipe Spiritum sanctum ad robur, ad resistendum diabolo & tentationibus eius, in nomine Domini?* Verum traditio libri, inquies, respectu Latini, & Flabelli exhibitio, Græci intuitu, materiæ locum obtinebit: non manus impositio. Quinimo: manuum impositioni aduentunt illæ traditiones instrumentorum, vt accidens subiecto, eiusque solùmmodo extensio sunt, & vt ita dicam, nuda obscurè traditæ potestatis explicatio. Cum namque manus & dexteræ voce, non raro occurrat, in scriptura, Dei potestas & virtus intellecta, eius Pontificalis impositio, χειροτονία, nihil aliud præter diuinæ virtutis & potestatis donum siue communicationem arguere debet in Præsule, Dei nomine sacros Ordines conferente: ea siquidem mens est D. Thomæ 3. p. qu. 84. art. 4. dicentis: *Impositio manuum in sacramentis Ecclesiæ fit ad significandum aliquem copiosum gratiæ effectum, quo illi quibus manus imponuntur quodammodo per quandam similitudinem continuantur ministris, in quibus copia gratiæ esse debet. Et ideo manus impositio fit in sacramento Confirmationis, in quo confertur plenitudo Spiritus sancti, & in sacramento Ordinis in quo confertur quædam excellentia potestatis in diuinis mysteriis. Vnde & 2. ad Tim. 1. dicitur: Resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum.* Et S. Bonauentura in 4. dist. 24. art. 2 qu. 1. *In Ordinibus*, inquit, *sacris*, (per sacros, Hierarchicos intelligit) *quoniam datur ibi nobilis potestas & excellens, fit manus impositio; non tantum instrumenti traditio, quoniam manus est organum organorum, in quo scilicet principalius residet potestas Ordinandi: vnde sic Ordinabant in Ecclesia primitiuâ.* Hæc ille, conformiter ad D. Thomam, quæ quidem argutè confirmantur attento vocabulo, προχειρίζεται; in Græci ritus Ordine, & eius forma profe. endo, de quo rursum inferius num. 15. Dum enim χειροτονοῦσι, *manum Ordinando imponunt* Græci Pontifices: ἡ θεία χάρις, inquiunt, προχειρίζεται: *diuina gratia non declarat tantum, designat, creat, aut promouet*, (quæ germana sunt huius vocabuli significata) *verum etiam præ manibus habet, & manuum ministerio instituit*, &c. Hincque, reor, emicat alterius vocabuli, χειροτονίας nempe, sensus proprius & non refellenda significatio, quâ certè non nudam manus extensionem in creandis magistratibus, proindeque solam eorum electionem exprimit, quin potiùs veram eorumdem promotionem, & institutionem, spirituali traditâ potestate, & à superiore manum imponente in inferiorem sibi suppositum traductâ virtute, cui similis ea fuit, quâ iubente Deo, per manuum impositionem impertiit Moyses, Iosuë filio Nun, numer. 27. *Tolle*, dixit Deus, *Iosué filium Nun virum in quo est Spiritus, & pone manum tuam super eum, & dabis ei præcepta cunctis videntibus, & partem gloriæ tuæ*, (potestatis nimirum qua pollebat Moyses in populum) *vt audiat eum omnis synagoga filiorum Israël.* His tandem adde, quod in officio præsenti, collatus Ordo, ἔργον τῶν χειρῶν τοῦ ἐπισκόπου, *opus manuum Episcopi*, vocatur, quasi proprius partus, & effectus eius: vt vero sine manibus nil operatur homo, ita nec sine manuum impositione, opus suum, ministrorumque consecrationem Pontificia dignitas & virtus potest aggredi.

12. Ἐκφωνεῖ.] ἐκφώνησις hæc, (clariori nempe voce à Pontifice prolata verba) ea est, quæ apud Dionysium de Eccles. Hierarchia cap. 5 dicitur ἀνάρρησις, & ἀνάρρησις ἱερά: *publicatio, & sacra renunciatio*, qua nempe tanquam legitima forma Hierarchicus Ordo perficitur, & conferri censetur. Et sanè, quamuis authori voluminis egregij de sacris Ordinationibus, vocabulum ἀνάρρησις, non Ordinis formam, sed potius eam *acclamationem*, *& præconium laudis*, quo Pontifice Flabellum Diacono tradente, vel etiam propriis eum vestibus induente, τὸ, ἄξιος pronunciatur; præconium, inquam, hoc, & acclamationem qua dignus hoc munere Diaconus iudicatur, potius quàm formam, qua Ordinatus declaratur & cõsecratur, videatur significare: mihi certè ex aduerso, S. Maximi & Pachymeris authoritas in citatum Dionysij locum, vocem ἀναρρήσεως, aliud quàm germanam Ordinis formam non posse declarare persuadet. Et ille quidem in Scholiis dictâ vocem exponens: ἀνάρρησις, inquit, οἱονεὶ κήρυξις ἐξ ὀνόματος. σφραγίζων γὰρ αὐτὸν ὁ χειροτονῶν ἀρχιερεὺς ἐξ ὀνόματος φάσκει. σφραγίζεται, ὁ δεῖνα, ἀπὸ πρεσβυτέρου εἰς ἐπίσκοπον, ἐν ὀνόματι πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος. ὁμοίως καὶ

ἐπὶ πρεσβυτέρου καὶ διακόνου. *Explicatio, est quasi prædicatio ex nomine: consignans enim eum Pontifex qui ordinatur, ex nomine dicit. Consignatur N. ex Presbytero in Episcopum, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Quod similiter etiam sit in Presbyteri, & Diaconi ordinatione.* Vide non in extollendo Ordinati præconio, aut in eius gloriâ, per vocem ἀξιος, celebrandâ; sed potius in eius nomine, cum cruce signatur, proferendo; fieri ἀνάῤῥησιν, de quâ Dionysius loquitur: quæ licet nominis appellatio à S. Maximo notata, posterioribus temporibus omissa sit, (nec enim amplius pronunciat Pontifex: σφραγίζεται ὁ δεῖνα. *Signatur N. &c.* sed crucis signum facit is ter exprimit) ne forsan verbis iisdem Ordinatum consecrari sentiret ignarus quispiam: ἀνάῤῥησις tamen illa, significatum idem semper fert at, eodem Maximo teste, in sequentibus scribente: ἡ ἀνάῤῥησις, ἤγουν ἡ ἐπὶ τῇ χειροτονίᾳ ἀνακήρυξις. οἷον ἐπὶ τῆς ἐπισκόπου ὑπὲρ τοῦ ἁγίου πατρὸς, ἐπισκόπου τοῦδε. ἐπὶ δὲ πρεσβυτέρου, ὑπὲρ τοῦδε πρεσβυτέρου. ἐπὶ διακόνου· ὑπὲρ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν τοῦδε διακόνου. τὴν δὲ ἀνάῤῥησιν φησὶν, ὅταν ἐν αὐτῷ τῷ χειροτονεῖν κηρύττῃ τὸν χειροτονούμενον ἡ θεία χάρις προχειρίζεται τὸν δεῖνα εἰς τόνδε. *Acclamatio, est renunciatio in Ordinibus, sicut in Ordinatione Episcopi, pro sancto patre Episcopo hoc: in Presbyteri autem; pro hoc Presbytero: in Diaconi verò; pro fratre nostro hoc Diacono. Hic porro recitationem dicit, quando in ipsa Ordinatione, eius qui Ordinatur nomen prædicat, dicens, Diuina gratia promouet N. talem in talem.* Non est itaq; ἀνάῤῥησις nisi nominis eius, qui Ordinatur expressio, siue cum cruce in præcedentibus signatur, siue cum in sequentibus, vt pro eodem Ordinato roget, populum hortatur Pontifex; εὐξώμεθα οὖν ὑπὲρ αὐτοῦ, *oremus pro eo*, vbi antiquitus teste Maximo nomen efferebatur: siue (quod nunc etiam fit) in ipsa Ordinatione, nomen Ordinati non tacetur, cum dicitur: ἡ θεία χάρις προχειρίζεται τὸν δεῖνα, &c. *Diuina gratia promouet N. &c.* A stipulatur præfatus supra Pachymeres in Paraphrasi scribens: κοινὸν δὲ καὶ τοῖς τρισὶν ἐστι, τὸ ἐπὶ προσθεν τῆς θείας θυσιαστηρίου χειροτονεῖσθαι· καὶ ἡ σταυροειδὴς σφραγὶς, καὶ ἡ τοῦ ὀνόματος ἀνάῤῥησις, καὶ ὁ τελειωτικὸς ἀσπασμός. *Est vero illud tribus* (Diacono, Presbytero, & Episcopo) *commune, coram sacro nempe altari consecratio, signum cruciforme, nominis appellatio, & osculum consecrationis consummatiuum*: at cum in signo cruciformi, vel in Pontificis ad orationem monito, non amplius Ordinati nomen exprimatur, sed in aliis quæ elucubrantur verbis: reliquum est vt ea sola, ἀνάῤῥησιν nominis appellationẽ non contineant solum, sed & Hierarchici Ordinis formam exhibeant: dixit enim adductus iam Maximus, τὴν δὲ ἀνάῤῥησιν φησὶν ὅταν ἐν αὐτῷ τῷ χειροτονεῖν κηρύττῃ τὸν χειροτονούμενον· ἡ θεία χάρις προχειρίζεται τὸν δεῖνα εἰς τόνδε. *Hic acclamationem dicit cum in ipsa actuali Ordinatione*, vt ita loquar, *ipsum actu Ordinatum prædicat: diuina gratia promouet N. in talem*, at non promouet nisi per verba formam in ipso Ordinationis actu includentia: verba igitur acclamationis etiam Ordinationi adiunguntur, & eam continent. Cuius quoque non infirmum est argumentũ, quod verba Ordinati consecratiua, manuum impositionem concomitari debeant, sicut forma materiam sibi propriam, ait enim Ambrosius in cap. 4. primæ ad Timotheum epistolæ: *Manus verò impositiones verba sunt mystica, quibus confirmatur ad hoc opus electus accipiens authoritatem.* Et Hieronymus in eiusdem epistolæ cap. 5. *Non solum ad imprecationem vocis, sed etiam ad impositionem impletur manus:* sed alia verba, præterquam sequentia ἀναῤῥητικὰ, Ordinatiuam manus impositionem non sortiuntur adiunctam: longe namq; est Theologus quiuis, vt absolutis verbis reiectis, in subsequente deprecatione formam huius Sacramenti constituat: superest ergo dilucide concludendũ, iamiam considerandã ἀνάῤῥησιν, cum à Theophane citatam apud Baroniũ anno Domini 714. num. 4. & à S. Maximo ter iam relato antiquitatis suæ testimonium nactam, verã, germanam & recipiendam Ordinis formam in se includere, quam à Latinâ nostrâ nullomodo dissentire, constabit, si tamen sensus, non sonus verborum attendatur, & ad Theologiæ potius, quam Grammaticæ amussim, ad scriminis omne iudicium referre non auersemur: de quo in sequentibus.

13 Ἡ θεία χάρις.] Gratia, si præsentem textũ spectes, trium maxime significationem secum defert. Primo Dei, ipsius gratiæ authoris, quo sensu dixit Paulus 1. Cor 15. *Abundantius illis omnibus laboraui: non ego sed Gratia Dei mecum:* non est autem gratia quæ collaborat, sed Deus vt primum operationum sanctarum principium, qui homini bene operãdi præstat auxilium. Secundo ipsam Dei electionem, quã homo ad altiorem gradũ prouehitur, & vocationem quâ in sublimiore statu collocatur, vox *Gratia* indicat: eiq; sensum hunc tribuit Paulus ad Rom 4 *Reputatur fides eius ad iustitiam secundum propositum Gratiæ Dei.* Et iterum 1. ad Tim. 2. *Vocauit nos vocatione sua sancta non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, & Gratiã* &c. Et tertio tandem *Gratia* qualibet specialis in sacramentis recepta, & sacramentis à quibus procedit conformis, *Gratia* quoq; nomen accipit: & huiusmodi est sanctus coniugum conuictus, mutua fidei sibi datæ obseruatio, prolis studiosa educatio, in matrimonio: animæ salus, & eius recta valetudo in Eucharistia, &c. vno verbo talis est omnis, quæ vocatur *Gratia* sacramentalis, siue illa per modũ inhærẽtis in sacramentũ suscipiente, qualis est potestas spiritualis recenter Ordinato collata; siue per modũ vsus & vt progrediens à sacramenti ministro, cõsideretur: cuiusmodi est cõferendi sacros Ordines authoritas spiritualis, quæ non tantũ habitu in Pontifice residet, sed actu operatur, & vt instrumentalis motio sub Deo tanquã præcipuo agente actionem sibi propriã exercet. His tribus Gratiæ spectatis acceptionibus, dubitanti quisnã sensus sit his vocibus, ἡ θεία χάρις προχειρίζεται. *Diuina gratia promouet*, &c tribuẽdus. Respondendũ: nomine *Gratiæ*, primo Deum ipsum intelligi. Profitetur id Symeon Thessal. lib. de Sacramentis: ὁ ἀρχιερεὺς, inquit, ἐκφωνεῖ, ἡ θεία χάρις· τῆς τριάδος κοινὸν εἶναι μαρτυρῶν τὴν δωρεὰν, καὶ ταύτην ἐπικαλούμενος. *Pontifex pronũciat Diuina gratia. Quibus verbis*, (Ordinationem) *commune esse Trinitatis donum* [illegible]*tatur, & ipsam implorat.* Quasi diceret: nõ ipsam gratiam, præcisõ quocumq; alio, ad Ordines promouere; sed potius Deũ ipsum media sua *gratia*; & vt Deus velut præcipuus sacramẽti huius author dignoscatur, à tribus personis, Patre, Filio, & Spiritu S. indiuisim à se inuicem opus externum quodcumque producentibus, donum hoc procedere fatendum est, vnde & crucis expresso signo sancta Trinitas in sequẽtibus inuocatur; & confestim, vt vberior in Ordinatum Spiritus sancti *gratia* descendat, fit oratio. *Sicut namque Græci*, ait D. Thomas post Chrysostomum homil. 50. in Matthæum, & Augustinũ tractatu 6. in Ioãnem, *non attribuunt actum baptismi ministris* (dicentes ego te baptizo, sed baptizatur seruus Christi) *ad euitandum antiquum errorem eorum, qui virtutem baptismi baptizantibus attribuebant, dicentes: Ego sum Pauli, ego vero Cephæ:* sic vitando paris erroris periculo, vel ma-

ioris humilitatis profitendæ gratiâ; personam, authoritatem, actumque proprium in conferendo Ordine silent, vt tota sacramenti virtus Deo gratiarum omnium authori nullâ difficultate tribuatur. Atq; ita par omnino est Latini, vel Græci Pontificis sententia, cum ille, *Accipe potestatem offerre sacrificium Deo, &c.* enunciat; vel hic ἡ θεία χάρις προχειρίζεται εἰς πρεσβύτερον, profert: & pari ratione Latinus, aut Græcus diuinâ eadem *Gratiâ* promotus in Presbyterum, accipit potestatem offerendi sacrificium Deo, missasque celebrandi. Intelligitur quoque *Gratiæ* eiusdem vocabulo, tum diuina electio, tum ipsa Dei ad sublimem Ordinis gradum, dignitatem, & officium vocatio: ita Paraphrastes Pachymeres Dionysij de hoc sacramento loquentis perspicuam aliunde mentem interpretatur: ὁ φιλόθεος ἱεροτελεστὴς μόνον ἐκφαίνει τὴν θείαν ἐκλογήν· ὅτι οὐ χάριτι, ἀλλ' ὑπὸ θεοῦ κινούμενος αὐτὸν ἐξελέξατο. τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ ἐκφώνησις, ἡ ἔκφανσις τῆς θείας βουλῆς. *Deum amans consecrator Episcopus, diuinam electionem tantummodo declarat, quia non gratiâ, id est humano fauore, sed à Deo motus Ordinandum elegit. Hoc enim est eius exclamatio, diuini nimirum consilij declaratio.* Hinc Ecclesiasticos suscepti Ordinis munere indignos, hoc nomine percellit Gregorius Theologus in oratione Apologeticâ: ὧν τὸ ἔργον χάριτος ἀνθρωπίνης, οὐ τῆς τοῦ πνεύματος, *quod opus eorum gratiæ humanæ fuerit & ab ea processerit, non Gratiæ Spiritus.* Et oratione in laudem sui patris, celebratam in Ordinationibus *Gratiam*, magistratuum sæcularium potestate deteriorem apparere, propter sacrorum virorum abiectiorem vitam conqueritur: νῦν δὲ κινδυνεύω τὰς δημοσίας ἀρχὰς εὐτακτοτέρας ὑπολαμβάνειν τῶν ἡμετέρων, αἷς ἡ θεία χάρις ἐπιφημίζεται. *Periclitor nunc publicos magistratus meliore nostro, esse ordine dispositos opinari, in quo tamen, Diuina gratia prædicatur.* Sed & clarissime Dei electionem humanis fauoribus, in electionibus ministrorum Ecclesiæ quandoque prædominantibus, opponit Chrysostomus orat. 4. de Sacerdotio: καὶ μάλιστα ὅτι πολλαὶ τούτων τῶν χειροτονιῶν, οὐκ ἀπὸ τῆς θείας γίγνονται χάριτος, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς τῶν ἀνθρώπων σπουδῆς. *Præsertim quando & multæ harum Ordinationum non à diuina gratia, sed ab humano fiunt studio.* Intelligenda est tandem eiusdem *Gratiæ* dictione, ordinantis Pontificis à Deo potestas accepta, cum enim hic ministerium omne suum taceat Pontifex, & in sequente nihilominus oratione promotum à se Diaconum prædicet his verbis: ὃν εὐδόκησας προχειρισθῆναι παρ' ἐμοῦ, *quem tu* (Domine) *voluisti vt à me promoueretur*, procul dubio si quid in illo sit quo ad Ordinationem concurrisse æstimetur, aliud dici aut assignari nequit, præter potestatem Pontificalem, *Gratiæ* diuinæ virtute in eo operantem, effectumque suum ex necessitate consequentem: isque etiam mera est *Gratia*, sacra scilicet & diuina virtus à Pontifice in Ordinationis subiecto recepta, per quam Diaconus, Presbyter, aut Episcopus, velut per propriam sibi formam complete & integre perficitur & consecratur: de quâ subtiliter & erudite dum disserit Gabriel Philadelph. immerito, me iudice, ab Arcudio condemnatur primis cap. 8. lib. 6. verbis. Dixerit enim licet Philadelphiensis Antistes: τὸ εἶδος τῆς χειροτονίας ἐστὶν ἡ θεία χάρις, ἡ διὰ τῆς ἐπιθέσεως τοῦ ἀρχιερέως ἐπὶ τὸν χειροτονούμενον κατερχομένη, καὶ τέλειον αὐτὸν ποιοῦσα: *Forma Ordinationis est diuina Gratia, per Pontificis manuum impositionem super Ordinatum descendens, & eum perfecte constituens*, male exinde infert Arcudius. Miror quomodo non dixerit, baptismi formam esse diuinam Gratiam, & hac ratione vna erit & eadem omnium sacramentorum forma. Nam in omnibus sacramentis diuina *Gratia* in eos descendit, qui ea suscipiunt, &c. Apage importunam & ineptam argutiam Arcudij. Diuersa siquidem est in singulis sacramentis, nec eadem est Ordinis aut baptismi, quæ cæterorum Gratia: nec proprie à nobis, aut à Philadelphiensi dicitur Sacramenti forma, sed potius effectus; vt etiam est Character, absque *Gratia* quandoque receptus; qui cum à Pontifice in Ordinatum digrediatur, & in eius anima velut in subiecto accidens inhæreat, quid mirum si *Gratia* vel effectus eiuscemodi dicatur, θεία χάρις ἡ διὰ τῆς ἐπιθέσεως, &c. Illa itaque *Gratia* vel Ordinis effectus in Ordinati receptus animâ, & à Pontificis *Gratia* eius nimirum potestate deriuatus, & à Deo primæuo *Gratiæ* fonte & authore per electionis *Gratiam* dimanans; perfecte & integre promouet Ordinatum, eique iuxta gradum suum manum vltimam imponit; quod aliud nihil est, quam quod docent Theologi, per Ordinis effectum & Characterem, velut per causam formalem, vltimam suam perfectionem Ordinatum sibi comparare.

14 Ἡ πάντοτε τὰ ἀσθενῆ θεραπεύουσα.] Crebro manus hominibus imposuisse Christus legitur, cuius quidem actionis frequentius ab eo exercitæ non nisi geminum finem sibi præstituisse possumus edicere, salutem nimirum ægrotis restituendam, & pueris benedictionem impertiendam. Priorem finem eloquuntur innumera Euangelij loca: posterior manifestus est Luc. 18. & Matth. 19. vbi dicitur: *Tunc oblati sunt ei paruuli vt manus eis imponeret, & oraret. Et cum imposuisset eis manus, abijt inde.* Operabatur autem per sacrum huiuscemodi contactum diuina gratia, & infirmis quidem sanitatem corporis restituebat, imperfectis autem pueris desideratum animæ profectum, & complementum elargiebatur: atque ita ἡ θεία χάρις ἡ πάντοτε τὰ ἀσθενῆ θεραπεύουσα καὶ τὰ ἐλλείποντα ἀναπληροῦσα προεχειρίζετο *Diuina gratia, quæ semper infirma sanat. & quæ desunt supplet, promouebat* vnumquemque, iuxta quem patiebatur defectum. Hac de causa SS. Patres & Apostoli à Christo primitus edocti, tum vt priorum eius atrectuum sacrorum sequerentur exempla, tum vt beneficia per eos quondam præstita commemorarent, & paria quoque se suscipere quotidie demonstrarent, simili manuum impositionis genere, in conferendis Ordinibus, ab ipsis Ecclesiæ incunabulis, consueuerunt vti. Nil mirum itaque si vbi potestas Ecclesiastica ministris Christi & Apostolorum Discipulorumq; successoribus deleganda est, tum vt infirmitatis suæ remedium, tum vt defectibus propriis supplementum reperiat; aliorum deinceps ægritudinibus medelam, & imperfectionibus incrementum allaturi, nec manuum attactum prætermittant, nec diuinam gratiam, salutis & benedictionum fontem inexhaustum, celebrare desistat. Hanc licet obseruationem circa Ordinis formam nullus quod sciam Græcus author aperte fecerit; nō ignotam tamen, & illibatam penitus reliquit Symeon Thessalonicensis lib. de Sacram. dicens: καὶ ἐπάγει· ἡ πάντοτε τὰ ἀσθενῆ θεραπεύουσα. ταπεινοὶ γὰρ ἡμεῖς, καὶ λίαν ἀσθενεῖς, καὶ μάλιστα πρὸς τοιαῦτα τὰ θεοῦ ἔργα. δεῖ καὶ ἡ θεραπεία τῶν ἀσθενῶν ἡμῶν παρ' αὐτῆς· αὐτὴ γὰρ παρέχει τὴν δύναμιν. καὶ τὰ ἐλλείποντα ἀναπληροῦσα φησίν· οὐ γὰρ ἡμεῖς ἀφ' ἑαυτῶν τι κεκτήμεθα, ἢ ἰσχύομεν· ἀλλ' αὐτὴ τοῦ θεοῦ χάρις ἡ πάντα ἰσχύουσά τε καὶ γέμουσα, ἅπερ ἡμεῖς οὐκ ἔχομεν, ἡ καὶ ἀναπληροῦσα τὸ ἐλλεῖπες ἐν ἡμῖν. *Deinde subiūgit: quæ sēper infirma sanat Quippe nos humiles, valde & infirmi sumus, præsertim ad huiusmodi Dei munera præstāda. Idcirco & curationē ipsa nobis infirmis adhibet, ipsa nimirū præbet vires. Et quæ desūt, inquit, supplet.*

Non enim nos à nobismet ipsis aliquid comparamus, aut possumus: sed ipsa Dei gratia, quæ omnia potest, omnia præstat, quæ nos minime habemus, quæ item supplet, quæ desunt in nobis.

15. Προχειρίζεται.] Symeon. ἤτοι προβάλλεται, καθιστᾷ, τελειοποιεῖ. ἅμα τῷ λόγῳ καὶ τὸ χάρισμα δίδοται· οὐδὲ γὰρ χρόνου χρεία τῇ παντοδυνάμῳ καὶ αὐτοτελεῖ δυνάμει. *Hoc est designat, creat, constituit, consecrat, seu consecratione perficit. Vna cum verbo simul donum datur: neque enim potentia omnipotenti sua natura perfectissima, opus est tempore.* Idem, προχειρίζεται, declarare, oculis subiicere, & sui præsentia certiorem reddere significat apud Budæum, hocque eodem sensu scripsit Synesius. ὁρᾶν τὸ ἀπόντα δοκῶ, τὸ ἐναποτεθέν τῷ ἀπὸ διαθέσεως εἶδος προχειριζομένης τῆς μνήμης: *absentem te cernere mihi videor, insitam sine inustam ex affectu speciem memoria nunc repræsentante, & velut oculis exhibente.* In Ecclesiæ quippe conspectu, manuum Pontificiarum ministerio, simul ac profertur ἡ θεία χάρις, ipsa diuina Gratia, in Ordine constitutum declarat: non nudo quidem verbo, aut Deo solo ad Pontificis præsentiam consecrationem operante, sed & Pontifice quasi ministro manum admouente, & imponente: vt ab eo, ceu riuo sacramenti Gratia, & Ordinis potestas, à Deo primæuo bonorum omnium fonte, in consecratum deriuetur. Agnoscit enim & ipse Pontifex instrumentalem suum concursum, cum in oratione mox subsecutura inquit, ὃν εὐδόκησας προχειρισθῆναι ἀπ' ἐμοῦ, & à se Ordinatum profitetur eum, qui suæ manui supponitur.

16. Τὸν δεῖνα.] Huius particulæ, nominis videlicet exprimendi intuitu, S. Maximus sacramenti huius formam vocauit, ἐπικήρυξιν, & ἀνακήρυξιν, *præconium & renunciationem*; quam Dionysius dixerat ἀνάρρησιν, *acclamationem*: de qua Symeon. καὶ τὸ ὄνομα λέγει, ἵνα τοῦτο γραφῇ ἄνω, καὶ γνώριμος ὑπάρχῃ, ἀγγέλοις τε καὶ ἀνθρώποις· ἐπεὶ καὶ θεοῦ καθίσταται λειτουργός. *Etiam nomen profert (Pontifex) vt illud scribatur in cælis: & notus fiat Angelis & hominibus, quandoquidem & Dei constituitur minister.* Ne videlicet de recepto sacramento dubium oriatur, nomine suo designatur consecratus: quem vt determinet minister Latinus, his eum verbis excitat: Accipe potestatem, & alibi baptizo te, signo te, &c.

17. Τὸν εὐλαβέστατον ὑποδιάκονον.] Non subiectum modo, sed conditionem quoque subiecti digito indicant hæc verba: de quibus Thessalonicensis. τιμᾷ καὶ τὸ πρῶτον χάρισμα, καὶ τὸν ἔχοντα ὡς θεοῦ ὑπηρέτην, ὡς θεοῦ χάριν ἔχοντα, καὶ ἐν Χριστῷ ἐνεργοῦντα. *Honorat tum antiquum munus, tum eo munere prædictum, tanquam Dei ministrum: denique gratiam possidentem, & in Christo ad agendum efficacem.* Et præterea successionem Ordinum legitimam commendant; vt non nisi Diaconus Ordinetur, qui Subdiaconi iam sit honore prouectus.

18. Εἰς διάκονον.] Idem Thessalonicæ Præsul. διάκονον δὲ εἰπὼν, καὶ τὸ χάρισμα δίδωσιν ὁ χειροτονῶν καὶ χειροτονούμενος τὴν διακονίαν ἔλαβε τῷ λόγῳ τοῦ ἱεράρχου εὐθύς. καὶ ἐνεργὴς δὲ τῷ παναγίῳ καὶ θείῳ πνεύματι. ὅτι καὶ αὐτὸς οὐχ οἷον ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς ἱεράρχης λέγει, μετὰ τῆς χάριτος· καὶ τὴν χάριν ἐπικαλεῖται, καὶ ἡ χάρις ἐνεργεῖ· ὅτι καὶ ἐνεργὴς ὁ λόγος τοῦ θεοῦ, καὶ πάντοτε ἐνεργεῖ τοῦτο, καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα. τότε μὲν οὖν εὐθὺς, ἀπὸ ὑποδιακόνου, εἰς τὸ διάκονος εἶναι γέγονεν. *Porro cum dicit, Diaconum, & officium consecrans tribuit, & qui consecratur vna cum verbo Pontificis ministerium accipit, sanctissimoque ac diuino Spiritu, ad operandum potens euadit. Siquidem & ipse consecrans non vt homo, sed vt Pontifex vna cum gratia ea verba profert, & gratiam inuocat, ipsaque gratia operatur. Nam & verbum Dei efficax est, & omnia operatur vnus & idem Spiritus. Tum igitur statim è Subdiacono factus est Diaconus.*

19. Εὐξώμεθα οὖν ὑπὲρ αὐτοῦ.) Orat Ecclesia terminata consecrationis sententia, vt gratiam Spiritus sancti Diaconus accipiat, non qua character Ordinis imprimatur, is enim sine charactere nequit esse: sed qua virtutem sacramenti recens Ordinatus nanciscatur: & hoc eodem pacto Ecclesia Latina consecratis Diaconis precatur, vt cælesti munere dotati, & diuinæ maiestatis gratiam possint acquirere, & bene viuendi aliis exemplum præbere. Aliæ eorumdem verborum proferendæ rationes occurrunt apud Arcudium lib. 6. cap. 8.

20. Οἱ ἀρχιδιάκονοι.) De illo & eius functionibus, vbi de officialibus magnæ Ecclesiæ inferius tractabitur.

21. Ὅσοι ἀκούοντες τοὺς συμπαρόντας διακόνους.] Ad illos hanc Collectam recitare spectat, tum quia Pontifici pro quo oratur assistunt, tum quia in collegium suum, Ordinatum Diaconum sunt admissuri.

22. Περιτίθησι τὸ ὠράριον.) De Orario, sic etiam Latinis quondam nuncupato, tum iuxta testimonium plurium Conciliorum, tum secundum Rabanum lib. 1. de Inst. Cleri. cap. 14. plura diximus in Chrysostomi liturgiam num. 9. quibus addendum: illud sicut & antiquas Diaconi, Sacerdotis, & Episcopi vestes fuisse candidum, vt pote lineum, ita testante S. Germano, & eius abbreuiatore sub ementito Basilii, vel etiam ipsius Germani nomine, tum in M. S. R. tum in alio Cryptæ Ferratæ. οἱ διάκονοι εἰς τύπον τῶν ἀγγελικῶν δυνάμεων τοῖς λεπτοῖς τῶν λινῶν ὠραρίων πτέρυξιν ὡς λειτουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα περιτρέχουσι. *Diaconi Angelicarum virtutum ad instar, tenuibus lineorum Orariorum alis, ceu famulantes spiritus in ministerium missi præcurrunt*: vt lineum propterea & Candidum vetus Ordo Romanus *stolam candidam* vocat in Ordinatione Diaconi. Accipe stolam candidam, &c. Vtrobique vero Pontifex est, qui stolam Diaconi humero imponit: quem quidem ritum diserte pro more persequitur Franciscus Hallier, de sacris Ordinationibus vbi de impositione sacrarum vestium singulis Ordinandis.

23. Κατὰ τὸν ἀριστερὸν ὦμον.) Stolam tunicæ superpositam Diaconus Græcus gerit: id si peruicax quiuis negaret, mutis Vaticanæ Bibliothecæ picturis in Oecumenicorum Conciliorum delineatis imaginibus, facillime conuinceretur ignorantiæ: argueretur & à Chrysostomo in hom. de filio prodigo, ἐπιστάσθε τὴν πνευματικὴν εὐφροσύνην οἱ ταύτης γευσάμενοι, καὶ μεμνημένοι τῶν φρικτῶν μυστηρίων, καὶ τῶν λειτουργῶν τῆς θείας λειτουργίας τῶν μιμουμένων τὰς τῶν ἀγγέλων πτέρυγας, ταῖς λεπταῖς ὀθόναις ἐπὶ τῶν ἀριστερῶν ὤμων κειμέναις, καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ περιτρεχόντων. *Nostis spiritales delicias qui eas degustastis & recordamini tremendorum mysteriorum & ministrorum diuini sacrificii, imitantium Angelorum alas tenuibus lineis stolis, quæ sinistris humeris impositæ sunt, & qui in Ecclesia discurrunt*: at si sub Dalmatica absconditæ forent nullatenus viderentur, nusquam κείμεναι dicerentur, aut certe volitantibus alis quàm similes haberentur, non latent enim in auibus alæ: edisceret tandem nouum apud Latinos esse, supponendarum tunicis stolarum morem, qui cum initio displiceret Braccarensis primi Concilii Patribus, vt Can. 27. his verbis conciperent, occasio fuit. *Placuit, quia aliquanti huius prouinciæ Ecclesiæ Diaconi, absconsis infra tunicam vtuntur Orariis, ita vt nihil differre à Subdiaconis videantur: vt de cætero superposito scapulæ, sicut decet, vtantur Orario.*

24. Ἄξιος.) Clerum omnem populumque Epis-

copis, Presbyteris, & aliquando Diaconis Ordinandis; probitatis vitæ, virtutumque reddidisse testimonium, plura antiquorum scriptorum enarrant monumenta. Id Apostolorum nomine sancit Clemens in Const. lib. 8. cap. 4. quo ab Ecclesiæ Præsule, Presbyteros & populũ vult interrogari, an præbeant Ordinato testimonium? μαρτυρεῖται ὑπὸ πάντων ἄξιος εἶναι, *ab omnibus quod dignus sit testimonium accipit*: καὶ συνθεμένων αὐτῶν ἐκ τρίτου ἄξιον εἶναι: *& cum terti professi fuerint eum dignum esse*, consecrationem adipiscitur. Sanctionem Apostolicam in vtraque Ecclesia seuerissime quondam obseruatam fuisse nullum dubium est, nisi forsan illi, qui mores Ecclesiasticos penitus ignorauerit. Et in Ecclesiâ quidem Latinâ inter præclaras frequentesque acclamationes, quibus populus Hipponensis ab Augustino successorem Eradium postulauit vicies quinquies, *olim Dignus, olim meritus*, dixisse legimus apud eundem Augustinum epist. 110 & S. Eutychio in Præsulem C. P. subuehendo, cunctos proclamasse: *Dignus est, dignus est*: Symeon Metaphrastes refert apud Surium 6. Aprilis. Aliis quoque Presbyterali dignitate ornandis, μετ᾽ εὐφωνήσεως, καὶ εὐφημίας, vt Danieli Stylitæ Metaphrastes idem, & S. Medardo Fortunatus, referunt idem acclamatũ. Rari sunt, qui Diaconis idem contigisse testentur. διακόνους γὰρ, inquit Balsamon n. 36. Canonem Apostolicum, χειροτονεῖσθαι μὲν, ψηφίζεσθαι δὲ οὐκ ἠκηκόαμεν, ὥσπερ ψηφίζονται οἱ ἐπίσκοποι, καὶ κατὰ τὸ παλαιὸν, καὶ οἱ ἱερεῖς καθὼς φησιν ὁ ιγ'. κανὼν τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου. *Diaconos enim, Ordinari quidem, didicimus: eligi autem non audiuimus, sicut eliguntur Episcopi & olim Sacerdotes, vt dicit Canon 13. Synodi Laodicenæ.* Acclamatio itaque circa Diaconum quæcumque est, non ad ipsi testimonium reddendum, sed ad Episcopi consecrationem actionemque approbandam, argumentum est & indicium: atque ita quem declarat hic Pontifex dignum: παρὰ τῶν τοῦ βήματος, à Clero nempe suscipitur: & παρὰ τῶν λαϊκῶν quasi populi voce approbatur. Ex aduerso vero si obtento gradu Ordinis quemquam priuari contigerit, indignum ex antiquo pronunciabant Græci, quâ ignominiâ iniquo iudicio, & indigno penitus non Περκόπῳ, sed Apocopi ministerio, mulctatus fuit sanctissimus Patriarcha Ignatius, cum vt enarrat Niceta in eius vita: μετὰ πολλὴν ἐν τοῖς λόγοις ἅμιλλαν, καὶ σπουδὴν, καὶ τεχνὴν, κατ᾽ οὐδένα δικαιοσύνης νόμον, μόνῃ δὲ τῇ ἐξουσίᾳ μανικῶς χρώμενοι, ἐνδύουσι τοῦτον, Ἰγνάτιον, ἱμάτια διερρωγότα, καὶ ῥυπῶντα, καὶ τὴν ἱερατικὴν στολὴν περιβαλόντες ἐκ τῶν ὄπισθεν ἀπαμφιάζουσιν. ἦν δέ τις ἐκκήρυκτος ὑποδιάκονος, Προκόπιος τοὔνομα, τὸν λόγον ἄλογος, τὸν βίον βέβηλος, ὃν ὁ πατριάρχης πρώην διὰ τοῦτο ἔρριψε τοῦ βαθμοῦ. οὗτος πρῶτος ἀναιρούμενος τὸ ὠμοφόριον, καὶ τὴν λοιπὴν ἐσθῆτα εἶπε τὸ, Ἀνάξιος. *Post longam verborum altercationem, laborem, & cunctationem: solâ impotenti freti potentiâ, præter ius fasque omne, laceris ac sordidis vestibus eum* (Ignatium) *induunt: sacroque indumento Pontificum circumposito, rursus à tergo illum exuunt. Erat autem Subdiaconus quidam Procopius nomine, ab Ecclesiâ eiectus, sermone ineptus, vitâ impurus, quem propterea Patriarcha non ita pridem gradu mouerat. Hic primus ablato à Patriarchâ Pallio, vesteque reliquâ sacrâ, illud solemne pronunciabat, Indignus:* Hinc scelesti Procopij vocem plerosque, inter populi perstrepentis laudibus voces, tacite animo percipere testatur Ambrosius de dignit. Sacerdot cap. 5. *Nescij homines & indocti in Ordinationibus eorum clamant: Dignus est, iustus est: & conscientia misera, Indignus es, iniustus es, dicit.*

25. Καὶ ἀσπάζεται αὐτόν.] Pacem à Pontifice impertitam, vt superius legimus, accipit Lector, λαμβάνει παρὰ τοῦ ἀρχιερέως εἰρήνην; Subdiaconus benedictionem, λαμβάνων εὐλογίαν ἀπέρχεται: Diaconus cunctis familiarior & coniunctior factus, osculum ab eodem Pontifice, ceu Ordinationis sigillum, & totius sacræ cærimoniæ consummationem, τελεσιτικὸν ἀσπασμὸν accipit: cuius quidem ἱερὰν ἔμφασιν *sacram significationem* qui contemplari voluerit, adeat Dionysij de Eccl. Hierar. caput 5.

26 Ῥιπίδιον λαβών] Consecrationem non esse, sicut apud Latinos instrumentorum, ita hic præsentem flabelli traditionem, sed illâ Diaconum manus impositione perfecte consecratum ad Ordinis accepti executionem vocari, ex dictis de Lectoris promotione num. 12. & de Subdiaconi initiatione num. 18. occurrit colligendum.

27 Ἐν τῷ συνήθει τόπῳ.] Explicant Regia quis sit ille locus: nimirum ἐπὶ τοῦ ἄμβωνος: pluribus namque Diaconis missæ ministrantibus, quidam in sacro Tribunali, alij in Ambone consistunt, dicenda faciendave ad se spectantia, suo tempore præstituri.

28 Πάντων τῶν ἁγίων.] Vide Chrysostomi liturgiam fol. 79.

29 Τὸ, ὀρθοὶ μεταλαβόντες.] Fol. 84.

30. Ὅταν γίνεται λειτουργία τελεία.] In Præsanctificatorum liturgiis, Diaconum posse ad Ordinem promoueri, hæc verba docent; cum enim longè post sanctorum donorum consecrationem, eâ nimirum liturgiæ parte, quæ pariter reperiatur in Præsanctificatis, inauguretur, & ministerium ab illo hîc exhibitum, in Præsanctificatis iisdem, præstari facile possit, nulla ratio est quæ perfectam liturgiam in eo consecrando requirat. De Sacerdote nihilominus aliud sentiendum & affirmandum est; vt enim ad sacrificium eius Ordo dirigitur, à sacrificio quoque sanctimoniam mutuatur, & ante consecrationem Christi corporis, ipse consecrationem à Pontifice accipit; & confestim Pontifici concelebrare, & ei sanctificanti comitem se debet adiungere, quod in Præsanctificatis, sacrificij ratione & consecratione destitutis, nequaquam potest annotari.

Hæc de Diaconi Ordinatione. Quia vero Diaconissæ apud antiquos frequens est mentio, recentioresque quidam plura illi concessa detrahunt, & alia non concedenda tribuunt; & quia tandem eius Ordinatio in vetustioribus MS. Euchologiis post Diaconi initiationem occurrit, quæ hucusque non innotuit, Diaconissæ sacro ritu perficienda promotio, in lucem è squallore vetustatis & tenebrarum situ est proferenda, notisque illustranda. Hoc igitur pacto à Barberino S. Marci; & Cryptoferratensi MS. prodit.

DE DIACONISSIS.

ORATIO IN DIACONISSÆ Ordinatione.

Postquam sacra peracta oblatione sancti Tribunalis apertæ fuerint fores: antequam dicat Diaconus. Omnium sanctorum. *Diaconissa ordinanda Pontifici præsentatur: qui exclamat.* Diuina gratia, &c. *ipsaque caput inclinante, super caput eius Pontifex manum imponit: tribusque crucibus effictis, hoc modo precatur.*

Deus sanctus omnipotens, qui per vnigeniti Filij tui Dei nostri natiuitatem ex Virgine, fœminam sanctificasti, & non hominibus solum, sed & mulieribus Spiritus tui gratiam, & aduentum largitus es: ipse & nunc Domine, super famulam hanc tuam respice, & in ministerij tui opus illam aduoca, & copiosum Spiritus tui sancti donum in eam mitte: eamque iuxta beneplacitum tuum ministerium suum iugiter implentem, in orthodoxâ fide, & inculpatâ conuersatione, conserua. Quia conuenit tibi omnis gloria, honor, & adoratio: Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Et responso, Amen *: vnus Diaconorum precatur hoc pacto.*

In pace Dominum precemur.

Pro superna pace. & bono statu totius vniuersi: Dominum precemur.

Pro pace totius orbis: Dominum precemur.

Pro Archiepiscopo nostro N. Sacerdotio, opitulatione, perseuerantiâ, pace, sanitate, salute eius, & pro opere manuum illius: Dominum precemur.

Pro N. Dicaonissâ, nunc Ordinatâ, & pro salute eius: Dominum precemur.

ΕΥΧΗ ΕΠΙ ΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑι 1 Διακονίσσης.

Μετὰ τὸ γενέσθαι τὴν ἁγίαν ἀναφορὰν, καὶ ἀνοιχθῆναι τὰς θύρας· πρὶν εἰπεῖν τὸν διάκονον. Πάντων τῶν ἁγίων. προσφέρεται 2 ἡ μέλλουσα χειροτονεῖσθαι τῷ ἀρχιερεῖ· καὶ ἐκφωνεῖ τό, 3 Η θεία χάρις· κλινούσης αὐτῆς τὴν κεφαλήν. 4 ἐπιτίθησι τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς· καὶ ποιῶν σταυροὺς τρεῖς, ἐπεύχεται ταῦτα.

5 Ο θεὸς ὁ ἅγιος ὁ παντοδύναμος, ὁ διὰ τῆς ἐκ παρθένου κατὰ σάρκα γεννήσεως τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, καὶ θεοῦ ἡμῶν ἁγιάσας τὸ θῆλυ· καὶ οὐκ ἀνδράσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῖς γυναιξὶ δωρησάμενος τὴν χάριν, καὶ τὴν ἐπιφοίτησιν τοῦ ἁγίου πνεύματος· αὐτὸς καὶ νῦν δέσποτα, ἔπιδε ἐπὶ τὴν δούλην σου ταύτην. καὶ προσκάλεσαι αὐτὴν 6 εἰς τὸ ἔργον τῆς διακονίας σου, καὶ κατάπεμψον αὐτῇ τὴν πλουσίαν δωρεὰν τοῦ ἁγίου σου πνεύματος· διαφύλαξον αὐτὴν ἐν τῇ ὀρθοδόξῃ σου πίστει ἐν ἀμέμπτῳ πολιτείᾳ κατὰ τὸ σοὶ εὐάρεστον, τὴν ἑαυτῆς λειτουργίαν διὰ παντὸς ἐκπληροῦσαν. Ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Καὶ μετὰ τὸ, ἀμὴν, ποιεῖ εἷς τῶν διακόνων εὐχὴν οὕτως.

Ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης, καὶ εὐσταθείας τοῦ σύμπαντος κόσμου· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ σύμπαντος κόσμου· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν, τοῦ δεῖνος, ἱερωσύνης, ἀντιλήψεως, διαμονῆς, εἰρήνης, ὑγείας, σωτηρίας αὐτοῦ, καὶ τοῦ ἔργου τῶν χειρῶν αὐτοῦ· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῆς νῦν προχειριζομένης διακονίσσης, καὶ τῆς σωτηρίας αὐτῆς· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὅπως ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς ἄσπιλον καὶ ἀμώμητον αὐτῇ τὴν διακονίαν χαρίσηται· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ θεοφιλεστάτου βασιλέως ἡμῶν.

Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς.

Ἀντιλαβοῦ, σῶσον.

Καὶ ἐν τῷ γίνεσθαι ταύτην τὴν εὐχὴν ὑπὸ τοῦ διακόνου ἔχων ὁμοίως τὴν χεῖρα ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τῆς χειροτονουμένης ὁ ἐπίσκοπος, ἐπεύχεται οὕτως.

7 Δέσποτα κύριε, ὁ μηδὲ τὰς γυναῖκας ἀναθεμένας ἑαυτὰς, καὶ βουλῇ θείᾳ καθ' ὃ προσήκει λειτουργεῖν τοῖς ἁγίοις οἴκοις σου ἀποβαλλόμενος, ἀλλὰ ταύτας ἐν τάξει λειτουργῶν προσδεξάμενος· δώρησαι τὴν χάριν τοῦ ἁγίου σου πνεύματος, καὶ τῇ δούλῃ σου ταύτῃ βουληθείσῃ ἀναθεῖναί σοι ἑαυτὴν, καὶ τὴν τῆς διακονίας ἀποπληρῶσαι χάριν, 8 ὡς ἔδωκας χάριν τῆς διακονίας σου 8 Φοίβῃ, ἣν ἐκάλεσας εἰς ἔργον τῆς λειτουργίας· παράσχου δὲ αὐτῇ ὁ Θεὸς, ἀκατακρίτως προσκαρτερεῖν τοῖς ἁγίοις ναοῖς σου, ἐπιμελεῖσθαι τῆς οἰκείας πολιτείας, 9 σωφροσύνης δὲ μάλιστα, 9 καὶ τελείαν ἀπόδειξον δούλην σου· ἵνα καὶ αὐτὴ παρεστῶσα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, ἄξιον τῆς ἀγαθῆς πολιτείας ἀπολήψηται τὸν μισθόν.

Ἐλέει καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ· καὶ τὰ ἑξῆς.

Καὶ μετὰ τὸ, Ἀμήν, περιτίθησι τῷ τραχήλῳ 11 αὐτῆς 10 ὑποκάτωθεν τοῦ μαφορίου 11 τὸ διακονικὸν ὠράριον, φέρων ἔμπροσθεν τὰς δύο ἀρχάς· εἶτα τότε ὁ ἐν τῷ ἄμβωνι ἑστὼς διάκονος λέ- 12 γει. 12 Πάντων τῶν ἁγίων μνημονεύσαντες· καὶ τὰ λοιπά.

Μετὰ δὲ τὸ μεταλαβεῖν αὐτὴν τοῦ ἁγίου σώ- 13 ματος καὶ τοῦ ἁγίου αἵματος 13 ἐπιδίδωσιν αὐτῇ ὁ ἀρχιεπίσκοπος τὸ ἅγιον ποτήριον· ὅπερ δεξαμένη ἀποτίθεται ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ.

Vt clementissimus Deus, immaculatum & inculpatum ei ministerium largiatur: Dominum precemur.

Pro pientissimo, & Deo amabili Imperatore nostro N. &c.

Vt liberemur.

Suscipe, salua.

Et dum à Diacono fit hæc oratio, habens pariter Pontifex manum super Ordinatæ caput impositam, precatur hoc pacto.

Dominator Domine, qui neque fœminas seipsas consecrantes, vt sacro consilio ædibus sanctis tuis, prout decet, ministrent, repellis; sed in ministrorum ordine illas admittis: etiam huic tuæ famulæ, seipsam tibi consecrare volenti, & huius ministerij gratiam adimplere, sancti tui Spiritus gratiam, sicut Phœbæ ad opus ministerij electæ concessisti, largire: præsta quoque illi Deus, inculpate in sanctis tuis Ecclesiis perseuerare, conuictus sui rationem gerere, & continentiæ præsertim studiosam se monstrare, & perfectam ancillam tuam demonstra: vt & ipsa Christi tui Tribunali adstans, dignam rectæ conuersationis accipiat mercedem

Misericordia & miseratione vnigeniti filij tui, cum quo, &c.

Et responso, Amen. *Diaconicam stolam sub pallio, eius collo circumdat* Pontifex, *duas illius extremitates ante pectus reducens: Tuncque stans in Ambone Diaconus ait.* Omnium sanctorum memoriam agentes, &c.

Postquam vero ipsa sancti corporis & sancti sanguinis facta fuerit particeps, sacrum ei calicem tradit Pontifex: quod susceptum ipsa in sancta mensa deponit.

Ex MM.SS. quoque Diaconissæ Ordinationem refert Matthæus Blastares cap. 11. τοῦ Γ. στοιχείου, hoc pacto

Τελεῖσθαι δεῖ ἐπὶ τῇ διακονίσσῃ πλὴν ὀλίγων, ὅσα ἐπὶ τοῖς διακόνοις. τῇ γὰρ ἱερᾷ τραπέζῃ προσαγομένην μαφορίῳ καλύπτεσθαι χρή, τῶν ἄκρων τούτου ἔμπροσθεν ἀπῃωρημένων· καὶ μετὰ τὸ ῥηθῆναι, ἡ θεία χάρις, ἡ τὰ ἀσθενῆ θεραπεύουσα, οὐδέτερον τῶν ποδῶν εἰς γόνυ κλίνειν, ἀλλὰ μόνην τὴν κεφαλήν· καὶ ἐπιθέντα ταύτης

Peragi conuenit, paucis exceptis in Diaconissæ Ordinatione, quæ & in Diaconi. Illam etenim ad sanctam mensam adductam, maforio velari decet, pendentibus à parte anteriori eius extremis. Postquam vero dictum fuerit: Diuina gratia quæ infirma curat, nullum ipsa inflectit genu, sed caput solum. Impositâ vero illi manu preca-

tur Pontifex, vt ministerij opus inculpate absoluat, continentiam & honestam conuersationem obeat, atque ita sanctis in ædibus perseueret; non tamen ipsam illibatis mysterijs ministrare permittit, aut Flabellum adtrectandum more Diaconi, illi committit. Collo deinde ipsius sub maforte stolam Diaconicam imponit Pontifex, & in partem anteriorem eius extrema reducit. Communionis autem tempore, post Diaconos sanctorum mysteriorum ipsam participem facit: & ex eius manu illa calicem accipit, nulli tamen distribuit: sed confestim traditum in sanctâ mensâ reponit.

τὸν ἀρχιερέα τὴν χεῖρα ἐπιβάλλεσθαι ἀμέμπτως αὐτὴν τὸ τῆς διακονίας ἔργον ἐπιτελέσαι, σωφροσύνην καὶ σεμνὴν πολιτείαν μετερχομένην, καὶ τοῖς ἁγίοις οὕτω ναοῖς προσκαρτερεῖν, οὐ μὴν καὶ τοῖς ἀχράντοις μυστηρίοις ὑπηρετεῖν ἐπιτρέπει, ἢ ῥιπίδιον ἐγχειρίζεσθαι, ὡς ἐπὶ τοῦ διακόνου. εἶτα τῷ τραχήλῳ ταύτης ὑπὸ τὸ μαφόριον ἐπιτιθέναι τὸν ἀρχιερέα τὸ διακονικὸν ὠράριον, φέροντα εἰς τὰ ἔμπροσθεν τὰς τούτου ἀρχάς. ἐν δὲ τῷ καιρῷ τῆς μεταλήψεως, μετὰ τοὺς διακόνους τῶν θείων κοινωνεῖ αὐτὴν μυστηρίων. εἶτα λαμβάνουσαν τὸ ποτήριον ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ ἀρχιερέως μηδενὶ μεταδιδόναι· ἀλλ' εὐθὺς ἐπιτιθέναι τοῦτο τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ.

In Orationem Ordinationis Diaconissæ. Notæ.

1 Διακονίσσης.] Abrogato Diaconissarum officio antiquo, illam moderni Græci fœminam διακόνισσαν, vel corruptius διάκισσαν vocant, quæ Diacono, coniugio copulata est, qua ratione sæcularis Sacerdotis vxorem τὴν τοῦ παπᾶ γυναῖκα, nuncupant παπαδιάν; quæ vt eiusmodi ὅλα τὰ πρωτεῖα in Ecclesia, fœminas inter obtinet, τοῦ γυναικείου *mulierum stationis* aditum, vt digniorem locum, & è quo sacri Tribunalis portam respicit, ipsa occupat; supra reliquas, capitis & ceruicum velo candido dignoscitur; gemmas & aurum illi ferre nefas, raro in publicum prodire, nisi honesto cum comitatu, rarius è domo prospectare, conuiuia vel choreas frequentare nusquam solet, modestiam & solitudinem colere, pro more habet: si Sacerdos maritus obierit, viduitatem perpetuam seruat, aut si nuptias secundas repetierit, Sacerdotali honore, vestitu, & nomine παπαδιᾶς, aut διδασκαλείας priuata, cæteris mulieribus ludibrio est & contemptui: eademque Diaconissæ cum illa priuilegia, si se dignam præstet; vel probra, si à primo virtutis tramite recesserit, sunt communia. Verum recentium Diaconissarum hæc consideratio est, ad quam præsens Ordinatio non spectat: illis propterea omissis ad antiquas considerandas sermo & commentaria nostra prospectant. De illis si antiquos Latinos consulamus, vt Zachariæ Papæ decretum, Concilium Aurelianense primum, Antisidiorense, Epaunense: Diaconæ, sicut & Episcopæ, Presbyteræ, & Subdiaconæ reperientur esse, quæ maritis Ordines illos suscipientibus *Episcopi, Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi relictæ* dicuntur, quibus eorumdem Conciliorum legibus, cælibatus perpetuo colendus præcipitur: Episcopi autem relictæ, speciatim hoc concedit Can. 48. Concilij in Trullo vt, εἰ καὶ ἀξία φανείη, πρὸς τὸ τῆς διακονίας ἀναβιβαζέσθω ἀξίωμα. *Si digna visa fuerit, etiam ad Diaconatus dignitatem proueheretur.* Aliæ tandem fuerunt Diaconissæ, quæ vel perpetua virginitate seruata, vel secundis repudiatis nuptiis castitatem dicabant, & ministerijs quibusdam Ecclesiasticis, Episcopi Ordinatione se deuouebant; quales, vtriusque simul generis, Pulcheria Augusta, Olympias, & Nicareta fuerunt: de quibus tamen separatim, sumptis loquuntur, tum Constitutiones Apostolicæ apud Clementem lib. 6. cap. 17. διακόνισσα δὲ γινέσθω παρθένος ἁγνή. εἰ δὲ μή γε, κἂν χήρα μονόγαμος πιστὴ καὶ τιμία. *Diaconissa eligatur virgo pudica: si autem non fuerit virgo, sit saltem vidua, quæ vni nupserit, & fidelis atque honorata sit.* tum Epiphanius cap. vlt. Panarij. καὶ αὗται δὲ μονόγαμοι ἐγκρατευσάμεναι, ἢ χηρεύσασαι ἀπὸ μονογαμίας, ἢ ἀειπάρθενοι οὖσαι. *Illæ quidem vniuiræ & continentes esse debent, vel post primas nuptias viduæ, vel perpetuæ virgines.* Plures licet cum Matthæo Blastare cap. 11. τοῦ Γ στοιχείου, Diaconissarum & viduarum duplicem ordinem constituerint: illum, qui virgines quadragenarias, & Moniales, sacris ministerijs se deuouentes; hunc, qui viduas sexagesimum annum prætergressas, Ecclesiæ facultatibus alendas comprehenderet: de quibus interpretes Pauli consulendi in epist. ad Timoth. Cæterum tempus quo Diaconissa ordinatur commune est ipsi ac Diacono, cum videlicet in Canonis liturgici fine Tribunalis sacræ fores panduntur, & Diaconus exclamat. Πάντων τῶν ἁγίων: in Chrysostomi liturgia, fol. 79.

2 Ἡ μέλλουσα χειροτονεῖσθαι.] Diaconissas à prima Ecclesiæ origine fuisse ordinatas, comprobant Pauli 1. ad Tim. 5. eas instituentis verba: *Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor, &c.* Viduæ vero nomine Diaconissam intelligi verborum series ostendit, quæ de ministrorum Ecclesiæ, tum electione ad Ordinationem præuia, tum de consecratione ipsa, manifestum sermonem habet: eandem quoque opinionem non paucis in locis confirmant sanctiones Imperatoriæ locis infra citandis: nec obscure, vt videtur, de illis loquitur Tertullianus in exhortatione ad castitatem vbi ait; *Quantæ igitur, & quæ in Ecclesia Ordinari solent, quæ Deo nubere maluerunt, quæ carnis suæ honorem instituerunt, &c.* Apertissime tandem Ordinatas illas fuisse, Græca quæque volumina demonstrant, dum χειροτονίας vocabulo, ad Ordinem spectante, de illis mentionem habent. Clemens Const. Apost. lib. 8. cap 10. cuius titulus est, ἐπίκλησις ἐπὶ χειροτονίας διακονίσσης, *imploratio in Ordinatione Diaconissæ*, cui præsentis operis similis est omnino, εὐχὴ ἐπὶ χειροτονίας διακονίσσης: Concilium

lium Chalcedonense Can. 15. illam χειροτονεῖσθαι & χειροθεσίαν λέγεσθαι, idemque Conciliũ in Trullo Can. 14. & 40. testantur. Eius porro ætas, à variis varie requiritur. A Paulo nuper allato, sexaginta annorũ esse præcipitur. Canon Nicænus 74. à Francisco Turriano inter reliquos editus, totidem ætatis annos exigit, cum ait: *Ex iis eligatur quæ non male audiant ex eo vsque tempore quo fuerunt adolescentulæ, sintque annos natæ sexaginta, sicut B. Paulus ordinauit, & huiusmodi Diaconissæ, &c.* In hanc quoque sententiam iuit Theodosius Imp. l. 27. sui Codicis de Epis. & Cler. satis tamen deinceps fuit Concilio Chalcedonensi Can. 15. annorum quadraginta tempus, si tamen simul accuratum de illa examen haberetur, διάκονον μὴ χειροτονεῖσθαι γυναῖκα πρὸ ἐτῶν τεσσαράκοντα, καὶ ταύτην μετ' ἀκριβοῦς δοκιμασίας: huius Canonis mentem sequitur 40. Canon Concilij Trullani, οἱ ἱεροὶ κανόνες τεσσαράκοντα ἐτῶν τὴν διακόνισσαν χειροτονεῖσθαι παραδεδώκασιν, *sacri Canones* (Chalcedonenses nimirum citati) *quadraginta annorum Diaconissam Ordinandam esse statuerunt:* vbi Balsamon in Scholio, ἐχρήσατο ἡ σύνοδος εἰς ἐπισημείωσιν τούτων, καὶ τοῖς περὶ διακονισσῶν εἰρημένοις ἐν τῇ τετάρτῃ συνόδῳ: *vsa est autem Synodus ad eorum confirmationem etiam iis, quæ de Diaconissis in quartâ Synodo dicta sunt.* Hinc quadragenario numero addit Iustinianus Imp. citatus in Nomocanone Photij, tit. 1. de Fide cap. 28. in textu, denarium numerum, alij quinarium detrahunt, & alij quindenarium: cuius quidem varietatis ea est causa ex Zonarâ in Scholio Can. 15. Chalcedonensis quod, discrimen non modicum attendendum est, inter virginem & viduam ad Diaconissæ munus promotam: & Apostolica quidem verba de viduis; Synodicæ vero constitutiones de virginibus, ad huiusmodi Ordinem euectis sunt intelligendæ: ἡ μὲν γὰρ ἑαυτὴν μέχρι τῶν τεσσαρακοστοῦ χρόνου ἐν ἁγνείᾳ τηρήσασα, καὶ ἀπείρατος μείνασα τῆς ἐκ συνουσίας ἀνδρῶν ἡδονῆς, ... τῆς διακόνου χάρισμα δεξαμένη, οὐ ῥᾳδίως πιστεύεται ἀποκλῖναι εἰς γάμον, καὶ εἰς ἐπιθυμίαν ἐλθεῖν μίξεως, ἧς οὔπω πεπείραται ... ἡ δὲ χήρα εὐνῆς ἀνδρῴας καταπολαύσασα, καὶ γευσαμένη τῆς ἀνδρῴας μίξεως ἡδονῆς, μᾶλλον ἂν εἴη πρὸς τὸ πάθος ἐπικλινής. Et infra: ὡς οὖν πρὸς τὸ πάθος ἡμίξεως εὐκατάφορον μᾶλλον τὴν χήραν οὖσαν τῆς παρθένου ἐν χρόνῳ πλείονι καταστῆναι ὁ μέγας Ἀπόστολος διετάξατο. *Nam quæ ad 40. annos in puritate se seruauerit, nec vllam ex virili consortio voluptatis partem degustauerit, postea Diaconatus quoque honore, & gratiâ auctam, animum ad nuptias intendere, aut copulæ cupiditate, cuius antea nullum vsum habuit, accendi nõ ita facile est. At vidua virilis thalami suauitate delinita, virilisque consortij voluptatem experta, ad cupiditatem facilior erit, & procliuior. Viduam igitur quod longè ad libidinem sit pronior virgine, longius quoque prouectam ætate eligi oportere, magnus Apostolus censuit.* Aliam pariter rationem profert 6. Canon Trullanus, ἐν τῷ θείῳ Ἀποστόλῳ γέγραπται ἑξήκοντα ἐτῶν τὴν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καταλέγεσθαι χήραν· οἱ δὲ ἱεροὶ κανόνες τεσσαράκοντα ἐτῶν τὴν διακόνισσαν χειροτονεῖσθαι παραδεδώκασιν τὴν ἐκκλησίαν χάριτι θείᾳ κραταιοτέραν γενομένην, καὶ ἐπὶ τὰ πρόσω βαίνουσαν ἑωρακότες, καὶ τὸ τῶν πιστῶν πρὸς τὴν τῶν θείων ἐντολῶν τήρησιν πάγιόν τε καὶ ἀσφαλές. *In diuino enim Apostolo scriptum est 60. annorum viduã in Ecclesiã eligendam: sacri autem Canones 40. annorum Diaconissam Ordinandam esse statuerunt, cum Dei Ecclesiam cœlesti gratia, potentiorem ac robustiorem euasisse, & vlterius procedere vidissent, fideliumque ad diuinorum mandatorum obseruationem, firmitatem ac stabilitatem.* Quoad Ordinandas 35. suæ ætatis anno, vel priores iuniores ad Monachalem professionem admittendas, Episcopi iuxta prudentiæ normam dispensantis iudicio relinquendum asserit Zonaras in eumdem Canonem. At si legantur etiam anno 25. Diaconissarum numero adscriptæ, illud ad probationem potius virtutis, quam ad Ordinis etiam cum dispensatione susceptionem refert idem Zonaras in Concilij Nicæni Can. 19. Cũ enim plures essent virgines, quæ castitate iugiter seruata Deo se consecrare studerent, ex earum collegio quasdã Episcopi ad Diaconicũ munus seponebãt, quibus peculiarem quoque habitum (quasi Diaconissis) anno vigesimo quinto concedebant, & hæ quidem, quamuis adhuc forent Laicæ, ex sui ad Diaconatum deputatione, Diaconissarum nomine & honore gaudebant: de quibus proinde Canon Nicænus citatus, qui plerosque moris huius ignaros torsit; potuit, absque facta cuicumque alteri Canoni oppositione dicere: ἐμνήσθημεν τῶν διακονισσῶν τῶν ἐν τῷ σχήματι ἐξεταζομένων ἐπεὶ μηδὲ χειροθεσίαν τινὰ ἔχουσιν, ὥστε ἐξάπαντος ἐν τοῖς λαϊκοῖς αὐτὰς ἐξετάζεσθαι. *Diaconissarum autem meminimus, quæ in habitu quidem censentur, quoniam nec vllam habent manus impositionem, vt omnino inter Laicos ipsæ connumerentur.* Cæterum Diaconissarum Ordinationem iam diu in Occidente interdictam commonstrat Concilia Arausicanum primum, quod etiam in Laicorum classem eas relegat, dicens Can. 26. *Diaconissæ omnimode non Ordinandæ, si quæ iam sunt, benedictioni quæ populo impenditur capita submittant.* Huiusmodi vero honorem ambientibus fœminis, ad solum Monastici status gradum, vbi pœnitentiæ benedictio suscipitur amandat Canon 21. Epaunensis: *Viduarum consecrationem*, inquit, *quas Diaconas vocant, ab omni regione nostra penitus abrogamus, solã eis pœnitentiæ benedictionem, si conuerti ambiunt imponendo.* Rationem clarius exprimit Conciliũ Aurelianense secundum (quæ forsan fuit, vt ad Pœnitentiæ statum ab Epaunensi remitterentur) carnis scilicet fragilitatem, & nimiam ad libidinem pronitatem. *Placuit etiam, vt nulli postmodum fœminæ Diaconalis benedictio pro conditionis huius fragilitate credatur.* In Oriente vero penitus etiam cessasse Diaconissarum ministerium, docuit Balsamon fol. 14. adductus: vbi & consequenter abrogationis huiusmodi causam profert, corpoream videlicet earum immunditiem: quâ vero ratione adhuc in quibusdam Græciæ locis earum vestigium sit relictum, ibidem edisseruimus.

3 Η θεία χάρις.] Perfracta nimis fronte, vt mihi quidem tum Euchologia MS. attentius consideranti, & Matthæi Blastaris scripta diligentius legenti videtur, negat Arcudius, verbis huiuscemodi Diaconissarum consecrationem non esse perficiendam: ita profecto, inquit lib. 6. cap. 10. quod refert Blastares ex quibusdam antiquis seu potius Apocryphis Euchologijs, de stolâ Diaconæ (de qua post pauca num. 11.) & quod amplius de formâ illa eliminandâ: Diuina gratia, quæ infirma sanat, &c. erroneũ esse iudico imo hæreticum, per consequens reprobandum, atque omnino reijciendũ. Non enim dignosceretur varia impositio, imo eadẽ plane existimaretur, quando & eadem forma consecrationis recitatur. Vnde potius per Apostolicarũ Constitutionũ preces (inferius referendas) Diaconissa benedicebatur, & abusus Græcorum erat, si qui solitã verborũ formã, quæ sacris Ordinibus conuenit, eã consecrabant. Hæc Arcudius; zelo potius quã ratione in suos, quos pie exponere debuisset, inuectus. Apocrypha naq; non sunt cuncta quibus Græci vtũtur Euchologia, sicut nec Cryptoferratense quo Bessarion est vsus, vel Barberinum S. Marci, quod prius alterius patris Græci in Concilio Florentino vocem habentis proprium fuit; quæ tamen εὐχὴν τῆς χειροτονίας τῆς διακονίσσης continent, & verba, ἡ θεία χάρις, &c. in eã pronunciari præscribunt, hæretica sunt aut hæ-

[...]tum sapiunt Quis enim error aut hæresis est, si quædam sacramentalis formæ Diaconatus verba, verbis consecrandæ Diaconissæ nec ssatisadiungantur aut adaptentur? An ignorat formas sicut & rerum definitiones numeris esse similes, quibus si vnitatem addas aut detrahas, priorem numerum perdi, & alium exurgere necesse est? Diaconi autem instituendi forma, quam diuersa sit ab ea quæ Diaconissæ pariter creandæ conuenit, Arcudius attendat: in illâ siquidem Subdiaconum virum Ordini suscipiendo subiectum idoneum reperiet, in hac nedum Subdiaconissam, sed mulierem sacræ germanæque Ordinationi suppositum incapax, contemplabitur: in illâ rursus Diaconum sacramento instructum & promptum, in hac mulierem benediction, non autem gratiæ, vel characteri subiacentem mirabitur: in illâ potestas ad sacramentum saltem ex parte distribuendum, in hac ad ministeria quædam solum obeunda facultas traditur: ibi sacramentum conferre, hic cærimonialem tantum consecrationem perficere Pontifex intendit; qua igitur ratione eadem est Diaconi Diaconissæque creandorum forma, vbi nec somniari potest vna & eadem ministri intentio, & vbi verbis diuersum Ordinationis subiectum immutatusque etiam Ordinationis eiusdem effectus & finis, exprimuntur? Nihil itaque quod hæresim aut abusum redoleat, consecrationis huius verba complectuntur, nisi forte, abusum hæresimque Ecclesiæ Latinæ audeat Arcudius impingere, quæ non minus ac Græca, Diaconissas verbis solemnibus antiquitus consecrare solebat.

4 Ἐπιθήσει τὴν χεῖρα] Non vno semper modo manus impositio intelligitur, sed pro diuersitate locorum sub diuersa significatione reperitur, prout superius dictum est de Ordinatione Lectoris num. 1. & de Ordinatione Subdiaconi num. 11. hæc igitur, quam in Constitutionibus Apostolicis à Bartholomæo Apostolo præceptam licet inspicere, non Ordinatiua sed cærimonialis tantum est, & quæ solam Dei protectionem, vel à Deo hominibus cooperante dependentiam, iuxta Dionysij de Eccl. Hierarch. cap. 5. declaret; quæ proinde etiam in fœmina licita est: sed neque à Concilio Nicæno superiori numero adducto Diaconissæ negatur, nisi forsan illi, quæ simplici nomine vel veste Diaconissæ post 25. annum ornata, probationis tempus exigit, vt anno quadragesimo maturior facta consecrationem perfectam accipiat.

5 Ὁ Θεὸς ὁ ἅγιος.] Hunc eundem sensum refert Bartholomæi oratio in Const. Apost. lib. 8. cap. 20. legenda.

6 Εἰς τὸ ἔργον τῆς διακονίας.] Nusquam Ordo, sed ministerium Ecclesiasticum Diaconissæ conuenit. Sicut enim disseminando Dei verbo intenti primitus Apostoli, mensarum ministerium Diaconis deinde commissum, commodè nequibant obire: quæ fuit occasio, vt oneris diuidendi gratia, eosdem turbæ proponerent: ita & Diaconi variorum pondere ministeriorum pressi, in iis maxime, quæ ad decentem cum fœminis conuersationem spectant, onus à se, in institutas ab Ecclesia Diaconissas reiecerunt: quarum propterea ministerium solum proprium est, ipsarumque actiones fuere. Prima ex Const. Apost. lib. 2. cap. 26. vt si fœmina Episcopum vel Diaconum vellet alloqui, hanc ad illos Diaconissa vt honestatis illius esset testis deduceret: ἄνευ τῆς διακόνου μηδεμία προσίτω γυνὴ τῷ διακόνῳ ἢ τῷ ἐπισκόπῳ: *ad Diaconum aut Episcopum nulla mulier sine Diaconissa accedat.* Secundo, viduarum cura erat illi quodammodò cum Diacono communis, vnde & illi obedientiam præstare iubentur in eisdem Constitutionibus lib. 3. cap. 7. σεμνὰς δεῖ εἶναι τὰς χήρας πειθομένας τοῖς ἐπισκόποις, καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, καὶ τοῖς διακόνοις, ἔτι μὴν καὶ ταῖς διακόνοις: *Viduas oportet esse honestas obedientes Episcopis, Presbyteris, Diaconis: adhuc & Diaconissis.* Et rursum eiusdem lib. cap. 15. προχείρισαι ἐπίσκοπε καὶ διάκονον πιστὴν καὶ ἁγίαν εἰς τὰς τῶν γυναικῶν ὑπηρεσίας; *Ordina Episcope Diaconissam fidelem & sanctam ad ministrandum mulieribus.* Tertio, negotiis vrgentibus, & Episcopum mulieres adire, vt ab ipsis commode vel decore conueniri, nonsuadente honesto harum sensa ad Episcopum, & vicissim sensus voluntatemque Episcopi ad illas referebat Diaconissa: vt ibidem legitur: ἔστι γὰρ ὁπότε εἴς τινας οἰκίας ἄνδρα διάκονον γυναιξὶν οὐ δύνασαι πέμπειν διὰ τοὺς ἀπίστους ἀποστελεῖς οὖν γυναῖκα διάκονον διὰ τὰς τῶν φαύλων διανοίας, καὶ εἰς πολλὰς χρείας γυναικὸς χρῄζομεν διακόνου. *Euenire enim solet aliquando in quibusdam domibus, vt non possis propter infideles, mittere Diaconum ad mulieres, mittere vero possis Diaconissam propter cogitationes improborum. Ad multa enim indigemus Diaconissa.* Quarto, rusticis & imperitis mulieribus principia fidei, vel baptismi ritus exponere Concilium Carthaginense Can 12. Diaconissæ committit. *Viduæ, inquit, vel sanctimoniales, quæ ad ministerium mulierum baptizandarum eliguntur, tam instructæ sint ad officium, vt possint apto & sacro sermone docere imperitas & rusticas mulieres tempore quo sunt baptizandæ, qualiter baptizatori interrogatæ respondeant, & qualiter baptizatæ viuat.* Quinto, in ipso baptismo, in corporibus mulierum nudandis, & caute, prout deceret, operiendis attenta erat Diaconissa, & Chrisma vel oleum fronti capitique impositum per totum corpus manibus expandere potestatem acceperat. Prius munus iniungit Const. Apost. lib. 3. cap. 16. τὸν μὲν ἄνδρα ὑποδεχέσθω ὁ διάκονος, τὴν δὲ γυναῖκα ὁ διάκονος. ὅπως σεμνοπρεπῶς ἡ μετάδοσις τῆς ἀθραύστου σφραγῖδος γίνηται *Ac virum quidem suscipiat Diaconus mulierem vero Diaconissa: vt non violandi signi (baptismalis) communicatio, honeste peragatur* Posterius quoque cap. præcedens eiusdem libri præcipit; ἐν τῷ φωτίζεσθαι γυναῖκας, ὁ διάκονος χρίσει μὲν μόνον τὸ μέτωπον αὐτῶν τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ, καὶ μετ' αὐτῶν ἡ διάκονος ἀλείψει αὐτάς. οὐ γὰρ ἀνάγκη τὰς γυναῖκας ὑπὸ ἀνδρῶν καθορᾶσθαι: *cum mulieres baptizantur, vnget quidem eis Diaconus frontem tantum oleo sancto, post eos vero illiniet eos Diaconissa: non enim mulieres à viris conspici necesse est* Sexto, ad pudorē adhuc fœminarum releuandum, portam quâ in Ecclesiam ingrediebantur, custodiæ suæ commissam habebat Diaconissa, vt videre est apud Clementem eundem lib. 8, cap. 28. διακόνισσα οὐκ εὐλογεῖ, ἀλλ' οὐδέ τι ὧν ποιοῦσιν οἱ πρεσβύτεροι, ἢ οἱ διάκονοι, ἐπιτελεῖ· ἀλλ' ἢ τὸ φυλάσσειν τὰς θύρας, καὶ ἐξυπηρετεῖσθαι τοῖς πρεσβυτέροις ἐν τῷ βαπτίζεσθαι τὰς γυναῖκας, διὰ τὸ εὐπρεπές. *Diaconissa non benedicit, neque facit aliquid eorum, quæ Presbyteri aut Diaconi faciūt: nisi quod ianuas custodit, & Presbyteris ministrat, cum mulieres baptizantur, propter decorum & honestatem seruandam.* Hinc illarum cū cæteris ministris meminit Ignatius epist. 9. ἀσπάζομαι τὰς φρουροὺς τῶν ἁγίων πυλώνων τὰς διακόνους: *saluto sacrarum portarum custodes Diaconissas.* Septimo, singulas mulieres siue pauperes siue diuites Ecclesiam ingressas, quâ considerent nescias, Diaconissa proprio statuebat loco, prout vltimis verbis cap. 59 lib. 2. Const. Apost. Clemens edicit. Octauo, Diaconissæ testimonio fidem addebant Ecclesiæ prælati, cum de amissa integritate veniebat in suspicionem virgo Deo sacrata, atque idcirco Diaconissæ examini & sententiæ relinquebatur exploranda. Quamuis enim iudicium huiusmodi ad obstetrices Cyprianus retulerit, ad Pomponium de virginibus scribens: *Nec aliqua putet se posse hac excusatione*

defendi, quod inspici & probari possit, an virgo sis, cũ & manus obstetricum & oculi sæpe fallantur. Et infra: *Inspiciantur interim virgines ab obstetricibus diligenter, & si virgines inuentæ fuerint, &c.* Diaconissis tamen negotium hoc commẽdatum suo tempore fuisse testatur Epiphanius cap. vlt. aduersus hæreses. διακόνισσαι δὲ καθίστανται εἰς ὑπηρεσίαν γυναικῶν μόνον διὰ τὴν σεμνότητα· ἂν χρεία κατασταίη λουτροῦ ἕνεκα, ἢ ἐπισκέψεως σωμάτων. *Diaconissæ ad hunc vnum vsum adhibentur, vt mulierum decoris & honestatis causa, sint administræ, si id forte necesse fuerit, siue dum baptismo tingendæ sunt, aut earum corpora perscrutãda.* Et tandem illarum curæ in Monialium monasteriis tota sacra supellex commissa erat, vnde & experientiâ (reclamante quamuis Arcudio) didicimus, ex priuilegio quandoque sacrum tribunal mulieres ingredi: quod ex aliorum potius quam suo sensu confirmat Blastares, his verbis: ἄλλοι δέ, φασίν, ὅτι εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον ἐφεῖτο ταύταις εἰσέρχεσθαι, καὶ τὰ τῶν διακόνων ἀνδρῶν παραπλησίως αὐτοῖς μετιέναι: alij dicunt, ad sanctum altare penetrare, illis fuisse licitum, & Diaconis viris munia proxima & similia obire: cuius exẽplum à nobis superius fol. 14. manifestum est exhibitum: & vt subdit Blastares idem, Gorgoniam Gregorij Nazianzeni sororem, ipso referente, virgineis manibus altare apprehendentẽ & feruentissimas ad Deum preces fundentem corporis salutem recepisse didicimus. Alia quæ supersunt Diaconissæ munera docebit infra Paulus num. 9. Propter ista igitur munia in Agapis Ecclesiæ, Diaconissæ pars seponebatur vt edicit Consti. Apo. lib. 2. cap. 28. & ex reliquiis quoq; oblationum portio illi assignatur lib. 8. cap. 31. τὰς περισσευούσας ἐν τοῖς μυστικοῖς εὐλογίας, κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου ἢ τῶν πρεσβυτέρων οἱ διάκονοι διανεμέτωσαν: & infra, διακονίσσαις μέρος ἕν. *Eulogias in mysticis sacrificiis superfluas, de sententia Episcopi aut Presbyterorum Diaconi distribuant Clero: Diaconissis partem vnam.*

7 Γυναῖκας ἀδελφὰς ἑαυτῆς.] Certo præfixoq; tantum tempore, mulieres legi Mosaïcæ subditæ, Deo se dedicasse leguntur; tum vt illâ breui persoluendi voti morâ, castitatem sanctius colerent, tum vt obsequium aliquod in templo iuxta Sacerdotum imperium præstarent. Fuerunt semper huiusmodi in Euangelica lege, tum quæ puritatem à virili consortio illibatam sponte, & absq; voti vinculo præseruarent, tum quæ in sæculo conuersantes virginitatem perpetuam vouerent, tum quæ se in monasteriis totas se Deo consecrarent, tum quę matrimonium semel expertæ deinceps ex voto nuptias secũdas repudiarent: ex earum vero qualicumque classe prodiret Diaconissa, continentiam pollicebatur, atque insuper ministeriis supra expositis vel aliis quibuscumq; se mancipabat. Legatur Ordo Romanus de Diaconissæ aliarumq; mulierum consecratione.

8 Φοίβη.] Phœben Diaconissam fuisse declarant Pauli verba ad Romanos 16. scripta: *Commendo vobis Phœben sororem nostram, quæ est in ministerio Ecclesiæ, quæ est in Cenchris:* διάκονον ἐν ἐκκλησίᾳ, *Diaconam in Ecclesia:* sic illa intelligit Chrysostomus, διάκονον ἐν ἐκκλησίᾳ· καὶ τὸ ἀξίωμα προσέθηκε διάκονον: *dignitatem adiecit, ministram* (Diaconam) *vocans* Anselmus) *Docet fœminas locus iste Apostolica authoritate in ministerio Ecclesiæ constitui.*

9 Τελείαν ἀπόδειξον δούλην σου] Alia Diaconissæ officia & munera, intimius cum virtute coniũcta, Paulus enumerat 1. ad Tim. 5. vt *in operibus bonis testimonium habeat, si filios educauit, si hospitio* (peregrinos Episcopos, sibique ab Ecclesia commendatos) *recepit, si sanctorum pedes lauit,* (cum ad eam declinarent) *si tribulationem patientibus subministrauit si omne opus bonum subsequuta est.* De quibus sancti Patres huius loci interpretes in suis commentariis diffuse scripserunt.

10 Ὑποκάτωθεν τοῦ μαφορίου.] Maphorium pallium est Monialium, quondam teste Cassiano etiam à viris vsurpatum: Monasticum autem vtriusque sexus pallium, vulgo nũc Græcis dicitur μανδύ: quod antiquis teste Athanasio de Virginitate ἐπωμίον nuncupatur. Suum hunc mafortem imponunt capiti Moniales eoque ad pedes vsque dependente totum corpus ambitur.

11 Τὸ διακονικὸν ὠράριον.] Absurdum dicit Arcudius lib. 6. cap. 10. ex Grammatica vocis notatione, Orarium Diaconissæ collo circumdare. At si nomen gerit Ordinis, cur non insignia saltem semel ferat? An absurdum est Arcudio, quod Ecclesiæ Romana quondam instituit, & deinceps obseruauit? Obseruasse autem Diaconissæ consecrandæ morem, eius Ordo antiquus manifestat: & quod Arcudio displicet, etiam Orarium manu Episcopi, eius collo circumdatum clarissimis, imo & repetitis verbis enarrat: Orientalem autem portionem ritum hunc custodiuisse dum sana foret, & in communione cum Occidentali perseueraret, neque ipse Arcudius inficias ibit:) quamuis ab antiquo eius Ordo vel consecratio vtrobique perierit penitus, & vix iam de nomine cognoscatur. Adde quod non ad altaris ministerium, vni tantum humero (de cuius significatione alibi diximus) sed ad ornatum tantum & ad corporeæ integritatis animæque munditiem, Ordinatæ commendandam & ad spiritualem corporeãque exercitationem, illam prouocandam Orarium Diaconicum eius vtroque humero dependens à Pontifice imponitur.

12 Πάντων τῶν ἁγίων.) Quo liturgiæ loco dicantur hæc verba, habes fol. 79.

13 Ἐπιδιδῶσιν αὐτῇ τὸ ἅγιον ποτήριον.] Tacet Arcudius quod Diaconissa sacrum calicem sibi traditum à Pontifice, contingere audeat, qui stolæ Diaconicæ ornatum illi breui tempore concessum sugillare nõ erat veritus. An quia ritum perantiquum esse nouerat, & ab eo iam tempore introductum in Ecclesiam, quo etiam mulieribus Christi corpus in Dominicali suscipere Ecclesiastica consuetudine fas erat? An quia legerat Gorgoniam Gregorij Theologi sororem, ad sacrum vsque altare progressam preces obtulisse, & erectam deinde, capiteq; eidem altari innixam, feruentiores in preces erupisse? & quod ad nos tandem attinet, quod sibi manus eius prouiderat & reseruauerat, ex memoriâ pretiosi corporis aut sanguinis Christi Domini suis lachrymis commiscuisse, & proinde ex priuilegio posse etiam Diaconissam calicem sacrum, in dignitatis ad quam euehitur argumentum, cõtingere? nec proinde Soteris Papæ edicti, habendam hic esse rationem cum sanxit: nullam Diaconissam monacham, pallam sacram attrectare, neque incensum ponere in sanctâ Ecclesiâ, quandoquidem de pallâ pro sacrificio ab ipsa peragendo explicanda, vel de oblatione thuris à muliere in sacrificio facienda, cauet sanctus Pontifex contra Montanistas, qui fœminas æque ac viros Ordinis capaces asserebant temere, atque etiam altari sacrificium oblaturas sacrilege admouere nõ verebantur. Hæc de Diaconissa, & eius officiis: ad munera vero Diaconorum, maxime extra ministerium altaris exercita vberius percipienda, tum seriem illorum, tum etiam reliquorum Ecclesiæ C P. Officialium, actiones & nomina ex probato Leonis Allatij Euchologio, operæpretium est, velut desideratam, ad Diaconi ordinationem, adiungere appendicem.

HIC EST ORDO SANCTÆ magnæ Ecclesiæ, quem sanctissimi Patriarchæ, & semper beandi Patres, in Officiis Clericatis seruandum censuerunt.

Chorus dexter ita incipit.

EPiscopus. Magnus Oeconomus. Magnus Sacellarius. Magnus vasorum custos, siue Sacrista. Magnus Chartophylax. Sacello præpositus.

Quinarius secundus.

Protonotarius. Castrensis. Referendarius. Logotheta. Memorialium scriptor.

Quinarius tertius.

Protecdicus. Sacer suggestor. A genubus A memoriâ. Doctor.

Chorus sinister hoc pacto exorditur.

Archipresbyter. Secundus Sacerdotum Visitator. Ecclesiarum præpositus. Catechista. Circator. Duodecim Ecdici. Duo populi Collectores. Duo Primicerij. Primus Cantor. Domestici duo Proximus. Deputatus. Ianitores Præfectus cærimoniarum Ostiarij. Versor. Immersor Cubicularius. Circumambulator. Collector populi.

Vide quoque Officia & Clericata magnæ Ecclesiæ, vnumquodque & singula iuxta propriã functionem exposita: quæ oporteat Clericos in Ecclesia, vel foris ad Pontificem spectantia, agere: de quibus sanctissimi Patriarchæ, & sanctæ Oecumenicæ Synodi sanxerunt.

Magnus possessionum administrator, debet esse Diaconus. Cum autem celebrat Pontifex, ornatus ille sua tunica, & stola, stat ex vna parte sanctæ mensæ, sacrum Flabellum manu sua tenens. Offert quoque Clericum Ordinandum Pontifici. Omnem quoque agrum possessionemque Ecclesiæ disquirit, census, expensas, ratiocinia, de omni re quam Episcopatus possidet, & habens sub se Chartularium, cuncta illa recenset: & quater in anno de omnibus ad Pontificem rationem refert:

ΑΥΤΗ ΕΣΤΙΝ Η ΤΑΞΙΣ τῆς ἁγίας μεγάλης ἐκκλησίας, ἥνπερ οἱ ἁγιώτατοι Πατριάρχαι, καὶ ἀειμακάριστοι πατέρες ἐδογμάτισαν 1 εἰς ὀφφίκια 2 κληρικᾶτα. 1 2

Ὁ χορὸς ὁ δεξιὸς ἄρχεται οὕτως.

Ὁ Ἐπίσκοπος. Ὁ μέγας Οἰκονόμος. Ὁ μέγας Σακελλάριος. Ὁ μέγας Σκευοφύλαξ. Ὁ μέγας Χαρτοφύλαξ. Ὁ Σακελλίου.

Πεντὰς δευτέρα.

Ὁ Πρωτονοτάριος. Ὁ Καστρήσιος. Ὁ Ῥεφερενδάριος. Ὁ Λογοθέτης. Ὁ Ὑπομνηματογράφος.

Πεντὰς τρίτη.

Ὁ Πρωτέκδικος. Ὁ Ἱερομνήμων. Ὁ ἐπὶ γονάτων. Ὁ ἐπιμιμνήσκων. Ὁ διδάσκαλος.

Ὁ χορὸς ὁ εὐώνυμος ἄρχεται οὕτως.

Ὁ Πρωτοπαπᾶς. Ὁ δευτερεύων. Ὁ ἔξαρχος. Ὁ ἄρχων τῶν ἐκκλησιῶν. Ὁ κατηχητής. Ὁ περιοδευτής. Οἱ δώδεκα Ἔκδικοι. Οἱ δύο Λαοσυνάκται. Οἱ δύο Πριμικήριοι. Ὁ Πρωτοψάλτης. Οἱ δύο Δομέστικοι. Ὁ Πρόξιμος. Ὁ Διποτάτος. Οἱ Θυρωροί. Ὁ ἐπὶ τῆς εὐταξίας. Οἱ Ὀστιάριοι. Ὁ Καταγειάρης. Ὁ Καταβυθιστής. Ὁ Κουβουκλῆς. Ὁ Περιφερόμενος. Ὁ Λαοσυνάκτης.

Ἰδὲ καὶ διερμηνευόμενα τὰ Ὀφφίκια καὶ Κληρικᾶτα τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ἕκαστον κατὰ τὴν αὐτοῦ ἐνέργειαν. ἃ δεῖ ἐνεργεῖν ἐντὸς τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἐκτὸς τὰ τοῦ ἀρχιερέως, ὧν οἱ ἁγιώτατοι Πατριάρχαι, καὶ ἅγιαι καὶ Οἰκουμενικαὶ σύνοδοι διώρισαν.

3 Ὁ μέγας οἰκονόμος τῶν κτημάτων, 4 ὀφείλει εἶναι ἱεροδιάκονος. ὅταν δὲ λειτουργεῖ ὁ ἀρχιερεύς, φορῶν στιχάριον αὐτοῦ καὶ τὸ ὠράριον, ἵσταται ἐν τῇ μερίδι τῆς ἁγίας τραπέζης 5 βαστάζων ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ καὶ τὸ ἅγιον ῥιπίδιον, προσφέρει δὲ καὶ τὸν μέλλοντα χειροτονηθῆναι κληρικὸν τῷ ἀρχιερεῖ. ἔτι δὲ ἐπὶ πᾶν κτῆμα τῆς ἐκκλησίας ἐξετάζει εἰσόδους καὶ ἐξόδους, καὶ λογαριασμοὺς ἀπὸ πάντα πράγματα τῆς Ἐπισκοπῆς 6 ἔχει τὸν καὶ Χαρτουλάριον ἀναγράφει ταῦτα. καὶ τετράκις τοῦ ἐνιαυτοῦ 7 ἀναφέρει τῷ ἀρχιερεῖ 3 4 5 6 7

8 8 ἐπισκοπείων καὶ τὴν χηρευομένην ἐκκλησίαν, πάντα τὰ ἀγαθὰ αὐτῆς μέχρι τῆς ἐλεύ-
9 σεως τοῦ ἐρχομένου ἐπισκόπου. 9 ἔστι δὲ καὶ εἰς τὰς κρίσεις ἐν τῇ δεξιᾷ τοῦ ἀρχιερέως.

10 10 Ὁ μέγας Σακελλάριος ἐπισκοπείων, καὶ ἐρευνᾷ τὰ ἀνδρικὰ μοναστήρια ἐκ πάντων τῶν συνερχομένων δικαιωμάτων· ἐπαίρει δὲ λογαριασμὸν, εἰσόδους, καὶ ἐξόδους· βίους δὲ καὶ πολιτείας τῶν μοναχῶν ἐρευνᾷ· καὶ δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀναφέρει αὐτὰ τῷ ἀρχιερεῖ· ἔστι δὲ καὶ εἰς τὰς κρίσεις εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ Οἰκονόμου.

11 11 Ὁ μέγας Σκευοφύλαξ ἵσταται παρὰ τὰς θύρας τοῦ Σκευοφυλακίου, ἵνα εἴ τι σκεῦος ζητηθῇ ἐκ τῶν ἁγίων σκευῶν, αὐτὸς ἐκβάλλῃ. κηροὶ καὶ ἀλλάξιματα δίδονται παρ' αὐτοῦ· ἀναφέρει δὲ πᾶν σκεῦος τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀναφέρει τῷ ἀρχιερεῖ. καὶ ἔστιν εἰς τὰς κρίσεις.

12 12 Ὁ μέγας Χαρτοφύλαξ ὅταν λειτουργεῖ ὁ ἀρχιερεὺς, ἵσταται πλησίον τῶν ἁγίων μυστηρίων. λέγει ὁ αὐτὸς ἀρχιδιάκονος προσέλθετε τῷ βασιλεῖ καὶ θεῷ. ἔστι δὲ καὶ εἰς τὰς κρίσεις τὰς εἰσερχομένας ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ, ἐκ προσώπου τοῦ ἀρχιερέως, διδόναι παρ' αὐτοῦ τὰς ἀποφάσεις πάσας. ἔχων δὲ καὶ τὰς ἱερολογίας τῶν μνηστειῶν, ἱερολογῶν αὐτὰς, καὶ ἀποστέλλων τῷ ἱερεῖ τοῦ ναοῦ τοῦ δεῖνος εὐλογεῖν αὐτάς. ἔστι δὲ καὶ ἐν ταῖς χειροτονίαις τῶν ἀρχιερέων, προσφέρειν τὸν χειροτονού-
14 μενον ἀρχιερέα. ἔχων δὲ αὐτὸς 14 Χαρτουλάριον, ἀναγράφει τὰς τῶν ἐπισκόπων ἀποφάσεις, καὶ αὐτὰς τῷ ἀρχιερεῖ ἀναφέρει.

15 15 Ὁ Σακελλίου, ὅταν λειτουργεῖ ὁ ἀρχιερεὺς, ἱστάμενος καὶ αὐτὸς ἐν τῷ ἁγίῳ βήματι. εἰς ὑπηρεσίαν τοῦ ἀρχιερέως. ἔχων δὲ ἐπισκοπεῖν τῶν γυναικείων μοναστηρίων, ἐρευνᾷ, καὶ διαθεωρεῖ αὐτὰ κατὰ τὴν τῶν ἁγίων κανόνων ἀκρίβειαν. κρατῶν δὲ τὴν φυλακὴν τῆς ἐκκλησίας, καὶ τοὺς ἐν φυλακῇ ἀποστελλομένους παρ' αὐτοῦ ἀρχιερέως κρατῶν αὐτούς.

Πεντὰς δευτέρα.

16 16 Ὁ Πρωτονοτάριος ἱστάμενος ἐν τῷ ἁγίῳ βήματι εἰς ὑπηρεσίαν τοῦ ἀρχιερέως, καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῆς ὑψώσεως, δίδωσι νίψιμον τοῦ ἀρχιερέως, κρατῶν καὶ τὸ δικήριον. γράφει δὲ ὅσα ἂν βούληται ὁ ἀρχιερεὺς μηνύματα εἰς πάντα ἄρχοντα. διαθεωρεῖ δὲ καὶ τοὺς νομικοὺς δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ, σκεπτόμενος δὲ καὶ συμφωνήσεις, πράσεις, διαθήκας, καὶ ἐλευθερίας· καὶ ἀναφέρει τὰς εἰσερχομένας ὑποθέσεις τῷ ἀρχιερεῖ.

& viduatæ Episcopo Ecclesiæ ipse curam habet, omnia eius bona vsque ad alterius aduentum administrat. Adest insuper in iudicijs ferendis & à dextris Pontificis sedet.

Magnus Sacellarius inuigilat, & perscrutatur virorum Monasteria, circa omnia quæ ad illa pertinent iura: ratiocinia, census & expensas, penes se retinet. Vitam etiam, & Monachorum viuendi modos inquirit: & bis singulis annis, de his refert ad Pontificem. Sedet insuper in iudiciis à dextris Oeconomi.

Magnus Sacrista stat ad Sacristiæ fores, vt si vas aliquod è sacris exquiratur, illud ipse proferat, Cerei quoque & mutatoriæ vestes, ab eo distribuuntur. Omne insuper Episcopatus vas, in scriptis redigit: & bis per annum, de illis rationem Episcopo reddit: & sedet in iudiciis.

Magnus Chartophylax cum celebrat Pontifex, iuxta sancta dona stat. Archidiaconi quoque prouinciam agens, *Ad regem & Deum accedite*, pronunciat. Adest vero etiam litibus, in sancta Ecclesia contingentibus, nomine Pontificis sententiam daturus. Sacra insuper registra matrimoniorum penes se habet, quæ postquam in registra recensuerit, ad talis Ecclesiæ Presbyterum mittit, vt illis benedicat. Adest adhuc in Episcoporum consecrationibus, cōsecrandum Pontificem præsentaturus. Habet sub se Chartularium, & Episcoporum sententias recenset, easque ad Archiepiscopum vel Patriarcham refert.

Sacello præpositus, cum celebrat Pontifex, stat & ipse in sancto Tribunali, ad Pontificis obsequium. Cæterum inuigilandi curam habet, in mulierum Monasteria, perscrutatur cuncta, considerat, & ordinat de illis iuxta sanctorum Canonum rigorem. Demandatum etiam habet Ecclesiæ carcerem, & missos in illum à Pontifice, ipse custodit.

Quinarius secundus.

Protonotarius stat in sancto Tribunali ad Pontificis obsequium, & eleuationis hostiæ tempore, dat Pontifici vt manus lauet, & cereum bisulcum tenet. Scribit & idem ipse, quæ singulis principibus & proceribus mandari vult Pontifex. Iureconsultos pariter visitat bis per annum, & quæcumque pacta, venditiones, testamenta, & seruorum manumissiones, inquirit: & negotia inde suborta ad Pontificem refert.

Canſtrenſius Pontifici in mutando eodem ornatu ſubſeruit: tenetque in miſſa thuribulum, & velum Aerem dictum, manu ſuâ dextrâ: populũ etiam aquâ reſpergit in Trinitatis Hymno: thecamque incenſi & aromatum gerit: & in iudiciis exercendis ſedem habet.

Referendarius ad magnates ſiue ſcripto ſiue viuâ voce, mandata laturus, à Pontifice mittitur. Et inter iudices Eccleſiaſticos locum obtinet.

Logotheta Pontificis ſigillum ſeruat, & quicquid ſcripſerit Pontifex, ab eo ſigillo munitur. Omni quoque Pontificis cenſuum rationali libro ſigillum pariter apponit: & ſedet in iudiciis.

Memorialium ſcriba in Pontificum electionibus aſſidet: & quicquid eum iuſſerint fideliter ſcribit.

Quinarius tertius.

Defenſorum princeps cum duodecim aſſeſſoribus minoris momenti negotia ad Eccleſiam delata diſcutit, quæ deinde ad Pontificem refert.

Sacer ſuggeſtor Codicem Eccleſiæ à Clericis ſigillatum ſuæ curæ demandatum ſeruat, marſupium vel Breue Pontificis tenet: & ſi deſit Epiſcopus, nouam dedicat Eccleſiam & crucis Signo Lectores inſtituit.

A genubus cum Pontifex ſacras veſtes aſſumit, ſubgenuale ad eius latus appendit: Diſcum etiam portat, cum à Pontifice in miſſa ſanctus panis populo diſtribuitur.

A memoriâ ſuſcipit commendationes memorialium ad iuſtitiæ tribunal accedentium, & præſentat ea Pontifici, & Clero.

Doctor Euangelium exponit, cum ſacra facit Pontifex: & ſi fieri poteſt, etiam Pſalterium.

Scire etiam conuenit quomodo Euangelia recitantur. Palmarum die, Protonotarius illud dicit. Magnâ feriâ ſecundâ, dicit Sacer ſuggeſtor. Magna feria 3. Saccello præpoſitus. Magnâ feriâ 4. vaſorum Cuſtos. Magna feria 5. Canſtrenſius. Magno ſabbato, dicit magnus Oeconomus. Magna Dominica, magnus Chartophylax recitat.

Sic autem decreuimus menſtruas penſiones trium quinariorum dari. Primus quinarius, duplicem partem accipit. Secundus quinarius, partem & me-

17 Ὁ Κανστρίσιος 18 ἀλλάσσων τοῦ ἀρχιερέως τὴν αὐτὴν στολήν· κρατῶν δὲ καὶ τὸ θυμιατήριον ἐν τῇ λειτουργίᾳ, καὶ τὸν ἀέρα ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ χειρί. ῥαντίζων καὶ τὸ ὕδωρ τὸν λαὸν ἐν τῷ τριαδικῷ ὕμνῳ. κρατῶν δὲ καὶ τὸ κιβώτιον τῶν ἀρωμάτων. καθεζόμενος καὶ εἰς τὰς κρίσεις.

19 Ὁ Ρεφερενδάριος ἀποστελλόμενος εἰς μεγάλους ἀνθρώπους· μηνύματα παρὰ τοῦ ἀρχιερέως ἐγγράφως καὶ ἀγράφως φέρει. καθεζόμενος καὶ εἰς τὰς κρίσεις.

20 Ὁ Λογοθέτης ἀποκρατῶν τὴν βοῦλλαν τοῦ ἀρχιερέως, καὶ εἴ τι ἂν γράφει ὁ ἀρχιερεὺς σφραγίζεται παρ' αὐτοῦ· ὁμοίως καὶ εἰς πᾶσαν εἴσοδον τῆς ἐπισκοπῆς. ἔστι δὲ καὶ εἰς τὰς κρίσεις.

21 Ὁ ὑπομνηματογράφος καθεζόμενος εἰς ψήφους ἐπισκόπων, 22 καὶ γράφει εἰ ἂν 23 τὸ ὁρίσωσιν ἀληθῶς.

Πεντὰς τρίτη.

24 Ὁ πρωτέκδικος κριτὴς μετὰ δώδεκα ἐκδίκων μικρὰς ὑποθέσεις τὰς εἰσερχομένας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ· ἀναφέρει δὲ ταύτας τῷ ἀρχιερεῖ.

25 Ὁ ἱερομνήμων κρατῶν ἐν τῇ παραδόσει αὐτοῦ 26 τὸν κώδικα τῆς ἐκκλησίας βουλλωθέντα παρὰ τῶν κληρικῶν, καὶ τοῦ ἀρχιερέως 27 ἐμβαλάντιον. καὶ εἰ μὲν οὐκ ἔστιν ἐπίσκοπος, μᾶλλον 28 ἐγκαινίζει ἐκκλησίαν νέαν· σφραγίζει δὲ καὶ ἀναγνώστας.

29 Ὁ ὑπογονάτων ὅταν ἀλλάσσοισι τὸν ἀρχιερέα φορεῖ αὐτοῦ τὸ ὑπογονάτιον. κρατῶν δὲ καὶ τὸν δίσκον ἐν τῇ λειτουργίᾳ διδομένου παρ' αὐτοῦ τοῦ ἁγίου ἄρτου τῷ λαῷ.

30 Ὁ ὑπομιμνήσκων δεχόμενος τὰς ὑπομνήσεις τῶν ὑπομνημάτων τῶν ἐρχομένων ἐν τῇ κρίσει καὶ ἀναφέρει αὐτὰς τῷ ἀρχιερεῖ, καὶ τῷ κλήρῳ.

31 Ὁ διδάσκαλος ἑρμηνεύει τὸ εὐαγγέλιον, ὅταν λειτουργεῖ ὁ ἀρχιερεύς· καὶ εἰ δυνατόν ἐστι, καὶ τὸ ψαλτήριον.

Δεῖ γινώσκειν πῶς λέγονται καὶ τὰ εὐαγγέλια. Τῶν βαϊοφόρων λέγει ὁ πρωτονοτάριος. τῇ μεγάλῃ δευτέρᾳ λέγει ὁ ἱερομνήμων. τῇ μεγάλῃ τρίτῃ ὁ Σακκελλίου. τῇ μεγάλῃ τετάρτῃ λέγει ὁ Σκευοφύλαξ. τῇ μεγάλῃ πέμπτῃ λέγει ὁ Κανστρίσιος. τῷ μεγάλῳ σαββάτῳ λέγει ὁ μέγας Οἰκονόμος. τῇ μεγάλῃ Κυριακῇ λέγει ὁ μέγας Χαρτοφύλαξ.

Διωρίσαμεν δὲ οὕτως καὶ 32 τὰ μηνιαῖα 33 τῶν αὐτῶν τριῶν πεντάδων. ἡ πρώτη πεντὰς, τὰ διπλᾶ αὐτῆς. ἡ δευτέρα πεντὰς, ἕνα ἥμισυ.

ἡ τρίτη πεντὰς, ἕνα καὶ τέταρτον.

Χρὴ γινώσκειν τὰ ὅμοια Ὀφφίκια καὶ Κληρικᾶτα, δίδονται εἰς τρεῖς σφραγῖδας ταύτας. καὶ εἴ τις δὲ ἂν ἔχοι ἐκ τῶν τριῶν αὐτῶν σφραγίδων, ἀναβιβάζεται εἰς τὴν τάξιν τῶν Κληρικῶν.

34 Ἔξωθεν μὲν τῶν δεκαπέντε Ὀφφικίων καὶ Κληρικάτων τῆς ἁγίας ἐκκλησίας διώρισαν οἱ ἁγιώτατοι Πατριάρχαι ἀρχοντίκια μικρὰ, εἰς ὑπηρεσίαν τῆς ἁγίας ἐκκλησίας.

Ὁ μέγας Ἀρχιδιάκονος, καὶ ὁ δευτερεύων τῶν διακόνων· αὐτὰ εἰσιν Ὀφφίκια.

Ὁ μὲν ἀρχιδιάκονος, ὅταν λειτουργεῖ ὁ ἀρχιερεὺς λέγει τὸ Εὐαγγέλιον· εἰ δὲ οὐ θέλει εἰπεῖν αὐτὸς, ὅστις ἂν ὁρίζει.

Ὁ δὲ δευτερεύων τῶν διακόνων, ὅταν λείπει ὁ ἀρχιδιάκονος ἐκ τῆς ἐκκλησίας, κρατεῖ αὐτὸς τὸν τόπον αὐτοῦ.

Ὁ ἕτερος χορὸς ὁ εὐώνυμος.

35 Ὁ πρωτοπαπᾶς ἵσταται ἐπάνω τῶν Ὀφφικίων τοῦ εὐωνύμου χοροῦ, ὅταν λειτουργεῖ ὁ ἀρχιερεύς· μεταδίδει αὐτὸς τὴν ἁγίαν μετάληψιν, ὁμοίως καὶ ὁ ἀρχιερεὺς τῷ πρωτοπαπᾷ· ἔχων δὲ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὰ πρωτεῖα πάντα.

Ὁ δευτερεύων λειτουργεῖ καὶ αὐτὸς μετὰ τοῦ ἀρχιερέως· ὅταν λείπει ὁ πρωτοπαπᾶς, ἔχει ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὰ πρωτεῖα πάντα.

36 Ὁ ἔξαρχος ἵσταται πλησίον τοῦ δευτερεύοντος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. 37 γυρεύει δὲ καὶ πᾶν σκεῦος, καὶ ἀλλαγὰς τῆς περιοχῆς τῆς ἐπισκοπῆς. ἀναθεωρεῖ δὲ καὶ τὰς κρίσεις τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, εἰ ἐκρίθησαν δικαίως, καὶ γράφει τὰ Ἀντιμίνσια. ἀναγυρεύει δὲ καὶ τῶν ἀνδρογύνων τὰ κωλύματα.

38 Ὁ ἄρχων τῶν ἐκκλησιῶν, ἵσταται ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πλησίον τοῦ ἐξάρχου. γράφει δὲ καὶ τὰ σταυροπήγια τῶν ἐκκλησιῶν τῶν νέων· κρατεῖ δὲ ἐν τῇ φυλάξει αὐτοῦ τὸ μύρον.

Ὁ κατηχητὴς κατηχίζει πάντας τοὺς εἰσερχομένους ἐκ τῶν ἑτεροδόξων εἰς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν ὡς ἵνα τὸ ἅγιον βάπτισμα δέξωνται.

39 Ὁ περιοδευτὴς περιπατῶν, καὶ παιδεύων τοὺς θέλοντας βαπτισθῆναι τῇ ὀρθοδόξῃ πίστει.

40 Ὁ βαπτιστὴς ἵσταται ἐν τῇ ἁγίᾳ κολυμβήθρᾳ, καὶ ὁ ἱερεὺς λέγει τὰς εὐχάς. ὁ δὲ ἀρχιερεὺς σταυρώνει τὸ ὕδωρ, ὁ δὲ βαπτιστὴς βαπτίζει τὸν μέλλοντα βαπτισθῆναι.

Ὁ πρωτοψάλτης ἵσταται μέσον τῶν δύο χορῶν, δεξιοῦ τε καὶ εὐωνύμου. ἄρχεται δὲ καὶ

diam. Tertius quinarius, partem & quartarium.

Scire conuenit eadem Officia & Clericata, per tria crucis signa conferri: & si quis tria huiusmodi signa acceperit, in Clericorum ordinem cooptatur.

Præter quindecim Officia & Clericata sanctæ Ecclesiæ, instituerunt sanctissimi Patriarchæ minores præfecturas, ad sanctæ Ecclesiæ subsidium.

Magnus Archidiaconus, & secundus Diaconorum sunt Officia.

Archidiaconus quidem, celebrante Pontifice, dicit Euangelium: si dicere noluerit, alius quem ipse iusserit.

Secundus Diaconorum, absente ab Ecclesia Archidiacono, in omnibus partes eius agit.

Alter Chorus, nempe sinister.

Archipresbyter super sinistri Chori Officiis, celebrante Pontifice, constituitur: distribuit ipse Patriarchæ sanctam communionem, & pariter Patriarcha Archipresbytero. Et partes primas in Ecclesia, in omnibus obtinet.

Secundus, celebrat & ipse cum Pontifice: & absente Archipresbytero, primum in omnibus locum adipiscitur.

Visitator, iuxta secundum Presbyterorum in Ecclesia consistit. Vas etiam omne requirit, & Casulas siue quæcũque mutatoria ornamenta ambitus Episcopatus. Perscrutatur quoq; Ecclesiæ lites, an ex æquo & bono iudicatæ fuerint: & Antimensia literis consignat, & matrimoniorum impedimenta examinat.

Præfectus Ecclesiarum, stat in templo pone Visitatorem: nouarumq; Ecclesiarum nouarum crucis defixiones scribit: & sub custodia sua sacrum vnguentum asseruat.

Catechista erudit omnes, qui ex alienis sectis ad bene sentientem de fide Ecclesiam accedunt, vt sanctum Baptisma suscipiant.

Circumcursator circumambulat, & orthodoxa fide baptizari cupientes instruit.

Immersor in sancta piscina stat, & Sacerdos dicit orationes; Pontifex autem aquam cruce signat: Immersor vero baptizandum sacramento perficit.

Primus Cantor inter duos choros dextrũ & sinistrũ stat medius. Exordiũ vero

psalmodiæ ipse incipit: post hæc vero Cantores cuncti: defert autem tunicam breuem & strictam.

Duo domestici cum primo cantore in duobus choris stant, & dum cantant, primi Cantoris more, deferunt tunicas breues & corpori adstrictas.

Duo Primicerij stant cum domesticis, ipsique etiam cantant.

Proximus imperat, & signum dant psalmodiæ tempore, in Catholica Ecclesia.

Cærimoniarum præfectus præsto est, vt præcipuos & insignes viros suscipiat, & iuxta suum gradum & meritum collocet: ma ime vero vt sedeant.

Versor Ecclesiam sordibus expurgat: lampades accendit, & ignem defert.

Ostiarij baculum Pontifici præferunt.

Lampadarij cereos suis locis aptant, cum in Ecclesia accenduntur.

Decanus Sacerdotes componit, in contributionibus ad eos ex æquo spectantibus.

Deputatus Pontificem præcedens, è via populum abigit.

Hic est sanctæ Dei Ecclesiæ ordo, quem sanctissimi Patriarchæ, cum pientissimis Impp. instituerunt: & Officia, Præfecturasque, eorumdemque functiones sanxerunt: & maledictionem à se illis appinxerunt in omnem orbis vniuersi Episcopatum (si quis ea transgrederetur.)

τὴν εἴαρξιν τῆς ψαλμῳδίας· μετὰ δὲ ταῦτα καὶ ψάλται ὅλοι, φορεῖ δὲ καὶ 41 σφικτούελιον.

42 Οἱ δύο Δομέστικοι ἵστανται ἐν τοῖς δύο χοροῖς μετὰ τοῦ πρωτοψάλτου, καὶ ψάλλοντες φοροῦσι σφικτούελια ὡς πρωτοψάλτης. 42

43 Οἱ δύο Πριμικήριοι ἵστανται μετὰ τῶν δομεστίκων, ψάλλοντες καὶ αὐτοί. 43

44 Ὁ πρώξιμος ὁρίζει, καὶ σημαίνουσιν ἐν τῷ καιρῷ τῆς ψαλμῳδίας ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ. 44

45 Ὁ ἐπὶ εὐταξίας ἵσταται, καὶ δέχεται τοὺς ἄρχοντας, καὶ ἵστησι αὐτοὺς κατὰ τὴν τάξιν· μᾶλλον δὲ καὶ ἵνα καθίσωσι. 45

46 Ὁ καθαρειάρης 47 φιλοκαλεῖ τὴν ἐκκλησίαν· ἅπτει δὲ καὶ 48 τὰς κανδήλας. φέρει δὲ καὶ λαμπρόν. 46 47 48

49 Οἱ ὀστιάριοι βαστάζουσι τὸ ῥάβδον τοῦ ἀρχιερέως. 49

50 Οἱ λαμπαδάριοι καθίζουσι τὰς λαμπάδας, ὅταν ἅπτουσιν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. 50

51 Ὁ δεκανὸς τάσσει τοὺς ἱερεῖς ἐν τοῖς ἐρχομένοις αὐτῶν δικαιώμασι. 51

52 Ὁ Δεποτάτος περιπατῶν ἔμπροσθεν τοῦ ἀρχιερέως, καθαρίζει τὸν λαὸν ἀπὸ τὴν στράτην. 52

Αὕτη ἐστὶν ἡ τάξις τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας, ἥνπερ οἱ ἁγιώτατοι πατριάρχαι μετὰ τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων ἐνομοθέτησαν, καὶ διώρισαν τὰ ὀφφίκια, καὶ τὰ ἀρχοντίκια, καὶ τὴν αὐτῶν ἐνέργειαν· 53 καὶ ἀνέγραψαν, καὶ ἀρὰν περὶ αὐτῶν εἰς πᾶσαν ἐπισκοπὴν τῆς οἰκουμένης. 53

De Ecclesiasticis Officiis.

Ecclesiæ principum & moderatorum sicut antiqua fert traditio, primus est, magnus Oeconomus. Secundus, magno Sacello præpositus. Tertius, magnus vasorum custos. Quartus, Chartophylax. Quintus, paruo Sacello præpositus, à Sacello dictus. Sextus, primus iuris vindex: qui quidem Exocataceli dicuntur. Iuris autem vindicis, siue Canonistarum principis, apud antiquos primum erat inter præcellentissima, Officium; nunc autem vltimũ illorum à Patriarcha Georgio Xiphilino enumeratum est. Post Exocatacelos autem, primus est Protonotarius. Secundus memorialium scriptor. Tertius Logotheta. Quartus, Canstrensius. Quintus, Sacer Suggestor. Sextus, Referendarius. Septimus, à

Περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ὀφφικίων.

Τῶν τῆς ἐκκλησίας ἀρχόντων ὡς ἡ παλαιὰ ἔχει παράδοσις, πρῶτος ἐστὶν ὁ μέγας Οἰκονόμος. δεύτερος ὁ ἐπὶ τῆς μεγάλης Σακέλλης. τρίτος ὁ μέγας Σκευοφύλαξ. τέταρτος ὁ Χαρτοφύλαξ. πέμπτος ὁ ἐπὶ μικρᾶς σακέλλης, ἤτοι σακελλίου. ἕκτος ὁ πρωτέκδικος· οἵτινες καὶ ἐξωκατάκηλοι λέγονται. τὸ δὲ τοῦ πρωτεκδίκου ὀφφίκιον ἐν τοῖς πρεσβευκόσι πρότερον ὄν, τοῖς ὑπερέχουσιν ὕστερον συντέτακται παρὰ τοῦ πατριάρχου Γεωργίου τοῦ Ξιφιλίνου. μετὰ δὲ τοὺς 54 ἐξωκατακήλους πρῶτος ἐστὶν ὁ 55 πρωτονοτάριος. δεύτερος, ὁ ὑπομνηματογράφος. τρίτος, ὁ λογοθέτης. τέταρτος, ὁ καστρήσιος. πέμπτος, ὁ ἱερομνήμων. ἕκτος, ὁ ῥεφερενδάριος. ἕβδομος, ὁ ἐπὶ 54 55

56 ἐπὶ τῶν γονάτων. ὄγδοος, 56 ὁ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως. ἔνατος, ὁ ὑπομιμνήσκων. δέκατος, ὁ ἐπὶ τῶν σεκρέτων. ὁ ἑνδέκατος, ὁ δευτερεύων τῶν διακόνων. εἶτα οἱ τρεῖς ὀστιάριοι. καὶ αὖθις οἱ τρεῖς ἄρχοντες τῶν ἐκκλησιῶν. ὁ μέντοι δευτερεύων τῶν διακόνων κατ᾽ ἐκλογὴν γίνεται. δεῖται γὰρ τὸ ὀφφίκιον τοῦτο ἀνδρὸς ἱκανοῦ πρὸς τὸ ἐκτελεῖν ἀμέμπτως τὰς ἁρμοζούσας τούτῳ διακονίας.

Αὐτοῦ γάρ ἐστιν ἡ μετὰ τὴν εἴσοδον εὐφημία τῶν βασιλέων καὶ ἀρχιερέων. τὸ ἐν ταῖς λιταῖς αἴρειν τὸ εὐαγγέλιον, καὶ τὰς συναπτὰς καὶ αἰτήσεις λέγειν. τὸ, ἀπόντος τοῦ διακόνου διδόναι καιρὸν τοῖς ἐν τῷ ἄμβωνι διακόνοις· ἀλλὰ ἕτερά τινα τούτου ὑστερήματα ἐκπληροῖ. διὰ τοῦτο γοῦν λέγεται τῶν διακόνων δευτερεύων, οὐχ ὅτι δευτερεύει τῇ τάξει τῶν διακόνων. εἰσὶ δὲ καὶ ἕτερα ὀφφίκια τοῖς ἱερεῦσι προσήκοντα. ὁ ἐπὶ τῶν κατηχήσεων. 57 ὁ ὀρφανοτρόφος. οἱ τέσσαρες ἔκδικοι. 58 ὁ ἄρχων τῶν φώτων. 59 ὁ νομοδότης. ὁ περιοδευτής. ἀναγνωστῶν δὲ ὀφφίκια, οἱ δύο δομέστικοι ἀμφοτέρων τῶν χορῶν· καὶ οἱ δύο λαοσυνάκται. λέγεται δὲ δομέστικος Λατινικῆς οὔσης τῆς λέξεως· ὁ ἔξαρχος, ὁ προηγούμενος. 60 ὁ ἐπιστάτης, τῶν μελῳδιῶν δηλονότι. ὁ πρωτοψάλτης ὁ πριμικήριος τῶν ἀναγνωστῶν. 61 ὁ ἄρχων τῶν κοντακίων. 62 ὁ πρωτοκανονάρχος. 63 οἱ χαρτουλάριοι τῆς μεγάλης σακέλλης, καὶ τοῦ σκευοφυλακίου. θεωροὶ δὲ καὶ δεποτάτοι, 64 καὶ καμισάτοι, οὐκ εἰσὶν ὀφφίκια, ἀλλὰ διακονίαι περὶ τὸ ἅγιον βῆμα ἄλλοις ἁρμόζουσαι. οἱ γὰρ θεωροὶ τὴν τήρησιν πιστεύονται τῶν ἱερῶν σκευῶν, καὶ τῶν καλυμμάτων αὐτῶν, εἴγε μάλιστα λίθοις ταῦτα κεκόσμηνται, καὶ μαργάροις. οἱ δεποτάτοι δὲ μανδυοφοροῦντες, προπορεύονται μετὰ λαμπάδων τοῦ τε ἁγίου εὐαγγελίου, καὶ τῶν ἁγίων δώρων. οἱ δὲ καμισάτοι, περὶ τὸ διακομίζειν τὸ πυρὸς ἄνθρακας καταγίνονται εἴς τε θυμιατήριον, καὶ τὴν τοῦ ζέοντος ἐκπύρωσιν. ὁ δὲ ἀρχιδιάκονος προτετίμηται καὶ τῶν ἑτέρων πάντων ὀφφικίων ἐν τῷ ναῷ, ἐν τῷ ἁγίῳ βήματι, καὶ ἐν τῇ μεταλήψει τῶν ἁγίων μυστηρίων. τὸ δὲ τοῦ ἱερομνήμονος ὀφφίκιον, ἐξ ἀνάγκης διακόνῳ ἁρμόζει· ἐπειδὴ συνυπουργός ἐστι οὗτος τῷ κουστρωσίῳ, εἰς τὸ περιτιθέναι τὴν ἱερὰν στολὴν τῷ ἀρχιερεῖ μέλλοντι ἱερουργεῖν. τῷ χαρτοφύλακι ἀνήκει τὰς ὑπογραφὰς ὑποδέχεσθαι τῶν μαρτύρων τῶν ἱερωθήσεσθαι μελλόντων, ἢ τῶν ἱερολογιῶν ἐνέργεια, καὶ τὸ σημειοῦσθαι τὰς παρεμπιπτούσας ὑποθέσεις.

genubus. Octauus, qui est super sacro statu & ordine. Nouus à memoria. Decimus à secretis. Vndecimus Diaconorum secundus. Deinde tres Ostiarij. Et deinceps tres Ecclesiarum præfecti. Secundus autem Diaconorum per electionem creatur: indiget enim Officium istud viro capaci, qui sine reprehensiône ministeria sibi conuenientia exequatur.

Ipsius enim est post Ingressum magnum. Regibus & Patriarchæ acclamationem faustam facere, in processionibus Euangelium, & Collectas, Postulationesque recitare: & absente Diacono, signum dare his qui in Ambone stãt Diaconis: sed & quosdam alios eius defectus supplet. Propterea itaque dicitur Diaconorum secundus: non quod ordine sit inter Diaconos secundus. Sunt quoque alia Officia Sacerdotibus conuenientia. Catechesibus præfectus. Orphanorum procurator. Quatuor iudices. Luminum princeps. Legislator. Circumcursator. Lectorum verò Officia sunt, vtriusque chori Domestici. Duo populi Collectores, diciturque Domesticus Græce, à vocabulo Latino, præpositus, & præcessor. Præceptor siue præfectus, Officiorum canendorum videlicet. Primus Cantor. Primicerius Lectorum. Breuiculis præpositus. Canonarcharum Primus. Chartularij siue subministri magni Sacelli, & Sacristiæ. Vigiles vero, Deputati, & Camisati, non sunt Officia, sed ministeria circa sacrum Tribunal, quæ & aliis conueniunt. Vigilibus quippe sacrorum vasorum, & ipsorum velorum, si maxime lapidibus & gemmis ornata fuerint, custodia committitur. Deputati porro cappas ferentes, cum cereis, tum sancto Euangelio, tum sanctis donis præeunt. Camisati autem, circa viuos ignis carbones, prouidendos, thuribulum, & aquæ in missa calefaciendæ curam sunt occupati. Archidiaconus vero cæteris omnibus Officiis præcellit in templo, in sacro Tribunali, & in sanctorum mysteriorum sumptione. Sacri vero Suggestoris Officium ex necessitate Diacono conuenit: est siquidem ille Canstrensii comminister, in circumponendo sacro vestitu Patriarchæ celebraturo. Cæterum ad Cartophylacem spectat testium subscriptiones Consecrandis fauentes in eorum electionibus suscipere, sacrorum quoq; registrorum ei cura commissa est, sicut & incidentiũ negotiorũ nota facienda.

Illo vero absente memorialium Scriba illa annotat. Diaconis insuper, Deus Dominus, (de quo in off. laud) dicere incumbit: at in Diaconi defectu, à Lectore, sicut & ipsa Antiphona, dicitur.

ἀπόντος δὲ ἐκείνου ὁ ὑπομνηματογράφος ταῦτα σημειοῦται, δέδοται δὲ τοῖς διακόνοις, δὲ τοῖς διακόνοις, ὡς θεὸς κύριος, λέγειν. διακόνου δὲ μὴ παρόντος λέγεται καὶ παρὰ ἀναγνώστου. ὥσπερ καὶ τὰ ἀντίφωνα.

Alius eorumdem Officialium Catalogus, & munera recensita ex altero eiusdem Allatij antiquissimo M.S.

Expositio sanctæ & magnæ Ecclesiæ Officiorum iuxta suum ordinem explicatorum.	Ἑρμηνεία τῶν ὀφφικίων τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης ἐκκλησίας, ἃ διηρμηνεύθησαν κατὰ τάξιν.
Chorus dexter.	Χορὸς δέξιος
Quinarius primus.	Πεντὰς πρώτη.
1. Magnus Oeconomus.	α' Ο μέγας οἰκονόμων.
2. Magnus Sacellarius.	β' Ο μέγας σακελλάριος.
3. Magnus vasorum custos.	γ' Ο μέγας σκευοφύλαξ.
4. Chartophylax.	δ' Ο Χαρτοφύλαξ.
5. A Sacello.	ε' Ο σακελλίου.
Quinarius secundus.	Πεντὰς δευτέρα.
1. Protonotarius.	α' Ο πρωτονοτάριος.
2. Canstrensius.	β' Ο καστρήσιος.
3. Referendarius	γ' Ο ῥεφερενδάριος.
4. Logotheta.	δ' Ο λογοθέτης.
5. Memorialium scriba.	ε' Ο ὑπομνηματογράφος.
Quinarius tertius.	Πεντὰς τρίτη.
1. Defensorum primus.	α' Ο πρωτέκδικος.
2. Sacer Suggestor.	β' Ο ἱερομνήμων.
3. A genubus.	γ' Ο ἀπὸ γονάτων.
4. A memoria.	δ' Ο ὑπομιμνήσκων.
5. Doctor.	ε' Ο διδάσκαλος.
Chorus sinister.	Χορὸς ὁ εὐώνυμος.
Archipresbyter.	Ο πρωτοπαπᾶς.
Secundus Presbyterorum.	Ο δευτερεύων.
Præses Ecclesiarum.	Ο ἄρχων τῶν ἐκκλησιῶν.
Visitator.	Ο ἔξαρχος.
Catechista.	Ο κατηχητής.
Circumcursator.	Ο περιοδευτής.
Immersor.	Ο βαπτιστής.
Duo defensores.	Οἱ δύο ἔκδικοι.
Duo domestici.	Οἱ δύο δομέστικοι.
Duo populi Collectores.	Οἱ δύο λαοσυνάκται.
Duo Primicerij.	Οἱ δύο πριμικήριοι.
Primus Cantor.	Ο πρωτοψάλτης.
Proximus.	Ο πρόξιμος.
Deputatus.	Ο δεποτάτος.
Vigiles.	Οἱ θεώροι.

Οἱ ἐπὶ τῆς εὐταξίας. — Cæremoniarum præfectus.

Ὁ καταγγελάρης. — Verſor ſeu Annunciator.

Ὁ δεκανός. — Decanus.

Ὁ κουβούκλης. — Cubicularius.

Ὁ μέγας ἀρχιδιάκων, καὶ ὁ δεύτερος τῶν διακόνων, οὐ τάσσονται μετὰ τῶν ἀρχοντικίων τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, ἀλλ᾽ ὀφφίκιά εἰσι, καὶ μόνα.

Γινώσκω δὲ τοῦτο, ὅτι εἴ τις δὲ ἂν καὶ ἔχει ἀπὸ τὰς τρεῖς σφραγῖδας, τὰς ὁποίας ἐμπορεῖ νὰ στέκῃ εἰς ὅτι ὀφφίκιον καὶ κληρικάτον, ὅτι ἀναγνώστου, ὑποδιάκων, καὶ ἱεροδιάκων· ὁμοίως δὲ, καὶ ὁ ἀρχιδιάκων, καὶ ὁ δευτερεύων τῶν διακόνων. οὐκ ὀφείλει γὰρ εἶναι τὸν ἱερέα κληρικόν· διότι τοῖς ἱερεῦσιν ἔταξεν ὁ κανὼν ἱερουργεῖν τὴν ἀναίμακτον θυσίαν, καὶ οὐκ οἰκέτης τοῦ ἀρχιερέως εἶναι. τὰ γὰρ ἀρχοντίκια καὶ ὀφφίκια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας εἰς ὑπηρεσίαν τοῦ ἀρχιερέως γεγόνασι, καὶ εἰς κρίσιν τῶν ἐν βίῳ προσταγμένων. καὶ διερμηνεύονται κατὰ τάξιν ἓν ἕκαστον κατὰ τὴν αὐτῶν ἐνέργειαν καὶ ὑπηρεσίαν.

Magnus Archidiaconus, & ſecundus Diaconorum cum dignitatibus ſanctæ Eccleſiæ non recenſentur: ſunt enim ſolummodo officia.

Hoc mihi compertum, quod ſi aliquis tribus crucis ſignis à Pontifice fuerit benedictus, illis in quocumque Officio, & Clericatu poterit vti, ſicut Lectoris ſignatione Subdiaconus & Diaconus: ſimiliter quoque Archidiaconus, & ſecundus Diaconorum. Non enim oportet Sacerdotem eſſe Clericum: quoniam Sacerdoti incruentam hoſtiam offerre, non Pontificis famulū eſſe Canon præcipit. Dignitates.n. & Officia magnæ Eccleſiæ, propter Pontificis obſequium ſunt adinuenta, & ad diiudicanda varia huius vitæ negotia. Et illa quidem ſequentem accipiunt expoſitionem iuxta prouincias, & miniſteria ſua.

Περὶ τοῦ μεγάλου οἰκονόμου.

De magno Oeconomo.

Ὁ μέγας οἰκονόμος, φορῶν τὸ στιχάριον αὐτοῦ στήκεται ἐν τῇ δεξιᾷ μερίᾳ τῆς ἁγίας τραπέζης, ὅταν λειτουργεῖ ὁ ἀρχιερεὺς βαστῶν τὸ ἅγιον ῥιπίδιον. λαμβάνων τε εἰσόδους, καὶ ἐξόδους, καὶ λογαριασμοὺς ἐν τῇ ἐπισκοπῇ. ἔστιν οὖν καὶ ἐπὶ πᾶν κτῆμα, κρατῶν καὶ χαρτουλάριον, καὶ ἀναγράφει ἐπισκοπῆς εἰσερχόμενα πράγματα· καὶ δὶς τὸν ἐνιαυτὸν διαφέρει τῷ ἀρχιερεῖ. ἔστιν οὖν καὶ εἰς τὰς κρίσεις· προσφέρων καὶ τὸν μέλλοντα χειροτονηθῆναι ἱερέα. ὑποκρατῶν καὶ τὴν ἐπισκοπὴν μετὰ τὴν παρέλευσιν τοῦ ἀρχιερέως, μέχρι ἐλεύσεως τοῦ ἐρχομένου. ἔστιν οὖν καὶ ἐπὶ ψήφοις τοῦ ἐπισκόπου πρῶτος· διανέμων καὶ τὰ δικαιώματα τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, τὰ εἰσερχόμενα δίκαια τῆς ἐπισκοπῆς.

Magnus Oeconomus tunicâ ſua ornatus à dextro altaris latere ſtat, & Pontifice celebrante, ſanctum flabellum tenet. Ad eum ſpectat notitiam habere cenſuum, expenſarum, & ratiociniorum in Epiſcopatu. Cura ergo cuiuſcumque poſſeſſionis illi demandata eſt: & ſubſeruientem ſibi Chartularium habet, & quoſcumque Epiſcopatui obuenientes fructus in ſcripta refert; & bis ſingulis annis rationem dat Pontifici. Adeſt etiam & in iudiciis. Offert quoque Sacerdotem conſecrandum. Gubernat etiam Epiſcopatum poſt Pontificis obitum, vſque ad ſucceſſoris aduentum. In electione Epiſcopi ſuffragium habet. Et tandem debitas contributiones ex annuis Epiſcopatus bonis fratribus ſuis ex æquo diuidit.

Ὁ μέγας σακελλάριος φορεῖ τὸ στιχάριον αὐτοῦ, καὶ τὸ ὠράριον· στήκεται ἐν τῷ εὐωνύμῳ μέρει τῆς ἁγίας τραπέζης, βαστῶν τὸ ἅγιον ῥιπίδιον. ἔχων οὖν τὰ μοναστήρια τὰ ἀνδρικὰ τῆς ἐπισκοπῆς εἰς τὴν αὐτοῦ ἐπίσκεψιν, κρατῶν καὶ Καρτουλάριον· καὶ διαγυρεύει τοὺς τῶν μοναστηρίων εἰσόδους καὶ ἐξόδους, βίους καὶ πολιτείας τῶν μοναχῶν· καὶ τρεῖς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀναφέρει τῷ ἀρχιερεῖ. ἔστιν οὖν καὶ εἰς τὰς κρίσεις. προσφέρων καὶ τὸν μέλλοντα χειροτονηθῆναι εἰς ἱερέα, στηκόμενος πλησίον τοῦ μεγάλου οἰκονόμου.

Magnus Sacellarius tunica & ſtolâ ornatus; ſtat in ſiniſtro ſanctæ menſæ latere, flabellum tenens. Monaſteria virorum, quæ ſunt in Epiſcopatu ſuæ curæ commiſſo tenet, & miniſtrantem ſub ſe Chartularium habet. Diſquirit etiam de Monaſteriorū cenſibus & expenſis, deque vitâ & moribus Monachorum: & ter in anno, de his ad Patriarcham refert. Sedet in iudiciis. Præſentat inſuper in Preſbyterium Ordinandum: & ſtat iuxta magnum Oeconomum.

Magnus vasorum Custos, Pontifice celebrante, ad fores Sacristiæ stat, quod cumque opus fuerit, siue vas, siue sacrum librum, cereos, aut mutatoria quæque ex eâ deprompturus; Commissa est illi etiam Episcopatus Sacristia: & omne vas Ecclesiæ: habet quoque viduatas Episcopo Ecclesias suæ sollicitudini commendatas: sicut & sacra quæque ad eas spectantiá. Assidet præterea in iudiciis, & iura prouentusque quoscumque Ecclesiæ obuenientes asseruat Clericorum nomine, vsquequo inter se illas distribuant.

Chartophylax suis vestibus indutus iuxtà sacras fores stat, & sanctæ communionis tempore, dicit. Sacerdotes accedite. Offert & Patriarchę suffragium Pontificibus aliis: & Patriarchæ personæ in omnibus iudiciis sustinet, sententiam prolaturus. Assistit quoque sponsalitiis arrhâ solâ firmatis, & in eius conspectu celebratis: pactaque eorum in scriptis habet, Pontifice deinceps nuptias ipsas benedicturo.

A Sacello primi Quinarij minister est proprius. Patriarchatus carcerem sibi commissam tenet: & mulierum Monasteria suæ sollicitudini demandata. Atque hæc quidem primus Officiorum quinarius continet.

Secundus quinarius.

Primus secundi quinarij.

Protonotarius præsto est in Ecclesia, Pontifici obsequuturus: & scribit ipse, quidquid scribendum occurrit. Iureconsultos quoque Ecclesiæ examinat: scribit testamenta, & manumissiones seruorum, mandata, & his similia.

Castrensius Pontificem in sumendis vestibus iuuat: thuribulum tenet, & velum Aërem, in Trinitatis Hymno. Sacro etiam aquæ benedictæ rore populum lustrat: & insignia Pontificis custodit.

Referendarius ad nobiles, & magnates mittitur à Pontifice, secreta quæque vel quicquid voluerit, eius iussu denuntiaturus.

Logotheta Pontificis sigillum seruat, epistolam quamlibet sigillo apposito claudit. Tenet & discum cum pane benedicto in Ecclesia, quotiescumque eius fragmenta à Pontifice distribuuntur.

Memorialium scriba sedet in Episcoporum collegio, & quicquid iusserint Pontifices, scribit: & est secundi quinarij famulus.

Ο μέγας σκευοφύλαξ, ἵσταται ὅταν λειτουργεῖ ὁ ἀρχιερεὺς, ἔμπροσθεν τοῦ σκευοφυλακίου· καὶ εἴ τι δὴ ἂν χρειαδοκῇ ἐκ τοῦ σκευοφυλακίου αὐτὸς ἀποδίδει· ἤτοι σκεῦος, βιβλίον ἱερὸν, κηροὺς, καὶ ἀλλαγάς· ὑποκρατῶν καὶ τὸ σκευοφυλάκιον τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ πᾶν σκεῦος τῆς ἐκκλησίας. ἔχων δὲ καὶ τὰς χηρευομένας ἐκκλησίας εἰς τὴν αὐτοῦ ἐπίσκεψιν, καὶ τὰ ἱερὰ αὐτῶν πάντα. ἔστι δὲ καὶ εἰς κρίσεις· φυλάττων καὶ τὰ δίκαια τῶν εἰσερχομένων εἰς τὴν ἐκκλησίαν διὰ τοὺς κληρικοὺς μέχρι τοῦ διανέμειν αὐτοὺς ταῦτα.

Ο Χαρτοφύλαξ ἀλλάσσει, καὶ ἵσταται πλησίον τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ ἐν τῇ ἁγίᾳ μεταλήψει αὐτὸς λέγει· ἱερεῖς προσέλθετε. προσφέρων καὶ τὸ ψῆφος τοῦ ἐπισκόπου, τοῖς ἀρχιερεῦσιν. ἔστι δὲ καὶ ἐκ προσώπου τοῦ ἀρχιερέως εἰς πᾶσαν κρίσιν διδόναι τὰς ἀποφάσεις. ἔστιν οὖν καὶ εἰς τὰς μνηστείας, ἀρραβῶνας γινομένας ὑπ' αὐτοῦ· καὶ ἀναγράφει τοῦ ἱερέως τοῦ μέλλοντος εὐλογῆσαι τοὺς γάμους.

Ο Σακελλίου ἐστιν οἰκέτης τῆς πρώτης πεντάδος· κρατῶν καὶ τὴν φυλακὴν τῆς ἐπισκοπῆς. ἔχων οὖν καὶ ἐν τῇ ἐπισκέψει αὐτοῦ τῶν γυναικείων μοναστηρίων τὴν σκέψιν. οὕτως περιέχει ἡ πρώτη πεντὰς τῶν ὀφφικίων.

Πεντὰς ἡ δευτέρα.

Ο πρῶτος τῆς δευτέρας πεντάδος.

Ο πρωτονοτάριος ἐστήκει ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εἰς ὑπηρεσίαν τοῦ ἀρχιερέως· καὶ γράφει ὁ αὐτὸς εἴ τι χρῆσις ἐστιν· ἀναθεωρεῖ καὶ τοὺς νομικούς· γράφει καὶ διατάξεις, καὶ ἐλευθερείας, καὶ προστάγματα, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια.

Ο καστρήσιος ἀλλάσσων τὸν ἀρχιερέα, καὶ κρατῶν τὸν θυμιατὸν, καὶ τὸν ἀέρα ἐν ὕμνῳ τῷ τριαδικῷ· ῥαντίζων καὶ τὸν λαὸν τὴν δρόσον. φυλάττων οὖν καὶ τὰ ἀξιώματα τοῦ ἀρχιερέως.

Ο ῥεφερενδάριος ἀποστελλόμενος εἰς ἄρχοντας, καὶ εἰς μεγάλους ἀνθρώπους ἀπὸ τοῦ ἀρχιερέως, μηνύματα, καὶ εἴ τι ἂν βούλεται, ἀποστέλλει.

Ο λογοθέτης ὑποκρατῶν τὴν βοῦλλαν τοῦ ἀρχιερέως, βουλλώνει πᾶσαν γραφήν. κρατῶν καὶ τὸν δίσκον μετὰ τοῦ ἁγίου ἀντιδώρου ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, διδομένου τοῦ κατακλασμοῦ παρὰ τοῦ ἀρχιερέως.

Ο ὑπομνηματογράφων καθεζόμενος εἰς τὸ ψῆφος τῶν ἐπισκόπων· καὶ γράφει εἴ τι τῶν ὁρίσωσιν οἱ ἀρχιερεῖς. ἔστι δὲ καὶ οἰκέτης τῆς δευτέρας πεντάδος.

Πεντὰς ἡ τρίτη.

Ὁ πρῶτος τῆς πεντάδος.

Ὁ πρωτέκδικος κρίτης ἐκ προσώπου τοῦ ἀρχιερέως. κρίνει δὲ ὑποθέσεις μικρὰς μετὰ τῶν δύο ἐκδίκων, τὰς εἰσερχομένας εἰς τὴν ἐπισκοπήν.

Ὁ ἱερομνήμων κρατῶν τῇ φυλακῇ αὐτοῦ τὸ κοντάκιον τῆς ἐκκλησίας· καὶ εἰ μὲν οὐκ ἔστιν ἐπίσκοπος, μέλλει αὐτοῦ σφραγίζειν ἀναγνώστας, καὶ ἐγκαινιάσαι καὶ ἐκκλησίας καινουργείας.

Ὁ ὑπὸ γονάτων ὅταν ἱερουργεῖ ὁ ἀρχιερεὺς φορεῖ αὐτὸς τὸ ὑπογονάτιον αὐτοῦ.

Ὁ ὑπομιμνήσκων, δεχόμενος τὰς ὑπομνήσεις τῶν ὑπομνηστικῶν τὰς εἰσερχομένας εἰς τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν· καὶ ἀναφέρει τῷ ἀρχιερεῖ.

Ὁ διδάσκαλος ἑρμηνεύει τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, εἰ δυνατός ἐστιν· ὁμοίως καὶ τὸ ψαλτήριον. κρατῶν καὶ τὰ σχολία τῆς ἐπισκοπῆς. ἔστι καὶ οἰκέτης τῆς τρίτης πεντάδος.

Τέλος τοῦ δεξιοῦ χοροῦ.

Ἴσθι οὖν καὶ αὐτὸ, εἰς τὴν κληρικῶν διάκρισιν.

Τὸ μὲν ἅγιον Εὐαγγέλιον τῆς βαϊοφόρου λέγει ὁ πρωτονοτάριος. τῆς μεγάλης δευτέρας λέγει ὁ ἱερομνήμων. τῆς μεγάλης τρίτης ὁ καστρήσιος. τῆς μεγάλης τετράδος λέγει ὁ σακελλάριος. τῆς μεγάλης πέμπτης λέγει ὁ Χαρτοφύλαξ. τοῦ μεγάλου σαββάτου λέγει ὁ σκευοφύλαξ. τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ κυριακῇ τοῦ πάσχα λέγει ὁ μέγας οἰκονόμος.

Ἐπληρώθη ὁ δεξιὸς χορὸς, καὶ τὰ μεγάλα ὀφφίκια τῶν ἐκκλησιαστικῶν.

Χορὸς ὁ εὐώνυμος οὕτως τέτακται.

Ὁ πρωτοπαπᾶς ὅταν λειτουργεῖ ὁ ἀρχιερεὺς ἵσταται ἐπάνω ὅλων τῶν ἀρχόντων τῆς ἐκκλησίας· καὶ ἐν τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ μεταδίδει τοῦ ἀρχιερέως τὴν ἁγίαν μετάληψιν· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἐπίσκοπος τοῦ πρωτοϊερέως. ἄρχει δὲ εἰς τὰ πρωτεῖα τῆς ἐκκλησίας. κρατῶν οὖν καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τόπον τοῦ ἀρχιερέως.

Ὁ δευτερεύων ὅταν λείπει ὁ πρωτοπαπᾶς κρατεῖ τὸν τόπον αὐτοῦ.

66 Ἄρχων τῶν ἐκκλησιῶν, ἵνα γράφῃ τὰ 66 Ἀντιμίνσια, καὶ τὰ σταυροπήγια.

Ὁ ἔξαρχος, ἵνα γυρεύῃ εἴ τις κρίσις ἐκρίθη εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἐὰν ἐκρίθη δικαίως.

Ὁ κατηχητὴς, ἵνα κατηχίζει τὸν λαὸν, καὶ πάντας ἐρχομένους ἐκ τῶν ἑτεροδόξων εἰς

Quinarius tertius.

Primus quinarij.

Defensorum supremus in Pontificis persona, id est, in eius absentia, iudex constituitur: & cum duobus consultoribus, parui momenti negotia ad Patriarchatum delata iudicat.

Sacer suggestor sub sua custodia codicem Missalem Ecclesiæ seruat: si Patriarcha defuerit, Lectores crucis signo instituendi, & nouas Ecclesias dedicandi curam assumit.

A genubus Pontifice celebrante, eius subgenuale defert.

A memoria suscipit argumenta memorialium ad sanctam Ecclesiam delatorum, eiusque sollicitudinis est ad Pontificem illa referre.

Doctor sacrum Euangelium interpretatur, si capax sit, & pariter Psalterium. Scholam etiam Patriarchatus curat: & est famulus tertij quinarij.

Finis secundi chori.

Istud etiam obserua ad Clericorum notitiam habendam.

Palmarum die Protonotarius Euangelium dicit. Magna feria 2. Sacer suggestor. Magna feria 3 Castrensius. Magna feria 4. Sacellarius. Magna feria 5. Chartophylax. Magno sabbato, vasorum Custos, Sancta & magna Paschæ Dominica, magnus Oeconomus illud recitat.

Explicit chorus dexter, & maiora Ecclesiasticorum officia.

Chorus sinister ordinatur hoc pacto. Patriarcha missam celebrante, supra cunctos in dignitate per Ecclesiam constitutos stat Archipresbyter: & in sacra missa, communionem Patriarchę tradit, & Patriarcha pariter Archypresbytero. Priorem etiam locum inter nobiliores obtinet: & in Ecclesia Patriarchæ ipsius locum.

Secundus Sacerdotum, Archipresbytero absente, locum eius occupat.

Ecclesiarum præfectus, inscribit Antimensia, & crucium defixiones notat.

Visitatoris est, lites in Ecclesia diiudicatas, si bene sint iudicatæ, examinare.

Catechistæ est populum erudire, & si qui ex alienis sectis ad recte sentientem

fidem accesserint, & baptismum sint suscepturi, illos instruere.

Ambulo circumit, & ad Orthodoxã fidem accedentibus viam sternit, & ducem se præbet.

Duo consultores siue Assessores, cum primo iuris vindice minora negotia diiudicant.

Immersor, post dictas à Sacerdote baptismi preces, puerum assumit; & baptizat illum.

Duo domestici, in duobus choris stant, & cum primo cantore psallunt.

Duo populi Collectores Diaconos congregant, & ne quis eorum desit, admonent: conuocant etiam nobiliores, & populum in Ecclesiam.

Primicerij, etiam supra Subdiaconos locum habent: & cum primo Cantore psallunt.

Primus Cantor in gremio Ecclesiæ stat, & psalmodiam exorditur, & cum eo Domestici, & Primicerij.

Proximus institutus est, vt iubeat signum fieri in sanctâ Dei Ecclesia.

Deputatus, vt nobiles vocet ad Patriarcham, & vt populum à viâ expurget, id est, vt viam à turbâ mundam teneat.

Vigiles, vt videant & intendant, vt confusione sublatâ, in ordine stent singuli.

Cærimoniarum moderatores, vt iubeant Ecclesiam verri: & lampades lauari.

Annunciator, vt solemniora festa à populo ferianda in memoriam reuocet.

Decanus, vt Sacerdotes ad iura sua, & oblationũ partem accipiendam aduocet.

Cubicularius, vt baculum Pontificis cum procedit, gestet.

Lampadarij iubent, vt cereos in Ecclesia emungant.

Introductus est, vt ignem in Ecclesiam deferat.

Baiulus, vt imaginem sancti Ecclesiæ, in festis solemnioribus & processionibus ferat.

Vnguenti distributor, vt sanctum vnguentum asseruet, & vbi præceperit Patriarcha, distribuat.

Sciendum quoque Archidiaconum, & secundum Diaconorum non esse dignitates vel magistratus, sed officia tantum: & cum sacra peragit Patriarcha, sanctum Euangelium Archidiaconus

τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, καὶ μέλλουσι βαπτισθῆναι.

Ὁ περιοδευτὴς περιπατῶν, καὶ ὁδηγῶν τοὺς μέλλοντας εἰσελθεῖν εἰς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν.

Οἱ δύο ἔκδικοι, κρινίσκουσι μετὰ τοῦ πρωτεκδίκου μικρὰς ὑποθέσεις.

Ὁ βυτιστὴς, ὅταν εἴπῃ ὁ ἱερεὺς τὰς εὐχὰς τῆς βαπτίσεως, λαμβάνει τὸ παιδίον, καὶ βαπτίζει αὐτό.

Οἱ δύο δομέστικοι, στήκουσι ἐν τοῖς δύο χοροῖς, καὶ ψάλλουσι μετὰ τοῦ πρωτοψάλτου.

Οἱ δύο λαοσυνάκται συνάγει τοὺς διακόνους, καὶ διαγορεύουσιν ἵνα μὴ λείπῃ κανείς. συνάγουσι καὶ τοὺς ἄρχοντας, καὶ τὸν λαὸν εἰς τὴν ἐκκλησίαν.

Οἱ δύο πριμμικήριοι, στήκουν καὶ αὐτοὶ ἐπάνω εἰς τοὺς ὑποδιακόνους, καὶ ψάλλουν μετὰ τοῦ πρωτοψάλτου.

Ὁ πρωτοψάλτης, στήκει μέσον τῆς ἐκκλησίας· καὶ ἄρχεται τῆς ψαλμῳδίας, καὶ μετὰ τούτου οἱ δομέστικοι, καὶ οἱ πριμικήριοι.

Ὁ προέξιμος, ἵνα ὁρίζει νὰ σημαίνωσιν εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν.

Ὁ δεποτάτος, νὰ καλῇ τοὺς ἄρχοντας εἰς τὸν ἀρχιερέα, καὶ νὰ καθαρίζῃ τὸν λαὸν ἀπὸ τὴν στράταν.

Οἱ θεωρεῖοι νὰ θεωροῦν, καὶ νὰ σκεπτοῦν, ἵνα καθαρίζωνται, καὶ εἰστήκουν εὔτακτοι.

Οἱ ἐπὶ τῆς εὐταξίας, νὰ ὁρίζουν ἵνα φιλοκαλοῦν, καὶ νὰ πλυνώσι τὰς κανδήλας.

Ὁ κατηγοριάρης, ἵνα ὑπομνήζῃ τὰς ἐπισήμους ἑορτὰς τοῦ λαοῦ ἵνα σχολάζωσι.

Ὁ δεκανὸς, ἵνα καλῇ τοὺς ἱερεῖς εἰς τὰ αὐτῶν δικαιώματα, καὶ προσφερέματα.

67 Ὁ κουβούκλης, ἵνα βαστάζῃ τὸ δεκανίκιον τοῦ ἀρχιερέως, ὅταν περιπατεῖ. 67

Οἱ λαμπαδάριοι, ἵνα καθαρίζουν τὰς λαμπάδας εἰς τὴν ἐκκλησίαν.

Ὁ περιεισερχόμενος, ἵνα φέρῃ λαμπρὸν εἰς τὴν ἐκκλησίαν.

Ὁ βασταγάριος, ἵνα βαστᾷ τὸν τῆς ἐκκλησίας ἅγιον εἰς λιτὰς καὶ ἑορτὰς ἐπισήμους.

Ὁ μυροδότης, ἵνα ὑποκρατῶν τὸ ἅγιον μῦρον, καὶ ὅπου τὸν ὁρίζει ὁ ἀρχιερεὺς, τοῦ δοῦναι μῦρον.

Ἰστέον οὖν ὅτι ὁ ἀρχιδιάκων, καὶ ὁ δεύτερος τῶν διακόνων, ταῦτα οὐκ εἰσὶν ἀρχοντίκια, ἀλλὰ ὀφφίκια εἰσὶ μόνον· καὶ ὅταν λειτουργεῖ ὁ ἀρχιερεὺς, λέγει ὁ ἀρχιδιάκων τὸ

ἅγιον εὐαγγέλιον. εἰ δὲ οὐδὲν θέλει· αὐτὸς ὁρίζει ἄλλον οἷον θέλει.

Ὁ δεύτερος τῶν διακόνων ὅταν λείπει ὁ ἀρχιδιάκων ὁρᾷ τὸν τόπον αὐτοῦ.

Ἴσθι δὲ καὶ τοῦτο· ὅτι τὸ συνοδικὸν, καὶ ἡ ἀνάγνωσις ἅπασα, ὁ Χαρτοφύλαξ ἀναγινώσκει αὐτό· εἰ δὲ οὐκ ἔστι Χαρτοφύλαξ, οἷος πρωτεύει τῶν ἀξιωμάτων.

Καὶ διερμηνευόμενα τὰ μηνιαῖα τῶν κληρικῶν. ἡ πρώτη πεντὰς, τὰ διπλᾶ. ἡ δευτέρα, ἓν ἥμισυ. ἡ τρίτη πεντὰς, ἕνα τέταρτον. ἄρχεται δὲ ὁ πρωτοπαπᾶς εἰς τὰ διπλᾶ τοῦ εὐωνύμου χοροῦ.

Αὕτη ἐστὶν ἡ διάταξις τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας, ἥνπερ ἐνομοθέτησαν οἱ ἁγιώτατοι πατριάρχαι, καὶ οἰκουμενικοὶ πατέρες παρὰ τῶν ἁγίων συνόδων· καὶ ἀνέθηκαν αὐτὴ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ ποιεῖν οὕτως.

pronunciat: si vero noluerit, ipse quendam alium, qui placuerit, eligit.

Secundus Diaconorum, Archidiacono deficiente, locum & vices eius supplet.

Illud etiam te monitum velim. Synodicorum lectionem, sicut & quamlibet aliam, à Chartophylace fieri: quo absente, legit quilibet alius primam dignitatem obtinens.

Menstruæ distributiones ita disponuntur inter Clericos. Primus quinarius, duplum accipit. Secundus, partem cum dimidiâ. Tertius, partem integram, & quartariam. Incipit autem in sinistro choro duplam partem Archipresbyter accipere.

Hic est sanctæ Dei Ecclesiæ ordo, à sanctissimis Patriarchis, & vniuersis Patribus in Conciliis congregatis institutus: & eum ab Ecclesia, hoc pacto obseruari præceperunt.

In Catalogos Officialium magnæ Ecclesiæ supra positos breues Annotationes.

1 Ὀφφίκια.] Ecclesiasticum quodcumque munus, ἐπίταγμα ab Heraclio Nou. 2. dictum, si generalius loquamur Officium dici potest: Ὀφφίκιον autem, si sonum spectes, Latinum vocabulum est: si sensum attendas, administrationem, & integritatem omni fide dignam indicat, τὸ ὄνομα τοῦ Ὀφφικίου Ῥωμαϊκὸν ἐστὶ σημαῖνον διοίκησιν καὶ ἀξιοπιστίαν, ait Zonaras in Can. 33 Concilij Carthaginensis: atque ideo Officialem Ecclesiæ (quem numero sequenti cum Balsamone in cap. 24. Tit. 1. Nomocan. Photij Clericum esse sentiemus) διοικητὴν & φρόντισμα ἐκκλησιαστικὸν ἔχοντα, *administratorem & Ecclesiasticæ rei curatorem* vocari legimus: & ex dignitate siue administratione, victus proprij subministrationem, Officialem ipsum percipere docet Balsamon in supplemento pagina mihi 1119. dicens: *Officia Ecclesiastica abusiue gradus vocantur. Est enim proprie gradus Sacerdotum, Diaconorum, Subdiaconorum, & Lectorum. Officia autem sunt honores, & victus subministrationes.* Quo vero fine instituta sint Officia, quænam sit illorum imponendorum ratio, quænam Diaconis vel Sacerdotibus conueniant, quænam parua aut magna sint existimanda, in sequentibus declarabitur.

2 Κληρικάτα.] Κληρικοῦ nomine quemlibet tonsura insignitum, intelligi fatetur Balsamon in 33. Can. Trullanum: σημείωσαι δὲ ὅτι ἅμα τὸ δέξασθαί τινα σφραγῖδα ἐπικουρεῖδος ἀπὸ χειρὸς ἀρχιερατικῆς, κληρικοὺς τοῦτον ἔχει ὁ κανών. *Nota autem, quod simul ac acceperunt aliqui tonsuræ signum à manu Antistitis, eos pro Clericis habet Canon* Nonnumquam vero etiã Officiales Metropoleon, aut magnæ Ecclesiæ, κατ' ἐξοχὴν dicuntur Clerici: quo sensu author idem in Scholio cap. 24. Tit 1. de Fide dixit: εἰ δέ τις κληρικὸς οἱουδήποτε βαθμοῦ, ἢ διοικητὴς, &c. *Si quis vero Clericus cuiuscumque gradus, vel administrator*, &c. administratorem porro vocauimus præcedente numero, Officialem: Clericus itaque nonnumquam est Officialis, vel dignitatem in Ecclesia obtinens. Vnde & citatus author in Can. Trullanum 33 refert, quosdam non censuisse pro Clericis habendos, qui tonsuram suscepissent, sed qui in Ecclesiæ alicuius Officialium numero siue Clero essent cooptati. ἤκουσα γάρ τινων λεγόντων, μὴ εἶναι ἀναγνώστην, μηδὲ λέγεσθαι κληρικὸν, τὸν εἰς κλῆρον ναοῦ μὴ καταλεγέντα, ἀλλὰ μόνην ἔχοντα ἐπικουρείδα. Quæ verba contrario sensu ab interprete accepta, legitimam hanc exposcunt versionem. *Audiui quosdam dicentes, Lectorem, non esse neque Clericum dici, qui in Clerum templi non fuerit adscriptus; sed solam habere tonsuram.* Ac propterea cum dictio κληρικὸς *Officialem* designet: vocabulum quoque κληρικάτον ab ea deductum *dignitatem Clerico conuenientem* significabit. Id videtur ibidem Balsamon innuere dum simul κληρικάτα & ὀφφίκια cõiungit: & in Synodi Carthaginensis Canonem 34. de variis Officialibus Diaconis loquens, eos frequenter Clericorum τῶν κληρικῶν voce appellat, & proinde eorum Officia non immerito κληρικάτα possunt nominari.

3 Ὁ μέγας οἰκονόμος.] De illo sanxit à principio Synodus Chalcedonensis Can. 26. ἔδοξεν πᾶσαν ἐκκλησίαν ἐπίσκοπον ἔχουσαν, καὶ οἰκονόμον ἔχειν ἐκ τοῦ ἰδίου κλήρου, οἰκονομοῦντα τὰ ἐκκλησιαστικὰ κατὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου. *Placuit omnem Ecclesiam Episcopum habentem, è proprio Clero Oeconomum habere iuxta proprij Episcopi mentem Ecclesiæ bona administraturum.* Eumque totius collegij Clericorum suffragio eligi decernit Theophili edictum, apud Balsamonem Can. 9. vbi & ipse ait: γνώμην ἐδωκε κρίσει παντὸς τοῦ ἱερατείου τὸν οἰκονόμον τῆς ἐπισκοπῆς γίνεσθαι, ἢ

καὶ ἐπίσκοπος συγκατατίθεται τῇ κρίσει τοῦ κλήρου. γίνεσθαι δὲ οἰκονόμον. ἵνα τὰ τῆς ἐκκλησίας εἰς δέον δαπανῶνται φροντίδι αὐτοῦ. *Tale tu sententiam totius Sacerdotalis Ordinis in loco fieri debere Episcopatus Oeconomum si etiam Episcopus assentiatur Cleri iudicio. Fieri autem Oeconomum, vt bona Ecclesiæ, prout decet, illius cura ac sollicitudine dispensentur.*

4 Οἱ εἶναι ἱεροδιάκονοι.] διακονίας, à Clericatis esse distinctas num. 1. dictum est: Oeconomus itaque Clericorum præcipuus, ne a quouis διάκονος simplex reputetur *Ecclesiæ famulus*, inter sacris promotos Diaconos, ἱεροδιάκονος recenseri perhibetur. Et merito. De illo namque Symeon Thessalon. scribit lib. de Sacram. Stephani locum in Ecclesiâ tenere, qui manuum Apostolicarum impositione Diaconus fuit ab Apostolis Ordinatus. Οἰκονόμος χειροτονεῖται τῶν κτημάτων, καὶ προσόδων, καὶ τῶν διαδιδομένων ἑκάστῳ, ποιούμενος πρόνοιαν. δεῖ γὰρ περὶ τούτων φροντίζειν, εἰς λυσιτέλειαν τοῦ κοινοῦ, καὶ σύστασιν τῶν ἐκκλησιαστικῶν. καὶ μαρτυρεῖ ἡ οἰκονομία Στεφάνου, καὶ τῶν λοιπῶν διακόνων, ἐξυπηρετουμένων καὶ τῇ διδασκαλίᾳ καὶ τῷ κηρύγματι· ἀλλὰ καὶ ταῖς χρείαις, καὶ ταῖς τραπέζαις τῶν ἀδελφῶν. *Ordinatur Oeconomus possessionum, prouentuum, & vnicuique datorum curam gerens, oportet enim illum de his, boni publici, & recti rerum Ecclesiasticarum ordinis gratia, esse sollicitum: huicque ministerio, Stephani & aliorum Diaconorum doctrinæ & prædicationi simul vacantium, administratio fert testimonium: sed & necessitatibus, & mensis fratrum subseruire oportet.*

5 Βαστάζει τὸ ἅγιον Ῥιπίδιον.] Flabellum præcipuum Diaconi insigne, Oeconomo Diaconorum principi conceditur, cum Patriarcha celebrat tenendum.

6 Κρατῶν καὶ χαρτουλάριον.] Præcipuorum ministrorum Chartularij sunt, subministri & famuli, quia cuncta in scriptis, ἐν χαρτίοις recensent, sic dicti. Photij Nomocanon. Tit. 10. de administr. Eccles. cap. 1. in textu: ἀπαγορεύει τοῖς οἰκονόμοις, καὶ ὀρφανοτρόφοις, καὶ διοικηταῖς τῶν λοιπῶν εὐαγῶν οἴκων, ἔτι μὴν καὶ τοῖς πάντων χαρτοφυλακείοις: *Prohibet Oeconomis & Orphanotrophis, & reliquis sanctarum domorum administratoribus, & præterea etiam omnium Chartulariis*, id est ministris.

7 Ἀνατρέχει τῷ ἀρχιερεῖ.] Iuxta Theophili edictum numero 3 relatum.

8 Ἐπισκοπεύων τὴν χηρευομένην ἐκκλησίαν.] Non quoad Ordinis, sed quoad sollicitudinis ministerium.

9 Ἔστι δὲ καὶ εἰς τοὺς κριτάς.] Superius namque de illo dictum est, τὰ ὀφφίκια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας εἰς ὑπηρεσίαν τῷ ἀρχιερεῖ γεγόνασι· καὶ εἰς κρίσιν τῶν ἐν βίῳ πραττομένων. *Officia magnæ Ecclesiæ propter Pontificis obsequium sunt adiumenta, & vt quæ in vita accidunt, iudicium subeant.* Et Symeon Thessal. τοὺς ἐκκρίτους τῶν διακόνων, καὶ εἰς ἐπισκόπων τάξιν τιθέασι, καὶ σταυροὺς μὲν ἔχουσιν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς· κριτὰς δὲ τελοῦσι. *Diaconorum selectos in Episcoporum ordine, reponunt* (de quo superiore numero) *vnde & cruces in capite gerunt, & iudicum munus exercent:* iisque sunt σταυροφόροι, de quibus sæpius in Concilio Florentino.

Benedictio & promotio Oeconomi ex Euchologio Allatiano.

Ordo Seruandus in magni Oeconomi promotione.

Eius præsentatio hoc pacto peragitur.

PRæsentatur deuotissimus frater noster N. vt sanctissimi Episcopatus nostri N. magnus Oeconomus fiat.

Et post secundam præsentationem factam: veniunt (qui eum deducunt) coram Pontifice: ille autem sic exclamat.

Diuina gratia, quæ infirma semper curat, & quæ deficiunt, supplet: promouet piissimum N. in magnum Oeconomum sancti nostri Episcopatus. N. Oremus itaque pro eo, vt veniat super eum gratia sancti Spiritus.

Et totus Clerus dicit ter: Domine miserere.

Et inflectente illo vtrumque genu in altaris gradu, tenet illi manum impositam Pontifex, & sic precatur.

Oratio.

Domine Deus noster, qui omnia sapienter dispensas, & qui in carnali tua

Τάξις ἐπὶ προχειρίσεως μεγάλου Οἰκονόμου.

Γίνεται ἡ προσφορὰ οὕτως.

ΠΡοσφέρεται ὁ εὐλαβέστατος ἀδελφὸς ἡμῶν ὁ δεῖνα, εἰς τὸ γενέσθαι μέγας οἰκονόμος τῆς ἁγιωτάτης ἐπισκοπῆς ἡμῶν, τῆς δεῖνος.

Καὶ μετὰ τὴν δευτέραν προσφοράν· ἔρχονται ἔμπροσθεν τοῦ ἀρχιερέως· ὁ δὲ ἀρχιερεὺς βοᾷ οὕτως.

Ἡ θεία χάρις, ἡ πάντοτε τὰ ἀσθενῆ θεραπεύουσα, καὶ τὰ ἐλλείποντα ἀναπληροῦσα προχειρίζεται τὸν εὐλαβέστατον, τὸν δεῖνα, μέγαν οἰκονόμον τῆς ἁγιωτάτης ἐπισκοπῆς ἡμῶν, τῆς δεῖνος. εὐξώμεθα οὖν ὑπὲρ αὐτοῦ, ἵνα ἔλθῃ ἐπ' αὐτὸν ἡ χάρις τοῦ ἁγίου πνεύματος.

Καὶ ὁ κλῆρος τὸ, Κύριε ἐλέησον, τρίς.

Καὶ κλίνων ἀμφότερα τὰ γόνατα ἐπὶ τῆς κρηπῖδος, ὁ ἀρχιερεὺς ἐπικειμένην ἔχων τὴν χεῖρα, εὔχεται οὕτως.

Εὐχή.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ πάντα σοφῶς οἰκονομῶν, καὶ τῇ κατὰ σάρκα σου οἰκονομίᾳ

τὴν

τὴν σωτηρίαν ἡμῶν ἐργασάμενος· ὁ τὸν φρόνιμον οἰκονόμον καλῶς οἰκονομήσαντα, ὡς ὁ οἰκοδεσπότης ἐπαινέσας. εὐλόγησον καὶ τὸν παρόντα δοῦλόν σου, τὸν δεῖνα, εἰς οἰκονόμον· καὶ ἐνδυνάμωσον αὐτὸν, καὶ ἐνίσχυσον, πρὸς τὸ πιστῶς, καὶ φρονίμως, καὶ εὐαρέστως σοι οἰκονομεῖν τὰ τῆς ἐκκλησίας πράγματά τε, καὶ χρήματα. ὅπως οὕτως ποιήσας, καὶ οὕτως διακονήσας, ἀξιωθῇ τῆς χαρᾶς τὰ τάλαντα καλὰ διακονησάντων· ἀποφύγῃ δὲ τῆς φευκτῆς ἐντροπῆς τε, καὶ κατακρίσεως τὸ τοῦ τάλαντον ὀλιγώρως καταχώσαντος δούλου πονηροῦ.

dispensatione, salutem nostram operatus es: qui prudentem dispensatorem velut paterfamilias laudauisti: benedic & præsentem seruum tuum N. in Oeconomum: anima & conforta ipsum vt fideliter, & prudenter, & placite, res, & pecunias Ecclesiæ dispenset: vt hoc pacto operatus & ministerium exequutus, gaudij talenta præclara administrantium particeps habeatur: verecundiæ autem & damnationis, talentum ignauiter defodientis serui maligni pœnam effugiat.

Εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις τῆς ὑπερευλογημένης δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου, τοῦ ἁγίου καὶ πανευφήμου Βαρνάβα ἀποστόλου καὶ μεγαλομάρτυρος, καὶ πάντων σου τῶν ἁγίων.

Precibus & intercessionibus super omnes benedictę dominę nostræ Deiparæ, sancti & percelebris Barnabæ Apostoli, & præclari Martyris, & omnium sanctorum.

Ὅτι ἡγίασται, καὶ δεδόξασται τὸ πάντιμον καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου· τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Quia sanctificatum, & glorificatum est venerandum & magnificum nomen tuum: Patris, & Filii, & Spiritus sancti: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Καὶ λαμβάνει αὐτὸν ὁ ἀρχιερεὺς ἐκ τοῦ κρανίου, λέγων οὕτως.

Tunc assumit eum in vertice Pontifex, sic dicens.

Εὐλογητὸς κύριος ἰδοὺ γέγονεν ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν, ὁ δεῖνα, μέγιστος οἰκονόμος τῆς ἁγιωτάτης ἐπισκοπῆς ἡμῶν, τῆς δεῖνος· εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἀμήν.

Benedictus Deus: ecce factus est frater noster N. maximus Oeconomus Sanctissimi Episcopatus nostri N. in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

Καὶ μετὰ τοῦτο ὅλος ὁ κλῆρος μετ' εὐφημίας ἐκφωνεῖ ἐκ τρίτου. Ἄξιος, ἄξιος, ἄξιος.

His peractis cum applausu totus Clerus ter exclamat. Dignus, Dignus, Dignus.

Καὶ ἀπέρχεται, καὶ ἵσταται ἐπάνω τῶν διακονικὰ ὀφφίκια λαχόντων.

Tunc discedit, & stat supra Diaconos omnes, Diaconica officia sortitos.

Nil mirum itaque si Oeconomus, reliquis Diaconis prælatus, μέγας frequenter audiat: & ad eius instar, hic μέγας σακελλάριος, ille μέγας σκευοφύλαξ, alius, μέγας χαρτοφύλαξ, &c. vocitetur: cum enim quandoque plures fuerint eiusdem officij nomine honorati, vt ex Nouella secunda Heraclij in Iure Græcoromano discimus Syncellos, ad duos fuisse redactos; Cancellarios, ad duodecim; Defensores, ad decem; Referendarios, ad duodecim; Notarios, ad quadraginta: Sceuophylacas, ad decem; certe qui cæteris præstantior erat, Magni appositione, non immerito inter reliquos dignosci potuit, vel ob officij dignitatem, hoc titulo ornari. Hinc quam insulsè Græcorum miseriæ Gretserus insultet, tum lib. 1. Comm. in Codinum cap. 2. tum alibi: Lector φιλορωμαῖε, discernes: penes te, de illius commento, iudicium esto.

10 Ὁ μέγας σακελλάριος.] *Sacellarium* etiam apud Latinos reperimus, & *Sacellanum* in Concilio prouinciali Moguntino anno reparatæ salutis millesimo quingentesimo quadragesimo nono celebrato, à *Sacello*, quod vulgus *Capellam* vocat, sic dictum: de quo tamen non est in præsenti consideratio: cum potius Sacellarij nostri à Sacco vel Sacculo, quem pro marsupio, loculis, crumena, repositorio & reconditorio nummorum vsurpant, nomen sit acceptum: vnde & Iuuenalis Sat. 14. cecinit.

Interea pleno cum turget Sacculus ore.

Suidas. σακέλλιον, βαλάντιον, μαρσύπιον, ἐξ οὗ καὶ Σακελ-

λάκκος, *Sacculus, crumena est, & marsupium à quo & Sacellarius*. Est autem & *Saccus*, Hebræi sermonis dictio, Latinis quoque cum Græcis, communis. Quas enim voces origine Hebræas Latini habent, easdem & Græcas esse Alciatus tradit c. 8. lib. Parer. His accedit Balsamon Medi. de Protecdico Iuris Græco. lib. 7. παρὰ τοῖς Ρωμαίοις σάκελλον παρὰ τὸ διοικεῖν, καὶ φυλάττειν ὅθεν λέγεται οὖν σακελλάριος, ὁ τῶν μοναστηρίων διοικητής. *Nam apud Romanos Sacellum ab administratione, & custodia dicitur. Erit itaque Sacellarius Monasteriorum administrator*: & est Sacco, vel Sacculis præpositus, quem Thesaurariũ dicimus. Hinc Stephanus Persa, quem officii iure Nicephorus Patriarcha ταμίαν τῶν βασιλικῶν χρημάτων, *ærario præfectum scribit*; à Theophane σακελλάριος vocatur: sicut à Baronio, anno 505. num. 17. Sacellarii nomine Gregorius Magnus. Obserua nihilominus non ita Sacellarium C P. virorum Monasteriis in vrbe præesse, vt ipse solus adeo numerosos omnium census recipiat, & penes se teneat. Qua namque ratione solus vnus Sacellarius, omnium penitus possessiones nosse, prouentus administrare, & Patriarchæ assistere posset? Protectionem igitur Monasteriorum virilium, in vrbe CP. erectorum, & supremam quandam curam illorum sibi assumebat, maxime si in bonorum possessione pacificâ turbarentur, quamuis exinde quod plerumque accidit, circa Monachorum mores sollicitudinem impenderet; ac propterea legitur hic Sacellarius, ἐπισκοπεῖν καὶ ἐρευνᾷν τὰ ἀνδρεῖα μοναστήρια ἐκ πάντων ποιεῖ. ... *inuigilare & perscrutari virorum Monasteria, circa omnia quæ ad illa pertinent*, δικαιώματα *iura* scribitque Symeon Thess. illum ἐπιστατεῖν τῶν ἱερῶν μονῶν *sacris Monasteriis tutandis præfici*. Et iterum. τῶν ἱερῶν μονῶν ἐπιμέλεται· καὶ τὰς ἐν αὐταῖς εὐτάκτως, καὶ τὰ τούτων ὡς δυνατὸν ἐξετάζει: *sacrorum Monasteriorum curam habet, & pro viribus Monachos inspicit, & eorum bona iuraque ordinate perscrutatur.*

11. Ὁ μέγας σκευοφύλαξ.] Symeon. ὁ δὲ φυλάσσει τὰ σκεύη, καὶ τῶν ἱερῶν φροντίζει, καὶ τὰ τῶν ὕμνων καὶ τοῦ ναοῦ εὐτακτεῖ καὶ τῶν ἱεραρχικῶν ἐνδυμάτων, καὶ τῶν λοιπῶν ἄλλων ἱερῶν κεῖνται φροντίδα. *Ille vero vasa custodit, & sacra curat, cunctaque ad sacros Hymnos, & templum pertinentia ordine disponit: Pontificiarumque vestium, & aliarum curam assumit.* Epist. 124.

12. Ὁ μέγας χαρτοφύλαξ.] Magnus Patriarchæ Cancellarius, & à Commentariis: de quo Thessalonicensis: ὁ δὲ τὰ τῶν ἱερέων ἐπιστατεῖ, καὶ εὐτακτεῖ τούτους. καὶ ἐρευνᾷ τὰ περὶ αὐτῶν πεπραγμένα ἐξετάζει, καὶ πρὸς τὸ ἱερᾶσθαι προσάγει, καὶ τὰ τῶν γάμων νομίμως φροντίζει γίνεσθαι· τὰ τῶν ἐπισκόπων δὲ, καὶ τὰ τῶν κρίσεων ἐξυπηρετῶν δικαιώματα· γνώμην τοῦ ἱεράρχου καὶ τὰ ὑπομνήματα φυλάσσει καὶ γὰρ ὅλως ἡ δεξιά ἐστι τοῦ ἀρχιερέως. *Hic Sacerdotum præficitur regimini, cunctosque sed propria locat, mores eorum perscrutatur, ordinum candidatos examinat, & vt consecrentur ipse præsentat: nuptiarum vt legitime celebrentur curã habet, rationes Episcopatus, & Ius sententiarum in Iudiciis proferendarum suggerit: ipse Pontificis sententiam in tabulas relatam, & memorialia eidem oblata sub custodiã asseruat: vno verbo totus est, vt se Pontificis dexteram, & administrum præstet.* Quã ratione candidatos ordinum examinet, & admittat, describit Michaël Anchialus Iuris Græcoro lib. 3. οὐ παραχωρεῖ ἱερᾶσθαι, οὓς οὐκ αὐτὸς ἐξήτασε· περὶ ὧν, οὔτε μαρτύρων (ὡς ἔθος αὐτῷ) παρεστάντων ἐπύθετο, καὶ εἰ χρόνων εἶεν τῶν ὡρισμένων, πεπληροφόρηται· οὔτε δοκιμασίαν περὶ τοῦ βίου τῶν τοιούτων πεποίηται, καὶ τὸ πιστὸν τοὺς ἀξίους εἶναι τοῦ ἐπαγγέλματος ἐκ τῆς ἐγγράφου μαρτυρίας τῶν κατὰ πνεῦμα τούτους ὠδινησάντων παρείληφεν. *Nullatenus admittit consecrari quos ipse non examinauit: de quibus nec testes, vt ipsi mos est, adstantes interrogauit; nec an præfinitos annos nati sint, certior est factus; nec eorum vitam approbauit: nec fides sibi facta est ex scripto, eorum testimonio, qui illos secundum spiritum pepererunt.* hoc est Patrum spiritualium maxime, qui confessionibus excipiendis sunt præpositi. Eiusdem curæ committitur χαρτοφυλακεῖον *Secretum* proprium, cuius nomine, domus Episcopi à Can. 9. Trullano ἐπισκοπεῖον vocata, intelligitur à Balsamone: ἐπεὶ δὲ τὸ μεγαλεῖον τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου διάφορα μὲν σέκρετα ἔχει ὑφ' ἑαυτό, καὶ ἰδικῶς δὲ ἀφωρίσθησαν τῷ σεκρέτῳ τοῦ χαρτοφυλακείου τὰ ἐπισκοπικὰ δίκαια· καὶ ὁ κατὰ καιροὺς χαρτοφύλαξ ἐνεργεῖ δίκαιον τοῦ κατὰ καιροὺς ἁγιωτάτου πατριάρχου πάντα τὰ πρὸς αὐτὸν ἀνήκοντα ὡς ἐπισκόπῳ· ἀφορίζει γάρ, διορθοῦται ψυχικὰ σφάλματα, διακόνους καὶ ἱερεῖς ἐπιτρέπει χειροτονεῖσθαι· τὰ τῶν ἱεροτελεστιῶν πιττάκια ἐκδίδωσι, καὶ ἄλλα τοιαῦτα ποιεῖ. καλῶς ἐπισκοπεῖον κληθήσεται τὸ χαρτοφυλακεῖον. *Quoniam vero Patriarchalis throni magnificentia habet quidem sub se diuersa Secreta: Chartophylacii autem Secreto seorsum deputata sunt iura Episcopalia. Chartophylax pro tempore, sanctissimi Patriarchæ iura ad eum vt Episcopum spectantia exercet. Etenim excommunicat, animæ delicta corrigit, Diaconos in Sacerdotes concedit ordinari, consecrationum indices profert: & quædam huiusmodi alia. Chartophylacium recte Episcopatus dicetur.*

13. Περιστασιμῶ...] Vbi plures Pontifici concelebrãt, cunctos his verbis ad Ecclesiasticam communionem inuitat Chartophylax, hac de causâ Archidiaconus hic vocatus, & πλησίον τῶν ἁγίων μυστηρίων ἵστασθαι consuetus.

14. Χαρτούλην.] Qui & χαρτουλάριος, supra numero 6.

15. Ὁ σακελλίου.] Affinis est ὁ σακελλίῳ, qui & Σακέλλης, re & nomine, Σακελλαρίῳ. Committitur enim illi muliebrium Monasteriorum, sicut & alii virorum cura & protectio: & perinde sicut vtriusque officium, ita & quasi commune nomen est: quamuis aliud onus huic Sacellæ impositũ testetur Symeon Thessal. μετὰ τοῦτον δὲ τῶν εὐαγῶν οἴκων κατὰ τὴν πόλιν διερευνᾷ, καὶ τῆς ἐν αὐτοῖς ἐπιμέλεται εὐταξίας, καὶ μᾶλλον τῷ θυσιαστηρίῳ τε καὶ τῷ βήματι· μήποτε καὶ παρὰ τὸ δέον εἴη γινόμενον, καὶ τὰ ἱερὰ ἀμελεῖται. *Post hunc* (Chartophylacem) *Sacella sacra locaque sunt in vrbe CP. perscrutatur, & recti ordinis in illis semper tenendi, curam habet, maxime circa altare & Tribunal sacrum: ne vltra decorum aliquid accidat, vel res sacræ negligenter tractentur.* Is idem carcerem Episcopalem sibi commissum seruat. Nominis ratio munus huiusmodi ab eo exposcit. Balsamon Medi. de Protecdico Iuris Græco. lib. 7. ταυτὸν ἐστὶ εἰπεῖν φύλακα, σακελλάριον, καὶ τὸν σακελλίου· παρὰ γὰρ Ρωμαίοις σακέλλιον παρὰ τὸ διοικεῖν, καὶ ἡ τοῦ χαλκουργοῦ δὲ φυλάττεσθαι πατριαρχικὴ σακέλλη, ἐντεῦθεν καὶ ἐκ ἄλλοθεν μετονόμασται, ὥσπερ δὲ καὶ τὸ σακούλιον· λέγεται γοῦν σακελλάριος, ὁ τῶν μοναστηρίων διοικητής, καὶ ὁ σακελλίου ἀποχρεωστικῶς, ὁ τῶν καθολικῶν (mendose pro γυναικείων) ἐκκλησιῶν φροντιστής. *Idem est custodis, Sacellarii, & Sacelli præfecti. Nam nomen apud Romanos Sacellum ab administratione, & custodia dicitur. Atque etiam hinc Sacella Patriarchalis, qua malefici custodiuntur, non aliunde appellata est: sicut & Sacculum. Sacellarius quidem dicitur Monasteriorum* (*virilium*) *administrator: & Præfectus Sacelli diminutiue Ecclesiarum* (*fœminearum*) *Curator.*

16. Ὁ πρωτεκδικος.] Huius Officialis vice Codinus & Symeon Thessalonicensis τὸν πρωτέκδικον locant: cuius alia non est ratio quam Patriarcharum

placitum, qui Officia creauerunt noua, vel antiqua suppresserunt, vel denique prout necessitas videbatur exigere, eorum ordinem inuertere sunt aggressi: vnde & mutationem hanc Protonotarij in Protecdicum refert quidem Ioannes Citrius responso octauo Iuris Græcoromani lib. 5. causam tamen tacet. τὸ δὲ τοῦ πρωτεκδίκου ὀφφίκιον ἐν τοῖς ὑποβεβηκόσιν ὂν ἔκπαλαι, ὕστερον ἐν τοῖς ὑπερέχουσι συνέταξεν παρὰ τοῦ τῆς μακαρίας λήξεως πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Γεωργίου τοῦ Ξιφιλίνου· τῇ πράξει δὲ ταύτῃ ἐπηκολούθησε ἡ γνώμη λογικὴ τοῦ ἐν ἁγίοις μητροπολίτου Θεσσαλονίκης Εὐσταθίου ἐπαινοῦσα καὶ ἐξαίρουσα τὸ γεγονός, ὡς εὐλόγως καὶ ἀμέμπτως πραχθέν· οἷα τινῶν ἐναντιουμένων ἐπιτιμώντων, ὡς μὴ ἀποδεχομένων τὴν πρᾶξιν. Protecdici Officium cum antea esset inter inferiora, postea in superiorum ordine statutum est à beatæ memoriæ Patriarcha Constantinopolitano Georgio Xiphilino. Hanc autem actionem subsecuta est præclara sententia sancti Metropolitani Thessalonices Eustathij, id laudans & extollens, vt iuste & citra reprehensionem factum: cum quidam, qui actionem non admittebant, tunc contradicerent. Viuebat autem Xiphilinus ille anno 1192. ex quo liquet catalogum hunc, tum illo, tum etiam Codino antiquiorem esse. Mutationis autem & inuersi ordinis huius causam subindicat Balsamon in Can. 54. Carthaginensem: quod nimirum primi Defensoris Officium vtile sit, & maiorem præ cæteris fructum referat, quod propterea inuitus quisque deserebat, vt ad superiora ex necessitate Ecclesiæ, vel Pontificis arbitrio promoueretur: ne itaque, vel sordide iaceret hoc Officium, vel ab inuito dimitteretur; in superiorem ordinem à Georgio memorato fuit translatum. Porro, siue Protecdicum, siue Protonotarium hic legas, septenarium Ecclesiæ CP. Diaconorum numerum habes absolutum: sunt vero illi, quos in singulis vrbibus Episcopo assistere iubebat Papa Fabianus, quos & Ecclesia CP. ἐξωκατακοίλους vocat, de quo inferius numero 54. Horum præcipuum munus est, vt Patriarchæ sacra celebranti, & illa populo distribuenti, ministrent: deinde vero vt pauperum, viduarum, & peregrinorum protectionem assumant. Hoc est ministerii eorum secundum onus, quod prima fuit institutionis occasio. Post septem hos Diaconos Hierosolymis primum electos ab Apostolis, septenorum pariter aliorum in vrbibus singulis facta est consecratio: quorum singulis memoratus Pontifex duas regiones, ita Onuphrio Panuinio referente libro de interpret. vocum Eccles. Romæ assignauit; vt locorum sibi subiectorum, & Diaconiarum, (vnde & Cardinalium Diaconorum tituli) pauperibus subuenirent: & in Ecclesia magna nouæ Romæ, septem hæ Diaconicæ dignitates eidem fini deputatæ sunt, easque Balsamon in Can. 51. epist. 2. Canonicæ Basilii ad Amphilochium, διακονικὰ ἀξιώματα, nuncupat. De illis docte, præclareque disserit lib. de Sacram. Symeon Thessalonices Episcopus, hoc pacto: τοῖς ἑπτὰ τοῖς ἐν ἀποστόλοις διακόνων, ὧν Στέφανος πρῶτος, εἰσὶ συνάριθμοι. οἳ καὶ οὐ μόνον τοῖς μυστηρίοις ὑπηρετεῖν, ἀλλὰ δὴ καὶ ἐξοικονομεῖν τὰ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διακονήματα· καὶ τοῦτο ἄχρι τοῦ νῦν ὁρᾶν ἔστιν ἐνεργούμενον. τοὺς γὰρ ἐκκρίτους τῶν διακόνων, καὶ εἰς ἐπισκόπων τάξιν τιθέασι, καὶ σταυροὺς μὲν ἔχουσιν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, κριτὰς δὲ τελοῦσι· καὶ ὁ μὲν αὐτῶν τὰ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας οἰκονομεῖ, ὑπηρετῶν κληρικῶν καὶ τῶν πενήτων κατὰ τὸν ἱερώτατον Στέφανον· ὁ δὲ τὰ τῶν ἱερῶν μονῶν· ὁ δὲ τὰ τῶν ἱερῶν σκευῶν, καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας· ὁ δὲ τὰ τῶν ἱερέων διατιθεὶ καὶ τῶν κρίσεων, καὶ χαρτοφυλακεῖ τὰ πεπραγμένα· ὁ δὲ τὰ τῶν ἱερῶν οἴκων φροντίζει τῶν ἐν τῇ πόλει ὅπως εὐτάκτως ἔχωσι, καὶ μάλιστα τὰ τοῦ βήματος· ὁ δὲ τὰ τῶν ἐπιστρεφόντων ἐκδικεῖ, καὶ οἰκονομεῖ· καὶ ἁπλῶς ἡ τοιαύτη τάξις, καὶ τοῖς μεγάλοις [ἀξιώμασιν] ἐγκεῖνται. *Hi septem Diaconi, aliis in Apostolorum Actis celebratis, quorum primus erat Stephanus, sunt numero pares. Nec tantum sacramentis ministrare, verum etiam munia Ecclesiastica obire, & in eis bona Ecclesiæ dispensare, sunt sortiti: quod etiamnum hodierna die illos exequi cernere licet. Selectos enim inter Diaconos, in Episcoporum consessu reponunt,* (de quo consulenda Balsamonis meditatio de Chartophylace) *& pileos quidem crucibus* (varij coloris) *insignitos in capitibus gerunt, & Iudicum personam exercent. Primus namque illorum magnæ Ecclesiæ bona dispensat, & Clericis pauperibusque ad sacerrimi Stephani exemplum subministrat: alius sacrorum Monasteriorum curam habet impositam; alter vasorum, & ordinis Ecclesiastici obseruandi munus suscepit; hic quæ ad Sacerdotes attinent componit, iudicia exercet, & in Archiuia, decretorum exemplaria refert: ille domorum sacrarum, id est Monasteriorum onus in se suscipit, eorum nempe, quæ in vrbe Regia conspiciuntur, in iis quæ ordine recto sint componenda atque illa præsertim quæ ad sanctū Tribunal spectant: alius tandem conuersorum ad fidem Vindex est & Defensor, bonaque illis concessa administrat; & vt semel dicam, magnis tantum & excellentioribus Ecclesiæ præfecturis; hic Diaconorum ordo adiudicatur.* Ex his Thessalonicensis verbis conijcies facile, quos Dionysius inter Diaconos ἐκκρίτους *selectos* & præcipuos vocet, eos nimirum qui ἀξιώματα *præfecturas* memoratas gerunt, καὶ τοῖς μεγάλοις ἐγκεῖνται· illi, inquam, quos iuxta relatum Thessal. εἰς ἐπισκόπων τάξιν τιθέασιν, *in Episcoporum ordinem eitexerunt*: vtpote qui ad Codini mentē, κάθηνται ἐν τῇ θείᾳ καὶ ἱερᾷ συνόδῳ μετὰ τοῦ ἀρχιερέως, *sedent in sacra Synodo cum Pontificibus.* Dubitabit autem aliquis, qua ratione, septem Diaconos cum instituerit Papa Fabianus, septemque Ecclesia CP. admittat, & totidem præcipuos & ἐκκρίτους, non vno loco recenseat cum aliis Symeon Thessalonicensis; in iis tamen sigillatim enumerandis, sex tantum ob oculos ponantur, Oeconomus nimirum, Sacellarius, Sceuophylax, Chartophylax, Sacellæ præpositus, & Protonotarius siue Protecdicus? Respondendum. Archidiaconum, primum supra sex alios locum obtinere, & septenarium complere; nunquam tamen illis annumerari. Quia cum ille Pontificis Diaconus, κατ' ἐξοχὴν, vocetur, & Pontifice celebrante legat Euangelium, illumque pro libito absque Clericorum aliorum consilio Pontifex eligat, ne authoritate extra Ecclesiam supra reliquos polleret, nulla dignitate vel præfectura illum eundem gaudere voluerunt, atque ita in album eorum qui ἀξιώματα & ἀρχοντίκια μεγάλα ὀφφίκια, *dignitates, præfecturas, & nobiliora magnaque officia* tenent, recensere detrectauerunt. Hacque de causa, iuxta superius scripta, in textu, τὸ ἀρχιδιακονικὸν ὀφφίκιον, inquit Ioannes Citrius loco memorato. Responso 9. οὐκ ἔστιν ἀρχοντικόν, οὐδὲ ἐκ φιλοτιμίας ἀρχιερατικῆς, ὥσπερ τὰ ἀρχοντικά, πειροφορεῖ δὲ πολλῶν ἄλλων συμπλέγματα· διὸ καὶ ὡς χρόνῳ καὶ ἰδίῳ κόπῳ συμπλέγματα, ὁ ἀρχιδιάκονος ἔχει τὴν ὑπεροχὴν ἐπὶ πάντων τῶν διακόνων, εἴτε ἀρχοντικοῖς ὀφφικίοις τετίμηνται, εἴτε μή, ἐν τε τῷ ναῷ, καὶ ἐν τῷ ἁγίῳ βήματι, καὶ ἐν τῇ μεταλήψει τῶν θείων μυστηρίων. *Archidiaconi, cum Officium, præfecturam nobilitatemve non obtineat, nec ex liberalitate Pontificali, ad instar præfecturarum emicat: sed est tantum circumuolutionis multorum solium terminus,* (Officiales alios Eccle-

siam obambientes, velut Planetas minus notos, Archidiaconum vero quotidiano cursu, influxuum benignitate, lumine & honore fulgentem considerat.) *Ideoque vt temporis & proprii laboris donum, Archidiaconus habet inter omnes Diaconos prærogatiuam, siue Officiis quibusuis nobilibus ornati sint, siue non; tam in templo, & sancto altari, quam in diuinorum sacramentorum perceptione.* Quia cum introitum magnum peragunt Diaconi & Sacerdotes, ipse vltimo loco, vt nobiliore, iuxta Sacerdotes procedit, primas etiam inter celebrandum supra reliquos sortitur, & Diaconorum quoque primus cõmunicat: vnde & temporis præcessum tenet, & præcæteris ministerii pondus, quod est proprii laboris donum sustinet; extra Ecclesiam vero præ illis nullum honoris gradum habet, ac propterea superius fol. 275. Officium solum non dignitatem possidere dicitur: & si dignitate ex scriptis fol. 271. lin. 10. præfulgere cernitur, ea est quæ μικρὸν ἀρχοντικὸν *minoris* scilicet *momenti* reputatur. Quæres quid sit ἀρχοντικὸν ὀφφίκιον? Respondeo illud in Ecclesia esse, cuius simile in Imperatoris aula erat institutum, quale est Cancellarii, Thesaurarii, supremi Iudicis, &c. hinc illa adepti, ἄρχοντες, & ἀρχοντικὰ ἀξιώματα, sine ὀφφίκια κρατεῖν, dicuntur: Archidiaconi autem Officio, cum nihil simile exhibeat sæculi potestas, nec sit eius dignitas ab aula in Ecclesiam deriuata, hac de causa, ἀρχοντικὸν, aut quod alii dicunt βασιλικὸν, non est illius Officium: & vbi ἀρχοντικὰ enumerantur, altum est de eo silentium. Præcipuus igitur ministrorum Ecclesiæ agnoscitur non Magistratus tamen dignitate vel nobilitate fulget: ex quibus, quæ de illo diuinat Gretserus lib. 1. Comm. cap. 15. vana esse dignoscuntur.

Sequitur illi instituendo benedictio, ex Euchologio Allatiano M. S.

Ordo in institutione Archidiaconi obseruandus.

Sic offertur ille. Deuotissimus frater noster N. offertur, vt sanctissimæ Ecclesiæ N. Archidiaconus fiat. *Et postquam secundo fuerit præsentatus, ad Pontificis conspectum veniunt: & Pontifex sic pronunciat.* Diuina gratia, quæ infirma semper sanat, & ea quæ desunt adimplet, promouet deuotissimum N. in Archidiaconum sanctissimæ huius Ecclesiæ: precemur itaque pro eo, vt veniat super eum gratia sancti Spiritus.

Et Clerus dicit ter: Domine miserere. *Et inflectente illo vtrumque genu in altaris gradu, tenet Pontifex impositam illi manum, & clara voce precatur.*

Dominator Domine Deus noster, qui inenarrãda prouidentia tua Archidiaconatũ ordinẽ generi nostro cõcessisti, vt qui illo forent ornati ordinarent & præciperent inferioribus ministris diuinorum tuorum mysteriorum: ipse Domine, præsentem seruum tuum, gratia hac Archidiaconatus indue: honestate tua illum adorna, vt in vertice Diaconorum populi tui stet, & inferioribus sibi præclarum exemplum fiat: fac & profundam eum attingere senectutem, vt magnificum nomen tuum celebret, Patris, & Filii, &c.

Tum Brachialibus illum ornat, & ait. Benedictus Deus: ecce factus est frater noster N. Archidiaconus sanctissimæ Ecclesiæ N. in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

Mox pacem illi in Christo impertitur, & à dextris Pontificis consistit.

Τάξις γινομένη εἰς τὸ γενέσθαι ἀρχιδιάκονον.

Προσφέρεται οὕτως. Προσφέρεται ὁ εὐλαβέστατος ἀδελφὸς ἡμῶν, ὁ δεῖνα, τοῦ γενέσθαι ἀρχιδιάκονον τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας, ὁ δεῖνα. Καὶ μετὰ τὸ δεύτερον προσφέρειν· ἔρχονται ἔμπροσθεν τοῦ ἀρχιερέως· καὶ ὁ ἀρχιερεὺς λέγει οὕτως. Ἡ θεία χάρις ἡ πάντοτε τὰ ἀσθενῆ θεραπεύουσα, καὶ τὰ ἐλλείποντα ἀναπληροῦσα προχειρίζεται τὸν εὐλαβέστατον, ὁ δεῖνα, εἰς ἀρχιδιάκονον τῆς ἁγιωτάτης ταύτης ἐκκλησίας· εὐξώμεθα οὖν ὑπὲρ αὐτοῦ, ἵνα ἔλθῃ ἐπ' αὐτὸν ἡ χάρις τοῦ ἁγίου πνεύματος.

Καὶ ὁ κλῆρος τὸ, Κύριε ἐλέησον τρίς.

Καὶ κλίνων ἀμφότερα τὰ γόνατα ἐπὶ τῆς κρηπῖδος, καὶ ὁ ἀρχιερεὺς ἐπιθεὶς αὐτῷ τὴν χεῖρα, εὔχεται μεγαλοφώνως.

Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τὴν ἀρχιδιακονίαν τῷ γένει ἡμῶν τῇ ἀφάτῳ σου προμηθείᾳ δωρησάμενος, τοὺς αὐτὴν ἐνδυσαμένους καὶ διατάττειν τοὺς διακόνους ἐν τοῖς ἀποδεδειγμένοις ὑπουργίαις τῶν θείων σου μυστηρίων· αὐτὸς ἔνδυσον τὴν χάριν ταύτην τῆς ἀρχιδιακονίας τὸν παρόντα δοῦλόν σου τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν, καὶ κατακόσμησον αὐτὸν τῇ σεμνότητί σου, ἐν ἀρχῇ ἵστασθαι τῶν διακόνων τοῦ λαοῦ σου, καὶ ὑπόδειγμα καλὸν αὐτὸν γενέσθαι τοῖς μετ' ἔπειτα. ποίησον καὶ ἐν γήρει πίονι φθάσαι, δοξάζειν σου τὸ μεγαλοπρεπὲς ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς.

Καὶ φορεῖ αὐτὸν τὰ ἐπιμανίκια, καὶ λέγει,

Εὐλογητὸς κύριος, ἰδοὺ γέγονεν ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν, ὁ δεῖνα, ἀρχιδιάκονον τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ταύτης, ὁ δεῖνα, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

Καὶ δίδει αὐτῷ τὴν ἐν Χριστῷ ἀγάπην, καὶ ἵσταται εἰς τὸ δεξιὸν μέρος τοῦ ἀρχιερέως.

Solusne Archidiaconus, dum instituitur, benedictionem obtinet? interrogas. Respondeo. Oeconomi superius iam productam, quorumdam aliorum ex M S. inferius. Qui orationes ad manus in huiusmodi Officialibus creandis, non habent Episcopi; hac formula instituunt ἡ μετριότης ἡμῶν προχειρίζεται τὸν εὐλαβέστατον διάκονον, τὸν δεῖνα, χαρτοφύλακα, ἢ σακελλάριον τῆς δεῖνος ἐκκλησίας, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς: ac propterea scripsit Thessalonicæ Episcopus: πάντες, ἄλλος ἄλλῳ λειτουργίαν λαμβάνοντες, οὐχ ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχεν ἐνεργοῦσιν, ἀλλὰ χάριν λαμβάνοντες πνεύματος, ἵνα τὴν εὐλογίαν παρὰ τοῦ ἱεράρχου, καὶ τὸν ἁγιασμὸν, καὶ τὴν ἔνδοσιν, καὶ τὴν ἰσχὺν πρὸς τὸ ἐνεργεῖν διὰ τῆς χάριτος ἔχωσιν. *Cuncti, alius aliud sacrum ministerium adepti, non temere officium exercent, sed spiritus gratiam accipiunt, vt Pontificis benedictione, sanctitatem, influxum, & virtutem ad operandum per gratiam, obtineant.*

17 Ο Καστρλώσιος.] Cæcorum more, dum ignotæ sibi huius vocis sensum palpando Gretserus, [in margine: *Gretserus in Not. Mar. Gr. p. 107.*] inuestigat, quod quærit repudiat, quodque inutile est frequentius attrectat, & tandem amplectitur. Omissis itaque ineptis ad propositum eius coniecturis, verosimilius dicendum: à voce Latina *Castrum*, alias *Castrensis*, & *Castrensianus*, deduci Græcam καστρλώσιος. Sunt autem *Castrenses* siue *Castrensiani*, ex Lexico Iuris opera Ioannis Caluini (non illius Hæresiarchæ, sed alterius iurisperiti Germani Kahl dicti) collecto; ministeriani aulici, vel ministri palatij vel (vt D. Vvesenbec. in Oeconomica Iuris ostendit) pars regiæ familiæ, seruitiis & ministeriis principis interioribus, in aula & castris deuota, vt prægustatores pincernæ, & mensæ cubitoque principis inseruientes. Vnde cum alij hucusque numerati, vel deinceps recensendi Diaconi, non in Ecclesia solummodo, verum etiam in exterioribus circa Pontificem ministeriis occupentur, vt Oeconomus in dispensando vel administrando eius ærario, Chartophylax, in archiuiis & registris asseruandis, &c. *Castrensis* hic, siue καστρλώσιος, Patriarchæ minister erit, cuius Officium Ecclesiæ ambitu circumscribitur, siue dum Patriarchæ Vestiarium agit, siue dum populum aqua benedicta quandoque irrorat, siue tandem, dum in sacro adyto thuribulum, & *arculam*, κιβώτιον, qua thus & aromata incendenda, gerit, & administrat. At si amplius certiusque (his nihilominus dictis affine) nuncupationis huiusmodi testimonium requiras, obserua; arculam illam thuris memoratam, κάστριον prioribus Græcis appellatam fuisse, eo quod ad instar Castrorum efformaretur, sicut apud Latinos capsa thurea, (vtpote ad nauis figuram conflata) *Nauicula* solet nuncupari: ac propterea Καστρλώσιος, siue Καστρίνσιος, aut Καστρώσιος (tot enim modis scribitur) εἰς τὸ Κάστριον, vt ait Codinus, ad *Castrum*, aromatum arculam subministrandam deputatus, ab illa, nec non etiam à secreto vestiarij ministerio Pontifici exhibito, merebitur nomen. Cui vero præcedens coniectura non arriserit, suggeram; vocem κανοῦν siue κανίον, *canistrum*, & *lancem* significare, quorum cum sacrorum ministris vsus esset familiaris, κανηφόροι propterea antiquis, sicut & Nicephoro Eccl. Hist. lib. 10. cap. 4. dicebantur: hos cum imitentur Diaconi; potiori religionis titulo, καστρλώσιος siue κάστρινσιος, ille nimirum, qui ex eorum grege canistro in Pontificiis vestibus deportandis, vel lance, in pane benedicto recondendo vtetur, quam illi κανηφόροι poterit appellari.

18 Ἀλλάσσων τῷ ἀρχιερεῖ.] Sequens Ordo legit, κρατῶν τὰ ἀξιώματα τοῦ ἀρχιερέως, quæ sunt eius in Ecclesia vestes.

19 Ο Ρεφερενδάριος.] Patriarchæ nuncius siue missus: qui, vt Caluinus nuper citatus exponit, *specialiter destinatus erat ad maioris Ecclesiæ negotia principi referenda*. Ρεφερενδάριος, inquit Suidas, ἀξίωμα Ρωμαϊκόν ἐστιν, ἤγουν ἀναφορεύς. *Referendarius Græcorum dignitas est, eius nempe qui* placita, dicta, mandata, responsa, ad magnates *refert*, quem quondam ἀποκρισιάριον à Responsis, Apocrisiarium, legatumve dictum innumeris in locis reperire est. Eundem in Curia C P. Palatinum dictum, refert Nicetas in Alexio Manuelis filio. τοῦ Πατριάρχου στείλαντος εἰς τὴν δέσποιναν τὸ ἑαυτοῦ ὑπηρέτην, ὃς ἐκ τοῦ προβάλλειν εἰς τὰ ἀρχεῖα, καὶ διαπορθμεύειν τοῖς βασιλεῦσι τὰ βιβλία, καὶ τὰς ἀποκρίσεις ἐκεῖθεν αὖθις μεταφέρειν, Παλατῖνος ὠνόμαστο. *Patriarcha ministro ad Imperatorem misso, qui quod palatium ingredi, & Imperatorem adire, & nuncios vltro citroque perferre solet, Palatinus dictus est.*

20 Ο λογοθέτης] Quem quidam Cancellarium, alij Ærarij præfectum, vel ex vocis notatione, vel ex Officij imitatione, putant: is in Ecclesia est, qui Commentationem agit, & in diurnalem rationalemve librum Patriarchij negotia quæque refert: [in margine: *Gretserus in Not. ad Codin. Pal. Mar. Gr. p. 107.*] atque ita Codinus male à Gretsero intellectus, est interpretandus: ὁ λογοθέτης εἰς τὸ λογογραφεῖν, καὶ εἰς τὰς δημοτικὰς, καὶ ἀρχοντικὰς ὑποθέσεις λογογραφεῖν. *Logotheta, à commentariis est, vt minutim singula redigat in scripta, & tum publica, siue cum populo, tum cum magnatibus peracta negotia, conscribat.* λογοθετεῖν namque & λογογραφεῖν, sensus eiusdem sunt, historiam videlicet, & orationes forenses in scripta redigere, vnde & de Basilio Gregorius, λογογραφῶν τὴν τοῦ ἀνδρὸς πολιτείαν, ita Budæus: & Suidas, ὁ λογογράφος ἐστὶν ὁ τὰς δίκας, ἢ τοὺς δικανικοὺς γράφων, *qui iudicialia, forensiave, in commentaria recenset.* At si Logothetam attendis prout Pontificis, vt hic dicitur, sigillum asseruat, à Secretis erit, & Secretarij munus obibit: de Imperij namque Logotheta. Codinus idem tractans cap. 5. ὁ μέγας λογοθέτης, inquit, διατάττει τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως ἀποστελλόμενα προστάγματα, καὶ χρυσόβουλλα πρός τε ῥῆγας, Σουλτάνους, καὶ Τοπάρχας. καὶ τοῦτο μὲν ἴδιον τοῦ μεγάλου λογοθέτου ὑπηρέτημα. *Magnus Logotheta disponit ab Imperatore missa mandata, & quæcumque alia aureo sigillo, ad Reges, Sultanos, & Toparchas firmata sunt. Et hoc proprium est magni Logothetæ ministerium* De Logotheta Palatij alibi, Deo fauente, disseremus.

21 Ο ὑπομνηματογράφος.] Gretserus non omnino vere, nec falso penitus, Commentariensem vertit, quem nuper Logothetam esse censui. Cum enim ex Budæo, discrimen multum sit inter ὑπόμνημα, & σύνταγμα, quod hoc, non ex tempore, & sine cura scribatur, vt ὑπόμνημα, sed dictionem habeat compositioni congruam, & capitum diuisionem recte atque ordine digestam; eiusdem scriptor est ὁ λογοθέτης, alterius ὁ ὑπομνηματογράφος: ac propterea in secundo Allatiano exemplari Logothetæ, & aliis secundi quinarij Officialibus, tanquam famulus assignatur. Dignius tamen aliquid de illo scribit Ioannes Citri Episcopus in Responsis. νοσοῦντος nimirum, τοῦ Χαρτοφύλακος, ἢ ἀποδημοῦντος, ἀντ' ἐκείνου τῷ ὑπομνηματογράφῳ ἀνεῖται ἡ ἔκθεσις καὶ ἀνάγνωσις τῶν τοῦ Χαρτοφυλακικοῦ σεκρέτου ὑπομνηματισμῶν. *Ægrotante vero Chartophylace, aut absente, promulgatio & lectio regestorum secreti Chartophylacici Memoralium scribæ permissa est.*

22 Γράφει τὴν ὁσίων ἀληθῶς.] Optime. Nam & Ioannes Caluinus Kahl dictus, scribit in Iuris lexico. *Memoriales adiutores, inquit Prat erant, qui leges & rescripta excipiebant, & implenda curabant.* Hos ideo in Codicibus Iuris, τοὺς ἐν τοῖς ὑπο-

μνήμασι, τοὺς τ̃ ὑπομνημάτων πάντων, τοὺς τ̃ κελεύσεων φύλακας, *in rescriptis excipiendis occupatos omnium memoralium scriptores, mandatorum custodes*, refert nuncupari.

23 Τόν.] Corrupta per aphæresim vulgaris dictio, vice αὐτόν.

24 Ο πρωτέκδικος.] *Vindex* est, & vt germane loquar *Defensor*, qui Græcis ἔκδικος dicitur: sic namq; interpretãdum Balsamon tradidit in Synodi Carth. Can. 78. ἡ δόσις τ̃ ἐκδίκων κ̀ τ̃ δεφενσόρων λεγομένων. *Defensorum institutio, quo & Græce ἔκδικοι vocantur*, &c. Alius autem est pauperum, orphanorũ, viduarum: ciuitatis alius, & regni: & tandem Ecclesiæ *Defensor* alius. Pauperum Defensorem memorat nouella Iustiniani 15. & Balsamon citatus. Sed neq; de Vindicibus ciuitatum, aut regnorum agendum nobis est: ad Iurisperitos enim & regnorũ moderatores pertinet eorum consideratio. Iam si de Ecclesiarum Defensore sermo habeatur, indubium est huiusmodi Officium cum nascente Ecclesia exortum: Defensores enim viduarum primos Diaconos vocat Zonaras in Can. 3. Chalcedonensem, & huiusmodi munus obiuisse Sebastianum generosissimum ducem & Martyrem, sicut & Sabinum Diaconum, in Epiphanij vita legimus. Illud restituisse Synodum 5. Carthaginensem Anastasij Papæ tempore, vt nempe missa legatione ad Imper. pro Defensoribus obtinendis, exoraret aduersus eos, qui affligebãt Ecclesias Catholicorum, quod & impetrarunt, Ecclesiasticarum historiarum declarant monumenta. Sed & Chalcedonensis Synodus laudata de Defensore loquitur, vbi de pupillorum & viduarum protectione agit: quinetiam ab eisdem seruos ad Ecclesiam confugientes vindicari vult in eundem locum Zonaras, δι' οὓς, inquit, οἱ ἔκδικοι γίνονται, *propter quos Defensores sunt instituti*. Adstipulaturque Zonaræ citatus Balsamon, qui tamen munus huiusmodi Defensorum primo reseruat. Cunctis absque discrimine vllo tribuit Blastares, quibus immunitatis & opis Ecclesiasticæ indigentium quorumcumque curam & protectionem assignat cap 33. τ̃ Ε. στοιχεῖ. ῳ̃ δ' βοηθείας δεόμενοι, οὗτοι ἄρ' εἶεν, οἱ τῇ ἐκκλησίᾳ προσπεφευγότες ἐπηρείας δυναστῶν ἐκφεύγοντες, ἢ οἱ πρίν τι πταίσαντες, ἢ εἰς δουλείαν ἑλκόμενοι, κ̀ ζητοῦντες ἐπικουρίας, δι' οὓς, κ̀ οἱ ἔκδικοι γίνονται. *Opis Ecclesiasticæ indigentes sunt illi, qui potentiorum vexationes vitaturi, aut in delictum aliquod lapsi, aut iniuria in seruitutem tracti* (de quibus fuse Alexij Comneni Nou. 11. Iuris Græcorom. lib. 2.) *ad Ecclesiam confugiunt, & subsidium implorant: quorum gratia Defensores instituti sunt.* Ex quibus grauis Gretseri circa ἐκδίκους hallucinatio à Lectore corrigenda deprehenditur, lib. 1. Comm cap. 5. qui per πρόσφυγας intelligit solum illos, qui ex captiuitate ad Christianos, spe libertatis, non immunitatis absolute reperiendæ causa confugiunt. De Protecdico alia plura Balsamon meditato de ipso, & Chartophyl. Iuris Græcorom. lib. 7.

25 Ο ἱερομνήμων.] Erat hoc olim Protecdico nobilius officium: at quia lucri paucissimi spem referebat, ab eo subeundo deterrebatur vnusquisque: atque ideo in inferiori Protecdici munere consistere, quam ad superius Hieromnemonis officium conscendere malebat. Atque inde factum est; vt facilius se sinerent à Patriarchis Clerici promoueri, in superiorem ordinem Protecdicus sit delatus, & ipsi Hieromnemon postpositus: cuius gratia legendus Balsamon in Can. 34. Synodi Carthaginensis. Huius autem sacri Suggestoris munus est, iuxta Codinum cap. 1. τὸ βλέπειν τὰς εὐχὰς ὅπου δεῖ τ̃ ἀρχιερέως dicendas, nimirum vbicumque fuerit opus, orationes præparare, κρατεῖν τὸν ἐνθρονιασμὸν consecrationis Ecclesiæ Breue, patentes nimirum literas Ecclesiæ consecratæ testimonium ferentes, & simul cum reliquiis sub altari recondendas, (ἐνθρονιασμὸς enim reliquiarum est Inthronizatio, & in proprio loco depositio) cum consecratur ipsa, tenere: & denique Ordinationis tabulas à Chartophylace exhibitas, & à Pontifice legendas, eius oculis obijcere, κρατεῖν τὸ κοντάκιον τ̃ χειροτονίας. Suggestorem porro sacrum, solo Diaconatus Ordine promotum esse debere, admonet Ioannes Citrius Responso nono libri Iuris Oriental. 5 Eius siquidem, sicut & reliquorum Græcorum opinio est, à nullo, gradus vel Ordinis sui limites transcendendos, nec à Sacerdote Diaconi, nec à Diacono Sacerdotis munus, præter decorum & rectum ordinem, exequendum: τὸ τ̃ ἱερομνήμονος ὀφφίκιον διακόνῳ ἐξ ἀνάγκης προσήκει, ἐπειδὴ συνυπουργεῖ αὐτῷ ἐπὶ τῷ καταστολίσαι εἰς τὸ περιβαλεῖν τὴν ἱερὰν στολὴν τῷ ἀρχιερεῖ μέλλοντι ἱερουργεῖν. εἰ δ' ἱερεὺς εἴη ὁ ἱερομνήμων κατὰ ὄνομα, ὡς οὕτως εἰπεῖν, ἱερομνημονεῖ. οὐδὲ γὰρ ἔξον αὐτῷ ἐν ταῖς ὑπουργίαις τ̃ ἀρχιερατικῶν στολισμάτων διακόνου τάξιν τηρεῖν. *Sacri Suggestoris officium ad Diaconum necessario pertinet. Nam hic simul cum Castrensio seruit ad induendum sacris vestibus Pontificem, cum celebraturus est. Quod si Sacerdos sit, nudo vt ita dicam nomine, officio suo fungitur. Neque enim licet illi, in Pontificij ornatus exhibendi ministerio, Diaconi ordinem seruare*: vt nimirum rite & inconfuse munia sua obeat. De quo videndus Balsamon in Can. 34. Carthaginensem post medium.

26 Τὸν κώδικα τ̃ ἐκκλησίας.] Κοντάκιον nimirum, id est librum Missalem in liturgia: vel in Ordinibus conferendis Euchologium: quæ ne pereant aut immutentur, à Clericis proprio cuiusque sigillo connotantur.

27 Ἐμβαλάτιον.] Breue Patriarchicum columnis altaris, vt suo loco dicetur de Ecclesiæ consecratione, vel tumulo Reliquiarum sacrarum immittendum, ἀπὸ τ̃ ἐμβάλλεσθαι, dicitur ἐμβαλάτιον.

28 Ἐγκαινίζει ἐκκλησίαν.] Ex Cleri commissione, & Patriarcharum priuilegio.

29 Ο ἀπὸ γονάτων.] Consulenda Chrysostomi liturgia, num. 15.

30 Ο ὑπομιμνήσκων.] Pauca de eius officio hic scripta, plures Gretseri errores Lectorem emendare monebunt.

31 Ο διδάσκαλος.] Is idem est, qui & à Pachymere in Michaelis vita ῥήτωρ τ̃ ἐκκλησίας, vel qui hodie vt probe mihi notus, ἑρμηνεία *Scripturæ intepretem*, se literis subscribit. Huius titulos & iura recenset Balsamon in Can. Trullanum 19. οἱ διδάσκαλοι τ̃ μεγάλης ἐκκλησίας δηλαδὴ πατριάρχου διδάσκουσι. *Magnæ Ecclesiæ Doctores Patriarchæ Iure docent.* Mox stipendio, quo iuxta Imperat. Alexij Comneni Nouellam donarentur enumerato, subdit Principis eiusdem verba, sedem, honorem, & ad superiores dignitates aditum illis tribuentia: ἔσω κ̀ αὕτη τοῖς διδασκάλοις, δι' ἃς τὴν ἀναχώρησιν ἐποιήσαντο αὖθις ἐν ταῖς οἰκείαις ἐκκλησίαις ἀπονενεμημένη τιμή, τὸ εὐθὺς μετὰ τοὺς ἄρχοντας ἵστασθαι τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ παρισταμένοις, ὡς ἐκπροσωποῦντας αὐτῷ. ἀκούομεν γὰρ πληροῦντας τ̃ ἀρχιερέως τόπον, μεγίστην δεῖ ἔχειν τιμήν· κ̀ οὐδεὶς πρὸς τοῦτο οὐ δυνήσεται ἀντειπεῖν. κ̀ πάλιν εἰ δ' ἀξιόλογοι κατὰ τὸν λόγον, κ̀ προθέσιν εἰσηγήσονται εἰς τὴν τ̃ διδασκαλίας διακονίαν· καὶ διὰ τ̃ διδασκαλικῶν προβαινέτωσαν εἰς τὰ ἀρχοντικά· διὰ γὰρ τοῦτο, καὶ τελευτήσαντος τ̃ κτ' καιρὸν πατριάρχου, οὐδ' αὐτοὶ δύνανται διδάσκειν. *In Ecclesiis, propter quas à propriis discesserunt, sacri verbi Doctoribus, hic honor rursus tribuatur, vt nullo post constitutos in dignitatibus interuallo* (Ecclesiastæ namque Officium, dignitatis nomen, non

potuit obtinere) *Patriarcha, vt eius personam referentes assideant. Locum enim Pontificis tenentem, magno semper honore cultum audiuimus: cui nullus contradicere poterit.* Et iterum. *Qui autem & verbo & opere digni sunt, ad doctrinæ ministerium inducantur: & per docendi munera, ad dignitates promouebantur. Ideo namque mortuo Patriarcha, nec ipsi docere possunt.* Non vnius autem modo, qui Euangelium explicaret, Doctoris, sed & alterius, Epistolarum Pauli nimirum expositoris meminit Nicetas in Manuele Comneno libro primo, ὁ Μιχαὴλ, inquit, τὸν ῥητορικὸν θρόνον κοσμῶν, καὶ τὸν εὐαγγελικὸν ἀναβαίνων ὀκρίβαντα· καὶ ὁ Βασιλείας Νικηφόρος τὰς τοῦ Παύλου ἀναπτύσσων ἐπ' ἐκκλησίας ἐπιστολὰς, καὶ διαλευκαίνων τῷ τῆς καλλιρρημοσύνης φωτὶ, ὅσαι τῶν ἀποστολικῶν ῥήσεων τῇ ἀσαφείᾳ ὑπεσκιάζοντο. *Michael oratorum sedem exornans, Euangelicum pulpitum conscendit: & Nicephorus Basilaces Pauli Epistolas publice explicans, eloquentiæ lumine Apostolica dicta obscuritate respersa illustrat.* Hicque idem est, si bene coniiciam, quem loco laudato πρωτοαποστολάριον appellat Pachymeres, vbi plures erant, eidem Apostolo enodando intenti.

32. Τὰ μηνιαῖα.] Supple τέλη *prouentus*: ad quorum instar, τὰ ψαλτικὰ, τὰ διαιτικὰ, τὰ ἐμφανιστικὰ, τὸ κανονικὸν intelliges: videlicet, *pro cantu mercedem*, diurnas distributiones, boni aduentus omen, *la bien venuë*, & munus quodcumque pro consuetudine, vel lege donandum: de quo Balsamon in Nomoc. Photij Tit. 1 de Fide cap. 24.

33. Τῶν τειῶν πεντάδων.] In nouem Quinarios, Officiales cunctos Codinus distribuit; author hic, cui de Diaconis in dextro Choro cum Pontifice sedentibus erat sermo, in tres tantum. Officiorum vero inter se similitudo & affinitas causa fuit, vt in quinariorum classes diuiderentur. Primus namque quinarius præcipuarum siue magnarum dignitatum plures complectitur, secundus illos qui fere sunt ascribendo: tertius reliquos inter se omnino dispares comprehendit, &c.

34. Ἔξωθεν τῶν δεκαπέντε ὀφφικίων.] Ὑπηρεσίαι, *ministeria* quæcumque magnæ Ecclesiæ generali diuisione; primo in ὀφφίκια, & διακονίας, de quibus numero primo, distribuuntur. ὀφφίκια deinde alia sunt, ἀρχοντικὰ μεγάλα, & alia ἀρχοντικὰ μικρά: Magistratus maiores, & Magistratus minores: ἀρχοντικὰ μεγάλα, Diaconorum in tribus quinariis Chori dextri contentorum sunt propria; at ἀρχοντικὰ μικρὰ, Archidiaconi, & secundi Diaconorum primi Chori, sicut & Lectorum alterius, dicuntur esse: ἀρχοντικὰ μεγάλα rursus si ad Diaconos spectent; dicantur apud Balsamonem in Can. 51. Epis. Basilii ad Amphilochium, διακονικὰ ἀξιώματα *Diaconorum dignitates*, siue etiam κληρικάτα: ad Sacerdotes enim vt numero 25 legimus, non spectat esse Clericos: eorum namque interest incruentam hostiam offerre, non vero Pontifici famulari: ἀρχοντικὰ μικρὰ autem prout pertinent ad Archidiaconum, & eius vices gerentem secundum Diaconum, nullatenus sunt ἀξιότητες; seu ἀξιώματα, sed Officia nuda, nec μετὰ τῶν ἀρχοντικίων τάττονται cum præfecturis (magnis videlicet) nusquam ordinantur: ἀλλ' ὀφφίκιά εἰσι, καὶ μόνα. *sed Officia sunt nuda & solitaria* in dextro Choro, sicut & διακονίαι sinistri, in quo præterea Sacerdotum Officia sunt; ὁ ἐπὶ τῶν κατηχήσεων, ὁ ὀρφανοτρόφος, οἱ ἔκδικοι, ἄρχων τῶν φώτων, ἐτομοδότης, ὁ πριοδευτής. Lectorum vero alia, de quorum singulis sequentibus.

35. Ὁ πρωτοπαπᾶς.] Qui & πρωτοιερεὺς: *Archipresbyter* est, & antiqui Chorepiscopi, si non nominis, saltem potestatis successor: nam & in insulis Venetorum Lecto es instituit, & de rebus Ecclesiasticis diiudicat. Vbi plures Sacerdotes concelebrant, primas ipse tenet, & ἐκφωνήσεις *exclamationes* profert: & tandem, vt loquitur Codinus cap. 1. πρῶτός ἐστι τοῦ βήματος; φέρων τὰ δευτερεῖα τοῦ ἀρχιερέως, *prior est omnibus in sacro Tribunali, secundas à Pontifice obtinens*: vnde & in vicis, Episcopo absente, reliquis Sacerdotibus semper præeminet, & in eos ius exercet. Quâ porro ratione præmoueatur in Ecclesiâ Græca, docet eius Ordinatio ex Allatiano Euchologio M. S. deprompta.

Τάξις ἀκολουθίας εἰς τὸ ποιῆσαι πρωτοπρεσβύτερον.

Προσφέρεται συνήθως ὑπὸ τῶν ἱερέων οὕτως. Προσφέρεται ὁ εὐλαβέστατος ἀδελφὸς ἡμῶν ἱερεὺς, εἰς τὸ γενέσθαι πρωτοπρεσβύτερος τῆς, ὁ, πόλεως. Καὶ μετὰ τὴν δευτέραν προσφορὰν ἔρχονται ἐνώπιον τοῦ ἀρχιερέως. ὁ δὲ ἀρχιερεὺς ἐκφωνεῖ εἰς ἐπήκοον πάντων.

Η θεία χάρις, ἡ πάντοτε τὰ ἀσθενῆ θεραπεύουσα, καὶ τὰ ἐλλείποντα ἀναπληροῦσα, προχειρίζεται τὸν εὐλαβέστατον, ὁ, ἱερέα εἰς πρωτοπρεσβύτερον τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας. εὐξώμεθα οὖν ὑπὲρ αὐτοῦ· ἵνα ἔλθῃ ἐπ' αὐτὸν ἡ χάρις τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ οἱ κληρικοὶ τὸ, Κύριε ἐλέησον τρίς.

Ο δὲ μέλλων γενέσθαι πρωτοιερεὺς κλίνει τὰ δύο γόνατα ἐπὶ τῆς κρηπίδος ἔμπροσθεν τοῦ ἀρχιερέως. Ο δὲ ἀρχιερεὺς ἐπικείμενον ἔχων τὴν χεῖρα ἐπὶ τὴν κορυφὴν αὐτοῦ, εὔχεται οὕτως.

Ordo officij quo Archipresbyter constituitur.

De more à Sacerdotibus præsentatur, hoc pacto. Præsentatur piissimus frater noster Sacerdos, vt fiat Protopresbyter ciuitatis N. *& post secundam præsentationem ad Pontificis conspectum veniunt. Pontifex autem omnibus audientibus exclamat.*

Diuina gratia, quæ infirma semper curat, & ea quæ desunt, adimplet, promouet piissimum N. Sacerdotem, in Protopresbyterum sanctæ Dei Ecclesiæ: oremus itaque pro eo, vt veniat super eum gratia Sancti Spiritus. *Et dicunt tertio*, Domine miserere.

Futurus vero Protopresbyter, vtrumque genu, coram Pontifice, in altaris gradu flectit. Pontifex autem impositam eius vertici manum tenens: sic precatur.

Dominator Domine Iesu Christe, Deus noster, qui generi nostro Sacerdotium contulisti: qui huius doni & honoris gratia nos exornasti: qui nos idoneos vt sanctè gubernemus, aliosque inferiores mysterii tui ministros constituisti: ipse quoque fratrem nostrum N. tua gratia circumda, & honestate exorna, vt in Presbyterorum populi tui vertice constituatur, & in bonum exemplum fiat in iis, qui cum illo versantur: atque in senectute bonam vitam ei consummare concede, omniumque nostrûm, vt clemens miserere. Quia tu es sapientiæ dator, & te omnis creatura laudat, in sæcula sæculorum.

Et apprehenso eius capite, subdit.

Benedictus Dominus, ecce factus est frater noster N. Protopresbyter ciuitatis N. in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Et dicit Clerus ter. Dignus, dignus, dignus.

Δέσποτα κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τὴν ἱερωσύνην χαρισάμενος τῷ γένει ἡμῶν, καὶ τῆς ταύτης δωρεᾶς καὶ τιμῆς τὴν χάριν ἡμᾶς ἐνδυσάμενος· καὶ αὐτὰς ἱκανοὺς αὐτοὺς εὐλαβεῖς καθισάμενος, τοῦ ἱερατικῶς διαπατεῖν, καὶ διακονεῖν τοὺς ὑποβεβηκότας λειτουργοὺς τοῦ μυστηρίου σου· καὶ αὐτὸς ἔνδυσον τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν, ὁ, καὶ τῇ σεμνότητι κατακόσμησον αὐτὸν. τὸν ἐν ἀρχῇ ἵστασθαι τῶν πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ σου· καὶ καλὸν ὑπόδειγμα τοῖς μετ' αὐτοῦ γενέσθαι καταξίωσον· καὶ μετ' εὐλαβείας καὶ αἰδοῦς, ἐν γήρει καλῷ τελέσαι τὸν βίον εὐδόκησον, καὶ πάντας ἡμᾶς ὡς ἀγαθὸς θεὸς ἐλέησον. ὅτι σὺ εἶ ὁ δοτὴρ σοφίας, καὶ σὲ ὑμνεῖ πᾶσα ἡ κτίσις, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Καὶ κρατῶν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ λέγει.

Εὐλογητὸς κύριος ἰδοὺ γέγονεν ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν, ὁ δεῖνα, πρωτοπρεσβύτερος, τῆς δεῖνος, πόλεως, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

Καὶ λέγει ὁ κλῆρος τρίς. Ἄξιος, ἄξιος, ἄξιος.

---

36. Ο ἔξαρχος.] Is est in CP. historiis ἔξαρχος quem Ioannes Citrius definit τῶν βασιλικῶν ταξιαρχῶν ἐν τῇ δύσει προεστῶτα, *Imperatoriarum copiarum in Occidente ducem supremum*: Concilii Sardicẽsis Can. 6. Metropolitam, piscopis superiorem designat, ac prouinciæ Præsulem, Χρὴ inquit, ἐπίσκοπον ὑπομιμνήσκεσθαι διὰ γραμμάτων τοῦ ἐξάρχου τῆς ἐπαρχίας, λέγω δὲ τοῦ ἐπισκόπου τῆς μητροπόλεως: *Oportet Episcopum* (inferiorem videlicet & subditum) *moneri per litteras Exarchi prouinciæ Episcopi, inquam, Metropolitani.* Concilii quarti Canone 8. vox eadem *Diœceseos Præfectum indicat*, ἔξαρχον τῆς διοικήσεως, quem nos Primatem dicimus: de quo plurima Ioannes Morinus, Sirmondus, & alii non minus fuse quàm docte: & quod spectat vltimum Ecclesiæ Græcæ statum, sermonem de illo faciendum omnem paucis perstringit Blastares cap. 9. litteræ Δ. διοίκησις λέγεται ἡ ἐπαρχίας πολλὰς περιέχουσα· καὶ τῶν ἐξάρχων πρεονόμιον τὸ νῦν ἔχον, οὐκ ἐνεργεῖ· εἰ γὰρ καὶ λέγονταί τινες τῶν μητροπολιτῶν ἔξαρχοι, ἀλλὰ τοὺς ἐν ταῖς διοικήσεσιν ἑτέρους μητροπολίτας, οὐκ ἔχουσιν ὅλως ὑποκειμένους αὐτοῖς. *Diœcesis vocatur quæ plures sub se complectitur prouincias. Exarchorum autem priuilegium, quoad præsens tempus attinet, inoleuit. Quamuis enim Metropolitarum nonnulli dicantur Exarchi, alios tamen Metropolitas in Diœcesibus sibi subditos nullatenus obtinent.* Verum de antiquis & antiquatis hisce Græcorum Exarchis, nec quoad sonum quidem, audit vel loquitur Ecclesiæ Orientalis ordo. Ἔξαρχος itaque πατριαρχικὸς nunc est, quem nomine suo in varias prouincias Patriarcha delegat visurum, an in vnaquaque priuata Ecclesia Canonum obseruetur disciplina, vtrum in Monasteriis vitæ religiosæ decus splendeat, an potestatis sibi traditæ limites non excedant Ecclesiarum & Cœnobiorum præfecti, an correptionis censuram Clericorum vita relaxata mereatur, an ius ex æquo & bono singulis reddant Pontifices, an denique cunctorum mores & sensus ad decretorum dogmatumque diuinorum normam componantur? Vno verbo Visitatorem agit; & tandem Patriarchæ debita à singulis exacta colligit, & de cunctis à se gestis, siue etiam Patriarchæ iure pecuniis collectis, ad ipsum refert. Id non proprio fidei testimonio probatum velim, plures licet eiusmodi Exarchos Ecclesias circumcursantes viderim, quibus cum non modica mihi intercessit amicitiæ necessitudo: certius confirmat Germani Patriarchæ secundi diploma siue σιγίλλιον, *bulla sigillo munita*: qua de quolibet Exarcho ita loquitur, τῷ τῶν πατριαρχικῶν ἐξάρχῳ ὑποκείσονται, καὶ τὰ συνήθη κανονικὰ πρὸς αὐτὸν ἀποτίσουσι· ὁ δ' αὐτὸς ἔξαρχος καὶ τοὺς ἑξῆς ἱερᾶσθαι μέλλοντας διὰ τῶν κατὰ μέρος βαθμῶν εἰς τοῦτο αὐτὸ προβιβάσει, μετὰ τῶν νενομισμένων μαρτυριῶν τοῦ τε βίου, καὶ τῆς ἡλικίας αὐτῶν, καὶ πάσης ἑτέρας κανονικῆς παρατηρήσεως· ἔτι γε μὴν καὶ τῶν γαμικῶν συναλλαγμάτων ἐπιστατήσει προτροπῇ καὶ ἀποτροπῇ· καὶ οἱ τῶν λογισμῶν ἀνάδοχοι πνευματικοὶ πατέρες, οἱ ἐν τοῖς πατριαρχικοῖς δικαίοις προσκαθήμενοι παρ' αὐτοῦ καὶ δοκιμασθήσονται, καὶ τὸ ἐνδόσιμον λήψονται. *Patriarchalium iurium Exarcho subiicientur, & ei Canonicè definitas contributiones persoluent. Exarchus autem Ordinibus prouehendos per gradus singulos promouebit, cum legitimis tam vitæ, quam ipsorum ætatis testimoniis, & alia cuncta Canonica circumspectione. Nuptialibus quoque contractibus præerit permittendis, aut vetandis. Et Patres spirituales ratiociniorum animæ exceptores ab eo probabuntur, & licentiam* (*audiendi confessiones*) *accipient, in Patriarchalibus Iuribus ipsi assidentes.* Hæc est Exarcho ad locum aliquem à Patriarcha misso concedi solita potestas: ficta vero est quam nulla authoritate fultam, non mediocris literaturæ quidam Scriptores appingunt, vt eum in Archimandritam, & Monachorum Prouincialem instituant. Abnuunt certe Græci Monachi Prouinciali eiusmodi in Gallia conficto se submittere: Exarchum tamen admittunt ad se à Patriarcha transmissum,

sum, nonnumquam etiam sæcularem Clericum, Prouincialem nusquam. Obseruandum itaque discriminis omnis tollendi gratia, Exarchum Visitatoris potestate donatum, vnde placet siue è Monasteriis, siue è Clero CP. euocari, eique pro libito amplam vel restrictam tradi authoritatem, in omnes Ecclesias nonnumquam; in Catholicas aliquando, vel etiam in Monasticas; quandoque vero in has solum, vel illas; & nonnunquam solius alicuius dubii definiendi, vel in certas tantum personas, ius accipere. Enatus hinc error, vt qui ad Monachos aliquando delegatus est Exarchus cum ampla visitandi potestate, Prouincialis vel Archimandrita putaretur; cui refutando sufficit Germani Patriarchæ datum Exarcho sigillum causarum matrimonialium (à quibus cognoscendis longe sunt veri Prouinciales) notitiam assignantis!, satis sunt etiam quæcunque vt Clerico potius quam Monacho eidem tribuit Iuris Græcoromani liber tertius. Hinc indidem secunda alterius authoris hallucinatio ἄρχοντα τῶν σεβασμίων ἐκκλησιῶν, *venerandarum Ecclesiarum defensorem*, cum eo de quo loquimur Exarcho confundentis, deprehenditur, eo quod non ob officii, sed ob dictionis potestatem audiat quandoque ἔξαρχος. Verum nominis, vt dixi, non magistratus eiusdem hæc est potestas. Vtriusque vero discrimen ex eo solum conuicitur, quod hic & ille, vt Officiales distincti hoc eodem loco exscribantur. Lege sequentem numerum 38.

37. Γνωρίζει δὲ τὰ σκεύη.] Rationem de vasis, & sacris totius Episcopatus ornamentis, de iudiciis, de matrimonij conditionibus legitimis exquirere, non Archimandritæ, sed potius est Visitatoris à Pontifice missi, qualem Exarchion intelligendum numero superiore diximus. Quid χάρειν τὰ ἀντιμίνσια, explicabit Ecclesiæ consecrandæ officium sub finem.

38. Ὁ ἄρχων τῶν ἐκκλησιῶν.] Non vnum hunc Officialem, verum tres enumerat cum Citrio secundus Catologus fol. 273. positus. Minoris Sacellæ proposito in regendis Monialium ædibus socium illum adiungit Codinus cap. 1. *Crucis defixionum*, τῶν σταυροπηγίων, & Antimensiorum curam imponit tertius Catalogus fol. 277. Hæc autem ad Ecclesias pertinet: vnde & eius sollicitudini mādari hæc possunt. Porro non ita pridem, Balsamonis nempe sæculo officium fuit substitutum. Præbet argumentum coniecturæ laudatus Balsamon Medita. de Protecdico Iuris Græcorom. lib. 7. vbi Sacellario cunctorum Monasteriorum curam traditam memorat; Sacelli vero præfecto Catholicarum Ecclesiarum præfecturam tradit. Catholicas autem Ecclesias intellige parochiales viris & fœminis peruias: Monachales enim non nisi sexus eiusdem sunt apertæ. Verba Balsamonis sunt: τῶν κατὰ πόλιν, ἢ τῶν περατικῶν μοναστηρίων τὴν μέριμναν ἔχει ὁ μέγας σακελλάριος. ἢ τῶν καθολικῶν ἐκκλησιῶν, πρὸς δὲ ἢ τῶν ἐμφυτευτικῶν τὴν διοίκησιν. *Sacellarius vrbana*, πόλις *enim* κατ᾽ ἐξοχὴν *ipsa Constantinopolis est*) *&* *suburbana*, *Peræ trans portum* (*locus Pera dictus è regione C P. trans portum*, *&* *adhuc trans oppidum Galatensē situs est ac ideo* πέρα *vocatur*) *Monasteria curat. Communium autem Ecclesiarum quæ Catholicæ vocantur, sicut & emphyteusium penes Sacelli Præfectum est administratio.* Quid ergo tunc ageret ἄρχων τῶν ἐκκλησιῶν, nisi prout indicat Codinus huic subseruiret? Nunc autem potestatem amplissimam obtinet: solis enim virorum Monasteriis Sacellario relictis; fœminis vero à Sacello assignatis: huic, ceu Sacerdoti, sæculares reliquæ protegendæ, & in suis iuribus tuendæ commendantur. Recole dicta numero 15. Huic tamen ἄρχοντι superiorem ætatis deferet honorem, qui cum Thessalonicensi numeris 10 & 15 Sacellarium, & à Sacello Monasteriis vniuersis seruato tamen officiorum ordine volet fuisse præfectos, cæteris autem Ecclesiis ἄρχοντα, etiam ab antiquo præpositum asseret.

39. Ὁ περιοδευτής.] Salmasius apparatu in libro de Primatu, cuiuscumque morbi curatorem medicum hoc nomine dictum quondam, nullo tamen producto teste, affirmat: & in eodem sensu *Curatores animarum*, *Chorepiscoporum successores*, *Curatos* à nobis vulgo nuncupatos, quo *corporum Curatores* Medicos, περιοδευτὰς à Synodo Laodicena intelligit. Scio apud Suidam περιοδικὰ νοσήματα legi: caueat tamen Salmasius ne circulatores fucos & theriacam in compitis multo verborum apparatu, diuendentes, pro veris corporum Curatoribus ingerat: & si pertinacia laboret, à Zonara & Blastare inferius adducendis περιοδεύεσθαι, suo ipsius sensu indigeat. Non felicius Salmasio Gretserus, Comment. in Codinum cap. 14. inquirit, an περιοδευτὴς sit forsan ille, quem Typicum S. Sabæ nominat ἐξυπνιστὴν *excitatorem*, cuius erat in vigiliis circuire, & somnolentos excitare? Non ita: nisi forsan ipse dormiat, & illi sit opus excitatore. Circumcursatorem namque alio fine mandat institui Concilium Laodicænum Can. 57. vt nempe defectu Episcopi, quem in villis & pagis præfici non decet, ipse loca illa circumobiret, & cunctos ad rectæ vitæ, sanæque doctrinæ normam efformaret. Ita Canonem prædictum exponit Blastares, & Zonaras. γίνεσθαι δὲ περιοδευτὰς ἐν κώμαις καὶ χώραις παρακελεύεται· περιοδευταὶ δὲ λέγονται, διὰ τὸ περιέρχεσθαι, καὶ καταρτίζειν τοὺς πιστοὺς· μὴ ἔχοντες κατοικίαν οἰκείαν. *Circumcursatores in agris & pagis designari placet. Circumcursatores vero ex eo dicti sunt, quod nullibi propriam sedem habentes, huc illuc fidelibus in officio continendis vagentur.* Clarius iterum in locum eundem. περιοδευταὶ δὲ εἰσὶν οἱ σήμερον προβαλλόμενοι παρὰ τῶν ἐπισκόπων ἔξαρχοι· οὗτοι γὰρ περιοδεύουσι, καὶ ἐπιτηροῦσι τὰ ψυχικὰ σφάλματα, καὶ καταρτίζουσι τοὺς πιστούς. *Sunt autem Circumcursatores, qui hodie ab Episcopis promouentur Exarchi. Hi enim circumcursant, & delicta animarum obseruant, & fideles in ordine componunt.* Creatis autem in Ecclesia, ad Imperialis consuetudinis instar Exarchis, Circumcursatoribus id solum fuit reliquum, vt circumambulātes, Christianæ fidei candidatos primis sacræ doctrinæ rudimentis imbuerent: & terram mareque circumirent Pharisæorum more, vt vnum Proselytum facerent: in quo περιοδευτὴς, à Catechista discrimen nanciscitur, quod hic commorantes in vrbibus quosuis, ad fidem accedentes instruat: ille vero huc & illuc discurrat per vicos & villas, vt ad baptismum ab Ecclesia alienos vel rusticos inuitet, & edoctos ad sacramentum suscipiendum pertrahat.

40. Ὁ βαπτιστής.] βαπτίζω neotericis Græcis est *immergo*, à quo βαπτιστὴς *immersor* deducitur. Tres namque ad baptismum peragendum concurrunt: Patriarcha, Sacerdos, & Immersor. Ille autem sanctificat, & benedicit aquam, τὸ ὕδωρ σταυρώνει; alius recitat orationes, Catechumenorum confessionem excipit ex Balsamone in Can. 78. Trullanum, & Catechismum perficit; Immersor tandem Sacerdos est, & ex officio baptizatum aqua tingit. Sic etiam vsque hodie Romæ Sacerdos est, qui Catechismum præmittit, & alius est, Episcopus nimirum, qui aquam consecrat, & illa baptizatum adultum initiat.

41. Σφιτούελον.] Rectius legeretur σφιγκτούελον, & correctius iterum σφιγκτήρ. σφιγκτὴρ autem teste,

Hesychio apud Stephanum tunica Tarentinorum fuit corpori adstricta, & fibulis quibus iungebatur, tenaciter deuincta.

42 Οἱ δύο δομέστικοι.] Vox δομέστικος in Officiis Ecclesiæ, vel Curiæ C P. vsurpata, imperium, principatumque supra alios infert: hinc δομέστικος τῶν σχολῶν, τῆς τραπέζης, τῶν θυρῶν: Domesticus Scholarum, mensæ, ostiorum, qui militiæ, mensæ Imperatoriæ sternendæ, vel portis Palatij custodiendis præfectus erat: Ac ideo Cantores quoque cantui Ecclesiastico præpositi & vtriusque chori præsides sunt, οἱ δύο δομέστικοι, clarius à Citrio loco sæpius memorato, δομέστικος τοῦ δεξιοῦ χοροῦ, & δομέστικος τοῦ ἀριστεροῦ, *Domesticus dextri, & Domesticus sinistri Chori*, dicti: super quos adhuc in medio chori stat, qui δομέστικος τῶν ψαλτῶν, ὁ παρά τινων λεγόμενος πρωτοψάλτης. *Cantorum Domesticus, Protopsaltes ab aliquibus vocatus*: & iterum, δομέστικος λέγεται, εἴτ' οὖν ἀρχῳδός, καὶ ἐπιστάτης τῶν μελῳδιῶν τε, καὶ τῶν μελῳδῶν· οἷα εἰς ῥυθμὸν καὶ τάξιν καθιστῶν αὐτούς τε, καὶ τὰ μελῳδήματα. *Domesticus dicitur, siue Præcentor, & cantuū cantorumque præfectus: vt in numerum & ordinem tam eos, quam cantum omnem componat.* Ille, vt ibidem subditur, solemnioribus in vigiliis, ἀγρυπνίαις, quibus omnes conueniunt, dictis dat initium; Pontificem, vel Sacerdotem hac voce compellans: εὐλόγησον δέσποτα. *Benedic Domine.* Et exinde magnus illi accrescit honos. Terminato vero officio, Patriarchave domum reuerso, vel etiam quacumque ratione populo benedicenti, alij multo inferiores domestici, λεγόμενοι πατριαρχικοὶ, Patriarchales vocati sunt instituti & Lectorum officio gaudent, quorum διακονία, munus est acclamare. εἰς πολλὰ ἔτη δέσποτα. *In multos annos Domine.* Vide præfati Citrij interrogatum 8. & 10.

43 Οἱ δύο πριμικήριοι.] Relictâ nominis etymologiâ, quæ Græcam simul & Latinam dictionem facit, notariumque significare asserit, qui sigillandis cerâ literis, reliquis præponebatur, dicendum: πριμικήριον, nunc tantum vsurpari, pro eo, qui πρῶτος ἐστὶ τάξεως τῆς τυχούσης, *primus est cuiuscumque ordinis*, ita Suidas, & Nouella 2. Heraclij in Iure Græcoromano. Atque ita Primicerij Cantorum, sunt, à quibus numerari incipiunt Cantores, quique primum ordinis inter eos tenent; non tamen potestatem, quam domesticis recenter diximus esse reseruatam, super eos vllam exercent.

44 Πρώξιμος. Latina vox est, & forsan ideo à Græcis in suum vsum deducta, quod Proxime ad huius Officialis nutum & imperium fiat in Ecclesiâ signū vt Proxime deinde sacræ Psalmodiæ detur initium.

45 Ὁ ἐπὶ εὐταξίας.] De illo abunde fol. 29. tractatum est.

46 Ὁ κατηγορειάζης.] Κατηγορειάζης legendum censet doctissimus Leo Allatius, dum enim verrit & emūdat Ecclesiam, cuncta ordine suo componit, & quasi ad proprias κατηγορείας *Categorias* amandat: vel etiam nomen idem meretur, eo quod, vt fol. 278. dictum est, sanctorum festa publice annuncians, vnicuique diem, celebritatis modum, debitumque honorem, assignat, & quasi sua in sede & Categoria locat. Addam, forsitan & à verbo κατηγορεύω, *rem occultam detego*, nomen mutuari: si quando lampades accendit, aut ignem defert, obscuram tandem illustrat Ecclesiam, & ignem in occulto latitantem educit.

47 Φιλοκαλῶν.] *Verrere* vernacula sua lingua φιλοκαλεῖν dicunt Græci, quasi *munditiem & decorem, amare & insequi*: & *verriculum*, φιλοκαλίαν *decoris cupidinem*, pariter appellant.

48 Τὰς κανδήλας.) De hac voce, Lampades vitreas significante, consulendum Onomasticon.

49 Οἱ ὀστιάριοι.] Quibus non Ecclesiæ modo, sed & Patriarchij, eiusque tribunalium, portæ custodiendæ committuntur. Horum vnus, qui forte tūc vnicus erat, sententia Synodali Nicolai Patriarchæ, Leonis Philosophi tempore thronum Ecclesiasticum nacti, ne a petentibus literas Patriarchales pecunias emungeret, deterretur: eidemque simul annua merces assignatur. Ibi vero Patriarchij custos pronunciatur: ὁ τῆς τε εὐαγοῦς τόπου τὴν φυλακὴν ἐμπεπιστευμένος, ὃν ὀστιάριον ἡ Ῥωμαίων γλῶσσα καλεῖ: *is cui concredita est sancti huius loci custodia, quem Romani Ostiarium sua lingua vocant.* Et infra: ἡμεῖς γε τὴν ὀστιαρίου σκαιὰν ἐκφυλλοφορῶντες ... *Nos eius prauam exactionem* (qua pecunias à se exactas prætexebat) *reijcientes, annuum ei salarium constituimus*: ex Iuris Græcorum. lib. 4. ῥάβδον autem, quem tenere hic memoratur, ῥαβδίον scribi deberet, si corrupta vox minus authori placuisset, quæ ... alias dicitur: baculusque Pontificius est, aut certe, vbi de Imperatore fit sermo, sceptrum eius regium.

50 Οἱ λαμπαδάριοι.] illi sunt qui λαμπάδας ceras accendunt, cum κατηγορειάζης, alias κανδηλάπτης dictus, lucernas lychnosque accendere soleat.

51 Ὁ δεκανός.] Decanus idem quod κοπιατὰς vespillio & Lecticarius, & vt loquitur Epiphanius lib. 3. aduersus hæreses, ὁ τὰ σώματα περιστέλλων τῶν κεκοιμημένων, *qui mortuorum effert corpora?* De huiusmodi Officio plura sanxit Iustinianus in Nouellis 43. & 59. vbi plures eos fuisse recenset eosque, perte Decanos & Lecticarios vocat, ad quos cura Libitinæ pertinebat, id est exequias sepulturamque mortuorum procurandi feretra, lecticasue ferendi. Varius autem fuit eorum numerus, donec Iustinianus, mille & centum officinas solum illis tribuit, quæ ad maiorem Ecclesiam pertinerent, immunitateque fruerentur; cæteros vero municipes esse iussit. Vnus vero hic tantum esse perhibetur, (supra alios videlicet de grege plebis ad efferendos mortuos absque Ecclesiastico titulo assumptos eminentior,) cuius ea est etiam prouincia, vt Sacerdotes componat, in funeribus & contributionibus, ad eos ex funeribus, & quouis alio obsequio prouenientibus, accipiendis.

52 Ὁ δεπουτάτος.] De *Deputatis* militaribus pluribus tractant Lacerda, & Ioannes Caluinus, Kahl dictus, in Lexico Iuris, sed non ad rem nostram. Δεπουτάτους, *Deputatos*, hodie vocant in præcipuis Orientis vrbibus, duos aut quatuor honoratiores ciues à plebe electos, quibus nomine ciuitatis cum Turcis tyrannis negotia quæque publica componere licitum est: & hi sunt ad onus ferendum, sine vlla potestate magistratuum vmbra. Similes habet suos Deputatos magna Ecclesia: sunt enim ad laborem & onus tolerandum, non ad obtinendam dignitatem instituti; vnde & simul cum Camisatis, & Portariis inferioribus non Officia sunt, sed διακονίαι *ministeria, & famulatus.* De eorum institutione agitur vbi supra de Lectoris Ordinatione.

53 Ἀπέχεσθαι καὶ ἀραί.] Frustra nihilominus maledictionis illa comminatio prodiit. Nihil enim Patriarchis familiarius, quam vel Officia Ecclesiæ quædam supprimere, alia de nouo creare, ordinem denique cunctorum inuertere, & suis deque ponere. Vna est hæc Citrij querela vbi Iuris Orientalis lib. 5. de his Officiis differit: ὅτι δὲ αἱ τούτων τῶν ὀφφικίων τοῦ θελήματος τῶν ἀρχιερέων ἐξήρτηνται, διάφοροι δὲ εἰσι κατὰ γνώμας, καὶ ταῖς ὀρέξεσιν οἱ ἀρχιερεῖς τούτου χάριν συνεχύθη ἡ τάξις ἡ παλαιὰ, κἀντεῦθεν οὐδὲ ἡ τάξις τῶν ἀρχοντικίων ἐπὶ τῆς ἰδρύσεως ἐμεινεν, ἀλλὰ μετακεκίνηται ... τὸ τοῖς ἀρχιερεῦσι δοκοῦν,

ἡ σύγχυσις δ' αὐτὴ ἐν τοῖς πλείοσι τούτων, ὡς νόμος κοινὸν ἐπεκράτησεν. *Sed cum horum Officiorum creationes per crucis signationes ex voluntate Antistitum, quorum sententiæ & voluntates differunt, pendeant: propterea totus confusus est ordo: indeque hæc nobilium officiorum conditio in sua firmitate non mansit, sed iuxta Præsulum beneplacitum labefactata fuit: confusio autem ipsa in plerisque vigorem tandem legis obtinuit.*

54 Ἐξωκατάκηλος.] Non vna ratione in variis Ms. scribitur hæc dictio, sed vel per η, vel per οι, in penultima, frequentius autem per ω: ac propterea, vt opinor, correctius. Ex septem vero Diaconis de quibus supra num. 16. actum est, sex hic enumeratos, qui & omnium Officialium principes, Oeconomus nimirum, Sacellarius, Senophylax, Chartophylax, Sacellæ propositus, & primus Defensor (siue iuxta antiquum ordinem Protonotarius) Exocatacœlos apud authores plerosque Codinum, Balsamonem, Ioannem Citrium, & alios, dictos reperies: quæ certe appellatio vt rara est, ita & obscuritatem coniunctam habet, & negotium facessit. Gretserus Comment. in Codinum lib. 1. cap. 2. an audeat circa vocem hanc exponere coniecturam suam dubitat; depromitque tandem, & quamuis nullo, vt rebatur, illius tamen vocis periculo prompsit: & vnica literula mutata ἐξωκατακοίτης, *qui tamen foris dormiant, qui foris cubent*, non in Patriarchio, legendum existimat: vt quid autem fit à Gretsero literulæ mutatio, nisi vt vocem mutet, & eius sensum perdat? Scio equidem Clericos palatij C P. ad intentatam vsque Leoni Armenio necem, extra palatium noctu resedisse. Opem etiam Gretseri feram coniecturæ, si dixerim, Ecclesiæ magnæ Clericos esse è Patriarchio ἐξωκατακοίτης, soli namque *Syncelli* σύγκελλοι, quasi eiusdem κελλίς *habitationis* consortes, cunctis foras relegatis Patriarchæ cohabitant: at non ideo soli sex primi Diaconi sunt ἐξωκατάκοιτοι, quin potius inter eos aliosve Clericos, nulla est eis in hoc discrepantia, siquidem cuncti sunt ἐξωκατάκοιτοι, & foris dormiunt. Addo propterea hac de causa iuxta ipsum Gretseri sensum, aliam probatam vocis huiusdem lectionem potius retinendam: vt ἐξωκατάκελλοι, non ἐξωκατάκοιτοι scribatur. Verosimilius tamen assereret, qui reliquos Clericos κατακοίλους, in inferiore depressioreque loco siue in Ecclesia siue in iudicio sententiam ferentes sedere diceret: sex autem memoratos, vt illis honoratiores, supra illos, & sublimius positos, ἐξωκατακοίλους, in alio ordine, supra κατακοίλους *depressos & humiles*, positos censeret. Certius tamen & adhuc vero propinquius dicendum: ἐξωκατακοίλους hos sex ἄρχοντας Ecclesiæ C P. vocatos, qui Ecclesias in montium verticibus sitas gubernantes, ad obsequium deinceps Patriarchæ adlecti nomen hoc prius obtentum, sibi retinuerunt. Clarum planumque id fiet ei qui sciuerit, Constātinopolim nouam Romam, sicut & veterem, septem montes Ecclesiasque plures quasdam in vallibus, alias in summis montium, & alias tandem in montium deflexu sitas, suo ambitu complecti: has omnes vero sic antiqui diuiserant, vt quæ culminibus montium inferiores essent, κατακοίλας dicerent, (vnde etiam hodie corrupta sua lingua *montis iter defluxum* κατακοῖλι vocant Græci) quæ autem cacumen ipsum occuparent, illæ ἐξωκατακοίλα, quasi ὑψηλαὶ (κοῖλος enim & ὑψηλὸς opponuntur) *extra cauitates & locos depressos eleuatæ*, & reliquas alias circumspectantes nuncuparentur: Hinc & idem nomen dictarum Ecclesiarum rectoribus inditum, quorum quidam κατακοίλοι, alij ἐξωκατακοίλοι, nuncupati, qui cum Sacerdotes essent, & sub se haberent proprium Clerum & proprias Ecclesias, vt Codenus cap. 10. testatur, & Patriarchæ siue magnæ Ecclesiæ forent Officiales, magnis & solemnibus festis in sua Ecclesia occupati, Patriarchæ nequibant assistere: quo factum est, vt quidam ex Patriarchis in locum eorum Diaconos substituerit, qui deinceps adhuc ἐξωκατακοίλων nomen ambierint & retinuerint, atque inde Casulam ferendi χωρὶς ἐπιτραχηλίου *absque Sacerdotali stola*, cum solo ὠραρίῳ *Diaconica stola*, ius vsque hodie haberent: & exinde iterum plures sunt quam septem Diaconi in Ecclesia C P. septem videlicet adinstar septem aliorum ab Apostolis institutorum, & septem ἐξωκατάκοιλοι superadditi ex Sacerdotibus deriuati, qui tamen prioribus præpositi non sunt: & adiuncto, pro Patriarcharum beneplacito quintodecimo tres quinarios Diaconorum superius assignatos constituunt. Vide superius dicta numero 16.

55 Ο πρωτονοτάριος.] Consulatur numerus idem 16.

56 Ο ἐπὶ τῆς καταστάσεως.] Quem institutum dicit Codenus, εἰς τὸ ποιεῖν εὐταξίαν ἐντὸς τοῦ βήματος, *vt debitum ordinem intra sacra septa seruari procuret*: exterius enim reuerentiam & modestiam cunctis indicebat, ὁ εὐταξίας *cerimoniarum siue compositi ordinis & modestiæ magister*.

57 Ο ὀρφανοτρόφος.] *Orphanorum est vindex, tutor, nutritius & collegii eorum præpositus*, βρεφοτρόφος *pueris à matribus impudicis expositis*, πτωχοτρόφος *pauperibus* quibusuis, ξενοδόχος *peregrinis aduentantibus* ex Ecclesiæ pecuniis, beneficium idem præstat. Vide Iustinianæam Nouellam tertiam, & Cuiacium in Paratit. Titulo 5.

58 Ο ἄρχων τῶν φώτων.] Codenus, ἔχει τὴν φροντίδα τῶν νεοφωτίστων, *curam habet eorum qui nuper illuminati, hoc est baptizati sunt*, per octo nempe dies à baptismate.

59 Ο νομοδότης.] Correctius vt mihi quidem videtur, Citrius legit ὁ νομισματοδότης, *numismatum & eleemosynarum distributor, eleemosynarius*.

60 Ο ἐπιστάτης τῶν μελωδῶν.] Libros chorales aperit, & quæ cantanda sunt indicat.

61 Ο ἄρχων τῶν κοντακίων.] *Breuiculum* genus Cantici est fol. 165. explicatum: præfectus illorum est, qui ea decantandi munus commissum habet: sicut Choristæ vel Acolythi, apud Latinos Versus & horarum Responsoria.

62 Ο πρωτοκανονάρχης.] De Canonarcha dictum est fol. 29. & 30.

63 Οἱ χαρτουλάριοι.] De illis supra numero 6. & 14.

64 Οἱ χαμαιστάται.) Vide Onomasticon.

65 Δίδοται, ὅτι Κύριος, λέγειν.) Require in officio Laudum fol. 57. numero 17. vbi, quandoque dicatur hoc Troparion.

66 Ἀκτημοσύνη, ἢ εὐσχημοσύνη.) Vbi exponantur hæc, edocet Onomasticon.

67 Κουβουκλείσιοι.) Ἀπὸ τοῦ κουβουκλείου dicitur. Κουβούκλιον autem est ἀρτοφόριον *tabernaculum Eucharistico sacro pani asseruando dicatum*: vel *turris campanaria*, ad eius normam effecta: atque ita iuxta eruditissimi Canacij Agiomauritæ Græcarum linguarum in collegio sapientiæ Romani professoris, Κουβούκλης hic, *clauis Tabernaculi custos est*, vel *qui ad horas Missamve celebrandas è turri campanaria dat signum*. At cum Diaconos quosdam in Synodo 7. Κουβουκλεισίους fuisse legamus, & aliunde Κουβουκλεῖον siue Κουβούκλειον *cubiculum* significare certum sit, ex Metaphraste in Epiphanij vita: tutius dicendū videtur Κουβούκλη & Κουβουκλείσιον cubiculariū,

non indignum Diacono Officium, nunc vero cunctorum vltimum, indicare: nisi quis dicere malit ex Ciaccon. in vitâ Cælestini κουβικλείσιον, *Cubicularium*, non Pontificis, sed Ecclesiæ ministrum fuisse. Addidit enim Cælestinus, vt idem author narrat, supra sepulchra Apostolorum ex Clero Romano custodes, qui dicuntur *Cubicularij*, quos modo dicimus *Capellanos*. Cubiculum quippe erat apud antiquos, quod apud nos Capella: atque ita etiam in Ecclesia Græca, κουβικλείσιος ad eius imitationem institutus, sacrarum custos reliquiarum potuit olim censeri. Coniecturam authoritate sua confirmat illustrissimus Præsul Trapezuntius, qui etiam hodie κουβικλεῖον, sacrarium, reliquiis asseruandis locum deputatum, κουβουκλῆν autem custodem illius esse asserit. Quiscumque fuerit nulla in Iudiciis authoritate pollere censetur ab iis, qui vilem & humilem κουβικλησίου ordinem existimant, quibus Balsamon dissentit in Can. 7. Trullanum scribens: εἶπον τινὲς, μηδὲ δυνατὸν εἶναι τὸ σῖχον τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ κουβικλεισίου, ἤτοι τοῦ ἐπισκόπου· ἀλλὰ ταπεινόν· ἐμοὶ δὲ τοῦτο οὐ δοκεῖ. *Dixerunt quidam nullius esse authoritatis ordinem Cubicularij Ecclesiastici, siue Pontificij, sed humilem & abiectum; quod equidem mihi non arridet.*

RITVS IN ORDINATIONE PRESBYTERI seruandus.

ΤΑΞΙΣ ΓΙΝΟΜΕΝΗ ΕΠΙ ΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑι πρεσβυτέρου.

Post completum Cherubicum hymnum, stat in Soleâ Ordinandus Presbyter, & egressi duo Diaconi, hinc inde eum assumunt, & vsque ad sacras fores deducunt, ibique eum dimittunt: & excipiunt eum duo Presbyteri; primus, & secundus, & ter simul sanctam mensam circumeunt, cantantes. Sancti Martyres præclare præliati. *Sciendum vero, quod quando decantant illud, Sancti Martyres, coram sancta mensa in throno Pontifex sedet, & in gyrum illam obambulant; cum ante Pontificem transierint, inclinationem faciunt, & eius genu Ordinandus exosculatur, ea parte qua ei Pallium superponitur. Exurgente deinde Pontifice ad eum Ordinandus accedit, & ter ab eo in capite cruce signatur: & frontem sacra mensa suffulciens, vtrumque genu incuruat. Et Diacono exclamante.* Attendamus. *Confestim Pontifex dextram manum eius capiti impositam tenens, exclamat.* Diuina gratia quæ semper infirma curat, & ea quæ desunt adimplet, promouet N. deuotissimum Diaconum in Presbyterum: oremus pro eo, vt veniat super eum sanctissimi Spiritus gratia *Et qui sunt in Tribunali, ter,* Domine miserere, *dicunt: & similiter Cantores. Iterum itaque consignans eum Pontifex, & manum impositam tenens, dicente Diacono.* Dominum precemur.

1 ΜΕτὰ τὸ πληρωθῆναι τὸν Χερουβικὸν ὕμνον, 2 ἵσαται ἐν τῇ Σολέᾳ ὁ μέλλων χειροτονεῖσθαι πρεσβύτερος. καὶ ἐξερχόμενοι 3 δύο διάκονοι λαμβάνουσιν αὐτὸν ἐξ ἑκατέρου μέρους, καὶ φέρουσιν αὐτὸν, ἄχρι τῶν ἁγίων θυρῶν, ἐκεῖ δὲ ἀπολύουσιν αὐτὸν οἱ διάκονοι· καὶ λαμβάνουσιν αὐτὸν δύο πρεσβύτεροι, 4 ὁ πρῶτος καὶ ὁ δεύτερος, καὶ 5 κυκλοῦσι τρὶς τὴν ἁγίαν τράπεζαν. ψάλλοντες καὶ τὸ, 6 Ἅγιοι μάρτυρες οἱ καλῶς ἀθλήσαντες. Ἰστέον δὲ ὅπ' ὅταν ψάλλωσι τὸ, Ἅγιοι μάρτυρες, κάθηται ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας τραπέζης ὁ ἀρχιερεὺς, 7 εἰς θρόνιον, καὶ ἐκεῖ ὅπου κυκλοῦσι γύροθεν, ὅταν ἔρχωνται ἔμπροσθεν τοῦ ἀρχιερέως, ποιοῦσι μετάνοιαν, καὶ ὁ χειροτονούμενος 8 ἀσπάζεται τὸ γόνυ τοῦ ἀρχιερέως, ἐπάνω τοῦ ὠμοφορίου. Εἶτα ἀνιστάμενος ὁ ἀρχιερεὺς, προσέρχεται αὐτῷ ὁ χειροτονούμενος, καὶ 9 σφραγίζεται τρὶς τὴν κεφαλὴν παρ' αὐτοῦ. Καὶ ἐρείσας τὸ μέτωπον τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ 10 κλίνει καὶ ἄμφω τὰ γόνατα. Καὶ ἐκφωνοῦντος τοῦ διακόνου. Πρόσχωμεν, εὐθὺς ἐκφωνεῖ ὁ ἀρχιερεὺς ἔχων καὶ τὴν δεξιὰν χεῖρα ἐπικειμένην αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ. Η θεία χάρις, ἡ πάντοτε τὰ ἀσθενῆ θεραπεύουσα καὶ τὰ ἐλλείποντα ἀναπληροῦσα, προχειρίζεται τὸν δεῖνα, τὸν εὐλαβέστατον διάκονον, 11 εἰς πρεσβύτερον, εὐξώμεθα οὖν ὑπὲρ αὐτοῦ, ἵνα ἔλθῃ ἐπ' αὐτὸν ἡ χάρις τοῦ παναγίου πνεύματος. Καὶ λέγουσι τὸ, κύριε ἐλέησον γ'. οἱ ἐντὸς τοῦ βήματος, ὁμοίως καὶ οἱ ψάλται. Πάλιν οὖν σφραγίσας αὐτὸν γ'. καὶ τὴν χεῖρα ἔχων ἐπικειμένην, τοῦ διακόνου εἰπόντος. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

12 Λέγει ὁ ἀρχιερεὺς τὴν εὐχὴν ταύτην μυστικῶς.

Ὁ Θεὸς ὁ ἄναρχος καὶ ἀτελεύτητος, 12 ὁ πάσης κτίσεως πρεσβύτερος ὑπάρχων, ὁ τῇ προσηγορίᾳ τοῦ πρεσβυτέρου τιμήσας τοὺς ἐν τῷ βαθμῷ τούτῳ ἀξιωθέντας 13 ἱερουργεῖν τὸν λόγον τῆς σῆς ἀληθείας· αὐτὸς δέσποτα τῶν ἁπάντων, καὶ τοῦτον ὃν εὐδόκησας, προχειρισθῆναι παρ' ἐμοῦ, ἐν ἀμέμπτῳ πολιτείᾳ, καὶ ἀκλινεῖ τῇ πίστει, εὐδόκησον ὑποδέξασθαι τὴν μεγάλην ταύτην χάριν τοῦ ἁγίου σου πνεύματος· καὶ τέλειον ἀνάδειξον δοῦλόν σου, ἐν πᾶσιν εὐαρεστοῦντά σοι, καὶ ἀξίως πολιτευόμενον τῆς δωρηθείσης αὐτῷ ὑπὸ τῆς σῆς προγνωστικῆς δυνάμεως, μεγάλης ταύτης ἱερατικῆς τιμῆς. Ὅτι σὸν τὸ κράτος, καὶ σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

14 Καὶ μετὰ τὴν ἐκφώνησιν, λέγει 14 ὁ πρωτοπαπᾶς λεπτῇ φωνῇ ὅσον ἀκούειν τοὺς συμπαρόντας καὶ ἀποκρίνεσθαι τὰ διακονικὰ ταῦτα.

Ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης, τοῦ.

Ὑπὲρ τοῦ ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν, τοῦ δεῖνος ἱερωσύνης, ἀντιλήψεως, διαμονῆς, εἰρήνης, ὑγείας, σωτηρίας αὐτοῦ, καὶ τοῦ ἔργου τῶν χειρῶν αὐτοῦ, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὅπως ὁ φιλάνθρωπος θεὸς ἡμῶν, ἄσπιλον καὶ ἀμώμητον αὐτῷ τὴν ἱερωσύνην χαρίσηται, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ δούλου τοῦ θεοῦ, τοῦ δεῖνος, τοῦ νυνὶ προχειριζομένου πρεσβυτέρου, καὶ τῆς σωτηρίας αὐτοῦ, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῆς πόλεως ταύτης.

Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς.

Ἀντιλαβοῦ, σῶσον.

Τῆς παναγίας ἀχράντου.

Ὁ δὲ ἀρχιερεὺς ἔχων τὴν χεῖρα ἐπικειμένην, εὔχεται οὕτως.

Ὁ Θεὸς ὁ μέγας ἐν δυνάμει, καὶ ἀνεξιχνίαστος ἐν συνέσει, ὁ θαυμαστὸς ἐν βουλαῖς, ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων· αὐτὸς κύριε καὶ τοῦτον, ὃν εὐδόκησας τὸν τοῦ πρεσβυτέρου ὑπεισελθεῖν βαθμὸν, πλήρωσον τῆς τοῦ ἁγίου σου πνεύματος δωρεᾶς· ἵνα γένηται ἄξιος παρεστάναι ἀμέμπτως τῷ θυσιαστηρίῳ σου, κηρύσσειν τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας σου, ἱερουργεῖν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας σου, προσφέρειν σοι δῶρα καὶ θυσίας

Orationem istam secreto recitat.

Deus principio & fine carens, omni creatura antiquior, qui Presbyteri appellatione, dignos in gradu isto veritatis tuæ verbum sanctificare habitos decorasti: ipse omnium Domine, istum quem tibi, à me promoueri, complacuit, in conuersatione inculpata, & fide indeficiente, ingentem etiam hanc gratiam sancti tui Spiritus recipere complaceat, & perfectum seruum tuum in omnibus tibi placentem, concesso sibi, à præsciente tua virtute, magno hoc Sacerdotali honore digne conuersaturum renuncia. Quia tua est potentia, & tuum est regnum, & virtus, & gloria, Patris, & Filii, & sancti Spiritus: nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

Et post Exclamationem submissa voce, quæ tantum ab astantibus vt respondeant audiatur, Diaconica hæc primus Sacerdotum dicit.

In pace Dominum precemur.

Pro superna pace.

Pro Archiepiscopo nostro N. Sacerdotio, auxilio, perseuerantia, pace, valetudine, salute, & opere manuum eius: Dominum precemur.

Vt clemens Deus noster purum & inculpatum ei Sacerdotium largiatur: Dominum precemur.

Pro seruo Dei N. nunc in Sacerdotem promoto, & pro salute eius: Dominum precemur.

Pro ciuitate hac.

Vt liberemur.

Succure, salua.

Sanctissimæ, illibatæ.

Pontifex vero manum impositam tenens precatur hoc pacto.

Deus in virtute magnus, intellectu inuestigabilis, & mirabilis in consiliis super filios hominum: ipse Domine, etiam & istum quem tibi Presbyteri gradum subire complacuit, dono sancti tui Spiritus adimple, vt inculpate sancto tuo altari assistere dignus fiat, regni tui Euangelium annunciare, veritatis tuæ verbum sanctificare, dona, & hostias

ſpirituales tibi offerre, populumque tuum per lauacrũ regenerationis innouare: vt & ipſe in ſecundo magni Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Filij tui vnigeniti aduentu occurrens rectæ adminiſtrationis proprij nimirum ſibi ordinis, in multitudine bonitatis tuæ, mercedem accipiat.

Quia benedictum, & glorificatum eſt venerandum, & magnificum nomen tuum.

Et dicto, Amen, *erigit illum, & poſteriorem Stolæ partem, ad anterius dextrum latus reducit, dicens.* Dignus.

Deinde induens illum caſulâ rurſum exclamat: Dignus.

Et cantant illud idem, qui ſunt in Tribunali, & Cantores. Atque ita Pontificem exoſculatur, & Presbyteros: & digreſſus ſtat cum Presbyteris, legens ſuum Miſſale.

Et Diaconus in ſolito loco ſtat, dicens: Orationem noſtram Domino compleamus.

Cum vero ſancta fuerint abſoluta, & dicturus eſt: Ita vt ſumentibus fiant.

Accedit Ordinatus, & Pontifex ſanctum panem ei tradit, dicens: Accipe depoſitum iſtud, & cuſtodi illud, vſque ad aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum à te repetetur.

Accipiens ille manum Pontificis oſculatur, & ad eum, quo prius ſtabat, locum digreditur: manibuſque ſuper ſancta menſa poſitis, tacitus dicit: Domine miſerere.

Et, Miſerere mei Deus.

Cum vero dicturus eſt: Sancta ſanctis. *Tunc Ordinatus panem ſanctum reſtituit: & prior cæteris manu Pontificis communicat: & Orationem retro Ambonem dicendam, ipſe pronunciat.*

πνευματικάς, ἀνακαινίζειν τὸν λαόν σου διὰ τῆς τοῦ λουτροῦ παλιγγενεσίας. ὅπως καὶ αὐτὸς ὑπαντήσας ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐπιδημίᾳ τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, δέξηται τὸν μισθὸν τῆς ἀγαθῆς οἰκονομίας τοῦ οἰκείου τάγματος ἐν τῷ πλήθει τῆς ἀγαθότητός σου.

Ὅτι εὐλόγηται καὶ δεδόξασται τὸ πάντιμον καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου.

Καὶ μετὰ τὸ, ἀμὴν, 15 ἀνίστησιν αὐτὸν, 16 καὶ φέρει τὸ ὄπισθεν τοῦ ὠραρίου αὐτοῦ, ἐπὶ τὸ ἔμπροσθεν τοῦ δεξιοῦ μέρους. λέγων. Ἄξιος.

17 Εἶτα ἐνδύων αὐτὸν τὸ φαιλόνιον ἐκφωνεῖ καὶ αὖθις τὸ, 18 Ἄξιος, Καὶ ψάλλουσιν αὐτὸ οἱ τοῦ βήματος, καὶ οἱ ψάλται. 19 καὶ οὕτως ἀσπάζεται τὸν ἀρχιερέα, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους, καὶ ἀπερχόμενος 20 ἵσταται μετὰ τῶν πρεσβυτέρων 21 ἀναγινώσκων τὸ κοντάκιον.

Καὶ ὁ διάκονος ἵσταται εἰς τὸν συνήθη τόπον, λέγων, τὸ, Πληρώσωμεν τὴν δέησιν ἡμῶν τῷ κυρίῳ.

22 Ὅτε δὲ τελειωθῶσι τὰ ἅγια, καὶ μέλλει εἰπεῖν, ὥστε γενέσθαι τοῖς μεταλαμβάνουσι.

Προσερχόμενος ὁ χειροτονηθεὶς, ἐπιδίδωσιν αὐτῷ ὁ ἀρχιερεὺς τὸν ἅγιον ἄρτον, λέγων οὕτως. Λάβε τὴν παρακαταθήκην ταύτην, καὶ φύλαξον αὐτὴν, ἕως τῆς παρουσίας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτε παρ' αὐτοῦ μέλλεις ἀπαιτεῖσθαι αὐτήν.

Ὁ δὲ λαβὼν, ἀσπάζεται τὴν χεῖρα τοῦ ἀρχιερέως καὶ ἀπέρχεται ἐν ᾧ πρότερον ἵστατο τόπῳ· τὰς δὲ χεῖρας θεὶς ἐπάνω τῆς ἁγίας τραπέζης· καθ' ἑαυτὸν δὲ λέγων, τὸ, Κύριε ἐλέησον.

Καὶ, ἐλέησόν με ὁ θεός.

Ὅτε δὲ μέλλει εἰπεῖν· Τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις· τότε ὁ χειροτονηθεὶς, ἀποδίδωσι τὸν ἅγιον ἄρτον. καὶ παρὰ τοῦ ἀρχιερέως 23 μεταλαμβάνει πρῶτος τῶν ἄλλων. καὶ 24 λέγει καὶ τὴν ὀπισθάμβωνον εὐχήν.

VARIÆ LECTIONES.

Regia ſimul cum Cryptæ Ferratæ M. S. preſens Officium hoc pacto legunt.

Τάξις γινομένη ἐπὶ χειροτονίᾳ πρεσβυτέρου.

Μετὰ δὲ εἰσενεχθῆναι, καὶ ἀποτεθῆναι τὰ θεῖα δῶρα ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ πληρωθῆναί τε τὸν μυστικὸν ὕμνον προσάγεται ὁ χειροτονηθῆναι μέλλων, ὑπὸ τοῦ πρώτου τῶν πρεσβυτέρων, ἢ ἄλλου, τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ, καὶ τοῦ χαρτοφύλακος διδόντος τῷ ἀρχιερεῖ χαρτίον ἔγγραφον, καὶ ἐκφωνοῦντος αὐτοῦ, ἢ τοῦ ἀρχιδιακόνου, δὲ, πρόσχωμεν· ἀναγινώσκει τὰ γεγραμμένα ὁ ἀρχιερεὺς εἰς ἐπήκοον πάντων ἔχοντα οὕτως.

Η θεία χάρις. Vt ſupra.

Καὶ πάντων λεγόντων ἐκ τρίτου δὲ, Κύριε ἐλέησον. ὁ χειροτονούμενος ἀμφότερα κλίνει τὰ γόνατα, ἐπὶ τῆς κρηπίδος· ὁ δὲ ἀρχιερεὺς ποιῶν σταυροὺς τρεῖς, καὶ ἔχων ἐπικειμένην τὴν χεῖρα· εὔχεται οὕτως.

Ο θεὸς ὁ ἄναρχος. Vt ſupra.

Καὶ ἄρχεται ὁ πρῶτος τῶν πρεσβυτέρων λεπτῇ φωνῇ ὅσον ἀκούειν τοὺς συμπαρόντας πρεσβυτέρους, καὶ ἀποκρίνεσθαι, τὰ διακονικὰ ταῦτα.

Εν εἰρήνῃ. Vt ſupra.

Καὶ τούτων λεγομένων, ὁ ἀρχιερεὺς ἔχων ὁμοίως τὴν χεῖρα ἐπικειμένην τῇ τοῦ χειροτονουμένου κορυφῇ εὔχεται οὕτως.

Ο μέγας ἐν δυνάμει. Vt ſupra.

Καὶ μετὰ δὲ, ἀμήν, φέρει δὲ ὄπισθεν τοῦ ὠράριον αὐτοῦ ἐπὶ τὰ ἔμπροσθεν. εἶτα δὲ φελώνιον αὐτοῦ ἐνδύων, καὶ διδοὺς αὐτοῦ ἀσπασμὸν, ἐπιτρέπει στῆναι μετὰ τῶν πρεσβυτέρων. καὶ οὕτως ὁ διάκονος λέγει. Πληρώσωμεν τὴν δέησιν ἡμῶν.

Οτε δὲ ἀρθῇ δὲ καταπέτασμα ἐκ τῶν ἁγίων δώρων· καὶ εἴπῃ ὁ λαὸς δὲ, Αξιον καὶ δίκαιον. λαμβάνων ὁ ἀρχιερεὺς ἐκ τοῦ δίσκου μερίδα τῶν θείων ἄρτων, δίδωσιν εἰς τὰς χεῖρας τοῦ χειροτονηθέντος· καὶ ἀσπάζεται μόνην τὴν τοῦ ἀρχιερέως χεῖρα· καὶ κλίνει τοῦτον ἐπάνω τῆς ἁγίας τραπέζης. ὁ δὲ μέτωπον ἐπιτίθησι τῷ περὶ αὐτοῦ κατεχομένῳ ἄρτῳ, καὶ μένει κεκλιμένος οὕτως. ὅτε δὲ εἴπῃ ὁ ἀρχιερεύς. Τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις. τότε ὁ χειροτονηθεὶς δίδωσιν αὐτοῦ τὸν ἄρτον,

Ordo fieri ſolitus in Ordinatione Presbyteri.

Poſtquam fuerint deportata, & in menſa ſacra depoſita, ſacra dona, completo myſtico hymno, adducitur Ordinandus à Presbyterorum primo, aut aliquo alio, & menſæ ſacræ applicatur. Et Chartophylace tabellam ſcriptam dante, eoque, vel Archidiacono exclamante. Attendamus. *Pontifex in omnium auditu legit ſcripta, quæ ſic habent.*

Diuina gratia, &c.

Et omnibus, Domine miſerere, *vſque tertio dicentibus: vtrumque genu inclinat Ordinandus, in altaris gradu: Pontifex autem tribus crucibus factis, tenet ei manum impoſitam, & ſic precatur.*

Deus ſine principio, &c.

Et Archipresbyter humili voce, & quanta ab aſtantibus Sacerdotibus, vt reſpondeant exaudiatur, Diaconica hæc incipit.

In pace, &c.

His dictis, manum pariter impoſitam in Ordinati vertice tenens Pontifex, ſic precatur.

Qui magnus es in virtute, &c.

Et reſponſo, Amen: *partem Orarij poſteriorem in anteriorem pectoris Ordinati, reducit: deinde Caſulâ eum induit, illumque oſculatur, & cum Sacerdotibus ſtare permittit: atque ita Diaconus dicit:* Compleamus orationem noſtram.

Cum vero, è donis ſanctis ſublatum fuerit velum; & populus dixerit, Dignum & iuſtum eſt. *Accipiens Pontifex è diſco ſacrorum panum particulam, in manus Ordinati eam tradit: & ille ſolam Pontificis manum oſculatur: & inclinat eum ſuper menſam ſacram. Ille vero pani à ſe manu apprehenſo, frontem inclinat, atque ita inclinatus manet. Cum autem dixerit Pontifex,* Sancta Sanctis: *tunc panem ei reddit Ordinatus,*

& ab eo prius alijs Sacerdotibus pretiosi corporis & sanguinis Christi particeps factus, communionem alijs distribuit: orationemque retro Ambonem recitat: & per septem dies continuos quotidie celebrat.

καὶ πρὸ αὐτοῦ μεταλαμβάνων τοῦ τιμίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ παρὰ τῶν ἄλλων πρεσβυτέρων, μεταδίδωσιν αὐτὸς τοῖς λοιποῖς. ποιεῖ δὲ καὶ τὴν ὀπισθάμβωνον εὐχήν· καὶ λειτουργεῖ καθ' ἑκάστην ἡμέρας ἑπτά.

Euchologium Barberinum S. Marci sic habet.

In Ordinatione Presbyteri.

Postquam sacra dona introducta fuerint, & in sacra mensa deposita, mysticusque etiam hymnus persolutus, de more tabella Pontifici traditur: illoque cunctis audientibus legente, præsentatur illi Ordinandus, qui cum genua flexerit: tres cruces facit Pontifex super caput eius: & impositam illi manum tenens, precatur hoc pacto.

Deus sine principio, &c.

Et vnus Sacerdotum Diaconi precem sic peragit. In pace Dominum, &c.

Et dum fit à Sacerdote hæc oratio, eodem modo manum super Ordinati caput tenens Pontifex, ita precatur.

Deus magnus, &c.

Et responso, Amen, *partem superiorem Stolæ illius ante pectus reducit: & Casulâ illum induit, eique pacem osculo dato imprecatur: & tandem illum cum reliquis Presbyteris collocat: & tunc dicit Diaconus.*

Compleamus orationem nostram Domino.

Et cum à sanctis donis velum ablatum fuerit: & dixerit populus. Dignum & iustum est. *Tunc Pontifex panem vnum è disco acceptum Ordinato Presbytero in manus tradit: illumque, datum sibi panem in manibus tenentem, in altare inclinat. Ille vero dato pani caput imponit: & hoc pacto manet, vsquedum dicatur:* Sancta sanctis.

Et eo tempore Archiepiscopo panem reddit Ordinatus, & præ alijs Sacerdotibus communicantibus ipse primus communicat, & sanctum sanguinem ab ipso Ordinante suscipit.

Ἐπὶ χειροτονίᾳ πρεσβυτέρου.

Μετὰ τὸ εἰσενεχθῆναι τὰ ἅγια δῶρα, καὶ ἀποτεθῆναι ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ, καὶ πληρωθῆναι τὸν μυστικὸν ὕμνον, ἐπιδίδοται τῷ ἀρχιεπισκόπῳ ὁ πρὸς συνήθειαν χάρτης· καὶ ἀναγινωσκομένου αὐτοῦ εἰς ἐπήκοον πάντων προσάγεται ὁ μέλλων χειροτονεῖσθαι, καὶ τούτου γόνυ κάμπτοντος, ποιεῖ τρεῖς σταυροὺς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἔχων ἐπικειμένην τὴν χεῖρα, ἐπεύχεται ταῦτα.

Ὁ θεὸς ὁ ἄναρχος.

Καὶ ποιεῖ εἷς τῶν πρεσβυτέρων εὐχὴν διακόνου, οὕτως. Ἐν εἰρήνῃ. Vt supra.

Καὶ ἐν τῷ γίνεσθαι τὴν εὐχὴν ταύτην παρὰ τοῦ πρεσβυτέρου, ἔχων ὁμοίως τὴν χεῖρα ὁ ἀρχιεπίσκοπος ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ χειροτονουμένου, ἐπεύχεται οὕτως.

Ὁ θεὸς, ὁ μέγας. Vt supra.

Καὶ μετὰ τὸ, ἀμήν, φέρει τὸ ὄπισθεν τοῦ ὠραρίου αὐτοῦ ἐπὶ τὰ ἔμπροσθεν, καὶ ἐνδύει αὐτὸν τὸ φελώνιον αὐτοῦ, καὶ δίδωσιν αὐτῷ ἀγάπην, καὶ ἱστᾷ αὐτὸν μετὰ τῶν λοιπῶν πρεσβυτέρων· καὶ τότε λέγει ὁ διάκονος.

Πληρώσωμεν τὴν δέησιν ἡμῶν τῷ κυρίῳ.

Καὶ ὅτε ἐπαρθῇ τὸ καταπέτασμα τῶν ἁγίων δώρων καὶ εἴπῃ ὁ λαὸς τὸ, Ἄξιον καὶ δίκαιον· τότε ὁ ἀρχιεπίσκοπος ἐπιδίδωσι τῷ χειροτονηθέντι πρεσβυτέρῳ ἕνα ἄρτον ἐκ τοῦ δίσκου εἰς τὰς χεῖρας, καὶ κλίνει αὐτὸν ἐπὶ τῆς ἁγίας τραπέζης κρατοῦντα τὸν ἐπιδοθέντα αὐτῷ ἄρτον ἐν ταῖς χερσί, καὶ ἐπιτιθέντα τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἐπάνω αὐτοῦ, καὶ μένοντα οὕτως, μέχρι τοῦ ῥηθῆναι, Τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις.

Καὶ τότε ἀποδίδωσι τὸν ἄρτον ὁ χειροτονηθεὶς τῷ ἀρχιεπισκόπῳ, καὶ κοινωνεῖ πρῶτος τῶν ἄλλων πρεσβυτέρων μεταλαμβανόντων, καὶ τοῦ ἁγίου αἵματος, παρὰ αὐτοῦ τοῦ χειροτονήσαντος.

In Ritum Ordinationis Presbyteri Notæ.

1 Μετὰ τὸ πληρωθῆναι τ̃ Χερουβικὸν ὕμνον.] Is idem est Hymnus qui & mysticus dicitur, & locum Offertorij tenet in liturgia, de quo fol. 131. Diaconus autem in Sacerdotem consecrandus, in præuia liturgiæ parte ministrasse debet, & Diaconi partes egisse, prout indicat Symeon Thessalonicensis lib. de Sacra. ἱερουργοῦντος τ̃ ἱεράρχου, συλλειτουργῶν καὶ αὐτὸς (ὁ χειροτονούμενος) τὰ τ̃ ἀρχιδιακόνου τελεῖ, καὶ τὸ εὐαγγέλιον λέγει, εὐλογίαν δεχόμενος, ἐπὶ τ̃ θεῖον ἄρτον ἐπὶ τ̃ κεφαλῆς ἐν τῇ μεγάλῃ φέρει εἰσόδῳ, ὡς τὰ τ̃ διακονίας ἀποδιδούς. *Celebrante Pontifice ministrat Ordinandus, & Officium Archidiaconi exequitur, Euangelium accepta prius benedictione legit, sacrumque panem in maiori Introitu in capite defert, velut si ministerium Diaconi deponat.*

2 Ἵσταται ἐν τῇ σωλέᾳ.] In Solea extra adytum sacrum stat Diaconus in Presbyterum Ordinandus, vel ex animi deuotione, vel etiam quia Soleas, non male commodus est eius officio locus, in quo sanguinem Christi dispensat: vel saltem Sacerdoti ad mysteria sacra populum admittenti, subministrat.

3 Δύο διάκονοι λαμβάνουσιν αὐτόν.] Eodem ritu Presbyter promouendus quondam deducebatur in Ecclesia Romana iuxta veterem eius Ordinem, in quo legimus. *Parato electo qui Presbyter Ordinandus est, Diaconi more, cum Orario: præsentantibus eum atque deducentibus duobus Diaconis vsque ad Presbyteros, duo Presbyteri ducunt vsque ad sedem Pontificis.*

4 Ὁ πρῶτος καὶ ὁ δεύτερος.] Qui alias dicuntur πρωτοιερεὺς & δευτερεύων τ̃ ἱερέων: de quibus in præcedentibus abunde.

5 Κυκλοῦσι τὴν ἁγίαν τράπεζαν.] Cuius rationem reddit Symeon Thessal. τ̃ ἀρχιδιακόνου, καὶ λοιπῶν ἄλλων προηγουμένων κυκλοῦται, καὶ χορείαν ποιεῖ περὶ τὴν θείαν τράπεζαν, συνιστῶν καὶ αὐτὸς χορείαν ἀγγέλων, καὶ ἱερέων· καὶ τρεῖς αὐτὴν τελεῖ, τὴν τριάδα δοξολογῶν, τοὺς ἁγίους μάρτυρας ἐγκαλούμενος, ἀγωνισάμενος καὶ αὐτὸς ἐν Χριστῷ. *Archidiacono, & reliquis alijs præcedentibus circuit, & choream agit circa sacram mensam, componitque ipse Angelorum & Sacerdotum choream; terque hanc ducit, & laudem Trinitati reddit, & Martyres inuocat, ad quorum exemplum ipse iam certamen sustinuit.*

6 Ἅγιοι μάρτυρες.] Vide reliqua huius Troparij in Onomastico.

7 Εἰς θρονίον.] Addunt vetusti codices Veneti, μικρὸν in humili nimirum sede: & sacræ mensæ dorso innixa.

8 Ἀσπάζεται τὸ γόνυ τὸ δεξιόν.] Pontificis pallium, vtpote Latino multo latius, & longius, in genuum loco Sacerdos ordinandus osculatur, quo & dignitatem Pontificis humiliatus veneretur, & potestatem omnem quam ambit, ab eo tanquam à paterno traduce profluere profiteatur.

9 Σφραγίζεται τρίτον τὴν κεφαλήν.) Crucis signo in Sacerdotali maxime Ordinatione facto clarum reddunt testimonium Chrysostomus & Augustinus. Ille quidem de huius signi adorat. διὸ σφραγὶς κέκληται: ὅτι πάντα τ̃ θεοῦ τὰ παρακαταθήκας, ὅσας ἂν λάβωμεν τούτῳ καθάπερ τινὶ σημαντῆρι βασιλικῷ, καὶ δακτυλίῳ σφραγίζομεν ἂν προστασίαν δήμου τινὶ παρακαταθῶμεν, κἂν πρὸς τὸ τ̃ ἱερωσύνης ἀγάγωμεν ἀξίωμα, μετὰ τὰς μυρίας ἐπικλήσεις καὶ καλέσαι τ̃ πνεύματος τὴν χάριν ἐλθοῦσαν τούτῳ σφραγίζομεν ὥσπερ ἐναποκλείοντες ἐν ἀσφαλεῖ ταμιείῳ τὴν δοθεῖσαν δωρεάν. *Ideo signaculum (crux) appellata est, eo quod diuina deposita omnia quæ accepimus, ea quasi signo quodam ac annulo regio obsignamus. Si quem populo præficiamus, vel ad Sacerdotis alium prouehamus dignitatem, post innumeras preces, & inuocationem gratiæ sancti Spiritus aduenturæ, hac obsignamus, quasi certo ærario donum recludentes.* Augustinus vero in Appendice de diuersis serm. 75. *Omnia Ecclesiastica*, inquit, *Sacramenta in crucis virtute perficiuntur: sed per hoc maxime signum, Sacerdotes & Leuitæ, ad sacros Ordines prouehuntur.*

10 Κλίνει ἄμφω τὰ γόνατα.) Vtrique genu à Sacerdote flectendo attestatur Dionysius de Eccl. Hierarc. cap. 5. ὁ ἱερεὺς ἄμφω τῷ πόδε κλίνας ἔμπροσθεν τ̃ θυσιαστηρίου, ἐπὶ κεφαλῆς ἔχει τὴν ἱεραρχικὴν δεξιάν. *Sacerdos flexo ante altare genu vtroque, admotam capiti Pontificis manum habet.* Cuius mysterium in promptu est apud Symeonem Thessal. διὰ τὴν δουλείαν καὶ προσαγωγὴν πρὸς τὰ μείζω, *propter subiectionem, & ad maiora accessum.* Ita vero necessariam vel congruam Sacerdoti Ordinando duxerunt antiqui Patres genuflexionem, vt etiam festiuis diebus quibus in genua procumbere nefas est, Sacerdotium suscepturos voluerint cum hac corporis demissione consecrari. Hinc non sine futuri Sacerdotij omine animaduerterunt spiritualis instructionis Gregorij Nazianzeni patris testes, illum genuflexum Catecheses & fidei rudimenta percepisse.

11 Εἰς πρεσβύτερον.) Duplicem potestatem qua pollet Sacerdos duabus manuum impositionibus, & distinctis verborum formulis Ordinato Pontifex Latinus impertit. *Accipe*, enim ait primo, *potestatem offerre sacrificium Deo, &c.* Et secundo: *Accipe Spiritum sanctum, quorum remiseris peccata*, &c. Græcus vna manus impositione vnoq; verbo (cætera enim sunt ei, cum Diacono & Episcopo Ordinandis communia) εἰς πρεσβύτερον, vtramque, in corpus verum & in corpus mysticum authoritatem confert. Atque idem est dicere, ait Arcudius lib. 6. cap. 8. Creatur venerabilis N. Presbyter ac consecratur, ad obeundas omnes functiones, quæ ad Presbyterum spectant: non tantum scilicet ad sacrificium offerendum, verum etiam si opus fuerit, ad reconciliandos pœnitentes, cæteraque sacramenta administranda. Difficultas autem vel obscuritas, si quæ in verbis adiunctis se offerat; ex dictis, vbi de Diaconi Ordinatione, cuncta dissoluitur. Quamuis non taceam Catum spiritum quendam patria Italum, ritu forsan Hermaphroditum, animo, vbi emergit occasio, Arcudio infensissimū, imo etiam & Catholicæ veritatis in nonnullis aduersarium, formam Ordinis Catholicam à Græcis vsitatam, & à sancta Romana Ecclesia approbatam, ex eo maxime quod Sacerdotes Græcos bene de fide sentientes in suam communionem admittit, respuere, nouaque alia tanquam fabulosa & fictitia Minerua è suo cerebro nata, & aduersus Theologorum omnium agmen sacrum instructa, nouaque pariter materia, è Chao rudi, indigestaque

mole suorum somniorum eductus, augustum Ordinis Sacramentum componere, pluribus Prolegomeni vnici circa Ordinem argumentis, molitum fuisse. Verum quia forma quam assignat à Græcis exploditur, & materia quam profert, licet à Latinorum propria, non longe abhorreat (hanc enim contactum altaris, sacrorumque vasorum in eo repositorum esse fingit, & affirmat) à Theologis tamen Latinis non admittitur: eius vero libri non tantum editi, sed & edendi condemnati sunt: non est cur contra hostem in terram iam actum, viribus fractum, imo & penitus subactum, telum torqueamus: maxime cum sibi consulens, caput in manus potentiorum principum deponit, & corpus alibi se ponere vereatur: & S. R. E. sensus eum satis superque condemnet, in Catechismo vulgari Græco sacræ Congregationis de propaganda fide iussu, & expensis Romæ excuso, in quo de Ordinis materia & forma pauca quidem, sed Græcorum Patrum sententiæ consona determinat: ἡ ὕλη αὐτοῦ τοῦ μυστηρίου εἶναι τὸ βάλσιμον τῶν χειρῶν τοῦ ἀρχιερέως εἰς τὴν κεφαλὴν ἐκείνων ὁπού χειροτονοῦνται· τὸ εἶδος ἤγουν τὰ λόγια ὁπού δίδουσι δύναμιν αὐτοῦ τοῦ μυστηρίου εἶναι. ἡ θεία χάρις, καὶ τὰ ἑξῆς. *Materia huius Sacramenti est impositio manuum Pontificis super caput eorum qui ordinantur: forma, idest, verba quæ Sacramento virtutem conferunt: sunt hæc Diuina gratia, &c.*

12 Πάσης κτίσεως πρεσβύτητος.] Deus, cuius esse principium & finem ignorat, omnemque creaturam æternitate, sapientia, & dignitate superat, quos ætate seniores, cœlesti sensu, potestateque in Ecclesia locupletat; hos πρεσβυτέρων προσηγορίᾳ, (pie πρεσβύτητος) præ cunctis aliis suis ministris, voluit esse insignitos.

13 Ἱερουργεῖν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας] Allusio ad dictum Pauli Rom. 15. quo se ἱερουργοῦντα εὐαγγέλιον profitetur: quia sacris operans Euangelium prædicabat, & Euangelii verbo audientium animas quasi victimas Deo consecrabat, & sacris virtutum ritibus initiabat.

14 Ὁ πρωτοπαπᾶς.) Πάπας vel Πάππας paroxitona *Papam* supremum Pontificem corrupto Græcorum loquendi genere significat. Παπᾶς vero circumflexa in vltima, Sacerdotem quidem, sed eum qui in sæculo degit: ἱερομόναχος autem, Monachum Sacerdotali dignitate clarum indicat. Hinc πρωτοπαπᾶς nobis Archipresbyter vocatus, primas inter Sacerdotes obtinens, & propterea ius aliquod in eos exercens.

15 Ἀνίστησιν αὐτόν.) Tenuerat diu Sacerdos dum ordinaretur frontem altari innixam & applicitam: ἐκεῖ γὰρ τῶν χαρισμάτων θησαυρός: *ibi enim*, ait Simeon, *gratiarum residet thesaurus*: nunc plene ordinatum Pontifex erigit: ἀνίστησιν αὐτόν, δεικνὺς αὐτοῦ τὴν ἀπὸ ταπεινοτέρων εἰς τὰ ὑψηλότερα, καὶ θειότερα ἀνάβασιν: *Erigit, inquam illum, & eius ascensum ad celsiora & diuiniora manifestat.*

16 Φέρει τὸ ἐπιδὲν τοῦ ὠραρίου.] Vnicuique Ordinum, vt alibi cum Zonara docuimus, vt officium ita vestis propria est: & vt Thessalonicensis opus de templo scribit: ἕκαστος αὐτῶν ἀναλόγως τῇ τάξει περιτίθεται τὰ ἄμφια· *Quisque suo Ordini conuenienter propriis vestibus amicitur.* Diaconus itaque libera & volante stola ornatus, vagum & liberum Angelorum obsequium repræsentat, cui libertati quasi renuncians, Euangelij iugo, circumdata collo hinc & inde Sacerdotali stola se submittit, & ἐπιτραχήλιον imponit, quod τῆς τελεστικῆς χάριτος φανερόν, *initiatiuæ & consummatiuæ gratiæ argumentum est*, ait idem Symeon. Et rursus, τὸ δὲ γε ἐπιτραχήλιον τελεστικὴν καὶ ἄνωθεν κατερχομένην τοῦ πνεύματος παρίστησι χάριν.

17 Ἐνδύουν αὐτὸν τὸ φελόνιον.] Explicat Thessalonicæ Præsul, ordinati Sacerdotis amictum, hoc pacto: διὸ καὶ ἐκ δευτέρου ζώννυται, ὡς πρὸς μεῖζον καλούμενος ἔργον· καὶ φαινόλιον περιβάλλεται, ὅπερ ἔνδυμα λευκόν ἐστι, δίχα μανικίων ὅλον τὸ σῶμα περιστέλλον. λευκὸν μὲν διὰ τὴν καθαρότητα, καὶ ἁγιωσύνην, καὶ τῆς θείας δόξης περιβολήν, ὅτι ὁ Θεὸς ἐστὶν ἀναβαλλόμενος φῶς ὡς ἱμάτιον, οὐκ ἔχον δὲ μανίκια, διὰ τὸ ἐκτυποῦν τὸν σάκκον, ὃν ὁ σωτὴρ ἐμπαιζόμενος ἐνέδυσατο. περιστέλλον δὲ ὅλον τὸ σῶμα ἄχρι καὶ ἀμφοῖν ποδῶν ἀπὸ κεφαλῆς, διὰ τὴν ἄνωθεν εἰς ἡμᾶς πρόνοιαν, καὶ τὸ σκεπαστικὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ φυλακτικόν· αἴρεται δὲ ἀπὸ τῶν χειρῶν ἐκ πλαγίων ἐν τῷ καιρῷ τῶν ἱερῶν ἔργων, οἱονεὶ πτερὰ γινόμενον, διὰ τὸ ἀγγελικὸν τῆς ἀξίας. καὶ ὅτι αἱ χεῖρες δι᾽ αὐτοῦ φαινόμεναι τὸ πρακτικὸν ἐμφαίνει καὶ ἐνεργὸν τοῦ Θεοῦ, ἐν οἷς ὁ ἱερεὺς ἐνεργεῖ. *Propterea secundo præcingitur*, (primo enim cum Subdiaconus fuerat ordinatus, zonam quoque corpori circumdederat) *quasi ad maius opus vocetur. Casula vero quæ indumentum candidum est, circumamicitur: estque sine manicis, & totum corpus ambit. Candidum indumentum est, propter puritatem & sanctimoniam, & diuinæ gloriæ amictum, quia Deus amictus est lumine sicut vestimento. Manicis vero caret, vtpote designans saccum quem Dominus, dum illuderetur, indutus est. Totum autem corpus ambit à capite vsque ad pedes, propter supernam Dei erga nos prouidentiam: & quia nos fouet & custodit. Sacrarum porro actionum tempore manibus extollitur, & alarum formam exhibet, propter Angelicam dignitatem, & ex eo quod extantes & visæ ex illo manus, virtutem & efficientiam Dei, in his quæ operatur, Sacerdos declarat.*

18 Ἄξιος.] Reponenda hic ob oculos num. 24. in Diaconi ordinatione dicta.

19 Οὗτος ἀσπάζεται τὸν ἱερέα.) Mira sagacitate cunctas Ecclesiæ suæ cerimonias persequitur Symeon Thessalonicensis. εἶτα προτρέπεται, ait, τὴν ἱερὰν ἀσπάσασθαι τράπεζαν, ὡς πλήρη χάριτος, καὶ ὡς ἐν αὐτῇ καθαγιασθείς· εἶτα τὴν ἀρχιερατικὴν δεξιάν, ὡς δι᾽ αὐτῆς χειροτονηθείς, καὶ ἐπὶ τὴν παρειάν, διὰ τὴν θείαν ἀγάπην καὶ τὴν εἰρήνην, καὶ ὅτι ὄργανον ἡ παρειὰ τῶν εὐχῶν, καὶ ὅτι ὁ ἀγαπῶν καὶ ὁ ἀγαπητός, καὶ ὁ τελῶν καὶ ὁ τελούμενος διὰ τοῦτο καὶ οἱ πάντες πρεσβύτεροι χαίροντες ἀσπάζονται τοῦτον ὡς ὁμοταγῆ γενόμενον, καὶ τὸ τῆς ἀγάπης, καὶ τῆς ἑνώσεως ἐπιδείκνυνται. *Commonetur deinde sacram osculari mensam, tanquam gratia exundantem, & quia in ea consecratus est: mox etiam Pontificis dextram, quia per eam promotus est, tum vero genam propter diuinam charitatem & pacem, & quia est instrumentum precum, eo quod etiam ipse & Pontifex, sicut diligens & dilectus, initians & initiatus: propterea & omnes Presbyteri lætantes, cum gaudio hunc deosculantur, quasi eiusdem Ordinis participem, eique dilectionis & vnitatis signum omne demonstrant.* Osculum porro in vniuersa Ecclesia Sacerdoti recens ordinato quondam datum colligitur, tum ex vetere Ordine Romano scribente: *Tunc osculetur singulos dicens. Pax Domini sit semper vobiscum*: tum ex Dionysio de Ecclesia Hierarchia cap. 5. ὁ πρὸς τῷ τέλει τῆς ἱερατικῆς τελειώσεως, ἀσπασμὸς ἱερὰν ἔμφασιν ἔχει· πάντες γὰρ ὅσοι πάρεισι τῶν ἱερατικῶν ὄντες τάξεων, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ τελέσας ἱεράρχης, ἀσπάζονται τὸν τετελεσμένον. *Quæ circa finem in sacrorum Ordinum consecratione adhibetur salutatio, sacram significationem continet. Nam & omnes qui adsunt in sacris constituti, & Pontifex consecrans, consecratum salutant.* Cuius ipse subdit rationem, quia cum animi, charactere Ordinis suscepto, similitudinem in sese mutuam con-

templentur, nec ab amore, nec ab amoris symbolo quod est osculum continere se possunt ἐνδεν ὁ ἀλλήλοις ἱερὸς ἀσπασμὸς ἱερουργεῖται, τὴν τῶν ὁμοειδῶν νόων ἱερὰν κοινωνίαν ἐμφανίζων, καὶ τὴν ἐν ἀλλήλοις ἐρασμίαν εὐφροσύνην, ὡς ὁλοκλήρως ἀποσώζοντα ἱερατικῇ μορφώσει τὸ θεοειδέστατον κάλλος. *Hinc consalutatio illa inter homines Ecclesiastici Ordinis consecratur & perficitur, quæ sanctam eiusdem formæ mentium societatem lætitiamque mutuam, qua amore digna est, indicat: quippe quæ Sacerdotali forma pulchritudinem diuinam conseruat.*

20 Ἵσταται μετὰ τῶν πρεσβυτέρων] An ideo solum, vt & Ordine Presbyteri à Deo insignitus, loco quoque inter Presbyteros à Pontifice promoueatur? τῇ θεοσημείᾳ πρεσβυτέρου τιμηθεὶς βαθμοῦ ἀξιωθῇ, & vt Cyprianus de Numidico scribit epist. 5. *Admonitos & instructos sciatis dignatione diuina, vt Numidicus Presbyter adscribatur Presbyterorum Carthaginensium numero, & nobiscum sedeat in Clero?* Non ita: sed vt cum reliquis Sacerdotibus, & ipso Pontifice, sacra peragat. Huiusmodi enim est apud Græcos sicut & apud Latinos consuetudo vt non tantum recenter ordinati Presbyteri in eadem liturgia Pontifici in sacrificio cooperentur, sed & in diebus solemnioribus plures Pontifices & Sacerdotes Patriarchæ, Episcopo vero plures Sacerdotes, & tandem ὁ ἐκ τοπαρχῶν alii concelebrent, & vnum simul sacrificium & sacramentum aggrediantur perficiendum. Nec mirum: plerisque quippe in locis Constitutionum Apostolorum, & sacrarum historiarum, Pontificum sacrificiis adesse describuntur Sacerdotes: at quo fine, nisi vt eiusdem sacrificii socios se exhibeant? Clarum legimus de hac re apud Ciacconium testimonium in vita Zepherini, qui vt ille scribit: *voluit omnes Presbyteros adesse celebrante Episcopo: quod & Euaristo placuit.* Adesse quidem dices, sed audientium, non consacrificantium proposito. At nisi sacrificarent, non operam certe Pontifici in altari præberent, sed in sedibus consisterent: sacrificio vero cooperatos veteris Ordinis Romani textus indicat, si quadam animi indifferentia legatur; nec nisi Innocentii tertii ætate antiquatam fuisse hanc cõsuetudinem certiores reddimur ex eius libro quarto de sacrificio Missæ cap. 25. quo, vt Presbyteri Cardinales Pontifici concelebrent, præscribit: & etiamnum hodie Roma spectante & approbante, plures Græci Sacerdotes, die sancto Athanasio sacro, ad Missam vnam celebrandam, cum Hierarcha, sacrorum simul cærimonias solemni ac Pontificio ritu peragente conueniunt.

21 Ἀναγινώσκων τὸ κοντάκιον.] Vox κοντάκιον, sæpius *breuem modulum*, de quo in liturgiam Chrysostomi num. 171. Hic autem librum Missalem, vtpote *breuem*, & solas Basilij, Chrysostomi, & Germani liturgias complectentem, significat. Hunc merito legit Sacerdos recens Ordinatus, quia Pontifici confestim concelebrat, & eiusdem liturgiæ fit collega. Cæterum, quamuis de porrigendo à Pontifice Missali nulla fiat hîc mentio: testatur tamen Arcudius lib. 6. cap. 3. se à Monachis C P. fide dignis accepisse, illum à Patriarcha tradi solitum, μετ' εὐφημίας *cum fausta acclamatione*, vocis, ἄξιος, quâ sæpius in Ordinationis ritu solet Pontifex Ordines suscipientis congratulari.

22 Ὅτε δὲ τελειωθῇ τὰ ἅγια.] Paucis immutatis ritum hunc, ita Thessalonicensis explicat: τότε δὲ προσκαλεῖται πάλιν ὁ χειροτονηθεὶς, καὶ λαβὼν τὸν δεύτερον ἡγιασμένον ἄρτον, τέλειον, ἀκούει· λάβε τὴν παρακαταθήκην· καὶ τὰ ἑξῆς· τοῦτο φρικτὸν πάσης μεστὸν· δείκνυσι γὰρ ὡς οἰκονόμος τῶν θείων μυστηρίων γίνεται· καὶ οὐκ ἄλλον, ἀλλὰ τὸν Ἰησοῦν τὸν ζῶντα ἄρτον λαμβάνει ἱερουργεῖν, καὶ τὴν ἱερωσύνην αὐτοῦ, καὶ αὐτὸν ὡς παρακαταθήκην πιστεύεται, καὶ ὀφείλει τηρεῖν ταῦτα, τὴν ἱερωσύνην τε, καὶ τὴν ἱερουργίαν ἀμώμητα· ὅτι καὶ παρ' αὐτοῦ ταῦτα ἀπαιτηθήσεται τοῦ κυρίου. *Tunc rursum Ordinatus aduocatur, & secundum integrum consecratum panem accipiens à Pontifice, audit ab eo. Accipe depositum, & quæ deinceps. Tremenda sane verba. Manifestat enim quomodo dispensator Dei mysteriorum fit Sacerdos, & non alium, sed Iesum, panem viuum consecrandum deinceps assumit, & eius sacerdotium: ipseque idem Christus, velut depositum ei creditur, vnde & hæc, sacerdotium videlicet & sacrificium irreprehensa seruare tenetur: horum enim rationem ab eo repetet Dominus.* Hæc Symeonis verba luce meridiana clarius particulam ordinato à Pontifice traditam, consecratum esse denotant, & ipse noster textus non obscurè idem manifestat: Ὅτε τελειωθῶσι τὰ ἅγια· *cum perfecta & consecrata fuerint sancta*: cum nempe ad eum liturgiæ locum ventum est, vt proferuntur hæc sententia fol. 77. ὥστε γενέσθαι τοῖς μεταλαμβάνουσι, *vt fiat sumentibus*. Nondum tamen consecratam olim fuisse traditam arguunt Ms. Barberinum S. Marci, & Cryptoferratense superius inter varias lectiones in lucem edita: referunt enim ante liturgiæ Canonem, tunc enim populus dicit, *Dignum & iustum est*, fol. 75. particulam huiusmodi in ordinati manus à Pontifice committi: testaturque Arcudius lib. 6. cap. 3. in Russia Græcis ritibus addictissima prouincia, eandem vsque hodie in vsu perseuerare consuetudinem, vt nisi inconsecrata tradatur. Quacumque porro ratione celebretur, hic ritus sui muneris Sacerdotem admonitum semper facit, & ad potestatem Sacerdotalem exercendam prouocat. Ita cum arguto Græco Arcudio lib. 6. cap. 3. Græcis omnibus sentiendum est: & à doctrina Falsogræci Catumsyriti cauendum, qui hostium Ecclesiæ Romanæ opiniones vbique saluas esse dum cupit, fraudes eorum detegentem Arcudium odio & falsitate sibi patrocinantibus impudenter condemnat: tractatusque 1. Accusatione 61. per fas & nefas Gabrielem Philadelphiæ immeritum Antistitem, erroris ab Arcudio circa materiam Ordinis conuictum, tutari suscipit.

Et is quidem siue vt Latinorum animos sibi conciliaret, siue vt suis nouus Theologus emersisse videretur, materiam Ordinis, hanc, de qua tractamus, particulæ traditionem; formam vero, verba simul prolata, λάβε παρακαταθήκην, &c. asserere, mendacii posthæc detegendi timore, non est veritus: cuius deliria quamuis iam abunde patefecerit Arcudius cap. 3. ex Euchologii tamen nostri contextu possunt insuper dissipari penitus. Primo, quia traditio Particulæ fit post cooptatum in Presbyterorum societatem recenter ordinatum, postque, eidem, vt initiato, à Pontifice osculum impertitum. Secundo, fit illa nunc, post lectam consecrationis & totius liturgiæ à recenter ordinato seriem, quodquidem qui attentaret si nondum sacerdotio collato perfectum se censeret? Tertio, χειροτονηθεὶς vbique appellatur sacerdotium suscipiens, ante traditionem huiusmodi, quasi Ordine, iam suscepto sit insignitus. Quarto, verba laudata, λάβε παρακαταθήκην, &c. à solo Catumsyrito formam Ordinis continere perhibentur: Philadelphiensis autem ab eo male vindicatus, nil ipsi patrocinatur, nec in parte hac, à communi Græcorum Theologorum sensu discedit. Quinto, verba hæc λάβε παρακαταθήκην impudenter & meretricia fronte adulterare ausus est Catumsyritus, dum illis interseruit. καὶ τήρησον αὐτὴν

σῶμα τοῦ Χριστοῦ, *fac depositum hoc corpus Christi*: quæ quidem adiectitia, nec traditione, nec scripto, nec typis Græcis vllis sunt nota. Non omiserim lubens, vanam illam Catumsyriti formam, potestatem quidem Sacerdotis in Christi corpus verum commemorare, de mystico vero altum in ea silentium: quis autem Sacerdos, qui in vtrumque aliquid iuris accipit, de vtroque verba sibi fieri, dum ordinatur, non percipiat? Sonent itaque licet, verba hæc, λάβε παραγγελίαν τὴν θυσίαν, idem fere quod hæc Latina, *Accipe potestatem offerre*, &c. Sonent etiam hæc alia, ποίησον αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, ac quæ dixit Christus, *Hoc facite in meam commemorationem*: cum tamen nullam de Sacerdotis iure in Ecclesiæ membra mentionem faciant, nusquam vt vera Ordinis forma, iuxta Catumsyriti doctrinam sunt habenda. His subtiliter, & pro consueto sibi more, non sine fictione & mendacio respondet falsarius Catumsyritus, partialem hanc esse sacramenti Ordinis formam, vt quæ solam in Christi corpus Sacerdotis auctoritatem proferat: aliam vero secundam itemque compartem esse, quæ alio tempore cum Episcopo libuerit aliam in Christi corpus mysticum potestatem concedat. His autem deliria hæc verbis aperire conatur. Ecclesia Orientalis, non eodem tempore & die ordinat suos Presbyteros sicut seruat sancta Mater Romana Ecclesia, sed diuersis temporibus ad exemplum Domini Christi bis ordinat Sacerdotes suos. Christus enim Apostolos semel ordinauit, ad ordinariam potestatem super caput suum verum, per exibitionem panis ante mortem: & iterum in secundariam potestatem supra corpus mysticum, cum post resurrectionem insufflauit in eos, & dixit, *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Ita Ecclesia Orientalis primo ordinat suos Sacerdotes per collationem corporis Christi sub speciebus panis: & deinde ad secundariam potestatem super membra Ecclesiæ suis peccatis liganda aut absoluenda. Cuius quidem potestatis tradendæ formam se, DD. Cardinalibus Congregationis de propaganda fide præfectis, ex testimonio Timothei Cirenes Cypri Metropolitæ, Romæ exhibuisse affirmat idem Catumsyritus Accusatione in Arcudium 64. illamque exscribit, Græce primo, deinde Latine, hoc pacto. *Sedens Episcopus cum solemnitate in Pontificio throno, indutus veste Episcopali, & habens super humeros pallium Episcopale, iubet accedere ordinandum, ad suscipiendam secundariam potestatem absoluendi, & ligandi. Tunc duo Sacerdotes deducunt in medio eum qui ordinatur: & tres reuerentias faciunt coram Episcopo, dicente vno ex ipsis in prima inclinatione: Iube Domine. Ad quod omnes pariter, capita sua Episcopo profunde inclinant. In secunda vero reuerentia, dicitur: Benedic Domine. Et in tertia: Ad multos annos Domine. Tunc is qui ordinandus est, inclinat caput, & genu dextrum coram Episcopo. Et Archidiaconus pallii extremitatem modeste attollit, & ordinandi capiti superimponit. Insuper Episcopus ipse imponit ei manum suam, dicens: Mediocritas nostra, ex diuina gratia, & dono, ac potestate principalis fontis viuendi spiritus, nobis concessa à Saluatore Christo Domino per sanctos eius discipulos & Apostolos, ad soluendum & ligandū peccata hominum, dicendo eis: Accipite Spiritum Sanctum: quorum retinueritis peccata retenta sunt: &, quæcumque ligaueritis super terram; erunt ligata & in cælis: & quæcumque solueritis super terram, erunt soluta & in cælis. Ex ipsis autem etiam ad nos deriuato hoc diuino dono Spiritus Sancti principii vitæ; nostra, inquam, humilitatis ministerium, superimponit N. spiritualis paternitatis officium. Damus itaque ei potestatem ligandi & soluendi omnia quæcumque ei confitebuntur homines ex puro & contrito corde, sintque condonata & absoluta ex Omnipotente virtute diuini & viuifici Spiritus Sancti, in præsenti sæculo, & in futuro: in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Et tunc Chorus respondet: Domine, miserere, Domine sancte, benedic. Et Episcopus dicit: Christus verus Deus noster, precibus intemeratæ suæ Matris, & omnium Sanctorum misereatur, & saluet nos: tanquam bonus & misericors Deus. Amen.* Verum, quam narrat Catumsyritus secundariam ordinationem DD. Cardinalibus legendam obtulisse, ipsi quoque Eminent. Cardinales subodorati sunt suppositam & falsam, & vt vincat veritas, legitimum adulteri Catumsyriti fœtum: pœnaque exinde fuit authori, vt nec legitimos nec suppositios, vel edere vel fingere deinceps attentaret. Pro comperto, namque, & luce ipsa clarius extat, non successiue, sed semel & vna, Sacerdotii potestatem vtramque Græcos conferre, cum dicunt: Diuina gratia quæ infirma semper curat, & ea quæ desunt adimplet; *promouet N. in Presbyterum*: hoc est, ad obeundas Presbyteri functiones cunctas: vnde & fundamento vacat apud eos, quo se torquent scholastici quidam, dubium. An duplex sit Sacerdotii character? An qui potestatem obtinet in corpus Christi verum, simul quoque in mysticum obtineat? Vna siquidem ad munus vtrumque se extendens facultas confertur, & vna est Sacerdotii dignitas, qua vel vnico verbo prolato Diaconus augetur, & ius vtrumque, in verum & in mysticum Christi corpus, committitur: non immerito propterea annotauit Arcudius lib. 6. cap. 8. Sacerdotibus confessiones excepturis concessas literas (ἐντάλτηρια καὶ γράμματα & ἐντάλματα vocitant Græci, nos *Mandata*, eo quod in ipsis à Confessoribus agenda vel obseruanda quæque præscribuntur) nihil quod ordinationem memoret aut tangat continere: sed tantum potestatis in Ordine susceptæ functionem demandare, amplitudinem exponere, necnon & eius terminos definire & coarctare: quæ idcirco absentibus æque ac præsentibus conferri solent; semper autem Monachis, licet non cunctis eas Pontifices concedunt. Et quidem ἐντάλματος vnius, Arcudius loco nuper memorato, alterius Iuris Græcoromani volumen lib. 6. tertii, Ms. Regium numero 363. formam nobis exhibet.

Humilitas nostra tibi in Monachis Sacerdoti Matthæo spiritualis paternitatis ministerium confert. Vnde & rationes & acta, variosque pro confessione ad te accedentium casus excipere, & iuxta cuiusque vires, peccatorumque discrimina ratione habita, pœniten-

Η ταπεινότης ἡμῶν ἀνατίθησί σοι τῷ εὐλαβεστάτῳ ἱερομονάχῳ Ματθαίῳ τὸ λειτούργημα τῆς πνευματικῆς πατρότητος. ὅθεν ὀφείλεις ἀναδέχεσθαι τοὺς λογισμούς, καὶ τὰς πράξεις, καὶ τὰ ποικίλα πάθη πάντων εἰς ἐξομολόγησιν προσερχομένων σοι· καὶ οἰκονομεῖν τὴν μετά-

νοιαν, καὶ τὴν σωτηρίαν αὐτῶν ἀναλόγως κατὰ τὴν ἑκάστου δύναμιν, καὶ τὰς τῶν ἁμαρτημάτων διαφοράς. δήσεις γὰρ ὃ δεῖ δεθῆναι, καὶ λύσεις, ὃ δεῖ λυθῆναι, ὡς συνεργὸς καὶ ὑπηρέτης τῆς παρὰ θεοῦ δοθείσης ἡμῖν πνευματικῆς καὶ ἀποστολικῆς χάριτος, ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν. δεῖ δὲ ὑπεισελθεῖν κατὰ μοναχοὺς ἀποκείρειν τοὺς εἰς τοῦτο παρακαλουμένους σε, μετὰ τῆς ὀφειλομένης κανονικῆς παρατηρήσεως, τῆς τε ἄλλης, καὶ τοῦ μέλλοντος πνευματικῶς ἀναδέχεσθαι τὸν ἀποκειρόμενον. τοὺς δὲ πρὸς τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα ἀναγομένους οὕτως ἐξετάζειν ὀφείλεις, καὶ τὰ κατ᾽ αὐτοὺς διερευνᾶσθαι πάντα ἀκριβῶς, ὡς ἀποστολικὸς καὶ κανονικὸς ἀπαιτεῖ λόγος· ἵνα μὴ διὰ ῥᾳθυμίας, ἢ συναρπαγήν τινα λάθῃς σεαυτὸν ἀλλοτρίαις κοινωνῶν ἁμαρτίαις, κατὰ τὸ θεῖον εἰπεῖν ἀπόστολον. ἐπὶ τούτῳ καὶ τὸ παρὸν ἐνταλτήριον γράμμα γενόμενον τὸ τῆς ἡμῶν ταπεινότητος ἐπεδόθη σοι δι᾽ ἀσφάλειαν ἐν μηνί, καὶ τὰ ἑξῆς.

tiam, & omnium salutem teneris administrare. Ligabis enim quæ ligari oportet: & solues quod solui necesse est, vt cooperator & minister datæ nobis à Deo spiritualis & Apostolicæ gratiæ, pro humanarũ animarum salute. Conuenit insuper deuotè iuxta Monachorum ritum; de hoc te interpellaturos, (cum debita Canonica obseruantia, tum alia quauis, tum eá, quæ Monachum detondendum comitari decet) tonsura, Monastico Ordini adscribere. Promouendos autem ad Sacerdotii dignitatem ita teneris examinare, & quæ ad eos spectant, vt Apostolica & Canonica ratio exigit, perscrutari: ne ex negligentia, aut subreptione aliqua, alienis criminibus, vt diuini Apostoli verbis vtamur, participasse deprehendaris. Hoc fine mandatum hoc scripto tibi ab humilitate nostra traditum est, ob tuam securitatem, mense, *&c.*

---

23 Μεταλαμβάνει πρῶτος.] Non solum honoris gratia prior aliis communicat recens ordinatus, sed & sacrum sanguinem Sacerdotibus distribuere posse ex Symeonis testimonio constat: τὸ ἱερώτατον, inquit, ποτήριον (ὁ χειροτονηθεὶς) τῇ χερσὶ κατέχων, μεταδίδωσι τοῦ θείου αἵματος τοῖς προσερχομένοις ἱερεῦσι καὶ διακόνοις· μαρτυρούμενος διὰ τὸ ἔργον, ὡς τῶν μυστηρίων τετέλεσται ἱερεύς, καὶ τοῦτον ἄλλοις μεταδιδόναι ἐξουσίαν, καὶ δύναμιν εἴληφεν. *Sacratissimum calicem ordinatus manibus tenens; Sacerdotibus Diaconisque accedentibus, sanguinem sanctum distribuit: hac actione testatus, se sacramentorum ministrum consecratum esse, & illa aliis impertiendi potestatem, facultatemque adeptum.*

24 Λέγει τὴν ὀπισθάμβωνον εὐχήν.) Quam reperire est in Chrysostomi liturgia fol 85. Hic vero Regia cum Cryptof. addunt, καὶ λειτουργεῖ καθ᾽ ἑκάστην, ἡμέρας ἑπτά. *Septem dies continuos Missam celebrat.* Quondam enim interpolatis tantum diebus sacra peragebant Sacerdotes: recens autem ordinatus, primis septem consecrationis suæ diebus, quotidie Deum Eucharistiæ sacrificio colit: & ex vnico à Pontifice accepto pane, septeni illius sacrificii materiam omnem depromit: de quo ritu mentionem etiam facit Thessalonicensis: Εὐλογίαν λαβὼν ἄπεισιν ἄχρι τῆς ἑβδόμης καθ᾽ ἡμέραν ἱερουργῶν, ὡς προτετύπωται, ἵνα καὶ πρὸς τὸ ἔργον καὶ λόγος ἕλκηται, καὶ ἀδιακόπως ἡ τῆς ἱερωσύνης ἐνέργεια τῇ ἑβδομάδι τῶν ἱερῶν διαμένῃ, δι᾽ ἧς πᾶσα ὁ βίος πάντα οἰκονομεῖται ζωή· ὡς ἂν τοῦτο τὸ ἔργον ἐπιμελῶς ἐνεργήσας ἐν τῷ παρόντι, εἰς τὴν ἀλείπτον ἐκείνην ἱερουργίαν, καὶ ἄμεσον κοινωνίαν τοῦ Χριστοῦ καταντήσῃ· ἀλλὰ καὶ ὡς πνευματικὸν λαβὼν μέγα χάρισμα, κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν τοῦ πνεύματος χαρισμάτων, καὶ ἐν ἡμέραις ἴσαις, ὀφείλει ἀδιαλείπτως ἐνεργεῖν τὰ τῆς χάριτος. *Et benedictione accepta ad septimum vsque diem abscedit, quotidie vt præfixum est, sacra facturus, & vt actioni eius sermo correspondeat, & absque interruptione, sacrorum hebdomade, qua præsentis vitæ dispensatio decurritur, Sacerdotii operatio perseueret: & cum diligenter opus hoc in præsenti fuerit executus, ad indeficiens illud sacrificium, & coniunctissimam Christi participationem perueniat. Verum & spirituali gratia abundanter suscepta, iuxta septenarium Spiritus gratiarum numerum, quæ gratiæ sunt, non interpolato tempore, & æqualibus, diebus tenetur operari.* De septem aliis diebus post vnumquodque sacramentum receptum, deuotius peragendis, suis locis dicetur. Græcis verò solis id non fuit peculiare, vt aliquot post consecrationem diebus attentius Deo, & Sacramentorum deuotæ perceptioni vacarent: nam & in Galliarum Ecclesiis Presbyteros recenti ordinatione consecratos vno à Pontifice pane accepto, per quadraginta successiuos dies spiritualiter pastos legimus apud Fulbertum Carnutensem, epist. ad Finardum secunda; vixit is vndecimo sæculo, eiusque tempore obseruata consuetudo alterius in veteri Romano Ordine præscriptæ, vbi de Episcopi consecratione, veritati suffragatur. Quod dum venerit ad communicandum Dominus Pontifex (consecrans) porrigit ei (consecrato) formatam, atque oblationem integram. Suscipiensque eam Episcopus, ipse ex ea communicat super altare: quod vero residuum fuerit, sibi reseruat denuo, ad communicandum vnoquoque die, vsque ad quadraginta dies expletos. Vide ordinem eundem, titulo, qualiter in Ecclesia Romana sacri Ordines fiant.

RITVS IN ORDINATIONE EPISCOPI ſeruandus.

Completo Hymno, Ter ſanɛto. conſcendit Pontifex crepidinem, quæ eſt ante ſanɛtam menſam, & ab aſtantibus tribus Pontificibus à dextro latere, Ordinandus illi offertur: Chartophylax autem à ſiniſtro chartam ei tradit, in quâ, ſi ordinans eſt Patriarcha, *hæc ſcripta ſunt.*

SVffragio & conſenſu ſacratiſſimorum Metropolitarum, & Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum. *Si autem eſt Metropolita.* Suffragio & conſenſu Deo amabiliſſimorum Epiſcoporum, & ſanɛtorum Presbyterorum: Diuina gratia, quæ ſemper infirma curat, & ea quæ deſunt adimplet, promouet N. Deo amabilem Preſbyterum, Epiſcopum, à Deo ſeruatæ ciuitatis N. oremus pro eo, vt veniat ſuper eum gratia ſanɛtiſſimi Spiritus. *Et qui ſunt intus, & extra Tribunal, dicunt ter,* Domine miſerere. *Tradita itaque Pontifici eiuſmodi chartâ, & Chartophylace, aut Archidiacono dicente:* Attendamus. *Pontifex ſcripta legit, audientibus aſtantibus, cunɛtiſque exclamantibus:* Domine miſerere, *vt ex ſuperioribus manifeſtum eſt. Explicat autem Euangelium Pontifex, & manum etiam admonentibus alijs Pontificibus, capiti & ceruicibus Ordinati imponit. Mox cruces tres in eius capite exprimens, & manum ei impoſitam tenens, precatur hoc paɛto.*

DOminator, Domine Deus noſter, qui per celeberrimum Apoſtolum Paulum, graduum & ordinum ſeriem, ad ſubſeruiendum, & miniſtrandum venerandis & illibatis myſteriis tuis, in ſanɛto altari tuo, conſtitutis primo Apoſtolis, ſecundo Prophetis tertio Doɛtoribus, ſanxiſti: ipſe omnium Domine, hunc etiam ſuffragiis eleɛtum, & Euangelicum iugum, dignitatemque Pontificalem ſubire dignum habitum, per meam peccatoris, &

ΤΑΞΙΣ ΓΙΝΟΜΕΝΗ ἘΠΙ ΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑι ἐπισκόπου.

1 ΜΕτὰ τὴν τοῦ τρισαγίου συμπλήρωσιν, ἄνεισιν ὁ ἀρχιερεὺς εἰς τὴν κρηπῖδα τὴν πρὸ τῆς ἁγίας τραπέζης. καὶ προσάγεται τούτῳ 2 παρὰ τῶν συμπαρόντων τριῶν ἀρχιερέων ὁ χειροτονεῖσθαι μέλλων. ἐκ τοῦ δεξιοῦ μέρους. ὁ δὲ 3 Χαρτοφύλαξ ἐκ τοῦ ἀριστεροῦ δίδωσιν αὐτῷ a χάρτην ἐν ᾧ γέγραπται, εἰ μὲν πατριάρχης ἐστὶν ὁ χειροτονῶν ταῦτα.

4 ΨΗφῳ καὶ δοκιμασίᾳ τῶν ἱερωτάτων μητροπολιτῶν, καὶ b ἀρχιεπισκόπων, c καὶ ἐπισκόπων. Εἰ δὲ μητροπολίτης, ταῦτα. Ψήφῳ καὶ δοκιμασίᾳ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων καὶ τῶν ὁσιωτάτων d πρεσβυτέρων. Η θεία χάρις, ἡ πάντοτε τὰ ἀσθενῆ θεραπεύουσα, καὶ τὰ ἐλλείποντα ἀναπληροῦσα, προχειρίζεται, τὸν δεῖνα, τὸν θεοφιλέστατον πρεσβύτερον, e ἐπίσκοπον, τῆς θεοσώστου πόλεως, τῆς δέ, εὐξώμεθα οὖν ὑπὲρ αὐτοῦ, ἵνα ἔλθῃ ἐπ' αὐτὸν ἡ χάρις τοῦ παναγίου πνεύματος. f Καὶ οἱ τοῦ βήματος, καὶ οἱ ἐκτὸς δέ, κύριε ἐλέησον γ'. ἐπιδιδομένου τοίνυν τοῦ τοιούτου h χάρτου τῷ ἀρχιερεῖ, καὶ τοῦ Χαρτοφύλακος, ἢ τοῦ ἀρχιδιακόνου λέγοντος, τό, Πρόσχωμεν, ὁ ἀρχιερεὺς ἀναγινώσκει τὰ γεγραμμένα εἰς ἐπήκοον τῶν παρεστώτων, καὶ πάντων φωνούντων τό, κύριε ἐλέησον i ὡς προδεδήλωται 5 ἀναπτύσσει τὸ εὐαγγέλιον ὁ ἀρχιερεύς, καὶ ἐπιτίθησι τῇ κεφαλῇ καὶ τῷ τραχήλῳ τοῦ χειροτονουμένου, 6 συνεφαπτομένων καὶ τῶν ἄλλων ἀρχιερέων. εἶτα ποιῶν σταυροὺς τρεῖς ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, καὶ ἔχων ἐπικειμένην αὐτῷ τὴν χεῖρα εὔχεται οὕτως.

ΔΕσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ νομοθετήσας ἡμῖν διὰ τοῦ πανευφήμου σου ἀποστόλου Παύλου, βαθμῶν καὶ ταγμάτων τάξιν εἰς τὸ ἐξυπηρετεῖσθαι καὶ λειτουργεῖν τοῖς σεπτοῖς καὶ ἀχράντοις σου μυστηρίοις ἐν τῷ ἁγίῳ σου θυσιαστηρίῳ, πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας, τρίτον διδασκάλους· αὐτὸς δέσποτα τῶν ἁπάντων, καὶ τοῦτον τὸν ψηφισθέντα καὶ ἀξιωθέντα ὑπεισελθεῖν, τὸν εὐαγγελικὸν ζυγὸν καὶ τὴν ἀρχιερατικὴν ἀξίαν, διὰ τῆς χειρὸς ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ, καὶ

τῶν συμπαρόντων λειτουργῶν, καὶ συνεπισκόπων, τῇ ἐπιφοιτήσει, καὶ δυνάμει, καὶ χάριτι τοῦ ἁγίου σου πνεύματος ἐνίσχυσον, ὡς ἐνίσχυσας τοὺς ἁγίους i ἀποστόλους καὶ προφήτας, i ὡς ἔχρισας τοὺς βασιλεῖς, ὡς ἡγίασας τοὺς ἀρχιερεῖς. καὶ ἀνεπίληπτον αὐτοῦ τὴν ἀρχιερωσύνην ἀπόδειξον, καὶ πάσῃ σεμνότητι κατακοσμῶν, ἅγιον ἀνάδειξον εἰς τὸ ἄξιον γενέσθαι, τοῦ αἰτεῖν αὐτὸν τὰ πρὸς σωτηρίαν τοῦ λαοῦ, καὶ ὑπακούειν σε αὐτοῦ.

Ὅτι ἡγίασταί σου τὸ ὄνομα, δεδόξασταί σου ἡ βασιλεία.

Καὶ μετὰ τὸ, ἀμὴν, λέγει τῶν συγχειροτονούντων ἀρχιερέων εἷς, λεπτῇ φωνῇ ὅσον l ἀκούειν τοὺς l συνόντας ἀρχιερεῖς καὶ ἀποκρίνεσθαι, τὰ διακονικὰ ταῦτα.

Ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης, καὶ τῆς σωτηρίας. Ὑπὲρ τοῦ ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν, τοῦ δεῖνος, ἱερωσύνης, ἀντιλήψεως, διαμονῆς, εἰρήνης, ὑγείας, καὶ σωτηρίας αὐτοῦ, καὶ τοῦ ἔργου τῶν χειρῶν αὐτοῦ, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. m Ὑπὲρ τοῦ m δούλου τοῦ θεοῦ, τοῦ δεῖνος, τοῦ νυνὶ προχειριζομένου ἐπισκόπου καὶ τῆς σωτηρίας αὐτοῦ, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Ὅπως ὁ φιλάνθρωπος θεὸς ἄσπιλον καὶ ἀμώμητον αὐτοῦ τὴν ἀρχιερωσύνην χαρίσηται, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. n n Ὑπὲρ τῆς πόλεως ταύτης, πάσης πόλεως. Καὶ ὑπὲρ πάντων τῶν χρηζόντων τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ βοηθείας καὶ ἀντιλήψεως, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς ἀπὸ πάσης. Ἀντιλαβοῦ, σῶσον, ἐλέησον, καὶ διαφύλαξον. Τῆς παναγίας ἀχράντου.

Καὶ τούτων λεγομένων. Ὁ ἀρχιερεὺς ἔχων ὡσαύτως τῇ τοῦ χειροτονουμένου κορυφῇ τὴν χεῖρα ἐπικειμένην, εὔχεται οὕτως.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὴν ἀνθρώπου φύσιν τὴν τῆς θεότητος ὑπενεγκεῖν οὐσίαν, τῇ σῇ οἰκονομίᾳ ὁμοιοπαθεῖς ἡμῖν διδασκάλους καταστήσας, τὸν σὸν ἐπέχοντας θρόνον, εἰς τὸ προσφέρειν σοι θυσίαν καὶ προσφορὰν ὑπὲρ παντὸς τοῦ λαοῦ σου. σὺ κύριε, καὶ τοῦτον τὸν ἀναδειχθέντα οἰκονόμον τῆς ἀρχιερατικῆς χάριτος ποίησον γενέσθαι μιμητὴν σοῦ τοῦ ἀληθινοῦ ποιμένος, τιθέντα τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ὑπὲρ τῶν προβάτων σου· ὁδηγὸν τυφλῶν, φῶς τῶν ἐν σκότει, παιδευτὴν ἀφρόνων, διδάσκαλον νηπίων, φωστῆρα ἐν κόσμῳ· ἵνα καταρτίσας, τὰς ψυχὰς τὰς ἐμπιστευθείσας αὐτῷ ἐπὶ τῆς παρούσης ζωῆς παραστῇ τῷ βήματί σου ἀκαταισχύντως. καὶ τὸν μέγαν μισθὸν λήψεται ὃν ἡτοίμασας τοῖς ἀθλήσασι ὑπὲρ

ſtantium miniſtrorum & Coepiſcoporum nimirum; aduentu, & virtute, & gratia Sancti tui Spiritus, corrobora; ſicut ſanctos Apoſtolos & Prophetas corroboraſti, ſicut reges vnxiſti, ſicut Pontifices ſanctificaſti: & irreprehenſum eius Pontificatum oſtende, & omni honeſtate illum exornans, ſanctum illum renuncia: vt quæ populi ſaluti expediunt poſtulet, & à te exaudiri dignus fiat.

Quia ſanctificatum eſt nomen tuum, & glorificatum eſt regnum.

Et dicto Amen, *coordinantium eum Epiſcoporum vnus, ſubmiſſa voce, à vicinis Pontificibus, eique reſponſuris, ſolammodo audienda; Diaconica hæc pronunciat.*

In pace Dominum precemur. Pro ſuperna pace, & ſalute. Pro pace totius mundi. Pro Archiepiſcopo noſtro N. Sacerdotio, auxilio, perſeuerantia, pace, valetudine, & ſalute eius & pro opere manuum illius: Dominum precemur. Pro ſeruo Dei N. nunc Epiſcopo promoto, & ſalute eius: Dominum precemur. Vt clemens Deus, purum & incontaminatum illi Pontificatum largiatur: Dominum precemur. Pro vrbe hac, omni ciuitate. Et pro omnibus auxilio & ope diuina indigentibus: Dominum precemur. Vt liberemur ab omni. Suſcipe, ſalua, miſerere, & conſerua. Sanctiſſimæ illibatæ.

His dictis Pontifex eodem modo impoſitam ordinati vertici manum tenens, hoc pacto precatur.

Domine Deus noſter, qui humana natura, deitatis tuæ præſentiam nullatenus ferente, tuâ diſpenſatione Doctores ſimili nobiſcum ratione paſſibiles thronum tuum obtinentes, hoſtiam & oblationem pro cuncto populo tuo ſacrificaturos conſtituiſti: tu Domine, etiam hunc Pontificalis gratiæ diſpenſatorem renunciatum, tui veri Paſtoris imitatorem, animam pro tuis ouibus ponentem, cæcorum ducem, in tenebris lucem, inſipientium præceptorem, infantium doctorem, in mundo luminare effice: vt animas ſibi creditas reparans, tribunali tuo inconfuſè in præſenti vita aſtet, & magnam mercedem pro Euangelij tui prædica-

tione decertaturis, à te præparatam reportet. Tuum enim est misereri, & saluare Deus

Et dicto, Amen, *eleuat Euangelij codicem, & sanctæ mensæ imponit. Atque ita ordinato pallium imponit, dicens:* Dignus. *Simili ratione Clerus idem repetit.*

Deinde ordinatum Pontifex ordinans exosculatur: sicut & reliqui Episcopi. Et solita acclamatione terminata, in Consessum conscendunt: & prior reliquis ordinatus considens, lecto Apostolo, pacem precatur: & prior aliis pretioso corpori & sanguini Christi communicat: & ipse idem, Pontifici ordinanti, & reliquis communionem distribuit.

τοῦ κηρύγματος τοῦ εὐαγγελίου σου. σὺ γὰρ εἶ ὁ ἐλεεῖν καὶ σώζειν ὁ θεός.

Καὶ μετὰ τὸ, ἀμήν, αἴρει τὸ εὐαγγέλιον, καὶ τίθησιν εἰς τὴν ἁγίαν τράπεζαν. καὶ οὕτως 7 ἐπιτίθησι τῷ χειροτονηθέντι 8 τὸ ὠμοφόριον, p λέγων, Ἄξιος, q ὁμοίως καὶ ὁ κλῆρος, τὸ αὐτό.

9 Εἶτα τὸν χειροτονηθέντα ἀσπάζεται ὁ χειροτονήσας, καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι. 10 καὶ τῆς συνήθους εὐφημίας τελουμένης, 11 ἀνέρχονται εἰς τὸ σύνθρονον. καὶ καθεζόμενος πρῶτος ὁ χειροτονηθεὶς, 12 εἰρηνεύει εἰς τὸν ἀπόστολον. καὶ πρῶτος τῶν ἄλλων τοῦ τιμίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ r μεταλαμβάνει. αὐτὸς καὶ τῷ χειροτονήσαντι, καὶ τοῖς λοιποῖς ſ μεταδίδωσι.

VARIÆ LECTIONES.

a Χάρτην.) Regia, & Cryptoferratense legunt, χαρτίον.

b Ἀρχιεπισκόπων.) Regia præmittunt, καὶ ὁσιωτάτων.

c Καὶ ἐπισκόπων.) Deest in Regiis, & Cryptoferr.

d Καὶ πρεσβυτέρων.) Addunt Regia, καὶ διακόνων.

e Ἐπίσκοπον.) Regia legunt, Μητροπολίτην.

f Καὶ οἱ τοῦ βήματος,) Horum vice Regia, & Cryptof. legunt. ὁ λαὸς τὸ, Κύριε ἐλέησον. τρίς.

g Χάρτου.) Eadem, χαρτίου.

h Φωνούντων.) Eadem subdunt. ἐκ τρίτου.

i Ὡς προδεδήλωται) Deest in illis.

l Συνόντας.) Regia, συμπαρόντας.

m Τοῦ δούλου τοῦ θεοῦ.) Deest.

n Ὑπὲρ τῆς πόλεως.) Præcedit alia oratio in Regiis. ὑπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων. &c, ὑπὲρ τοῦ συμπολεμῆσαι vt alibi.

o Ἡσυχίως,) Deest.

p λέγων.) Regia, λέγοντος τοῦ κλήρου, τὸ, ἄξιος.

q Ὁμοίως καὶ ὁ κλῆρος, τὸ αὐτό.) Desunt hæc in Regiis, & Cryptof.

r Μεταλαμβάνει.) Regia, μεταλαμβάνων.

ſ Μεταδίδωσι.) Addunt Regia & Cryptof. Αὕτη ἡ ἀκολουθία γίνεται καὶ ἐπὶ πατριάρχου, καὶ ἐπὶ μητροπολίτου, καὶ ἐπισκόπου.

Quia vero diuersa est valde, Barberini S. Marci, sicut & alia Allatiani M.S. lectio, separatim ideo vtraque adiungitur. Et primo quidem Barberini.

Episcopi Ordinatio.

Postquam Hymnus ter sanctus completus fuerit, & descenderint ex Ambone Cantores: stat Archiepiscopus in crepidine, coram sancta mensa, & traditur ei tabella, in qua scriptum est, Diuina gratia, &c.

Et omnibus audientibus legit, habens manum super Ordinandi caput. Et cum legerit illud, Diuina gratia, &c. *Populus dicit,* Domine miserere, *ter.*

Et aperiens Archiepiscopus Euangelium, imponit super eius caput, & collum, adstantibus & alijs Episcopis, & ipsis sanctum Euangelium tangentibus, facitque cruces tres super caput eius, & imposita illi manu, (Ordinans) sic precatur.

Dominator Domine, &c.

Χειροτονία ἐπισκόπου.

Μετὰ τὸ τρισάγιον, ὅτε κατέλθωσιν οἱ ψάλται ἐκ τοῦ ἄμβωνος, ἵσταται ὁ ἀρχιεπίσκοπος εἰς τὴν κρηπῖδα, ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας τραπέζης, καὶ ἐπιδίδοται αὐτῷ χάρτης, ἐν ᾧ γέγραπται. ἡ θεία χάρις, καὶ τὰ ἑξῆς.

Καὶ ἀναγινώσκει ἀκηκοότων πάντων, ἔχων τὴν χεῖρα ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοῦ χειροτονουμένου. Καὶ μετὰ τὸ ἀναγνῶναι. Τό, ἡ θεία χάρις. λέγει ὁ λαὸς τὸ, Κύριε ἐλέησον. τρίς.

Καὶ ἀναπτύσσων ὁ ἀρχιεπίσκοπος εὐαγγέλιον, ἐπιτίθησιν αὐτὸ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ τὸν τράχηλον, παρεστώτων καὶ ἄλλων ἐπισκόπων, καὶ ἐφαπτομένων αὐτῶν τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου, καὶ ποιεῖ σταυροὺς τρεῖς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἐπιτεθεὶς αὐτῷ τὴν χεῖρα, ἐπεύχεται ταῦτα.

Δέσποτα κύριε. Vt supra.

Καὶ

Καὶ μετὰ τὸ, ἀμήν, ποιεῖ ἄλλην διακονίαν εἰς τῶν πρεσβυτέρων ἐπισκόπων, οὕτως. Ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Vt ſupra.

Καὶ ἐν τῷ λέγεσθαι τὴν ἄλλην ταύτην, ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου, ἔχων ὁμοίως τὴν χεῖρα ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ χειροτονουμένου, ὁ ἀρχιεπίσκοπος, ἐπεύχεται οὕτως.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν. Vt ſupra.

Καὶ μετὰ τὸ, ἀμήν, ἐπαίρει τὸ εὐαγγέλιον ὁ πατριάρχης, καὶ ἀποτίθησιν αὐτὸ ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ, καὶ τότε ἐπιτιθεὶς τὸ ὠμοφόριον τῷ χειροτονηθέντι, ἀσπάζεται αὐτὸν αὐτός, καὶ πάντες οἱ ἐπίσκοποι, καὶ συνανέρχεται ὁ ἀρχιεπίσκοπος εἰς τὸ σύνθρονον, καὶ τελεῖται λοιπὸν πᾶσα ἡ λειτουργία.

Et reſponſo, Amen, *vnus adſtantium Epiſcoporum preces Diaconi perſoluit; hoc pacto.* In pace Dominum precemur, &c.

Et dum fit hæc oratio ab Epiſcopo, pari modo ſuper caput Ordinati manum impoſitam tenet Archiepiſcopus, & ſic precatur.

Domine Deus noſter, &c.

Et dicto, Amen, *aufert Euangelium Patriarcha, deponitque illud in ſancta Menſa, tuncque Pallium Ordinato imponit, & deoſculatur illum, quod item reliqui Epiſcopi faciunt: & ad conſeſſum ſimul cum illis proficiſcitur, & miſſa integrè completur.*

Ex pluribus aliis Allatiani Euchologij exemplaribus de Ordinationibus ſelecta.

Τάξις γινομένη ἐπὶ χειροτονίᾳ ἐπισκόπου.

Ἄρχονται τῆς θείας λειτουργίας· καὶ ὅταν ἐξέλθωσιν οἱ ἱερεῖς εἰς τὴν πρώτην εἴσοδον τῆς θείας ἱερουργίας, συνέρχεται μετ᾽ αὐτῶν, καὶ ὁ ὑποψήφιος, καὶ πληρουμένης τῆς εἰσόδου, λέγει ὁ διάκονος. Σοφία, ὀρθοί. Καὶ εἰσέρχεται μετὰ τοῦ εὐαγγελίου μόνος εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον· οἱ δὲ ἱερεῖς καὶ κληρικοὶ ἵστανται κύκλῳ τοῦ ὑποψηφίου, περὶ τοῦ μέσου ναοῦ. τρεῖς δὲ ἀρχιερεῖς, ἢ καὶ πλείονες τούτων ἐνδεδυμένοι πάσας τὰς ἀρχιερατικὰς στολάς, καθέζονται ἐν τοῖς σελλίοις αὐτῶν, περὶ τῶν ἁγίων θυρῶν τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου. Ὁ δὲ πρῶτος ἀρχιερεὺς ὁ μέλλων ποιῆσαι τὴν χειροτονίαν, καθέζεται μέσος τῶν ἄλλων ἀρχιερέων. Καὶ ὁ διάκονος τοῦ εὐαγγελίου λέγει μεγαλοφώνως. Πρόσχωμεν. εἷς δὲ κληρικῶν ὁ λογιώτατος, εὐθὺς ποιεῖται τὴν πρώτην προσαγωγὴν τοῦ ὑποψηφίου, κηρύττων, καὶ λέγων ταῦτα.

Προσφέρεται ὁ θεοφιλέστατος ὑποψήφιος στερεωμένος, ὁ δεῖνα. τοῦ χειροτονηθῆναι ἐπίσκοπον τῆς θεοσώστου πόλεως, τῆς δεῖνος. Καὶ προσφέρεται ὑπὸ τῶν κληρικῶν ὁ ὑποψήφιος ἄχρι τῆς οὐρᾶς τοῦ ἀετοῦ, κρατῶν ἐπὶ χεῖρας αὐτοῦ ἐγγράφως τοὺς θείους λιβέλλους τῆς ὀρθοδόξου πίστεως. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ μέλλων χειροτονῆσαι αὐτὸν ἀρχιερεύς.

Τί προσῆλθες ἐνθάδε παρ᾽ ἡμῶν αἰτῶν; ἀπόκρισις. Καὶ ἀποκρίνεται ὁ ὑποψήφιος λέγων. Τὴν χειροτονίαν τῆς ἀρχιερατικῆς χάριτος συμψηφισαμένων με κληρικῶν τῆς ἁγιωτάτης ἐπισκοπῆς, ὁ.

Ordo in conſecratione Epiſcopi obſeruandus.

Incipit Miſſa. Et cum egreſſi fuerint Pontifices ad primum Introitum ſancti ſacrificij peragendum, progreditur cum illis Electus Epiſcopus: *& Introitu completo, dicit Diaconus.* Sapientia, recti. *Et cum* Euangelio *ſolus ad altare tendit. Sacerdotes autem & Clerici, circa Electum ſtant, verſus templi medium, ſed paulo inferius. Tres vero Pontifices, ſiue etiam plures, Pontificium omnem ornatum induti in ſellis ſuis ſedent, ante ſacras ſancti altaris fores. Pontificum autem primus Ordinationem celebraturus, medius aliorum Pontificum ſedet.* Et *Diaconus cui* Euangelium *legere incumbit, clara voce dicit.* Attendamus. *Vnus vero Clericorum, præ reliquis literatiſſimus, confeſtim præſentationem primam Electi facit, prædicans & dicens hæc.*

Præſentatur Deo amantiſſimus Electus confirmatus N. vt Ordinetur Epiſcopus ſaluatæ à Deo ciuitatis N. *Et præſentatur à Clericis Electus, vſque ad aquilæ, in pauimento depictæ, caudam, tenens in manibus ſacros Orthodoxæ fidei deſcriptos libellos. Et dicit ei Ordinaturus illum Pontifex.*

Quid huc petitum aduenisti? *Reſponſio Et reſpondet Electus, dicens.* Gratiæ Pontificalis Ordinem, ſuffragantibus mihi Clericis ſanctiſſimæ Eccleſiæ N.

Et rursum Pontifex respondet dicens: Quid vero credis? *Et Electus clarâ voce dicit Symbolum sanctum hoc pacto.* Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem, &c.

Et continuo Pontifex in crucis modum illi benedicens, ait. Gratia sancti Spiritus tecum sit. *Deinde præsentatur Electus à Clericis suis vsque ad aquilæ medium, eius præsentationem prædicante honoratissimo suo Clerico, vt fuit declaratũ. Et stantem in medio aquilæ Electum, compellat Pontifex, & dicit.*

Manifesta nobis quâ ratione confiteris, & de proprietatibus trium personarum incomprehensæ Deitatis sentis?

Et Electus clarâ & elatâ voce omnibus audientibus, secundum libellum viuo sono pronunciat.

Credo in vnum Deum, tribus personis distinctum: Patrem dico, & Filium, & sanctum Spiritum. Distinctum dico secundum proprietatis rationem; indiuisum vero secundum substantiam. Tota namque Trinitas vna est, & tota Vnitas eadem est. Vnitas quidem secundum essentiam, naturã & formam: Trinitas vero secundum proprietates & denominationem. Vna siquidem persona vocatur Pater alia Filius, alia Spiritus sanctus. Pater ingenitus est, & sine principio. Non enim eo aliquid est antiquius. Erat ille, & semper erat Deus. Sine principio autem, quia non ex alio, quàm à se, habet esse. Credo amplius quia Pater principium Filij est, & Spiritus: Filij quidem propter generationem, sancti vero Spiritus propter processionem, nullâ penitus diuisione aut immutatione in eis præterquam hypostaticarum proprietatum repertâ differentiâ. Quia certè Pater generat Filium, & producit Spiritum sanctum: Filius autem à solo Patre generatur, & Spiritus sanctus à Patre procedit. Atque ita vnum principium prædico, & producens vnum agnosco: Patrem, Filij & Spiritus. Dico etiam Filium, principium super omne tempus & infinitum; non tantum sicut creaturarum principium, & earum primogenitum inter eas primatum obtinere. Apage: hoc namque Arianæ impietatis delirium est. Ille namque abominandi nominis creaturam, Filium esse deblaterabat, sicut & Spiritum sanctum. Ego vero dico Filiũ principiũ esse, ex Patre sine principio: vt non admittantur duo principia:

Καὶ ἀποκρίνεται πάλιν ὁ ἀρχιερεὺς, λέγων. Καὶ τί πιστεύεις; Καὶ ὁ ὑποψήφιος μεγαλοφώνως λέγων τὸ ἅγιον σύμβολον, οὕτως. Πιστεύω εἰς ἕνα θεὸν, πατέρα παντοκράτορα. καὶ τὰ ἑξῆς.

Καὶ εὐθὺς λέγει ὁ ἀρχιερεὺς εὐλογῶν αὐτὸν σαυροειδῶς. Η χάρις τοῦ ἁγίου πνεύματος εἴη μετὰ σοῦ. Εἶτα προσφέρεται ὑπὸ τῶν κληρικῶν αὐτοῦ ὁ ὑποψήφιος, ἄχρι καὶ μέσου τοῦ ἀετοῦ, κηρύσσων τὴν προσαγωγὴν αὐτοῦ ὁ ἐντιμότερος τῶν κληρικῶν, ὡς δεδήλωται. Καὶ σάντος τοῦ ὑποψηφίου ἐν τῷ μέσῳ τοῦ ἀετοῦ, προσφωνεῖ αὐτὸν, καὶ λέγει ὁ ἀρχιερεύς.

Δήλωσον ἡμῖν ἔτι πλατύτερον πῶς ὁμολογεῖς, καὶ περὶ τῶν ἰδιοτήτων τῶν τριῶν ὑποστάσεων τῆς ἀκαταλήπτου θεότητος.

Καὶ ὁ ὑποψήφιος διαπρυσίᾳ καὶ μεγάλῃ φωνῇ εἰς ἐπήκοον πάντων τὸν δεύτερον λίβελλον ζώσῃ φωνῇ οὕτως ἀναγινώσκει.

Πιστεύω εἰς ἕνα θεὸν, ἐν τρισὶ προσώποις μεριζόμενον· πατέρα φημὶ, καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα. μεριζόμενον λέγω κατὰ τὸν τῆς ἰδιότητος λόγον· ἀμέριστον δὲ κατὰ τὴν οὐσίαν. καὶ ὅλη τριὰς ἡ αὐτή. καὶ ὅλη μονὰς ἡ αὐτή. μονὰς κατὰ τὴν οὐσίαν, καὶ φύσιν, καὶ μορφήν· τριὰς κατὰ τὴν ἰδιότητα καὶ ὀνομασίαν. ὀνομάζεται γὰρ ὁ μὲν πατὴρ, ὁ δὲ υἱὸς, τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα ὁ πατὴρ ἀγέννητος, καὶ ἄναρχος· οὐ γάρ ἐστιν αὐτοῦ τι πρεσβύτερον. ἦν γὰρ ἐκεῖνος, καὶ πάντως ἦν θεός· ἄναρχος δὲ, ὅτι μὴ ἔκ τινος ἔχει τὸ εἶναι, ἢ ἐξ ἑαυτοῦ· πιστεύω δὲ, ὅτι ὁ πατὴρ αἰτία ἐστὶν υἱοῦ, καὶ πνεύματος· τοῦ μὲν υἱοῦ γεννητῶς, τοῦ δὲ ἁγίου πνεύματος ἐκπορευτῶς· μηδὲ μιᾶς διαστάσεως, μηδὲ ἀλλοιώσεως ἐν τούτοις θεωρουμένης, ἢ μόνον τῆς διαφορᾶς τῶν ὑποστατικῶν ἰδιωμάτων. ὅτι ὁ μὲν γὰρ πατὴρ γεννᾷ τὸν υἱὸν, καὶ προβάλλει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὁ δὲ υἱὸς γεννᾶται ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ πατρός. Καὶ οὕτως μίαν ἀρχὴν πρεσβεύω, καὶ ἓν αἴτιον ἐπιγινώσκω· τὸν πατέρα, υἱοῦ καὶ πνεύματος. λέγω δὲ τὸν υἱὸν ἀρχὴν ὑπὲρ χρόνον καὶ ἀόριστον· οὐχ ὡς ἀρχὴν τῶν κτισμάτων, οἱονεὶ πρωτότοκον ὄντα, τὰ πρεσβεῖα τούτων ἐπιφερόμενον. ἄπαγε· τοῦτο τῆς Ἀρειανῶν δυσσεβείας ἐστὶ παραλήρημα. ἐκεῖνος γὰρ ὁ δυσώνυμος ἐβλασφήμει κτίσμα τὸν υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἐγὼ δὲ λέγω ἀρχὴν τὸν υἱὸν ἐκ τοῦ ἀνάρχου ὄντα, ἵνα μὴ παραδεχθῶσι δύο ἀρχαί.

μετὰ τῆς ἀρχῆς δὲ ἐπὶ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἐπεὶ καὶ ἅμα καὶ ὁμοῦ, τὸ εἶναι ἔχουσιν ἐκ πατρὸς, ὅτε υἱὸς, καὶ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὁ μὲν γεννητῶς, τὸ δὲ ἐκπορευτῶς, ὡς εἴρηται. καὶ οὔτε ὁ πατὴρ διῄρηται τοῦ υἱοῦ, οὔτε ὁ υἱὸς τοῦ πνεύματος, οὔτε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον πατρὸς καὶ υἱοῦ· ἀλλ' ὅλως ἐστὶν ὁ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· καὶ ὅλος ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, καὶ ὅλον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ. ἑνοῦνται γὰρ διῃρημένως, καὶ διῄρηνται ἑνωμένως. ὁμολογῶ δὲ ὅτι ὁ τοῦ θεοῦ λόγος ὁ συναΐδιος τῷ πατρὶ, ὁ ὑπέρχρονος, ὁ ἀπερίληπτος, ὁ ἀπερίγραπτος κάτεισι μέχρι τῆς ἡμῶν φύσεως, καὶ ἄνθρωπον τεταπεινωμένον, καὶ ὅλον τὸν περιπεπτωκότα λαμβάνει ἐκ τῶν ἁγνῶν καὶ παρθενικῶν αἱμάτων τῆς μόνης πανάμωμου καὶ καθαρᾶς παρθένου ἵνα ὅλῳ τῷ κόσμῳ τὴν σωτηρίαν καὶ χάριν ἕνεκα ἰδίας εὐσπλαγχνίας χαρίσηται· καὶ γέγονεν ἡ καθυπόστασις τῶν φύσεων ἕνωσις, οὐ ταῖς κατὰ μικρὸν προσθήκαις τελειουμένου τοῦ βρέφους, οὐδὲ κατὰ φυρμὸν, ἢ σύγχυσιν, ἢ ἀνάκρασιν ἑνωθεισῶν τῶν συνεληλυθυιῶν φύσεων· οὐδὲ ὑποστάντος τοῦ ἀνθρώπου, ἐπὶ γενέσθαι τὸν λόγον, καὶ σχετικὴν γενέσθαι τὴν ἕνωσιν κατὰ τὸν θεοστυγῆ καὶ Ἰουδαιόφρονα Νεστόριον· οὐδὲ ἄνουν καὶ ἄψυχον κατ' ἄνουν ὄντως Ἀπολλινάριον. ἐκεῖνος γὰρ ἐλήρει ἀρκεῖν τὴν θεότητα ἀντὶ τοῦ νοός. Ἐγὼ δὲ θεὸν τέλειον αὐτὸν ὁμολογῶ, καὶ τέλειον ἄνθρωπον τὸν αὐτὸν· ὃς ἅμα σὰρξ, καὶ ἅμα θεοῦ λόγος· σὰρξ ἔμψυχος λογικῇ τε καὶ νοερᾷ ψυχῇ, σώζοντά τε πάντα τὰ τῆς αὐτοῦ θεότητος φυσικὰ αὐχήματα καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ μὴ τραπέντα τὰ τῆς θεότητος αὐτοῦ, ἢ τῆς ἀνθρωπότητος, διὰ τὴν πρὸς τὸν λόγον ἀκραιφνεστάτην συνάφειαν, φέροντα τὸν αὐτὸν μίαν ὑπόστασιν σύνθετον, δύο τὰς φύσεις, καὶ ἐνεργείας σώζουσαν, τὰ, ἐξ ὧν, καὶ ἐν οἷς, ἦν ὁ αὐτὸς εἷς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν· ἔχοντά τε δύο θελήσεις φυσικὰς, οὐ γνωμικάς. Ἰστέον δὲ ὡς ἔπαθε μὲν, ὡς θεὸς λέγω σαρκὶ· θεότητα παθητὴν, ἢ παθοῦσαν σαρκὶ, οὐδαμῶς. ἔτι ὁμολογῶ αὐτὸν ἀναλαβεῖν πάντα τὰ ἡμέτερα ἀδιάβλητα πάθη τὰ συνόντα τὴν φύσιν ἡμῶν δίχα τῆς ἁμαρτίας, οἷον τὴν πεῖναν, τὴν δίψαν, τὸν κόπον, τὰ δάκρυα, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐνεργοῦντα δὲ ἐν αὐτῷ, οὐκ ἠναγκασμένως ὥσπερ καὶ ἐν ἡμῖν,

cum principio vero originis supra Filium aduenire Spiritum Sanctum: quandoquidem simul & vnam esse habent à Patre, Filius & Spiritus Sanctus; ille secundùm generationis, hic secundùm processionis, vt dictum est, viam. Neque Pater à Filio diuisus est, neque Spiritus Sanctus à Patre & Filio, sed perfecte Pater est in Filio, & Spiritu Sancto; & totus Filius in Patre & Sancto Spiritu; & totus Spiritus Sanctus in Patre & Filio. Vniuntur enim diuisim, & vnitim diuisi sunt. Profiteor etiam quia Dei Verbum Patri coæternum, super omne tempus existens, incomprehensum, infinitum, ad nostram vsque naturam descendit: & hominem abiectissimum, & totum in peccatum lapsum assumpsit ex puris & virgineis sanguinibus solius immaculatæ & mundissimæ Virginis, vt toti mundo gratiam salutarem, propter propriam sibi clementiam largiretur: & eius persona facta est naturarum basis & vnio, non modicis incrementis infante perfecto, neque secundùm perturbationem, aut confusionem, vel etiam concurrentium & vnitarum naturarum permixtionem: neque ex subsistente homine, vt Verbum fieret, & ex habitu, iuxta execrandum & Iudaica sentientem Nestorium, vnio euaderet: neq; etiam sine intellectu & anima, iuxta verè dementem Apollinarium, esse natum. Ille etenim deitatē vice animæ intellectualis in eo esse hallucinabatur: Ego vero Deum perfectum esse assero, eundemq; etiam perfectum hominem, vt qui simul caro, & Dei Verbum est: eiusque caro animata est rationali & intellectuali anima, qui etiam cunctam deitatis suæ naturalem dignitatem seruat post vnionem factam, nec deitatis aut humanitatis suæ quidquam propter summam ad Verbum coniunctionem amittit: qui etiam idem vnam personam ex duabus naturis compositā, & duabus operationibus insignem seruat, ex quibus, & in quibus, idem erat vnus Iesus Christus Deus noster: qui duas habet voluntates naturales, & non ex imputatione Notū sit quidem passum, vt Deum quidem, sed in carne: Deitatem vero passibilem, aut patientem in carne, nusquam dico. Profiteor insuper illū suscepisse passiones omnes illi non repugnantes, & naturæ nostræ proprias absq; peccato, famem videlicet, sitim, lassitudinē, lachrymas, & similes, quæ etiam in eo habuerunt effectū, non coacte sicut in nobis;

sed humana voluntate diuinæ obsequente. Spontaneus enim esuriit, spontaneus sitiuit, spontaneus lassatus est, spontaneus est mortuus. Moritur itaque mortem pro nobis sustinens, deitate impassibili permanente. Ipse enim morti non subiacebat, qui peccatum mundi tollit, sed vt nos omnes voraci lethi manu eriperet proprio suo sanguine, proprio Patri nos reconciliauit. & cum corpore humano mors congressa, deitatis virtute deturbatur, & eliditur: & exinde compeditæ ab æterno iustorum animæ educuntur. Postquam autem à mortuis resurrexit, & per quadraginta dies in terra cum discipulis apparuit, in cœlum ascendit, & in dextera Patris sedet. Dexteram vero Patris dico, non localem, aut circumscriptam: sed dexteram Patris dico, æternam & sine principio gloriam, quam habuit ante incarnationem Filius, & post incarnationem etiam possedit. Simul enim adoratur eius sancta caro cum eius diuinitate venerando cultu: non quod Trinitati facta fuerit additio, (absit) Trinitas namque permansit Trinitas, & post vnigeniti vnionem, sancta eius caro indiuisim ei adhæsit: sed & cum eo adhuc permanet in æternum: cum illa quippe veniet iudicaturus viuos & mortuos, iustos & peccatores. Et iustis quidem pro virtutis operibus mercedem retribuet, cœlorumque regnum, eo quod pro illo passi fuerint: peccatoribus autem æternum tormẽtum reddet, gehennæ non terminandum ignem: cuius nos omnes experimentum fugere, & promissis sincerisque bonis perfrui nos concedat Deus, in Christo Iesu Domino nostro. Amen.

Et confestim Pontifex crucis signo ordinandum benedicens, ait: Gratia Sancti Spiritus tecum sit, illuminans, confirmans, & intellectum tribuens omnibus diebus vitæ tuæ.

Deinde à suis Clericis præsentatur electus, vsque ad aquilæ caput: vno ex Clericis, vt iam manifestum fuit, eius ordinationem prædicante. Electo vero in aquilæ capite consistenti, dicit tertius Pontifex:

Expone nobis adhuc amplius, quid profiteris de Incarnatione subsistentis Filij, & Verbi Dei, & quot naturas censes esse in vno & eodem Christo Deo

ἀλλὰ τῆς ἀνθρωπίνης θελήσεως ἀκολουθείσης τῇ θείᾳ αὐτοῦ θελήσει. θέλων γὰρ ἐπείνασε, θέλων ἐδίψησε, θέλων ἐκοπίασε, θέλων ἀπέθανε. θνήσκει τοίνυν τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀπεκδεξάμενος θάνατον, ἀπαθοῦς μενούσης τῆς αὐτοῦ θειότητος. αὐτὸς γὰρ οὐχ ὑπέκειτο θανάτῳ, ὁ ἁμαρτίαν αἴρων τοῦ κόσμου, ἀλλ' ἵνα πάντας ἡμᾶς ἐξάξῃ τῆς παμφάγου χειρὸς τοῦ θανάτου, καὶ τῷ οἰκείῳ αὐτοῦ αἵματι προσῆξε τῷ οἰκείῳ πατρὶ, καὶ σώματι προσβαλὼν ὁ θάνατος ἀνθρωπίνῳ δυνάμει θεότητος καταῤῥάσσεται, καὶ ἀνάγονται ἀπ' ἐκεῖθεν αἱ ἀπ' αἰῶνος τῶν δικαίων πεπεδημέναι ψυχαί. μετὰ δὲ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας ἐν τῇ γῇ μετὰ τῶν μαθητῶν ἐπιφαινόμενος, ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐκάθισεν ἐν τῇ δεξιᾷ τοῦ πατρός. δεξιὰν δὲ τοῦ πατρὸς λέγω, οὐ τοπικὴν, ἢ περιγραπτήν· ἀλλὰ λέγω δεξιὰν τοῦ θεοῦ εἶναι, τὴν ἄναρχον, καὶ προαιώνιον δόξαν, ἣν ἔχων ὁ υἱὸς πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως, καὶ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν ταύτην ἔσχε. συμπροσκυνεῖται γὰρ ἡ ἁγία αὐτοῦ σὰρξ τῇ αὐτοῦ θεότητι τιμίᾳ προσκυνήσει, οὐ προσθήκην δεξαμένη ἡ τῆς ἁγίας τριάδος· μὴ γένοιτο· τριὰς γὰρ ἔμεινεν ἡ τριὰς, καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν τοῦ μονογενοῦς, ἀχωρίστου μενούσης τῆς ἁγίας αὐτοῦ σαρκὸς, καὶ ἔτι μετ' αὐτοῦ μενούσης καὶ εἰς τὸν αἰῶνα. μετ' αὐτῆς γὰρ ἐλεύσεται κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, δικαίους τε καὶ ἁμαρτωλούς· καὶ τοῖς μὲν δικαίοις ἀποδώσων τὰ ἔργα τῆς ἀρετῆς, καὶ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀνθ' ὧν ἐνταῦθα ἐκοπίασαν· τοῖς δὲ ἁμαρτωλοῖς αἰώνιον ἀνταμειβόμενος βάσανον, καὶ τὸ τῆς γεέννης ἀτελεύτητον πῦρ· οὗ γένοιτο πάντας ἡμᾶς τὴν πεῖραν ἐκφυγεῖν, καὶ τῶν ἐπηγγελμένων καὶ ἀκηράτων ἐπιτυχεῖν ἀγαθῶν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν. Ἀμήν.

Καὶ οὕτως λέγει ὁ ἀρχιερεὺς ἐπευλογῶν τὸν χειροτονούμενον σταυροειδῶς. ἡ χάρις τοῦ ἁγίου πνεύματος εἴη μετά σου φωτίζουσα, στηρίζουσα, καὶ συνετίζουσά σε, πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου.

Εἶτα προσφέρεται ὁ ὑποψήφιος ὑπὸ τῶν κληρικῶν αὐτοῦ ἄχρι καὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ ἀετοῦ, κηρύσσοντος τὴν προσαγωγὴν ἑνὸς τῶν κληρικῶν ὡς προδεδήλωται, καὶ τοῦ ὑποψηφίου σταντος ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ ἀετοῦ· λέγει αὐτῷ ὁ ἀρχιερεὺς ὁ τρίτος.

Δήλωσον ἡμῖν πλατύτερον ἔτι πῶς ὁμολογεῖς, καὶ τὰ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ ἐνυποστάτου υἱοῦ, καὶ λόγου τοῦ θεοῦ, καὶ πόσας φύσεις δογματίζεις ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ, καὶ ἑνὸς Χριστοῦ τοῦ θεοῦ

ἡμῶν· καὶ ὁ ὑποψήφιος εὐθὺς μεγαλοφώνως ἀναγινώσκει τὴν τρίτην ὁμολογίαν οὕτως, ζώσῃ φωνῇ.

Πιστεύω εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων· ἄναρχον μὲν καὶ ἀγέννητον, καὶ ἀναίτιον· ἀρχὴν δὲ φυσικὴν, καὶ αἰτίαν υἱοῦ καὶ πνεύματος. πιστεύω καὶ εἰς τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν, καὶ ἀρρεύστως καὶ ἀχρόνως ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντα ὁμοούσιον αὐτῷ· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. πιστεύω καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ ἐξ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον καὶ συνδοξαζόμενον ὡς συναΐδιον, καὶ σύνθρονον, καὶ ὁμοούσιον, καὶ ὁμόδοξον, καὶ τῆς κτίσεως δημιουργόν. πιστεύω τὸν ἕνα τῆς αὐτῆς ὑπερουσίου καὶ ζωαρχικῆς τριάδος τὸν μονογενῆ λόγον κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν σαρκωθῆναι ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου ἐνανθρωπῆσαι, τουτέστι τέλειον ἄνθρωπον γενέσθαι, μένοντα θεὸν, καὶ μηδὲν μεταβάλλοντα τῆς θείας οὐσίας διὰ τὴν πρὸς σάρκα κοινωνίαν, ἢ ἀλλοιώσαντα· ἀλλ' ἀτρέπτως προσειληφότα τὸν ἄνθρωπον, ἐν αὐτῷ τὸ πάθος καὶ τὸν σταυρὸν ὑπομεῖναι, παντὸς πάθους κατὰ τὴν θείαν φύσιν ἐλεύθερον, καὶ ἀναστῆναι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐκ τῶν νεκρῶν. καὶ εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνεληλυθότα, ἐκ δεξιῶν καθῆσαι τοῦ θεοῦ καὶ πατρός. πιστεύω καὶ τὰς περὶ θεοῦ καὶ τῶν θείων παραδόσεις τε, καὶ ἐξηγήσεις τῆς μιᾶς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας. ὁμολογῶ ἓν βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. προσδοκῶ ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. ἔτι δὲ τοῦ ἐνανθρωπήσαντος λόγου μίαν ὑπόστασιν ὁμολογῶ· καὶ ἕνα πιστεύω τὸν αὐτὸν, καὶ κηρύττω Χριστὸν, ἐν δυσὶ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν ταῖς θελήσεσι, καὶ φύσεσι, ταῖς ἐν οἷς, καὶ ἐξ ὧν, πέφυκε σώζοντα. ἀκολούθως δὲ καὶ δύο θελήματα πρεσβεύω, τῆς ἑκάστης φύσεως τὸ ἴδιον θέλημα καὶ τὴν ἰδίαν σωζούσης ἐνέργειαν. προσκυνητής εἰμι σχετικῶς, ἀλλ' οὐ λατρευτικῶς, καὶ τῶν θείων καὶ σεπτῶν εἰκόνων, αὐτοῦ τε τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς πανάγνου θεομήτορος, καὶ πάντων τῶν ἁγίων, ἐπὶ τὰ πρωτότυπα τὴν πρὸς ταῦτα διαβιβάζω τιμήν. τοὺς δὲ ἄλλως οὕτω φρονοῦντας ὡς ἀλλοτριόφρονας ἀποβάλλομαι. ἀναθεματίζω Ἄρειον, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ συμφρονοῦντας, καὶ κοινωνοὺς τῆς αὐτοῦ μανιώδους κακοδοξίας· Μακεδόνιον, καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν καλῶς ὀνομασθέντας πνευματομάχους· ὡσαύτως Νεστόριον, καὶ τοὺς λοιποὺς αἱρεσιάρχας, καὶ τοὺς τούτων ὁμόφρονας

nostro? *Et confestim electus tertiam professionem sonore legit, & valida hac voce, sic profert.*

Credo in vnum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilium omnium, & inuisibilium: sine principio quidem, ingenitum, & à causa independentē: principium vero, & originem Filij & Spiritus. Credo in vnigenitum eius Filium, sine fluxu & tempore ex eo genitum, eique consubstantialem, per quem omnia facta sunt. Credo & in Spiritum Sanctum, à Patre procedentem, & conglorificatum cum eo, vt coæternum, & eiusdem solij consortem, & consubstantialem, in gloria parem, & creaturarum opificem. Credo & vnum supersubstantialis, & viuificæ Trinitatis vnigenitum Verbum, è cœlis descendisse, & propter nos homines, & propter nostram salutem incarnatum de Spiritu Sancto, & ex Maria Virgine hominem factum, id est perfectum hominem apparuisse, Deum tamen permansisse, & immutatum, vel alteratum in nihilo circa diuinam substantiam propter consortium ad carnem fuisse, sed sine mutatione hominem assumpsisse, & omni passione secundum diuinam naturam liberum, in carne passionem & crucem subiisse, & tertia die à mortuis resurrexisse, in cœlos ascendisse, & sedisse ad dexteram Dei Patris. Credo, & traditiones & expositiones vnius Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ circa Deum, & res diuinas. Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum. Expecto resurrectionem mortuorum: & vitam venturi sæculi. Insuper & Incarnati Verbi vnam personam confiteor: eumdemque credo & prædico Christum, in duabus post Incarnationem voluntatibus & naturis, quæ ex his, & ex quibus constant, retinentem. Consequenter etiam duas voluntates, id est vniuscuiusque naturæ voluntates, propriam sibi operationem habentes, admitto. Cultor etiam sum habitu, sed non latria, sacrarum & venerandarum Imaginum, ipsius Christi & purissimæ Deiparæ, & omnium Sanctorum, & ad prototypa cultum earum transfero. Alias autem ab his dissentientes, vt praue opinantes repudio. Anathematizo Arium, & qui cum eo eiusdem sunt opinionis, vel etiam eiusdem erronei sensus consortes sunt: Macedonium, & qui cum eo Spiritus inimici rectè dicti fuere: Nestorium pariter, & reliquos Hæresiarchas, necnon & ipsis assentientes reiicio, &

anathematizo, & clarè magna voce detestor. Omnibus Hæreticis anathema. Cunctis Hæreticis anathema. Dominam vero nostram Deiparam Mariam, sincerè & verè profiteor & prædico, vnum Trinitatis Christum, Deum nostrum enixam. Quæ quidem mihi sit adiutrix, protectrix, & auxiliatrix, omnibus diebus vitæ meæ. Amen.

Et professione hac finita, benedicit illi Pontifex dicens: Gratia Sancti Spiritus per meam mediocritatem promouet te, Deo amantissimum Sacerdotem, & electum N. in Episcopum à Deo custoditæ ciuitatis N. *Et confestim exurgit Pontifex, & omnes Pontifices cum eo. Vnus autem ex ipsis defert ad electum subgenuale, & longos annos Episcopo ordinando precantur.*

Deinde baculum Pontificum tradit illi Pontifex, dicens hoc pacto: Accipe baculum vt coram te Christi pascas ouile, & obedientibus quidem tibi subiectis, esto baculus & fulcimentum: inobedientibus autem & peruicacibus ipso baculo vtere, vt correctionis virga, quæ illos in officio contineat.

Assumitur deinde à Pontifice ordinandus, & cum eis ad sanctum altare coram sancta mensa adducitur: & continuo genuflectit coram Pontificibus.

Vnus vero Pontificum, nimirum primus sanctum Euangelium accipit, & confestim inuersum in faciem, ponit super caput eius, illumque hinc & inde Pontifices tenent. Deinde omnibus audientibus dicit Pontifex.

Suffragiis & approbatione Deo amātissimorum Sacerdotum ciuitatis N.

Diuina gratia, quæ infirma semper curat, & ea quæ desunt adimplet, promouet te Deo amantissimum Sacerdotem & electum N. Episcopum & præpositum à Deo custodiæ ciuitatis N. precemur itaque pro eo vt veniat super eum gratia Sancti Spiritus.

Et dicunt Pontifices ter. Domine miserere. *Pontifices autem Euangelium tenent, & Pontifex, qui consecrat, super caput ordinati tres cruces facit, & ei benedicit:* In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

ἀποδοκιμάζομαι, καὶ ἀναθεματίζω, καὶ τρανῶς ἀνακηρύττω μεγίστῃ φωνῇ. Πᾶσι τοῖς αἱρετικοῖς ἀνάθεμα. Ὅλοις τοῖς αἱρετικοῖς ἀνάθεμα. Τὴν δὲ δέσποιναν ἡμῶν τὴν θεοτόκον Μαρίαν, κυρίως καὶ ἀληθῶς ὁμολογῶ καὶ κηρύσσω, ὡς τεκοῦσαν σαρκὶ τὸν ἕνα τῆς τριάδος, Χριστὸν τὸν θεὸν ἡμῶν. ἥτις γένοιτό μοι βοηθὸς σκέπη καὶ ἀντίληψις πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου. Ἀμήν.

Καὶ ταύτης πληρωθείσης, εὐλογεῖ αὐτὸν ὁ ἀρχιερεὺς λέγων. Ἡ χάρις τοῦ ἁγίου πνεύματος διὰ τῆς ἐμῆς μετριότητος προβιβάζεταί σε τὸν θεοφιλέστατον ἱερέα καὶ ὑποψήφιον, ὁ, ἐπίσκοπον τῆς θεοσώστου πόλεως ὁ. Καὶ εὐθὺς ἀνίσταται ὁ ἀρχιερεὺς, καὶ πάντες οἱ ἀρχιερεῖς μετ᾽ αὐτοῦ. Εἷς δὲ ἐξ αὐτῶν φέρει τῷ ὑποψηφίῳ τὸ ὑπογονάτιον, καὶ πολυχρονίζεται παρὰ πάντων ὁ ἐπίσκοπος ὁ χειροτονούμενος.

Εἶτα δίδωσιν αὐτῷ ὁ ἀρχιερεὺς τὴν ἀρχιερατικὴν ῥάβδον. λέγων οὕτως πρὸς αὐτόν. Λάβε τὴν ῥάβδον, ἵνα ποιμαίνῃς τὸ ἔμπροσθέν σοι ποίμνιον τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῖς μὲν εὐπειθοῦσιν, ἔστω αὐτοῖς ὑπό σου βακτηρία, καὶ ὑποστηριγμός, τοῖς δὲ ἀπειθοῦσιν, καὶ εὐτραπέλοις χρήσου αὐτῇ ῥάβδῳ, ἐπιστατικῇ ῥάβδῳ παιδεύσεως.

Εἶτα παραλαμβάνεται ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως ὁ χειροτονούμενος, καὶ εἰσάγεται μετ᾽ αὐτῶν εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας τραπέζης· καὶ εὐθὺς κλίνει τὸ ἑαυτοῦ γόνυ κατενώπιον τῶν ἀρχιερέων.

Εἷς δὲ τῶν ἀρχιερέων, ἤγουν ὁ πρῶτος λαμβάνει τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, καὶ τοῦτο ἀναπτύξας τίθησιν αὐτὸ ἐξάπινα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, ἐπὶ προσώπου κρατοῦντες αὐτὸ, οἱ ἕτεροι ἀρχιερεῖς ἔνθεν κἀκεῖθεν. εἶτα λέγει ὁ ἀρχιερεὺς εἰς ἐπήκοον πάντων.

Ψήφῳ καὶ δοκιμασίᾳ τῶν θεοφιλεστάτων ἱερέων καὶ κληρικῶν πόλεως ὁ.

Ἡ θεία χάρις, ἡ πάντοτε τὰ ἀσθενῆ θεραπεύουσα, καὶ τὰ ἐλλείποντα ἀναπληροῦσα, προχειρίζεταί σε τὸν θεοφιλέστατον ἱερέα καὶ ὑποψήφιον, ὁ, ἐπίσκοπον πόλεως, ὁ. καὶ πρόεδρον τῆς θεοσώστου πόλεως ὁ. εὐξώμεθα οὖν ὑπὲρ αὐτοῦ, ἵνα ἔλθῃ ἐπ᾽ αὐτὸν ἡ χάρις τοῦ παναγίου πνεύματος.

Καὶ λέγουσιν οἱ ἱερεῖς τὸ, Κύριε ἐλέησον, τρίς. Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς κρατοῦντες τὸ εὐαγγέλιον, καὶ ὁ χειροτονῶν ἀρχιερεὺς κάμνει ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ χειροτονουμένου σταυροὺς τρεῖς ἐπευλογῶν αὐτόν· εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Καὶ ἐπιθεὶς τὴν χεῖρα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, εὔχεται οὕτως. Εὐχή.

Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν. Vt ſupra.

Et impoſita manu ſuper caput eius, ſic precatur. Oratio.

Dominator Domine Deus noſter, &c.

Deſunt huius officij reliqua in præfato Euchologio: in quo quidem fit alicuius aquilæ mentio: circa quam annota. In ſolo vbi ordinandus eſt Epiſcopus tres fluuios depingi, ſupra fluuios vrbem; quam rurſus ſupra, aquilam radiis ſolaribus ornatam Græcos effingere: vt electum per effigies illas deductum diuinis myſteriis doceant. Et in fluminibus quidem διδασκαλίαν Epiſcopo nec ſſuriam manifeſtant; in vrbe ἰσοῤῥυθμὴν τὴν ἐπισκοπὴν, *Epiſcopatum delineatum: & tandem in aquila radiis gratiæ*, διὰ τὸ φέγγειον τοῦ ἀετοῦ· τὸ θεολογικὸν καὶ κεχαριτωμένον, *Theologiæ & gratiæ dotes* volunt eſſe repræſentatas, ait Symeon Theſſalonicenſis: qui plura de illis, in opere propediem à viro eruditiſſimo publici iuris faciundo. Monitio vero ab Epiſcopo conſecrante ordinato, Euangeliorum librum ceruicibus ſuſtentanti fieri ſolita lib. 6. Iuris Græcorom. reperitur.

In ordinem ſolitum obſeruari in Epiſcopi conſecratione: Notæ.

1. Μετὰ τὸ τοῦ τρισαγίου συμπλήρωσιν.] Ter ſanctus Hymnus cantatur in Miſſa paulo poſt eius principium, vt videre eſt fol. 68.

2 Παρὰ τῶν συμπαρόντων τριῶν.] Tres Pontifices, præter conſecrantem præcipuum, alij conſectando conuenienter ritus hic Græcus requirit. Atque ita forſan Canon Apoſtolicus intelligitur: vbi dicitur: ἐπίσκοπος χειροτονείσθω ὑπὸ ἐπισκόπων δύο ἢ τριῶν. *Ordinetur Epiſcopus à duobus vel tribus*, duos aſſiſtentes, & vnum conſecrantis officio fungentem adeſſe vult Clemens in Conſt. Apoſt. lib. 8. cap. 4. ſed & ſimul plures alios, quibus preces ad Deum fundantur: εἷς τῶν πρώτων ἐπισκόπων, σὺν δυσὶν ἑτέροις πλησίον τοῦ θυσιαστηρίου ἑστὼς καὶ τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων σιωπῇ προσευχομένων, τῶν δὲ διακόνων τὰ θεῖα εὐαγγέλια ἐπὶ τῆς τοῦ χειροτονουμένου κεφαλῆς ἀνεῳγμένα κατεχόντων. λεγέτω πρὸς θεόν. *Vnus è primis Epiſcopis vna cum aliis duobus prope altare ſtans, reliquis Epiſcopis & Presbyteris ſilentio orantibus, & Diaconis diuina Euangelia ſuper ordinati caput aperta tenentibus, dicat ad Deum.* Concilium etiam Nicænum primum Can. 4. cõſenſum & approbationum abſentium miſſis ſuffragiis haberi ſtatuit: ἐξ ἅπαντος τρεῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναγομένων, συμψήφων γινομένων καὶ τῶν ἀπόντων, καὶ συντιθεμένων διὰ γραμμάτων· τὴν χειροτονίαν ποιεῖσθαι. *Ex omni cœtu tres in idipſum congregatos, ſuffragantibus, & per literas conſenſum præſtantibus iis qui abſunt, ordinationem celebrare decet.*

3 Χαρτοφύλαξ] De quo fol. 282. & Balſamon diſceptatione de Chartophylace in Iuris Græcorom. volumine. Illum præterea ſi diligentius attẽdas, eumdem eſſe qui quondam in Eccleſia Romana Bibliothecarius audiebat, reperies. At quod ad noſtrum ſpectat inſtitutum, cum nullus in Eccleſiaſticum Conuentum cooptetur, vel ad Præſulatus, aut Monaſterij curam, vel ad Ordinis gradum quemcumque prouehi poſſit, qui non à Chartophylace commendetur, & præſentetur: hinc propterea chartam conſecrationis cuiuſcumque Pontificis offert: & quin noſſe debet quem ordinem teneant inter ſe Pontifices cuncti, τάξις namque τῶν μητροπολιτῶν καὶ ἀρχιερέων ἐν τῷ χαρτοφυλακείῳ ἐπαναγράφεται. *Metropolitarum & Epiſcoporum ordo in Chartophylacio deſcribitur*, ex Iuris Græcoromani pagina 243. ab eorum ordinatione nuſquam illum abeſſe contingit.

4 Ψηφω καὶ δοκιμασίᾳ.] Ἐπίσκοπον προσήκει μάλιστα ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ καθίστασθαι. *Epiſcopum oportet ab omnibus qui ſunt in prouincia conſtitui*, ait Canon 4. Concilii Nicæni primi: Et Balſamon in illum. τὸ καθίστασθαι, ἤτοι ψηφίζεσθαι ἐνταῦθα ἐπίσκοπον δέδοκται· πάλαι γὰρ γινομένων τῶν ἀρχιερέων παρὰ τοῦ πλήθους τῶν πολιτῶν, οἱ θεῖοι πατέρες οὐκ ηὐδόκησαν τοῦτο καὶ διωρίσαντο ὑπὸ τῶν ἐπαρχιατῶν ἐπισκόπων ἑκάστης ἐπαρχίας ψηφίζεσθαι τὸν ἐπίσκοπον: *Conſtitui, id eſt eligi, & ſuffragiis creari Epiſcopum hîc viſum eſt. Cum enim Antiſtitum electio à multitudine olim fieret, hoc diuinis Patribus minime placuit: ſed decreuerunt à prouincialibus Epiſcopis vniuſcuiuſq; prouinciæ Epiſcopum deligi.* Aſſenſum tamen tum principum, tum Cleri tum populi quoque deinceps aduniſſe, comprobant Pontificum electiones innumeræ, ſed maxime ſancti Germani electio apud regiam Græci Imperij vrbem, anno 714. à Theophane apud Baronium deſcripta, ex qua etiam huic ordinationis forma quam ſit antiqua, ſicut & è Scholiis in ſancti Maximi in Dionyſij cap. 5. de Eccl. Hierar. dignoſcimus, *Anno ſecundo Artemij, qui & Anaſtaſii tranſlatus à Cyſico vrbe Metropoli Germanus Conſtantinopolim, in quo & commonitorium tranſlationis, quod ſubinfertur, pronunciatum eſt continens ita. Electione & approbatione religioſiſſimorum* Presbyterorum, *& Diaconorum totius venerabilis ſacrique Senatus. & amici Chriſti populi, confirmandæ huius regiæ vrbis. Diuina gratia quæ infirma ſemper curat, & ea quæ deſunt, adimplet, tranſtulit Germanum ſanctiſſimum Præſulem Cyzicenſium Metropoleos in Epiſcopum huius à Deo conſeruandæ ac Imperatoriæ ciuitatis: facta eſt præſens tranſlatio in præſentia Michaëlis ſanctiſſimi Presbyteri & Apocriſarii* (id eſt, Legati qui reſponſa mandataque mutuo dat & refert) *Apoſtolicæ Sedis.* His non abſona ſcribit Gregoras lib. 3. cap. 3. & lib. 6. cap. 4. & lib. 7. cap 17. Vltimo tandem alia facta eſt in Oriente Epiſcopos eligendi ratio, quam refert Blaſtares cap. 11. elementi E. τοὺς μητροπολίτας μόνον χειροτονεῖν δίδωσιν ὁ κανὼν τῷ πατριάρχῃ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τούτους οὐχ ὥσπερ αὐτὸς κατ' ἐξουσίαν βούληται· ἀλλ' οὓς ἂν ὑπ' αὐτὸν συμφωνήσασα ψηφίσηται σύνοδος· εἶθ' οὕτω τῶν ψήφων ἐμφανιζομένων αὐτῷ, ὃν ἂν τῶν ψηφισθέντων τριῶν ὄντων ἐκλέξηται, χειροτονεῖν· οὐ γὰρ ἐφεῖται τῷ πατριάρχῃ ταῖς τῶν μητροπολιτῶν παρεῖναι ψήφοις· οὔτε μὴν τῶν ἐπισκόπων περὶ δὲ κανόνος τούτου, οὐχ οἱ πατριάρχαι τοὺς μητροπολίτας χειροτονοῦσιν· ἀλλ' οἱ ἑκάστης ἐπαρχίας ἐπίσκοποι· χειροτονεῖν δὲ ἐφίησι τῷ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τοὺς ἐν βαρβαρικοῖς ἔθνεσιν ἐπισκόπους τοῖς ὁμόροις τῶν αὐτοῦ [illegible] διοικήσεων, ὥσπερ εἰσὶν οἱ Ἀλανοὶ, καὶ οἱ Ρως· οἱ μὲν γὰρ τῇ Ποντικῇ, οἱ δὲ τῇ Θρᾳκικῇ παράκεινται διοικήσει ἑκάστῳ δὲ μητροπολίτῃ χειροτονεῖν ἐπισκόπους τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπους τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων παραπλησίως ποιουμένων τὰς ψήφους, ὡς καὶ τοῖς θείοις κανόσι τῶν πρὸ ἡμῶν ἁγίων φησὶ, διηγόρευται: *Diœceſeon Metropolitas*

CP. Patriarchæ Canon concedit ordinare: non tamen quos ipse pro libito voluerit, sed quos eius nutu coacta Synodus concorditer elegerit, vt suffragiis ad eum delatis, ex tribus electis vnum, quem ipse maluerit, ordinet. Non enim Patriarchæ Metropolitarum, neque Metropolitæ Episcoporum electionibus adesse permittitur. Ante hunc vero Canonem editum, non Metropolitas Patriarchæ, sed Episcopi singulis in prouinciis ordinabant. Concedit insuper eidem CP. barbararum nationum Episcopos ordinare, qui sunt eiusdem Diœcesibus contermini, quales sunt Alani & Russi. Illi namque Pontica, hi Thracica Diœcesi adiacent. Singulis autem Metropolitis subditos sibi Episcopos consecrare commendat, eo fermè pacto celebrantibus electiones Episcopis, ac Sanctorum sæculis nostris superiorum diuinis Canonibus est institutum. Videndus Blastares idem propediem, si Deus fauerit, à nobis edendus, cap. 1. τῦ X. σοιχέυ, cuius titulus est, ὅπως τῶν χειροτονουμένων ἐπισκόπων αἱ ψῆφοι γίνονται: *qua ratione ordinandorum Episcoporum electio fiat?*

5 Ἀναπτύσσων τὸ εὐαγγέλιον] Ritum hunc ab Apostolis præcessisse, vt indubium scriptis commemorauit sanctus Clemens, Constit. Apost. lib. 8. cap. 4. & communiter vsu receptum, testatur Dionysius de Eccl. Hierar. cap. 5. ὁ ἱεράρχης ἐπὶ τὴν ἱεραρχικὴν τελείωσιν προσαγόμενος ἄμφω τὼ πόδε κλίνας ἐπίπροσθε τῦ θυσιαστηρίου ἐπὶ κεφαλῆς ἔχει τὰ θεοπαράδοτα λόγια, καὶ τὴν ἱεραρχικὴν χεῖρα. *Pontifex ad initiationem Pontificiam suscipiendam accedens, vnoque genu flexo ante altare, super caput habet diuinitus tradita verba imposita, & Pontificiam manum.* Et hæc quidem verba demonstrant concedendum in genua procumbere: de quo nulla meditis mentio, quod tamen tum ex Ms. tum ex gestis à Diacono & Sacerdote, clarius ipsa luce colligitur. Quale vero sit Ecclesiæ propositum in imponendo consecrati Episcopi ceruicibus Euangelio, aperit Chrysostomus oratione, cui titulus est: ὅτι τῆς παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης εἷς νομοθέτης. vbi hæc habet, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐν ταῖς χειροτονίαις τῶν ἱερέων τὸ εὐαγγέλιον τῦ Χρισοῦ, ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τίθεται· ἵνα μάθῃ ὁ χειροτονούμενος, ὅτι τὴν ἀληθινὴν τῦ εὐαγγελίου τιάραν λαμβάνει· καὶ ἵνα μάθῃ, εἰ καὶ πάντων ἐστὶ κεφαλὴ, ἀλλ' ὑπὸ τούτους πράττει τοὺς νόμους, πάντων κρατῶν, καὶ τῷ νόμῳ κρατούμενος· πάντα νομοθετῶν, καὶ ὑπὸ τῦ νόμου νομοθετούμενος, διὰ τοῦτο ἀρχαῖός τις τῶν ἀρχαίων, Ἰγνάτιος ἦν ὄνομα αὐτῷ· οὗτος ἱερωσύνῃ καὶ μαρτυρίῳ διαπρέψας, ἐπιστέλλων τινὶ ἱερεῖ ἔλεγε μηδὲν ἄνευ σοῦ γνώμης γινέσθω· μηδὲ σὺ ἄνευ γνώμης θεοῦ τι πράττε. τὸ τοίνυν ἔχειν ἀρχιερέα τὸ εὐαγγέλιον σημεῖόν ἐστι τῦ ὑπ' ἐξουσίαν εἶναι. *In Ecclesia, in ordinationibus Episcoporum Euangelium Christi, eorum capiti imponitur; vt discat ordinatus, se veram Euangelii tiaram accipere: atque vt discat etiamsi omnium sit caput, his tamen se subiici legibus: & in omnes quidem habentem imperium, sed legibus seruientem: omnia legibus moderantem, sed legi esse suppositum. Quapropter ex antiquis quidam Ignatius nomine, Sacerdotio & Martyrio illustris; scribens ad quendam Episcopum, aiebat. Nil sine tua voluntate fiat: neque tu sine Dei voluntate quidquam agas. Quod igitur habeat Pontifex Euangelium: argumentum est eum esse potestati subiectum.*

6 Συνεφαπτομένων καὶ τῶν ἄλλων ἀρχιερέων. Euangeliorum librum Episcopus consecrans, eiusque pariter assistentes consecrati capiti imponunt, communique manuum adminiculo in Ecclesia Græca sustinent. Ita D. Gregorij Sacramentarium, & vetus Ordo Romanus fieri præcipiunt: Cōstitutiones Apostolicæ, Diaconis id committunt, lib. 8. cap. 4. τῶν διακόνων τὰ θεῖα εὐαγγέλια ἐπὶ τῆς χειροτονουμένου κεφαλῆς ἀναπτυγμένα κατεχόντων: *Diaconis diuina Euangelia super ordinati caput aperta tenentibus:* & Pontificale Romanum permittit ab vno è Capellanis obsequium hoc exhiberi: nulla tamen ratione Clemēs aut Pontificale concedunt Diacono cuiusquam, aut Capellani ministerio imponi: quod minus cautè asseruit Menardus in Sacramentarium Gregorij.

7 Ἐπιτίθησι τῷ χειροτονηθέντι.] Episcopus consecrans imponens initiato Pallium, ait: Ἄξιος: initiatus autem tum hic, tum quoties illud assumit, dicit: τὸ ποίμνιον τῶν προβάτων, τὸν μέγαν καὶ κύριον οἱ Ἰουδαῖοι διὰ ξύλου σταυρῷ ἐθανάτωσαν· ὃς αὐτὸς ὡς πρόβατα, τοὺς ἐν ᾅδῃ τεθαμμένους, κράτους θανάτου ἐρρύσατο. *Magnum pastorem ouium, & Dominum, Iudæi in crucis ligno morti tradiderunt: ipse autem mortuos in inferis sepultos, velut oues è potestate mortis eripuit.*

8 Τὸ ὠμοφόριον.] Ius pallij Pontificij ferendi, sibi sæculis vltimis Græciæ cunctos Episcopos arrogasse, vt nonnisi historiarum ignarus negauerit, ita qui pristinis temporibus, vt consuetum eis concesserit, non firmam, vt reor, dicti sui faciet fidem. Audio quidem Isidorum Pelusiotam lib. 1. epist. 136. indiscusso Patriarchæ Metropolitæ, & Episcopi discrimine, Pontifici (Episcopi nomine à se nuncupato) ἱερὰν hanc ἐσθῆτα, *sacrum hoc vellus* ποιμαντικῆς τιμῆς, *Pastoralis officii insigne tribuere*: agnosco Concilium Oecumenicum octauum, can. 14 τοὺς ὡρισμένους ἐπισκόπους, certos & definitos Pontifices, (quos quidam Archiepiscopos nulla authoritate fultus suspicatur) ne huiusmodi cultu per fastum & superbiam abutantur admonere, & si velis sexcenta loca, ex industria prætermittenda cuncta in medium prolata, lubens admitto. Ne tamen exinde colligas precor, commune minoris Pontifici siue Episcopi, hoc fuisse à primis temporibus indumentum, & insigne. Tam profuso namque potestatis & dignitatis Ecclesiasticæ priuilegio scriptis suis Romanæ Sedis Antistites reluctantur, solis Archiepiscoporum titulo insignitis, hunc vestitus honorem addentes, quem certè ante salutatum sancti Petri tumulum, & ore proprio preces vrgentes oblatis, vel eq iidem vicarias personarum excusationes receptis, nulli eorum concessum esse voluerūt; quemque insuper rationis eiusdem vrgente fundamento, ab aliis etiam minoris notæ Episcopis, vsurpari, vel tanquam ius proprium possideri, in Oriente tolerare nonnisi inuiti, potuissent. Quonam enim traditionis, aut erogati priuilegii monumento nixi, ad tam sublimè honoris fastigium, minores Episcopi Græciæ conscenderent, ad quod, æqua ratione, Latini non possent euehi? Aut cur Episcopis Græciæ fieret honos ille passim communis, qui apud nos, nonnisi magni momenti causarum pondere attento, Ostiensi Episcopo Summum Pontificem consecranti, Lucensi in Thuscia, Papiensi in Lombardia, Bambergensi in Germania, & Quinqueecclesiensi in Hungaria conceditur? Sed esto: nullus fuerit postremis sæculis Episcopus in Græcia pallio non ornatus, quis tamen exinde iure ab antiquioribus gentis eiusdem Pontificibus possessum affirmet, quod eorum posteri, ambitionis iniuria sibi vsurparunt? Nec dissimulanda vel repudianda tam facili negotio, recepta à Baronio sub annum Christi 914. boni illius Luitprandi Cremonensis Episcopi authoritas, quæ Pontificum Romanum legibus pallij honorem solis Archiepiscopis reseruantibus, & ficto in illud Græcorum iuri testimonium reddens, simul etiam ipsis audentibus ambitionis crimen exprobrat, in legatione sua secunda ad Nicephorum

cephorum Phocam Imperatorem verba hæc faciens: *Sed quid commemorem, cum ipsa Constantinopolitana Ecclesia nostræ sanctæ Catholicæ atque Apostolicæ Ecclesiæ Romanæ merito sit subiecta. Scimus, imo videmus Constantinopolitanum pallio non vti, nisi sancti Patris nostri permissu. Verum cum impiissimus Albericus quem non stillatim cupiditas, sed velut torrens impleuerat, Romanam ciuitatem sibi vsurparet, Dominumque Apostolicum quasi seruum proprium in conclaui teneret, Romanus* (Orientis) *Imperator filium suum Theophylactum Eunuchum Patriarcham instituit. Cumque eum Alberici cupiditas non lateret, missis eo muneribus satis magnis, efficit vt ex Papæ nomine Theophylacto Patriarchæ litteræ mitterentur, quarum authoritate, tum ipse, tum alii successores absque Paparum permissu palliis vterentur: Ex quo turpi commercio vituperandus mos inoleuit, vt non solum Patriarchæ, sed etiam totius Græciæ Episcopi, palliis vtantur. Quod quam sit absurdum, censere opus non est.* Hæc Luitprandus. Cuius relatione motus Baronius addit. *Graue tunc Ecclesiæ Romanæ inflictum est vulnus, cogente Alberico Ioannem Papam* (vndecimum) *concedere inconcessa Patriarchæ Constantinopolitano, quæ conuersa sunt in magnum detrimentum, etiam ipsius Constantinopolitanæ Ecclesiæ ista indebita accipientis, & abalienantis se magis ea occasione à sinu matris.* Quamuis autem indebitè sibi pallii honorem assumpserint minores Episcopi: nullatenus illius vsu quasi illicito sunt condemnati, attenta maxime post octo sæcula Romanæ Sedis tolerantia, imo & expressa Concilii Lateranensis licentia, qua cap. 5. Patriarchis Orientis conceditur; *Vt postquam à Romano Pontifice receperint pallium, quod est plenitudinis officii Pontificalis insigne præstito sibi fidelitatis & obedientiæ iuramento, licenter & ipsi suis suffraganeis illud largiantur.* Pallium itaque rarius quondam à Græcis Episcopis vsurpatum (superiorum namque dignitatum sedes, titulos, honores semper ambierunt, & aucupati sunt, inferiores quique; qua gloriæ libidine stimulante, & pueros officia Lectorum absque tonsura exercentes, Subdiaconos oraria ferre gestientes, Diaconos sacra mysteria præsumentes Sacerdotibus ministrare, & denique Sacerdotes ante Episcopi aduentum ministrare ausos, arguunt frequentissime Concilia) pallium, inquam, nimia honoris cupidine ab eis exquisitum, insigne licet & tanta maiestate coruscans, cunctis licitum & commune iam redditum est: atque ita à Symeone Thessalonicensi inter consuetas, & debitas Episcopo vestes recensitum, ab omnibus Euchologiis Ms. quibuslibet Episcopis consecrandis imponi præscribitur; quorum vetustas cum septem sæcula vix superet; nec ipsa, nec Isidori, Photii, Conciliorumve dicta, quibuslibet Episcopis indifferenter illud quondam delatum manifestè probant, sed nec Concilii octaui Oecumenici verba Can. 14. aliud suadere videntur. θεσπίζομεν, inquiunt, τοὺς ὁρισθέντας ἐπισκόπους ὠμοφορεῖν: quorum verborum hic est germanus sensus, *Statuimus certos & determinatos Episcopos humeralia, siue pallia ferre, &c.* illos vero definitos, id est, certi gradus Episcopos, quibus pallium permittitur, non minus Metropolitas & Patriarchas possumus intelligere, quam Ordinis inferioris Pontifices, quibus perperam honos ille conuenire affirmatur.

Verum pallio qualicumque iure Græcis Episcopis concesso, an reliqua quoque Pontificum insignia, Latinos mirum in modum ornantia, qualia sunt annulus, mitra, baculus, sint illis vsu familiaria, potest obuius quiuis inquirere? Respondendum: Annuli vsum Græcos Episcopos ignorare, nec mitras ambire: Legatos tamen Orientis à Gregorio decimo Latinorum Episcoporum more, tiaris, mitris, & annulis ornatos fuisse, refert Pachymeres: ἀσμένως ὑποδεξαμένου τοῦ Πάπα τοὺς πρέσβεις· ὥστε καὶ τιμῆσαι σφᾶς τιάραις τε, καὶ μίτραις, καὶ δακτυλίοις, ὡς ἡ ἐκείνων ἔχει τῶν ἀρχιερέων συνήθεια. Addo pallio recepto, crucem Sanctorum reliquiis pretiosam ἐγκόλπιον, (vt quæ ἐν κόλπῳ, è catella pendeat) dictam, adiecta gratulatione vocis ἄξιος, accipere: at certe præ cunctis ornamentis denuo ad oues Christi rite pascendas sermone præmisso Pastorali baculo à Pontifice consecrante, prout fragmentum Allatiani Ms. superius manifestat, donari. Baculus hic, non inepte πατερίσσα illis vocatur à *paterna* sollicitudine, vel δικανίκιον à *iustitiæ* proposito, & à cunctis, tum Pontificibus, tum Monasteriorum præfectis, manibus fertur, illoque vtpote breuiori, & minus pretiosa materia conspicuo, (raro namque argenteus est, sæpius autem ebore & ebeno, solum variegatur) per viam gradientes se sustentant: illoque vt potestatis in inferiores exercendæ symbolo, ab Imperatoribus quondam donari solitos Patriarchas, & alios præcipuos animarum præfectos scribit Codinus cap. 20. Patriarcham quidem his verbis, εἶτα ὁ πατριάρχης ἐπὶ τῆς ἀναβάθρας ἀνελθὼν, λαμβάνει τὸ δικανίκιον ἀπὸ τῆς τοῦ βασιλέως χειρός. *Patriarcha deinde in suggestum conscendens, è manu Imperatoris pedum Pastorale accipit.* Cæteros autem inferius: οἱ δέ γε ἀρχιμανδρῖται, καὶ πρωτοσύγκελλοι, ἀλλὰ δὲ καὶ καθηγούμενοι τῶν ἐντίμων μοναστηρίων, μετὰ τὸ, τὴν σφραγίδα παρὰ τοῦ πατριάρχου λαβεῖν ἀπέρχονται, καὶ προσκυνοῦσι καὶ οὗτοι· καὶ λαμβάνουσι τὸ δικανίκιον ἀπὸ τῆς τοῦ βασιλέως χειρός. *At Archimandritæ* (Abbates Prouinciales, seu multorum Monasteriorum patres, iique perpetui) *& Protosyncelli, sed & venerabilium Monasteriorum, præfecti, postquam à Patriarcha electi & cruce signati sunt, abeunt & ipsi ad palatium, & venerantur Imperatorem, & ab eius manu pedum accipiunt.* Verum, τί δηλοῖ ἡ ῥάβδος ἣν κατέχει ὁ ἀρχιερεύς; *Quid virga quam Pontifex tenet manifestat?* inquirit Thessalonicensis lib. de Sacram. Respondet ipse, ἡ ῥάβδος δὲ ἣν κατέχει τὴν ἐξουσίαν δηλοῖ τοῦ πνεύματος, καὶ τὸ στηρικτικὸν τοῦ λαοῦ, καὶ τὸ ποιμαντικὸν, καὶ τὸ ὁδηγεῖν δύνασθαι καὶ τὸ παιδεύειν τοὺς ἀπειθοῦντας, καὶ συνάγειν εἰς ἑαυτὸν τοὺς μακράν· διὸ καὶ λαβὰς ὡς ἀγκύρας ἄνωθεν ἔχει, καὶ διώκειν τοὺς θηριώδεις τε, καὶ λυμαντικούς· καὶ τελευταῖον τὸν σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ δηλοῖ, καὶ τὸ τρόπαιον ἐν ᾧ καὶ νικῶμεν, καὶ στηριζόμεθα, καὶ ὁδηγούμεθα, καὶ ποιμαινόμεθα, καὶ σφραγιζόμεθα, καὶ ἑλκόμεθα εἰς Χριστὸν, τὰ πάθη νικῶντες, καὶ τοὺς πολεμίους διώκομεν, καὶ πάντοθεν φυλαττόμεθα. *Virga manibus Pontifex gestata, potestatem spiritualem, populumque sustentandi virtutem, pascendi debitum, ducendi, rebellesque castigandi, & à se dissitos congregandi, officium significat: ansas propterea retortas hamorum instar habet, vt efferatos fuget & perniciosos: & vltimo Christi crucem manifestat, & trophæum in quo vincimus, fulcimur, deducimur, pascimur, obsignamur, & ad Christum trahimur: vnde & passionibus exuperatis aduersarios insequimur, & vndequaque protegimur.* Renuncians idcirco Hieracleensi Sedi Theodorus Critopulus, C P. Patriarcha dicebat: χαῖρε ὦ ποιμενάρχα, καὶ πατὴρ πατέρων, καὶ ταῖς εὐχαῖς σου με ἐφοδίασον, καὶ τῇ ποιμαντικῇ εἴτε καὶ βακτηρίᾳ σου στήριξον. *Salue Pastorum Præsul, & pater Patrum, precibus me tuis deducito: tuoque siue pastoritio siue paterno pedo me fulcito.*

Baculi vero pastoralis & Regij sceptri commune

Rr

quidem est nomen, figura vero penitus diuersa: sceptrum namque gracilius est & breuius, vtpote in altum, iugiter attollendũ; & cuspidis vice, crucem præfert: Pastorali autem virgæ Pontifex innititur progrediens, eius summa pars iuxta manum transuerso ligno, siue eboreis serpentibus in se se capitibus mutuo retortis ἀγκυρῶν δίκην, est ornata: cuius effigiem habes fol. 115. Cæterum à mitrâ, siue Pontificio pileo capiti imponendo, hucusque vulgo abstinuerunt Græci: Balsamon in medit. de Patriarcharum priuilegiis: τὸν Κωνσταντινουπόλεως βλέπω μηδενὶ τῶν προνομίων τοῦ Πάπα κατακοσμούμενον· οὔτε γὰρ τῷ τῆς βασιλείας λώρῳ, οὔτε κοκκοβαφέσι πεδίλοις θριαμβεύεται. *CP. Præsulem nullo Papæ priuilegio semet ornantem video: quippe nec regni coronatur fascia, nec cum coccineis calceis se videndum exhibet*: Tiaram tamen coronâ & quatuor crucibus coruscam, audio ego Patriarchas inter sacras actiones hodie deferre, & CP. similem Romani Pontificis nuperrime assumpsisse. Nil mirum vero si ea hucusque caruerint, cum perantiquam non esse in Ecclesia Latina Mitræ vsum, Græci quidam, quibus Ligaridius adstipulatur, contendant: Præterea cum omnes fere iugiter è Monachis sint desumpti Pontifices, humilitatis seruandæ proposito, καμηλαύχιον, *Monachalem cucullum*, relicto capitis ornatu augustiori, retinuerunt: & deinde iuxta Chrysostomi num. 5. relati mentem, Euangelium Tiaræ loco, in sua consecratione quilibet Episcopus accipit. Quartam rationem Græcus alter addidit, summam nimirum erga Imperatores reuerentiam, forsan tamen adulationem, in quorum ditione ne regios honores sibi decernere videretur, infulatus aut coronatus quisquam procedere non auderet. Vero tamen viciniorem molitur Symeon Thess. non acceptæ à Græcis, præterquam ab Alexandrino Patriarchâ (qui à D. Cyrilli ætate, Romanæ sedis priuilegio, cuius Legatus Ephesino Concilio præfuit; *Papæ* nomine, & proprio illi capitis ornatu donatus est) rationem proferre lib. de Templo: ἀπερικαλύπτῳ δὲ κεφαλῇ οἱ τῆς ἀνατολῆς πάντες ἱεράρχαι, πλὴν τοῦ Ἀλεξανδρείας τελοῦσιν· οὐ κατ' ἐλάττωσίν τινα, ἀλλὰ κατὰ λόγον ὑψηλότερον, ἀλλὰ δὴ καὶ θειότερον· ὃν ὁ θεηγόρος Παῦλος ὑποτίθησι, καὶ διδάσκει· κεφαλὴν μὲν ἡμῶν τὸν Χριστὸν ὀνομάζων, μέλη δὲ ἡμᾶς αὐτοῦ· καὶ ὅτι δεῖ τιμῶντας τὴν κεφαλὴν ἡμῶν, τὸν Χριστὸν ἀπερικαλύπτως ἔχειν τὰς κεφαλὰς, ἐν τῷ προσεύχεσθαι. καὶ οὐ διὰ τοῦτο μόνον· ἀλλ' ὅτι καὶ γυμνῇ τῇ κεφαλῇ τὴν χειροτονίαν ὁ χειροτονούμενος δέχεται, καὶ οὕτως ὀφείλει προσεύχεσθαι, καὶ ἱερουργεῖν ὡς ἐχειροτονήθη. ὁ δὲ ἱεράρχης μάλιστα χειροτονούμενος ἐπὶ κεφαλῆς ἔχει τὰ θεῖα παραδοθέντα λόγια, ἤτοι τὸ εὐαγγέλιον· ἀλλ' ὅμως ἐρεῖ τις. καὶ λοιπὸν, ὁ ἐπὶ κεφαλῆς ἔχων ὁ Ἀλεξανδρείας ἱερὸν ἐπικαλούμενον, καὶ ἄλλοι δὲ πλεῖστοι κατὰ παράδοσιν ἀρχαίαν, οὐκ εὐαγῶς ποιοῦσιν! οὐ τοῦτο φημί. κἀκεῖνο μὲν γὰρ πρὸς τοὺς ἐνεργοῦντας παραδόσεις, ἀλλὰ νομικωτέρα μᾶλλον. φέρει γὰρ ὁ νομικὸς ἀρχιερεὺς ἐπὶ κεφαλῆς κίδαριν, ἣν δὴ καὶ μίτραν ὠνόμαζον. καθὰ δὴ καὶ οἱ περιτιθέμενοι ἱεράρχαι τοῦτο, καλῶς εἰώθασιν. ἴσως ἐξ ὁμοίου ἔχουσιν αὐτὸ, καὶ τὸ τοῦ δεσπότου ἀκανθίνῳ στεφάνῳ, ἢ καὶ τῷ σουδαρίῳ ἐπὶ αὐτοῦ κεφαλῆς· ἀλλ' ὁμοίως ἐπειδὴ τότε ἀποτίθενται τοῦτο καὶ οὗτοι, εἰς ἀναγκαῖον τῆς ἱερουργίας καιρὸν, μαρτυροῦσιν ὡς ἀναγκαιοτέρα ἡ τοῦ μακαρίου Παύλου παράδοσις. *Aperto capite Pontifices Orientis omnes, dempto Alexandrino Patriarcha sacris funguntur, nõ ob humilitatis necessitatem, sed ob causam altiorem & lõge diuiniorẽ: videlicet quã diuinus Paulus suggerit, & docet, Christũ caput nostrũ vocans, nos autem ipsius mẽbra: & oportere nos Christũ caput nostrum venerantes, capite inter orãdum nudatũ habere. Verũ neq; hac tantum de causa, sed quia nudo capite consecrationem, qui consecratur, accipit; atq; ita precari & sacrificare debet, prout fuit ordinatus. Põtifex vero dũ cõsecratur potissimũ, à Deo tradita eloquia, capite sustentat. Obyciet tamẽ aliquis Alexandrinum Patriarchã, & alios complures (id est Latinos) ex veteri traditione tecto capite sacris operantes, nõ rectè ac sanctè facere. Id nusquã assero. Antiquæ enim traditioni Mosaïcæ legis amica nixi, sic se gerunt. Nã & legalis Sacerdos Cidarim, quam & mitram vocabant, in capite deferebat, eaq; infulati Põtifices non absurdè vti consueuerunt; ac fieri potest, vt illud tegimen spineæ Domini coronæ, aut sudario capiti eius imposito, simile esse dicant. Verũ cum & hi, instante sacrificij tempore, illud deponant: vt magis adstringentem Pauli traditionem declarant.* Quasi vero ipse Symeon ignoraret Sacerdotes suos, vel in processionibus, vel in officiis diuinis Casulis tectos, atq; etiã magna liturgiæ parte ἐσκουφιασμένους *pileolis opertos*, Hieromonachos autẽ μετὰ τῶν καμηλαυχίων, *Cucullatos*, stare solitos? dicaci tamen verbo ipsum perstringere voluisse Latinos, nullus non videt. Vt autem ad institutũ redeat oratio, causam videlicet assignandã; cur Pontifices Orientis ornatũ mitræ nõ susceperint; conuenientẽ præ cæteris videtur Balsamon adinuenisse, sed non plane satis exposuisse, vbi meditato de Chartophylace & Protecdico versus finem, Romano Pontifici reseruatũ hunc honorem verbis tacitis agnoscit, & fatetur: Patriarchã autem Alexandrinũ solo priuilegij titulo, non vero cæteros Hierarchas perfrui posse: διὸ καὶ ὁ μέγας ἅγιος Κύριλλος, ait, ὁ πάπας Ἀλεξανδρείας, ἐπὶ κεφαλῆς χρυσοῦν λῶρον περιεβάλετο ὅτε τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς τρίτης συνόδου ἐπεστάτει· ἐπεῖχε γὰρ καὶ τὸν τόπον τοῦ Κελεστίνου τοῦ τὴν ἐκκλησίαν τῆς Ῥώμης ἰθύνοντος, καθὼς τοῦτο παρίστανται ἐκ τῶν πρακτικῶν τῆς τρίτης συνόδου, καὶ ὡς ἐκεῖνος ἐμεγαλύνετο κατὰ τὸ θέσπισμα τοῦ ἰσαποστόλου ἁγίου μεγάλου Κωνσταντίνου, τὸ γεγονὸς πρὸς τὸν ἅγιον Σίλβεστρον, ὅτε τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας, ἐκ τῆς παλαιᾶς Ῥώμης κατὰ θεοῦ πρόνοιαν μετετέθησαν εἰς τὴν τῶν πόλεων βασιλεύουσαν, καὶ διορίζόμενον μετὰ χρυσοπάστου λώρου τὴν τοῦ ἁγίου Σιλβέστρου κεφαλὴν, καὶ τῶν μετ' αὐτὸν ἀρχιερέων τῆς Ῥώμης καταγλαΐζεσθαι, καὶ αὐτὸς τοιούτῳ τρόπῳ καθωραΐζετο. Κἀντεῦθεν καὶ οἱ μετ' ἐκεῖνον εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἀρχιερατεύοντες εἰς μνήμην αἰώνιον τοῦ τότε νομοθετήσαντος οὕτως μέχρι τοῦ νῦν κατακοσμοῦνται στολογραφούμενοι καὶ πάντων ἀπερικαλύπτοις ἱερουργούντων ταῖς κεφαλαῖς, μόνος ὁ πατριάρχης Ἀλεξανδρείας ἱερουργεῖ μετὰ τοῦ αὐτοῦ λώρου τὴν κεφαλὴν καλυπτόμενος. καὶ τοὺς δώδεκα δὲ Καρδηναλίους τοῦ πάπα παρεωράκαμεν ὡς βλέπομεν κεκοσμημένους χρυσοῖς ἐπιβλήμασιν. ὡς αὐτὸν τὸν πάπαν προσωποποιοῦντας, καὶ τὰ τούτου στηρίζοντας δίκαια. *Ideoq; magnus ac S. Cyrillus Papa capiti tiaram, circũdedit auream, quo tẽpore sanctæ & vniuersalis tertiæ Synodo præfuit. Quippe Celestini locũ occupabat eius, qui Romanã tunc regebat Ecclesiã, quemadmodũ liquet ex actis eiusdem Synodi tertiæ. Et qua Celestinus vtebatur gloria secũdũ sanctionẽ Apostolis æqualis illius sancti magniq; Cõstantini, factam ad S. Syluestrũ, quum imperij sceptra per Dei prouidentiã, ex veteri Roma transferrẽtur in hanc vrbem omniũ principem, qua statuitur aurea mitra, tũ ipsius S. Syluestri, tum successorũ & Pontificũ Romanorum caput condecorari debere, eadẽ & Cyrillus exornabatur. Quamobrem & ij qui post ipsum Alexãdriæ Pontificatũ gessere, propter memoriam æternã eius quod tunc decretũ fuit, eodem modo in hunc vsq; diem titulo suo* (Papæ nimirũ) *cohonestantur. Quumq; omnes alii capitibus apertis res sacras peragãt; solus Alexãdrinus Patriarcharẽ diuinã facit mitra caput obuolutus. Quinetiã duodecim* (errat Balsamon in numero) *Papæ Cardinales, consimiliter pileis aureis ornatos* (ignorare se ostendit Latinorũ mores) *veluti Papæ personã repræsentantes, eiusq; iura protegentes, videmus.* Quo etiã honore magnæ Ecclesiæ Chartophylacẽ aliquãdo donatũ testatur Balsamon in sequẽtib. ἀρχαιοτέρων ἀληθεύουσιν ἐναργῶς οἱ λέγοντες καὶ τὸν κατὰ καιροὺς χαρτοφύλακα μετὰ τοιαύτης πάρας χρυσῆς περὶ μετρουμένων χρόνων τινῶν ἐν ταῖς πανδήμοις δοξάζεσθαι πανηγύρεσιν, οὐ μόνον ἐπὶ ἐκκλησίαις γινομέναις ὡς εἴωθεν· ἀλλὰ καὶ ἐν περιόδοις καὶ ἀγοραῖς· πεπληροφόρημαι δὲ καὶ αὐτὸς ἀποκεῖσθαι μέχρι τοῦ νῦν, εἰς τὸ τοῦ Χαρτοφύλακος κιβώτιον, χρυσόπαστον τοιοῦτον ἐπι-

ἐλαια κὴ χρύσος κ͵ ἐστι μεγάλης καὶ πάπελος, ἀλλ᾽ ἐσος κὴ πορφυρον. *Itaque consentaneum est eos haud dubiè verum dicere, qui perhibent etiam cuiusque temporis Chartophylacem aureâ huiusmodi tiarâ, certos ante annos, in publicis quibusdam conuentibus vsum, qui non tantum pro more haberentur in Ecclesiis, verumetiam in processionibus, & foris publicis. Atque equidem certo scio, in hunc vsque diem repositū esse pileum huiusmodi auro interspersum in Chartophylacis arcâ, neque longum intercessit ac remotum temporis spatium: sed rei memoria recens est.* Tandem derelictæ à Chartophylace tiaræ rationem ait esse, quia minus honestum erat, coram Patriarchâ huiusmodi honore priuato, eum sibi alium assumere. εἰ μή τις λέγει τιμητικώτερον εἶναι τὴν κεφαλὴν τῆς χειρὸς, ἢ ἄλλο μέλος τοῦ σώματος. *Nisi quis dicere velit, plus honoris deferendum capiti, quam manui vel alteri membro corporis.* Nonnunquam tamen Mitris Orientales Episcopos fuisse vsos non possum ire inficias, nam & literis suis ad me missis καλύπτρας Pontificalis mentionem facit doctissimus Allatius; fuisque item aliis Georgius Coresius Chiensis, vt doctè, ita & beneuolè scribit, Epiphanem quendam μέγαν χαρτοφύλακα, de Basilio iuniore, qui ab anno 977. ad annum 1026. C P. rexit imperium, referre; simultate inter ipsum & Patriarcham de ipso obloquentem oborta, cum hinc inde mutuis se ferirent conuitiis & iniuriis, tandem Theophilum Patriarcham Alexandrinum pacis conciliandæ mediatorem aduocatum, hoc pacto aduersas sibi mutuo partes composuisse, ac iussisse, vt cereæ Patriarchali statuæ lingua præscinderetur, regiæ vero manus; & vt deinceps mutuis sese litigantes prosequerentur obsequiis. Quod ita præstitit Imperator, vt Patriarchæ Diadema regium imponeret; & vicissim Imperatorem, in sacrum suorum Officialium, & ἱερολογικῶν collegium adscriberet Patriarcha, & eum in Ecclesia priuilegiis illorum gaudere permitteret. Sed & Mitræ S. Iacobi fratris Domini, à Hierosolymitano Patriarcha ad annum vsque 869. inter sacras actiones nonnunquam assumptæ, testis est in 8. Synodo Oecumenica Theodosius, & ipse Hierosolymorum Antistes Actione prima, vbi tam pretioso munere Ignatium sanctissimum Præsulem donat. ἐστείλαμεν τὸν ποδήρη, καὶ τὴν ἐπωμίδα σὺν τῇ μίτρᾳ, τὴν ἱεραρχικὴν στολὴν τοῦ ἁγίου Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου τῇ σῇ περιποθήτῳ, καὶ τιμίᾳ κεφαλῇ. *Poderem, & Superhumerale (Pallium) cum Mitra, & Pontificalem ornatum S. Iacobi fratris Domini dilecto venerandoque tuo capiti misi.* Habet exemplar Latinum. *Poderem & Superhumerale cum Mitra & Pontificalem ornatum S. Iacobi fratris Domini, & primi Archiepiscoporum, qua antecessores mei Patriarchæ circumamicti semper in sancta sanctorum ingrediebantur Sacerdotio fungentes, videlicet sanctam memoriam vitæ, & sanctum calciare, qua & ego ipse indutus sum eadem gerens, tuo desiderabili & honorando mihi capiti, ex amore, & dilectionis copia transmisi: quatenus sanctifica suauitate, ac tactu sanctorum locorum, vt pote dignus perfruaris.* Annoto tandem vt quondam Imperatoribus, ita & in hodiernum vsque diem Patriarchæ fuisse prælatum ignem. Hoc præcipuum eius insigne, hæc dignitatis maiestatisque eius nota, hoc denique sanctitatis eius argumentum: Hoc asserit Codinus & Symeon Thessalonicensis vbi lib. de Sacr. ritus huius expositionem quærit: τὸ λαμπάδα προπορεύεσθαι προμηνύει δὲ τὴν λάμψιν δηλοῖ τῆς ἐν τῷ ἀρχιερεῖ χάριτος: *facem ipsi præferri, gratiæ splendorem in Pontifice manifestat, &c.* Ritus huiuscemodi originem in Spiritum sanctum refert Balsamon Responso de Patriarcharum priuilegiis apud Ius Græcorum. lib. 7. μόνοις βασιλεῦσι, καὶ τοῖς πατριάρχαις ὑπὸ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος χάριτος, καὶ τῆς ἀρχαίας παραδόσεως χάριτος. *Solis Imperatoribus ac Patriarchis per gratiam sancti Spiritus ex antiqua consuetudine concessum est &c.* Antiqua certe consuetudo est, cuius obseruatio à primis Ecclesiæ sæculis non fuit ignota, nam & sanctum Pontificem Fulgentium, cum lucernis & lampadibus ab Afris fuisse exceptum eius historia narrat. Quin & sacræ Chrysostomi Sarcinæ, velut viuo populus C P. honorem hunc exhibuit, ita Theodoretus lib. 5. Hist. Eccl. cap. 36. καὶ πάλιν ὁ πιστότατος λαὸς ἐπείρα τῷ πελάγει διὰ τῆς πορθμείων κηπάλμενος τοῦ Βοσπόρου, τὸ πρὸς τῇ προποντίδι στόμα, ταῖς λαμπάσι κατέκρυψε. *Tum rursus fidelissimus populus, velut terra nauigiis vsus, fauces Bosphori iuxta Propontidem cereis contexit.* Eodem cultu viuum iam illum receperat ab exilio primo redeuntem: vt idem author est cap. 34. ἐπειδὴ τοῦτο ὁ πιστότατος ἔγνω λεὼς ἐκάλυψαν τοῖς πορθμείοις τῆς προποντίδος τὸ στόμα· ἅπαντες γὰρ ὑπήντησαν τὰς ἐκ κηροῦ λαμπάδας ἀνάψαντες. *Quod cum fidelissimus populus cognouisset Propontidos angustias nauigiis operuerunt. Omnes enim occurrerunt cereas faces accendentes.* Fax autem Patriarchæ præferri solita, & in Ecclesia coram illo ardens, δικάμπελον nomen accepit: Officialemque habet illi gerendæ præstitutum: de quo inter Officiales Ecclesiæ magnæ suo loco, & tum de illo, tum de Gretseri circa δικάμπελον nugis, alibi commodius. ζαμμάτα porro quibus vestem Pontificiam, id est eius στιχάριον, ornari refert Ius Græcorum. pag. 450. sunt illa Lora, de quibus fol. 110. nu. 8. τριγώνια in eodem Iuris volumine memorata; erat figura trigona Phrygio opere Casulæ ori tam ante quam retro appicta, immutatamque Trinitatis naturam & de illa scientiam in Pontifice referebat: nunc effingi in desuetudinem abiit.

9 Τὸν χειροτονηθέντα ἀσπάζεται.] Consecrans Pontifex, & assistentes Episcopi Consecratum recipiūt ad osculum pacis in Pontificali Romano, dicentes singuli: *Pax tibi.* Ex Apostolico vero instituto; si Clementis in Const. Apost. lib. 8. cap. 5. testimoniū admittatur, mos ille profluxit, πάντων αὐτὸν φιλησάντων τῷ ἐν κυρίῳ φιλήματι. *omnes illum excipiunt sancto in Domino osculo:* cuius mysterium, vt in more positum habet Symeon Thessal. luculenter exponit: εἶτα ἀσπάζεται τοῦτον ὁ ἱεράρχης ὡς ἐραστὸν αὐτῷ, διὰ τὸ μέγα τῆς χάριτος, καὶ ὡς ὁμόταγη δι᾽ αὐτὸς, καὶ ἡγιασμένον ἐν Χριστῷ, καὶ ἡνωμένον. καὶ αὐτὸς δὲ τὴν ἱερὰν τράπεζαν ἀσπαζόμενος, τιμῶν αὐτὴν, ὡς τῆς χάριτος ἐργαστήριον, ἐν ᾗ καὶ τετέλεσται, καὶ τὴν χειροτονίαν ἐδέξατο, καὶ τὴν χειροτονήσασαν ἀσπάζεται δεξιὰν, ὡς καὶ αὐτὴν ἡγιασμένην, καὶ κεχαριτωμένην, καὶ τὸ μεταδοτικὴν τῆς χάριτος ἔχουσαν, καὶ τελεστικὴν ἐν ἁγίῳ πνεύματι, καὶ εὐλογίας χορηγὸν, καὶ χαρισμάτων θείων παρεκτικὴν, δι᾽ ἧς καὶ ὁ οὗτος ἀρχιερεὺς κεχειροτόνηται, καὶ τετέλεσται. ἔτι καὶ τὴν τοῦ ἱεράρχου ἀσπάζεται παρειὰν, ὡς ὄργανον τοῦ λόγου, ὡς ὑπηρέτην τῆς εὐχῆς, καὶ διὰ τὴν ἀγάπην καὶ ἕνωσιν. ἐρᾷ γὰρ καὶ αὐτὸς τοῦ μεταδιδόντος τὴν χάριν, καὶ ἀγαπῶν ὄντως καὶ φιλῶν ἀληθῶς ἐν Χριστῷ τῷ ἐραστῷ μόνῳ, ὡς καὶ ἀγαπώμενος, καὶ φιλούμενος. *Osculatur deinde illum Pontifex tanquam sibi dilectum, propter gratiæ excellentiam, & velut æqualem sibi & sanctificatum, & in Christo coniunctum. Ipse vero sacram mensam osculatur, velut eam colens, tanquā gratiæ officinam, in qua inauguratus est, & Ordinem suscepit. Osculatur etiam qua promotus est dexteram vt sanctificatam, gratia redundantem, gratiæ ministram, quaque initiandi alios in Spiritu sancto facultatem obtinet, & benedictiones largitur, & vice Dei charismata cunctis distribuit: qua & ipse Pontifex institutus est & perfectus. Insuper vero & Ordinantis se genam osculo petit, vt ver-*

bi instrumentum, & precum adiutricem: signum etiam vnionis & amoris, hoc pacto exhibet. Auidus enim est & ipse gratiæ, quam deinceps aliis communicet: amatque idcirco & diligit in Christo solo dilecto, vtpote prius amatus & dilectus. Osculo vero consecrantem salutans, ait, ὁ Θεὸς ἐν μέσῳ ἡμῶν: à quo vicissim audit: καὶ ἔστι καὶ ἔσται: quod & eodem pacto salutantibus se, & osculantibus aliis, respondet.

10 Τῆς συνήθους εὐφημίας.] Cum à Clero acclamatur, εἰς πολλὰ ἔτη, *ad multos annos, &c.*

11 Ἀνέρχονται εἰς τὸ σύνθρονον.] In subsellia nempe illa circa testudinem altaris Pontificibus & Sacerdotibus, paris honoris consortibus, consessuris erecta. Medius autem thronus subselliis eminentior recenter consecrato amplioris honoris gratia conceditur. Huic parem omnino ritum in Pontificali Romano legimus: *Consecrator accipit consecratum per manum dexteram & primus ex Episcopis per sinistram, & inthronizant eum, ponendo ipsum ad sedendum in faldistorio, de quo surrexit consecrator.*

Eius autem institutionem habet Clemens Apost. Constit. lib. 8. cap. 5. ἕωθεν ἐνθρονιζέσθω εἰς τὸν αὐτῷ διαφέροντα τόπον παρὰ τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων. *Mane collocetur in throno secundum dignitatem sublimiore, à reliquis Episcopis.* Is porro thronus est, qui in Chrysostomi liturgia dicitur ἄνω καθέδρα, de quo fol. 15. 15. & 128. cuius ita propria est Episcopo possessio, vt tunc solum cum in eo sederit, Episcopatus apicem conscendisse censeatur: vt quæ sit πρὸς τὸ ἐπισκοπικὸν, &c, πρὸς τὸν ἱερὸν θρόνον καθίδρυσις. in Episcopali, vel sacro throno collocatio: inquit Ius Græcorom. lib. 6.

12 Εἰρηνεύσει τὸν Ἀπόστολον.] Lectori decursa Epistola, ait εἰρήνη σοι, *Pax tibi*: & Ecclesiæ benedicit, iuxta ritum iam olim ab Apostolis positum, si Clementi iam citato fides addatur: μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ νόμου, καὶ τῶν προφητῶν, καὶ τῶν ἐπιστολῶν ἡμῶν, καὶ τῶν πράξεων, καὶ τῶν εὐαγγελίων ἀσπασάσθω ὁ χειροτονηθεὶς τὴν ἐκκλησίαν. *Post lectionem legis & Prophetarum, atque Epistolarum nostrarum, & Actuum & Euangeliorum, salutet consecratus Ecclesiam.*

ORATIONES IN MVLIEREM puerperam die nati eius pueri primo.

1 ΕΥΧΑΙ ΕΙΣ ΓΥΝΑΙΚΑ λεχώ, 2 τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῆς γεννήσεως τοῦ παιδίου αὐτῆς.

Dominum precemur.

DOminator omnipotens Domine, qui morbum omnem, cunctamque infirmitatem sanas, ipse præsentem etiam ancillam tuam N hodie fœtum enixam cura; & quo iacet lecto, illam erige: quia iuxta Dauid Prophetæ verbum, in iniquitatibus concepti sumus, & per sordes in tuo conspectu astamus. Serua illam, & præsentem quem edidit puerum. Ex hac die, ad vltimum vsque illius obitum, sub vmbra tuarum alarum illam protege: intercessionibus immaculatæ Dei genitricis, & Sanctorum omnium. Quia tu benedictus es, in sæcula sæculorum. Amen.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

ΔΕσποτα κύριε παντοκράτωρ, ὁ ἰώμενος πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν, αὐτὸς καὶ τὴν προσοῦσαν τὴν σήμερον τεξασαν δούλην σου, τήνδε, ἴασαι, καὶ ἀνάστησον αὐτὴν ἀπὸ τῆς κλίνης, ἧς ἐπίκειται· ὅτι κατὰ τὸ τοῦ προφήτου Δαβὶδ λόγιον, ἐν ἀνομίαις συνελήφθημεν, καὶ διὰ ῥύπου πάντες ἐσμὲν ἐνώπιόν σου. φύλαξον ταύτην, καὶ τὸ παρὸν νήπιον ὃ ἔτεκε. σκέπασον αὐτὴν ὑπὸ τὴν σκέπην τῶν πτερύγων σου, ἀπὸ τῆς σήμερον, μέχρι τῆς ἐσχάτης αὐτῆς τελειώσεως. Πρεσβείαις τῆς παναγεάντου θεοτόκου, καὶ πάντων τῶν ἁγίων. Ὅτι εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Dominum precemur.

DOminator Domine Deus noster, qui Domina nostra, intemerata Dei genitrice, & semper virgine Maria natus, ceu puer in præsepio recubuisti, & velut infans manifestatus es: ipse præsentis ancillæ tuæ, puerum hunc hodie enixæ, miserere: spontanea, & non sponte admissa eius delicta, remitte: & ab omni diaboli tyrannide illam conserua. Productum vero ab ea puerum,

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

ΔΕσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τεχθεὶς ἐκ τῆς παναχράντου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας· καὶ ὡς νήπιον ἐν φάτνῃ ἀνακλιθεὶς, καὶ ὡς βρέφος ἀναδειχθείς· αὐτὸς καὶ τὴν παροῦσαν δούλην σου τὴν σήμερον τεξασαν τὸ παρὸν παιδίον, ἐλέησον, καὶ συγχώρησον, 3 τὰ ἑκούσια, καὶ τὰ ἀκούσια αὐτῆς πλημμελήματα, καὶ διαφύλαξον αὐτὴν, ἀπὸ πάσης τοῦ διαβόλου τυραννίδος. καὶ τὸ ἐξ αὐτῆς κυηθὲν νήπιον διατήρησον,

ἀπὸ πάσης φαρμακείας, ἀπὸ πάσης χαλεπότητος, ἀπὸ πάσης ζάλης τοῦ ἀντικειμένου, ἀπὸ πνευ- 4 μάτων πονηρῶν, 4 ἡμερινῶν τε, καὶ νυκτερινῶν. Ταύτην δὲ διατήρησον ὑπὸ τὴν κραταιάν χεῖρά σου, καὶ δὸς αὐτῇ ταχινὴν ἐξανάστασιν, καὶ τοῦ ῥύπου καθάρισον· καὶ τοὺς πόνους θεράπευσον, καὶ ῥῶσιν καὶ εὐρωστίαν, ψυχῇ τε καὶ σώματι δώρησαι, καὶ δι' ἀγγέλων φαιδρῶν καὶ φωτεινῶν, ταύτην περίθαλψον, καὶ περιφρούρησον, ἀπὸ πάσης ἐπελεύσεως τῶν ἀοράτων πονηρῶν. Ναὶ κύριε. ἀπὸ νόσου καὶ μαλακίας, 5 ἀπὸ ζήλου, καὶ φθόνου, καὶ ὀφθαλμῶν 5 βασκανίας· καὶ ἐλέησον αὐτὴν καὶ τὸ βρέφος κατὰ τὸ μέγα σου ἔλεος. καὶ καθάρισον αὐτὴν ἀπὸ τοῦ σωματικοῦ ῥύπου, καὶ τῶν ποικίλων αὐτῇ ἐπερχομένων σπλαγχνικῶν ἐνοχλήσεων· καὶ ἐξάγαγε αὐτὴν διὰ τῆς ταχινῆς σου ἐλεημοσύνης, ἐν τῷ ταπεινῷ αὐτῆς σώματι εἰς ἐπανόρθωσιν, καὶ τὸ ἐξ αὐτῆς κυηθὲν νήπιον, ἀξίωσον προσκυνῆσαι τὸν ἐπίγειον ναόν, ὃν ἡτοίμασας δοξολογεῖσθαι τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον. Ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμή, καὶ προσκύνησις τῷ πατρί, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

ab omni veneno, molestia, cunctaque aduersarii agitatione, necnon à spiritibus malignis, siue diurnis, siue nocturnis custodi. Ipsam autem sub manu tua potenti protege: citam & promptam profluuii eiectionem illi largire, à sordibus emunda, dolores mitiga, valetudinem, roburque tam corpori, quàm animæ tribue: per lætos lucidosque Angelos illam foue, & ab omni spirituum inuisibilium insultu tuere illam: Ita Domine, à morbo & languore, à zelo, & inuidia, & ab oculorum fascino: eiusque, puerique, secundùm bonitatem tuam magnam miserere: à corporis profluuio emunda illam & à variis ingruentibus viscerum torminibus libera: prompta tua miseratione educ illam, vt in imbecillo suo corpore exurgat, editumque ab ea puerum, in terreno tuo templo, quod nomini tuo sancto celebrando præparasti, te adorare concede. Quia conuenit tibi omnis gloria, honor, & adoratio: Patri, & Filio, & Sancto Spiritui, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ εὐδοκήσας κατελθεῖν ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ γεννηθῆναι ἐκ τῆς ἁγίας θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, διὰ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν· ὁ γινώσκων τὸ ἀσθενὲς τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, συγχώρησον τῇ δούλῃ σου, τῇδε, τῇ τεξάσῃ σήμερον κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου. σὺ γὰρ εἶπας κύριε, αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς. διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς οἱ δοῦλοί σου δεόμεθα, θαῤῥοῦντες διὰ τῆς ἀνεξικάκου σου φιλανθρωπίας φόβῳ βοῶμεν πρὸς τὸ τῆς βασιλείας σου ἅγιον ὄνομα, ἐπίβλεψον ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἴδε τὴν ἀσθένειαν ἡμῶν τῶν κατακρίτων. καὶ τῇ δούλῃ σου τῇδε, καὶ παντὶ τῷ οἴκῳ ἐν ᾧ 6 ἐγεννήθη τὸ παιδίον, 6 καὶ τοῖς ἁπτομένοις αὐτῆς· καὶ τοῖς ἐνθάδε εὑρισκομένοις πᾶσι, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος θεὸς συγχώρησον. ὅτι μόνος ἔχεις ἐξουσίαν ἀφιέναι ἁμαρτίας. Πρεσβείαις τῆς ἁγίας θεοτόκου καὶ πάντων τῶν ἁγίων σου.

Dominum precemur.

Domine Deus noster, qui è cœlis descendere, & pro salute nostra peccatorum, è sancta Deipara & semper virgine Maria, nasci voluisti, qui humanæ naturæ debilitatem nosti, secundùm miserationum tuarum amplitudinem, ancillæ tuæ huic fœtum hodie enixæ, veniam concede: tu enim dixisti, Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & dominemini illius: idcirco nos serui tui rogamus, & clementi tua humanitate freti, ad sanctum regni tui nomen clamamus: respice de cœlo, & nostri reorum infirmitatem intuere: & huic ancillæ tuæ, omnique domui in qua puer prodiit, cunctis eam attrectantibus, aliisque hîc adstantibus, vt bonus & hominum amator Deus, remissionem largire. Quia tu solus condonandi peccata potestate præcellis: Intercessionibus sanctæ Deiparæ, & omnium Sanctorum tuorum.

Orationes in mulierem puerperam primo die natiuitatis pueri eius, Notæ.

1 Εὐχαὶ εἰς γυναῖκα λεχώ.] In nullo (quam Coresiano infra numero 5. adducendo) quod viderim Ms, repeřiuntur preces pro fœmina primo die partus faciendæ: vnde quamuis non illaudandam, recentem tamen vel saltem renouatam, oportet esse hanc, tum apud Græcos, tum apud Orientales Latinos, à quibus religiosè obseruatur, consuetudinem, vt mulieri puerperæ benedictura Ecclesia, eius è domo egressum, & in Dei templum aduentum non præstoletur, sed statim præteritos partus dolores precibus fusis lenit & solatur: cum, vt præmisi, simili benedictionis medela, Ecclesiam Latinam inter Græcos peregrinantem, fœminas sui ritus sequaces destitutas, non relinquere obseruauerim. Et quamuis vltima hac ætate à tali consuetudine, vel vt periculosa, vel vt minus decente, Concilium Mediolanense tertium abhorreat: eam tamen vt in vsu pridem habitam proindeque antiquam esse arguit. Rationes autem præcipuæ Ecclesiam ad huiusmodi preces fundendas, mouentes, illarum ipsarum verba dilucide proferunt. Vna est, vt partus labore depulso, etiam sequentis languoris tædia, Deo iuuante desistant. Secunda, vt fœtus polluta conceptione formatus, sicut & mater in iniquitatibus & peccatis primo reddita prægnās, mundos Dei oculos à se non auertant, eiusque auxilij in peccati sui pœnam minime reddantur exortes: quin potius eius præcepto, voce *Crescite & multiplicamini* declarato, & succiduæ hominum reparationi prouidente, necnon conceptus libidinem excusante, & corporis expiante sordes, pœnarum quoque & dolorum adiuncta tolerantia, commissa noxa, vel contracti peccati labes cuncta compensetur. Deinde cum puer ventris ergastulo eductus, tenebrarum fit filius, & dæmonis mancipium, secundum animam, facilius vt videtur, ne miseriæ remedium assequatur ab inimico potest impeti, & in corpore lædi; mater quoque partus eluuie immunda maleuolo strygum liuore cum fœtu solet impugnari: si vel tactu venenato, vel infecto & fascinanti aspectu (vt plerumque per eas tamquam dæmonum instrumenta contingere historiæ probatissimæ narrant) vtriusque detrimentum, perniciem, & interitum moliantur: tanto propterea periculo suis precibus prouidet Ecclesia, vel saltem animos huiusce mali terrore perstrictos pacare, & in tranquillitatem asserere aggreditur. Seuere nimis eam ob rem, ne dicam improbe, & ignoranter Italogræcus Catumsyritus errantium Græcorum patrocinium, vbique suscipere solitus non contemnendum hunc liuido dente carpit & rodit, morem: & Cryptæ Ferratæ codicem antiquum, in quo tamen, vt præfatus sum, ritus hic nullatenus reperitur, quasi orationes has complectentem, atque ideo Iudaïci ritus, vt ipsi videtur, authorem & fautorem aperte condemnat. Errorem tamen Catumsyriti ipsa precum verba leuiter inspecta, proscribunt: non enim ex Leuitici ritus zelo & obseruantia, sed benigno in in humanam infirmitatem condescensu puerperæ benedictionem largitur Ecclesia: neque ideo legalem immunditiam contraxisse autumat, aut deprecatiue absque Sacramenti Pœnitentiæ clauibus absoluēdam censet, mulierem; vt imponit, cum non sit hic peccatorum sacramentalis confessio, cui proinde par Sacramenti forma respondere debeat: sed simplices & sinceræ pro puerpera offeruntur preces, quibus ipsi prolique salus, & cunctis eam contingentibus sanctitas, mensque à perturbatione aliena impetretur.

2 Τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῆς γεννήσεως.] Antiquiorem Symeonis Thessalonicensis tempore cærimoniam hāc esse demonstrant eius scripta libro de Sacram. vbi interrogat: διὰ τί ἐν τῇ τοῦ βρέφους γεννήσει εὐχὴ παρὰ τοῦ ἱερέως γίνεται; *Quare in pueri natiuitate, à Sacerdote fit oratio?* Hocque responso soluit ipse quæstionem: ἐπειδὴ γὰρ γεννώμενοι σαρκὶ οὕτως εἰς τὴν ἀναγέννησιν τὴν διὰ τοῦ πνεύματος ὁδηγούμεθα. ἡ ἐκκλησία τοῦ Χριστοῦ ὡς ἄσπιλος οὖσα, καὶ ἡγιασμένη ἐν Χριστῷ, ἐν τοῖς εὐσεβέσιν εὐθὺς τὴν ἁμαρτωλὸν ἡμῶν, καὶ ἐκ σαρκὸς γέννησιν ἐκκαθαίρει· καὶ τεχθέντος τοῦ βρέφους παρὰ γυναικὸς εὐσεβοῦς, ὁ ἱερεὺς παραγίνεται, καὶ δοξολογεῖ τὸν θεὸν εὐχαριστῶν ὅτι ἄνθρωπος γεννῆται ἐν τῷ κόσμῳ· καὶ σφραγῖσιν εὐλογεῖ τὸ τεχθὲν, καὶ διαμένειν, καὶ δέξασθαι τὸ βάπτισμα καὶ τὸ χρίσμα αἰτεῖται, τῇ μητρὶ τε τὰ πρὸς σωτηρίαν εὔχεται, μεταδίδωσιν αὐτῇ τε, καὶ ταῖς σὺν αὐτῇ γυναιξὶ χάριτος καὶ ἁγιασμοῦ, ἄδειάν τε παρέχει ἐνεργεῖν τὰ ἔργα αὐτῶν, καὶ κατὰ μηδὲν ὅλως κωλύεσθαι, ἢ ῥύπου μετέχειν, ἢ ἐνδοιάζειν φθονεροῖς τοῦ πονηροῦ φάσμασιν· ἐπειδὴ ταῖς τῆς ἁμαρτίας καὶ ἡδονῆς ἐξυπηρέτησαν τόκῳ. *Quandoquidem enim carne nati, ad spiritus regenerationem hac via deduci nos conuenit: Ecclesia Christi vt immaculata, & in Christo sanctificata, inter Deo deuotos peccatricem nostram, & ex carne generationem statim emundare aggreditur: & à matre deuota fœtu edito, aduenit Sacerdos, Deoque laudem agit, quia natus est homo in mundo: signoque crucis puerum benedicit, & viuum permanere, & Baptismum Chrismaque recipere, postulat, & matri quæ ad salutem conducunt, precatur. Tum illi, aliisq; cum ea mulieribus gratiæ sanctificationisque donum impertit, & licentiam propria sibi opera semper exequi concedit, nusquamque impediri ab illis aggrediendis, aut immundas se putare, aut anxias esse propter inuidi inimici dubia sibi in mente præsentata, eo quod peccati & voluptatis partui ministrauerunt.*

3 Τὰ ἑκούσια καὶ τὰ ἀκούσια.) Nonnullos offendit, vbi de peccatis sermo est, vox ἀκούσια: cum ne vmbra quidem peccati adsit, si desit voluntatis ad illud perpetrandum affectus. Verum cum & Iacobus Domini frater, Basilius, & Chrysostomus, hoc modo loquendi suis in liturgiis vtantur, dubium non est, quin sensum Theologicum admittat. Peccatum enim origine contractum, alienæ potius quam nostræ voluntatis culpa est: & quod non plena intellectus aduertentia voluntatisque propensione committitur, vt ab ignara mente, & imperfecto consensu profectum, ἀκούσιον, *coactum*, & non integre spontaneum est. Plura de his Arcudius lib. 1. cap. vlt. & Albaspinæus lib. 2. obseruat. cap. 1. & nos inferius.

4 Ημερινῶν καὶ νυκτερινῶν.] Ex praui affectus proposito, & peruersa quam habent inter se ad tentandos homines concordia, dæmones nonnulli, vnius potius quam alterius peccati tentationem inducunt. Hinc Asmodæus fornicationis, Lucifer superbiæ spiritus nuncupari solet. Hi rursus de die, alii de nocte homines gestiunt deludere, vnde forsan *nego-*

tium perambulans in tenebris, & *dæmonium meridianum* prædicat Scriptura: à quibus proinde puerum recenter natum liberari suis precibus exposcit Ecclesia.

5 Ζήλυ καὶ φθόνυ καὶ ὀφθαλμῶν βασκανίας.] De triplici fascinatione, Poëtica, Physica, & Magica, fusè tractat Delrio suarum disquisitionum parte 1. cap. 4. Nos cum eo reiecta prima vt ficta: voces ζήλυ καὶ φθόνυ dicimus secundam indicare, ex inuidentia infecto animo, corruptis putridisque humoribus, & venenatis spiritibus, per transpirationem aut aspectus eiaculationem, ad corpusculum tenerum & alienæ impressionis capax delatis, ortam: ὀφθαλμῶν vero βασκανίαν, aliam Magicam denotare, quæ dæmonis opera ad sagarum aspectum, contactum, aut quasuis alias præstigias, incurritur.

6 Καὶ τοῖς ἀναδόχοις αὐτῆς.] Profluuio sanguinis, menstruo, vel partum consequente, mulier apud Græcos subiecta, & exinde immunda, nec Ecclesiam ingreditur, nec sanctum aliquod contingere præsumit: à qua proinde tangenda cum sibi caueant eius proximi, veniam eorum nomine precatur Sacerdos, si nimirum, quasi contracta immunditia, impuri diuino conspectui se indecenter in Ecclesiam intrudant. Num porro expiatione indigeant inquirit, & decernit Petrus Chartophylax Iuris Græcorum lib. 6. ἐὰν γυνὴ γεννήσῃ, καὶ εἰσέλθωσί τινες εἰς τὴν οἰκίαν αὐτῆς πόσον ὀφείλουσιν ἀπέχεσθαι τοῦ μεταλαβεῖν; Ἀπόκρισις. ἐὰν λουσθῶσιν ἐν τῇ ἑξῆς τῶν ἁγιασμάτων οὐ κωλυθήσονται. *Si mulier partum ediderit, & quidam in eius domum ingressi fuerint, quamdiu per censuram à communione debent arceri?* Responsio. *Si primum abluantur, postero die à Sacramentis non arcebuntur.* Alias sicut & ipsæ menstruæ, & profluuio laborantes prohibentur. Manet interim ἐν ἀφέδρῳ puerpera quæuis iuxta Dionysium Alexandrinum, cuius hanc vocem interpretatur Matthæus Blastares in Nomocanone στοιχείῳ Λ. ἐν ἀφέδρῳ, φησὶν, εἶναι τὰς ὑπὸ τῆς ῥύσεως τῆς ἐμμηνίου ὀχλουμένας, παρὰ τὸ κεχωρίσθαι αὐτὰς τῶν λοιπῶν ἕδρας. *In secessu vero dicit esse, fluxu menstruo iactatas, eo quod vt immundæ à cæterorum secessu separentur.* Et inferius. ἀλλὰ γὰρ αἱ τοιαῦται, τὸ νῦν οὐχ ὅπως τοῦ θυσιαστηρίου, εἰς ὃ πρὸ ταύταις ἐφεῖτο εἰσέρχεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῦ ναοῦ ἐκβάλλονται. *Sed & tales in præsenti non solum ab altari, in quod olim fas erat eis accedere, sed & templo eliminantur penitus.* Eliminantur itaque propter immunditiem à contactu profluuii illius sanguinei contractam, tum obstetrix partum prouocans, tum reliquæ mulieres huiusmodi officio implexæ, & illius sordibus infectæ. Quibus singulis, ne damnum charitatis officium pariat: confestim pia sollicitudine prouidet Ecclesia remedium, & Sacerdotali per idoneam orationem benedictione puerperæ munditiem dum exoptat; obstetricem, & reliquas adstantes ab inflicta sibi impuritate penitus expiat. Huiusmodi vero est alia oratio ex Georgij Coresij Chiensis Medici & Theologi C. P. Ms. eruta.

Εὐχὴ εἰς γυναῖκα λεχὼ λεγομένη ἐν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῆς γεννήσεως αὐτῆς.

Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τῷ ἐνυποστάτῳ σου λόγῳ τὰ πάντα ἐκ μὴ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν, καὶ τῷ θείῳ πνεύματι ταῦτα τελειώσας, ὁ τῇ σῇ κελεύσει τὰς μαίας ἐν τῇ Αἰγύπτῳ τὰ βρέφη τῶν Ἑβραίων ζωογονούσας, καὶ εὐλογήσας αὐτάς· οὕτως ποίησον κύριε ὁ θεὸς, καὶ τὴν παροῦσαν λεχὼ, καὶ τὴν μαῖαν ταύτην εὐλόγησον, ἁγίασον, καθάρισον αὐτῆς τὸν ῥύπον τοῦ σώματος, καὶ τὸν σπίλον τῆς ψυχῆς, καὶ ἀξίωσον αὐτὴν διὰ τοῦ ἡμῶν πρεσβυτερείου, τῆς εἰσόδου τοῦ ναοῦ σου. Ὅτι σὺ εἶ ὁ εὐλογῶν καὶ ἁγιάζων τὰ πάντα Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, καὶ τῷ πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Oratio in mulierem puerperam primo die partus eius dicenda.

Dominator Domine Deus noster, qui subsistente tuo Verbo cuncta ex non esse ad esse adduxisti, & hæc diuino Spiritu perfecisti, qui tuo iussu obstetrices in Ægypto Hebræorum pueros incolumes seruantes benedictionibus cumulasti: idem quoque præsta, Domine Deus, & præsentem puerperam, & obstetricem illam benedictione tua prosequere, sanctifica, sordes corporis eius, & animæ inquinamenta expurga: & per venerandi Sacerdotii ministerium templi ingressu dignam hanc redde. Quia tu benedicis & sanctificas omnia, Christe Deus noster, & tibi gloriam referimus, & Patri, & Sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

Εὐχὴ ἑτέρα πρὸς τὰς λοιπάς.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ περὶ τῶν ζώων ἐν τῇ ὀθόνῃ εἰπὼν Πέτρῳ τῷ Ἀποστόλῳ καὶ Κορυφαίῳ, ἃ ὁ θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ μὴ κοίνου.

Altera pro mulieribus adstantibus oratio.

Dominum precemur.

Domine Deus noster, qui de animalibus in linteo contentis Petro Apostolo & Coryphæo dixisti: quæ Deus emundauit, tu ne communia du-

xeris: & cuncta execranda & immunda pro puris haberi sanxisti. Ipse benedic & sanctifica præsentes tuas ancillas partui ancillæ tuæ N. assistentes, & vt inculpate in sanctam tuam Ecclesiam intrent, & sanctis tuis & immaculatis & viuificis mysteriis participent, & tandem cœleste tuum regnum consequantur, dignas illas redde. Nos autem gloriam tibi referimus Patri, & Filio, & Sancto Spiritui, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

καὶ πάντα τὰ μιαρὰ καὶ ἀκάθαρτα, καθαρὰ νομοθετήσας. αὐτὸς εὐλόγησον, καὶ ἁγίασον τὰς δούλας σου ταύτας τὰς λατρευούσας ἐν τῇ κυήσει τῆς δούλης σου, ὃ καὶ ἀξίωσον αὐτὰς ἀμέμπτως εἰσελθεῖν ἐν τῇ ἁγίᾳ σου ἐκκλησίᾳ, καὶ μεταλαβεῖν τῶν θείων σου, καὶ ἀχράντων καὶ ζωοποιῶν μυστηρίων· καὶ τῆς ἐπουρανίου σου βασιλείας ἀξιωθῆναι. καὶ δόξαν σοι ἀναπέμπομεν τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Puerum autem enixa, cum ex cohabitantium æstimatione, & opinionis infirmitate, propter continuum sanguinis profluuium habeatur vt immunda, ad decimumquintum vel vigesimum vsque diem domi otiosa manet, nec quidquam tangit, aut fermentum cibosve præparat, ex quibus alii animi concipiant horrorem: sequenti propterea oratione è Ms. Coresiano exscripta se lustrari prouidet.

Oratio in mulierem puerperam post viginti vel quindecim dies.

Εὐχὴ εἰς γυναῖκα λεχὼ εἴκοσι, ἢ δεκαπέντε ἡμερῶν.

TEr Sanctus. Sanctissima Trinitas. Pater noster. *Dimissorium dici.*

Τρισάγιον. Παναγία τριάς. Πάτερ ἡμῶν. τὸ ἀπολυτίκιον τῆς ἡμέρας.

Dominum precemur.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

DOmine Deus noster, panis verus vitæ nostræ, qui per tuam in carne dispensationem nos expiasti & regenerasti, & nos indignos, ad nomen sanctũ tuum accedentes benedicere & sanctificare iussisti. Ipse Domine Deus noster, ancillam tuam N. à præteritis corporis eius sordibus per viginti (*sin minus per quindecim*) dierum expiationem expurga: benedic illi; ipsamque, & quem peperit puerum & fermentum manuum eius, & omnia opera manuum eius conserua, vt sine molestia & impedimento cunctos iuxta sanctam tuam voluntatem in domo sua pascat: & glorificemus & adoremus immensam tuam bonitatem, in Patre, & Filio, & Sancto Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

ΚΥριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ἀληθινὸς ἄρτος τῆς ζωῆς ἡμῶν, ὁ καθαρίσας καὶ ἀναγεννήσας ἡμᾶς διὰ τῆς ἐνσάρκου σου οἰκονομίας, καὶ κελεύσας ἡμᾶς τοὺς ἀναξίους δούλους σου εὐλογεῖν καὶ ἁγιάζειν τοὺς προσερχομένους τῷ ὀνόματί σου τῷ ἁγίῳ. αὐτὸς κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ τὴν δούλην σου, ὁ, καθαρὸν ἐκ τοῦ ἀπελθόντος αὐτῆς σωματικοῦ μολυσμοῦ, διὰ τῆς καθάρσεως τῶν εἴκοσι ἡμερῶν, καὶ εὐλόγησον αὐτὴν, καὶ διαφύλαξον αὐτὴν, καὶ τὸ βρέφος ὃ ἔτεκε, καὶ τὴν ζύμην τῶν χειρῶν αὐτῆς, καὶ πάντα τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτῆς· ἵνα ἀνεμποδίστως θρέφῃ πάντας τοὺς ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῆς κατὰ τὸ σὸν ἅγιον θέλημα· ἵνα δοξάζωμεν καὶ προσκυνῶμεν τὴν σὴν ἄπειρον ἀγαθότητα ἐν τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

ΕΥΧΗ ΕΙΣ ΤΟ ΚΑΤΑσφραγίσαι παιδίον λαμβάνον ὄνομα τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ τῆς γεννήσεως αὐτοῦ.

Ἰστέον δὲ ὅτι τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ μετὰ τὴν γέννησιν προσάγεται ἐν τῷ ναῷ τὸ βρέφος, παρὰ τῆς μαίας. καὶ ἵσταται πρὸ τῶν πυλῶν τοῦ ναοῦ. Ὁ δὲ ἱερεὺς ποιεῖ εὐλογητόν. Τρισάγιον τό, Παναγία τριάς, Σὺν τῷ· Πάτερ ἡμῶν. Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία. Εἶτα τὸ ἀπολυτίκιον τῆς ἡμέρας, ἢ τοῦ ἁγίου τῆς μονῆς. Καὶ σφραγίζει αὐτοῦ τὸ μέτωπον, τὸ στόμα, καὶ τὸ στῆθος καὶ λέγει τὴν εὐχήν.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, σοῦ δεόμεθα καὶ σὲ παρακαλοῦμεν. σημειωθήτω τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τόνδε καὶ σημειωθήτω ὁ σταυρὸς τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, ἐν τῇ καρδίᾳ καὶ τοῖς διαλογισμοῖς αὐτοῦ, εἰς τὸ φεύγειν τὴν ματαιότητα τοῦ κόσμου, καὶ πᾶσαν τὴν πονηρὰν ἐπιβουλὴν τοῦ ἐχθροῦ, ἀκολουθεῖν δὲ τοῖς προστάγμασί σου. καὶ δὸς κύριε ἀνεξάρνητον μεῖναι τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτὸν συναπτόμενον ἐν καιρῷ εὐθέτῳ τῇ ἁγίᾳ σου ἐκκλησίᾳ, καὶ τελειούμενον διὰ τῶν φρικτῶν μυστηρίων τοῦ Χριστοῦ σου. ἵνα κατὰ τὰς ἐντολάς σου πολιτευσάμενος, καὶ φυλάξας τὴν σφραγίδα ἄθραυστον, τύχῃ τῆς μακαριότητος τῶν ἐκλεκτῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. Χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ· μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ, σὺν τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εἶτα ἀνὰ χεῖρας λαβὼν τὸ παιδίον ἵσταται ἔμπροσθεν τῶν πυλῶν τοῦ ναοῦ, ἢ τῆς σεβασμίας θεοτόκου, καὶ ποιεῖ σταυροῦ τύπον, λέγων. Χαῖρε κεχαριτωμένη θεοτόκε παρθένε, ἐκ σοῦ γάρ. Καὶ γίνεται ἀπόλυσις.

Δεῖ γινώσκειν. ὅτι τὸ γεννηθὲν βρέφος, ἐὰν ἄρα καὶ ἀσθενοῦν μὴ θηλάζῃ, ἀλλὰ πρὸς θάνατον ἀφορᾷ· οὐ χρὴ περιμένειν, ὥς τινες κακῶς φασι, τὴν ἕκτην ἢ τὴν ὀγδόην ἡμέραν, καὶ οὕτω βαπτίζειν αὐτό· ἀλλὰ τῇ ὥρᾳ ᾗ ἐγεννήθη, μόνον ἀποπλυθῆναι, καὶ εὐθὺς βαπτισθῆναι, ἵνα μὴ τελευτήσῃ ἀφώτιστον. αἱ γὰρ πέντε μῆνας ἐγκυμονοῦσαι, εἰ τύχοι ἀπό τινος πληγῆς τὸ ἔμβρυον ἐκτρῶσαι, φόνου δίκην κατὰ τοὺς νόμους, καὶ τοὺς κανόνας ἐνέχονται. πολλῷ μᾶλλον, τὸ κρίμα δεῖ ἐκφεύγειν τῶν γεννωμένων, ἵνα μὴ ἀφώτιστα τελευτῶσι.

ORATIO AD CRVCE signandum puerum suscipientem nomen octaua die natiuitatis suæ.

Sciendum octauo à natiuitate die, puerum ab obstetrice in templum deportari: & præ foribus sisti. Sacerdos autem à benedictione auspicatus, dicit. Ter Sanctus. Sanctissima Trinitas, *cum* Pater noster. Quia tuum est regnum.

Deinde dimissorium diei, aut Sancti illius Ecclesiæ. Tum vero signat eius frontem, os, & pectus: dicitque orationem.

Dominum precemur.

Domine Deus noster, te rogamus, te precamur: signetur lumen vultus tui super seruum tuum hunc: signetur crux vnigeniti Filij tui in corde & eius mente, vt mundi vanitatem, cunctasque malignas inimici insidias effugiat, & tuis mandatis obsequatur: da, Domine, nunquam non profitentendum tuum nomen super eum manere, cum tempore debito sanctæ tuæ aggregabitur Ecclesiæ, & tremendis Christi tui mysteriis perficietur, vt iuxta mandata tua versatus, & signaculum hoc intemeratum custodiens, beatitudinis electorum in regno tuo compos fiat. Gratia & humanitate vnigeniti Filij tui, cum quo benedictus es, cum sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc, & in sæcula sæculorum. Amen.

Tum puerum manibus assumens, præ foribus templi, aut coram sanctæ Deiparæ stat imagine: crucisque signum exprimit, dicens: Salue gratia plena Deipara virgo, ex te namque. *Et fit dimissio.*

Obseruandum, quod si natus puer grauiter infirmato, lac non sugat, & ad interitum vergat: nulla mora trahenda est, iuxta eos qui in sextam aut octauam diem baptismum reponendum asserunt; sed ea qua natus est hora, si modo ablutus est, continuo baptizandus, ne non illuminatus decedat. Etenim si quinque mensibus vterum gerentes contingat, accepto vulnere fœtum pudere, homicidij reatum iuxta leges & Canones incurrunt; quanto magis punicorum iam in lucem editorum iacturam euitare necesse est, ne forte baptismatis lumine non accepto, vita decedant?

In orationem ad obsignandum puerum cum nomen, &c.

Variæ Lectiones.

a Εὐχὴ εἰς τὸ κατασφραγίσαι.] Solum Dom. Basilij Falascæ MS. præmittit titulo huic: σὺν θεῷ ἀκολουθία τοῦ βαπτίσματος *Baptismi Deo duce Officium*, quia hinc incipit pueri nomen Ecclesiæ dari, cum ipse illud accipit in Ecclesia.

b Παιδίον.] Barberinum num. 88. notatum legit παῖδα.

c Ἱστέον δὲ ὅτι.] Rubrica hæc omnis deest in omnibus MS. Barberino nimirum S. Marci, alio item Barberino num. 88. Cryptof. & codice Dom. Basilij Falascæ.

d Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν.] Habetur hæc oratio sola in omnibus præfatis MS.

e Εἶτα ἀνὰ χεῖρας.] Deest hæc rubrica in Cryptoferr. itemque in alio Cryptof. Dom. Basilij Falascæ, & in Barberino S. Marci. Barberinum vero aliud addit.

Oratio in puerum manibus delatum, cum primum regias Templi fores ingreditur.

Domine Deus noster, benedictionum fons, qui propter innocentiam pueros custodis, & seruas eos in Christo quondam illos brachiis complexo: nunc, Domine, pueros creaturas tuas, opera tua benedic, adauge & instrue illos; & eorum miserere in Christo tuo: cum quo est tibi gloria cum sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc, & semper, & in sæcula sæculorum.

Εὐχὴ εἰς παῖδα λαμβάνον (lege λαμβάνοντα) χεῖρας, ὅτε εἰσέλθη εἰς τὰς βασιλικοὺς πυλῶνας.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ἡ πηγὴ τῶν εὐλογιῶν, ὁ φυλάττων τὰ νήπια, καὶ φρουρῶν αὐτὰ διὰ τὴν ἀκακίαν ἐν τῷ ἀγκαλισαμένῳ αὐτὰ Χριστῷ σου, καὶ νῦν κύριε εὐλόγησον τοὺς σοὺς παῖδας, τὰ σὰ πλάσματα, τὴν σὴν δημιουργίαν· καὶ αὔξησον, καὶ σόφισον, καὶ ἐλέησον ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ σου. μεθ' οὗ σοι δόξα, σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

In Orationem cum obsignatur puer suscipiens nomen octauo post natiuitatem die. Notæ.

a Εὐχὴ εἰς τὸ κατασφραγίσαι παιδίον.] Crucis hæc signatio, nominisque impositio, baptizandi pueri catechismo præambula est, quæ quondam pars fuit. Verbi namque Dei auditu ad baptismum dispositos, & crucis signo Ecclesiæ primum mancipatos fuisse Catechumenos, indicat Concilium quintum Oecumenicum, eiusmodi signum, primam omnium signationem vocans, quæ nempe primo fieret ab Ecclesia διαλεγόμενος, inquit de Petro Episcopo hæretico, γυναικί τινι μήπω μετόχῳ γινομένῃ, οὐ λέγω τῶν ἁγίων μυστηρίων, ἀλλ' οὐδὲ αὐτῆς τῆς ἁγίας σφραγίδος. *Alloquutus quandam mulierem nondum participem, non dico sanctorum mysteriorum, sed neque ipsius sanctæ signationis:* hinc alia mulier Epiphanium in eius vita παρεκάλεσεν ὅπως δώσῃ αὐτῇ τὴν ἐν Χριστῷ σφραγῖδα, καὶ βαπτίσῃ αὐτήν: *precatur*, inquit, *Epiphanium, vt det ei quod est in Christo signaculum, & baptizet eam, &c.* Augustinus Catechumenos ipsos hoc pacto compellans, lib. de Symbolo cap. 1. *Accipite vos qui fidem desideratis verbum Dei tanquam competentem cibum, ex quo Dominus cooperetur incrementum. Nondum enim per sacrum baptisma renati estis, sed per crucis signum in vtero sanctæ matris Ecclesiæ concepti estis.* Huic κατασφραγίσματι, *crucis signationi* adiunctam fuisse εὐχὴν *orationem*, refert idem Augustinus lib. 2. de peccat. meritis & rem. cap. 26. *Catechumenos secundum modum suum per signum crucis, & orationem manus impositionis, puto sanctificari.* Exemplo confirmat Aimoïnus lib. de gestis Francorum. *Cum Dagoberti*, inquit, *filium S. Amandus Traiectensium* Episcopus *iuxta morem fidelium præsignaret, assistente genitore, pariterque Ariberto Aquitaniæ rege, finita oratione, & nullo è tanta exercitus multitudine, Amen respondente, aperuit Dominus os pueri, qui non plus à natiuitate quam triginta expleuerat dies, ac audientibus cunctis respondit, Amen. Statim igitur Sanctus Antistes*

eum regenerauit. Pueros insuper etiam recens in lucem editos pari modo signatos, subindicat Augustinus lib. 1. Confess. cap. 11. *Signabar iam signo crucis, & condiebar sale, iam inde ab vtero matris meæ.* Κατασφραγίσματος porro huiuscemodi, obsignationis, inquam, non facile euolantis, sed quæ fit quasi sigillo ceræ profundius impresso, siue titulo possessæ rei inscripto, & nota seruo inusta, finem, ipse sanctus doctor aperit de Catechizandis rudibus cap. 20. cum Catechumenum prima die instruendum ita alloquitur: *Cuius passionis & crucis signo in fronte hodie tanquam in poste signandus es: omnesque Christiani signamur.* Illo etenim vt serui, cuiusnam domini simus agnoscimur: atque ideo scribit idem tract. 11. in Ioannem: *Signum crucis habent in fronte Catechumeni, & iam de domo magna sunt: sed fiant ex seruis liberi.*

2 Λαμβάνον ὄνομα.] Pueris, quod recens orti plerumque extinguantur, nonnisi septimo die Græci quædam imponebant nomina, vt scribit Aristoteles lib. 8. de hist. Animal. τὰ πλεῖστα δὲ παιδία ἀναιρεῖται πρὸ τῆς ἑβδόμης, διὸ καὶ τὰ ὀνόματα τότε τίθενται, ὡς πιστεύοντες ἤδη μᾶλλον τῇ σωτηρίᾳ: *Plurimi ante septimum diem pueri intereunt: ideo tunc solum nomina imponunt eis, qui de salute illorum magis confidunt.* Nonum expectabant Athenienses, eumdemque maribus designabant Romani, à quo Nundinam Deam vocabant, quam etiam Lustricum & celebrem à lustratis & expiatis puerulis censebat: octauum autem fœminis volebant reseruatum. A Deo supremo omnium legislatore electus octauus, vt præputio dura sectione deposito, cuncti Hebræorum masculi, humanæ originis labe expiarentur, & nomen acciperent: quo eodem die Christus officii sui & personæ nomen assumens, circumcisionis nota dignatus est κατασφραγισθῆναι, consignari. Hinc Græci primum illud sacrum redemptionis nostræ mysterium pignusque, puerorum in Dei templo præsentatione veneraturi, vt ipsos octauo die salutis signo notarent, & inter viuos nomine imposito appellare inciperent, exemplum sumpserunt: ὅτι τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ, ὁ κύριος τὸ ὄνομα εἴληφεν Ἰησοῦς κληθεὶς, inquit Symeon Thessalonicensis lib. de Sacram. *Quia octauo die Dominus nomen accepit, Iesus vocatus.* Subdit ille inferius, τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ, προσάγεται τὸ βρέφος ὑπό τινων τῷ θεῷ, καὶ πρὸ τῶν πυλῶν τοῦ ναοῦ ἱστάμενον (καὶ γὰρ ἠγνισμένον· οὔπω ἐστὶ τῷ βαπτίσματι) σφραγίζει αὐτὸ εἰς τὸ μέτωπον, καὶ τὸ στόμα, καὶ τὸ στῆθος ὁ ἱερεύς. καὶ δίδωσιν ὄνομα αὐτὸ δι' εὐχῆς ἱερᾶς, ὅπερ ἂν οἱ τεκόντες θελήσωσιν, μεθ' οὗ βαπτίζεται καθάπερ καὶ τοῦτο γέγονε καὶ ἐν τῷ κυρίῳ ἐν τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ περιτμηθεὶς, καὶ Ἰησοῦς ἐπικληθείς. *Octauo die à quibusdam puer in templum adducitur, & præ foribus stantem (nondum enim baptismate expiatus est) signat Sacerdos in fronte, ore, & pectore: & per orationem imponit ei quodcumque nomen parentes voluerint, cum quo deinde baptizatur, prout Domino Christo die natiuitatis suæ octauo contigit, cum Iesus est nominatus.* Nomen autem sic acceptum, confestim puer Ecclesiæ dare censetur, vt Catechumenorum numero habeatur aggregatus: nomen enim in Ecclesia dare Catechumenorum erat, vt de seipso manifestat Augustinus in Confess. *Vbi venit tempus quo me dare nomen oporteret; relicto rure Mediolanum remeauimus.* Qua vero solemnitate nomen acciperent Imperatorum filii describit Nicetas Manuelis Comneni lib. 5. hic enim ἐπεξαίρων τὴν γενέθλιον καὶ ὀνομαστήριον τοῦ παιδὸς ἡμέραν, εἰς εἰθισται παρὰ τοῖς βασιλεῦσι Ρωμαίων, τοὺς ἐπιμοτέρους τῶν πολιτῶν μετὰ κλάδων θαλλῶν εἰς τρυφὴν ἐκάλει· καὶ Ἀλέξιον τὸν παῖδα ὠνόμαζεν: *Pueri natalitia, eumque quo nomen acceperat diem celebriorem reddere gestiens, prout Græcorum Imperatoribus mors erat, ciues honoratiores ramos virides manibus gestantes, ad conuiuium vocauit: & puerum appellauit Alexium.*

3 Τῆς μονῆς.] Decipitur Meursius dum vocem μονὴ *Monasterium* solummodo significare contendit, quæ vt in præsenti liquet, quamlibet eodem sacram & πρόναον exprimit, in qua Sacramenta pro Græcorum more (in Monasteriis nullatenus administ.ata) conferuntur.

4 Σφραγίζει αὐτὸ τὸ μέτωπον.] Non aspernandam, quamuis facilem profert huius ritus Symeon Thess. expositionem: κατασφραγίζεται τὸ βρέφος τῷ μετώπῳ διὰ τὸν νοῦν, καὶ τῷ στόματι, διὰ τὸν λόγον καὶ τὴν πνοὴν, καὶ τῇ καρδίᾳ διὰ τὴν ζωτικὴν δύναμιν: *Signatur puer in fronte propter mentem, & in ore propter loquelam, & respirationem, & in corde propter viuendi facultatem.* Et inferius iterum: σφραγισθὲν δὲ, καὶ εὐχὴν ἱερὰν ὡς προσαχθὲν τῷ κυρίῳ δεχόμενον, καὶ σημειωθὲν τῷ σταυρῷ τὸ μέτωπον, ὡς ἰδίῳ, διὰ τὸ νοητικὸν, τὸ στόμα διὰ τὸ λογικὸν, καὶ τὴν καρδίαν διὰ τὸ ζωτικὸν, ἐν τῇ βίβλῳ τῇ αἰωνίῳ γραφὲν διὰ τοῦ ἐπιτεθέντος αὐτῷ ὀνόματος ἐπανέρχεται τῇ μητρί. *Signatur ergo puer, & orationem sacram suscipit, vtpote oblatus Deo, & cruce notatur in fronte, vt dixi, propter intelligendi vim, in ore propter loquendi aptitudinem, & in corde propter vitæ originem, atque ita in æternitatis libro propter impositum nomen descriptus, ad matrem reducitur.* Primæ ideo crucis ratione, orat in sequentibus Ecclesia, σημειωθήτω τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου: secundæ gratia: σημειωθήτω ὁ σταυρὸς ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ καὶ τοῖς διαλογισμοῖς αὐτοῦ. tertiæ tandem, ἐξαρνητον μείνῃ τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτόν. *Nam & vsque adeo de cruce non erubesco,* ait Augustinus in psalmum 141. *vt non in occulto loco habeam crucem Christi, sed in fronte portem.* De Catechumenis autem speciatim agit tract. 11. in Ioannem, *Catechumenus signat se cruce Christi. Portat in fronte, & non erubescit de cruce Domini sui.*

5 Φυλάξαι τὴν σφραγῖδα ἄθραυστον.] Baptismi character viuificæ crucis signo, animæ impressus, à Gregorio Theologo orat. 40. & à Basilio lib. contra Eunonium 3. σφραγὶς *sigillum* appellatur. Initiatis etiam etiam illa sanctificatio, quam in puero recens nato signum crucis primum operatur, (dicit enim Augustinus nuper citatus: *Non vniusmodi est sanctificatio; nam & Catechumenos secundum quendam modum suum, per signum crucis & orationem manuum impositionis puto sanctificari*) σφραγὶς appellatur: & vtrumque ἄθραυστον, *illæsum & sanum* permanere, Ecclesia suis precibus expostulat.

6 Ἡ τῆς θεοτόκου.] Non præ foribus templi solum, sed & coram quacumque Deiparæ virginis imagine puer obsignatur, & eius protectioni commendatur: sequenti recitato modulo: χαῖρε κεχαριτωμένη θεοτόκε παρθένε, λιμὴν καὶ προστασία τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, ἐκ σοῦ γὰρ ἐσαρκώθη ὁ λυτρωτὴς τοῦ κόσμου. μόνη ὑπάρχεις μήτηρ καὶ παρθένος· ἀεὶ εὐλογημένη καὶ δεδοξασμένη, πρέσβευε Χριστῷ τῷ θεῷ, εἰρήνην δωρήσασθαι πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ.

ORATIO IN MVLIEREM puerperam post quadraginta dies.

Qvadragesimo vero die templo rursum præsentatur puer, vt Ecclesiæ aggregetur id est, vt in Ecclesiam induci principium sumat: à matre vero iam plene mundata, lotaque adstante etiam qui susceptoris munus in Baptismate obiturus est, offertur: Sacerdos vero benedictione præmissâ, dicit. Ter Sanctus. Sanctissima Trinitas, *cum* Pater noster. Quia tuum est.

Deinde Dimissorium, aut quod eo die occurrit, aut quod Sancti eundem in diem incidentis proprium est. Gloria. *Et nunc* Precibus, Domine, Sãctorum omnium. *Et matre cum puero caput inclinante: Crucis super eum signum facit Sacerdos: & manu caput eius tangens: dicit orationem.*

Dominum precemur.

Domine Deus omnipotens, Pater Domini nostri Iesu Christi, qui naturam omnem rationalem & rationis expertem verbo tuo condidisti, qui cũcta ex non entibus, ad esse adduxisti, te rogamus, & te precamur, famulam tuam hanc N. quam tuo beneplacito seruasti, ad tuam Ecclesiam nunc accedentem, ab omni peccato, & ab omni sorde perpurga: vt absque offensa, sanctorum tuorum mysteriorum particeps fieri mereatur. *Sciendum hucusque tantum orationem legi, si non sit in viuis infans. Deinde clara voce.* Quia bonus & misericors Deus. Puero etiam ex ea nato benedic, fac illum crescere, sanctifica, instrue, prudentem redde, bonis moribus imbue: quia tu illum in mundum eduxisti, & vt tempore præstituto spiritualis luminis compos fiat, lucem ei sensibilem demonstrasti, vtque sancto tuo gregi annumeretur, per vnigenitum Filium tuum, cum quo benedictus es, cum sanctissimo & bono, & viuifico tuo Spiritu, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Pax omnibus. Capita vestra Domino inclinate.

1 ΕΥΧΑΙ ΕΙΣ ΓΥΝΑΙΚΑ 1

λεχὼ, 2 μετὰ μ΄. ἡμέρας. 2

Τῇ δὲ μ΄. ἡμέρᾳ, πάλιν προσάγεται τῷ ναῷ ἐπὶ 3 τὸ ἐκκλησιασθῆναι, εἴτ᾽ οὖν, 3 ἀρχὴν λαβεῖν, τοῦ εἰσάγεσθαι εἰς τὴν ἐκκλησίαν. προσάγεται δὲ παρὰ τῆς μητρὸς, ἤδη 4 κεκαθαρμένης, 5 καὶ λελουμένης οὔσης, παρόντος καὶ 5 6 τοῦ μέλλοντος ἀναδέχεσθαι τοῦτο κατὰ τὸ βάπτισμα. 6 7 Ο δέ γε ἱερεὺς ποιεῖ 8 εὐλογητόν. Τρισάγιον, 7 τὸ, Παναγία τριὰς, σὺν τῷ. Πάτερ ἡμῶν, τό. Ὅτι σοῦ ἐστιν.

Εἶτα τὸ ἀπολυτίκιον, ἢ τῆς ἡμέρας τὸ τυχὸν, ἢ τοῦ λαχόντος ἁγίου. Δόξα, καὶ νῦν. 9 Τῇ πρεσβείᾳ κύριε πάντων τῶν ἁγίων, Καὶ 9 κλινούσης αὐτῆς τὴν κεφαλὴν, ἅμα τῷ βρέφει. Ποιεῖ ὁ ἱερεὺς τὴν τοῦ σταυροῦ σφραγῖδα ἐπ᾽ αὐτῷ. Καὶ ἁπτόμενος τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, Λέγει τὴν εὐχήν.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Κύριε ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ πᾶσαν φύσιν λογικήν τε καὶ ἄλογον, διὰ τοῦ λόγου σου δημιουργήσας, ὁ πάντα ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν, σοῦ δεόμεθα, καὶ σὲ παρακαλοῦμεν, ἣν τῷ σῷ θελήματι διέσωσας δούλην σου, τήνδε, καθάρισον ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας καὶ ἀπὸ παντὸς ῥύπου, προσερχομένην τῇ ἁγίᾳ σου ἐκκλησίᾳ, ἵνα ἀκατακρίτως ἀξιωθῇ, μετασχεῖν τῶν ἁγίων σου μυστηρίων. Ἰστέον οὖν, εἰ οὐχ εὑρίσκεται ἐν τοῖς ζῶσι τὸ βρέφος, ἀναγινώσκεται ἕως ὧδε ἡ εὐχή. εἶτα ἐκφώνως. Ὅτι ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος θεός. τὸ δὲ ἐξ αὐτῆς τεχθὲν παιδίον, εὐλόγησον, αὔξησον, ἁγίασον, συνέτισον, σωφρόνισον, καλοφρόνισον. ὅτι σὺ παρήγαγες αὐτὸ, καὶ ἔδειξας αὐτῷ τὸ φῶς τὸ αἰσθητὸν, ἵνα καὶ τοῦ νοητοῦ καταξιωθῇ φωτὸς ἐν καιρῷ ᾧ ὥρισας, καὶ συγκαταριθμηθῇ τῇ ἁγίᾳ σου ποίμνῃ, διὰ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, μεθ᾽ οὗ εὐλογητὸς εἶ, σὺν τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εἰρήνη πᾶσι.

Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ κυρίῳ κλίνατε.

Εὐχὴ εἰς τὴν μητέρα τοῦ παιδίου.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ παραγενόμενος ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, παραγενοῦ καὶ ἐπὶ τὴν δούλην σου, Ν. ὧδε, καὶ καταξίωσον αὐτὴν διὰ τῶν εὐχῶν τοῦ τιμίου πρεσβυτερίου καταφυγεῖν ἐν τῇ ἁγίᾳ σου καθολικῇ ἐκκλησίᾳ τῆς εἰσόδου τοῦ ναοῦ τῆς δόξης σου, καὶ ἀξίωσον αὐτὴν μεταλαβεῖν τοῦ τιμίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ σου. ἀπόπλυνον αὐτῆς τὸν ῥύπον τοῦ σώματος, καὶ τὸν σπίλον τῆς ψυχῆς, ἐν τῇ συμπληρώσει τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν· ὅπως ἀξιωθεῖσα εἰσελθεῖν ἐν τῷ ἁγίῳ ναῷ σου, δοξάσῃ σὺν ἡμῖν τὸ πανάγιον ὄνομά σου, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

In pueri matrem oratio.

Domine Deus noster, qui aduenisti in salutem generis humani, adueni & super ancillam hanc tuam N. & per venerandi Presbyterij preces, da ad Ecclesiam tuam sanctam Catholicã, & ingressum templi gloriæ tuæ illam confugere concede; & honorandi corporis & sanguinis Christi tui participem fieri dignare: sordes corporis eius, & maculas animæ ablue in quadraginta dierum numero: vt digna, quæ in templum sanctum tuum ingrediatur, effecta, sanctissimum nomen tuum nobiscum glorificet; Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Εὐχὴ ἑτέρα εἰς τὸ παιδίον.

Ὅταν ὁ ἱερεὺς σφραγίζων,

Ἐπεύχεται.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐν τεσσαράκοντα ἡμέραις βρέφος τῷ νομικῷ ναῷ προσαχθεὶς ὑπὸ Μαρίας τῆς ἀπειρογάμου καὶ ἁγίας σου μητρὸς, καὶ ἐν ταῖς ἀγκάλαις τοῦ δικαίου Συμεὼν βασταχθεὶς, αὐτὸς, δέσποτα παντοδύναμε, καὶ τὸ προσαχθὲν τοῦτο βρέφος, ἐμφανισθῆναι σοι τῷ πάντων ποιητῇ, εὐλόγησον καὶ εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν καὶ σοι εὐάρεστον αὔξησον, ἀποσοβῶν ἀπ' αὐτοῦ πᾶσαν ἐναντίαν δύναμιν, διὰ τῆς σημειώσεως τοῦ τύπου τοῦ σταυροῦ σου· σὺ γὰρ εἶ, ὁ φυλάττων τὰ νήπια κύριε· ἵνα καταξιωθὲν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, τύχῃ τῆς μερίδος τῶν ἐκλεκτῶν τῆς βασιλείας σου, φυλαττόμενον σὺν ἡμῖν, τῇ χάριτι τῆς ἁγίας, καὶ ὁμοουσίου καὶ ἀδιαιρέτου τριάδος. σοὶ γὰρ πρέπει πᾶσα δόξα, εὐχαριστία, καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Εἰρήνη πᾶσι.

Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ κυρίῳ ὑποκλίνατε.

Alia in puerum oratio, cui Sacerdos crucem imprimens: rursus bene precatur.

Dominum precemur.

Domine Deus noster, qui in quadraginta dierum termino, ceu puer ad legale templum à Maria nuptialis amplexus experte, & sanctissima tua matre adductus, & in iusti Symeonis vlnis deportatus es: ipse omnipotens Domine, huic quoque puero, vt coram te omnium factore præsentaretur delato, benedic; in omne bonum & tibi placitum opus, ab eo fugata cuncta potestate aduersa, per consignationem figuræ sanctæ crucis, illum crescere iube (tu enim es infantium custos, Domine) vt sancti baptismatis accepto dono, partis electorum regni tui consors fiat, nobiscum custoditus gratia sanctæ, & consubstantialis, & indiuiduæ Trinitatis. Tibi namque conuenit omnis gloria, gratiarum actio, & adoratio, cum principii experte tuo Patre, & cum sanctissimo & bono, & viuifico tuo Spiritu; nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Pax omnibus. Capita vestra Domino inclinate.

Ὁ θεὸς ὁ πατὴρ, ὁ παντοκράτωρ, ὁ διὰ τοῦ μεγαλοφωνοτάτου τῶν προφητῶν Ἡσαΐου, προκαταγγείλας ἡμῖν τὴν ἐκ παρθένου σάρκωσιν τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ καὶ θεοῦ ἡμῶν, ὃς ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν εὐδοκίᾳ σῇ, καὶ συνεργείᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος, διὰ

O Deus, & Pater omnipotens, qui per grandiloquum inter Prophetas Esaiam prænunciasti nobis ex Virgine incarnationem Vnigeniti Filij tui & Dei nostri, qui vltimis temporibus tuo beneplacito, & Spiritus Sancti ope,

propter mortalium salutem, immensa clementia, ex ipsa infans suscepit fieri; & iuxta consuetū sanctæ tuæ legis morem, completis purificationis diebus, ipse verus legislator in templo præsentari sustinuit, & in iusti Symeonis vlnis deferri permisit: cuius mysterii typum, in Propheta præfato per carbonis forcipem, manifestatum agnouimus, cuius normam nos quoque fideles in gratiæ lege asseruamus: ipse nunc puerorum custos Domine, puero huic, parentibus, & susceptoribus eius, benedic: & tempore congruo, per aquam & Spiritus regenerationem, tuo sancto rationalium ouium nomen Christi tui inuocantium gregi, illum annumerari dignare: Quia tu in excelsis habitas, & humilia respicis, & tibi gloriam referimus; Patri, & Filio, & Sancto Spiritui: nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Tum Sacerdos accepto puero, ante fores templi, cum eo crucem efformat, dicens:

Ecclesiam ingreditur seruus Dei N. in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, nunc, & semper, *&c.*

In templum deinde inducit, dicens: Introibit in domum tuam: adorabit ad templum sanctum tuum.

Et in medium vsque templi intrat, dicens: Ecclesiæ fit consors seruus Dei N. *&c. Post hæc ait,* In medio Ecclesiæ laudabo te.

Tum infert vsque ad altaris portas, dicens: In Ecclesia recipitur seruus Dei N.

Et ad sanctum vsque altare inducit: si fuerit masculus: si vero fœmina, adusque speciosas portas, dicens: Nunc dimittis.

Quibus expletis, dimittit eum ad altaris portas. Susceptor triplici adoratione præmissa: Et eleuat eum, & discedit. Sacerdos dimißionem, vt moris est, absoluit.

τὴν ἡμῶν τῶν βροτῶν σωτηρίαν, ἀμέτρῳ εὐσπλαγχνίᾳ ἐξ αὐτῆς νηπιάσαι καταδεξάμενος, καὶ κατὰ τὸ εἰθισμένον ἐν νόμῳ ἁγίῳ σου μετὰ τὴν ἐκπλήρωσιν τῶν ἡμερῶν τοῦ καθαρισμοῦ, τῷ ἱερῷ προσαχθῆναι ἠνέσχετο, ἀληθὴς νομοθέτης ὑπάρχων, καὶ ἐν ἀγκάλαις τοῦ δικαίου Συμεὼν βασταχθῆναι κατεδέξατο· οὗπερ μυστηρίου τὴν προτύπωσιν, ἐν τῷ προλεχθέντι προφήτῃ διὰ τῆς λαβίδος τοῦ ἄνθρακος, δηλωθεῖσαν ἐπέγνωμεν, οὗ καὶ ἡμεῖς οἱ πιστοὶ τὴν μίμησιν ἐν χάριτι κατέχομεν. αὐτὸς καὶ νῦν ὁ φυλάττων τὰ νήπια κύριε, εὐλόγησον τὸ παιδίον τοῦτο, ἅμα τοῖς γονεῦσι, καὶ ἀναδόχοις αὐτοῦ· καὶ καταξίωσον αὐτὸ ἐν καιρῷ εὐθέτῳ, τῆς δι' ὕδατος καὶ πνεύματος ἀναγεννήσεως συγκαταριθμῆσαι τῇ ἁγίᾳ σου ποίμνῃ τῶν λογικῶν προβάτων, τῶν ἐπικεκλημένων τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ σου. Ὅτι σὺ εἶ ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορῶν· καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εἶτα, λαβὼν ὁ ἱερεὺς τὸ παιδίον, σχηματίζει σταυρὸν μετ' αὐτοῦ, πρὸ τῶν πυλῶν τοῦ ναοῦ, λέγων.

Ἐκκλησιάζεται ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ, ὁ δεῖνα, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ τὰ ἑξῆς.

Εἶτα εἰσάγει αὐτὸ ἐν τῷ ναῷ, λέγων. Εἰσελεύσεται εἰς τὸν οἶκόν σου· προσκυνήσει, πρὸς ναὸν ἅγιόν σου.

Καὶ εἰσέρχεται ἐν τῷ μέσῳ τοῦ ναοῦ, λέγων. Ἐκκλησιάζεται ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ. Εἶτα λέγει. Ἐν μέσῳ ἐκκλησίας ὑμνήσω σε.

Εἶτα εἰσάγει πρὸ τῶν πυλῶν τοῦ θυσιαστηρίου, λέγων. Ἐκκλησιάζεται ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ.

Καὶ εἰσάγει αὐτὸ εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον, εἰ μὲν εἴη ἄρρεν, εἰ δὲ θῆλυ ἕως τῶν ὡραίων πυλῶν, λέγων, τὸ, Νῦν ἀπολύεις.

Καὶ μετὰ ταῦτα. Τίθησιν αὐτὸ παρὰ τὰς θύρας τοῦ θυσιαστηρίου. Καὶ οὕτως ὁ ἀνάδοχος προσκυνήσας γ΄. Λαμβάνει αὐτὸ, καὶ ἐξέρχεται.

Καὶ ὁ ἱερεὺς ποιεῖ ὡς ἔθος ἀπόλυσιν.

VARIÆ LECTIONES.

a Εὐχὴ εἰς γυναῖκα λεχώ.) Cryptoferratense Bessarionis legit, εὐχὴ εἰς τὸ ἐκκλησιάσαι παῖδα μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας. Addit Barberinum S. Marci: τῆς γεννήσεως αὐτοῦ. Aliud num. 88. εὐχὴ ἐν τῷ εἰσέρχεσθαι παῖδα μετὰ μ'. ἡμέρας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.

b Τῇ τῆς μ'. ἡμέρᾳ.) Hæc omnis rubrica deest in Cryptoff. Bessarionis & Falascæ, nec non & in Barberino S. Marci, Barberinum aliud num. 88. habet solummodo ἅπτει κηρούς, καὶ στήκει ἀνάδοχος ἔξω τῆς ἐκκλησίας σὺν τῷ παιδί. *Susceptor accendit cereos, & extra Ecclesiam cum puero stat.*

c Κύριε ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ.] Hæc oratio in editis solis reperitur.

d Ἰσότητι εἰς ζωήν.] Desunt hæc in M S.

e Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν] Sola hæc oratio ex toto hoc officio reperitur in M S.

f Εὐχὴ ἑτέρα.] Deest in M S. cum oratione sequente.

g Ὁ θεὸς ὁ πατήρ.] Deest & hæc in M S.

h Εἶτα λαβών.] Deest & omnis hæc rubrica in M S. nostris: illius vice Cryptoferrat. Falascæ sic habet.

Εἶτα λαμβάνει τὸ βρέφος ἐν ταῖς ἀγκάλαις αὐτοῦ· προσκυνεῖ τὸ βρέφος ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ, ψάλλων ὁ ἱερεύς· ἦχος α'. χαῖρε κεχαριτωμένη θεοτόκε παρθένε. ἐκ σοῦ γὰρ ἀνέτειλεν ἥλιος τῆς δικαιοσύνης, Χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν, φωτίζων τοὺς ἐν σκότει. εὐφραίνου καὶ σὺ πρέσβυτα δίκαιε δεξάμενος ἐν ἀγκάλαις τὸν ἐλευθερωτὴν τῶν ψυχῶν ἡμῶν, χαριζόμενον ἡμῖν καὶ τὴν ἀνάπαυσιν. Μετὰ ταῦτα, λέγει Νῦν ἀπολύεις, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ δίδει τὴν ἀπόλυσιν. Ὁ ἐν ἀγκάλαις τοῦ δικαίου Συμεών. Vt infra huius libri calce.

Accipit deinde puerum in vlnis, & coram sancta mensa facit illum adorare, & cantat Sacerdos, tono primo, Aue gratia plena Deipara virgo, ex te namque ortus est sol iustitiæ Christus Deus noster, illuminans in tenebris degentes. Lætare & tu senior iuste, qui in vlnis suscepisti animarum nostrarum liberatorem, qui & nobis largitur requiem. *Post hæc dicit,* Nunc dimittis: *& quæ sequuntur: & facit dimissionem hoc modo:* Qui in vlnis iusti Symeonis deportatus es, *&c.*

Barberinum autem numero 88. notatum Rubricam eandem hoc pacto legit.

Καὶ παραλαβὼν ὁ ἱερεὺς τοὺς κηρούς, καὶ τὸ παιδίον, εἰσέρχεται εἰς τὸ θυσιαστήριον, καὶ κύψας τὸ παιδίον τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ προσκυνῆσαι. λέγει ὁ ἱερεύς.

Tum Sacerdos cereos assumens, & puerum, ingreditur ad altare; & inclinans puerum versus sanctam mensam vt adoret, dicit:

Προσκυνήσεις τὸν κύριον τὸν θεόν σου, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις.

Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.

Καὶ κυκλώσας τὸ θυσιαστήριον ὁ ἱερεὺς ἔξω ἐξέρχεται τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ τίθει τὸ παιδίον ἐν γῇ· καὶ αἴρει αὐτὸ ὁ ἀνάδοχος σὺν τῶν κηρῶν.

Postquam vero circumierit altare Sacerdos, egreditur, & puerum in terra deponit, & tollit eum susceptor cum cereis.

Habet adhuc M S. Falascæ in sequentibus, officium aliud circa mulierem post quadraginta dies a partu, cum fœtu ad Eclesiam accedentem, cuius titulus est: εὐχὴ εἰς τετοκυῖαν ὅτε πληρώσῃ γυνὴ τέξασα τεσσαράκοντα ἡμέρας. Nullisque appositis rubricis sequitur oratio: Κύριε ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ. Vt supra. Deinde alia: Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ παραγενόμενος, prout supra. Et tandem, εὐχὴ ἑτέρα εἰς παιδίον ὁ θεὸς, ὁ πατήρ, ὁ παντοκράτωρ Vt ibidem. Quæ plurimum editis consonant, illorumque authoritatem plurimam commendant.

In orationem pro muliere puerpera post quadraginta dies, Notæ.

1 Εὐχὴ εἰς γυναῖκα λεχώ.] Veteris legis vmbra dissipata, & clara Euangelii veritate orta, Mosaicum quidem de purificandis à partu mulieribus præceptum ad Christianas puerperas non pertinet: Ecclesia nihilominus, quæ decorem diligit, & decorum obseruat, domus Dei ingressu aliquot diebus abstinere præcepit, vt ex Deiparæ virginis purgationis nunquam indigæ, purgationis tamen legem adimplentis imitatione, earum obedientia puritatis egens probaretur. Obedientiam illam ex ex debito requirunt Græci: Latini nonnisi ex reuerentiæ obseruantia. Debitum, inquam, obedientiæ exigunt illi à puerperis, quo tum traditione, tum Canone 2. Dionysii ad Basilidem illas putant alligari: περὶ τῶν ἐν ἀφέδρῳ γυναικῶν, εἰ προσῆκεν αὐτὰς οὕτω διακειμένας εἰς τὸν οἶκον εἰσιέναι τοῦ θεοῦ, περιττὸν καὶ πυνθάνεσθαι νομίζω. οὐδὲ γὰρ αὐτὰς οἶμαι πιστὰς οὔσας καὶ εὐλαβεῖς τολμήσειν οὕτω διακειμένας, ἢ τῇ τραπέζῃ τῇ ἁγίᾳ προσελθεῖν, ἢ τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ προσάψασθαι. *De mulieribus quæ sunt in abscessu, an eas sic affectas oporteat in Dei domum ingredi superuacaneum vel interrogare existimo: Neque enim reor, si tamen fideles sint & piæ, sic affectas, ausuras vel ad sanctam mensam accedere, vel corpus & sanguinem Domini attingere.* Hunc Canonem quasi Apostolicum obseruatum volunt Græci: licet vt bene annotat Baronius in annum 266. num 11. sententiam suam aliis examinandam iudicandamque reliquerit Dionysius ipse, his verbis: *Ego non vt doctor hæc scripsi, sed vt cum omni simplicitate conuenit disserere, meam sententiam in communi ederem, quam tu (Basilides) cum examinaueris sæpissime, quod tibi iustum meliusque apparuerit, vel etiam an sic de his haberi existimes, rescribe.* Latini autem ob decentiam solam, mulierem profluuiis sordibus inquinatam à sacris liminibus & Sacramentis recipiendis arcent. Quamuis enim Gregor. III. Summus Pont. in Canonibus Pœnitentialibus excerptis ex PP. antiquiorum dictis & sententiis, de quibuscumque ad rigorem Græcorum, (à Græcis enim oriundus, ab illis ad ritum Latinum deflexerat) sancitum esse voluerit, *Vt nulla mulier ante mundum sanguinem, Ecclesiam intraret, quia in vsu habetur: alias quadraginta pœniteat*, in excerpto cap. 30. to. 6. Bibliothecæ Patrum: Et prius cap. 25. dixerit, *Mulieres menstruo tempore in Ecclesiam non intrent: quod si præsumpserint, tres hebdomadas pœniteant: nonnulli enim Patres ita definierunt:* Post receptum tamen apud Latinos huiusmodi vsum, authoritate Patrum antiquiorum fulcitum, idem ipse ex Gregorii primi, lib. 12. epist. ad interrogatum 10. Augustini rescribentis subinfert hanc mitiorem sententiam: *Non tantum eiusmodi fœminam non debere vetari in Ecclesiam intrare, atque sacris assistere, sed sanctæ communionis mysterium in iisdem diebus percipere, non debet prohiberi. Si autem ex veneratione magna percipere non præsumit, laudanda est; sed si percipiat, non iudicanda. Si mulier hora eadem qua genuerit actura gratias intret Ecclesiam, nullo peccati pondere grauatur. Voluptas enim carnis, non dolor in culpa est. In carnis autem commixtione voluptas est, sed in prolis prolatione gemitus. Vnde & ipsi primæ omnium matri dicitur: In doloribus paries. Si ergo enixam mulierem, intrare Ecclesiam prohibemus, ipsam ei pœnam in culpam deputamus.* Hæc Gregorius ex Gregorio. *Solent tamen mulieres*, ait Honorius Solitarius lib. 1. cap. 146. *ex laudanda consuetudine post partum ab Ecclesiæ ingressu abstinere, quia immundos à templo cœlesti excludi designant. Alioquin si pro infirmitate valerent, eadem die qua parerent intrare eis liceret, vt Deo gratias agerent.* Hæc Catumsyrito Italogræco Christianarum mulierum purgationem post partum condemnant studiosius notanda; ne dum nullas preces supra mulieres puerperas, vt à Mosaico ritu penitus abhorreat, recitā las quasi ex trip... de definit, ab antiqua vtriusque Ecclesiæ consuetudine se condemnet alienum.

2 Μετὰ μ΄. ἡμέρας.] Hunc dierum numerum Ms. cuncta definiunt, atque illum præscribit Nouella sapientis Leonis apud Balsamonem in Can 2. nuper citatum: θεσπίζομεν τὰς τικτούσας γυναῖκας, καὶ περὶ τὰς ὅσαι τῇ φυσικῇ καθάρσει κατειλαμβάνονται, ἀνενόχλητοι μὲν ἐξ ἄλλης πρὸς διαθέσεως νόσου ἐξ, τῆς ζωῆς αὐτῶν συντελούσης, ἀμετόχους εἶναι τὰς μὲν ἀτελέστους τοῦ φωτισμοῦ, τὰς δὲ μεμυσταγωγημένας τῶν ἀχράντων μυστηρίων τῆς μεταλήψεως μέχρι τῆς τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν προθεσμίας. *Statuimus de mulieribus quæ pepererunt, & de iis quæ naturali purgatione detinentur, si quidem earum vita à nulla alia morbosa affectione perturbatur: vt quæ non sunt initiatæ, non sint baptismi participes: quæ autem sunt diuinis mysteriis baptismi perfectæ, mysteria immaculata altaris non recipiant vsque ad quadraginta dierum terminum.* Quadragenarius autem ille numerus, illibatam Dei matrem, tali temporis spatio suam humilitatem & obedientiam Christianis mulieribus imitandam commendantem obseruat & sectatur.

3 Ἐπὶ τὸ ἐκκλησιασθῆναι.] Sunt ἐκκλησιάζουσαι apud Aristophanem, quæ conuentum popularem & publicum congregant & agunt ideoque cum cœtus fidelium sit Ecclesia, qui eiusmodi cœtum conuocabat ἐκκλησιάζων; admissus vero in istiusmodi numerum ἐκκλησιαζόμενος, vel ἐκκλησιασθῆναι dicetur. Blastares cap. 17. τοῦ Ε. στοιχείου. ἐπίσκοπος ἐστὶ ἐπιστάτης καὶ κηδεμὼν πασῶν τῶν ἐκκλησιαζομένων ψυχῶν. *Episcopus inspector est & curator omnium animarum ad Ecclesiæ cœtum pertinentium.* Theophanes in Constantio de Romanis qui Felici communicare noluerunt, scribit: τούτῳ κοινωνεῖν οἱ κατὰ τὴν Ῥώμην οὐκ ἐβούλοντο, ἀλλ᾽ ἰδίᾳ καθ᾽ ἑαυτοὺς ἐκκλησίαζον. *Huic communicare detrectabant Romani: separatosque ab eo conuentus Ecclesiasticos agebant.* Et præterea cum locus ipse sacer, in quem ad sacrificandum, orandum, verbum Dei audiendum Christiana plebs conuenit, sit Ecclesia, qui primum in eam ingreditur, ἐκκλησιάζεται, & prout hic explicatur εἴτ᾽ οὖν ἀρχὴν λαμβάνει τοῦ εἰσέρχεσθαι εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Hinc patet quid sit Catechumenos in Ecclesiam inducere vel præsentare, & quid sibi velit in decretis Deus dedit Papæ: A pripo pabulo salis, & ingressus sanctæ Ecclesiæ vsque ad confirmationem Spiritus Sancti per Chrisma deduci.

4 Κεκαθαρμένης καὶ λελουμένης] Corporum munditiem tantam requirunt Græci in Ecclesiis, vt à partu nondum purgatas mulieres ab illorum ingressu arceant; & menstruis defluentibus inquinatæ, rubore contempto, conscientia vrgente, seipsas hodie eliminent, panem pro oblatione pinsere detrectent,

dent, ſed & ſacra quæuis tangere, reliquiaſque deoſculari vereantur: illiſque ſatis eſt, iuxta limina, foriſque ſub dio, oculis tranſeuntium expoſitas, ſtare: εἰς ναὸν τοῦ θεοῦ εἰσιέναι ἢ μεταλαμβάνειν αὐταῖς οὐ δεῖ. *Templum ingredi, vel ſanctorum ipſas eſſe participes non decet*, inquit citatus Balſamon, quod apud Latinos quondam factitatum lege apud Honorium ſuperius memoratum: *menſtruæ viris commixtæ foris Eccleſiam ſtare ſolent.* Sed neque tunc Veſtibula ſiue Nartheces Eccleſiæ infidelibus excommunicatiſque peruios, pedibus illarum teri concedit Balſamon: βλέπομεν σήμερον εἰς τὰ γυναικεῖα, ἢ μᾶλλον μοναστήρια, ἀδεῶς τοιαύτας ἱσταμένας γυναῖκας εἰς τοὺς προνάους, παντοίαις ἁγίαις εἰκόσι κεκαλλωπισμένοις, καὶ εἰς δοξολογίαν θεοῦ ἀπονεμηθέντας· καὶ ἐρωτῶντες ὅπως γίνεται τοῦτο, ἀκούομεν μὴ ἐκκλησιάζειν αὐτάς, ὅπερ ἐμοὶ τέως οὐ δοκεῖ. οὐ γάρ εἰσιν οἱ πρόναοι κοινοί, ὡς τὰ τῶν ἐκκλησιῶν προαύλια· ἀλλὰ μέρος αὐτῶν ἀπονεμηθὲν ταῖς γυναιξὶ μὴ κωλυομέναις ἐκκλησιάζειν. *Videmus hodie in Gynæceis, locis mulierum propriis, aut magis in Monaſteriis, tales earum in veſtibulis omni imaginum genere exornatis, & ad laudes Dei celebrandas deſtinatis;* (Matutinum ſiquidem & minores horas & Completorium in interiori Narthece, ſpecioſis portis occluſis perſolui diximus fol. 24) *tales, id eſt menſtruis ſordidas, ſtare mulieres. Et interrogantibus nobis qua ratione id fiat, Reſpondent, eas Eccleſiæ ſinu non contineri. Quod mihi quidem non videtur. Non enim veſtibula Eccleſiæ ſunt communia & prophana vt atria* (atriorum & narthecum differentiam attende) *ſed partes ipſius ſunt, mulieribus quæ in Eccleſia morari non prohibentur attributæ.* Declarat ipſe loci ſanctitatem, & addit: ὁ δὴ πρόναος, τόπος ἐστὶ δευτέρας μετανοίας, ὁ τῶν ἀκροωμένων λεγόμενος, καὶ ἐν αὐτῷ οὐδὲ ἀνδράσιν ἐφεῖται ἵστασθαι ἐπιτιμηθεῖσι μὴ ἐκκλησιάζειν· ἀλλὰ ἔξωθεν αὐτοῦ προσκλαίειν· ἔδει οὖν τοὺς τοιούτους προνάους, εἰς οὓς αἱ τοιαῦται ἀκάθαρτοι γυναῖκες ἔμελλον ἵστασθαι, μὴ ἀναπληροῦν τόπον ἐκκλησιῶν ἐξ ὀρθοῦ. ὥστε καὶ ἱερεῖς μετὰ τῶν θείων ἁγιασμάτων διέρχεσθαι κατὰ τὸν Χερουβικὸν ὕμνον, καὶ θυμιᾶν τοὺς ἐν τούτῳ ἴσως ὄντας τάφους, καὶ ἁγίους, καὶ τελετὰς ἁγίων εὐχῶν ποιεῖν, ὥστε ἀκριματίστως ἵστασθαι ἐν αὐτοῖς ἀκαθάρτους γυναῖκας. *Veſtibulum illud locus eſt pœnitentiæ quæ dicitur Audientium, & in ipſo ne ipſis quidem viris ſtare permittitur, quibus impoſita eſt pœna ne in Eccleſiam ingrediantur, ſed extra ipſam flere. Oportebat ergo eiuſmodi loca, in quibus eiuſmodi mulieres immundæ ſtarent, Eccleſiarum locum directo non complere, id eſt, ad complementum earum propriè non pertinere, vt etiam Sacerdotes cum diuinis ſanctificationibus in Cherubico Hymno* (id eſt cum ſacris donis, in magno ingreſſu) *tranſeant & ſepulchra*, & ἁγίους, *Sanctorum imagines, ibi forte repertas & depictas ſuffumigant, & ſacrarum precum myſteria peragunt, immundæ mulieres in iſtis ſine præiudicio ſtare poſſint.* Mitius tamen cum impuris mulieribus agendum, & naturæ imbecillitas non ſpontaneo ſeſe onere leuantis, quidquid in aduerſum obiectent & obtrectent Græci, & Latinæ mulieres inter eos ſcrupuloſius timeant, maiori compaſſione toleranda, ex reſponſo D. Gregorij libro 12. epiſt. ad Auguſtinum: *Mulier dum ex conſuetudine menſtrua patitur prohiberi Eccleſiam intrare non debet: quia ei naturæ ſuperfluitas in culpam non debet imputari, & per hoc quod inuita patitur, iuſtum non eſt vt Eccleſiæ ingreſſu priuetur. Nouimus namque quod mulier quæ fluxum ſanguinis patiebatur, poſt tergum Domini veniens, veſtimenti eius fimbriam tetigit, atque ab ea ſtatim infirmitas receſſit. Si ergo in fluxu ſanguinis poſita laudabiliter potuit Domini veſtimentum tangere, cur quæ menſtruum ſanguinis patitur, ei non liceat Domini Eccleſiam intrare?*

5 Λελουμένης.] Etiam Gentilibus fœminis poſt partum balneum parabatur, Terentius in Andria. *Nūc primum fac iſthæc vt lauet.* Plautus in Trucul. *Date aquam manibus, &c.* De Chriſtianis, Cyprianus, vel alius quiuis ſerm. de Natiuitate Domini verba faciens; *Totum*, inquit, *negotium plenum gaudio, nullus dolor, nulla naturæ contumelia in puerperio. Nec locus ibi erat lauacris, quæ ſolent puerperis præparari, quippe nec aliqua naturæ iniuria matrem Domini læſerat, quoniam ſine tormento peperit, quæ in conceptione naturæ caruit voluptate.*

6 Παρὰ τοῦ μέλλοντος ἀναδέχεσθαι.] Is eſt Suſceptor Geſtans, Offerens, Fideiductor, ab aliis dictus, de quo pluribus Dionyſius lib. 10 de Eccleſiaſtica Hierarchia. Et ſi ſuſpecta ſit Dionyſii quoad antiquitatem fides; Hyginus Papa anno centeſimo quinquageſimo, ex Ciacconio in eius vita, voluit vnum ſaltem Patrinum, vnamve Matrinam baptiſmo intereſſe: ſic enim Eccleſia eos appellat, qui infantes tenent dum baptizantur, & ex ſacro eos lauacro ſuſcipiunt.

7 Ὁ δέ γε ἱερεὺς ποιεῖ εὐλογητόν.] Ritum hunc fere omnem paucis Symeon Theſſ. explanat: τῇ δὲ τεσσαρακοστῇ ἡμέρᾳ, πάλιν προσάγεται τὸ βρέφος παρὰ τῆς μητρὸς τῷ ναῷ, καὶ τοῦτο ὡς δῶρον θεῷ προσκομίζεται. ὁ ἱερεὺς γὰρ πρὸ τῶν θυρῶν στὰς τοῦ ναοῦ, (οὐ γὰρ θέμις πρὸ τῆς εὐχῆς εἰσελθεῖν) καὶ τὴν μητέρα σφραγίσας ἅμα τῷ βρέφει, καὶ ἁγιάσας αὐτοὺς εὐχαῖς καὶ τῇ μὲν μητρὶ ἀπὸ τῆς ἐκτὸς ρυπώδους γεννήσεως κάθαρσιν παρέχων, πεπληρωκυίᾳ μετὰ τὸν τόκον τὸ τεσσαρακονθήμερον, ἐν ᾧ καὶ τὸ βρέφος ἐν αὐτῇ ἐτελέσθη, καὶ σκιρτᾶν ἤρξατο, καὶ δοὺς αὐτῇ τὴν ἐν τῷ ναῷ εἴσοδον, μέχρι τότε μὴ οὔσης ἀξίας τοῦ εἰσελθεῖν, μηδὲ κοινωνῆσαι τοῦ καθαροῦ, τὸ παιδίον εἰς χεῖρας αὐτὸς λαβών, τὰ τοῦ Συμεὼν ἐκτυποῖ ἐγκαλισαμένου βρέφος τὸν κύριον· τὸ δέ, Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, ἀναβοᾷ, ἐκ τῆς ἁμαρτίας λυθῆναι τὸ βρέφος ὁ ἱερεὺς εὐχόμενος, καὶ φῶς ἰδεῖν τὸν Χριστόν. καὶ εἰ μὲν βρέφος βεβαπτισμένον ἐστίν· εἰσάγει τοῦτο κἂν τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ κύκλῳ αὐτὸ περιάγει, ὥσπερ ποιῶν καὶ προσκυνῆσαι, δηλῶν ὡς ἀνάθημα τοῦτο θεῷ, καὶ προσκυνεῖ τῷ ποιήσαντι· εἰ δὲ μήπω βαπτισθὲν ἐστὶ τὸ βρέφος, πρὸ τῶν διαστολῶν· καὶ διὰ τὸ βρέφος προσκυνῆσαι ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ ποιῆσαι, καὶ τῇ μητρὶ παραδοὺς αὐτὸ ἀπολύει ἐντεῦθεν οὖν τὸ μὲν βρέφος κατηχούμενος, ἡ δὲ μήτηρ ἄδειαν εἴληφε τόν τε ναὸν καθαρθεῖσα εἰσιέναι, καὶ τῶν μυστηρίων μετέχειν. *Quadrageſimo die rurſus in templum à matre puer adducitur, illumque velut donum offert Deo. Stans namque Sacerdos præ templi foribus* (*neque enim oratione nondum facta fas eſt inducere*) *matremque cum fœtu cruce ſignans, precibuſque illos expians, matri quidem quadrageſimum dierum in qua fœtus in ipſa perfectus fuit & exilire incepit adimplenti, à voluptuoſa & immunda natiuitate purgationem largitur, & in templum permittit ingreſſum, cum illuc vſque neque aditus, neque mundiſſimi myſterii participatione digna fuerit: puerum autem in manus ſuſcipiens Symeonem puerum Dominum vlnis complectentem repræſentat, &, Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, decantans; puerum à peccato ſolui, & Chriſtum lucem aſpicere rogat. Et ſiquidem puer baptizatus fuerit, ad ſanctum vſque altare inducit, & in circuitu quaſi adorantem, & donum Deo oblatum, factoremque ſuum ſummo cultu venerantem deportat: ſin minus fuerit baptiſmo luſtratus, ad cancellos vſque defert in-*

T t

fantem, adorationis cultu demissum, matrique tandem restituit: & dimissionem facit. Exinde Catechumenis annumeratur puer, expurgataque mater templum ingrediendi & mysteriis participandi licentiam accipit. Laudanda porro hæc Christianis omnibus consuetudo, vt mulier partus accubitu exiliens prolem ipsa Deo præsentatura, propriis manibus ad Ecclesiam deferat: *vt sicut parentes,* inquit Augustinus epist. 23. ad Bonifacium, *fuerunt authores fœtui ad eius pœnam, per fidem parentum, identidem iustificentur: cum videas multos non offerri à parentibus, sed etiam à quibuslibet extraneis, sicut à dominis serunli aliquando offeruntur.* Et lib. 6. Hypogn. *Nouimus etiam paruulos quibus vsus liberi arbitrii non est, vt de bonis aut malis eorum iudicemus, parentum manibus ad sancti baptismatis gratiam deportari.* Et lib. 1. Confess. cap. 11. de sua salute, cum nondum baptizatus esset, matrem sollicitam, eiusque in prouidentia sib baptismatis gratia laborem, describit: *Conturbata mater carnis mea, quoniam & sempiternam meam salutem charius parturiebat corde casto in fide tua, iam curaret festinabunda, vt salutaribus Sacramentis initiarer, & abluerer, te Domine Iesu confitens in remissionem peccatorum.*

8 Εὐλογητόν] Consulendum onomasticon in hoc verbo: & reliqua pariter si obscuriora sint, suis locis.

9 Τῇ πρεσβείᾳ κύριε.] Talis est hæc supplicatio: τῇ πρεσβείᾳ κύριε πάντων τῶν ἁγίων, καὶ τῆς θεοτόκου· τὴν σὴν εἰρήνην δὸς ἡμῖν, καὶ ἐλέησον ἡμᾶς ὡς μόνος οἰκτίρμων.

10 Ἕως τῶν ὡραίων πυλῶν.] Lego τῶν ἁγίων πυλῶν, sanctæ fores enim sunt, iuxta altare: speciosæ remotiores, vt ostensum est fol. 24. & 25.

11 Λαμβάνει αὐτὸ καὶ ἐξέρχεται.] Depositio infantis in altari, post baptismi ritu peracta fit apud Latinos, & inde susceptor eleuat illum: sicut autem susceptor est apud Dionysium, qui ἀναλαβὼν αὐτὸν ἄγει πρὸς τὸν τῆς ἱεραρχίας ἐπώνυμον, *acceptum eum deducit ad Pontificem*: ita & completo Sacramento, Sacerdotes, eundem illi in manus reddunt: ἐγχειρίζουσι τῷ τῆς προσαγωγῆς ἀναδόχῳ τε, καὶ ἡγεμόνι. *suæ præsentationis susceptori & ductori illum restituunt*

ORARATIO IN MVLIERUM, cum abortitur.

Præmittit Sacerdos benedictionem. Ter sanctus. Sanctissima Trinitas. Pater noster. Quia tuum est. *Dimissorium diei. Tum vero.*

Dominum precemur.

DOminator Domine Deus noster, qui ex sancta Deipara & semper virgine Maria natus, vt puer in præsepe recubuisti, ipse præsentem ancillam tuam, hanc, peccatis implexam, quæ in homicidium sponte aut non sponte incidit, & conceptum à se fœtum abegit, benignè secundùm misericordiam tuam magnam respice, spontaneaque & non volita eius delicta condona, & ab omni diaboli fraude conserua: sordes eius emunda, leni dolores, bonam valetudinem roburque corpori & animæ, clemens largire: & per Angelum lucidum ab omni dæmonum inuisibilium insultu custodi: Ita Domine, ab omni morbo & languore, & à corporeis sordibus illam expurga, & à variis ingruentibus viscerum torminibus: plurimaque tua misericordia in debili eius corpore illam educ, & ab eo quo iacet lecto, erige; quia in peccatis nati sumus & in iniquitatibus, & per sordes coram te adstamus, Domine. Ideoque cum tremore clamamus, & dicimus:

1 ΕΥΧΗ ΕΙΣ ΓΥΝΑΙΚΑ, ΟΤΑΝ ἀποβάλλεται.

Ποιεῖ ὁ ἱερεὺς εὐλογητόν. Τρισάγιον. τό, Παναγία τριάς. τό, Πάτερ ἡμῶν. Ὅτι σοῦ ἐστιν. Τὸ ἀπολυτίκιον τῆς ἡμέρας. Εἶτα.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

ΔΕσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τεχθεὶς ἐκ τῆς ἁγίας θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ ἐν φάτνῃ ὡς βρέφος ἀνακλιθεὶς, αὐτὸς τὴν παροῦσαν δούλην σου, Τήνδε, σήμερον 2 τὴν ἐν ἁμαρτίαις εἰς φόνον περιπεσοῦσαν ἑκουσίως, ἢ ἀκουσίως, καὶ τὸ ἐν αὐτῇ συλληφθὲν ἀποβαλομένην, ἐλέησον κατὰ τὸ μέγα σου ἔλεος καὶ συγχώρησον αὐτῆς τὰ ἑκούσια καὶ τὰ ἀκούσια πλαισματα, καὶ διαφύλαξον ἀπὸ πάσης τοῦ διαβόλου μηχανουργίας· καὶ τὸν ῥύπον καθάρον, τοὺς πόνους θεράπευσον, τὴν ῥῶσιν καὶ εὐρωστίαν τῷ σώματι σὺν τῇ ψυχῇ αὐτῆς φιλάνθρωπε δώρησαι, καὶ δι' ἀγγέλου φωτεινοῦ, ταύτην περιφρούρησον ἀπὸ πάσης ἐπελεύσεως τῶν ἀοράτων δαιμόνων. ναὶ κύριε, ἀπὸ νόσου καὶ μαλακίας, καὶ καθάρισον αὐτὴν ἀπὸ τοῦ σωματικοῦ ῥύπου καὶ τῶν ποικίλων αὐτῇ ἐπερχομένων ἐνοχλήσεων σπλαγχνικῶν· καὶ ἔξαξον αὐτὴν διὰ τῆς πολλῆς σου ἐλεημοσύνης ἐν τῷ ταπεινῷ αὐτῆς σώματι· καὶ ἀνάστησον αὐτὴν ἀπὸ τῆς κλίνης ἧς περίκειται. ὅτι ἐν ἁμαρτίαις ἐγεννήθημεν, καὶ ἐν ἀνομίαις, καὶ διὰ ῥύπου πάντες ἐσμὲν ἐνώπιόν σου κύριε, καὶ μετὰ φόβου βοῶμεν, καὶ λέγομεν·

ἐπίβλεψον ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἴδε τὴν ἀσθένειαν ἡμῶν τῶν καταδίκων, καὶ 3 συγχώρησον τῇ δούλῃ σου, ταύτῃ, τῇ ἐν ἁμαρτίαις 4 φόνῳ περιπεσούσῃ ἑκουσίως, ἢ ἀκουσίως, καὶ τὸ ἐν αὐτῇ συλληφθὲν ἀποβαλλομένῃ, καὶ πάντας τοὺς περιεχομένους, καὶ ἁπτομένους αὐτῆς κατὰ τὸ μέγα σου ἔλεος, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς ἐλέησον, καὶ συγχώρησον. ὅτι σὺ μόνος ἔχεις ἐξουσίαν ἀφιέναι ἁμαρτίας καὶ ἀνομίας. πρεσβείαις τῆς παναγνου σου μητρὸς, καὶ πάντων τῶν ἁγίων.

Ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Καὶ γίνεται ἀπόλυσις.

respice de cœlo & vide infirmitatem nostri reorum: & ancillæ huic tuæ, quæ in peccatis est, & in cædem sponte seu non sponte incidit, & conceptum fœtum abiecit veniam largire: omniumque illam circumstantium & attrectantium miserere, & remissionem præbe. Quia tu solus potestatem habes dimittendi peccata & iniquitates: intercessionibus immaculatæ tuæ matris, & omnium sanctorum.

Quia tibi conuenit omnis gloria, honor, & adoratio, Patri, & Filio, & Sancto Spiritui: nunc, & semper, & in sæcula sæculorum.

Et fit dimissio.

In orationem pro muliere abortiuum pariente, Notæ.

1 Εὐχὴ εἰς γυναῖκα ὅταν ἀποβάλληται.] Expiant orationibus Ecclesiasticis mulieres abortiuũ parientes Græci; tum immunditiæ corporis tollendæ opinioni, tum mitigandis corporeis doloribus & conscientiæ scrupulis, quibus timidiores mulierculæ cædis in fœtum perpetratæ seipsas condemnare consueuerunt, tum denique quia illas in numerum ἐπιτιμηθέντων relatas, vt ἀκουσίου φόνου non spontaneæ saltem cædis reas, iuxta Synodi Ancyranæ Can. 22. & epist. 1. Basilii ad Amphilochium Can. 8. speciali & priuata pro eis oratione fusa, necesse est Ecclesiæ reconciliari.

2 Τὴν ἐν ἁμαρτίαις εἰς φόνον περιπεσοῦσαν.) Δεχομένας τὰ ἐμβρυοκτόνα δηλητήρια τῷ τοῦ φονέως ἐπιτιμίῳ καθυποβάλλεσθαι (χρή.) *eas quæ fœtus necantia medicamina accipiunt, homicidæ pœnis subiici oportet*, ex Can. 91. Trullano. An tamen innoxiæ mulieres, casu, vel naturæ imbecillitate, fœtum emortuum abiicientes, à pia matre Ecclesia cædis commissæ, condemnandæ sunt? Respondent Græci, etiam cædi inuoluntariæ, suas esse pœnas constitutas. Merito propterea Euchologicus noster textus, superius scripsit: πέντε μῆνας ἐγκυμονούσας εἰ τύχῃ ἀπό τινος πληγῆς τὸ ἔμβρυον ἐκτρῶσαι, φόνου δίκην καὶ κατὰ κανόνας ἐνέχεσθαι. *Quinque mensibus prægnantes si contingat accepto vulnere fœtum eiicere*, homicidii pœnam (non autem semper reatum) *secundum leges*, (illæ sunt Constantini Porphyrogeniti, & Emmanuelis Comneni à Balsamone in Can. 91. Trullanum citatæ) & Canones (Synodi Ancyranæ, & Basilii supra memorati) subiici debere. Græcis similem inter suos Pœnitentiales vnum edidit Gregorius tertius cap. 17. to. 6. Bibliothecæ Patrum, mulieres omnes, tum sontes, tum innoxias si aborsum pariant, plectentem: *Mulier quæ concipit, & occidit filium aut filiam in vtero, ante quadraginta dies; vnum annum pœniteat: si post quadraginta dies, quasi homicida pœniteat. Sine culpa tres quadragesimas: illa quæ suos infantes opprimunt negligenter, vt homicidæ pœniteant: sin aliter in iudicio pendeat Sacerdotis.*

3 Συγχώρησον τῇ δούλῃ σου τὰ ἑκούσια, &c.] Canino hic dente insequitur, & erodit Catumsyritus Italogræcus Cryptæ Ferratæ Arcudianum (eo namque vt sinceriori vsus est Arcudius) Euchologium, illudque vocibus importunis, vtinam Latinis saltem, Iudaico ritu mulierculas Christianas implicare, Iudaizare, & irreligiosa sacrilegia inducere contendit. Sed, ô fallacis fidei hominem, qui nec de visu, vel aliorum dictis librum notum, tam proterve incusare non veretur. Ita me Deus amet, si in duobus Crytæ Ferratæ, aut aliis duobus Barberinis Ms. accuratissime lectis & collectis vel simplex, γρῦ ad ad hoc officium spectans reppererim. Agat itaque silentium Catumsyritus & abortiuos suos fœtus, ingenij scilicet monimenta, prius è sancta Congregata damnata, quam nata, plangat; & pro dicacibus in Arcudium & Euchologium Cryptæ Ferratæ scriptis præscriptis, libris temulenter non adeo impressis quam oppressis, atque ideo suppressis perpetuo taciturus pœnitentiam patienter subeat.] Laudando interim more ex antiqua, vt par est credere, traditione deducto, orat Ecclesia Orientis pro aborsum parientibus, & precibus suis peccatum negligentiæ, vænia non indignum, eiusque pœnam non vi Sacramenti forma deprecatiua exhiberi, vt deblaterat & imponit Catumsyritus, sed meriti proprii & supplicationum instantia, Dei clementiam implorat. Quid enim præstaret Ecclesia peccatori, aut diuinæ opis egenti extra Sacramentum, quam pias preces? Aut quo Iudaico ritu male olet hoc officium qui non prodeat vel oriatur ex Synodo Ancyrana, Gregorii tertii Summi Pontificis Romani decreto, vel Basilii Canonibus? Nusquam ergo pro pauidis mulierculis, ferales fœtus parientibus à precibus fundendis abstineat Ecclesia: cum etiam à culpa magis liberæ,

stimulis ob aborsum agitari, & dolor earum nullo alio magis opportuno medicamine, quam Ecclesiæ benedictione leuetur.

4 Φόνῳ περιπεσούσῃ ἑκουσίως, ἢ ἀκουσίως.] Sponte & cum lethali crimine fœtum perdunt mulieres, vel inuitæ penitus & innoxiæ: vtrobique quasi cædis reas plectit Ecclesia, & Canonum seueritate mulctatas, hac prece Deo reconciliat. Et si quidem sponte prolem excusserint, iuxta Canones communione seclusæ pœnis subiiciuntur prolixissimis breui, Deo fauente, apud Blastarem 18. cap. τοῦ Γ. στοιχείου legendis. Sin autem casu fœtus exciderit vtero, ἐξ ἐπιβουλῆς τοῦ ἀντικειμένου μηδὲν τῶν γονέων ἐπταικότων, εἰ καὶ συγγνώμης τὸ συμβὰν ἄξιον, ἀλλ' οὖν καὶ μετρίων δεῖ τῶν ἐπιτιμίων· ἔοικε γὰρ δι' ἕτερά τινα ἀμετανόητα πταίσματα τὴν ἐγκατάλειψιν ταυτηνὶ γεγονέναι παρὰ τοῦ φυλάσσοντος κυρίου τὰ νήπια. *Ex insidiis*, inquam, *inimici, nulla in re parente vtroque delinquente, quamuis quod contigit veniam mereatur, moderata tamen indiget castigatione. Propter quædam enim alia multa peccata à Domino infantes seruare solito tantus auxilij defectus processisse videtur.* Blastares cap. 8. τοῦ Φ. στοιχείου. Vide dicta num. 2.

CANONES SANCTORVM Apostolorum & diuinorum Patrum de sancto Baptismate.

QVadragesimus septimus sanctorum Apostolorum Canon ait. Si Episcopus, aut Presbyter, eum qui secundum veritatem Baptismum habuerit, denuo baptizauerit, deponatur; tanquam derisor mortis & crucis Domini, nec Sacerdotes à falsis Sacerdotibus iure discernens. Hæc eadem & Canon 50. Carthaginensis Synodi præscribit.

Quadragesimus vero nonus sanctorum Apostolorum, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti baptizare, iuxta Domini verbum, commendat: verum non in tribus sine principio personis, aut in tribus filiis, aut in tribus Paracletis: vnus enim principii expers Pater, & vnus Filius propter ineffabilem generationem, & vnus Paracletus Spiritus Sanctus propter processionem ex ingenito. Qui secus fecerint Episcopi, aut Sacerdotes depositionis pœnam subibunt.

Præcipit autem quinquagesimus, initiationis vnius tres intinctiones perficere, tres immersiones videlicet in vno baptismate, & in vnaquaq; mersionum, vnum sanctæ Trinitatis nomen edicere; non tamen vnum baptisma in Domini morte conferre, semel nempe tantum baptizatum immergere, & in mersione vnica Domini mortem celebrare, prout insana Eunomianorum hæresis supponit, cuius & septimus secundæ Synodi Canon meminit: Non enim dixit Iesus, in morte mea baptizate; sed, Euntes docete omnes gentes baptizantes eas in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Secus vero obseruantem Episcopum aut Presbyterum Sacerdotij depositione mulctat Synodus.

ΚΑΝΟΝΕΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ἀποστόλων, καὶ τῶν θείων πατέρων. Περὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος.

Ο μζʹ. τῶν ἁγίων Ἀποστόλων κανὼν, φησιν, εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, τὸν κατ' ἀλήθειαν ἔχοντα βάπτισμα ἐὰν ἄνωθεν βαπτίσῃ, ἢ τὸν μεμολυσμένον παρὰ τῶν ἀσεβῶν μὴ βαπτίσῃ, καθαιρείσθω, ὡς γελῶν τὸν σταυρὸν καὶ τὸν τοῦ κυρίου θάνατον, μὴ διακρίνων ἱερέας ψευδοϊερέων. Τὰ αὐτὰ καὶ ὁ τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου, νʹ. διατάττεται.

Ο δὲ μθʹ. τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, εἰς πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα βαπτίζειν, κατὰ τὸ τοῦ κυρίου παρεγγυᾶται λόγιον· ἀλλὰ μὴ εἰς τρεῖς ἀνάρχους, ἢ τρεῖς υἱοὺς, ἢ τρεῖς παρακλήτους· εἷς γὰρ ὁ ἄναρχος πατὴρ, διὰ τὸ ἀναίτιον· καὶ εἷς ὁ υἱὸς, διὰ τὴν ἄρρητον γέννησιν, καὶ εἷς ὁ παράκλητος, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, διὰ τὴν ἐκ τοῦ ἀγεννήτου ἐκπόρευσιν. οἱ δὲ μὴ οὕτω ποιοῦντες, ἐπίσκοποι ἢ πρεσβύτεροι, ἐπιτιμίαν ὑφίστανται τὴν καθαίρεσιν.

Ο δὲ νʹ. τρία βαπτίσματα μιᾶς μυήσεως ἐπιτελεῖν, τρεῖς δηλαδὴ καταδύσεις ἐν ἑνὶ βαπτίσματι, καὶ ἑκάστῃ τῶν καταδύσεων, ἓν ὄνομα τῆς ἁγίας ἐπιλέγειν τριάδος, ἀλλὰ μὴ ἓν βάπτισμα εἰς τὸν θάνατον τοῦ κυρίου διδόμενον· ἤτοι ἅπαξ καταδύειν τὸν βαπτιζόμενον, καὶ εἰς τὴν μίαν κατάδυσιν τὸν τοῦ κυρίου ἐπιφημίζειν θάνατον, ὡς ἡ παραπληξίας γέμουσα τῶν Εὐνομιανῶν αἵρεσις ὑποτίθεται· ἧς καὶ ὁ ζʹ. τῆς βʹ. συνόδου κανὼν μέμνηται. οὐ γὰρ εἶπεν ὁ κύριος εἰς τὸν θάνατόν μου βαπτίσατε, ἀλλὰ πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. τὸν δὲ μὴ οὕτω δρῶντα ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, τῇ ἀφαιρέσει ζημιοῖ τῆς ἱερωσύνης.

Ἀλλὰ γὰρ καὶ ὁ θ'. κανὼν τῆς οἰκουμενικῆς β'. συνόδου, ὅπως χρὴ δέχεσθαι τοὺς ἐξ αἱρέσεων ἐπιστρέφοντας, ἀριδήλως νομοθετεῖ. εἰς δύο γὰρ μοίρας ἅπαντα διελὼν, τοὺς μὲν μύρῳ χρίεσθαι, τοὺς ἀναβαπτίζεσθαι διατάττει. Ἀρειανοὺς μὲν οὖν, καὶ Μακεδονιανοὺς, καὶ Σαββατιανοὺς, καὶ Ναυατιανοὺς, τοὺς λέγοντας ἑαυτοὺς Καθαροὺς, καὶ Ἀριστεροὺς, καὶ Τεσσαρεσκαιδεκατίτας, εἴτουν Τετραδίτας, καὶ Ἀπολιναριστὰς, ἐπείπερ ἐξ ἴσης ἡμῖν τῷ θείῳ τελοῦνται βαπτίσματι, οὐκ οἴεται δεῖν τούτους ἀναβαπτίζειν. ἀλλὰ μετὰ τὸν τῆς σφετέρας αἱρέσεως ἔγγραφον ἀναθεματισμὸν, τῷ ἁγίῳ χρίειν μύρῳ κελεύει, τό τε μέτωπον, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ τὰς ῥῖνας, τὸ στόμα τε, καὶ τὰ ὦτα, καὶ σφραγίζοντας λέγειν· Σφραγὶς δωρεᾶς πνεύματος ἁγίου. Εὐνομιανοὺς γε μὴν τοὺς εἰς κατάδυσιν βαπτιζομένους μίαν, καὶ Μοντανιστὰς τοὺς καλουμένους Φρύγας, καὶ Σαβελλιανοὺς τοὺς διδάσκοντας τὴν υἱοπατορίαν, καὶ τοὺς παραπλησίους τούτοις, ὡς οὐδὲν ἄμεινον τῶν ἀβαπτίστων Ἑλλήνων ἀληθείας δικαζούσης διακειμένους, τῇ καθολικῇ προσιόντας ἐκκλησίᾳ ἱερῶς κελεύει βαπτίζεσθαι. ἢ γὰρ ὅλως οὐκ ἐβαπτίσθησαν, ἢ καὶ βαπτισάμενοι, οὐ κατὰ τοὺς θεσμοὺς τῆς ὀρθοδόξων ἐκκλησίας ἐσημάνθησαν· ταύτῃ, καὶ ὡς ἀφώτιστοι τοῖς θείοις πατράσι λογίζονται.

Ὁ δὲ ἐν Λαοδικείᾳ μη'. καὶ τοὺς ἐπουρανίῳ χρίεσθαι μύρῳ τοὺς φωτιζομένους θεσπίζει. τοῦτο γὰρ ταῖς εὐχαῖς καὶ τῇ ἐπικλήσει τοῦ ἁγίου πνεύματος ἁγιαζόμενον, τοὺς χριομένους ἁγιάζει. καὶ μετόχους τῆς ἐπουρανίου βασιλείας Χριστοῦ καθίστησιν, εἰ μὴ τὸ τοῦ βίου ἠμελημένον, καὶ ἡ τῶν ἔργων φαυλότης ἡμᾶς ταύτης ἀλλοτριώσει.

Ὁ δὲ ς'. τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου, τὰς γυναῖκας τὰς ἐγκύμονας οὐκ ἀπείργει βουλομένας βαπτίσασθαι. οὐ γὰρ κοινωνεῖ ταύταις τοῦ φωτίσματος καὶ τὸ ἔμβρυον μήπω παρὰ τῆς φύσεως δεξάμενον τὴν τοῦ ἀγαθοῦ προαίρεσιν καὶ τοῦ χείρονος· οὐδ' οἷόν τε παρεργάσασθαι ὅπως ἔχουσι διαθέσεως. τὰ δέ γε νήπια τῶν ἀναδόχων κατατεθειμένα, φροντίδι καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῖς φωτιζόμενα, τῆς θείας κοινωνοῦσιν ἐλλάμψεως.

Ὁ δὲ ς'. τοῦ Τιμοθέου Ἀλεξανδρείας ἡ κατηχουμένη γυνή, φησιν, εἰ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ βαπτισθῆναι προέθετο, τὰ κατ' ἔθος αὐτῇ συμβαίη, εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ὑπερτιθέσθω τὸ φώτισμα.

Ὁ δὲ α'. αὐτοῦ, εἰ παιδίον κατηχούμενον, ἢ καὶ ἀνὴρ, τῆς ἱερᾶς τελουμένης θυσίας, προσελθὼν

Sed & nonus Canon secundæ Synodi Oecumenicæ quomodo ex hæresi conuersos recipere oporteat manifestè sancit. In duas namque series cunctis distributis, hos quidem Chrismate vngi, alios vero denuo baptizari præcepit. Arianos quidem, & Macedonianos, & Sabbatianos, & Nouatianos, qui seipsos Catharos, & Aristeros, hoc est mundos & sinistros dicunt, & Tessaresdecatitas, siue Tetraditas, & Apollinaristas, siquidem ex æquo nobiscum diuino perficiuntur baptismate, rursus baptisandos non censet: verum postquam suæ hæreseos anathematismi libellum scripserint, sacro Chrismate eos iubet vngi, in fronte, in oculis, in naribus, in ore, & auribus: & eos signantes dicere: Signaculum doni Spiritus Sancti. Eunonianos, qui in vnam immersionem baptizantur, & Montanistas, qui dicuntur Phryges, & Sabellianos, qui eundem esse Patrem & Filium opinantur, aliosque his similes, vt Gentilibus non baptizatis, ita veritate iudicante, nihilo melius affectos, ad Catholicam accedentes Ecclesiam sancte præcipit baptizari. Aut enim nullatenus baptizati sunt, aut siquidem baptizati fuerint, non secundùm orthodoxorum Ecclesiæ decreta consignati fuerunt: hi itaque velut non illuminati à sacris Patribus censentur.

Quadragesimus vero octauus Laodicenæ Synodi, illuminatos cœlesti vnguento perungi decernit. Illud enim precibus, & Spiritus Sancti inuocatione consecratum, sanctificat vnctos, & supercœlestis regni Christi participes constituit, nisi vitæ negligentia, vel operũ improbitas ab eo nos alienauerit.

Sextus autem Neocæsariensis Synodi, prægnantes mulieres à baptismo non arcet: non etenim fœtus illuminationis earum fit particeps, antequam boni vel mali nanciscatur electionem; sed neque qualiter sint affecti, examinari potest. Infantes vero susceptorum curæ demandati, & operibus ipsis illuminati, diuinæ illuminationi communicant.

Sextus etiam Timothei Alexandriæ Antistitis, ait: Si mulier catechumena die qua baptizari præstituit, in mulierum morem incidat, in diem sequentem eius remittatur baptisma.

Primus vero eiusdem ita statuit: Si puer catechumenus, aut etiam vir, sancto peracto sacrificio, absque malitia

accedens sacrorum donorum partem acceperit, inscio Sacerdote, eum adhuc esse Catechumenum; confestim baptizetur; à Domino enim eius vocatio procedit.

At vero quartus sancti Cyrilli, licet separationem, inquit, sustineant Catechumeni quidam censuris subiecti, si in vitæ sint discrimine, baptizentur, ne hac gratia priuati ab humanis discedant.

Secundus autem Timothei Alexandrini Catechumenũ arreptitium priusquam immundo spiritu liberetur baptizari prohibet: nefas enim est, eum qui prauo ad peruersa affectu seipsum maligno dæmoni inhabitationem præbuit, priusquam perfecte à tenebrosi & maligni spiritus potestate eximatur, Sancti Spiritus lumen suscipere: si vero mors immineat, baptizari præcipit: vt diuinæ gratiæ expers è viuis non excedat.

Addit quartus: Si non à dæmone turbetur, sed morbi violentia, mente Catechumenus excesserit, ita vt neque voce priuatus, respondere possit: quandoquidem mentis compos fidem se suscipere commonstrauit, inter Catechumenos annumeratus, absque hæsitatione baptizandus est.

Tandem centesimus vndecimus Carthaginensis Synodi, concessa, inquit, nobis per Baptismum gratia, non delictorum remissionem tantum, sed & virtutem ne peccemus amplius confert, nisi sponte, vel ex negligentia, *Peccatis consentiamus. Secus autem sentientes anathemati subiicit.*

ἀπονήρως τῶν θείων μεταλήψεται δώρων, ἀγνοοῦντος τοῦ ἱερέως εἶναι τοῦτον κατηχούμενον, εὐθὺς βαπτίζεσθω. ὑπὸ γὰρ κυρίου προσκέκληται.

Ο δὲ δ΄. τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, κἂν χωρισμόν, φησιν, ὑπομείνωσί τινες τῶν κατηχουμένων ἐνεχθέν ἐπιτιμηθέντες, καὶ μέλλωσι τελευτᾶν, βαπτιζέσθωσαν. καὶ μὴ ἀμέτοχοι τῆς χάριτος τῶν ἀνθρωπίνων ἀποδημείτωσαν.

Ο δὲ β΄. τοῦ Τιμοθέου Ἀλεξανδρείας, κατηχούμενον δαιμονῶντα, πρὶν ἢ τοῦ ἀκαθάρτου δαίμονος καθαρθῆναι, κωλύει βαπτίζεσθαι. ἀθέμιτον γὰρ τὸν παρέχοντα ἑαυτὸν τῷ πονηρῷ δαίμονι εἰς ἐνοίκησιν τῇ πρὸς τὰ φαῦλα ῥοπῇ, καὶ τὸ φῶς τοῦ ἁγίου πνεύματος ὑποδέχεσθαι μὴ τελείως ἀπαλλαγέντα τοῦ σκοτεινοῦ καὶ πονηροῦ πνεύματος. Εἰ δὲ ἡ τελευτὴ τούτῳ ἐπισταίη, κελεύει βαπτίζεσθαι· ἵνα μὴ κενὸς ἐξέλθῃ τοῦ βίου, καὶ ἀμέτοχος τῆς θείας χάριτος.

Ο δὲ δ΄. Εἰ δὲ μὴ ὑπὸ δαίμονός φησιν, ὁ κατηχούμενος ἐνοχλῆται, ἀλλ' ὑπὸ νόσου τῶν φρενῶν ἐξεκρούσθη, ὡς μηδὲ ἀποκρίνεσθαι οἷός τε, ἀφῃρημένος καὶ τὴν φθογγήν· ἀλλ' ἐπεὶ ἔδειξεν ἐκ προαιρέσεως τὴν πίστιν ἀσπάζεσθαι· ἐκεῖνος εἰς τοὺς κατηχουμένους καταταγείς, ἀναμφιβόλως βαπτίζεται.

Ο δὲ ρια΄. τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου, ἡ διὰ τοῦ βαπτίσματός φησι, χορηγουμένη χάρις ἡμῖν, οὐ μόνον τὴν ἁμαρτημάτων ἄφεσιν, ἀλλὰ καὶ δύναμιν ἐνίησιν, εἰς τὸ μηκέτι ἁμαρτάνειν ἡμᾶς, εἰ μὴ διὰ ῥᾳθυμίαν ἑκόντες, τὰ τῆς ἁμαρτίας ἡσπασάμεθα. τοὺς δὲ μὴ οὕτω φρονοῦντας ὡς ἀναθέματι παραπέμπει.

ORATIO AD FACIENDVM Catechumenum.

*B*Aptizandi zonam Sacerdos soluit, & exutum excalceatumque, ad Orientem statuit, discinctum, nudo capite, & absque calceamentis, demissas manus habentem: & in faciem eius ter insufflat: terque faciem & pectus eius cruce signat, & manu eius capiti imposita, dicit:

1 ΕΥΧΗ ΕΙΣ ΤΟ ΠΟΙΗΣΑΙ[1] κατηχούμενον.

2 VΥει ὁ ἱερεὺς τὴν ζώνην, τοῦ μέλλοντος [2] 3 φωτισθῆναι. 4 Καὶ ἀποδύει καὶ [3] [4] ὑπολύει αὐτόν. 5 Καὶ ἵστησιν αὐτὸν κατὰ ἀνατολάς. [5] Μονοχίτονα. Λυσόζωνον. Ασκεπῆ. Καὶ ἀνυπόδετον. 6 Εχοντα τὰς χεῖρας κάτω. 7 Καὶ ἐμ- [6] [7] φυσᾷ εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ γ΄. Καὶ σφραγίζει αὐτοῦ τὸ μέτωπον, καὶ τὸ στῆθος ἐκ τρίτου· 8 καὶ ἐπιτίθησι τὴν χεῖρα ἐπὶ τὴν κεφαλὴν [8] αὐτοῦ, λέγων.

Μετὰ δὲ γενέσθαι τὴν εἴσοδον τοῦ λυχνικοῦ, καὶ τὴν πρώτην καθέδραν· ἀρξαμένου τοῦ δευτέρου ἀναγνώστου τοῦ. Φώτιζου. κατερχόμενος ὁ πατριάρχης ἀπὸ τοῦ συνθρόνου εἰσέρχεται διὰ τοῦ σκευοφυλακίου ἐν τῷ ἀποδυτηρίῳ τοῦ μεγάλου Βαπτιστηρίου, καὶ ἀλλάσσων βάλλει λευκὴν στολὴν, καὶ ὑποδήματα λευκὰ, καὶ ἀπέρχεται ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ. θυμιᾷ κύκλῳ, καὶ ἀποδιδοὺς τὸ θυμιατὸν, σφραγίζει εὐχόμενος μετὰ κηρίου, τρεῖς· γινομένης ὑπὸ ἀρχιδιακόνου συναπτῆς.

Postquam Introitus Lucernarii, & prima sessio fuerint terminata, secundo Lectore incipiente, Illuminare, *descendit è throno Patriarcha, & per Sacristiam in magni Baptisterii Vestiarium ingreditur: tum mutat vestes, & candido amicitur ornatu, & candida sandalia sumit, & ad piscinam progreditur. In circuitu suffumigat, & thuribulo reddito, cereo signat aquam, & interim fit ab Archidiacono Collectæ oratio.*

Ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

In pace Dominum precemur.

Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης.

Pro superna pace, *&c.*

Ὑπὲρ τοῦ ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν, ἱερωσύνης, ἀντιλήψεως, διαμονῆς, καὶ τοῦ ἔργου τῶν χειρῶν αὐτοῦ, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Pro Archiepiscopo nostro, Sacerdotio, ope, conseruatione, & opere manuum eius: Dominum precemur.

Ὑπὲρ τοῦ ἀναγεννηθῆναι.

Vt regenerentur, *&c.*

Ὑπὲρ τοῦ καταπεμφθῆναι.

Vt mittatur, *&c.*

Pro iis qui nunc ad sanctum Baptisma accedunt, & pro eorum salute.
Vt fiat illis hæc aqua.
Vt liberentur, *&c.*
Sanctissimæ.

His dictis Sacerdos subiungit tacitè orationem hanc intra seipsum : Misericors & clemens, *&c.*

Tacitè quoque & intra seipsum exclamationem, & Amen, *dicit. Absoluente vero Archidiacono illud:* Sanctissimæ immaculatæ, *&c. incipit elata voce,* Magnus es Domine, *&c.*

Et insufflat in aquam : terque digito supra signat: & rursus dicit: Conterantur sub signo, &c *Populus.* Amen.

Sacerdos. Pax omnibus. *Diacono dicente,* Capita vestra : *Sacerdos caput in vas olei à Diacono deportatum inclinans, ter in illud insufflat, terque signat, & dicit,* Dominator Domine, *&c.*

Et erectus exclamat, Ad gloriam tuam, *&c.*

Et populus respondet Amen.

Et Diacono dicente, Attendamus. *Ollulam olei sancti Sacerdos assumit: & facit ex eo in aqua cruces tres: & cum Cantoribus, vel populo canit ter,* Alleluia. *Reddito deinde vase, exclamat:*

Benedictus Deus qui illuminat, *&c.*

Et offertur baptizandus vni Sacerdoti, & accipit de oleo sancto, &c.

Et tunc vngitur ex eodem oleo à Diaconis per totum corpus. Dum vero vnguntur illi, circumcingitur linteo Patriarcha, & supermanicalia induit: & deinde baptizat, dicens : Baptizatur N. in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: *in vnaquaque enunciatione (vnius personæ) educens eum, & immittens in aquam.*

Et dum omnes baptizati fuerint, lauatur ille, & linteum supermanicaliaque deponit : & Archidiacono dicente :

Attendamus. *Incipiunt Cantores,* Beati quorum remissæ sunt iniquitates, *&c. aut certe Sacerdos cum populo illud idem dicit ter : & sic dicitur,* Benedictus es Domine, *&c.*

Et oratione hac finita ornatu Baptismatis exuitur Patriarcha, & assumit eum qui missis inseruit. Tum vadit ad sanctum Petrum: & Cantore dicente. Quotquot in Christo baptizati estis. *Vnguento*

Ὑπὲρ τῶν νυνὶ προσερχομένων τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι, καὶ τῆς σωτηρίας αὐτῶν.

Ὑπὲρ τοῦ γενέσθαι αὐτοῖς τὸ ὕδωρ.

Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι αὐτούς.

Τῆς παναγίας. Vt in edito.

Καὶ τούτων λεγομένων, λέγει ὁ ἱερεὺς καθ' ἑαυτὸν τὴν εὐχὴν ταύτην πρὸς ἑαυτόν. Ὁ εὔσπλαγχνος καὶ ἐλεήμων. Vt supra.

Καθ' ἑαυτὸν δὲ τὴν ἐκφώνησιν, καὶ τό, Ἀμήν. Εἶτα πληρωθέντος τοῦ ἀρχιδιακόνου. Τῆς παναγίας ἀχράντου· ἄρχεται ἐν ἐκφωνήσει. Μέγας εἶ κύριε. Vt supra.

Καὶ ἐμφυσᾷ εἰς τὸ ὕδωρ τρίς, καὶ σφραγίζει τῷ δακτύλῳ τρίς· καὶ λέγει πάλιν

Συντριβήτωσαν ὑπὸ τὴν σημείωσιν. Vt supra. Ὁ λαός. Ἀμήν. Ὁ ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσι. Τοῦ διακόνου λέγοντος. Τὰς κεφαλάς. Ὁ ἱερεὺς κλίνει τὴν κεφαλὴν εἰς τὸ ἀγγεῖον τοῦ ἐλαίου βασταζόμενον ὑπὸ τοῦ διακόνου, καὶ ἐμφυσᾷ αὐτῷ τρίς, καὶ σφραγίζει αὐτὸ τρίς, καὶ λέγει. Δέσποτα κύριε. Vt supra

Καὶ ἀνιστάμενος ἐκφωνεῖ. Εἰς δόξαν σήν, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ὁ λαός. Ἀμήν. Τοῦ διακόνου λέγοντος.

Πρόσχωμεν. λαμβάνει ὁ ἱερεὺς τὸ τρυβλίον τοῦ ἁγίου ἐλαίου· καὶ ποιεῖ ἐξ αὐτοῦ εἰς τὸ ὕδωρ σταυροὺς τρεῖς ψάλλων σὺν τοῖς ψάλταις ἢ τῷ ὄχλῳ τό, Ἀλληλούια τρίς. Εἶτα ἀποδιδοὺς τὸ τρυβλίον ἐκφωνεῖ.

Εὐλογητὸς ὁ θεὸς ὁ φωτίζων. καὶ τὰ ἑξῆς.

Καὶ προσφέρεται ὁ βαπτιζόμενος ἑνὶ πρεσβυτέρῳ καὶ λαμβάνει ἐκ τοῦ ἁγίου ἐλαίου. καὶ τὰ ἑξῆς.

Καὶ τότε χρίεται ὑπὸ τῶν διακόνων ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἁγίου ἐλαίου ὅλον τὸ σῶμα· ἐν δὲ τῷ ἀλείφεσθαι τούτοις ὁ πατριάρχης βάλλει τὸ λέντιον, καὶ τὰ μανίκια. καὶ μετὰ τοῦτο βαπτίζει λέγων. Βαπτίζεται ὁ δεῖνα εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρός, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ἑκάστη προσρήσει ἀνάγων αὐτόν, καὶ κατάγων. καὶ μετὰ τὸ βαπτίζεσθαι πάντας, νίπτεται, καὶ ἐκβάλλει τὸ λέντιον, καὶ τὰ μανίκια, καὶ τοῦ ἀρχιδιακόνου λέγοντος· Πρόσχωμεν. ἄρχονται οἱ ψάλται τό, Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι· ἢ ὁ ἱερεὺς σὺν τῷ λαῷ τρίς· καὶ οὕτως. Εὐλογητὸς εἶ κύριε. Vt supra.

Καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν ταύτην ἀποδύεται τὴν στολὴν ἐκ τοῦ βαπτίσματος, καὶ βάλλει τὰ τῆς λειτουργίας· καὶ ὑπάγει εἰς τὸν ἅγιον Πέτρον· καὶ τοῦ ψάλτου λέγοντος. Ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε. χρίει τῷ

ἁγίῳ μύρῳ τοὺς βαπτισθέντας, ποιῶν σταυροῦ τύπον ἐπὶ τοῦ μετώπου, τῶν ὀφθαλμῶν, τῶν μυκτήρων, τοῦ στόματος, καὶ τῶν δύο ὤτων, λέγων. Σφραγὶς δωρεᾶς πνεύματος ἁγίου. Καὶ μετὰ τοῦτο συμψάλλων τοῖς ὀρφανοῖς τό, Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν, εἰσέρχεται μετὰ τῶν νεοφωτίστων εἰς εἴσοδον, καὶ τελεῖ ἀκολούθως τὴν θείαν λειτουργίαν.

Ἐν δὲ ταῖς λοιπαῖς ἑορταῖς, ὅτε ἐν τῷ μικρῷ φωτιστηρίῳ γίνονται τὰ φωτίσματα κατερχόμενος ὁ πατριάρχης ποιεῖ πάντα κατὰ τὸν προγραφέντα τύπον, καὶ μετὰ τὸ σφραγίσαι ἐν τῷ ἀποδυτῷ τοὺς νεοφωτίστους τῷ θείῳ μύρῳ, καθέζεται ἐκδεχόμενος τὸν βασιλέα. οἱ δὲ ὀρφανοὶ, καὶ ὁ ψάλτης ψάλλοντες τό, Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν, εἰσάγουσι τοὺς νεοφωτίστους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.

sancto baptizatos vngit, faciens signum crucis in fronte, oculis, naribus, ore, & duabus auribus, dicens: Signaculum doni Spiritus Sancti.

His dictis cum orphanis concinit, Beati quorum remissæ sunt, *& ingreditur, cum recenter Illuminatis ad Introitum, id est processionem, & deinceps diuinam perficit Missam.*

In reliquis vero festis cum baptismata in paruo Baptisterio celebrantur, adueniens Patriarcha, cuncta iuxta præscriptum ritum peragit: & postquam in Vestiario recenter Illuminatos sancto vnguento consignauerit, sedet Imperatorem præstolaturus. Cantor autem cum Orphanis (pueris Cantoribus) psallente, Beati quorum remissæ sunt, *recenter Illuminatos in Ecclesiam inducit.*

Officium idem in Barberino Sancti Marci hoc pacto se habet.

Διακονικὰ τοῦ ἁγίου Σάββα τὰ εἰς τὸ βάπτισμα.

Ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης καὶ σωτηρίας τῶν ψυχῶν ἡμῶν· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ ἁγίου οἴκου τούτου.

Ὑπὲρ τοῦ ἁγιασθῆναι. Vt supra.

Ὑπὲρ τοῦ καταπέμψαι ἐπ' αὐτὰ τὸν κύριον τὴν χάριν τῆς ἀπολυτρώσεως. Vt supra.

Ὑπὲρ τοῦ εὐλογηθῆναι τὰ ὕδατα ταῦτα τῇ ἐπιφοιτήσει τοῦ ἁγίου πνεύματος.

Ὑπὲρ τοῦ καταφοιτῆσαι.

Ὑπὲρ τοῦ εὐλογηθῆναι αὐτὰ ὡς τὰ Ἰορδάνεια ῥεῖθρα· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ πᾶσαν ἐν αὐτοῖς τοῦ ψυχοκτόνου πολεμίου τὴν δύναμιν σβεσθῆναι· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ γενέσθαι αὐτὰ πρὸς καθαρισμὸν ψυχῶν, καὶ σωμάτων πᾶσι τοῖς ἀρυομένοις, καὶ μεταλαμβάνουσιν ἐξ αὐτῶν, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ ἀναδειχθῆναι τοὺς ἐν αὐτοῖς βαπτιζομένους ὡς τοὺς φωστῆρας τοῦ οὐρανοῦ μὴ ἔχοντας σπίλον ἢ ῥυτίδα· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς.

Diaconica Sancti Sabbæ pro Baptismo.

In pace Dominum precemur.

Pro superna pace, & salute animarum nostrarum: Dominum precemur.

Pro sancta hac domo.

Vt sanctificentur, *&c.*

Vt in illas redemptionis gratiam demittat Dominus, *&c.*

Vt aduentu Sancti Spiritus aquæ istæ benedicantur.

Vt adueniat in illas, *&c.*

Vt benedicantur illæ, vt Iordanæa fluenta: Dominum precemur.

Vt inimici animarum interfectoris virtus omnis in eis extinguatur: Dominum precemur.

Vt haurientibus & sumentibus ex illis in animarum & corporum purgationem fiant: Dominum precemur.

Vt baptizati in ipsis, velut cœli luminaria absque sorde & macula, manifestentur: Dominum precemur.

Vt liberemur, *&c.*

Εὐχὴ ἣν ποιεῖ ὁ ἱερεὺς μέλλων βαπτίζειν. ποιοῦντος τοῦ διακόνου εὐχήν· ἐπεύχεται ὁ ἱερεὺς καθ' ἑαυτὸν λέγων.

Ὁ εὔσπλαγχνος καὶ ἐλεήμων. Vt supra.

Oratio à Sacerdote baptizaturo facienda, Diacono faciente orationem: adprecatur Sacerdos intra seipsum dicens:

Misericors & clemens, *&c.*

Scire conuenit, hæc clara voce ad finem vsque à Sacerdote non dici: sed & Amen tacitè pronunciat. Postquam vero Diaconus Diaconica hæc compleuerit: Sacerdos exclamat dicens: Magnus es Domine, *&c.*

Et ter in aquam insufflat, & digito ter eam signat, & dicit: Conterantur sub virtute, *&c.*

Et responso. Amen, *dicit Sacerdos:* Pax omnibus. *Diaconus,* Capita vestra, *&c.*

Sacerdos caput in vas olei à Diacono deportato inclinans, ter illud insufflat, terque illud signat, & dicit, Dominator Domine, *&c.*

Et responso, Amen, *Diaconus dicit,* Attendamus. *Et accipit Sacerdos sancti olei vas, & ex ipso facit in aqua tres cruces, & canit* Alleluia *vsque tertio cum populo: & post hæc vas olei deponit. Deinde exclamat,* Benedictus Deus, *&c.*

Et offertur illi baptizandus. Et accipit Sacerdos oleum sanctum.

Et tunc à Diacono per totum corpus vngitur. Et demum baptizatur à Sacerdote dicente:

Baptizatur N. in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.

Postquam vero baptizatus fuerit, dicit Cantor: Beati quorum remissæ sunt. *Tum vero Diacono faciente orationem, precatur Sacerdos hoc pacto.* Benedictus es Domine, *&c.*

Et oratione hac peracta, dicit:

Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis.

Et vnguento sacro baptizatos vngit Sacerdos, facitque signum crucis in fronte, oculis, naribus, ore, & duabus auribus, dicens:

Signaculum doni Spiritus Sancti.

Disceditque dicens: Beati quorum remissæ sunt. *Mox cum recenter Illuminatis procedit in Introitu, & celebratur diuina Missa.*

Δεῖ εἰδέναι, ὅτι οὐ λέγει ταῦτα ἐπὶ τέλος ὁ ἱερεὺς ἐκφώνως· ἀλλὰ τὸ, ἀμὴν, καθ' ἑαυτὸν λέγει. μετὰ δὲ τὸ ἀποπληρῶσαι τὰ διακονικὰ τὸν διάκονον, ὁ ἱερεὺς ἐκφωνεῖ λέγων. Μέγας εἶ κύριε. Vt supra. excepto quod in hoc exemplari particula τρὶς nullibi reperitur.

Καὶ ἐμφυσᾷ εἰς τὸ ὕδωρ τρὶς, καὶ σφραγίζει τῷ δακτύλῳ τρὶς, καὶ λέγει. Συντριβήτωσαν. Vt supra. excepto quod post verba ἀπογεγραμμένοις ἐν τῷ οὐρανῷ subditur hic. ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ σοι ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ, καὶ τὰ ἑξῆς.

Καὶ μετὰ τὸ, ἀμὴν, λέγει ὁ ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσι. Ὁ διάκονος. Τὰς κεφαλάς.

Ὁ ἱερεὺς κλίνει τὴν κεφαλὴν εἰς τὸ ἀγγεῖον τοῦ ἐλαίου, βασταζόμενον ὑπὸ τοῦ διακόνου, καὶ ἐμφυσᾷ αὐτῷ τρὶς, καὶ σφραγίζει αὐτὸ τρὶς, καὶ λέγει. Δέσποτα κύριε. Vt supra.

Καὶ μετὰ τὸ, ἀμὴν, ὁ διάκονος λέγει. Πρόσχωμεν. Καὶ λαμβάνει ὁ ἱερεὺς τὸ πυξίον τοῦ ἁγίου ἐλαίου, καὶ ποιεῖ ἐξ αὐτοῦ εἰς τὸ ὕδωρ σταυροὺς τρεῖς· καὶ ψάλλων τὸ, Ἀλληλούϊα, σὺν τῷ ὄχλῳ τρὶς, μετὰ ταῦτα ἀποτίθεται τὸ πυξίον. Εἶτα ἐκφωνεῖ. Εὐλογητὸς ὁ θεός. Vt supra.

Καὶ προσφέρεται ὁ βαπτιζόμενος, καὶ λαμβάνει ὁ ἱερεὺς ἐκ τοῦ ἁγίου ἐλαίου, καὶ τὰ ἑξῆς. Vt in edito.

Καὶ τότε ὑπὸ τοῦ διακόνου χρίεται ὅλον τὸ σῶμα. καὶ μετὰ τοῦτο βαπτίζεται ἀπὸ τοῦ ἱερέως λέγοντος. Βαπτίζεται ὁ δεῖνα εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. Καὶ μετὰ τὸ βαπτισθῆναι λέγει ὁ ψάλτης. Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν. καὶ μετὰ τὸ δὲ ποιοῦντος τοῦ διακόνου εὐχὴν, ἐπεύχεται ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχὴν ταύτην. Εὐλογητὸς εἶ κύριε. Vt supra.

Καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν ταύτην λέγει. Ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε.

Καὶ χρίει ὁ ἱερεὺς τοὺς βαπτισθέντας τὸ ἅγιον μύρον· ποιῶν σταυροῦ τύπον ἐπὶ τοῦ μετώπου, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ τῶν μυκτήρων, καὶ τοῦ στόματος, καὶ τῶν δύο ὤτων, λέγων. Σφραγὶς δωρεᾶς πνεύματος ἁγίου. Καὶ κατέρχεται λέγων. Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν. Καὶ εἰσέρχεται ὁ ἱερεὺς μετὰ τῶν νεοφωτίστων εἰς τὴν εἴσοδον· καὶ γίνεται ἡ θεία λειτουργία,

Ex alio MS. Barberino idem Officium.

Εἶτα μετὰ τὸ, ἀμήν, ἄρχεται ὁ διάκονος τὰ διακονικὰ ταῦτα· καὶ ὁ ἱερεὺς ἐν μυστηρίῳ τὴν εὐχὴν ταύτην. καὶ ὅτε πληρώσῃ τὴν εὐχὴν ὁ ἱερεὺς, τοῦ διακόνου λιτανεύοντος ἄρχεται.

Ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ σύμπαντος.

Ὑπὲρ τοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ ἀρχιεπισκόπου τοῦ δεῖνος.

Ὑπὲρ τοῦ καταφοιτῆσαι.

Ὑπὲρ τοῦ πάσας ἐν αὐτοῖς καταδῦναι τὰς ἀνομίας τῶν μεθεξόντων τοῦ σωτηρίου λουτροῦ· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ τέκνα φωτὸς ἀναδειχθῆναι τοὺς ἐν αὐτοῖς βαπτιζομένους· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ θείαν αὐτοῖς κατὰ τῶν ἀντιπάλων δῦσαι δύναμιν τῷ ἐλαίῳ τῆς χρίσεως· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ σκεύη γενέσθαι αὐτοὺς ἡγιασμένα πρὸς ὑποδοχὴν τοῦ θεοδότου μύρου· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ ἀσφαλῆ καὶ βεβαίαν αὐτοὺς κατασχεῖν τὴν ἀποστολικῆς πίστεως ἐπίγνωσιν· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ καταπλουτισθῆναι αὐτοὺς τῆς υἱοθεσίας τοῦ χαρίσματος· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ ἀκατακρίτως μεταλαμβάνειν τῶν ἁγίων μυστηρίων· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ κληρονόμους ἀναδειχθῆναι τῶν τοῖς δικαίως βιοῦσιν ἐπηγγελμένων· τοῦ κυρίου δεηθ.

Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι αὐτοὺς σὺν ἡμῖν ἀπὸ πάσης θλίψεως, ὀργῆς καὶ ἀνάγκης.

Ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχὴν καθὼς εἴρηται ἐν μυστηρίῳ τοῦ διακόνου λέγοντος τὰ εἰρημένα διακονικά. Ὁ εὔσπλαγχνος καὶ ἐλεήμων. Vt ſupra.

Ἕως ὧδε μυστικῶς, καὶ λοιπὸν ἄρχεται λαμπρᾷ τῇ φωνῇ· Μέγας εἶ κύριε. Vt ſupra.

Καὶ ἐμφυσᾷ εἰς τὸ ὕδωρ τρίς, καὶ σφραγίζει τῷ δακτύλῳ τρίς· καὶ πάλιν λέγει. Συντριβήτωσαν ὑπὸ τήν. Vt ſupra.

Ὁ ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσιν. Ὁ διάκονος. Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν. Εἶτα κλίνει ὁ ἱερεὺς εἰς τὸ ἀγγεῖον τοῦ ἐλαίου βασταζομένου ὑπὸ τοῦ διακόνου, καὶ ἐμφυσᾷ αὐτῷ τρίς· καὶ σφραγίζει αὐτὸ τρίς· καὶ λέγει. Δέσποτα κύριε. Vt ſupra.

Καὶ λαμβάνει ὁ ἱερεὺς τὸ τρυβλίον τοῦ ἁγίου ἐλαίου, καὶ ποιεῖ ἐξ αὐτοῦ εἰς τὸ ὕδωρ σταυροὺς τρεῖς ψάλλων τὸ, Ἀλληλούϊα, σὺν τῷ λαῷ τρίς· καὶ μετὰ τοῦτο ἀποτίθεται τὸ τρυβλίον, καὶ ἐκφωνεῖ τρίς. Εὐλογητός. Vt ſup.

Deinde, Amen, *(Superioris officij) dicto, incipit Diaconus hæc Diaconica: & Sacerdos hanc orationem ſilentio dicit: & cum compleuerit orationem* Sacerdos, *Diacono Litaniam agente, incipit:*

In pace Dominum precemur.

Pro pace totius.

Pro Patre & Archiepiſcopo noſtro N.

Vt inhabitet, *&c. vt ſuprà.*

Vt huius ſalutaris lauacri participum, iniquitates cunctæ in aquis iſtis ſubmergantur: Dominum precemur.

Vt baptizandi in illis lucis filii renuncientur: Dominum precemur.

Vt vnctionis oleo, diuina in eis, aduerſus hoſtes virtus admiſceatur: Dominum precemur.

Vt ad diuinitus traditi vnguenti ſuſceptionem, fiant baptizandi vaſa ſanctificata: Dominum precemur.

Vt Apoſtolicæ fidei indubitatam & firmam cognitionem retineant: Dominum precemur.

Vt gratia adoptionis ditentur: Dominum precemur.

Vt incondemnate ſanctis myſteriis participet: Dominum precemur.

Vt hæredes renuncientur bonorum iuſte viuentibus promiſſorum: Dominum precemur.

Vt cum nobis liberentur ab omni afflictione, ira, & anguſtia.

Sacerdos dicit orationem ſecreto, prout præfatum eſt, Diacono Diaconica memorata recitante, Clemens & miſericors.

Hucuſque ſilentio dicenda: incipiunt deinceps quæ voce clara proferenda ſunt: Magnus es Domine, *&c.*

Et inſufflat ter in aquam, eamque ter digito ſignat: & rurſum dicit, Conterantur ſub ſigno, *&c.*

Sacerdos, Pax omnibus. *Diaconus,* Capita veſtra Domino. *Inclinat deinde Sacerdos in vas olei à Diacono deportatum, & ter in illud inſufflat: terque ſignat illud, & dicit,* Dominator Domine, *&c.*

Et accipit Sacerdos *ſancti olei vaſculum, & ex eo tres cruces in aqua efformat cum populo ter* Alleluia *occinens. Poſt hæc ollulam deponit, & ter exclamat* Benedictus, *&c.*

Et offertur baptizandus vni Presbyterorum: & accipit ex oleo sancto, & crucis signum in eius fronte, & pectore, & scapulis facit dicens: Vngitur N. oleo lætitiæ: in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.

Καὶ προσφέρεται ὁ βαπτιζόμενος ἑνὶ τῶν πρεσβυτέρων· καὶ λαμβάνει ἐκ τοῦ ἐλαίου τοῦ ἁγίου, καὶ ποιεῖ σταυροῦ τύπον ἐπὶ τοῦ μετώπου αὐτοῦ, καὶ τοῦ στήθους, καὶ τῶν μεταφρένων τοῦ βαπτιζομένου λέγων. Χρίεται, ὁ δεῖνα, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

Et tunc vngitur à Diacono totum eius eius, postmodum baptizatur à Pontifice dicente: Baptizatur, N. in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: *mox vero baptizatis omnibus tertio cantat:* Beati quorum remissæ sunt iniquitates: *& dicit Versum, & Deo laudes persoluit. Diaconus*, Dominum precemur. *Sacerdos orationem*, Benedictus es Domine, *&c.*

Καὶ τότε χρίεται ἀπὸ τοῦ διακόνου ὅλον τὸ σῶμα αὐτοῦ. λοιπὸν μετὰ ταῦτα βαπτίζεται ἀπὸ τοῦ ἀρχιερέως λέγοντος. Βαπτίζεται, ὁ δεῖνα, εἰς τὸ ὄνομα Καὶ μετὰ βαπτισθῆναι πάντας ψάλλει. τρίτον. Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν· καὶ λέγει στίχον, καὶ δοξάζει. Ὁ διάκονος. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν Ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχήν. Εὐλογητὸς εἶ κύριε. Vt supra.

Et responso Amen, *digreditur Patriarcha, vel Pontifex ad Vestiarium, & Cantore dicente:* Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis: *Baptizatos vnguento sacro Sacerdos vngit: faciens crucis signum primo in fronte, dicens*, Signaculum doni Spiritus Sancti. *In oculis dicens*, Vnctio Spiritus Sancti. *In naribus dicens:* Vnctio pignoris Spiritus Sancti. *In auribus dicens:* Vnctio participationis vitæ æternæ: *In manuum volam interiore dicens:* Vnctio sancti Christi Dei, & signaculum insidiis liberum, *In corde tandem*. Complementum doni Spiritus Sancti, thorax fidei & veritatis. *Et dicit*, Beati quorum remissæ sunt iniquitates, *& de reliquo celebratur Missa.*

Καὶ μετὰ τὸ, ἀμήν. ἐξέρχεται ὁ πατριάρχης, ἢ ὁ ἐπίσκοπος ἐν τῷ ἀποδυτῷ, καὶ τοῦ ψάλτου λέγοντος. Ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε. χρίει ὁ ἱερεὺς τῷ ἁγίῳ μύρῳ τοὺς βαπτισθέντας, ποιῶν τὸν τοῦ σταυροῦ τύπον· πρῶτον ἐπὶ τοῦ μετώπου λέγων. Σφραγὶς δωρεᾶς πνεύματος ἁγίου. καὶ ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς λέγων. χρίσμα δωρεᾶς πνεύματος ἁγίου. καὶ ἐπὶ τὰς ὀσφρήσεις λέγων. χρίσμα ἀρραβῶνος πνεύματος ἁγίου. ἐπὶ τὰς ἀκοὰς λέγων. χρίσμα μετοχῆς ζωῆς αἰωνίου ἐπὶ τὰς χεῖρας ἔσωθεν. χρίσμα ἁγίου Χριστοῦ τοῦ θεοῦ, καὶ σφραγὶς ἀνεπιβούλευτος ἐπὶ τὴν καρδίαν. πλήρωμα δωρεᾶς πνεύματος ἁγίου, καὶ θώραξ πίστεως, καὶ ἀληθείας. Καὶ λέγει. Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν. καὶ λοιπὸν ἡ λειτουργία.

Baptismatis Sabbato sancto celebrati horam, Cryptof. codex, *μετὰ τὴν εἴσοδον τοῦ λυχνικοῦ, post lucernarij ingressum peractum*, esse dicit; quam Cyrillus Hierosolymitanus, *βαπτίσματος ἑσπέραν, baptismi vesperam*, vocat Catechechesi prima Mystagog. *ἀποδυτὸν* autem τοῦ μεγάλου βαπτιστηρίου. iuxta Baptisterium ipsum assignatur: quod idcirco Cyrillus citatus, *προαύλιον βαπτιστηρίου οἶκον*, & circa finem, *ἐξώτερον οἶκον, ad Aream Baptisterij ædem: exteriorem templi partem* esse scribit. Vide templorum tabulam primam & secundam. Baptisterium autem ipsum, *ἐσώτερος οἶκος, domus interior* ab eodem Catechef. secunda dictum, in Vestibulo statuitur: & in tabula quidem secunda primum occurrit; in prima, intimius est, vnde & ἐσωτέρα est.

IN BAPTISMATIS OFFICIVM. NOTÆ.

1. Εἰσέρχεται ὁ ἱερεύς.) Vestis candida, cerei ardentes, thus incensum, in Baptismate adhibita, nullam expositionem requirunt, quis enim nesciat candorem esse lætitiæ symbolum, & Ecclesiam perditam ouem in Baptismo recuperantem, vt mox cum Symeone asseremus, gaudium etiam visibili signo exprimere velle? An non etiam cerei ardentes decent Sacramentum, quod cùm sit animæ per fidem viuam lux, φῶς frequenter appellatur, & prisci ævi locus φωτιστήριον sextæ Synodi. Action quinta, ideoque & luminibus accensis expostulat honorari. Thus porro adhiberi evt expiationi accommodum, quodque in Orientali Ecclesia, tum lustrationis tum sanctificationis

adminiculum esse manifestauit Symeon Thessalonicensis alibi relatus, & nos iterum ostendemus vbi de lustrandis vasis, sermo inferius, occurret.

2 Εὐλογημένη ἡ βασιλεία.) Symeon, εὐλογεῖ τὸν Θεὸν ὁ ἀρχιερεὺς, ὅτι ἄξιον αὐτὸν εὐλογεῖν ἐπὶ τῇ τοῦ ἀπολωλότος εὑρέσει, καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ σωτηρίᾳ. *Benedicit Deum Pontifex, quia dignum est eum in perdita* (ouis) *inuentione, & humana salute benedicere.*

3 Εἰρήνη.) Cunctis hisce postulationibus populus, Κύριε ἐλέησον, respondet. Nec mirum, inquit Symeon citatus, τοῦ λαοῦ τὸ, Κύριε ἐλέησον, ἐκβοῶντος· ὄντως γὰρ ἔλεος τὸ τοῦ Θεοῦ μέγα ἐπιδεικνύεται εἰς ἄνθρωπον τὸν πρὶν ἐχθροῦ καὶ ἀλιτηρίου. *Populus, Domine miserere, exclamat: adoptato siquidem inimico & scelesto homine magna conceditur misericordia.*

4 Ὁ ἱερεὺς λέγει καθ' ἑαυτόν.) Silentio Sacerdos precatur: non tantum quia sit in more positum à Græcis, vt dum Diaconus elata voce sua Diaconica, siue Collectas profert, interim Sacerdos orat secreto: sed quia hæc est abiectionis suæ à Sacerdote facta coram Deo confessio, in quo terminatio quidem est aliqua, sed quæ ἐκφωνήσεως non meretur nomen, vtpotè nullatenus efferenda, sed tacitè sicut & tota oratio proferenda: hocque est quod in sequentibus annotatur, δεῖ εἰδέναι ὅτι οὐκ ἐκφωνεῖ, ἀλλὰ τὸ, ἀμὴν καθ' ἑαυτὸν λέγει. cum vero ad Dei laudes accedit, μεγαλοφώνως Μέγας εἶ Κύριε, &c. exclamat.

5 Μέγας εἶ Κύριε) De hac oratione, eius authore, & variis lectionibus, consulenda quæ in Officio aquæ in Theophaniis benedicendæ, commodius scribentur.

6 Σοὶ λειτουργοῦσι τὰ ἄστρα.) Hoc est præsto sunt ad imperia diuina exequenda. Cum enim huius orationis author, creaturarum omnium erga vniuersi principem Deum, timorem summum subiectionem, & reuerentiam commemoraret; de astris subdidit illa Deo adesse, mandata eius impletura: nam & Baruch cecinit cap. 3. οἱ δὲ ἀστέρες ἔλαμψαν ἐν ταῖς φυλακαῖς αὐτῶν καὶ ηὐφράνθησαν· ἐκάλεσεν αὐτοὺς, καὶ εἶπον, πάρεσμεν. *Stellæ autem dederunt lumen in custodiis suis, & lætatæ sunt: vocatæ sunt, & dixerunt, adsumus*: à militibus in statione vigilibus ducta metaphora. Creaturis tali pacto Deo submissis, vt ex ipsis, & per ipsas, & quod super ipsas est, quidquid lubet operetur, orat Ecclesia vt iussu diuino, aqua fiat baptizando fons incorruptionis, sanctificationis munus, ἀφθαρσίας πηγὴ, ἁγιασμοῦ δῶρον, &c.

7 Ἁγίασον τὸ ὕδωρ τοῦτο) Hanc esse lustralium aquarum consecrationem præsentia verba indicant. Desinente namque baptizandi, in Paschæ Pentecostesque festis, more, desiit, & aquam illis diebus in Oriente consecrandi consuetudo: ea vero quæ in Theophaniis benedicitur, aliis vsibus asseruatur. Quotiescumque igitur Baptismum administrant Græci, aquam renouant; moxque quasi vsu sordidam in Ecclesia, vel ἐν θαλασσιδίῳ, vel χωνευτηρίῳ, *loco sub altari excauato, seu piscina*, effundunt: nusquam vero (vt falsò quidam imponunt) pedibus calcant, quam antiquis Ecclesiæ benedictionibus sanctificatam agnoscunt.

8 Σφραγίζει.) Non absque causa cuncta Ms connotant hanc crucis signationem qua benedicitur aqua digito fieri: tactu namq; manus tali pacto perficitur, vt crux prima in superficie: secunda, profundius: tertia profundissime fiat: quasi manus cruce armata, dæmonem in omnibus aquæ substantiæ partibus insectaretur, vt demum ex ea penitus expellat. Videatur Durantus lib. 1. cap. 19.

9 Ἐμφυσῶν εἰς τὸ ὕδωρ.] Huius in aquam insufflationis continuatum in hodiernum vsq; diem vsum, vtraque obseruat Ecclesia: sed nec omisit illum Seuerus Alexandrinus: quem ritum dum refert, eius quoque rationem profert Theodoricus Abbas in vita S. Hildegardis apud Surium, inquiens, *Sabbato sancto cum fons Baptismalis consecraretur per flatum Sacerdotis, quem in fontem mittit cum verbis, quæ Spiritus Sanctus rationabilitati hominum, & doctoribus infudit: quoniam in primacreatione Spiritus Domini ferebatur super aquas, mulier illa præsens orat*, &c.

10 Πάντα τὰ εἴδωλα, καὶ ἀφανῆ εἴδωλα.) Insufflantis in aquam Sacerdotis, & præsentium verborum hoc videtur esse propositum; vt sacro illo flatu phantasma quodcumque, spirituumque malignorum ludibria, & dæmones ipsis idolis corporeis gaudentes, & repræsentatis idolorum figuris, ad cultum prophanum recens conuersos retrahentes, abigantur omnino & exturbentur. Solebant enim quondam Christiani in contemptus & auersionis, qua detestarentur idola, argumentum, in ipsa insufflare, imo & nonnunquam miraculoso flatu, in terram proiecta minutim concidere & cōterere, quod præstitit Satyrus Martyr ob id in Achaïa capite damnatus, quod præteriens flatu religioso detestatus fuisset idolum & euertisset; vnde & Tertullianus seueriore zeli sui censura quosdam perstringens, qui Gentilium prophanis cærimoniis visum præberent: *Quo ore, inquit, Christianus thurarius, si per templa transibit, quo ore fumantes aras despuet, & exsufflabit, quibus ipse prospexit? qua constantia exorcizabit alumnos suos, quibus domum cellariam suam præstat?* Et ad idem pertinere censet Pamelius illud ad vxorem lib. 2. cap. 5. scriptum, *cum aliquid immundum flatu expuis.* Dæmones itaque, ceu aëria & inuisibilia sibi idola, ab aquis consecratis Sacerdos expellens & abigens, quasi ore conspuit, dum insequitur flatu: atque ideo nuper precatus est συντριβήτωσαν ὑπὸ τὴν σημείωσιν τοῦ τύπου τοῦ σταυροῦ σου, πᾶσαι αἱ ἐναντίαι δυνάμεις, & pro Gentilibus idolorum cultoribus orat Ecclesia, vt cunctæ idolorum effigies ex eorum mentibus obliterentur: est enim in Baptismali ritu Seueri Alexandrini huiusmodi oratio: *Da illis, Domine, sanctum afflatum tuum, quem vnicus Filius tuus insufflauit in sanctos Discipulos suos, omnesque reliquias cultus idolorum ab eorum cogitatione procul expelle.* Est quoque in historiis Ecclesiasticis Clodouæo sacris in fontibus Christianissimi regium nomen jamjam promerituro, Remigij Episcopi sanctissimum præceptum de profligandis, & è mente sua penitus tollendis idolis: *Incende quod adorasti, adora quod incendisti.*

11 Ἐμφυσᾷ εἰς τὸ τοῦ ἐλαίου ἀγγεῖον.) Ex insufflatione, crucis signatione, & oratione sequenti cōiicere permittitur Catechumenorum oleum, hic benedici primum, & à simplici Sacerdote posse apud Græcos consecrari. Ita est. Licet enim consecrationis illius consuetus & ordinarius author sit Episcopus: non illegitimus tamen, vel vsu, vel ex Pontificis Ecclesiæve concessione potest esse Sacerdos quilibet. Prædicat id (nihil alioquin præter ius Græcis suis concedens) Arcudius libri quinti capite secundo, dicens. Chrisma apud Græcos à solo Episcopo consecratum diutissime asseruatur: aqua vero & oleum Catechumenorum, conferendi Baptismatis instante necessitate à Sacerdote benedicitur. Huius enim illis potestate facta, nulla ab Episcopo consecrati, nulla eius asseruandi ratio, in contrarium obiici potest. Id & Clemens Pontifex octauus in Græcis approbat, sua ad Episcopos Latinos, Græcorum causa directa instructione.

Non sunt cogendi, inquit, Presbyteri Græci olea sancta præter Chrisma ab Episcopis Latinis Diœcesanis accipere, cum eiusmodi olea ab eis in ipsa oleorum & Sacramentorum exhibitione ex vetere ritu conficiantur, seu benedicantur. Chrisma autem quod non nisi ab Episcopo etiam iuxta eorum ritum benedici potest, coguntur accipere.

12 Ψάλλων τὸ, Ἀλληλούϊα τρίς.] De vnguenti sacri trina in aquam infusione sermonem instituens Dionysius de Eccles. Hierar. cap. 2 subdit confestim, ἔπειτα ὅμως τὸ ἱερὸν τῆς τῶν θεολήπτων προφητῶν ἐπιπνοίας μελῴδημα τῇ ἱεραρχίᾳ συνεπιδεῖξασθαι. *pari numero sacrum diuinitus inspiratorum Prophetarum adinuentionis canticum Pontificem vna recitare*, quodquidem iuxta Maximi & Pachymeris scholia vel paraphrasin est τὸ ἀλληλούϊα: cui tamen adiungunt Psalmum 28 sed is nunc omittitur: cum, vt ibi docet vterque, plurima circa Sacramentorum administrationem sint à Dionysij posteris innouata.

13 Ποιεῖ σταυροὺς τρεῖς μετὰ τοῦ ἐλαίου.] Clarius verba hæc interpretatur Arcudius lib. 1. cap vlt. *Facit tres cruces, effundens oleum in aquam* quibus solius olei in aquam infusionem manifestat; quamuis Dionysius olei simul & vnguenti con unctam immissionem describat loco super us citato. olei quidem primum his verbis κομίζουσιν οἱ ἱερεῖς τὸ τῆς χρίσεως ἅγιον ἔλαιον, *deferunt Sacerdotes sanctum vnctionis oleum*, quod est Catechumenorum: vnguenti vero sacri in sequentibus; τρισὶ δὲ σταυροειδέσι τοῦ μύρου ἐπιβολαῖς ... (τὸ ὕδωρ) καὶ ταῖς τοῦ μύρου παναγίαις ἐπιχύσεσι ... καὶ τὸ ἑξῆς, *& c. Et tribus sanctissimis vnguenti infusionibus consecrans (aquam) Pontifex*, & quæ sequuntur. Huiusmodi tamen in aquam vnguenti sacri effusionem omiserunt iam ante Maximum & Pachimerem. Græci: vt enim in præsenti Maximi verba alibi referenda prætercam, suadet Pachymeres his aliis: οὐ χρὴ δὲ θαυμάζειν, εἰ παρὰ τὴν νῦν κρατοῦσαν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τάξιν, παρηλλαγμένα ἔχει τινὰ ὁ πατήρ· εἰκὸς γὰρ τότε τὰ ἐκείνῃ μὲν τῇ τῆς χρόνων καταστάσει ἁρμόζειν, νῦν δὲ ἀκριβέστερον γίνεσθαι. *Nusquam mirari conuenit, si præter nunc vigentem in Ecclesijs consuetudinem immutata quædam pater (Dionysius) enarrat: illa enim forsan istius temporis statui congruebant, nunc vero diligentius obseruantur cuncta*: eiusque propterea aquæ & olei mixtionis sermonem hic instituit Symeon Thessalonicensis: τὸ μὲν ὕδωρ σημαίνει τὴν ἔκπλυσίν τε, καὶ κάθαρσιν, καὶ ἤδη ἡγίασται. τὸ ἔλαιον δὲ τὸ θεῖον ἔλεος δείκνυσι καὶ τὸ ἱλαρὸν αὐτοῦ τῆς χρηστότητος· ὃ δὴ καὶ τοῖς τετραυματισμένοις παρὰ τοῦ κοινοῦ ἐχθροῦ καὶ μωλωπισθεῖσι παρέχεται. *Aqua quidem ablutionem & emundationem significat: & iam consecrata est. Oleum autem diuinam misericordiam, & mansuetudinis eius celeritatem ostendit, quæ nunquam sauciatis, & à communi hoste vulneratis non exhibetur.*

14 Εὐλογητὸς ὁ Θεός.] Symeon εὐλογεῖ τὸν Θεὸν ὁ ἀρχιερεὺς τὸν πάντας σωθῆναι θέλοντα. οὕτω γὰρ δεῖ εὐχαριστεῖν ἐν πᾶσι καὶ μᾶλλον τῇ τῶν ἀνθρώπων σωτηρίᾳ. *Deum omnes homines saluare volentem benedicit Pontifex: sic namque in omnibus gratias agere conuenit, sed maxime cum hominum perficitur salus.*

15 Ὁ δὲ ἱερεὺς λαμβάνει ἐκ τοῦ ἐλαίου.] Ita propria est Sacerdotis hæc olei vnctio, vt Pontifice cærimonias Baptismi peragente, Sacerdoti tamen semper facienda reseruetur, prout clarè ostendunt primum & vltimum ex Ms. supra relatis. Illi porro attestantur Dionysius de Ecclesi. Hierar. cap. 2 Theophilus Alexandrinus lib. 1. ad Autolicum, Basilius de Spiritu Sancto cap. 27. ex Latinis, Tertullianus de resurrect. carnis, Ambrosius lib. 1. de Sacram. August. tract. 44. in Ioannem & alij. Ritus rationem vnam proferunt Dionysius & Ambrosius ... ti. Ille siquidem οἱ ἱερεῖς τελειοῦσι τὴν τῆς χρίσεως ἱερουργίαν ἐπὶ τοὺς ἱεροὺς ἐν τύπῳ τῆς τε συμβόλων ἀγωνιστικῆς ... καθ' οὓς ὑπὸ ἀθλοθέτῃ Χριστῷ γινόμενος, τοὺς μὲν ... θεῖος ὁ τελειούμενος ἐπιδίδοται χαίρων. *Sacerdotes sacræ perungendi munus exequuntur, ad sacra certamina initiatum in figura euocantes, quibus sub Christo Athlotheta collocatus, velut in certamen diuinum alacer initiatus descendet.* Hic autem. *Vnctus es*, inquit, *quasi Atheta Christi, quasi luctamen istius sæculi luctaturus.* Alteram rationem vnanimi sensu depromunt Thessalonicensis Antistes, & Berno. Augiensis: vt vnctione videlicet olei animæ corporisque labes cuncta abstergatur, & vulnus omne reparetur. Illius testimonium habes num. 13. alterius: hoc est: *Sequitur exorcismus olei, illo vnguntur Catechumeni, vt si qua macula inhæserit corpori aut menti, recedant. Latini tandem in spem vitæ æternæ vngunt: Græci ad animæ spiritusque alacritatem obtinendam.* Vtrumque hunc finem Procopius Gazæus complectitur in illud Exodi: *Ablues eos aqua. Oleo inungit*, ait, *& illa vnctio indicat spei alacrem hilaritatem, quæ adest vitæ sanctorum.* De his plura apud Cyrill. in Hierosolymitanum Catech. 3 Mystag.

16 Χρίεται ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ ὁ δεῖνα.] In Sacramentis quibusdam, nonnullisque sacramentalibus forma passiua, eaque absoluta, non sine mysterio Græci vtuntur: & ministri quidem personam propriam reticent, ne ab eius meritis ut dignitate, sacramentum, aut proprium illud tutioris Ecclesiasticæ opus virtutem mutuari videatur; sacramenti vero celebrationem etiam suscipientis nomine expresso publicant, ne de illo dubium possit vllum superesse. Et hoc modo legimus infra. Βαπτίζεται ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ, ὁ δεῖνα. ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ ὁ δεῖνα. ... ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ, ὁ δεῖνα. μεταλαμβάνει ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ, ὁ δεῖνα.

17 Εἰς μὲν στῆθος λέγων.] Huic vnctioni reliquisve sequentibus nulla certa adiuncta referunt Ms. Codices, vnde & ex recentiorum inuentione processisse sunt existimanda.

18 Καὶ ὅτε χρίει ὅλον τὸ σῶμα.) Ordo Romanus vterque, pectus solum modo cum scapulis vngi præcipit. Græcos tamen à sui ritus primordio partes corporis diuersas, frontem pectus, scapulas, aures, nares, manus, & pedes & totum denique corpus vnxisse, ex Dionysio & Cyrillo Hierosolymitano discimus. Ille quidem cap 2 de Eccl. Hierarch scribit, ὁ ἱεράρχης τῆς χρίσεως διὰ τοῦ σφραγίζειν τρὶς ἀπαρξάμενος, τὸ λοιπὸν τοῖς ἱερεῦσι τὴν ἄνδρα χρίειν παραδίδωσι. *Pontifex ter per signum crucis aggreditur vnctionem: de cætero vero Sacerdotibus hominem toto corpore perungendum tradit.* Sacerdotum vero nomine Diaconos etiam intelligi censet Maximus in Scholiis, vt qui cum Sacerdotibus Pontifici sint subiecti, & vbique obsequuntur. Hic autem, id est Cyrillus Catech. 2. Mystag. εἶτα ἀποδυθέντες, inquit, ἐλαίῳ ἠλείφθητε ἐπορκιστῷ, ἀπ' ἄκρων τριχῶν κορυφῆς, ἕως τῶν κάτω ποδῶν. *Deinde vero iam exuti exorcizato oleo, à summis capillis ad infimos vsque pedes peruncti estis.* Ne tamen minus modestam & verecundam quis vnctionem existimet per vtrumque latus, ab humeris ad pedes vsque manu oleo tincta, & exinde producta religiosè casteq; fieri intelligenda est. Nudato tamen omni ex parte corpore perficitur: id enim testatur cum Cyrillo Dionysius: χρήσιμως ἀπαμφιεσάντων αὐτὸν τῶν λειτουργῶν κομίζουσι μὲν οἱ ἱερεῖς τὸ τῆς χρίσεως ἅγιον ἔλαιον. *Omnimodè exuentibus*

eum ministris deferunt Sacerdotes sanctum unctionis oleum. Hinc Connonis Presbyteri apud Ioannem Moschum, à mulieribus inungendis fuga, & animi trepidatio non modica, cum speciosissimæ puellæ è Perside aduenienti, sanctum hoc officium foret præstiturus. Hinc ex aduerso à Constantino Imperatore apud Metaphrastem in Syluestri vita confusio contempta, cum latus vltimam exuit tunicam, & probrum carnis subiecit oculis, & vnctus fuit, & piscinam ingressus est. De obsequio, (vt fœminarum pudori hac in parte consuleretur) à Diaconissis præstito diximus fol. 226.

19 Ὀρθιον αὐτὸν κατέχων.] Recte stetisse qui Baptizarentur, illius Hebræi demonstrat exemplum, quem ad Baptismum (non recte) suscipiendum aliorum manibus erectum Ioannes Moschus prati spiritualis cap. 176. enarrat.

20 Βαπτίζεται ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ.] Propter dictionis βαπτίζεται affinitatem, ad aliam vocem Latinam, *Baptizetur*, commenti sunt quidam Græcos in Baptismate deprecatoriâ vel Imperatiuâ formâ vti; quo vel leuiter perspecto, cessant quæstiones ex præsentium verborum inscitia ortæ. Verum vero passiuus hic Græcorum modus loquendi sensum exhibens absolutum, atque adeo Baptismi effectum significans & producens, in Præcursoris phrasi assiuâ *(ego debeo à te Baptizari)* fundatus, præstet Latinæ, *(ego te Baptizo)* actiuæ formæ, Christi verbis *(Baptizantes eos)* conformiori, non est tanti momenti disputere, vt hæc illi præferatur. Satis sit vtrumque à Concilio Florentino probari: Græcam vero minus quidem Latinâ, ministri personam manifestare, verum suscipientem e Sacramenti accepta gratia magis certum reddere; & vbi conferentis personam non palam memorat merita quoque illius non attendit, solumque Deum gratiæ authorem agnoscit. Intellectam tamen ipsi Græci volunt, sicut & aperte Latini proferunt: nam & candide fatetur Symeon Thessalonicensis, τὸ βαπτίζεται τὸ ἑκούσιον σημαίνει, καὶ παρ' ἐμοῦ τοῦ ἀρχιερέως ἢ ἱερέως, καὶ τὸ ἔργον ἤδη ποιοῦντος, καὶ τὸ ἐν τριάδι μόνῃ Θεοῦ. *Illud, Baptizatur spontaneum [illegible] significat, & per me, Pontificem, vel Sacerdotem, opus ipsum actu exequentem, & vnitatem Dei in Trinitate exprimentem.*

21 Ὁ δεῖνα) Baptizandi nomen Pontifici mysterium celebranti suggeri, atque ab ipso in Baptismo proferri, docet Dionysius sæpe memoratus. ὁ δὲ ἱεράρχης ἄνωθεν ἑστηκὼς, ἀναβοησάντων πάλιν τῷ ἱεράρχῳ κατὰ τὸ ὕδωρ τὸ ὄνομα τοῦ τελουμένου τῶν ἱερέων, τρεῖς μὲν αὐτὸν ὁ ἱεράρχης βαπτίζει. *Pontifex autem in loco superiore stans, cum rursus Sacerdotes ad aquas sub Pontificis manu (cum iam Baptizat) initiati nomen pronunciauerint, ter quidem illum Pontifex demergit.*

22 Τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.) Mirantur non immerito ipsi Græci, quod nec à se legitur, nec vllo pacto velles te esse impressum in Euchologiis editis, quorumdam inscitia & deuotione cæca, post vnamquamque sanctissimæ Trinitatis personæ προσώπων appellationem, statim τὸ, Ἀμὴν fuisse scriptum, hoc pacto: εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, ἀμήν. καὶ τοῦ υἱοῦ, ἀμήν. καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἀμήν. quæ certe particulæ interiectio, à nullo eorum, nouatore licet & Ecclesiæ Latinæ aduersario, memoratur: nam & Thessalonicensis modum & verba Baptismi referens, nullius talis meminit: λαβόμενος δὲ αὐτὸν τῆς κεφαλῆς ἐν ᾗ τὰ αἰσθητήρια πάντα καὶ τὸ ἡγεμονικὸν ἐνεργεῖ καὶ καταδύσας εἰς τὸ ὕδωρ ἅπαξ, ἀναβοᾷ. βαπτίζεται ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ, ὁ δεῖνα, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρός. καὶ εὐθὺς ἀναδύσας τοῦτον· εἶτα καταδύσας πάλιν λέγων. καὶ τοῦ υἱοῦ. ἐκ τοῦ τρίτου καταδύσας, φησὶ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ οὕτως ἀνάγει τοῦτον τετελεσμένον τῷ θειοτάτῳ βαπτίσματι. ἅμα μὲν διὰ τὸ ἅπαξ τριάδος αὐτὸν ἀναπλάττων καὶ τελῶν, καὶ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις ἀνακηρύττων μιᾷ τῇ θεότητι εἰς τὸ ὄνομα λέγων, ὃ δηλοῖ τὸ μοναδικὸν τῆς θεότητος. *Capite vero in quo sensus omnes, & præcipua hominis virtus vigent apprehensum, in aquam immergit (Sacerdos) & semel exclamat*, Baptizatur seruus Dei N. in nomine Patris, *confestim educit illum: mox immergit illum dicens.* Et Filij. *Et tertio immergens dicit* Et Spiritus sancti. *Atque Baptismate perfectum illum educit: simul quidem per sanctam Trinitatem illum reparans & initians, & tres personas prædicans in vna Deitate,* in nomine; *dicens, quod Deitatis vnitatem manifestat.* Sed nec particulam eandem MS. vllum legendam exhibet; & de adiunctione huiusmodi conquestus, in typorum corruptos correctores culpam omnem reijcit Neophytus Rhodius, in sua Synopsi vernacula ὅλη ἡ δύναμις τοῦ βαπτίσματος στέκει εἰς αὐτὰ τὰ λόγια τοῦ Χριστοῦ, ἀνάμεσα εἰς τὰ ὁποῖα δὲν πρέπει νὰ μεσιτεύῃ κανένας ἄλλος λόγος ἢ λέξις. μόνον καθὼς τὰ ἐξεφώνησεν ὁ Χριστὸς αὐτός του, ἔτζι πρέπει νὰ τὰ λέγῃ ὁ ἱερεύς. τοῦτο λέγω διότι τινὲς συνηθίζουσι νὰ λέγωσιν ὅταν βαπτίζωσιν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς ἀμήν καὶ τοῦ υἱοῦ, ἀμήν. καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἀμήν καθὼς φαίνεται εἰς κάποια εὐχολόγια φθαρμένα ἀπὸ ἀμαθεῖς διορθωτάδες τοῦ τύπου. Ὁ Χριστὸς τὸ, ἀμήν, εἰς τοῦτο τὸ προκείμενον δὲν εἶπεν· διὰ τοῦτο ὁ ἱερεὺς δὲν πρέπει νὰ τὸ λέγει. τὸ ὕστερινὸν ἀμὴν, ἂν εἴπῃ δὲν κωλύει τίποτες, διότι τὸ εἶδος ὅλον εἶναι πλῆρον. *Baptismatis tota virtus in Christi verbis consistit: in medio quorum nullum aliud verbum, aut dictio debet interijci; sed solum vt ea Christus enunciauit, ita & Sacerdos eloqui tenetur. Hoc ideo assero quia cum Baptizant aliqui, dicere consueuerunt. In nomine Patris, Amen. Et Filij, Amen. Et Spiritus sancti Amen: vt constat ex quibusdam Euchologiis corruptis ab illiteratis typorum correctoribus. Christus autem,* Amen *in hoc subiecto non protulit & ob hanc causam Sacerdotem illud addere non decet. Vltimum vero,* Amen, *subiungi nil prohibet, quia iam Sacramenti forma completa dignoscitur* Corrupto hæc, meo quidem iudicio potuit exinde oriri, quod illiteratus ille corrector viderit particulâ, *Amen,* ita nominatis Trinitatis personis intermixtam in ritu li Baptismi Seueri Alexandrini, ex quo in suum Euchologium voluit traducere: vel quia dum Lector tendetur, pronunciant astantes ex Euchologij præscripto, *Amen:* ἐπιφωνούντων καθ' ἑκάστην ἐπίκλησιν τῶν συμπαρόντων τὸ, ἀμήν. fol. 233. vnde forsan contigit, vt cum ex affectu id in Baptismate, populus respondet, pas à Sacerdote proferendis verbis iudicauerit adijciendum.

23 Νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.] Virtutis indeficientis Baptismum esse præsentia verba declarant: nisi dixeris ministri votum esse, quo gratiam in Baptismo acceptam in perpetuum suscipienti adfuturam, vel ominatur, vel deprecatur.

24 Ἀνάγων αὐτὸν καὶ κατάγων.) Antiquus immersionis mos hic commotatur: quamuis infusione nunc sæpius vtantur Græci. Quoad enim licuit obseruare, puerum sedentem ἐν κολυμβήθρᾳ, *vase vel pelui ad cubitum profundo* (sic Baptisterium hodie vocant à piscina, in qua cæcus lauit, & venit videns) ter superinfusa, non modicæ quantitatis aqua calida (frigida namque pueri tenelli corpus nimio dolore perstringeret) purificant. Vel certe ne aquæ copia obruatur, & forte nimiam epotet, pronum positum, & sinistra in ventre sustentatum, Sacerdos capite & tote corpore salutaribus aquis abluit & lustrat. Infusiones huiusmodi non dubitati Neophytus Rhodinus immersiones vocare. τρεῖς βολαῖς χύνομεν

τὸ νεκρὸν ἐπιῶν εἰς ἐκεῖνον ὅπου βαπτίζεται· διὰ νὰ σημαδεύσωμεν τὴν ἁγίαν τριάδα, εἰς τὸ ὁποῖον τὸ ὄνομα βαπτιζόμεθα· καὶ ἀκόμη διὰ νὰ σημαδεύσωμεν μὲ ταῖς τρεῖς καταδύσεις τὸ θάνατον, ταφὴν, καὶ ἀνάστασιν τοῦ Χριστοῦ. *Ter aquam super eum qui Baptizatur infundimus vt sanctam Trinitatem in cuius nomine Baptizamur, declaremus: & vt insuper tribus illis immersionibus mortem, sepulturam resurrectionemque Christi profiteamur.* Calidam porrò etiam alia ratione in Baptismo Græci admouent, vt ex Canone Synodi prouincialis sub Germano Amathuntis Archiepiscopo, de quo nos in præfatione ad Lectorem, celebratæ, colligo: quo statuitur. οὐ χρὴ ἐπὶ ψυχρῷ ὕδατι βαπτίζειν, ἀλλ' ἐπὶ ζέοντι· δηλοῦντος τοῦ ζέοντος τὸ ζῶν τῆς χάριτος τοῦ βαπτίσματος· εἰ δὲ ἀνάγκη ἐστὶ, γινέσθω καὶ ἐπὶ ψυχρῷ. *In aqua frigida Baptizare non oportet, sed in calida: manifestante nimirum calida gratiæ Baptismatis feruorem: si vero necessitas vrgeat, fiat & in frigida.* Recolendum quod de secunda liturgiæ dictum est suo loco, numero 167.

25 Νίπτεται ὁ ἱερεύς.] Non polluti omnis contractæ, & hac de causa eluendæ; sed munditiæ gratia Sacerdos lauatur: hocque eodem fine & Supermanicalibus brachia stringentem, & linteo se præ ingentem Pontificem ostendit super us M S. Codex Cryptoferr. non vt superstitione motus, prout de more calumniatur Catumsyritus, sed vt expedite & munde totum hoc officium peragat, neue vestes candidæ, aqua subsiliente maculentur.

26 Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν] Populus Baptismalis per aquam lustralem gratiæ testis, initiato cum laudissimam delictorum omnium indulgentiam gratulatur Psalmo 31. decantato: de quo Cyrillus Hierosolymitanus Cathec. 1. τῆς προφητικῆς φωνῆς ἀκούσατε· λούσασθε, καθαροὶ γίνεσθε· ἵνα ἀγγελικὸς ὑμῖν ἐπιβοήσῃ χορὸς, μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι. *Propheticam vocem audite: Lauamini, mundi estote: vt Angelicus vobis Chorus acclamare possit; Beati quorum remissæ sunt iniquitates.* Et Hieronymus lib. 1. aduersus Pelagianos. *De Baptismatis fonte surgentes,* ait *& regenerati in Deum saluatorem, impleto illo, quod de se scriptum est, Beati quorum remissæ sunt iniquitates.*

27 Ἐνδύεται ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ χιτῶνα.] Nil magis auditum vel ritum antiquitatis Ecclesiasticæ rudimenta edoctis, quam è sacro fonte emergentes Neophotistos candida veste donari. Illum Latini obseruant, linteo *Chrismali* vocato infantos capiti imposito: Græci pariter retinent, capite & corpore *Cuculla* & tunica circumuoluto: sed non nisi adultis integrum vestium apparatum vtraque Ecclesia largitur: de quo Cyrillus Catech. 4. ἀποδυσάμενος δὲ τὰ παλαιὰ ἱμάτια, καὶ ἐνδυσάμενος τὰ πνευματικὰ λευκὰ, χρὴ λευκοφορεῖν διαπαντός. οὐ, πάντως, τοῦτο λέγομεν, ὅτι σε δεῖ λευκὰ ἱμάτια περιβάλλεσθαι ἀεὶ, ἀλλὰ τὰ ὄντως λευκὰ καὶ λαμπρὰ, καὶ πνευματικὰ ἀναγκαῖον σε περιβάλλεσθαι. *Veteribus exutis vestibus, & iis quæ sunt secundum spiritum alba indutis: omnino iam albis ornari decet. Non hoc, omnino, dicimus, quasi alba te semper habere sit necesse: sed quod his quæ vere alba, splendida, & spiritualia sunt, vestiri te oporteat.* Et Ambrosius lib. de iis qui initiantur. *Accepisti post hæc vestimenta candida, vt esset indicium, quod exueris inuolucrum peccatorum: indueris innocentiæ casta velamina.* Ab acceptis autem in Paschate nouis & albis vestibus à Neophotistis, Dominicam illam λαμπρὰν, corrupte λαμπρὴν, Græci vocant: sequentem vero ab immutatis aliis, κυριακὴν τῆς διακαινησίμου, *innouationis Dominicam* dicunt. Cæterum de hoc indumentorum genere disserens Symeon Thessal. ὁ ἀρχιερεὺς, inquit, ἐνδυόμενος βαπτιζόμενον χιτῶνα, ὃς εὐλογεῖται παρ' αὐτοῦ τὰ εὐχαριστίας πρὸς τὸν Θεὸν ἀναφέρει αἰνῶν αὐτὸν, ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τοῦ ἀναγεννηθέντος τῷ ὕδατι καὶ τῷ πνεύματι· ἤτοι καὶ τοῦ χρίσματος ἀξιωθῆναι εὔχεται, καὶ τῆς δωρεᾶς δι' αὐτοῦ, τῆς ἁγιοσύνης τοῦ θείου πνεύματος. ἅγιος γὰρ ἀναδείκνυται, καὶ ἐσφραγισμένος Χριστῷ, καὶ ἐπιγνωστὸς τοῖς ἀγγέλοις τῷ θείῳ μύρῳ, καὶ τοῖς ἐχθροῖς οὐχ ἁλώσιμος· εἰ μόνον γρηγορεῖ εἶναι, καὶ τῆς κοινωνίας δὲ τῶν μυστηρίων ἐπιτυχεῖν· ἐξαιτεῖται καὶ μὴ τέκνον ἐπὶ σώματος εἶναι, ἀλλὰ τέκνον τοῦ Θεοῦ βασιλείας. *Induto Baptizato tunicam à Pontifice benedictam, ipse gratiarum actiones Deo refert, laudans eum* (in sequenti oratione) *pro regenerati in aqua & Spiritu, salute. Deinde sacro Chrismate, & dono per ipsum, & sanctitate diuini Spiritus dignum illum habere precatur, Sanctus enim renunciatur, & Christo signatus, & sancto Vnguento ab Angelis notus, & inimicis inexpugnatus si tamen vigilans fuerit: & participatione mysteriorum frui illum, & vt non amplius corporis, sed spiritus fiat filius, postulat.* Et infra de his vestimentis clariorem & vberiorem adhuc texens sermonem interrogat, διὰ τί τὸ ἔνδυμα τοῦ κουκουλίου, καὶ τοῦ ἀναβολεῶς; *Ad quid assumitur Cuculla & tunica, indumentum?* Respondet ipse: τὸ κουκούλιον ὡς τῇ κεφαλῇ λαβὼν, ὃ δὴ καὶ περικεφαλαία καλεῖται, καὶ τὸ μὲν διὰ τὴν ἀκακίαν καὶ τὸ νηπιῶδες ἔτι, καὶ καθαρὸν· τὸ δὲ εἰς σκέπην τὴν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ φυλακὴν τῶν αἰσθήσεων. αἱ πλεῖσται γὰρ αἰσθήσεις καθίδρυνται ἐν τῇ κεφαλῇ. εἶτα καὶ χιτῶνα λευκὸν ἐπιῶν φορέσας, ὃ καὶ ἀναβολεὺς λέγεται, εἰς τύπον τοῦ θείου φωτὸς καὶ τῆς ἀγγελικῆς καθαρότητος. υἱὸς γὰρ φωτὸς ὁ βαπτισθεὶς, καὶ ὅλος ἄσπιλος τῇ καθάρσει. *Cucullo, qui & galea vocatur, caput illius tegitur, propter innocentiam partim, & infantilem adhuc ætatem (infantium enim Cucullus est tegimen) & propter puritatem: partim ad diuinam protectionem, & sensuum, plurimi namque in capite sedem habent, custodiam demonstrandam. Deinde tunica candida Anobolio dicta induitur, in diuini luminis & Angelicæ puritatis figuram. Filius enim lucis, & totus purus & immaculatus euadit Baptizatus.*

28 Χρίει τὸν βαπτισθέντα τῷ ἁγίῳ μύρῳ.] Quocumque nam ad hæc vsque tempora inter Ecclesiam Orientalem & Occidentalem dissidio, vna semper fuit de Sacramentis in vtraque fides, vnus in eis enumerandis iugiter extitit consensus. Hoc telum in Sacramentorum fideique perduelles æui nostri Hæreticos vibratum, si non retundere penitus, infirmare saltem quosdam Catholicos doctores voluisse demiror, dum à Græcis Confirmationis Sacramentum penè subripiunt, & eosdem non illud quidem negare, sed vel illo nunc semetipsos orbasse, vel illud ad Ecclesiæ mentem non recte administrare profitentur. Etenim si nudam & aridam, vt ita me loqui permittant, manuum impositionem capitis obumbratiuam sacramenti huius veram & germanam contendant esse materiam, cum nullam huiusmodi in Euchologiis antiquis, aut recentibus, M S. aut editis, reperire detur, Græcos ex consequenti Confirmationis signum non habere, nec etiam ab antiquo penes se habuisse, affirment necessum erit. At vero tam amplam & spatiosam, tam eruditam, & Apostolicarum Ecclesiasticarumque tenacem Christiani orbis portionem, adeo exquisitum sacramentum respuisse, neglexisse, vel ignorasse, pauci, me quidem iudice, dicere attentabunt: ac propterea cum sacramentum hoc & suscipere & tradere se iactent Græci, nec nisi Vnctione, quam à nobis impræsentiarum elucidandam proponimus, illud idem perfici arbitrentur:

Vnctionem hanc quoque germanam apud eos esse Confirmationem, post Baptismum consignationem, Spiritus Sancti sigillum, è septem Sacramentis secundum, paucis vt Græcorum rituum vindex euinco. Primò, ex Ecclesiæ Romanæ sensu, quæ numero Christianorum consignatorum adlegit eos, qui semel suscepto Baptismo in Ecclesia Orientali, Chrismate hoc fuerint inuncti. Secundò, ex totius eiusdem portionis Orientalis fide, quæ dum septem admittit Sacramenta, secundum in hac vnctione constituit: quodque nobis Confirmatio, ipsi non alia quam χείσματος, ἢ ἁγίυ μύρου, voce exprimitur: nil in ore frequentius Theologis eius Orthodoxis, & ab Ecclesia Romana alienis, Symeoni Thessalonicensi totis septem libris de septem Sacramentis, & supra de templo sub initio, Matthæo Blastari in Nomocanone, Ieremiæ Patriarchæ in sua Catholica responsione, Gabrieli Philadelphiæ Antistiti, Catumsyrito in Elenchis Amathus Arcudium, Arcudio ipsi, Germano Aduersæ Episcopo, Neophyto Rhodino in Synopsi doctrinæ Christianæ Cariophyllo plerisque locis, & iis omnibus quibus vnquam propositum fuit suam de Sacramentorum numero & ratione, fidem vel doctrinam explicare. Tertiò, cum præsenti sicut prioribus sæculis Baptismum & Confirmationem Neophytis indiuisim administrent Græci, priusquam eos ad percipiendam coniunctim Eucharistiam aduocent, quis in alio quam proposito ritu Vnctionis Confirmationem statuat, qua consignatio doni Spiritus Sancti memoratur, & Spiritus ipse adiuncta superius oratione aduocatur? Et si quidem fuerit Sacerdos baptizans, confestim ad vngendum signandumque eodem loco properat; si vero Pontifex, Constantinopoli quidem è Baptisterio Sanctæ Sophiæ digressus ad vicinam sancti Petri ædem alibi vero, εἰς τὸ ἀποδυτὸν, *ad Vestiarium*, Catechumenis exuendis & Neophytis induendis destinatum, vt in Ms. superius illatis intueri licet, iuxta Baptisterium lauacro salutis regeneratos Vnctione perfecturus se confert; sicut Romæ completo Constantinianis in fontibus Baptismo, ad proximam & adhærẽtem sanctæ Mariæ *in Fontibus*, ideo vocatam Ædiculam sacram manus impositurus, & vncturus quoque Latinus Pontifex proficiscitur. Quartò, ne Patribus Latinis manus impositionem vnctioni frequenter adiungentibus, ac ideo nouæ opinionis veramque velut inadæquatam & partialem materiam, ex qua vna totalis exurgat, statuentis, ducibus factis: ne, inquam, illis, aut eorum testimoniis innitar, certius est ad Græcos Ecclesiæ suæ Iudices, propriorumque rituum assertores, prouocare: quibus recitandis, ne prolixior fiam, consulendus post Origenem hom. 8. in Leuiticum, donum gratiæ Spiritus, & Spiritus ipsius complementum per vnctionem dari asserentem: consulendus, inquam Cyrillus Hierosolymitanus in Catechesibus, quarum tertia περὶ χείσματος, Sacramenti veram rationem, sanctificandique vim dictæ assignat vnctioni, vbi inter cætera scribit, τὸ μὲν φαινομένῳ μύρῳ τὸ σῶμα χρίεται, τῷ δ' ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι ἡ ψυχὴ ἁγιάζεται. *corpus quidem isto visibili vnguento perungitur, anima vero sancto viuificoque Spiritu sanctificatur.* Quid autem sanctificandi vim consequitur præter Sacramentum, & instrumẽtum sanctificationis? Aut quo alio quam Confirmationis Sacramento anima Spiritu Sancto proprie sanctificari & repleri dicitur? Aut denique cur Baptismo Catechesi prima & secunda exposito, & Eucharistiæ quarta deinde & quinta bene pertractatæ, in tertia περὶ χείσματος sermonem interfuisset, nisi quia medium vtriusque Sacramentum & vtrisque annexum, dum reciperetur, censuisset? Consulendus etiam Nazianzenus, qui non minus animam Spiritu consignari, quam corpus vnguento deliniri, σημειοῦσθαι ψυχὴν καὶ σῶμα, τῷ χρίσματι καὶ τῷ πνεύματι, affirmat orat. 40. in sanctum Baptisma. Audiendus quoque Eusebius lib. 6. cap. 35. qui absque vnguenti consignatione, velut absque Sacramento Spiritum Sanctum recipere Nouatum non potuisse historiis consignat, τούτου δὲ μὴ τυχών, πῶς ἂν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἔτυχε; Legendus in vita Basilij Amphilochius Basilium vbi Baptismo lustratum ante communionem ab eo receptam, sancto Chrismate ad Confirmationis donum à Maximino perunctum enarrat. Idem clarissimis verbis exprimit Theodoretus in Comment. 1 cap. Cantic. de Baptizatis, inquiens, σφραγῖδά τινα βασιλικὴν δέχονται τοῦ πνευματικοῦ μύρου τὸ χρῖσμα, ὡς ἐν τύπῳ τῷ μύρῳ τὴν ἀόρατον τοῦ παναγίου πνεύματος χάριν ὑποδεχόμενοι. *Signum & notam regiam accipiunt spiritualis vnguenti Vnctionem, vnguento nimirum isto, inuisibilem Spiritus Sancti gratiam quasi sub quadam imagine percipientes.* At cur, inquies, χειρῶν ἐπίθεσιν, *manuum impositionem* vocat Thessal. lib. de Templo si nusquam illius apud Græcos apparet vsus. Respondeo Scripturæ loquendi modum fuisse imitatum, nec se à vocibus à Patribus Græcis vsurpatis reddidisse alienum, imo potius Theologorum nostrorum mentem & verba vbi manuum impositionem cum vnctione confundunt, sequutum. Ait enim, τῇ ἐπιθέσει τῶν χειρῶν καὶ ἐμπνεύσει τὴν τοῦ μύρου χάριν ἐντίθησι· καὶ ἡμᾶς ἀγαθὸς χρίων ἡμῖν παρέχει τὴν εὐώδη καὶ ζωὴν τοῦ πνεύματος δωρεάν. *Per manuum impositionem & inspirationem vnguenti gratiam inserit: & nos sua bonitate vngens suaueolentem & viuificam Spiritus gratiam elargitur.* Verum, cur semper in Oriente æquè facile fuerit Sacerdotibus baptizatos consignare Chrismate, ac consignandos Episcopis baptizare, quæstio est alio dubio soluenda, vtrum solus Episcopus Sacramenti Confirmationis sit minister? Satis sit nobis difficultatem abrumpere, & nodum præscindere vel ictu leui. Cum puerorum & adultorum confusa plebs, non amplius solemnibus Paschatis, Pentecostes, & Theophaniorum festis sacro Baptismatis fonte lustraretur ab Episcopis, cum indiuidua comes ex antiquo instituto Chrismatis consignatio, ceu perfectio & manus eius vltima haberetur: ne forsan pueri morte immatura præcepti, sancti illius mysterii fierent exortes, ita consentientibus primo totius Orientis Episcopis, Sacerdote confirmandi officium vel arrogarunt, vel sibi concessum ad hunc vsque diem retinuerunt. Hanc sententiam vt se difficili instantia eriperet Gabriel Philadelphiæ Antistes, vir alioqui praua um traditionum tenax propugnator elegit: ἡ ἀνατολικὴ ἐκκλησία οὐ μόνον τοῖς ἀρχιερεῦσι, ἀλλὰ δι' αὐτῶν καὶ τοῖς ἱερεῦσι συγκαταινεῖ χωρὶς ἀποκρίματος, μετὰ τὴν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος τελετήν. καὶ τοῦτο οἶμαι συγκεχώρηκεν, ἵνα μή τις τῶν βαπτιζόντων ἀποληφθῇ τῆς τοιαύτης χάριτος, ὑστερούμενος ἐξαίφνης, καὶ ἀωρεὶ, οἷα φιλεῖ γίνεσθαι ἐξ ἀνθρώπων ἀνθρώπους. *Ecclesia Orientalis non tantum Pontificibus, sed etiam per ipsos Presbyteris, post sacram Baptismatis cærimoniam benigne annuit, atque concedit citra vllam culpam, vnctionem Chrismatis. Idque propterea ne quis Baptizatorum eiusmodi gratia priuetur, si eum contingat, vt sunt humanæ res, repentina atque immatura morte ex hac vita migrare.* Rationem porro nollem mihi meliorem in hoc dubio proferri, præter eam quam Græci Latinis de hac difficultate

inquirentibus proposuerunt. Interrogauerant enim Latini: Διατί οὐ χρίουσιν οἱ ἀρχιερεῖς τῷ μύρῳ, ἀλλ' οἱ ἱερεῖς; καὶ γὰρ καὶ τοῖς ἀρχιερεῦσι δέδοται τοῦτο. *Quare Pontifices non inungunt Chrismate, sed Sacerdotes, cum hoc Pontificibus sit datum?* His aptè conuenienterque à Græcis fuisse satisfactum ex ipsius Concilij verbis discimus, quale vero fuerit, datum ab eis responsum, vt à Synodicis notariis omissum, ignoramus: ταῦτα τῶν Λατίνων προκομισάντων ὁ Μιτυλήνης κανονικῶς τε καὶ νομίμως ταῦτα πάντα ἔλυσε. *Hæc à Latinis obiecta Mitylenensis Præsul ex Canonibus & legibus omnia soluit.* Exinde tamen non obscure percipimus cur cærimonialem vnctionem Chrismatis à Latinis Sacerdotibus in Baptismate fieri solitam Græci non admiserint, quia videlicet vicaria est illa Pontificalis in fronte vnctionis, quæ ex Episcopi defectu Baptismum, vt priscis temporibus semper comitari nequit: at cum Græcis Sacerdotibus defectum Episcoporum supplere, data Confirmatione, sit licitum: nulla certe alia, baptizandorum verticem vngendi requirit ratio: & præterea cum ipsi oleo Catechumenorum & caput & corpus totum Baptizandorum illiniant, superflua illis quæcumque alia vnctio visa est, cum & Chrismate semel, & oleo semel, corpus idem perunxisse sit satis.

29 Ποιῶν σταυροῦ τύπον ἐπὶ τοῦ μετώπου.] Ita fere ad verbum Synodus secunda C P. Canone 7. & Cyrillus Hierosolymitanus.

30 Καὶ τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν.] Pedum & manuum vngendarum mentionem nullam faciunt Concilium secundum, MS. Cryptoferratense Bessarionis, & Barberinum S. Marci, vel etiam aliud suo numero 38. (quamuis μεταφρένων dorsi meminerit) sed nec Cyrillus Hierosolymitanus vnus ex memorati Concilij Patribus, dum Catech. 3. Mystag cunctarum per corpus vnctionum numerum & sensum exponit: καὶ πρῶτον ἐχρίεσθε ἐπὶ τὸ μέτωπον, ἵνα ἀπαλλαγῆτε τῆς αἰσχύνης, ἣν ὁ πρῶτος παραβάτης ἄνθρωπος πανταχοῦ περιέφερε, καὶ ἵνα ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν κατοπτρίζησθε. εἶτα ἐπὶ τὰ ὦτα, ἵνα προσλάβητε τὰ ἀκουστικὰ τῶν θείων μυστηρίων ὦτα, περὶ ὧν Ἡσαΐας ἔλεγε· καὶ προσέθηκέ μοι κύριος ὠτίον τοῦ ἀκούειν· καὶ Ἰησοῦς ἐν εὐαγγελίοις· ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω. ὅπως τὸ θεῖον ἀπολαυσάμενοι μύρον λέγητε· Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν τῷ Θεῷ ἐν τοῖς σωζομένοις. μετὰ ταῦτα ἐπὶ τὰ στήθη, ἵνα ἐνδυσάμενοι τὸν θώρακα δικαιοσύνης, στῆτε πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου. ὥσπερ ὁ Χριστὸς μετὰ τὸ βάπτισμα, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπιφοίτησιν, ἐξελθὼν κατηγωνίσατο τὸν ἀντικείμενον. *Ac primum quidem frons illinitur, vt eum à vobis abstergat pudorem, quem primus homo transgressor perpetuo circumferebat: simulque efficiat, vt vultu non velato Dei gloriam possitis intueri. Deinde vero aures vnguntur, vt ad audiendum diuina mysteria aures accipiatis, de quibus dicebat Isaias. Et addidit mihi Dominus aures ad audiendum. Et Dominus in Euangeliis. Qui habet aures audiendi, audiat. Postea nares, vt diuinum recipientes vnguentum dicatis Christi gratus odor sumus, in his qui saluantur. Tum vero pectus inungitur, vt induti thoracem iustitiæ, fortiter aduersus insultus diaboli consistatis; vt Dominus Christus post Baptismum, & Spiritus sancti aduentum, egressus in prælium, deuicit aduersarium.*

31 Σφραγὶς δωρεᾶς πνεύματος ἁγίου.] Cum extra Baptismum, vt ex ipsorum verbis docuimus, Confirmationis sacramento Græci nullum consignent, nec alia parte vel loco Baptismalis ritus, quam præsenti quo & Chrismatis manifesta elucet vnctio, illud conferri, queat legitimè dici: nusquam inficiandum est, relata verba veram germanamque Confirmationis formam continere. Periculosa proinde mihi semper visa est illorum suspicio, qui ne Græcos concedeant ob S. Methodij, Concilij Oecumenici secundi Can. 7. & Trullani Can. 95. testimonia, sacramentum hoc, quoad facie externa pare, iterare, eo quod Chrismatis vnctione, & verborum istorum σφραγὶς δωρεᾶς πνεύματος ἁγίου, Hæreticos recipi & reconciliari præscriberent: maluerunt de virtute verborum illorum tanquam Confirmationi conferendæ alienorum & penitus inutilium dubitare, atque insuper Græcam Ecclesiam tanto Sacramento decernere vel fuisse iam ab antiquo orbatam asserere, quam ab apparente incommodo, cuius euitandi gratiam à Deo expectamus, se se extricare, vel solerter eripere. Discriminis tamen memorati discussione in tempus aliud dilata, operæ pretium est vnam vel alteram conclusionem tanquam certam & indubitatam ponere. Primam quidem: Græcos hucusque septenarium Sacramentorum numerum, in quo & Chrisma siue Confirmationem posuerunt, fuisse confessos, ex Germani numero 28. citati authoritate, & actis suis Synodalibus in Euchologio MS. Allatono repertis: Δεῖ γινώσκειν· ὅτι ἑπτά εἰσι μυστήρια τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας. ὁ ἐν κυρίῳ γάμος κωλύει τὴν πορνείαν. ἡ χειροτονία αὔξει τὰς ἀρετάς. τὸ ἅγιον βάπτισμα καθαίρει τὸ σῶμα, καὶ ἁγιάζει τὴν ψυχήν. τὸ χρίσμα τοῦ μύρου βεβαιοῖ τὴν πίστιν. ἡ θεία κοινωνία ἐνσωματοῖ τὸν Χριστόν. ἡ ἐξομολόγησις ἀνάβασις ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ δίδει τὴν τῶν ἁμαρτιῶν ἀπολύτρωσιν. τὸ ἅγιον ἔλαιον ἀποδίδει τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. *Septem sunt Sacramenta Christi Ecclesiæ. Nuptiæ in Domino fornicationem prohibent. Ordo virtutes, id est potestatem spiritualem adauget. Sanctum Baptisma corpus emundat, & animam sanctificat. Vnguenti Chrisma fidem confirmat. Diuina communio Christum nobis incorporat. Confessio cœlorum est ascensus, & peccatorum liberationem confert. Sanctum oleum cœlorum regnum largitur.* Alia conclusio priorem consequens est hæc. Græcos necesse est asserere, verum & perfectum Confirmationis sacramentum Chrismatis vnctione, velut materia proxima, & verborum σφραγὶς δωρεᾶς καὶ τὰ ἑξῆς, formâ constans, penes se semper habuisse. Ita Concilium C P. secundum & Trullanum superius citata, quæ si veram Confirmationis formam non protulerint, nulla iam in Oriente superest Confirmatio, nullum illius fundamentum, nulla de illo fides, priuabuntur apud eos quotquot sunt Orthodoxi, sancti Spiritus vt fidem profiteantur dono: imò nec illo communitos vnquam fuisse sanctos Patres necesse est asserere, cum schisma quo moderni laborant abolitæ sacramenti alicuius formæ, aut violati contemptiue reos nūquam fecerit superius diximus. Perstrepit tamen ad hæc Italograeci cuiusdam Catumsyriti, nec Itali forsan vel Latini, sed nec Græci temeraria omnino, & nunquam seuera satis digna censura garrulitas; & Prologo vnico circa Confirmationis sacramentum cap. 24. & seq. verba σφραγὶς δωρεᾶς πνεύματος ἁγίου, tanquam minus apta statuendæ sacramenti huius formæ reprobat, atque omnino repudianda pronunciat, vtpote, inquit, quæ sint tantum communis & imperfecta sacramenti in communi sumpti descriptio, & oratio truncata sine verbo, quæ ex parte solius prædicati possunt consistere: ita vt Baptismus, Ordo, Matrimonium, &c. sint etiam *Spiritus sancti signacula.* Verum esto: dicatur impropriè, si tamen ita fieri potest, & in ampla significatione quodlibet Sacramentum doni sancti Spiritus signaculum, eoquod obsignet & imprimat in anima quam in se continet, & a se producit

producit gratiam; & arcana plurima quasi sub sigillo conclusa solis fidelibus aperienda, reuelandaque conseruet: ampla tamen nimis est huiusmodi significatio, hacque ratione nil ita proprium est vni, quod ex abusu non possit alteri concedi. que σφραγὶς, *signum* est Confirmatio: illa namque voce cum vulgo *crucis signum* exprimamus, ipsa quoque speciatim in vtraque Ecclesia crucis signo conferri solita est. Describit idcirco Dionysius cap. 2. de Eccl. Hierarchiâ Pontificem post Baptismum, τῷ θεουργικωτάτῳ μύρῳ τὸν ἄνδρα σφραγισάμενον, *diuinissimo operante Vnguento virum cruce signantem. Carnem signari* dicit Tertullianus de resurrect. cap. 8. *vt & anima muniatur:* memorat Prudentius in Psychom. *inscripta oleo frontis signacula:* hincque Pontificum, Conciliorum, Patrum vox vna Confirmationem, *signum* siue *signaculum*, aut *consignationem* nuncupans: sunt illi Damasus, Innocentius, Leo, Gregorius, Synodus Hispalensis secunda, & Florentina, Tertullianus de Præscript. Cyrillus Catech. 3. Prudentius citatus. σφραγὶς est quoque ipsa Chrismatis vnctio, nota videlicet percellens oculum, & animam inuisibili figura signans, quam Spiritus sanctus aduentu suo vt propriam inurit, auxiliorum vnctione corroborat, & sui præsentia exhilarat. Intelligitur denique σφραγὶς hæc, vt ipsius Pontificis σφραγισμὸς, *per vnctionem & crucem obsignatio*, signum, inquam, in praxi, quod personæ recipientis, nec non & vngentis cogitatio comitatur, vt Spiritus sanctus ius nunquam reuocandum in animam sui characteris nota sibi conciliet, ipsamque vicissim donorum eius copia dotatam & cumulatam validâ protectione conseruet. A Græcis itaque σφραγὶς δωρεᾶς πνεύματος ἁγίου dicitur Confirmatio, crucis nimirum signatio, vnctio cruce expressa hominemque signans, ipsa Pontificis in praxi per vnctionem crucis obsignatio, Spiritus sancti dona conferens homini, δωρεὰν χορηγεῖ τοῦ πνεύματος ἁγίου, inquit Symeon, vt fide intrepide profiteatur: atque ita Græcorum hæc forma. Hoc est signum crucis, crucis vnctio, per vnctionem & crucem obsignatio, doni Spiritus sancti obtinendi gratia, & vt prolixius latiusque explicat se, in diuersis membris vngendis, in sacramenti extensione, forma eadem superius fol. 262. legenda, σφραγὶς δωρεᾶς πνεύματος ἁγίου, χρῖσμα δωρεᾶς πνεύματος ἁγίου, χρῖσμα ἀρραβῶνος πνεύματος ἁγίου, χρῖσμα μετοχῆς ζωῆς αἰωνίου, χρῖσμα ἁγίου Χριστοῦ τοῦ θεοῦ, καὶ σφραγὶς ἀνεπισύλευτος. Hæc, inquam, Confirmationis forma actu pronunciata, & simul in praxi exercita eundem omnino sensum, & effectum habere dignoscitur ac Latina, *Signo te signo crucis, & confirmo te Chrismate salutis: in nomine Patris*, &c. nec minus de vnâ quam de altera potest intelligi illud, 2. Cor. cap 1. *Qui confirmat nos in Christo, & vnxit nos Deus, qui & signauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris.* At nimium concisa sunt verba, obijcit Catumsyritus, & truncata dumtaxat oratio, imperfectaque sententia, ex parte tantum prædicati se tenens. Imperfectè certè Græcas orationes se percepisse demonstrat author Italogræcus, & verbis potius quam sensu, Dei, Ecclesiæ, hominum orationes examinat: vere minus capit eius intellectus in oratione præfata, qui plura verba in ea desiderat. Esto tamen imperfecta oratio, ob particulæ substantiuæ (est) latitantis defectum: imperfecta igitur erit illi hæc illa Christi sententia, τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου. *Hic calix nouum testamentum in meo sanguine?* imperfecta erit & Ecclesiæ loquutio, quæ & fidem hominis excitans, & præsentiæ Christi in Eucharistiæ sacramento testimonium præbens, duas tantum has voculas σῶμα Χριστοῦ, sacra dona iam iam suscepturo, solebat proferre? imperfectè truncatæ, concisæ, secundum amplam illam Catumsyriti sententiam constituetur illa Græcorum Sacerdotum se mutuo amplexantiū, & pacem donantium vox deuotionem & dilectionem pariter spirans, ὁ θεὸς μεθ' ἡμῶν, quam integre & perfecte se intelligere profitentur alij, eodem charitatis quo compellati sunt Spiritu, respondentes pacis, & vt Catumsyritus imperfecte loquitur, imperfecta oratione, καὶ ἐστι· καὶ ἔσω. At si parcius obtusæ potius menti, quam auri, sonent hæc verba: audiat & percipiat integrum hunc, & completum sensum illa referre: σφραγὶς δωρεᾶς πνεύματος ἁγίου. Hæc vnctio sigillum est, quo Spiritus sancti donum in te signatur & imprimitur: vel vt exponit Arcudius lib. 2. cap. 6. Hoc signo denotantur munera Spiritus sancti, imo & ipsemet Spiritus sanctus, vel tandem vt Neophytus Rhodinus in Synopsi explicat: Hoc est sigillum gratiæ Spiritus sancti, quam in Baptismate (dono) accepisti. Hinc tandem quantumcunque imperfectam à se vocatam & habitam, sciat Catumsyritus fuisse in secundo Oecumenico, & Trullano conciliis approbatam, & à PP. sanctis eius integritatis assertoribus, laudatam: à Cyrillo quidem Hierosolymitano Catech. 18 scribente, ἡ σφραγὶς ὑμῖν ἐδόθη ἐκ τῆς κοινωνίας τοῦ ἁγίου πνεύματος. *Signaculum vobis datum est, ex communicatione* (id est dono) *Spiritus sancti*: & à Beato Asterio Amasiæ Episcopo apud Photium relato δίδοται τῷ ἀσώτῳ μετὰ τὴν στολὴν, καὶ δακτύλιος σύμβολον τῆς νοητῆς σφραγῖδος τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὡς γὰρ ἐν τῇ διὰ τοῦ πνεύματος παλιγγενεσίᾳ, καὶ στολὴ καὶ σφραγὶς δωρεᾶς πνεύματος ἁγίου· οὕτω καὶ ἐν τῇ διὰ τῆς μετανοίας ἀναγεννήσει. *Datur prodigo post stolam, & annulus, nempe symbolum intelligibilis signaculi Spiritus. Vt enim in regeneratione per Baptismum, & stola, & signaculum doni Spiritus sancti: ita etiam in regeneratione per pœnitentiam.* Ne tamen ineptiæ nugisue parcat, Confirmationis aliam effictam formam his verbis conceptam obtrudit Catumsyritus, χρίεται ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ ἔλαιον ἀγαλλιάσεως εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τὰ ἑξῆς. Apage mendacem æque ac calumniatorem! apage impudentiā, imposturas, mendacia ignoti & conficti à Catumsyrito Euchologij. Quasi vero non sint illa verba quæ pronunciat Sacerdos oleo Catechumenorum Baptizandum perungens. Verum quia frontem perdidit noua mendacia nugasque reperit infirmus nouæ Confirmationis author, eiusque formam, quam in ritibus Baptismatis Seueri Alexandrini legimus, propriam esse asserit. *Chrismate sancto, suauitate odoris Christi Dei, sigillo veræ fidei, complemento pignoris Spiritus sancti, obsignatur N. in nomine Patris, amen: & Filii, amen: & Spiritus sancti, ad vitam sæculi sæculorum: Amen.* Ignorauit tamen hucusque Seuerum istum, & ritum Baptismi eius inuentamq; ab eo Confirmationis formam Orientalis Ecclesia; quem siue Dom. Seuerum siue S. Seuerum vocet Catumsyritus, parum interest: vt non desinat cruciari vbi est, licet honoretur vbi non est. Fuit namque ementitus ille S. Seuerus, Eutychianæ hereseos labe infectus, eiusque errores & apocrypha copiosa, demonstrāt annotata in margine circa eius opus tom. 6. Bibliothecæ PP. insertum, nec potuit parcere tituli illius operis author, quia caute legendum præmoneret, forsan præstolatus, vt alia in editione quidam alius penitus supprimendum curaret.

32 Εἶτα ποιεῖ ὁ ἱερεὺς μετὰ τοῦ ἀναδόχου.] Choros egit castissimos deuicto, & in mari submerso Pharaone, populus Israëliticus: & sepulto pariter in aquis salutis homine vetere, repressaque hostis humanæ

libertatis ferocia, diuinã choream cum Sacerdote, Susceptor & puer lustratus ducunt. Hoc et lætitiæ spiritualis eorum argumentum. Oleum enim exultationis est vnguentum istud, quod explicat Cyrillus Catech. 3. myst. διὰ τὸ αἴτιον αὐτὸ εἶναι τῆς πνευματικῆς ἀγαλλιάσεως, *quia gaudij spiritualis causa est & origo*: & quia fructus Spiritus sancti est gaudium, dato Spiritu sancto per hoc vnguentum, gaudium vt ex radice fructus enascitur inquit Basilius in Psal. 44. & qua filius lucis factus est ὁ νεοφώτιστος, subdit propterea: & totum ritum concludit Symeon Thessalonicensis: οὕτω τελεσθεὶς ἵσταται, καὶ εἰ μὲν ἐν ἡλικίᾳ ἐστι λαμπάδα δορυφορῶν ... *Initiatus hoc pacto stat, & si quidem sit adultus in diuini luminis gloriam & manifestationem cereum gestat: sin vero puer sit, Susceptor tenet eius vice cereum.* Et infra: λαμβάνει χαίρων ὁ ἱερεὺς τὸν βαπτισθέντα ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ ἀναδόχου ... *Accipit Sacerdos gaudens Baptizatum è manu Susceptoris, eum mox consequentis, & choream agens, quasi simul cum Angelis tripudians & festum diem agens, ter piscinam circuit, de spiritualis matricis vbertate, de quæ ex ea, & Spiritu sancto, puero genito delectatus.* Videtur porro totus ritus hic descriptus, iam ab antiquo Ecclesiam Orientalem suscepisse mihi, cum frequentius apud Chrysostomum, qui in choreatum, in lætitiæ spiritualis signum, meminit, & etiam Nazianzenus orat. de Bapt. ... *Statio qua post baptismum ante magnum altaris tribunal constitueris, venturæ gloriæ est præludium. Psalmodia cum qua susceperis laudis ventura est anteambulo. Cerei quod accendes, venturæ sunt illuminationis mysterium, cum qua obuiam sponso ibimus, & splendidæ virginales animæ splendidis cereis fidei.*

33 Ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε] Symeon rursus: ὁ βαπτισθεὶς εἰς τὸν οἶκον πορεύεται δορυφορούμενος μετὰ φώτων, ὡς υἱὸς φωτὸς ἤδη, καὶ τὸ, Ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε οἱ δορυφοροῦντες μελῳδοῦσι. *Domum proficiscitur Baptizatus deducentibus eum quasi lucis filium luminibus, atque illud, Quotquot in Christo Baptizati estis, sociis itineris modulantibus.* Balsamon quoque in 19 Can. Sardicensem Porphyrium memorat ab Hæretico ioco baptizatum refert: ἰδεῖν ἀγγέλους μετὰ λαμπάδων δορυφορεύοντας ἔμπροσθεν αὐτοῦ, καὶ τὸ, Ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, βοῶντας. *Vidisse Angelos coram se cum luminibus incedentes: & Quicumque in Christum baptizati estis, clamantes.*

34 Κύριος φωτισμός μου.] In Baptismo.

35 Κύριος ὑπερασπιστής] Confirmationis virtute cum Baptizatus in Athletam Christi inungitur.

36 Καὶ ἀπολύσις] Dimissione facta & Baptismi officio completo, quid fit de oleo & aqua baptismi nunc remanentibus? Respondet Thessalonicensis: ὁ ἱερεὺς τοῖς λειψάνοις τοῦ ἐλαίου τῆς ἀγαλλιάσεως μὴ, ὡς ἔτυχε, χρήσθω ... *Olei iucunditatis (id est catechumenorum) reliquiis, pro libero nusquam vtatur Sacerdos; (oleum enim illud præuncium sancti Vnguenti signum est) verum, in proprio sacratoque vase retinens illas asseruet, & in altaris lampade consumat: Baptismatis autem aquam in qua peccatum absorptum est, super quam Christus resedit, Spiritus sanctus aduenit, & in qua reformatus est homo, custodiatur, & in sacro loco effundatur.*

Cum prolixum sit satis & otium requirat plurimum Baptismi solemniter administrati officium, non immerito quæri liquis, quo pacto premente necessitate vel morbo, Sacramentum istud Græci conferant. Eximit præsens dubium Georgij Coresij Chensis ad me MS. missum, in quo contracta baptismi solemnitas legitur huiusmodi.

In puerum morti proximum oratio, sanctorum Baptismatum proœmium omne benedictionemque comprehendens. Dicit autem Sacerdos. Benedictum regnum Patris, &c. *Diac.* Ter sanctus. Sanctissima Trinitas. Pater noster. Quia tuum est. Dominum precemur.

Domine Deus omnipotens, omnis creaturæ visibilis & inuisibilis opifex, qui cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt, fecisti, qui in vnam molem aquam coarctas, qui claudis abyssum & tremendo gloriosoque tuo nomine illam signas, qui aquas super cœlos suspendis: tu super aquas terram stabiliuisti, tu mare in virtute tua confirmasti, tu confregisti capita draconum in aquis: tu

Εὐχὴ εἰς ἀποθνήσκον νήπιον ἔχουσα τὸ προοίμιον πάντων τῶν ἁγίων βαπτισμάτων, καὶ εὐλογητόν. λέγει δὲ ὁ ἱερεύς. Εὐλογημένη ἡ βασιλεία τοῦ πατρὸς. μετέπειτα, Τρισάγιον. Παναγία τριάς. Πάτερ ἡμῶν. Ὅτι σου ἐστίν. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Κύριε ὁ θεὸς, ὁ παντοκράτωρ, ὁ πάσης κτίσεως ὁρατῆς τε, καὶ ἀοράτου πλάσης, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, ὁ συνάγων τὰ ὕδατα εἰς συναγωγὴν μίαν, ὁ κλείσας τὴν ἄβυσσον, καὶ σφραγισάμενος αὐτὴν τῷ φοβερῷ καὶ ἐνδόξῳ ὀνόματί σου, ὁ μετεωρίσας τὰ ὕδατα τὰ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν, σὺ ἐστερέωσας τὴν γῆν ἐπὶ τῶν ὑδάτων, σὺ ἐκραταίωσας ἐν τῇ δυνάμει σου τὴν θάλασσαν, σὺ συνέτριψας τὰς κεφαλὰς τῶν δρακόντων ἐπὶ τῶν

ὑδάτων, σὺ φοβερὸς εἶ, καὶ τίς ἀντιστήσεταί σοι; ἔπιδε κύριε ἐπὶ τὴν κτίσιν σου ταύτην, καὶ ἐπὶ τὸ ὕδωρ τοῦτο· καὶ δὸς αὐτῷ τὴν χάριν τῆς ἀπολυτρώσεως, τὴν εὐλογίαν τοῦ Ἰορδάνου, ποίησον αὐτὸ ἀφθαρσίας πηγὴν, ἁγιασμοῦ δῶρον, ἁμαρτημάτων λυτήριον, νοσημάτων ἀλεξιτήριον, δαίμοσιν ὀλέθριον, ταῖς ἐναντίαις δυνάμεσιν ἀπρόσιτον, ἀγγελικῆς ἰσχύος πεπληρωμένον· φυγέτωσαν ἀπ' αὐτοῦ οἱ ἐπιβουλεύοντες τῷ πλάσματί σου· ὅτι τὸ ὄνομά σου κύριε ἐπεκαλεσάμην τὸ θαυμαστὸν, καὶ ἔνδοξον, καὶ φοβερὸν τοῖς ὑπεναντίοις.

terribilis es, & quis resistet tibi? Respice, Domine super creaturam tuã hanc, & super aquam istam, & redemptionis gratiam illi largire; da illi Iordanis benedictionem fac illam incorruptionis fontem, sanctificationis donum, infirmitatum medelam, dæmonibus perniciosam, potestatibus aduersis inaccessam, Angelica virtute exundantem. Effugiant ab ea qui creaturæ tuæ insidiantur; quia nomen tuum mirabile, & gloriosum, & aduersariis tremendum inuocaui.

Καὶ εὐθέως βάλλει ἔλαιον εἰς τὸ ὕδωρ. Εἶτα βαπτίζει λέγων. Βαπτίζεται ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς.

Et confestim oleum in aquam mittit: deinde puerum baptizat dicens: Baptizatur seruus Dei, *&c.*

Καὶ εὐθέως στολίζει αὐτὸν· καὶ ἀλείφει τὸ μύρον, λέγων. Σφραγὶς δωρεᾶς, καὶ τὰ ἑξῆς.

Et continuo induit illum: & sacro vngit Chrismate, dicens: Signaculum doni, *&c.*

Καὶ μετέπειτα γυροῖ αὐτὸν κατὰ τὴν τάξιν, ψάλλων τό, Ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε.

Καὶ γίνεται ἀπόλυσις.

Et post hæc iuxta ordinem positum fol. 156. in gyrum illum agit, cantans: Quotquot in Christo baptizati estis, *vt supra.*

Et fit dimissio.

ABLVTIO POST SANCTVM BAPTISMA.

a 1 ΚΑὶ μεθ' ἡμέρας ζ. πάλιν φέρουσιν αὐτὸ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, εἰς τὸ ἀπολοῦσαι. 2 Καὶ λύει αὐτοῦ ὁ ἱερεὺς 3 τὸ σάβανον, καὶ τὴν ζώνην. Λέγων τὰς εὐχὰς ταύτας.

ET post dies septem iterum puerum deferunt in Ecclesiam, vt abluatur: linteisque eum soluit Sacerdos, & zonam discingit, Orationes subsequentes dicens.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὁ λύτρωσιν ἁμαρτιῶν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος τῷ δούλῳ σου δωρησάμενος, καὶ ζωὴν ἀναγεννήσεως αὐτῷ χαρισάμενος αὐτὸς δέσποτα κύριε, τὸν φωτισμὸν τοῦ προσώπου σου, ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ἐναυγάζειν διαπαντὸς εὐδόκησον. τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως αὐτοῦ, ἀνεπιβούλευτον ἐχθροῖς διατήρησον· τὸ τῆς ἀφθαρσίας ἔνδυμα ὅπερ ἐβάλετο, ἀρρύπωτον ἐν αὐτῷ καὶ ἀμόλυντον διαφύλαξον· ἄθραυστον ἐν αὐτῷ τὴν πνευματικὴν σφραγῖδα τῇ χάριτί σου διατηρῶν, ἵλεως αὐτῷ τε καὶ ἡμῖν γενόμενος, κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου.

Ὅτι ηὐλόγηται καὶ δεδόξασται τὸ πάντιμον καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Dominum precemur.

DEus, qui seruo tuo per sanctum baptisma peccatorum redemptionem, & regenerationis vitam largitus es: ipse Dominator Domine, vultus tui illuminationem in eius corde semper splendere concede: clypeum fidei eius ab inimicorum insidiis immunem conserua, incorruptionis indumentum ab eo assumptum mundum & impollutum, & spirituale gratiæ signaculum intactum & intemeratum in eo propitius ipsi nobisque factus, secundùm multitudinem misericordiarum tuarum, custodi.

Quia benedictum est & glorificatum, venerandum & magnificum nomen tuum: Patris, & Filij, & Sancti Spiritus: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Dominum precemur.

DOminator Domine Deus noster, qui per baptiſmi piſcinam, ſplendore cœleſti baptizatos illuſtras, qui recens illuminato ſeruo tuo per aquam & Spiritum peccatorum ſiue ſponte ſiue inuoluntarie commiſſorum remiſſionem tribuiſti: potenti tuâ manu illi impoſitâ, bonitatis tuæ virtute illum protege: gloriæ arrham inamiſſam in illo cuſtodi, & in vitam æternam beneplacitumque tuum, illum deducere digneris.

Quia tu es ſanctificatio noſtra, & tibi gloriam rependimus, Patri, & Filio, & Sancto Spiritui, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Pax omnibus. Capita veſtra Domino inclinate.

Hic qui Chriſtum, & Deum noſtrum induit, tibi nobiſcum caput ſuum inflexit, quem velut athletam inuictum aduerſus fruſtra in illum & nos irrumpentes hoſtes conſerua: cunctoſque coronâ incorruptibili ornatos, ad finem vſque victores eſſe præbe.

Quia tuum eſt miſereri & ſaluare, & tibi gloriam rependimus: cum principij experte tuo Patre, & ſanctiſſimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Mox pueri cingulum ſoluit.

Et amiculum eius extremitatibus ad ſe inuicem iunctis, acceptum.

Aqua munda rigat, vnaque puerum aſpergit, dicens.

Iuſtificatus es, Illuminatus es, & reliqua.

Et accepta ſpongia noua, Aqua, frontem eius caput pariter & pectus, detergit, & reliqua, dicens.

Baptizatus es, illuminatus es, vnguento Confirmationis vnctus es, ſanctificatus, & ablutus es: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti: nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

ΔΕσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ διὰ τῆς κολυμβήθρας τὴν οὐράνιον ἔλλαμψιν τοῖς βαπτιζομένοις παρέχων· ὁ ἀναγεννήσας τὸν δοῦλόν σου τὸν νεοφώτιστον, δι᾽ ὕδατος καὶ πνεύματος, καὶ τὴν τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων ἄφεσιν αὐτῷ δωρησάμενος· ἐπίθες αὐτῷ τὴν χεῖρά σου τὴν κραταιάν. καὶ φύλαξον αὐτὸν ἐν τῇ δυνάμει τῆς σῆς ἀγαθότητος, ἄσυλον τὸν ἀρραβῶνα διαφύλαξον, καὶ ἀξίωσον αὐτὸν εἰς τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, καὶ εἰς τὴν σὴν εὐαρέστησιν.

Ὅτι σὺ εἶ ὁ ἁγιασμὸς ἡμῶν καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εἰρήνη πᾶσι. Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ κυρίῳ κλίνατε.

Ὁ ἐνδυσάμενός σε τὸν Χριστὸν καὶ θεὸν ἡμῶν, σοὶ ὑπέκλινε σὺν ἡμῖν τὴν ἑαυτοῦ κεφαλὴν, ὃν διαφύλαξον ἀήττητον ἀγωνιστὴν διαμεῖναι, κατὰ τῶν μάτην ἔχθραν φερομένων κατ᾽ αὐτοῦ καὶ ἡμῶν. τῷ δὲ σῷ ἀφθάρτῳ στεφάνῳ μέχρι τέλους νικητὰς πάντας ἀνάδειξον.

Ὅτι σὸν ἐστὶ τὸ ἐλεεῖν καὶ σώζειν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Καὶ λύει τὸ ζωνάριον τοῦ παιδίου.

Καὶ τὸ σάββανον, καὶ ἑνώσας τὰς ἄκρας αὐτῶν.

Βρέχει μετὰ ὕδατος καθαροῦ αὐτὰς, καὶ ῥαίνει τὸ παιδίον, λέγων. 4

Ἐδικαιώθης. Ἐφωτίσθης, καὶ τὰ λοιπά.

Καὶ λαβὼν σπόγγον καινόν. Μετὰ ὕδατος, ἀποσπογγίζει τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. Σὺν τῇ κεφαλῇ, καὶ τὸ στῆθος, καὶ τὰ λοιπὰ, λέγων.

5 Ἐβαπτίσθης, ἐφωτίσθης, ἐμυρώθης, ἡγιάσθης, ἀπελούσθης. εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. 5

VARIÆ LECTIONES.

KAὶ μϑ' ἡμέρας.] Nullum hic titulum præfigunt edita nostra, Officium hoc cum superiore coniungentia: habetur tamen in quibusdam editis antiquis, & in MS. In Cryptoferratensi quidem Falascæ. εὐχὴ εἰς τὸ ἀπολοῦσαι νεοφώτιστον. Ο λυτρώσων. Vt supra. *Oratio ad abluendum puerum.* Qui redemptionem, &c. & in hac sola oratione terminatur totum officium. In Cryptofer. Bessarionis. Εὐχὴ εἰς τὸ ἀπολοῦσαι φωτισθέντα τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ. Ο λυτρώσων. Vt supra. Εὐχὴ ἑτέρα εἰς ἀπολοῦσαι νεοφώτιστον. Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ διὰ τῆς. Vt supra. Καὶ τ̃ διακόνε λέγοντος. Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν. Εὔχεται ὁ ἱερεύς. Οἱ ἐνδυσάμενοι σε τ̃. Χριστόν. *Oratio ad abluendum Illuminatum octaua die.* Qui redemptionem, &c. *Alia oratio ad abluendum recens Illuminatum.* Dominator Domine Deus noster qui per, &c. *Et Diacono dicente.* Capita vestra. *Precatur Sacerdos.* Qui Christum induistis. Præter hæc nihil additur. Barberinum S. Marci nil aliud legit nisi. Εὐχὴ εἰς τὸ ἀπολοῦσαι. Ο λυτρώσων. Vt supra. *Oratio ad ablutionem.* Qui redemptionem, &c. Secundum Barberinum.

Εὐχὴ εἰς τὸ ἀποκουκουλῶσαι παιδίον.

Ο λυτρώσων ἁμαρτιῶν. Vt supra.

Εὐχὴ εἰς τὸ ἀπολοῦσαι παῖδα.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ καθαρίσας ἡμᾶς τοὺς δούλους σου ἐν τῇ ἁγίᾳ σου κολυμβήθρᾳ, καὶ ἁγιάσας τῷ ἁγίῳ σου πνεύματι, καὶ ἀξιώσας ἡμᾶς πρόβατα λογικὰ τῆς τιμίας σου ποίμνης γενέσθαι· καὶ νῦν αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι· παράσχου τοῖς δούλοις σου τοῖς νεοφωτίστοις, τὴν τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος κάθαρσιν, καὶ τῷ λουτρῷ τοὺς ῥύπους τῆς σαρκὸς ἀποθέσθαι, καθαρὰν δὲ τὴν πίστιν σου διατηρῆσαι, ὅπως εὐαρέστως σοι πολιτευσάμενοι εἰς τοὺς ἀφθάρτους καταντήσωσι λειμῶνας. Χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τ̃ μονογενοῦς.

Oratio ad excucullandum puerum.

Qui redemptionem peccatorum, &c.

Oratio ad abluendum puerum.

DOmine Deus noster, qui nos seruos tuos in sancta tua piscina mundatos, & sancto tuo Spiritu sanctificatos, venerandi tui ouilis rationales oues fieri dignatus es, tu nunc idem ipse es, & anni tui non deficient: seruis tuis recenter Illuminatis animæ corporisque munditiem præbe, & sordes quidem corporis in lauacro deponere, puram autem fidem seruare, concede: vt iuxta beneplacitum tuum versati ad deliciarum loca incorrupta perueniant. Gratia & humanitate vnigeniti.

DE PVERI POST BAPTISMVM ABLVTIONE.

1 KAὶ μϑ' ἡμέρας ἑπτά.) Octauo post Baptismum die candidas vestes deposituri ad Ecclesiam conueniebant Neophyti: id præter antiquam traditionem, & Patrum authoritatem, quotidianus Græcorum vsus commonstrat. Hinc Dominicæ *in Albis* apud Latinos, quando vestes albæ exuuntur, appellatio. Græcis autem Dominica hæc, νέα vel καινὴ κυριακή, vel κυριακὴ τῆς διακαινησίμου, *à vestium renouatione*, quæ alio nomine κυριακὴ τοῦ Θωμᾶ, & Ἀντίπασχα, dicitur. Quia vero Baptismatis & Confirmationis vnctiones sacras non penitus abstergi consuetum est à Græcis: hinc vestes albas in Baptismo acceptas adulti, vel pueri sua Sabana pannosue Baptismi, vel capitis Cucullum Chrismalem per septem dies nullatenus deponunt, sed nec vlla ratione toto illo tempore lauantur, ὀφείλ, διὰ τὸ χρίσμα τὸ ἅγιον μὴ ἀπονίπτεσθαι ὅλως τὸν παῖδα, *propter sanctum Chrisma nullatenus puerum lauari conuenit*, scribit Thessalonicensis; quamuis puerorum munditiæ solutis à parte inferiori Sabanis, & interiori panno detracto alioque solerter addito consulant: hinc octauo die τοῦ ἀποκουκουλῶσαι, *Cucullum auferendi*, & τὰ ἀπολοῦσαι τὸν παῖδα, *à reliquiis Chrismatis puerum abluendi*, & abstergendi ritus, de quo Thessalonicensis, μετὰ δὲ γε τὴν ἑβδόμην, ὃ δηλοῖ τῆς ἐπταδικῆς ταύτης ζωῆς τὴν περίοδον· ὁ βαπτισθεὶς ἀπολούεται ἐν ἰδιάζοντι τόπῳ, ὡς ἂν μή τι τ̃ ἁγίων ἐκείνων τί, τ̃ ὕδατος φημὶ, τοῦ βαπτίσματος, ἢ τοῦ μύρου ἐκπεσὸν καταπατηθῇ. *Post septimum vero diem, qua vitæ huius septena cursum significat, in separato loco Baptizatus abluitur: ne forte Sanctorum, aquæ dico Baptismi, vel Vnguenti aliquid excidens deperdatur.* Quod & circa Chrismate confirmatos diligenter quondam nos obseruasse testes sunt Ordo Romanus de ordine S. Paschæ. Albinus Flaccus de diuin. Offic. cap. de Sabbato in Albis. Amalarius Fortunatus lib. 1. de Eccles. offic. Hugo à sancto Victore lib. 2. de Sacram. hoc pacto scribens. *Solent quidam quærere quanto tempore soleant vnctionem Chrismatis obseruare in capite, vt scilicet capita non lauent, qui accipiunt manus impositionem, absque tempore Baptisterij? Quibus responderi potest, conueniens esse vt tanto tempore aduentus Spiritus sancti apud vnumquemque qui eum accipit, celebretur; quanto tempore generaliter ab Ecclesia celebratur aduentus Spiritus sancti super Apostolos, hoc est septem diebus. Et me*

rito: quia septem sunt dona Spiritus sancti: & in septem comitibus, ad hospitem suum Spiritus sanctus venit, & dignum est vt habeat vnusquisque dona suum. Vnctio itaque septem diebus retinebatur in fronte, & totidem diebus frons vitta linea ligari solebat: vt intelligerent Confirmati conseruandam esse Spiritus sancti gratiam, iuxta sanctum Pontificis manum imponentis monitum: *vnctio quam accepistis maneat in vobis.* Ac propterea septeno illo dierum spatio, rebus diuinis [illegible] modo & Ecclesiæ officiis vacabant, quem morem Epiphanium obseruasse innuit Metaphrastes in eius vita: ἔμεινεν τὰς ἑπτὰ ἡμέρας ἐν ἐπισκοπείῳ scribit: & iterum, ἐποίησεν Ἐπιφάνιος τὰς ἑπτὰ ἡμέρας μετ' αὐτῶν· καὶ μετὰ τὸ ἀλλάξαι αὐτοὺς τὰς νεοφωτίστων ἐσθῆτας. *Mansit Epiphanius cum baptizatis septem dies. Depositis autem candidis vestibus, &c* à balneis idcirco, epulis lautioribus, spectaculis, & re vxoria abstinebant: vigilias etiam prolixiores eodem tempore ducebant, vt mysteria fidei sibi reuelata susciperent contemplanda, nec non diuinæ legis præcepta cordi profundius infigerent: de quibus accurate Vicecomes lib. 5. de Baptis. cap. 50. & 51.

2 Λύει αὐτῷ ὁ ἱερεύς.] Ab Ecclesiasticis ministris dumtaxat, vestibus albis quondam Neophyti exuebantur. Hinc loquendi mos ille, quo dicuntur, *Alba ab eis tolli.* Eodemque modo scripsit ad Carolum magnum Albinus Flaccus. *Cum alba tolluntur vestimenta à Baptizatis.* Et Iacobus Diaconus Pelagiam refert, proprio suo ministerio, ministris Ecclesiæ insciis, albas vestes præter morem deposuisse.

3 Τὸ σάβανον.] Linteum quodcumque tergendo præsertim corpori aptum, σάβανον fit: eius vsus propterea frequens erat in balneis. Zacharias dialogorum Gregorij interpres: ἐξερχομένῳ δὲ αὐτῷ ἀπὸ τῶν θερμῶν, τὰ σάβανα αὐτῷ ἐπιδώσει: *ille è balneis egresso Sabana exhibuit.* Sabana etiam Latini dicunt in eodem sensu. Aldelmus de laudibus Virginis apud Meursium. *In Sabanis & sindonibus baiulabantur ægroti.* Verum quidem est recentiora καζαρώματα, *mortuorum fascias & inuolucra*, etiam σάβανα fuisse à Græcis vocitata: vsusque obtinuit, vt è Baptismo tenuioribus *tæniolis* γα[illegible] albi rubrique coloris in crucem actis, & idcirco σταυρογάβανα vocatis, & per octo dies affixis respergant: de quibus Victor de persecutione Vandalica lib. 3 *Illa quibus suscipiens eum de fonte, dudum texerat: Sabana baiulabat.* Si vero Baptizatus sit adultus χιτῶνα tunicam albam gestat, ait Thessalonicensis, ἤτοι τὸ ἀναβόλιον ὃ δὴ καὶ ἐμφώτιον, *id est Baptismi amictum, qui & Illuminatorium dicitur.*

4 Βρέχει μετὰ ὕδατος] Albas vestes à Neophytis depositas lustrali etiam aquâ abluebant Latini: vnde Amalarius lib. de Eccles. offic. cap. 38. *septimum diem lauationis Albarum* scripsit: & in Ordine Romano specialis est ad eas deponendas Oratio.

5 Βαπτισθεὶς ἐφωτίσθης, καὶ τὰ ἑξῆς.] Hæc verba ex priori ad Cori. excerpta, tria sacramenta exprimunt vno temporis spatio Neophytis collata: corporis quidem immersionem, & animæ per fidem Illuminationem vocabula βαπτισθεὶς & ἐφωτίσθης, Chrismatis vnctionem vox ἐμυρώθης indicat, τὸ ἡγιάσθης vero κατ' ἐξοχὴν refertur ad Eucharistiam, ἁγίασμα & τὰ ἅγια vocatam, & statim post Baptismum etiam pueris exhibitam. Tertullianus de resurrect. carnis cap. 8. *Caro*, ait, *abluitur: vt anima emaculetur. Caro vngitur: vt anima consecretur. Caro signatur: vt anima muniatur. Caro manus impositione adumbratur: vt & anima Spiritu illuminetur. Caro corpore & sanguine Christi vescitur: vt & anima de Deo saginetur. Non possunt ergo separari in mercede, quas opera coniungit.* Verum quia Latini cum Græcis commorantes non sine scandalo pueros recens natos salutaribus Eucharistiæ mysteriis, pro sua in tam augustum Sacramentum reuerentia, & effusionis vel contactus timore, vide[illegible] fecto: Hugonis Victorini verba sunt eis ex charitatis spiritu insinuanda. *Vniuersitatis Ecclesia Baptizatus aggregatur, hoc est, corporis Christi membrum efficitur. Vnde si eius valetudinis est, sacramentum vnitatis, id est corpus & sanguinem Christi accipere debet: & pueris recens natis, in specie sanguinis, idem sacramentum est exhibendum: quia tales naturaliter sugere possunt. Augustinus ad Bonifacium, contra hæresim Pelagianam. In Ecclesia Saluatoris per alios pueri credunt, sicut ex aliis, quæ in Baptismo dimittuntur peccata, contraxerunt. Nec illud cogitetis, eos vitam habere posse, qui sunt exortes corporis & sanguinis Christi: dicente ipso Domino: nisi manducaueritis carnem, &c. Ergo (si sine periculo fieri potest) iuxta primariam Ecclesiæ institutionem Sacramentum Eucharistiæ in specie sanguinis est tradendum pueris.* Quod & factitant Græci, nam Cochleari, quod λαβίδα dicunt, sacro sanguine intincto, guttulam è calice eductam, pueri lingua exsugendam apponunt: & si quidem extra liturgiam aliquem initiant, ægrotis sacramenta reseruata depromunt; sin liturgia celebratur, ex ipsis speciebus consecratis: prout Pachymeres & Maximus in cap. 2. Dionysii de Eccles. Hierarch. scribunt: νῦν δὲ ἀκριβέστερον γίνεται ἐν τῇ τῶν θείων μυστηρίων τελετῇ λειτουργίᾳ, ἐν ᾗ καὶ τοὺς νεοφωτίστους δεῖ μεταλαμβάνειν. *Nunc accuratius obseruatur in diuinorum mysteriorum celebratione, in qua recens Illuminatos communicare oportet.*

I. ΕΥΧΗ ΕΙΣ ΤΡΙΧΟΚΟΥΡΙΑΝ.

Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τῇ εἰκόνι σου τιμήσας τὸν ἄνθρωπον, ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος εὐπρεποῦς κατασκευάσας αὐτὸν, ὡς ἂν τὸ σῶμα ἐξυπηρετήσαι τῇ λογικῇ ψυχῇ· κεφαλὴν μὲν ἐπὶ τὸ ὑψηλότατον θεὶς, καὶ ἐν αὐτῇ τὰς πλείστας τῶν αἰσθήσεων καθιδρύσας, μὴ παρεμποδιζούσας ἀλλήλαις, ταῖς δὲ θριξὶ τὴν κεφαλὴν ὀροφώσας, πρὸς τὸ μὴ βλάπτεσθαι ταῖς μεταβολαῖς τῶν ἀέρων, καὶ πάντα τὰ μέλη αὐτοῦ χρησίμως ἐμφυτεύσας, ἵνα διὰ πάντων εὐχαριστῇ σοι τῷ ἀριστοτέχνῃ, αὐτὸς δέσποτα, ὁ διὰ τοῦ σκεύους τῆς ἐκλογῆς σου Παύλου τοῦ ἀποστόλου ἐντειλάμενος ἡμῖν, πάντα εἰς δόξαν σὴν ποιεῖν· τὸν προσελθόντα δοῦλόν σου τόνδε, ἀπαρχὴν ποιήσασθαι κείρεσθαι τὴν κόμην τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, εὐλόγησον ἅμα τῷ αὐτοῦ ἀναδόχῳ· καὶ δὸς αὐτοῖς πάντα μελετᾷν ἐν τῷ νόμῳ σου, καὶ τὰ εὐάρεστά σοι πράττειν.

Ὅτι ἐλεήμων καὶ φιλάνθρωπος θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εἰρήνη πᾶσι. Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ κυρίῳ κλίνατε.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ διὰ τοῦ πληρώματος τῆς κολυμβήθρας διὰ τῆς σῆς ἀγαθότητος ἁγιάσας τοὺς εἰς σὲ πιστεύοντας, εὐλόγησον τὸ παρὸν νήπιον, καὶ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἡ εὐλογία σου καταβήτω· καὶ ὡς εὐλόγησας διὰ τοῦ προφήτου Σαμουὴλ Δαβὶδ τὸν βασιλέα, εὐλόγησον καὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ δούλου σου, τοῦδε. διὰ χειρὸς ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ἐπιφοιτῶν αὐτῷ τῷ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ· ὅπως προκόπτων καὶ ἡλικίᾳ καὶ πολιᾷ γήρως, δόξαν σοι ἀναπέμψῃ, καὶ ἴδῃ τὰ ἀγαθὰ Ἱερουσαλὴμ, πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ.

11 Ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

22 Καὶ κουρεύει αὐτὸν σταυροειδῶς λέγων.

Κείρεται ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ, ὁ δεῖνα, εἰς τὸ ὄνομα

ORATIO IN PRIMA CApillorum detonsione.

Dominus Deus noster, qui hominem tua imagine ornatum, ex anima rationali & corpore decoro, vt corpus animæ rationali deseruiret, composuisti: & capite quidem in parte magis elata posito plures sensuum nullo sibi inuicem impedimento præstito, in illo collocasti, capitis autem fastigio suis capillis tecto, ne aëris intemperie, vel mutatione læderetur, cuncta eius membra, vt deinde per cuncta gratias referret, vtilissime ad inuicem coordinasti: ipse Domine, qui per Apostolum tuum Paulum tuæ vas electionis, omnia in laudem tuam fieri præcepisti; præsenti famulo tuo N capitis sui detondere, & eius velut primitias offerre incipienti, vna cum eius susceptore benedic: & iugiter in lege tua meditari & quæ tibi placita sunt perficere concede.

Quia misericors, & hominum amator Deus existis, & tibi gloriam rependimus: Patri, & Filio, & Sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Pax omnibus. Capita vestra Domino inclinate.

Domine Deus noster, qui credentes in te, tua bonitate, per piscinæ complementum sanctificas; præsenti puero benedic: & super caput eius benedictio tua descendat: & sicut Dauid regi per Samuelem prophetam benedixisti, ita & per peccatricem manum meam pueri huius N. Spiritu Sancto tuo in eum aduentans, capiti benedictionem impertiaris: vt proficiens in ætate, senectutis canitiem attingens, gloriam tibi rependat, & videat bona Hierusalem omnibus diebus vitæ suæ.

Quia cōuenit tibi omnis gloria, honor, & adoratio: Patri, & Filio, & Sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Et in quatuor partibus in crucis modum eum detondet, dicens:

Tondetur seruus Dei N. in nomine

Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Et memoriam Suſceptoris agit Sacerdos.

Miſerere noſtri Deus.

Adhuc rogamus pro miſericordia, vita.

Quia miſericors & hominum amator Deus exiſtis, & tibi gloriam rependimus: Patri, & Filio, & Sancto Spiritui: nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Et fit, vt moris eſt, dimiſſio.

τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εἶτα μνημονεύει τοῦ ἀναδόχου.

Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ θεός.

Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ ἐλέους ζωῆς.

Ὅτι ἐλεήμων καὶ φιλάνθρωπος θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Καὶ γίνεται, ὡς ἔθος, ἀπόλυσις.

Variæ lectiones in Officium detonſionis pueri.

Varietas in Ms. reperta, vnumquodque ſigillatim ponendum requirit. Codex itaque Cryptoferratenſis Falaſcæ hoc pacto ſcribit.

Oratio ad tondendum puerum.

Domine Deus noſter, qui ex plenitudine.

Et in quatuor partibus comam eius tondet, in nomine Sanctæ Trinitatis.

Hoc pacto deinde, Sacerdos orationem dicit:

Domine Deus noſter, qui in tua imagine.

Oratio ad tondendum puerum.

Dominator Domine Deus noſter, *&c.*

Diaconus. Capita veſtra. *Sacerdos precatur:* Domine Deus noſter, qui ex plenitudine, *&c.*

Oratio ad tondendum puerulum.

Te rogamus, Domine Deus ſalutis noſtræ, qui ex plenitudine, *&c.*

Detonſ. puero, oratio ſecunda.

Sancta Trinitas Deus noſter, benedic puerum iſtum omni benedictione ſpirituali, & propriis ſeruis tuis rectam, incorruptam, & tentationibus liberam mentem tua pietate conſeruatam, in augmentum & intellectum, & in omne bonum opus deductam, præbe. Interceſſionibus ſanctæ Deiparæ, & ſemper virginis Mariæ, & omnium Sanctorum. Quia benedictum, *&c.*

Oratio in capillorum detonſionem.

Dominator Deus noſter.

Εἰς τὸ κουρεῦσαι παιδίον.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ ἐκ τοῦ πληρώματος. Vt ſupra.

Καὶ κείρει αὐτοῦ τὴν κόμην τετραμερῶς εἰς τὸ ὄνομα τῆς ἁγίας τριάδος· καὶ εἶθ' οὕτως ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχήν.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τῇ εἰκόνι. Vt ſupra.

Cryptoferratenſis Beſſarionis ita legit.

Εὐχὴ εἰς τὸ κουρεῦσαι παῖδα.

Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν Vt ſupra.

Ὁ διάκονος. Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν. Ὁ ἱερεὺς ἐπεύχεται. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ ἐκ τοῦ πληρώματος, καὶ τὰ ἑξῆς.

Barberinum S. Marci ita habet.

Εὐχὴ εἰς τὸ κουρεῦσαι παιδίον.

Σὲ ἱκετεύομεν κύριε ὁ θεὸς τῆς σωτηρίας ἡμῶν, ὁ ἐκ τοῦ πληρώματος. Vt ſupra.

Εὐχὴ μετὰ τὸ κουρεῦσαι παιδίον δευτέρα.

Ἁγία τριὰς ὁ θεὸς ἡμῶν, εὐλόγησον τὸ παιδίον τοῦτο ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ, καὶ χάρισαι τοῖς δούλοις σου τοῖς ἰδίοις νοῦν εὐθὺν, ἀβλαβῆ, καὶ ἀνεπηρέαστον φυλαττόμενον ὑπὸ τῆς σῆς εὐσπλαγχνίας εἰς αὔξησιν καὶ εἰς σύνεσιν, καὶ εἰς πᾶν ἔργον εὐοδούμενον. Πρεσβείᾳ τῆς ἁγίας θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ πάντων τῶν ἁγίων. Ὅτι ηὐλόγηται καὶ δεδόξασται, καὶ τὰ ἑξῆς.

Barberinum ſecundum ſub numero 88.

Εὐχὴ εἰς τριχοκουρίαν.

Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν· Vt ſupra.

Καὶ

Καὶ μετὰ τὸ κουρεῦσαι λέγει ὁ ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσι. Ὁ διάκονος. Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν. Ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχὴν. Σὲ ἱκετεύομεν κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐκ τοῦ πληρώματος, καὶ τὰ ἑξ. Vt sup.

Et post detonsionem Sacerdos dicit. Pax omnibus. *Diaconus* Capita vestra *Sacerdos orationem.* Te rogamus Domine Deus noster, qui ex plenitudine, &c.

In Comæ detonsionem Notæ.

1 Ἐπὶ τῇ εἰς τριχοκουρίαν.] Græcos suos, in dubiis maxime propugnandos vel excusandos, mirum quod abusus insimulet Arcudius lib. 5. cap. 8. asserens, eos iniuriè tonsuram iterare, & præter eam quæ octauo die Baptismi, aut tardius fieri solet, puero in Clerum cooptato aliam conferre. Parcat nihilominus viri Græci, non quærentis modo sed obtinentis quoque sapientiam memoria, si eius circa res Græcas, quas omnes iuuenis nimium & inexpertus è patria egressus habere nequiuit, lapsum alius erigat, affirmans: Duplicem etiam hodie apud Græcos sicut quondam apud Latinos, capillorum fieri præcisionem: Clericalem vnam & præcipuam, ante Ecclesiasticos Ordines suscipiendos Ecclesiastica lege præmittendam: minorem aliam, quæ detonsum supra sæcularium ordinem non euehit. Monachalem enim nunc neque de nomine spectatam volumus. Hanc itaq; secunda, nitū ratio tum vsus à prisco, distinctum comprobant. Græcos olim verticibus infantium rasis cincinnos reliquisse (non lanuginem rasisse vt male vertit interpres) & dæmonibus dedicasse, testis est Athanasius, quæst. 28. dictorum & interpretatio. Parab. Euangelij. εἰώθασι οἱ Ἕλληνες, καὶ ἀποχείρειν τῶν παίδων τὰς κορυφὰς, καὶ τοὺς μαλλοὺς ἐᾶν· καὶ τούτους μετὰ χρόνον ἀνατιθέναι τοῖς δαίμοσι. *Solent Græci puerorum vertices abradere, & cincinnos relinquere: illosque sequenti tempore consecrare dæmonibus* Cultum tamen à maioribus suis dæmoni exhibitum, nunc in verum Deum transferentes, & à Nazaræis legitime præstitum æmulati (Paulo namque licuit illum exercere Act. 21.) seu potius in nouum eumque perfectiorem commutantes, puerorum comas præscindunt: non vt eas vtcumque consecrent, sed potius vt iis præcisis vel oblatis, videantur ipsos pueros Dei obsequio in perpetuum mancipare: seruitutis enim, etiam hodie apud Christianos & Barbaros signum est capillorū abrasio: hanc Gallis coma prolixa gaudentibus, victores imposuerunt Romani: eandem hanc subierunt alij, mitius Romani Pontificis iugum subituri, de quibus Ciacconius in vita Adriani primi. *Desiderius summi prælij vitare discrimen volens, se Papiæ muris inclusit: & Spoletinorum & Recitinorū aliquot, haud multum spei in re Longobarda ponentes sese Pontifici tradiderunt: quippe ex singulis ciuitatibus singuli Romam perrexerunt, & in Basilica Petri coacti se ad pedes præsentis Pontificis prostrauerunt, atque in eius verba, perpetuam Romanæ Ecclesiæ fidem obsequiumque iurarunt, deposito capillo & barba, quod apud eam gentem deditionis vere maximum signum erat.* Hæc porro, pueri Deo dicandi gratiâ capillorum detonsio, vt agnoscatur à Clericali omnino diuersa Balsamonis in Can 14 Synodi 7. verba sunt examinanda, quibus hanc ab Episcopo, illam à Sacerdote fieri: hanc legendi psallendique potestatem facere & Clericum constituere, illam quod ad Ordinem Ecclesiasticum spectet, nil penitus conferre testatur: ἐπεὶ οὖν φασὶν ἅγιοι πατέρες ὁρῶμεν τινὰς νηπιόθεν μελανειμονήσαντες, ὡς τῷ θεῷ ἀφιερωθέντας τολμῶντας μετὰ τὸ συνηλικιωθῆναι ἐπ' ἄμβωνος ἀναγινώσκειν τὰς θείας γραφὰς ἀκανονίστως· θεσπίζομεν μὴ γίνεσθαι ὡς παράλογον ἀταξίας μηδὲ ἄλλως ἀναγινώσκειν ἐπ' ἄμβωνος τὰς θείας γραφάς τινα, εἰ μὴ λάβῃ σφραγῖδα ἀποκουρίδος διὰ χειροθεσίας ἐπισκοπικῆς. *Quoniam igitur, inquiunt Sancti Patres nonnullos à pueris videmus nigris vestibus indutos tanquam Deo consecratos* (propter Tonsuram vtique in Baptismo acceptam) *audentes cum ad ætatem venerint, præter Canonum decorum scripturas diuinas è suggestu legere: statuimus ne hoc fiat, vt quod sit confusionis occasio: nec quis scripturas diuinas aliter in suggestu legat, nisi Tonsuræ signo per Episcopalem manuum impositionem suscepto.* Cuius rationem subdit: παρίσταται γὰρ ἀριδήλως, ὡς ἡνίκα τις δέξεται χειροθεσίαν ἀποκουρίδος παρὰ ἀρχιερέως: αὐτίκα κληρικός ἐστι. *Est enim manifestum quod quando quis Tonsuram per manuum impositionem ab Episcopo susceperit: hic continuo Clericus est.* Ac propterea in Ordine Rom. & in lib Sacram. D Gregorij diuersas orationes, tum ad puerorum capillatura incidendam, tum ad Clericum instituendum legimus: ex quorum solis verbis, diuersum illarum finem, modum, & rationem, nullo negotio quilibet potest conicere.

2 Καὶ κουρεύει αὐτὸν σταυροειδῶς.] Quærit Thessalonicensis. διὰ τί κουρὰ ἐν τοῖς βαπτιζομένοις τελεῖται; Quare Baptizatorum fit detonsio? Subiungit ipse responsum: μετὰ δὲ τὸ χρῖσμα, τὸ πανάγιον φημὶ μύρον, κείρει τὰς τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ σταυροειδῶς τρίχας· ἅμα μὲν διὰ τὸ κεφαλὴν ἔχειν τὸν Χριστὸν, καὶ ἀποκαλύπτως ὀφείλειν προσεύχεσθαι, ὡς καὶ ὁ Παῦλος διδάσκει. ἅμα δὲ καὶ ὡς σφραγῖδα τινα ποιῶν τὴν κουρὰν, ἐπεὶ σταυροειδῶς τοῦτο κείρει. ἵνα καὶ πᾶν τὸ περιττὸν τῶν ἐννοιῶν ἀπορρίπτῃ. διὸ καὶ οἱ μοναχοὶ ἀποκείρονται, καὶ πᾶν περιττὸν τὸ περιττὸν, καὶ μὴ τοσοῦτον εἰς χρῆσιν, παραιτεῖσθαι ὀφείλει. ἔτι δὲ καὶ ὡς ἀπαρχὴ καὶ θυσία τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος ἀπὸ τοῦ βαπτισθέντος αἱ τρίχες Χριστῷ φέρονται. τοῦ γὰρ ὅλου σώματος ὡς ἀναθυμίασις εἰσίν· διὸ καὶ ὁ ἱεράρχης ταύτας ἀδὼν, οὐχ ὡς ἔτυχε ῥίπτει· ἀλλ' ἐν τόπῳ ἱερῷ τίθησιν. *Post Chrisma, sanctissimum dico Vnguentum, capitis eius crines cruciformiter tondet, tum quidem quia caput Christum defert, & vt Paulus docet, quia detectus orare tenetur, tum etiam quia Tonsurâ velut signo notaque quadam impressa, (cruciformiter enim tondet) cogitationes superfluas debet resecare: propterea quippe tondentur ex integro Monachi, & residuum quodcumque & minus necessarium fidelis omnis abiicit. Adde insuper, velut primitias & sacrificium humani corporis à Baptizato crines offerri Christo, sunt namque totius corporis velut suffumigatio, unde & Pontifex, non eos vtcumque sublatos proiicit, sed in loco sacro deponit.* De iis tamen alias disponendum scribit Matthæus Blastares: vt nempe Susceptori tradantur, qui nec illos temere contemnit, sed cera vinctos, Christique Domini sacræ imagini affixos (prout de more fieri comperi) in rei Deo oppignoratæ symbolum relinquit: ὁ ἱερεὺς παραδίδωσι τὰς τρίχας εἰς τὰς χεῖρας

τοῦ ἀναδόχου, καὶ αὐτὸς προσκυνήσας τὸν ἱερέα ἀπολύει. *In manibus ſuſceptoris crines detonſos, Sacerdos tradit, & ipſe reuerentia Sacerdoti facta, diſcedit.* Hinc anno reuoluto, ſicut & natalitiorum, ita & ita & comæ ſibi detonſæ diem feſtum κουρέσιμα vocatum quilibet agit: de quo, ſicut & aliis quibuſdam feſtis ſcribit Nicetas in Gregorij Theologi orationem de ſancto Baptiſmo: *Heſterno die feſtum luminum celebrauimus, conueniebat enim ob ſalutem noſtram gaudio efferri: idque æquius erat quam quod mortales carnis amore correpti facere ſolent, qui & γενέθλια celebrant, id eſt diem, quo in lucem editi ſunt: & γαμήλια, id eſt diem quo matrimonium contraxerunt: & ὀνομαστήρια, quando eis nomen impoſitum eſt: & κουρέσιμα, quando decurſa atque exacta adoleſcentia, in iuuenum ordinem adſcripti ſunt: & κατοικέσια, vel habitationis encænia, quando primum terram quandam aut domum incoluerunt.* Cæterum vt pueri primum cum celebritate & Eccleſiæ benedictione comam, pari quoque cultu adoleſcentiam prætervecti barbam primo deponebant, quod ne ſine fœlici omine, & Dei inuocatione perficeretur orationes huiuſmodi conſuetudini accommodas habebant antiqui: quarum ſequitur vna ex Barberino S. Marci Euchologio deprompta.

In Barbæ detonſionem Oratio.

DOmine Deus virtutum, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui tua diſpenſatione ad ſanctum Sacerdotii opus, nos abiectos & peccatores elegiſti, vt populus fidelis perſeuerans, per nos nomen ſanctum tuum colat: te rogamus, & precamur, Domine Deus noſter omnipotens, opera manuum noſtrarum benedic, & ad inſtar benedictionis in caput Aaron, & in barbam eius deſcendentis; & velut ros Hermon qui deſcendit in montem Sion, ita ſuper ſerui tui N. caput, & ſuper barbam eius benedictio tua deſcendat. Quia tibi conuenit omnis gloria, honor, *&c.*

Εὐχὴ εἰς πωγωνοκουρίαν.

ΚΥριε ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων, ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ τῇ σῇ οἰκονομίᾳ ἡμᾶς τοὺς ταπεινοὺς καὶ ἁμαρτωλοὺς ἐν τῇ ὑπουργίᾳ τῆς ἱερωσύνης ἐνεργείᾳ ἐπιλεξάμενος· ἵνα δι' ἡμῶν ὁ λαὸς ὁ πιστὸς ἑστὼς λατρεύῃ τὸ ὄνομα τὸ σόν· σοῦ δεόμεθα, καὶ σὲ ἱκετεύομεν κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ παντοκράτωρ, εὐλόγησον τὰ ἔργα τῶν χειρῶν ἡμῶν, καὶ ὡς εὐλογίαν κατερχομένην ἐπὶ τὴν κεφαλὴν Ἀαρών, καὶ ἐπὶ τὸν πώγωνα αὐτοῦ, καὶ ὡς δρόσας ἡ Ἀερμὼν ἡ καταβαίνουσα ἐπὶ τὰ ὄρη Σιών, οὕτως κατελθέτω ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ δούλου σου, τοῦδε, καὶ ἐπὶ τὸν πώγωνα αὐτοῦ ἡ εὐλογία σου. Ὅτι πρέπει σοὶ πᾶσα δόξα, τιμή, καὶ τὰ ἑξῆς.

Oratio in barbæ vel capitis abraſionem.

DOmine Deus noſter, qui ex nihilo cunctas creaturas magnitudinis tuæ argumenta, ad eſſe adducis, & hominem non ſolùm tua intellectuali & rationali imagine præcellentem exornaſti, ſed & variis ipſum crinibus decorum reddidiſti: ipſe quoque ſeruum tuum N. ad vultus ſui venuſtatem, barbam vel comam detonſum, diuinis omnibus gratiis exorna: & ſuper barbam & caput eius benedictio tua deſcendat, ſicut in caput & barbam Aaron defluxit: ad tuam enim gloriam, qui nos omnia facere præcepiſti, barbæ vel comæ detonſioni principium dat ſeruus tuus. Quia conuenit tibi omnis gloria.

Ex Cryptoſ. M S. Beſſarionis.

Εὐχὴ ἐπὶ πώγωνος κουρᾷ ἢ κεφαλῆς.

ΚΥριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα παραγαγὼν τῆς σῆς μεγαλειότητος ἐμφανῆ γνωρίσματα, καὶ τὸν ἄνθρωπον οὐ μόνον τῇ σῇ εἰκόνι τῇ νοερᾷ τε καὶ λογικῇ διαφέροντα κατακοσμήσας, ἀλλὰ καὶ θριξὶν αὐτὸν ποικίλαις καθωραΐσας, αὐτὸς καὶ τὸν δοῦλόν σου τόνδε, εἰς εὐπρέπειαν τῆς αὐτοῦ προσόψεως ἀποκειρόμενον τὸν ἑαυτοῦ πώγωνα ἢ τὴν κόμην πᾶσι τοῖς παρὰ σοῦ θείοις χαρίσμασι κατακόσμησον, καὶ κατελθέτω ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ τὸν πώγωνα ἡ εὐλογία σου, ὡς κατέβη ἐπὶ τὴν κεφαλὴν Ἀαρών, καὶ πώγωνα· ἐπὶ γὰρ τῇ σῇ δόξῃ τοῦ εἰπόντος πάντα ἡμᾶς εἰς δόξαν σου ποιεῖν, καὶ τὴν τοῦ πώγωνος αὐτοῦ, ἢ τῆς κόμης ἀπόκαρσιν ἐναρχθῆναι ποιεῖσθαι ὁ δοῦλός σου. Ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα.

In Orationem pro barbæ detonsione, Obseruatio.

Εἰς πωγωνοκουρίαν.] Græcorum iuuenibus, mysticibus seruat s, mentum e adere consuetum est, & ab anno trigesimo barbam omnem enutrire: de qua sæpius scribit Nicetas Manuelis Comneni lib. 7. Andronic Comneni lib. 1. 2. & 7. Vnde & Theodorum Marchionem Andronici senioris filium, qu si patrij moris desertorem incusat Gregoras, qui erasa penitus barba non absimilis Latinis ea tunc ratione se radentibus videretur: σχήματι καὶ ξυρήσει κουρᾶς Λατῖνος ἦν ἀκραιφνής, & alibi ridet, κεκαρμένον ἀποξυρώμενον πώγωνα, vt quæ non nisi à reis in Iudicio damnatis apud suos deponi soleret, prout edicunt Orientis leges. & frequentius refert Blastares in Syntagmate. τυπτόμενος καὶ κουρευόμενος ἐξοριζέσθω. *Verberatus & rasus in exilium eijciatur.* Idque iam olim fieri solitum annotat Theophanes in Zenone, cuius tempore Euthymius Patriarcha Anastasio imperium postmodum adepto post euersam ob eius insolentes actus sedem, ἀπείλησεν ὡς εἰ μὴ παύσαιτο ἀποκεῖραι τὴν κεφαλὴν αὐτῆς, καὶ τοῖς ὄχλοις αὐτὸν θριαμβεῦσαι, *ni desisteret, minatus est capitis eius crines omnes detonsurum, & fœdo triumpho per vrbem deducendum, turbis commissurum.* Superfluos vero & incomptos tam capiti quam menti crines decutere, vt viris decus & venustatem confert, ita detonsionem sua benedictione cumulare neutra quondam Ecclesia detractabat. Vide Gregorij Sacramentarium. Vt autem capillos deponit, & caput aperit vir, ita suos crines seruat, nectit, & velat mulier: nec sine Ecclesiæ prece redimiculum & mitram capiti religato imponit. Adest itaque ex Cryptofer. Bessarionis, & Barberino S. Marci.

ΕΥΧΗ ΕΠΙ ΤΟ ΑΝΑΔΗΣΑΙ κεφαλὴν γυναικός.

Ὁ Θεὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐν προφήταις λαλήσας, καὶ προκηρύξας τὸν φωτισμὸν τῆς γνώσεώς σου ἔσεσθαι ἐπ' ἐσχάτων τῶν γενεῶν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ὁ μὴ θέλων τινὰ τῶν ὑπὸ σοῦ πεπλασμένων ἀνθρώπων ἀμοιρεῖν τῆς σῆς σωτηρίας· ὁ νόμους ἐκθέμενος διὰ σκεύους τῆς ἐκλογῆς Παύλου τοῦ ἀποστόλου σου τοῖς ἐν πίστει πολιτευομένοις ἀνδράσι καὶ γυναιξὶν, ἵνα οἱ μὲν ἀκαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ προσφέρωσιν αἴνεσιν, καὶ δοξολογίαν τῷ ἁγίῳ ὀνόματί σου, αἱ δὲ τῇ κεφαλῇ μετ' αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης κοσμῶσιν ἑαυτὰς ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς καὶ ὕμνους προσάγωσι τῇ δόξῃ σου. αὐτὸς εὐλόγησον καὶ τὴν δούλην σου τήνδε. καὶ κόσμησον τὴν αὐτῆς κεφαλὴν κόσμῳ τῷ σοὶ εὐαρέστῳ, ὅπως κατὰ τὰς ἐντολάς σου πορευομένη, καὶ τὰ μέλη πρὸς σωφρονισμὸν παιδαγωγοῦσα, τύχῃ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν.

ORATIO AD VELANDVM *& exornandum mulieris caput.*

Deus Deus noster, qui omnibus gentibus per prophetas tuos loquutus cognitionis tuæ lumen in finibus terræ appariturum prænunciasti, qui nullum à te productum hominem salutis exortem fieri desideras: qui per vas electionis Paulum Apostolum tuum, viris pariter & mulieribus in fide conuersantibus leges posuisti; vt illi quidem aperto capite laudem & gloriam nomini tuo offerant; istæ vero cum pudore & modestiâ, in bonis operibus se exornantes, gloriæ tuæ Hymnos concinant: ipse benedic & ancillam tuam N. & mundo tibi placito caput eius exorna, vt in præceptis tuis ambulans, & membra sua ad modestiæ regulam componens, æterna bona consequatur, in Christo Iesu Domino nostro.

ORDO SERVARI SOLITUS IN SPONSALIBUS CELEbrandis, videlicet in nuptiarum subarrhatione.

Post diuinam Missam, stante in sacrario Sacerdote, coniugio copulandi præ sacris foribus consistunt.

Vir quidem à dextris: mulier autem à sinistris. Sunt vero repositi in dextra sanctæ mensæ parte, duo ipsorum annuli: aureus, & argenteus. Ex iis argenteus dextrorsum respicit: Aureus sinistrorsum, iuxta se inuicem.

Tum Sacerdos, recens nuptorum tertio capita signat. Traditque illis cereos accensos: & in templum illos inducit. Et cruciformiter thus adolet: & dicitur à Diacono: Benedic domine.

Inclamatque Sacerdos: Benedictus Deus noster: iugiter, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum.

Chorus. Amen.

Diaconus. In pace Dominum precemur.

Chorus. Domine miserere.

Diaconus. Pro superna pace, & salute illorum: Dominum precemur.

Chorus. Domine miserere.

Diaconus. Pro pace orbis vniuersi, prospero statu sanctarum Dei Ecclesiarum, & omnium vnione: Dominum precemur.

Chorus. Domine miserere.

Diaconus. Pro sancta hac domo, & cum fide, deuotione & timore Dei ingredientibus in eam: Dominum precemur.

Chorus Domine miserere.

Diaconus. Pro Archiepiscopo nostro N venerando Presbytero, ordine Diaconorum in Christo, omni Clero, & populo: Dominum precemur.

Chorus. Domine miserere.

a ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ ΓΙΝΟΜΕΝΗ 1 ΕΠΙ μνήστροις ἤγουν τοῦ ἀῤῥαβῶνος.

2 ΜΕτὰ τὴν θείαν λειτουργίαν, b τοῦ ἱερέως ἑστῶτος ἐν τῷ ἱερατείῳ, παρίστανται οἱ μέλλοντες ζεύγνυσθαι παρὰ τῶν ἁγίων θυρῶν.

Ὁ μὲν ἀνὴρ ἐκ δεξιῶν. c Ἡ δὲ γυνὴ ἐξ εὐωνύμων. Ἀπόκεινται δὲ ἐν τῷ δεξιῷ μέρει τῆς ἁγίας τραπέζης, 3 δακτύλιοι αὐτῶν δύο, 4 χρυσοῦς d καὶ ἀργυροῦς. e Ὁ 5 μὲν ἀργυροῦς ἀποβλέπων πρὸς τὰ δεξιά· Ὁ δὲ χρυσοῦς, πρὸς τὰ ἀριστερὰ συνεγγὺς ἀλλήλων.

6 Ὁ δὲ ἱερεὺς σφραγίζει τὰς κεφαλὰς τῶν αὐτῶν νεονύμφων ἐκ γ΄. 7 καὶ δίδωσιν αὐτοῖς, κηροὺς ἀπτομένους καὶ εἰσάξαι αὐτοὺς ἔνδον τοῦ ναοῦ. 8 Θυμιᾷ σταυροειδῶς καὶ λέγεται παρὰ τοῦ διακόνου. Εὐλόγησον δέσποτα.

Καὶ ὁ ἱερεὺς ἐκφωνεῖ. Εὐλογητὸς ὁ θεὸς ἡμῶν, πάντοτε νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ὁ χορ. ἀμήν.

Ὁ διάκονος. Ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὁ χορός. Κύριε ἐλέησον.

Ὁ διάκονος. Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης, καὶ τῆς σωτηρίας αὐτῶν, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὁ χορός. Κύριε ἐλέησον.

Ὁ διάκονος. f Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης, τοῦ σύμπαντος κόσμου, εὐσταθείας τῶν ἁγίων τοῦ θεοῦ ἐκκλησιῶν, καὶ τῆς τῶν πάντων ἑνώσεως, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὁ χορός. Κύριε ἐλέησον.

Ὁ διάκονος. Ὑπὲρ τοῦ ἁγίου οἴκου τούτου, καὶ τῶν μετὰ πίστεως, εὐλαβείας. καὶ φόβου θεοῦ εἰσιόντων ἐν αὐτῷ, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὁ χορός. Κύριε ἐλέησον.

Ὁ διάκονος. Ὑπὲρ τοῦ ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν, τοῦ δεῖνος, τοῦ τιμίου πρεσβυτερίου, τῆς ἐν Χριστῷ διακονίας, παντὸς τοῦ κλήρου, καὶ τοῦ λαοῦ, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὁ χορός. Κύριε ἐλέησον.

Ὁ διάκονος. Ὑπὲρ τοῦ δούλου τοῦ θεοῦ, τοῦδε, καὶ τῆς δούλης τοῦ θεοῦ, τῆσδε, τῶν νῦν μνηστευομένων ἀλλήλοις, καὶ τῆς σωτηρίας αὐτῶν, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὁ χορός. Κύριε ἐλέησον.

Ὁ διάκονος. Ὑπὲρ τοῦ παρασχεθῆναι αὐτοῖς τέκνα εἰς διαδοχὴν γένους, καὶ πάντα τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτήματα, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὁ χορός. Κύριε ἐλέησον.

Ὁ διάκονος. Ὑπὲρ τοῦ καταπεμφθῆναι αὐτοῖς ἀγάπην τελείαν, εἰρηνικὴν, καὶ βοήθειαν, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὁ χορός. Κύριε ἐλέησον.

Ὁ διάκονος. Ὑπὲρ τοῦ φυλαχθῆναι αὐτοὺς ἐν ὁμονοίᾳ καὶ βεβαίᾳ πίστει, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὁ χορός. Κύριε ἐλέησον.

Ὁ διάκονος. Ὑπὲρ τοῦ εὐλογηθῆναι αὐτοὺς ἐν ὁμονοίᾳ καὶ βεβαίᾳ πίστει, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὁ χορός. Κύριε ἐλέησον.

Ὁ διάκονος. Ὑπὲρ τοῦ διαφυλαχθῆναι αὐτοὺς ἐν ἀμέμπτῳ βιοτῇ καὶ πολιτείᾳ, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὁ χορός. Κύριε ἐλέησον.

Ὁ διάκονος. Ὅπως κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν χαρίσηται αὐτοῖς τίμιον τὸν γάμον, καὶ τὴν κοίτην ἀμίαντον, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὁ χορός. Κύριε ἐλέησον.

Ὁ διάκονος. Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς ἀπὸ πάσης θλίψεως, ὀργῆς, καὶ ἀνάγκης, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὁ χορός. Κύριε ἐλέησον.

Ὁ διάκονος. Τῆς παναγίας ἀχράντου, ὑπερευλογημένης, ἐνδόξου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, μετὰ πάντων τῶν ἁγίων, μνημονεύσαντες, ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους, καὶ πᾶσαν τὴν ζωὴν ἡμῶν Χριστῷ τῷ θεῷ παραθώμεθα.

Ὁ χορός. Σοὶ κύριε. Ὁ ἱερεύς.

Ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ὁ χορός. ἀμήν.

9 Εἶτα λέγει τὴν εὐχὴν μεγαλοφώνως.

Ὁ Θεὸς ὁ αἰώνιος, ὁ τὰ διῃρημένα συναγαγὼν εἰς ἑνότητα, 10 καὶ σύνδεσμον διαθέσεως τιθεὶς ἄρρηκτον, ὁ εὐλογήσας Ἰσαὰκ καὶ Ῥεβέκκαν, καὶ κληρονόμους τῆς σῆς ἐπαγγελίας

Diaconus Pro seruo Dei N. & ancilla Dei N. sibi nunc inuicem desponsatis, & salute eorum: Dominum precemur.

Chorus. Domine miserere.

Diaconus. Vt eis concedantur liberi, in generis successionem, & cuncta ad salutem postulata: Dominum precemur.

Chorus. Domine miserere.

Diaconus. Vt eis demandetur perfectus amor, pax, & auxilium: Dominum precemur.

Chorus. Domine miserere.

Diaconus. Vt in concordia & firma fide conseruentur: Dominum precemur.

Chorus. Domine miserere.

Diaconus. Vt in concordia & firma fide benedicantur: Dominum precemur.

Chorus. Domine miserere.

Diaconus Vt in inculpato conuictu & conuersatione conseruentur: Dominum precemur.

Chorus Domine miserere

Diaconus. Vt honoratas eis nuptias inuiolatumque thalamum, Dominus Deus largiatur: Dominum precemur.

Chorus. Domine miserere.

Diaconus. Vt ab omni tribulatione, ira, & angustia liberemur: Dominum precemur.

Chorus. Domine miserere.

Diaconus Sanctissimæ, intemeratæ, super omnes benedictæ gloriosæ Dominæ nostræ Deiparæ, & semper virginis Mariæ cum omnibus sanctis memoriam agentes, nos ipsos, & inuicem, & omnem vitam nostram, Christo Deo commendemus.

Chorus. Tibi, Domine

Sacerdos Quia tibi conuenit omnis gloria, honor, & adoratio, Patri, & Filio, & Sancto Spiritui: nunc, & semper, & in sæcula sæculorum.

Chorus. Amen.

Deinde elata voce dicit Orationem.

Deus æterne, qui diuisa à se inuicem in vnitatem cogis, & insolubilem eis compositionis nexum imponis, qui Isaac & Rebeccæ benedixisti, hæredesque illos promissionis tuæ de-

clarasti: benedic etiam ipse his seruis tuis, in omni opere bono deducens illos.

Quia misericors & hominum amator existis, & tibi gloriam referimus: Patri, & Filio, & Sancto Spiritui: nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. *Chorus.* Amen.

Sacerdos. Pax omnibus.

Diaconus. Capita vestra Domino inclinate. *Sacerdos.*

DOmine Deus noster, qui ex gentibus Ecclesiam virginem castam tibi desponsasti: benedic & sponsalibus istis, & coniunge, & conserua seruos tuos istos in pace & concordia.

Tibi enim conuenit omnis gloria, honor, & adoratio, Patri, & Filio, & Sancto Spiritui: nunc, & semper, & in sæcula sæculorum.

Chorus. Amen.

Acceptis deinde annulis Sacerdos, donat primum, viro aureum: tum argenteum, mulieri. Et dicit viro: Subarrhatur seruus Dei N. propter ancillam Dei N. in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Deinde dicit mulieri: Subarrhatur ancilla Dei N. propter seruum Dei N. in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: nunc, & semper.

Cumque ter ad vnumquemque hoc dixerit, crucem super eorum capita facit annulis, & vtrumque dextris eorum digitis immittit. Deinde recens nuptorum annulos commutat assistens Paranymphus.

Sacerdos vero dicit Orationem.

Dominum precemur.

DOminator Deus noster, qui cum puero Patriarchæ Abraham vt domino suo Isaac vxorem duceret misso simul in Mesopotamiam profectus es, & adaquationis signo Rebeccam subarrhare illi præmonstrasti: benedic ipse seruorum tuorum N. & N. sponsalibus, oppignoratum in eis verbum confirma; & stabili eos in vnitate, quæ in secundùm te sit: tu enim ab initio masculum & fœminam creasti, & à te viro mulier coaptantur in auxilium & successionem generis huma-

ἀναδείξας, αὐτὸς εὐλόγησον καὶ τοὺς δούλους σου τούτους, ὁδηγῶν αὐτοὺς ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ.

Ὁ ἐλεήμων καὶ φιλάνθρωπος θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ὁ χορός. ἀμήν.

Ὁ ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσι.

Ὁ διάκονος. Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ κυρίῳ κλίνατε. Ὁ ἱερεύς.

ΚΥριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τὴν ἐξ ἐθνῶν προμνηστευσάμενος ἐκκλησίαν παρθένον ἁγνὴν, εὐλόγησον τὰ μνῆστρα ταῦτα, καὶ ἕνωσον, καὶ διαφύλαξον τοὺς δούλους σου τούτους ἐν εἰρήνῃ καὶ ὁμονοίᾳ.

Σοὶ γὰρ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ὁ χορός. ἀμήν.

g Εἶτα λαβὼν ὁ ἱερεὺς τοὺς δακτυλίους. g

Ἐπιδίδωσι πρῶτον, τῷ ἀνδρὶ, τὸν χρυσοῦν. Εἶτα τὸν ἀργυροῦν, τῇ γυναικί. Καὶ λέγει τῷ ἀνδρί. Ἀρραβωνίζεται ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ, ὁ δεῖνα, τὴν δούλην τοῦ θεοῦ. τήνδε, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, h νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. h

Εἶτα καὶ τῇ γυναικὶ λέγει. Ἀρραβωνίζεται ἡ δούλη τοῦ θεοῦ, ἡ δεῖνα, τὸν δοῦλον τοῦ θεοῦ, τόνδε, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· i νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. i

Καὶ ὅταν εἴπῃ εἰς ἕκαστον. τρίς. Ποιεῖ σταυρὸν μετὰ τοῦ δακτυλιδίου, ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ ἐπιτίθησιν αὐτοὺς ἐν τοῖς δεξιοῖς αὐτῶν δακτύλοις. k εἶτα ἀλλάσσει 11 τὰ δακτυλίδια τῶν k 11 νεονύμφων 12 ὁ σύντεκνος. 12

Ὁ δὲ ἱερεὺς λέγει τὴν εὐχήν.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

ΚΥριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τῷ παιδὶ τοῦ πατριάρχου Ἀβραὰμ συμπορευθεὶς ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ στελλομένῳ νυμφεύσασθαι τῷ κυρίῳ αὐτοῦ Ἰσαὰκ γυναῖκα, καὶ διὰ μεσιτείας ὑδρεύσεως ἀρραβωνίσασθαι τὴν Ῥεβέκκαν ἀποκαλύψας, αὐτὸς εὐλόγησον τὸν ἀρραβῶνα τῶν δούλων σου, τοῦδε, καὶ τῆσδε. καὶ στήριξον τὸν παρ' αὐτοῖς λαληθέντα λόγον. βεβαίωσον αὐτοὺς τῇ παρὰ σοῦ ἁγίᾳ ἑνότητι, σὺ γὰρ ἀπ' ἀρχῆς ἐδημιούργησας ἄρσεν καὶ θῆλυ, καὶ παρὰ σοῦ ἁρμόζεται ἀνδρὶ γυνὴ εἰς βοήθειαν καὶ διαδοχὴν τοῦ γένους τῶν

ἀνθρώπων. αὐτὸς οὖν κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐξαποστείλας τὴν ἀλήθειαν ἐπὶ τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν ἐπαγγελίαν σου ἐπὶ τοὺς δούλους σου, τοὺς πατέρας ἡμῶν εἰς καθ' ἑκάστην γενεὰν καὶ γενεὰν τοὺς ἐκλεκτούς σου, ἐπίβλεψον ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου, τόνδε, καὶ τὴν δούλην σου, τήνδε, καὶ στήριξον τὸν ἀρραβῶνα αὐτῶν, ἐν πίστει καὶ ὁμονοίᾳ καὶ ἀληθείᾳ καὶ ἀγάπῃ. σὺ γὰρ κύριε ὑπέδειξας δοθῆναι τὸν ἀρραβῶνα, καὶ στηρίζεσθαι ἐν παντί. διὰ δακτυλιδίου ἐδόθη ἡ ἐξουσία τῷ Ἰωσὴφ ἐν Αἰγύπτῳ. διὰ δακτυλιδίου, ἐδοξάσθη Δανιὴλ ἐν χώρᾳ Βαβυλῶνος, διὰ δακτυλιδίου ἐφανερώθη ἡ ἀλήθεια τῆς Θάμαρ, διὰ δακτυλιδίου ὁ πατὴρ ἡμῶν ὁ οὐράνιος, οἰκτίρμων γέγονεν ἐπὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ. δότε γάρ φησι δακτυλίδιον ἐπὶ τὴν δεξιὰν αὐτοῦ, καὶ θύσαντες τὸν μόσχον τὸν σιτευτόν, φαγόντες εὐφρανθῶμεν. αὕτη ἡ δεξιά σου κύριε, τὸν Μωϋσῆν ἐστρατοπέδευσεν ἐν ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. διὰ γὰρ τοῦ λόγου σου τοῦ ἀληθινοῦ, οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ ἡ γῆ ἐθεμελιώθη, καὶ ἡ δεξιὰ τῶν δούλων σου εὐλογηθήσεται, τῷ λόγῳ σου τῷ κραταιῷ, καὶ τῷ βραχίονί σου τῷ ὑψηλῷ. αὐτὸς οὖν καὶ νῦν δέσποτα, εὐλόγησον τὸ δακτυλοθέσιον τοῦτο εὐλογίαν οὐράνιον, καὶ ἄγγελος κυρίου προπορευέσθω ἔμπροσθεν αὐτῶν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτῶν.

Ὅτι σὺ εἶ ὁ εὐλογῶν καὶ ἁγιάζων τὰ σύμπαντα, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εἶτα ἐκτενὴ, καὶ ἀπόλυσις.

ni. Ipſe igitur, Domine, qui miſiſti veritatem tuam ſuper hæreditatem & promiſſionem tuam ſuper ſeruos tuos patres noſtros electos tuos, in vnamquamque generationem & generationem: Reſpice ſuper ſeruum tuum, hunc, & ſuper ancillam tuam, hanc; & ſponſalia eorum in fide & concordia, in veritate & dilectione confirma. Tu enim, Domine, arrham ſic dari, & illa pactum omne firmari ſubindicaſti. Annulo Ioſeph poteſtas data eſt in Ægypto, annulo Daniel in Babylonis regione honoratus eſt, veritas circa Thamar annulo comperta eſt; & annulo Pater noſter cœleſtis erga filium ſuum miſericors eſt effectus: date namque dixit, annulum in dexteram eius, & vitulum ſaginatum mactantes, conuiuati collætemur. Ipſa dextera tua, Domine, Moyſen in rubro mari deduxit; per verum enim tuum verbum cœli firmati ſunt, & terra fundata eſt: & potenti tuo verbo, & brachio tuo excelſo benedicetur ſeruorum tuorum dextera. Ipſe igitur, Domine, benedictione cœleſti hanc annuli immiſſionem nunc benedic: & Angelus Domini præcedat eos omnibus diebus eorum.

Quia tu benedicis & ſanctificas omnia, & tibi gloriam referimus, Patri, & Filio, & Sancto Spiritui: nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Deinde dicitur protenſa Oratio, & fit dimiſſio.

VARIÆ LECTIONES.

In nullo quod viderim Euchologio MS. reperitur præſens Officium: ſolum Cryptoſ. Beſſarionis & Barberinum S. Marci exhibet illud.

a Ἀκολουθία.] Cryptoſ. Codex legit τάξις.

b Τοῦ ἱερέως.] Cryptoferr. τοῦ ἀρχιερέως: eo quod Patriarchicum eſt Euchologium.

c Ἐξ εὐωνύμων.] Idem ἐξ ἀριστερῶν.

d Καὶ ἀργυροῦ.] Vbicumque legitur ἀργυροῦ, legit idem σιδηροῦ.

e Ὁ δὲ ἱερεὺς σφραγίζει.] Legit idem: καὶ σφραγίσας ἐκ τρίτου τὰς κεφαλὰς τῶν νυμφίων ὁ ἀρχιερεὺς, λέγοντος τοῦ διακόνου. Ἐν εἰρήνῃ. τοῦ κυρίου.

f Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ σύμπαντος.] Deeſt poſtulatio hæc in dicto codice; & ſequentium ordo inuerſus eſt, Ὑπὲρ τοῦ ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν, ἱερωσύνης, ἀντιλήψεως, διαμονῆς, καὶ τοῦ ἔργου τῶν χειρῶν αὐτοῦ, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Ὑπὲρ τοῦ ἁγίου οἴκου τούτου. Ὑπὲρ τοῦ δούλου, καὶ τῆς δούλης.

g Εἶτα λαβὼν ὁ ἱερεύς.] Legit idem: καὶ μετὰ τὸ, ἀμήν, ἀποδίδωσι τῷ ἀνδρὶ τὸν χρυσοῦν δακτύλιον, τὸν σιδηροῦν δὲ τῇ γυναικί.

h Νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τούς.] Deſunt hæc in dicto codice.

i Νῦν καὶ ἀεί.] Et hæc pariter deſunt.

k Εἶτα ἀλλάσσει.] Legit idem codex: ἀντιδιδόασιν τούτοις ἀλλήλοις, καὶ ἐν τῷ κρατῆσαι ὁ ἱερεὺς συμπλέκει τὰς δεξιὰς ἀλλήλων, καὶ κρατήσας ἐξέρχονται. *Ipſi mutant ad ſe inuicem annulos, & dum illos tenet, dextras illorum innectit Sacerdos; dumque ſic illos duci egrediuntur.*

Breuissime officium idem in Barberino S. Marci hoc pacto conscribitur

Oratio in Sponsalibus.
Deus æternæ, &c.
Et Diacono dicente. Capita vestra.
Orat Sacerdos.
Domine Deus noster qui ex gentibus, &c.

Εὐχὴ ἐπὶ μνηστείας.
Ὁ θεὸς ὁ αἰώνιος. Vt supra.
Καὶ τοῦ διακόνου λέγοντος. Τὰς κεφαλὰς ἐπεύχεται ὁ ἱερεύς.
Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ τῶν ἐξ ἐθνῶν.

In Officium fieri solitum in Sponsalibus, id est, Subarrhatione. Notæ.

1 Ἐπὶ μνήστρους.] Celebrant Sponsalia Græci scripto, Ecclesiæ benedictione, annuli arrha, osculoque adhibitis, quibus ... pœna à resiliente subeunda adiungitur. Præter certos ætatis annos, cuncta hæc desiderant iuris præfecti apud Blastarem ca ... τοῦ Γ στοιχείου eademque memorat Curopalatæ ..., & sequens Alexij Comneni Nouella Iuris Græcoro n. lib. 2. iuxta Leonis Imp. præscriptum in Basilicis.

2 Μετὰ τὴν ... λειτουργίαν] Vt nunquam, nisi Diis litassent, vel sacrificium Nuptiale dictum, obtulissent, Gentiles inibant coniugia: ita nec nisi post missarum solemnia, à Christianis contrahi debere, claris testimoniis in me ... pr ... , anno 5.. Annalium Baronius probat. Ritus huiusmodi ... nouationem adscribit Euaristo Pam ... ius tom. ... Liturgicon. *Aliter*, inquit sanctus Pontifex, *legitimum vt à Patribus accepimus, & à sanctis Apostolis eorumque successoribus traditum inuenimus, non fit coniugium, nisi vxor suo tempore Sacerdotaliter, vt mos est, cum precibus & oblationibus à Sacerdote benedicatur.* Accedit Tertullianus testis lib. 2. ad Vxorem. *Vnde sufficiam ad enarrandam fœlicitatem huius matrimonii, quod Ecclesia conciliat, & confirmat oblatio, & obsignatum Angeli* (Sacerdotes) *renunciant. & Pater cœlestis ratum habet.* Vide Choniatem in Manuele Comneno lib. 3.

3 Δακτύλιοι δύο.] Consueuit ab antiquo nuptialis annulus proprio Sacerdotis benedictione sanctificari. Antiquam quidem & diuersam ab ea, quæ in Manualibus Latinis reperitur, ex antiquis Liturgiis exscribit Nouarinus de Nuptialibus aqui cap. 42. *Benedic Domine annulum istum, & coronam istam: vt sicut annulus coronat digitum hominis, & corona caput: ita gratia Spiritus S. circundet sponsum & sponsam, vt videant filios & filias, vsque ad tertiam & quartam generationem, qui collaudent nomen tuum.* Contactum tamen ad sacram mensam (vt de consecrando Antidoro suo loco diximus) sufficere Græci existimant: ideo benedicendis annulis nulla extat oratio.

4 Ἀρραβῶνος.] Vbi vox ἀρραβῶνος fit hic obuia, vocem ... seruit ... B. ... is codex: eademque vtitur Thessalonicensis. Et merito. Ferreus enim erat quondam sponsæ annulus, vt quæ initio coniugio in viri potestatem transiret & seruitutis iugum subiret: more forsan ab antiquis Romanis mulieribus deducto quibus aurum alias quam in Pronubo annulo gestare nefas erat: de quo Tertullianus in Apologetico. *Circa fœminas quidem etiam illa maiorum instituta ceciderunt, quæ modestiæ patrocinabantur: cum aurum nulla norat præter vnico digito quem sponsus oppignorasset Pronubo annulo.* Pronubum tamen illum etiam Ferreum fuisse indicant ex Phlegone Cedrenus in Anastasio, & Glycas in historiis; vbi de illa Philinio Democratis & Charitus filia, quæ Machatæ hospiti & Amasio annulum & fasciam pectoralem dedit, à quo vicissim annulum Ferreum & craterem aureum dono accepit, &c.

5 Ὁ μὲν ἀργυροῦς ἀποτιθέμενος πρὸς τὰ δεξιά.] Templi, sacrarum imaginum, & altaris dextram partem vocat antiqua Ecclesia, quæ ad intrantis dexteram est. Annulus idcirco argenteus à viro vltimo retinendus, aut eo Pronubo fœminæ concesso, ad altaris dexteram collocatur.

6 Ὁ δὲ ἱερεὺς σφραγίζει.] Annotant hic antiqua edita, de quo alibi profundum silentium, Sacerdotem Sponsos de matrimonij contrahendi proposito interrogare, & num libere coniugium suscipiant: ὁ ἱερεὺς ἐρωτᾷ αὐτοὺς, εἰ ἐκ θελήματος αὐτῶν βούλονται συναφθῆναι· καὶ μετὰ τὸ ἐρωτῆσαι, καὶ συνταχθῆναι, σφραγίζει τὰς &c. *Sacerdos autem eos interrogat, num ex libertate coniungi velint? & cum interrogauerit, & ipsi annuerint, cruce signat capita eorum,* &c.

7 Διδῶσιν αὐτοῖς κηρούς.] Amicæ semper apud cunctas nationes Nuptiis faces. Sunt enim coniugalis amoris signum, ceu lampades ignis atque flammarum quas nulla vis aquarum obruere, nullus dissidiorum flatus extinguere queat. Atque vtinam visis his cereis, non amorem solum, sed etiam insolubilem coniugii nexum contemplarentur Græci: non ita facile connubia perfecta dirimerent, & voluntarum, corporumque soluerent vincula: & quos ignorantiæ corruptela censent facta separatione liberos & solutos non iterum viuentibus ac sustinentibus coniugibus, aliis nuptui darent, aut potius adulteria suis legibus probata prædicarent. Præter amorem vero inextinctum, & non dirimendum coniugii nexum, nuptorum castitati gestatæ ab eis in Ecclesiâ faces testimonium reddunt. Turpis enim & flagitiosa libido quærit latebras, pudoris vero venustis radiis propriis semicat, & lucem quærit. Hæc est Chrysologi mens serm. 22. *Quia semper,* inquit,

inquit, *nuptiis amicæ sunt faces, luminum testimonio celebratur castitas nuptiarum. Sicut enim fugit lucem illicita qui præsumit: sic multiplici coruscat in lumine, licita qui requirit.* Adstipulatur Symeon Thessalonicensis: λαμπάδας βαστάζουσι τὴν σωφροσύνην ἑαυτῶν μαρτυροῦντες· ἀλλὰ καὶ τὴν ἐγγινομένην αὐτοῖς θείαν χάριν σημαίνοντες, καὶ πάντες ὁμοίως λαμπαδηφοροῦσιν οἱ κληρικοί, διὰ τὴν θείαν ἔλλαμψιν καὶ φαιδρότητα. *Cereos gerunt castitatis sibi mutuum testimonium perhibentes, & insitam in se inuicem diuinam gratiam significantes: sed & cuncti pariter Clerici cereos gestant, propter diuinum splendorem & claritatem.* Hinc non nisi virginibus dum desponsantur, has faces vtraque concedit Ecclesia: nec nisi virgines sponso sponsæque cum lampadibus obuiam processisse leguntur.

8 Θυμιᾷ τοὺς ἀμφοτέρους.] Ita boni ominis in Nuptiis thus esse arbitrati sunt antiqui, vt eo non accenso infortunatas putarent fore, Euclio in Plauti Aulularia.

Nunc thusculum emi, & hasce coronas floreas.
Hæc imponentur in foco nostro Lari.
Vt fortunatas faciat natæ nuptias.

Ritu tamen magis religioso, thure circa sponsos accenso, nec non oratione vtitur Ecclesia, Tobiæ deuotam mentem & actionem imitatura cum, iecoris incensi fumo & oratione dæmonem coniugiis castis infensum extricauit. Thure suffumigato, mox preces Diaconus aggreditur.

9 Εἶτα λέγει τὴν εὐχήν.] Antiqua est Soteris Papæ institutio ex Ciaconio in eius vita: *nec legitima vxor habeatur, nisi cui Sacerdos prius benedixerit:* sed nec sponsalia nisi adiunctis Sacerdotum precibus & benedictionibus celebrari sanxit Alexij Comneni Nouella in Iuris Orientalis libro secundo consulenda.

10 Σωφροσύνην διαθέσεως πάσης ἄρρηκτον.] Condemnant Græcos verba hæc repudium & coniugij dissidium leui ex causa permittentes, & dimissos coniuges aliis nuptiis facilius tradentes: de qua illegitima consuetudine, à Patribus Latinis Concilij Florentini interrogati & reprehensi, nullam quæ satisfaceret rationem reddere potuerunt: de quo plurima apud Arcudium toto fere lib. 7.

11 Εἶτα ἀλλάσσει τὰ δακτυλίδια.] Viro vt digniori aureum, fœminæ argenteum annulum iam traditum à Sacerdote, Paranymphus amoris & concordiæ conciliator commutat; & sponsæ aureum, sponso argenteum donat, vt hic muliebri infirmitati virilem animum accommodet, illa vero se in omnium mariti bonorum, consortium venire intelligat: vel vt hac annulorum commutatione suorum corporum possessioni renuncient, & se non propriæ, sed alienæ potestatis esse agnoscant. Thessalonicensis autem annulo ferreo sponsam vbique donatam cum M S. Cryptof. asserens, paulum diuerse ritum eumdem explicat. δίδωσι τῇ γυναικὶ τὸν σιδηροῦν δακτύλιον, ὡς παρὰ τοῦ ἀνδρός, ὁ ἱερεὺς· τῷ δὲ ἀνδρὶ χρυσοῦν, ὡς παρὰ τῆς γυναικός· καὶ ἐκ τρίτου αὐτοὺς ἀνταλλάσσει τὴν τριάδα δοξάζων. *Fœminæ, quasi ex parte viri aureum annulum Sacerdos tradit, & quasi ex parte fœminæ, aureum viro, & Trinitatem veneraturus ter illos commutatus.*

12 Ο σωτεκνος.] Nuptiarum fœderisque nuptialis mediator, Pronubus vel Paranymphus Latinis; hodie σωτεκνος, & corrupte κουμπάρος, Græcis dicitur. Illius officium vel morem declarat sub Euaristi Papæ nomine Epist. 1. *Sponsa, à Paranymphis, vt consuetudo docet, custodita, & consociata à proximis congruo tempore petita legitime detur, & solemniter accipiatur.* Paranymphi seu Paranympharum institutionem Soteri adscribit Ciacconius in eius vita. *Instituit Soter ne legitima vxor haberetur, nisi cui Sacerdos prius benedixisset: & quam parentes solemni pompa, more Christiano marito collocassent, quamque etiam de more Paranymphæ custodiissent.* Vnius Paranymphi mentionem habet Concilium Carthaginense quartum, qui castitatis & pudicitiæ coniugis vtriusque, testis, & quasi custos, (propter quod infra coronas, pudoris signa & præmia sustentabit) *puros adhuc illos & commercij carnalis expertes inter se iungit, vel potius coniunctioni in Ecclesia facta assistit: & Dei personam primi omnium coniugii, Paranymphi & Pronubi in Ecclesia repræsentat.* Deum enim ceu Paranymphum primam mulierem ad Adamum adduxisse Scripturæ sacræ commemorant: quod & insinuatur à Balsamone in Photij Nomocanonem tit. 13. de Sponsalibus: ὡσανεὶ Θεοῦ μέσον τῶν συναπτομένων προσαγομένου, καὶ τὴν τοιαύτην συναρμογὴν, διὰ τῆς τῶν εὐχῶν ἱεροτελεστίας κρατύνοντος. *Quasi Deus medius adducatur, & coniunctionem illam per orationis consecrationem confirmet.*

a ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ 1 ΤΟΥ ΣΤΕΦΑΝΩΜΑΤΟΣ.

2 Εἰ μὲν βούλονται 2 ἐν τῷ αὐτῷ στεφανωθῆναι, a εἰσέρχονται ἐν τῷ ναῷ, μετὰ κηρῶν ἀπτομένων.

b Προπορευομένου τοῦ ἱερέως, μετὰ θυμιατοῦ, καὶ ψάλλοντος, τὸν ψαλμὸν οὕτως.

Ο δὲ λαὸς ἐν ἑκάστῳ στίχῳ λέγει, τό.

OFFICIVM CORONATIONIS NVPTIARVM.

Si quidem voluerint eodem temporis spatio coronari, ingrediuntur in templum Sponsi, cum cereis accensis.

Præcedente Sacerdote cum thuribulo, & canente, Psalmum modo sequenti.

Populus autem in vnoquoque versu, dicit.

Gloria tibi Deus noster, gloria tibi.

Beati omnes qui timent Dominum.

Gloria tibi Deus noster, gloria tibi.

Qui ambulant in viis eius.

Gloria tibi, Deus noster.

Labores manuum tuarum manducabis.

Gloria tibi, Deus noster.

Beatus es, & bene tibi erit.

Gloria tibi, Deus noster.

Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.

Gloria tibi Deus noster, gloria tibi.

Filii tui sicut nouellæ oliuarum: in circuitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicetur homo: qui timet Dominum.

Gloria tibi, Deus noster, gloria tibi.

Benedicat tibi Dominus ex Sion: & videas bona Hierusalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Gloria tibi, Deus noster, gloria tibi.

Et videas filios filiorum tuorum: pax super Israël.

Gloria tibi, Deus noster.

Deinde Diaconus Collectam.

In pace Dominum precemur.

Chorus. Domine miserere.

Diaconus. Pro superna pace & eorum salute, Dominum precemur.

Chorus. Domine miserere.

Diaconus. Pro pace vniuersi orbis, prosperitate sanctarum Dei Ecclesiarum, & omnium vnione, Dominum precemur.

Chorus. Domine miserere.

Diaconus. Pro sancta hac domo, & cum fide, deuotione, & timore Dei in eam ingredientibus, Dominum precemur.

Chorus. Domine miserere.

Diaconus. Pro Archiepiscopo nostro N. venerando Presbyterio, Diaconorum gradu in Christo, omni Clero & populo, Dominum precemur.

Chorus. Domine miserere.

Diaconus. Pro seruis Dei N. & N. nunc inuicem coniunctis in coniugii communione, & pro salute eorum, Dominum precemur.

Chorus. Domine miserere.

Diaconus. Vt benedicantur hæ nuptiæ, sicut in Cana Galilææ, Dominum precemur.

Chorus. Domine miserere.

Δόξα σοι ὁ θεὸς ἡμῶν, δόξα σοι.

Μακάριοι πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον.

Δόξα σοι ὁ θεὸς ἡμῶν.

Οἱ πορευόμενοι ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ.

Δόξα σοι ὁ θεὸς ἡμῶν.

Τοὺς πόνους τῶν καρπῶν σου φάγεσαι.

Δόξα σοι ὁ θεὸς ἡμῶν.

Μακάριος εἶ καὶ καλῶς σοι ἔσται.

Δόξα σοι ὁ θεὸς ἡμῶν.

Η γυνή σου ὡς ἄμπελος εὐθηνοῦσα ἐν ταῖς κλίτεσι τῆς οἰκίας σου.

Δόξα σοι ὁ θεὸς ἡμῶν, δόξα σοι.

Οἱ υἱοί σου ὡς νεόφυτα ἐλαιῶν, κύκλῳ τῆς τραπέζης σου.

Ιδοὺ οὕτως εὐλογηθήσεται ἄνθρωπος ὁ φοβούμενος τὸν κύριον.

Δόξα σοι ὁ θεὸς ἡμῶν, δόξα σοι.

Εὐλογήσαι σε κύριος ἐκ Σιών, καὶ ἴδοις τὰ ἀγαθὰ Ιερουσαλήμ, πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου.

Δόξα σοι ὁ θεὸς ἡμῶν, δόξα σοι.

Καὶ ἴδοις υἱοὺς τῶν υἱῶν σου, εἰρήνη ἐπὶ τὸν Ισραήλ. Δόξα σοι ὁ θεός.

c Εἶτα ὁ διάκονος τὴν συναπτήν. c

Εν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ο χορός. Κύριε ἐλέησον.

Ο διάκονος. d Υπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης, καὶ τῆς σωτηρίας αὐτῶν, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ο χορός. Κύριε ἐλέησον.

Ο διάκονος. Υπὲρ τῆς εἰρήνης, τοῦ σύμπαντος κόσμου, εὐσταθείας τῶν ἁγίων τοῦ θεοῦ ἐκκλησιῶν, καὶ τῆς τῶν πάντων ἑνώσεως, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ο χορός. Κύριε ἐλέησον.

Ο διάκονος. Υπὲρ τοῦ ἁγίου οἴκου τούτου, καὶ τῶν μετὰ πίστεως, εὐλαβείας, καὶ φόβου θεοῦ εἰσιόντων ἐν αὐτῷ, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ο χορός. Κύριε ἐλέησον.

Ο διάκονος. Υπὲρ τοῦ ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν, τοῦδε, τοῦ τιμίου πρεσβυτερίου, τῆς ἐν Χριστῷ διακονίας, παντὸς τοῦ κλήρου καὶ τοῦ λαοῦ, τοῦ κυρίου δεηθ.

Ο χορός. Κύριε ἐλέησον

Ο διάκονος. Υπὲρ τῶν δούλων τοῦ θεοῦ, τοῦδε, καὶ τῆσδε, τῶν νῦν συναπτομένων ἀλλήλοις εἰς γάμου κοινωνίαν, καὶ τῆς σωτηρίας αὐτῶν, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ο χορός. Κύριε ἐλέησον.

Ο διάκονος. Υπὲρ τοῦ εὐλογηθῆναι τὸν γάμον τοῦτον, ὡς τὸν ἐν Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας, τοῦ κυρίου δεηθ.

Ο χορός. Κύριε ἐλέησον.

Ο διάκονος. Ὑπὲρ τοῦ παραχωρηθῆναι αὐτοῖς σωφροσύνην, καὶ καρπὸν κοιλίας πρὸς τὸ συμφέρον, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ο χορός. Κύριε ἐλέησον.

Ο διάκονος. Ὑπὲρ τοῦ εὐφρανθῆναι αὐτοὺς ἐν ὁράσει υἱῶν καὶ θυγατέρων, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ο χορός. Κύριε ἐλέησον.

Ο διάκονος. Ὑπὲρ τοῦ δωρηθῆναι αὐτοῖς εὐτεκνίας ἀπόλαυσιν καὶ ἀκατάγνωστον διαγωγήν, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ο χορός. Κύριε ἐλέησον.

Ο διάκονος. Ὑπὲρ τοῦ δωρηθῆναι αὐτοῖς τε καὶ ἡμῖν πάντα τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτήματα, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ο χορός. Κύριε ἐλέησον.

Ο διάκονος. Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι αὐτούς τε καὶ ἡμᾶς ἀπὸ πάσης θλίψεως, ὀργῆς, καὶ ἀνάγκης, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ο χορός. Κύριε ἐλέησον.

Ο διάκονος. Ἀντιλαβοῦ, σῶσον, ἐλέησον, καὶ διαφύλαξον ἡμᾶς ὁ θεὸς τῇ σῇ χάριτι.

Ο χορός. Κύριε ἐλέησον.

Ο διάκονος. Τῆς παναγίας ἀχράντου, ὑπερευλογημένης, ἐνδόξου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, μετὰ πάντων τῶν ἁγίων, μνημονεύσαντες, ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους, καὶ πᾶσαν τὴν ζωὴν ἡμῶν Χριστῷ τῷ θεῷ παραθώμεθα.

Ο χορός. Σοὶ κύριε.

Ἐκφώνως ὁ ἱερεύς.

Ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμή, καὶ προσκύνησις, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ο χορός. ἀμήν.

Ο διάκονος. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Καὶ ὁ ἱερεὺς μεγαλοφώνως τὴν εὐχήν.

Ὁ Θεὸς ὁ ἄχραντος, καὶ πάσης κτίσεως δημιουργός, ὁ τὴν πλευρὰν τοῦ προπάτορος Ἀδὰμ διὰ τὴν σὴν φιλανθρωπίαν εἰς γυναῖκα μεταμορφώσας, καὶ εὐλογήσας αὐτοὺς καὶ εἰπών, αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ κατακυριεύσατε τῆς γῆς· καὶ ἀμφοτέρους αὐτοὺς ἓν μέλος ἀναδείξας διὰ τῆς συζυγίας· ἕνεκεν γὰρ τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται τῇ ἰδίᾳ γυναικί, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν· καὶ οὓς ὁ θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω. ὁ τὸν θεράποντά σου Ἀβραὰμ εὐλογήσας, καὶ διανοίξας τὴν μήτραν Σάρρας, καὶ πατέρα πλήθους ἐθνῶν ποιήσας, ὁ τὸν Ἰσαὰκ τῇ Ῥεβέκκᾳ χαρισάμενος, καὶ τὸν τόκον αὐτῆς εὐλογήσας, ὁ τὸν Ἰακὼβ τῇ Ῥαχὴλ συνάψας,

Diaconus. Vt eis continentia, & fructus ventris in bonum concedatur, Dominum precemur.

Chorus. Domine miserere.

Diaconus. Vt in visu filiorum & filiarum collætentur, Dominum precemur.

Chorus. Domine miserere.

Diaconus. Vt fœcunditatis fruitio, & inculpatus illis conuictus præbeatur, Dominum precemur.

Chorus. Domine miserere.

Diaconus. Vt ipsis nobisque cuncta ad salutem postulata concedantur, Dominum precemur.

Chorus. Domine miserere.

Diaconus. Vt ipsi, & nos ab omni tribulatione, ira & angustia liberemur, Dominum precemur.

Chorus. Domine miserere.

Diaconus. Suscipe, salua, miserere, & conserua nos Deus tua gratia.

Chorus. Domine miserere.

Diaconus. Sanctissimæ, intemeratæ, super omnes benedictæ, gloriosæ Dominæ nostræ Deiparæ, & semper virginis Mariæ, cum omnibus Sanctis memoriam agentes, nos ipsos, aliosque inuicem, & omnem vitam nostram, Christo Deo commendemus.

Chorus. Tibi, Domine.

Elata voce Sacerdos:

Quia conuenit tibi gloria, honor, & adoratio: Patri, & Filio, & Sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. *Chorus.* Amen.

Diaconus. Dominum precemur.

Et Sacerdos elata voce Orationem subiungit:

Deus illibate, & omnis creaturæ opifex, qui per humanitatem tuam primi parentis Adæ costam in mulierem transformasti, & benedicens eis dixisti; Crescite, & multiplicamini, & dominamini terræ: & ipsos ambos per coniugium vnum corpus esse voluisti; propterea namque derelinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna: Et, quos Deus coniunxit, homo non separet: qui Abraham famulo tuo, vuluâ Saræ apertâ benedixisti, & multitudinis gentium patrem illum effecisti: qui Isaac Rebeccæ tribuisti, & eius fœtui benedixisti: qui Iacob Racheli coniunxisti,

& ex iis duodecim Patriarchas eduxisti qui Ioseph copulasti Aseneth, & filiorum procreationis fructum Ephraim & Manasse eis largitus es: qui Zachariam & Elizabeth suscepisti, & Præcursoris partum eis contulisti: qui è radice Iesse secundùm carnem perpetuam Virginem germinare fecisti, & ea incarnatus in salutem generis hominum natus es: qui per inexplicatum donum tuum, & humanitatem plurimam, in Cana Galilææ aduenisti, & nuptiis ibidem celebratis benedixisti, vt quia tuæ voluntatis est legitimum coniugium, & ex eo filiorum procreatio, demonstrares: ipse sanctissime Domine, suscipe nostras famulorum tuorum preces, vt hic, sicut & ibi, inuisibili tua protectione aduenias. Benedic nuptiis istis, & famulis tuis N. & N. vitam pacificam, dierum prolixitatem, continentiam, dilectionem ad inuicem in vinculo pacis, diuturnum semen, in filiis gratiam, immarcessibilem gloriæ coronam præbe. Filios filiorum eis videre concede; thorum eorum insidiis liberum custodi: & da eis de rore cœli desuper, & de pinguedine terræ. Domos eorum imple frumento, vino, & oleo, & omni bono; vt & opus habentibus subministrent: & largire adstantibus cuncta quæ saluti conducunt, postulata.

καὶ ἐξ αὐτοῦ τοὺς δώδεκα πατριάρχας ἀναδείξας, ὁ τὸν Ἰωσὴφ καὶ τὴν Ἀσωνὲθ συζεύξας, καρπὸν παιδοποιήσας αὐτοῖς τὸν Ἐφραὶμ καὶ τὸν Μανασσῆν χαρισάμενος, ὁ τὸν Ζαχαρίαν καὶ τὴν Ἐλισάβετ προσδεξάμενος, καὶ πρόδρομον τὸν τόκον αὐτοῖς ἀναδείξας. ὁ ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ τὸ κατὰ σάρκα βλαστήσας τὴν ἀειπάρθενον, καὶ ἐξ αὐτῆς σαρκωθεὶς καὶ τεχθεὶς, εἰς σωτηρίαν τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων. ὁ διὰ τὴν ἄφραστόν σου δωρεὰν καὶ πολλὴν ἀγαθότητα παραγενόμενος ἐν Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας, καὶ τὸν ἐκεῖσε γάμον εὐλογήσας, ἵνα φανερώσῃς ὅτι σὸν θέλημά ἐστιν ἡ ἔννομος συζυγία καὶ ἡ ἐξ αὐτῆς παιδοποιΐα. αὐτὸς δέσποτα πανάγιε, πρόσδεξαι τὴν δέησιν ἡμῶν τῶν ἱκετῶν σου, ὡς ἐκεῖσε καὶ ἐνταῦθα παραγενόμενος τῇ ἀοράτῳ σου ἐπιστασίᾳ· εὐλόγησον τὸν γάμον τοῦτον καὶ παράσχου τοῖς δούλοις σου τούτοις, τῷ δεῖνι, καὶ τῇ δεῖνι, ζωὴν εἰρηνικὴν, μακροημέρευσιν, σωφροσύνην, τὴν εἰς ἀλλήλους ἀγάπην, ἐν τῷ συνδέσμῳ τῆς εἰρήνης, σπέρμα μακρόβιον, τὴν ἐπὶ τέκνοις χάριν, τὸν ἀμάραντον τῆς δόξης στέφανον. ἀξίωσον αὐτοὺς ἰδεῖν τέκνα τέκνων· τὴν κοίτην αὐτῶν ἀνεπιβούλευτον διατήρησον. καὶ δὸς αὐτοῖς ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ ἄνωθεν, καὶ ἀπὸ τῆς πιότητος τῆς γῆς. ἔμπλησον τοὺς οἴκους αὐτῶν σίτου, οἴνου, καὶ ἐλαίου, καὶ πάσης ἀγαθωσύνης, ἵνα μεταδιδῶσι καὶ τοῖς χρείαν ἔχουσι, δωρούμενος ἅμα καὶ τοῖς συμπαροῦσι πάντα τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτήματα.

Quia Deus misericordiæ, miserationum, & humanitatis existis: & tibi gloriam referimus, cum principii experte tuo Patre, & sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

Chorus. Amen.

Diaconus. Dominum precemur.

Et Sacerdos orationem subiungit.

Ὅτι θεὸς ἐλέους, οἰκτιρμῶν, καὶ φιλανθρωπίας ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ὁ χορός. Ἀμήν.

Ὁ διάκονος. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Καὶ ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχήν.

BEnedictus es Domine Deus noster, mysticarum & illibatarum nuptiarum mystes, & corporearum legislator; incorruptionis custos, & eorum quæ ad vitam conducunt, prudens administrator: ipse & nunc Domine, qui in principio hominem formasti, & vt regem creaturarum illum constituisti, quique dixisti; non esse bonum, solum hominem super terram existere, Faciamus ei adiutorium secundùm ipsum: & accipiens vnam ex costis eius, mulierem formasti; quam videns Adam, dixit: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, ipsa

g ΕΥλογητὸς εἶ κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τοῦ μυστικοῦ καὶ ἀχράντου γάμου ἱερουργὸς, καὶ τοῦ σωματικοῦ νομοθέτης, ὁ τῆς ἀφθαρσίας φύλαξ, τῶν βιωτικῶν ἀγαθὸς οἰκονόμος. αὐτὸς καὶ νῦν δέσποτα ὁ ἐν ἀρχῇ πλάσας τὸν ἄνθρωπον, καὶ θέμενος δὲ αὐτὸν ὡς βασιλέα τῆς κτίσεως, καὶ εἰπών, οὐ καλὸν εἶναι τὸν ἄνθρωπον μόνον ἐπὶ τῆς γῆς, ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατ' αὐτόν· καὶ λαβὼν μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ, ἔπλασας γυναῖκα, ἣν ἰδὼν Ἀδὰμ εἶπε. τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου, αὕτη

κληθήσεται γυνή, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη αὕτη, ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται τῇ ἰδίᾳ γυναικί· καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. καί, οὓς ὁ θεὸς ἔζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω. αὐτὸς καὶ νῦν δέσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, κατάπεμψον τὴν χάριν σου τὴν ἐπουράνιον, ἐπὶ τοὺς δούλους σου τούτους, τὸν δεῖνα, καὶ τὴν δεῖνα, καὶ δὸς τῇ παιδίσκῃ ταύτῃ ἐν πᾶσιν ὑποταγῆναι τῷ ἀνδρί, καὶ τὸν δοῦλόν σου τοῦτον, εἶναι εἰς κεφαλὴν τῆς γυναικὸς ὅπως βιώσωσι κατὰ τὸ θέλημά σου. εὐλόγησον αὐτοὺς κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὡς εὐλόγησας τὸν Ἀβραὰμ καὶ τὴν Σάρραν. εὐλόγησον αὐτοὺς κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὡς εὐλόγησας τὸν Ἰσαάκ, καὶ τὴν Ῥεβέκκαν. εὐλόγησον αὐτοὺς κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὡς εὐλόγησας τὸν Ἰακὼβ καὶ πάντας τοὺς πατριάρχας. εὐλόγησον αὐτοὺς κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὡς εὐλόγησας τὸν Ἰωσὴφ καὶ τὴν Ἀσυνέθ. εὐλόγησον αὐτοὺς κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὡς εὐλόγησας Μωσέα, καὶ Σεπφόραν. εὐλόγησον αὐτοὺς κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὡς εὐλόγησας Ἰωακεὶμ καὶ τὴν Ἄνναν. εὐλόγησον αὐτοὺς κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὡς εὐλόγησας Ζαχαρίαν καὶ τὴν Ἐλισάβετ. διαφύλαξον αὐτοὺς κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὡς διεφύλαξας τὸν Νῶε ἐν τῇ κιβωτῷ. διαφύλαξον αὐτοὺς κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὡς διεφύλαξας τὸν Ἰωνᾶν ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους. διαφύλαξον αὐτοὺς κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὡς διεφύλαξας τοὺς ἁγίους τρεῖς παῖδας ἐκ τοῦ πυρὸς καταπέμψας αὐτοῖς δρόσον οὐρανόθεν. ἔλθοι ἐπ' αὐτοὺς ἡ χαρὰ ἐκείνη ἣν ἔσχεν ἡ μακαρία Ἑλένη ὅτε εὗρε τὸν τίμιον σταυρόν. μνημόνευσον αὐτῶν κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὡς ἐμνημόνευσας τοῦ Ἐνώχ, τοῦ Σήμ, καὶ τοῦ Ἠλία. μνημόνευσον αὐτῶν κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὡς ἐμνημόνευσας τῶν ἁγίων σου τεσσαράκοντα μαρτύρων, καταπέμψας αὐτοῖς οὐρανόθεν τοὺς στεφάνους. μνημόνευσον ὁ θεὸς καὶ τῶν ἀναθρεψάντων αὐτοὺς γονέων· ὅτι εὐχαὶ γονέων, στηρίζουσι θεμέλια οἴκων. μνημόνευσον κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, τῶν δούλων σου 4 τῶν παρανύμφων, τῶν συνελθόντων εἰς τὴν χαρὰν ταύτην. μνημόνευσον κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν τοῦ δούλου σου, τοῦδε, καὶ τῆς δούλης σου, τῆσδε, καὶ εὐλόγησον αὐτούς. δὸς αὐτοῖς καρπὸν κοιλίας, καλλιτεκνίαν, ὁμόνοιαν ψυχῶν καὶ σωμάτων, ὕψωσον αὐτοὺς ὡς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου, ὡς ἄμπελον εὐκληματοῦσαν. δώρησαι αὐτοῖς σπέρμα στάχυος, ἵνα πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες περισσεύσωσιν εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν, καὶ σοὶ εὐάρεστον, καὶ ἴδωσιν υἱοὺς τῶν υἱῶν αὐτῶν ὡς νεόφυτα ἐλαιῶν κύκλῳ τῆς τραπέζης αὐτῶν· καὶ εὐαρεστήσαντες ἐνώπιόν σου, λάμψωσιν ὡς φωστῆρες ἐν οὐ-

vocabitur Virago; quia de viro sumpta est ipsa. Huius causa derelinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit vxori suæ: &, erunt duo in carne vna: Et, quos Deus coniunxit, homo non separet. Ipse & nunc Dominator Domine Deus noster, emitte supercœlestem gratiam tuam super hos tuos N. & N. & da puellæ huic in omnibus viro subiici, & seruum tuum hunc caput esse vxoris, vt secundùm beneplacitum tuum viuant. Benedic eis, Domine Deus noster, sicut benedixisti Abraham & Saræ. Benedic eis, Domine Deus noster, sicut benedixisti Isaac & Rebeccæ. Benedic eis, Domine Deus noster, sicut benedixisti Iacob & omnibus Patriarchis. Benedic eis, Domine Deus noster, sicut benedixisti Ioseph & Aseneth. Benedic eis, Domine Deus noster, sicut benedixisti Moysi & Sephoræ. Benedic eis, Domine Deus noster, sicut benedixisti Ioachim & Annæ. Benedic eis, Domine Deus noster, sicut benedixisti Zachariæ & Elizabeth. Conserua eos Domine Deus noster, sicut Noé in arca conseruasti. Conserua eos, Domine Deus noster, sicut Ionam in ventre ceti conseruasti. Conserua eos, Domine Deus noster, sicut tres sanctos pueros in flamma, misso ad eos cœlesti rore, conseruasti. Superueniat illis gaudium illud quo affecta est beata Helena cùm pretiosam crucem adinuenit. Recordare eorum, Domine Deus noster, sicut Enoch, Sem, & Eliæ recordatus es. Recordare eorum, Domine Deus noster, sicut quadraginta sanctorum Martyrum cœlitus eis coronis demissis, recordatus es. Recordare, Domine, & educantium eos parentum, quia parentum benedictiones stabiliunt domum. Recordare, Domine Deus noster, seruorum tuorum Paranymphorum ad gaudium hoc conuenientium. Recordare, Domine Deus noster, serui tui N. & ancillæ tuæ N. & benedic illis. Largire illis fructum ventris, pulchram prolem, animorum & corporum concordiam; exalta illos, velut Libani cedros, velut vitem palmitibus luxuriantem. Concede illis spicarum semen, vt sufficientia locupletati, in omne bonum opus & tibi placitum abundent: & videant filios filiorum sicut nouellas oliuarum in circuitu mensæ suæ, & beneplacentes coram te, sicut luminaria in cœlo effulgeant

in te Domino nostro, cum quo gloria, potestas, honor, & adoratio, principio experti tuo Patri, & viuifico tuo Spiritui, nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

Chorus. Amen.

Diaconus. Dominum precemur.

Et rursum Sacerdos Orationem elata voce profert.

DEus sancte, qui è puluere hominem formasti, & ex eius costa mulierem ædificasti, copulans eam illi vt adiutorium simile ipsi, quia sic magnitudini tuæ placuit, non esse hominem solum super terram: ipse nunc, Domine, emitte manum tuam de sancto habitaculo tuo, & consocia seruum tuum N. & ancillam tuam N. quia à te viro coaptatur mulier. Copula illos vnanimi consensu: corona illos in carnem vnam; tribue illis fructum ventris, prolis fruitionem.

Quia tua est potentia, & tuum est regnum, virtus, & gloria: Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

Et post responsum Amen, *Sacerdos acceptis coronis, primò coronat sponsum, dicens:* Coronatur seruus Dei N. propter ancillam Dei N. in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.

Deinde coronat sponsam dicens:

Coronatur ancilla Dei N. propter seruum Dei N. in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.

Tum benedicit eis ter, tribus nempe vicibus dicens:

Domine Deus noster, gloria & honore corona illos.

Deinde Propositum Apostoli. Tonus obliquus quartus.

Posuisti super caput ipsorum, coronas de lapidibus pretiosis.

Versiculus. Vitam petierunt à te, & dedisti eis.

Apostolus ad Ephesios. Epistolæ Pauli Lectio. Capite quinto.

FRatres: Gratias agite semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Iesu Christi, Deo & Patri. Subiecti inuicem, in timore Christi, *&c.*

FINIS.

ἐν ᾧ, ἐν σοὶ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ δόξα, κράτος, τιμή, καὶ προσκύνησις, τῷ ἀνάρχῳ σου πατρὶ καὶ τῷ ζωοποιῷ σου πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ὁ χορὸς ἀμήν.

Ὁ διάκονος. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Καὶ πάλιν ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχὴν ἐκφώνως.

Ὁ Θεὸς ὁ ἅγιος, ὁ πλάσας ἐκ χοὸς τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ ἀνοικοδομήσας γυναῖκα, καὶ συζεύξας αὐτῷ βοηθὸν κατ' αὐτὸν, διὰ τὸ οὕτως ἀρέσαι τῇ σῇ μεγαλειότητι, μὴ μόνον εἶναι τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τῆς γῆς, αὐτὸς καὶ νῦν δέσποτα ἐξαπόστειλον τὴν χεῖρά σου ἐξ ἁγίου κατοικητηρίου σου, καὶ ἅρμοσον τὸν δοῦλόν σου τὸν δεῖνα, καὶ τὴν δούλην σου τὴν δεῖνα, ὅτι παρὰ σοῦ ἁρμόζεται ἀνδρὶ γυνή. σύζευξον αὐτοὺς ἐν ὁμοφροσύνῃ· στεφάνωσον αὐτοὺς εἰς σάρκα μίαν, χάρισαι αὐτοῖς καρπὸν κοιλίας, εὐτεκνίας ἀπόλαυσιν.

Ὅτι σὸν τὸ κράτος, καὶ σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Καὶ μετὰ τὸ ἀμήν. λαβὼν ὁ ἱερεὺς τὰ στέφανα· στέφει πρῶτον τὸν νυμφίον, λέγων.

Στέφεται ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ, ὁ δεῖνα, τὴν δούλην τοῦ θεοῦ, τὴν δεῖνα, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

Εἶτα στέφει καὶ τὴν νύμφην λέγων.

Στέφεται ἡ δούλη τοῦ θεοῦ, ἡ δεῖνα, τὸν δοῦλον τοῦ θεοῦ, τὸν δεῖνα, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

Εἶτα εὐλογεῖ αὐτοὺς γ'. λέγων ἐκ γ'.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, δόξῃ καὶ τιμῇ στεφάνωσον αὐτούς.

Εἶτα τὸ προκείμενον τοῦ ἀποστόλου. ἦχος πλ. δ'.

Ἔθηκας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῶν, στεφάνους ἐκ λίθων τιμίων. ζωὴν ᾐτήσαντό σε, καὶ ἔδωκας αὐτοῖς.

Ὁ ἀπόστολος.

Πρὸς Ἐφεσίους ἐπιστολῆς Παύλου τὸ ἀνάγνωσμα.

Ἀδελφοί· εὐχαριστεῖτε πάντοτε ὑπὲρ πάντων, ἐν ὀνόματι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΤΕΛΟΣ.

Πλὴν καὶ ὑμεῖς οἱ καθ' ἕνα, ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα οὕτως ἀγαπάτω ὡς ἑαυτόν. ἡ δὲ γυνὴ, ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα. Ἀλληλούϊα. ἦχ. πλ. α'.
Σὺ κύριε φυλάξαις ἡμᾶς καὶ διατηρήσαις.

Verumtamen & vos singuli vnusquisque vxorem suam sicut seipsum diligat: vxor autem vt timeat virum suum. Alleluia.

Tonus obliquus primus: Tu, Domine, custodias nos, & conserues.

Εὐαγγέλιον ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην.

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ· γάμος ἐγένετο ἐν Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἦν ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ ἐκεῖ. ἐκλήθη δὲ καὶ ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὸν γάμον.

Καὶ τὰ ἑξῆς ἕως τοῦ

Ταύτην ἐποίησε τὴν ἀρχὴν τῶν σημείων ὁ Ἰησοῦς, ἐν Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.

Euangelium secundum Ioannem. Capite secundo.

In illo tempore. Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem & Iesus, & discipuli eius ad nuptias.

Et quæ sequuntur vsque ad

Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galileæ, & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius.

Ὁ διάκονος. Εἴπωμεν πάντες ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς.

Κύριε παντοκράτωρ ὁ θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν.

Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ θεὸς κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου.

Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ ἐλέους, ζωῆς, εἰρήνης, ὑγείας, σωτηρίας, ἐπισκέψεως.

Καὶ μνημονεύει ὧν θέλει.

Εἶτα ὁ ἱερεὺς ἐκφώνως.

Ὅτι ἐλεήμων καὶ φιλάνθρωπος θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εἶτα ὁ διάκονος.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Καὶ ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχήν.

Diaconus. Dicamus omnes ex tota anima.

Omnipotens Domine Deus patrum nostrorum.

Miserere nostri Deus secundum magnam misericordiam tuam.

Adhuc rogamus pro misericordia, vita, pace, sanitate, salute, visitatione.

Et quorum vult, agit memoriam.

Deinde Sacerdos elatâ voce.

Quia misericors & benignus Deus existis, & tibi gloriam referimus, Patri, & Filio, & Sancto Spiritui: nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Deinde Diaconus.

Dominum precemur.

Et Sacerdos Orationem.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐν τῇ σωτηριώδει σου οἰκονομίᾳ καταξιώσας ἐν Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας, τίμιον ἀναδεῖξαι τὸν γάμον διὰ τῆς σῆς παρουσίας, αὐτὸς καὶ νῦν τοὺς δούλους σου, τὸν δεῖνα, καὶ τὴν δεῖνα, οὓς εὐδόκησας συναφθῆναι ἀλλήλοις, ἐν εἰρήνῃ καὶ ὁμονοίᾳ διαφύλαξον, τίμιον αὐτοῖς τὸν γάμον ἀνάδειξον, ἀμίαντον αὐτῶν τὴν κοίτην διατήρησον, ἀκηλίδωτον αὐτῶν τὴν συμβίωσιν διαμεῖναι εὐδόκησον· καὶ καταξίωσον αὐτοὺς, ἐν γήρᾳ πίονι καταντῆσαι, ἐν καθαρᾷ τῇ καρδίᾳ, ἐργαζομένους τὰς ἐντολάς σου. σὺ γὰρ εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν, θεὸς τοῦ ἐλεεῖν καὶ σώζειν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ὁ χορός. ἀμήν.

Domine Deus noster, qui in tua salutari dispensatione, tua præsentia, in Cana Galilææ honorandas nuptias declarare dignatus es: ipse & nunc famulos tuos N. & N. quos ad inuicem coniungi tibi complacuit, in pace & concordia conserua; honorandas eorum nuptias ostende: incoinquinatos eorum thalamos custodi; immaculatam eorum conuersationem permanere iube, & in corde puro tua mandata operantes, profundam senectutem eos attingere concede. Tu enim es Deus noster, Deus misericordiæ & salutis & tibi gloriam referimus, cum principij experte tuo patre: & cum sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. *Chorus.* Amen.

Ὁ διάκονος.

Ἀντιλαβοῦ, σῶσον, ἐλέησον.

Diaconus.

Suscipe, salua, miserere.

Diem omnem perfectum, sanctum.
Angelum pacis, fidelem, ductorem.
Vęniam & remissionem peccatorũ.
Bona & vtilia animabus.
Residuum tempus vitæ.
Vnitatem fidei.

Sacerdos alta voce.

Et concede nos, Domine, cum fiducia incondemnate audere, & inuocare te supercœlestem Patrem, & dicere.

Et populus dicit, Pater noster qui es in cœlis.

Elatâ voce Sacerdos.

Quia tuum est regnum & potestas, & gloria: Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. *Chorus.* Amen.

Sacerdos. Pax omnibus.

Diaconus. Capita vestra Domino inclinate.

Deinde in medium profertur. Commune poculum: & benedicit illud Sacerdos.

Et dicit Orationem hanc.

Diaconus.

Dominum precemur.

DEus qui cuncta tua virtute condidisti, qui orbem terræ firmasti, & omnium à te productorum adornasti coronam: poculum etiam hoc, in nuptiarum copulam coniunctis præbens, benedic spirituali benedictione.

Elata voce.

Quia benedictum est nomen tuum, & glorificatum est regnum tuum, Patris & Filij, & sancti Spiritus: nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

Tunc accepto Sacerdos, in manibus communi poculo: Distribuit ipsis vsque tertio.

Viro primum, & deinde vxori.

Et confestim deducens eos Sacerdos, Pronubo retro sustinente coronas.

Vertitur in circuli siue choreæ formam.

Et cantat Sacerdos, aut populus præsentes Modulos. Tono obliquo primo.

AGe chorum Esaia. Virgo gessit vterum, & peperit filium Emmanuël, Deum & hominem, Oriens nomen eius, quem magnificantes, ipsam etiam Virginem beatam dicimus.

Τὴν ἡμέραν πᾶσαν τελείαν, ἁγίαν.
Ἄγγελον εἰρήνης πιστόν, ὁδηγόν.
Συγγνώμην καὶ ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν.
Τὰ καλὰ καὶ συμφέροντα ταῖς ψυχαῖς.
Τὸν ὑπόλοιπον χρόνον τῆς ζωῆς.
Τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως.

Ἐκφώνως ὁ ἱερεύς.

m Καὶ καταξίωσον ἡμᾶς δέσποτα μετὰ παρρησίας ἀκατακρίτως τολμᾶν ἐπικαλεῖσθαί σε, τὸν ἐπουράνιον θεὸν πατέρα, καὶ λέγειν. m

n Καὶ ὁ λαός, τό, Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. n

Ἐκφώνως ὁ ἱερεύς.

Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα, τοῦ πατρός, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ὁ χορός. ἀμήν.

Ὁ ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσι.

Ὁ διάκονος. Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ κυρίῳ κλίνατε.

Εἶτα προσφέρεται. 7 Τὸ κοινὸν ποτήριον, 7 καὶ εὐλογεῖ αὐτό, ὁ ἱερεύς.

Καὶ λέγει τὴν εὐχὴν ταύτην.

Ὁ διάκονος.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

ΟΘεὸς ὁ πάντα ποιήσας τῇ ἰσχύϊ σου, καὶ στερεώσας τὴν οἰκουμένην, καὶ κοσμήσας τὸν στέφανον πάντων τῶν πεποιημένων ὑπό σου· καὶ τὸ ποτήριον τὸ κοινὸν τοῦτο, παρεχόμενος τοῖς συναφθεῖσι πρὸς γάμου κοινωνίαν, εὐλόγησον εὐλογίᾳ πνευματικῇ.

Ἐκφώνως.

Ὅτι εὐλόγηταί σου τὸ ὄνομα, καὶ δεδόξασταί σου ἡ βασιλεία, τοῦ πατρός, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Εἶτα λαβὼν ὁ ἱερεὺς ἐπὶ χεῖρας τὸ κοινὸν ποτήριον· ὁ μεταδίδωσιν αὐτοῖς, ἐκ γ'.

Πρῶτον τῷ ἀνδρί, καὶ αὖθις τῇ γυναικί.

Καὶ εὐθέως 8 λαβὼν αὐτοὺς ὁ ἱερεύς, τοῦ 8 9 συντέκνου κρατοῦντος ὄπισθεν τοὺς στεφάνους, 9 10 Στρέφει ὡς ἐν σχήματι κύκλου. 10

Καὶ ψάλλει ὁ ἱερεύς, ἢ ὁ λαός, τὰ παρόντα τροπάρια εἰς ἦχον πλ. α'.

ΗΣαΐα χόρευε, ἡ παρθένος ἔσχεν ἐν γαστρί, καὶ ἔτεκεν υἱὸν τὸν Ἐμμανουὴλ θεόν τε καὶ ἄνθρωπον· ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ. ὃν μεγαλύνοντες τὴν παρθένον μακαρίζομεν.

Ἕτερα

Ἕτερα ἦχος βαρύς.

Ἅγιοι μάρτυρες, οἱ καλῶς ἀθλήσαντες, καὶ στεφανωθέντες, πρεσβεύσατε πρὸς κύριον, ἐλεηθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Δόξα σοι Χριστὲ ὁ θεός, ἀποστόλων καύχημα, μαρτύρων ἀγαλλίαμα· ὧν τὸ κήρυγμα, τριὰς ἡ ὁμοούσιος.

Εἶτα ἐπαίρει τοὺς στεφάνους καὶ ἐπαίρων τὸν στέφανον τοῦ νυμφίου λέγει.

Μεγαλύνθητι νυμφίε ὡς Ἀβραάμ, καὶ εὐλογήθητι ὡς ὁ Ἰσαάκ, καὶ πληθύνθητι ὡς ὁ Ἰακώβ, πορευόμενος ἐν εἰρήνῃ, καὶ ἐργαζόμενος ἐν δικαιοσύνῃ τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ.

Καὶ ἐν τῷ τῆς νύμφης λέγει.

Καὶ σὺ νύμφη μεγαλύνθητι ὡς ἡ Σάῤῥα, καὶ εὐφράνθητι ὡς ἡ Ῥεβέκκα, καὶ πληθύνθητι ὡς ἡ Ῥαχήλ, εὐφραινομένη τῷ ἰδίῳ ἀνδρὶ φυλάττουσα τοὺς ὅρους τοῦ νόμου, ὅτι οὕτως εὐδόκησεν ὁ θεός.

Εἶτα λέγει ὁ διάκονος.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Καὶ ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχήν.

Ο Θεὸς ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ παραγενόμενος ἐν Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας, καὶ τὸν ἐκεῖσε γάμον εὐλογήσας, εὐλόγησον, καὶ τοὺς δούλους σου τούτους, τοὺς τῇ σῇ προνοίᾳ πρὸς γάμου κοινωνίαν συναφθέντας. εὐλόγησον αὐτῶν εἰσόδους καὶ ἐξόδους· πλήθυνον ἐν ἀγαθοῖς τὴν ζωὴν αὐτῶν· ἀνάλαβε τοὺς στεφάνους αὐτῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ σου ἀσπίλους καὶ ἀμώμους καὶ ἀνεπιβουλεύτους διατηρῶν, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ὁ χορός. ἀμήν.

Ὁ ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσι.

Ὁ διάκονος. Τὰς κεφαλὰς ἡμῶν τῷ κυρίῳ κλίνατε.

Καὶ εὔχεται ὁ ἱερεύς.

Ο Πατὴρ ὁ υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἡ παναγία καὶ ὁμοούσιος καὶ ζωαρχικὴ τριάς, ἡ μία θεότης καὶ βασιλεία, εὐλογήσαι ὑμᾶς, καὶ παράσχοι ὑμῖν, μακροζωίαν, εὐτεκνίαν, προκοπὴν βίου καὶ πίστεως, καὶ ἐμπλήσαι ὑμᾶς πάντων τῶν ἐπὶ γῆς ἀγαθῶν, ἀξιώσαι ὑμᾶς καὶ τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν τῆς ἀπολαύσεως, πρεσβείαις τῆς ἁγίας θεοτόκου, καὶ πάντων τῶν ἁγίων, ἀμήν.

Εἶτα εἰσέρχονται καὶ εὔχονται αὐτοῖς, καὶ ἀσπαζόμενοι ἀλλήλους γίνεται παρὰ τοῦ ἱερέως τελεία ἀπόλυσις.

Ο Διὰ τῆς ἐν Κανᾷ ἐπιδημίας τίμιον ἀναδείξας τὸν γάμον, Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς θεὸς

Alij Tonus grauis.

Sancti Martyres præclare præliati, & coronati, interpellate Dominum, vt animarum nostrarum misereatur.

Gloria tibi Christe Deus, Apostolorum gloria, Martyrum lætitia, quorum præconium fuit Trinitas consubstantialis.

Tum coronas tollit, & sponsi coronam auferens, ait.

Magnificare sponse sicut Abraham, & sicut Isaac benedicaris, multipliceris sicut Iacob, progressus in pace, & faciens in iustitia præcepta Dei.

Et cum sponsæ coronam detrahit.

Et tu sponsa magnificare sicut Sara, & lætare sicut Rebecca, velut Rachel multiplicare, proprio viro condelectata, legis terminos obseruans: ita enim Deo complacuit.

Deinde dicit Diaconus.

Dominum precemur.

Et Sacerdos subdit Orationem.

DEus Deus noster, qui in Cana Galilææ aduenisti, & nuptiis ibi celebratis benedixisti. his seruis tuis in nuptiarum communionem tua prouidentiâ coniunctis, benedic. Ipsorum ingressibus & egressibus benedic; vita eorum in bonis multiplicata: coronas eorum in regno tuo illibatas, & immaculatas assume, & insidiis liberas eas conserua, in sæcula sæculorum.

Chorus. Amen.

Sacerdos. Pax omnibus.

Diaconus. Capita vestra Domino inclinate.

Et precatur Sacerdos.

PAter & Filius, & Spiritus sanctus, sanctissima, & consubstantialis, & vitæ fons Trinitas, cuius vna est diuinitas & regnum, benedicat vos; & dierum prolixitatem, fœcunditatem, augmentum vitæ & fidei vobis exhibeat; omnibusque in terra bonis vos impleat, & promissorum bonorum fruitione dignos vos reddat: intercessionibus sanctæ Dei genitricis, & omnium sanctorum. Amen.

Ingreditur deinde Sacerdos, & ipsis bene precantur astantes, & postquam osculis se mutuo exceperint, fit à Sacerdote perfecta dimissio.

CHristus verus Deus noster, qui per aduentum in Cana Galilææ honorandas declarauit nuptias: in-

terceſſionibus intemeratæ ſuæ matris, Sanctorum glorioſorum, & toto orbe celebrium Apoſtolorum, Sanctorum diuinitus coronatorum regum, & Apoſtolis æqualium Conſtantini & Helenes, ſancti præclari Martyris Procopij, & omnium Sanctorum miſereatur & ſaluet nos. *Et reliqua.*

ἡμῶν, ταῖς πρεσβείαις τῆς παναχράντου ἀυτοῦ μητρὸς, τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, τῶν ἁγίων ιβ θεοστέπτων βασιλέων καὶ ἰσαποστόλων, Κωνσταντίνου καὶ Ελένης, τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Προκοπίου, καὶ πάντων τῶν ἁγίων, ἐλεήσαι καὶ σῶσαι ἡμᾶς.

VARIÆ LECTIONES.

a Εἰσέρχονται ἐν τῷ ναῷ.] Cryptoferr. Beſſarionis legit διὰ τοῦ μεγάλου ναοῦ, *per magni templi medium.* Ad magnæ ſiquidem Eccleſiæ vſum compoſitum eſt.

b Προπορευομένου τοῦ ἱερέως] Codex idem habet ἡγουμένου μετὰ τοῦ θυμιάματος, λέγοντες ψαλμὸν ρκζ΄. *Præcedente, cum ſuffitu: dicentes Pſalmum* 127.

c Εἶτα ὁ διάκονος τὴν συναπτήν.] Præmittit his Codex idem. καὶ ἐλθόντες περὶ τοῦ θυσιαστηρίου, ἀπολύουσιν ἀλλήλων τὰς χεῖρας καὶ ἵστανται περὶ τῶν ἁγίων θυρῶν. ἀπόκειται δὲ ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ ποτήριον ἔχον προηγιασμένα, καὶ στέφανα δύο, καὶ ποτήριον ὕελον πλῆρες οἴνου, καὶ τοῦ διακόνου λέγοντος. ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου, καὶ τὰ ἑξῆς. *Cumque ad altare peruenerint, manus ſibi mutuo dimittunt: & præ ſacris foribus ſtant. In ſancta vero menſa poculum Præſanctificata continens, repoſitum eſt, & duæ coronæ, nec non & aliud vitreum poculum vino plenum: & Diacono dicente* In pace Dominum, &c.

d Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης] Hæc poſtulatio cum tribus ſequentibus deeſt in dicto codice.

e Ὑπὲρ τοῦ δωρηθῆναι.] Deeſt cum duabus ſequentibus.

f Ὁ θεὸς ὁ ἄχραντος.] Deeſt.

g Εὐλογητὸς εἶ κύριε.] Deeſt.

h Στεφάνωσον αὐτούς.] Legit idem codex στεφάνωσον αὐτοὺς ἐν ἀγάπῃ, ἕνωσον αὐτοὺς εἰς σάρκα μίαν, χάρισαι αὐτοῖς καρπὸν κοιλίας αὐτῶν, εὐτεκνίας ἀπόλαυσιν, καὶ ἀκατάγνωστον διαγωγήν.

i Λαβὼν ὁ ἱερεὺς τὰ στέφανα.] Legit idem Codex. στέφει ἀμφοτέροις λέγων, ἐπὶ τῷ ἀνδρί. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτόν. ἐπὶ δὲ τῇ γυναικί. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτήν. καὶ συμπλέξας ἀλλήλων τὰς δεξιὰς, λέγει. Εἰρήνη πᾶσι, ὁ διάκονος. Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ κυρίῳ κλίνατε. Ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχήν. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐν τῇ σωτηριώδει. *Coronat vtrumque dicens, in viro quidem.* Domine Deus noſter, gloria & honore coronaſti eum. *In muliere vero.* Domine Deus noſter, gloria & honore coronaſti eam. *Et dextras eorum mutuo iungens, dicit.* Pax omnibus. *Diaconus.* Capita veſtra Domino inclinate. *Sacerdos orationem.* Domine Deus noſter, qui ſalutari. Atque ita Pauli & Euangelij lectio deſunt in eodem codice.

l Ἀντιλαβοῦ, σῶσον.] Deeſt hæc poſtulatio.

m Καὶ καταξίωσον.] Communio tradenda præſcribitur his verbis: καὶ κρατῶν τὸ ποτήριον λέγει. Τὰ προηγιασμένα ἅγια τοῖς ἁγίοις· καὶ κοινωνεῖ αὐτοῖς. *Apprehenſo calice dicit.* Præſanctificata ſancta ſanctis. *Et communionem eis impertit.*

n Καὶ ὁ λαὸς τὸ, Πάτερ ἡμῶν.] Deſunt.

o Μεταδίδωσιν αὐτοῖς.] Legit idem codex. εἶτα δίδωσι τῷ ἀνδρὶ πίνειν αὐτὸς κατέχων τὸ ποτήριον· καὶ αὖθις τῇ γυναικί. καὶ ποιοῦσι τοῦτο ἕως τρίτου, καὶ ἀποδίδωσι τὸ ποτήριόν τινι, ἢ ὥς ἔνιοι κλᾷ. καὶ οὕτως ἐξέρχονται. *Tum vero tenens poculum, viro dat potum. Et deinde mulieri. Atque ita faciunt vſque tertio: mox poculum alicui reddit, vel iuxta nonnullorum morem frangit illum. Hocque peracto egrediuntur.*

Continent Officium idem duo Barberina MS. verum diuerſimode tum à ſe inuicem, tum à ſuperiori & editis: & ideo ſeorſim ponenda ſunt. Hoc itaque pacto Barberinum S. Marci ſcribit.

Oratio in Nuptiis.

Habet Diaconus orationem dicens. In pace Dominum. Pro ſuperna. Vt hæ nuptiæ benedicantur, ſicut aliæ in Cana Galilææ. Pro coniugio & concordia fratrum noſtrorum N & N. & eorum ſalute, Dominum. Vt benedicantur coronæ iſtæ virtute, aduentu, & operatione ſancti Spiritus, Dominum. Sanctiſſimæ, &c.

Εὐχὴ εἰς γάμους.

Ποιεῖ ὁ διάκονος εὐχὴν λέγων. Ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου. Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν. Ὑπὲρ τοῦ εὐλογηθῆναι τὸν γάμον τοῦτον, ὡς ἐν Κανᾶ Γαλιλαίας. Ὑπὲρ τῆς συζυγίας καὶ ὁμονοίας τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν τοῦ δεῖνος, καὶ τῆς δεῖνος, καὶ τῆς σωτηρίας αὐτῶν τοῦ κυρίου. Ὑπὲρ τοῦ εὐλογηθῆναι τὰ στέφανα ταῦτα τῇ δυνάμει, τῇ ἐπιφοιτήσει, καὶ τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοῦ κυρίου. Τῆς παναγίας.

Καὶ μετὰ τὸ πληρῶσαι αὐτὸν ἐπεύχεται ὁ ἱερεὺς λέγων.

Ὁ Θεὸς ὁ ἅγιος, ὁ πλάσας τόν. Vt supra.

Εἶτα στέφει ἀμφοτέρους, καὶ κρατήσας αὐτῶν τὰς δεξιὰς χεῖρας, παραδίδωσιν ἀλλήλοις· καὶ λέγει ὁ ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσι. καὶ τοῦ διακόνου λέγοντος. Τὰς κεφαλὰς ἐπεύχεται ὁ ἱερεύς.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ ἐν τῇ σωτηριώδει. Vt superius. Sequitur deinde quasi separatim.

Εὐχὴ τοῦ κοινοῦ ποτηρίου.

Ὁ Θεὸς ὁ τὰ πάντα ποιήσας.

His completis orat Sacerdos dicens.

Deus sanctus, qui formasti, &c.

Vtrumque deinde coronat, & apprehensis dextris eorum manibus, iungit ad inuicem, & dicit Sacerdos. Pax omnibus. *Et Diacono dicente.* Capita vestra. *Precatur Sacerdos.*

Domine Deus noster, qui in salutari tuo, &c.

Oratio communis poculi.

Deus qui cuncta fecisti.

Barberinum secundum sub numero 88. ita habet.

Ἀκολουθία τοῦ γάμου

Δίδει τὰς ἀρχὰς ὁ ἱερεύς, καὶ θυμιᾷ λέγων.

Εὐλογημένη ἡ βασιλεία τοῦ πατρός. Vt supra.

Ἐν εἰρήνῃ τοῦ Κυρίου. Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης. Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ σύμπαντος. Ὑπὲρ τοῦ ἁγίου οἴκου. Ὑπὲρ τοῦ πατρὸς καὶ ἐπισκόπου. Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι. Ἀντιλαβοῦ, σῶσον. Τῆς παναγίας. Ὅτι ἅγιος εἶ ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ ἐν ἁγίοις ἀναπαύῃ. καὶ σοὶ τὴν δόξαν.

Προκείμενον. ἦχος γ΄. Κύριος φωτισμός μου. στίχος. Ὁ Κύριος ὑπερασπιστής.

Ὁ Ἀπόστολος πρὸς Ἐφεσίους.

Ἀδελφοί. καθὼς ὁ Χριστὸς κεφαλή. τέλος. παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ.

Ἀλληλούϊα. στίχος. Ἡ γυνή σου ὡς ἄμπελος.

Εὐαγγέλιον ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην.

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ. Γάμος ἐγένετο. τέλος. οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. Σοφία. Εἴπωμεν πάντες ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς. Κύριε παντοκράτορ. Ὑπὲρ τοῦ ἁγίου οἴκου τούτου. Ὑπὲρ τοῦ εὐλογηθῆναι. Ὑπὲρ τῶν νῦν συναπτομένων ἀλλήλοις ἐν γάμου κοινωνίᾳ. Ὑπὲρ τῆς συζυγίας, καὶ ὁμονοίας, καὶ σωτηρίας αὐτῶν. Ὑπὲρ τοῦ εὐφρανθῆναι αὐτοὺς ἐν ὁράσει υἱῶν αὐτῶν, καὶ θυγατέρων. Ὑπὲρ τοῦ δωρηθῆναι αὐτοῖς πάντα τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτήματα. Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς. Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ Θεός.

Εὐχή.

Ὁ Θεὸς ὁ αἰώνιος ὁ πλάσας τὸν ἄνθρωπον. Vt supra.

Εἶτα ἐπαίρει ὁ ἱερεὺς τὰς ἀπαρχάς, καὶ στέφει αὐτοὺς λέγων. Στέφεται ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ ὁ δεῖνα, στέφανον ἀφθαρσίας εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρός. Ὁμοίως καὶ ἡ γυνὴ στέφεται. παραδίδωσι δὲ τὴν χεῖρα τὴν δεξιὰν τῆς νύμφης πρὸς τὴν χεῖρα τὴν δεξιὰν τοῦ νυμφίου.

Officium Nuptiarum.

Exorditur Sacerdos, & suffumigat, dicens.

Benedictum regnum Patris, &c.

In pace Dominum. Pro superna pace. Pro pace totius. Pro sancta domo. Pro patre & Episcopo. Vt liberemur. Suscipe, salua. Sanctissimæ. Quia sanctus es Deus noster, & in sanctis requiescis, & tibi gloriam.

Propositum. Tonus tertius. Dominus illuminatio mea. *Versiculus.* Dominus defensor.

Apostolus ad Ephesios.

Fratres. Sicut Christus caput. *Finis.* Virginem castam exhibere Christo. Alleluia. *Versiculus.* Vxor tua sicut vitis.

Euangelium ex Ioanne.

In illo tempore. Nuptiæ factæ sunt. *Finis*, & discipuli eius. Sapientia dicamus omnes ex tota anima, Domine omnipotens. Pro sancta hac domo. Pro nuptiarum fœdere nunc coniunctis. Pro coniugio, concordia, & salute illorum. Vt in filiorum, & filiarum suarum visione lætentur. Vt donentur illis cuncta ad salutem postulata. Vt liberemur. Miserere nostri Deus.

Oratio.

Deus æterne, qui fecisti hominem, &c.

Primitias deinde, id est coronas sumit Sacerdos, & coronat eos dicens: Coronatur seruus Dei N. incorruptionis corona: in nomine Patris, &c. *Eodem pacto coronatur & fœmina. Et tunc dextram sponsæ manum, sponsi dextræ coniungit.*

Diaconus. Sapientia.

Cantor tono graui. Gloria & honore coronasti eos.

Versiculus. Posuisti in capite eorum.

Diaconus. Dominum precemur.

Sacerdos orationem.

Corona illos tuâ gratiâ, coniunge illos in temperantia & honestate: benedic illos in senectute bona, & inconcussa fide; longitudinem dierum illis concede, commoda cuncta illis largire, timorem & cogitationem tui: fructum ventris illis tribue, in filiorum filiarumque visione illos exhilara: da illis in te gloriantes, Apostolicam vocem iterare: Honorabile connubium & thorus immaculatus. Ipse, Domine Deus noster, exaudi nos, qui in Cana Galilææ aduenisti, & nuptiis ibi celebratis, patratis tua præsentia miraculis, & aqua in vinum mutata, benedixisti. Dominator omnium, serui tui N. & ancillæ tuæ N. connubio benedic, sicut Abraham & Sarræ benedixisti: benedic illis sicut Isaac & Rebeccæ; benedic illis sicut Iacob & Rachel. Corona illos sicut Ioseph & Aseneth: sicut Moysen & Sephoram. Sint oculi tui super illos intenti, & aures tuæ vt audiant vocem deprecationis eorum. Compleatur in illis quod dictum est per Prophetam. Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Filij tui sicut nouellæ oliuarum: in circuitu mensæ tuæ. Ecce sic benedicetur homo: qui timet Dominum. Quia tua est potentia, &c.

Oratio poculi.

Deus qui cuncta fecisti, &c.

Et distribuit illis, primum viro, deinde fœminæ. Psalmus. Tonus grauis.

Gloria tibi Deus noster, gloria tibi.

Versiculus. Beati omnes qui timent Dominum.

Sacerdos orationem.

Domine Deus noster, qui in salutari, &c.

Ο διάκονος. Σοφία.

Ο ψάλτης. ἦχος, βαρύς. Δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτούς.

Στίχος. ἔθηκας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῶν.

Ο διάκονος. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ο ἱερεὺς τὴν εὐχήν.

Στεφάνωσον αὐτοὺς τῇ σῇ χάριτι, σύζευξον αὐτοὺς ἐν σωφροσύνῃ καὶ σεμνότητι. εὐλόγησον αὐτοὺς ἐν γήρᾳ πίονι, καὶ πίστει ἀσαλεύτῳ. δώρησαι αὐτοῖς μακρότητα ἡμερῶν, δώρησαι αὐτοῖς πάντα τὰ ἐπιδέξια, τὸν εἰς σὲ φόβον, τὴν εἰς σὲ μελέτην. δὸς αὐτοῖς καρπὸν κοιλίας αὐτῶν. εὔφρανον αὐτοὺς ἐν ὁράσει υἱῶν αὐτῶν, καὶ θυγατέρων. δὸς αὐτοῖς ἐν σοὶ καυχωμένοις εἰπεῖν τὴν ἀποστολικὴν φωνήν. τίμιος ὁ γάμος, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος. αὐτὸς κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ἐπάκουσον ἡμῶν, ὁ παραγενόμενος ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, καὶ τὸν ἐκεῖσε γάμον εὐλογήσας διὰ τῆς σῆς παρουσίας θαυματουργήσας ἐν αὐτῷ τὸ ὕδωρ εἰς οἶνον μεταβαλών. Δέσποτα τῶν ἁπάντων εὐλόγησον τὴν συζυγίαν τοῦ δούλου σου τοῦδε, καὶ τῆς δούλης σου τῆσδε, καθὼς εὐλόγησας τὸν Ἀβραὰμ καὶ τὴν Σάῤῥα· εὐλόγησον αὐτοὺς ὡς τὸν Ἰσαὰκ καὶ τὴν Ῥεβέκκαν· εὐλόγησον αὐτοὺς ὡς τὸν Ἰακὼβ καὶ τὴν Ῥαχήλ. στεφάνωσον αὐτοὺς ὡς τὸν Ἰωσὴφ καὶ τὴν Ἀσενέθ. ὡς τὸν Μωσῆν καὶ τὴν Σεπφώραν. ἔστωσαν οἱ ὀφθαλμοί σου ἐν αὐτοῖς, καὶ τὰ ὦτά σου τοῦ ἀκούειν τῆς φωνῆς τῆς δεήσεως αὐτῶν. πληρωθήτω ἐν αὐτοῖς τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος, ἡ γυνή σου ὡς ἄμπελος εὐθηνοῦσα ἐν κλίτεσι τῆς οἰκίας σου· οἱ υἱοί σου ὡς νεόφυτα ἐλαιῶν ἐν κύκλῳ τῆς τραπέζης σου. ἰδοὺ οὕτως εὐλογηθήσεται ἄνθρωπος ὁ φοβούμενος κύριον. Ὅτι σοῦ τὸ κράτος.

Εὐχὴ τοῦ ποτηρίου.

Ο θεὸς ὁ πάντα ποιήσας. Vt supra.

Καὶ μεταδίδωσι πρῶτον τῷ ἀνδρί· ἔπειτα τῇ γυναικί. ὁ ψαλμός. ἦχος βαρύς.

Δόξα σοι ὁ θεὸς ἡμῶν δόξα σοι.

Στίχος. Μακάριοι πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον.

Ο ἱερεὺς τὴν εὐχήν.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐν τῇ σωτηρίᾳ. Vt supra.

IN OFFICIVM CORONATIONIS, NOTÆ.

1. Τοῦ στεφανώματος.] Iure ita sibi proprio coronas vendicant nuptiæ, vt coronatum voce, apud sacros prophanosque authores vocentur. Hinc non coniugatum, sed στεφανίτην ἀντὶ μοναχοῦ, *Ex monachum Coronatum* scripsit Theophanes Constantinum Patriarcham Imperatoris impietatis & nominis eiusdem consortis suasu euasisse: Leonemque hæreseos eiusdem reparatorem, Theodorum Copronymo affinem ex *Coronato* Patriarcham instituisse. Leonis alterius historia refert: ἐκούρευσεν στεφανίτην, καὶ ἐποίησεν πατριάρχην. *Coronatum Theodorum Leo Augustus totondit, & Patriarcham dedit.* Sponsos quoque apud Gentiles coronis redimitos obseruaui: apud Apuleium quidem 4. Metam. *Sponsum vnguentis madidum, & coronis floridum*: apud Claudianum item in raptu Proserpinæ vicinas nuptias ex floribus, & impositis corollis, sibi ominantis

Nunc sociat flores, se seque ignara coronat
Augurium fatale thori.

Admisit pariter in suis coniugiis sacra virorum Dei cultorum consuetudo, coronas. Hanc decantat Christi & Ecclesiæ, à Spiritu Sancto Epithalamium editum, in quo sponsus diuinus diademate, quo coronauerat eum mater sua, in die desponsationis, & in die lætitiæ cordis illius, conspicuus describitur. Sponsos quoque populi sui coronatos processisse scribunt Hebræi, vsque dum Vespasiani edicto, ab hoc honoris & lætitiæ signo abstinere, sunt coacti. Sponsum speciatim coronatum, ostendit Sidonius Apollinaris epist. 5 lib. 1. *Iam virgo tradita est, iam corona sponsus, iam palmata Consularis, iam cyclade pronuba, iam toga Senator honoratus* Palladius Lausiacæ historiæ cap. 1. Ammonem Monachum pio fine sponsi coronati personam egisse narrat: ἔδοξε καὶ στεφανοῦσθαι καὶ ἐν τῷ παστῷ καθέζεσθαι, καὶ πάντα ὑπομεῖναι τὰ κατὰ τὸν γάμον. *Placuit & coronari, & in thalamo sedere, & omnia sustinere, quæ secundum connubii leges fiunt.* Vtrumque memorat Theophanes in Mauricio: ὁ βασιλεὺς Μαυρίκιος Θεοδόσιον τὸν αὐτοῦ υἱὸν συνῆψεν πρὸς γάμον τῇ θυγατρὶ τοῦ Γερμανοῦ τοῦ πατρικίου στεφανώσαντος αὐτοὺς Κυριακοῦ πατριάρχου ΚΠ. *Mauricius Augustus Theodosium filium Germani Patricii filiæ matrimonio copulauit: Cyriaco C P. Patriarcha coronas nuptiales eis imponente.* De Heraclio in Imperatorem cum Eudoxia in vxorem ducta coronato: ἐστέφθη, inquit, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ ἡ μεμνηστευμένη αὐτῷ Εὐδοκία Αὐγοῦστα, καὶ ἔλαβον ἀμφότεροι παρὰ Σεργίου πατριάρχου τοὺς στεφάνους τοῦ γάμου καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁμοῦ αὐτοκράτωρ καὶ νυμφίος ἀναδείκνυται. *Eodem die Eudoxia ipsi desponsata Augusta coronata est: & vterque nuptiales coronas à Sergio Patriarcha accepit. Ipsoque die Imperator & sponsus renunciatur* Ex qua vero materia nexæ plexæue fuerint sponsorum coronæ, non est huius studii disquirere. Satis sit dixisse, eas hodie ex oliuæ ramo, candida, purpureaque seta (in castitatis symbolum, & posteritatis sanguine propagandæ spem) circumdato, apud Græcos componi; vt exinde filii quasi nouellæ oliuarum exurrecturi promittantur: quæ forsan ratio fuit, vt etiam antiqui Latini nuptos oleacea corona donarint, de quorum nonnullis cecinit Sidonius:

tum diua comas viridantis oliuæ
Pace ligat, nectit dextras, & fœdera mandat.

Hunc porro coronandorum sponsorum morem, non quidem adinuenisse Gregorium, iam enim receptus erat in Ecclesia Tertulliani ætate, vt ex eodem de Cor. Mil cap. 13. scribente constat: *Coronant & nuptiæ sponsos*: sed vbique commendasse, ipse testis est epist. 171. τὰ δ' ἄλλα δὲ ὑμῖν μελέτω, καὶ στεφανούτω πατὴρ ὡς ηὔξατο. τοῦτο γὰρ καὶ εἴπου γάμοις παραγένωμαι, ἐπιτωτάμην· ἐκείνων μὲν γὰρ εἶναι τοὺς στεφάνους, ἡμῶν δὲ τὰς εὐχάς. *Cætera vobis curæ sint, coronet quidem pater vt optauit: id enim si alicubi nuptiis præsentes fuimus, instituimus. Illorum enim coronæ sunt propriæ: ad nos vero preces fundere spectat*: id est nuptiali benedictione matrimonium ratum declarare. Quis autem coronatum in nuptiis sumendarum finis fuerit, edocet Chrysostomus hom. 9. in cap. 1. ad Tim. διὰ τοῦτο στέφανοι ταῖς κεφαλαῖς ἐπιτίθενται σύμβολον τῆς νίκης· ὅτι ἀήττητοι γενόμενοι οὕτω προσέρχονται τῇ εὐνῇ, ὅτι μὴ κατηγωνίσθησαν ὑπὸ τῆς ἡδονῆς. εἰ δὲ ἄλλοις ὑπὸ τῆς ἡδονῆς ἑαυτὸν πόρναις ἐκδῷ· τίνος ἕνεκεν λοιπὸν, καὶ στέφανον ἔχει, τῆς κεφαλῆς ἡττημένης. *Propterea coronæ sponsorum capitibus imponuntur in victoriæ signum, quia libidini insuperabiles redditi, iam ad thalamum accedunt, quia voluptate deuicti non sunt. Si vero voluptatis captiuus seipsum meretricibus dederit, cur de reliquo coronam gestat ipso capite superatus?* Suggerunt & aliam rationem, huiusce officii preces, his verbis, στεφάνωσον αὐτοὺς εἰς σάρκα μίαν. χάρισαι αὐτοῖς καρπὸν κοιλίας, εὐτεκνίας ἀπόλαυσιν. Corona siquidem variis compacta floribus, diuersos viri & fœminæ, conspirantesque in concordiam affectus adumbrat; quæ sicut vni capiti est imponenda, ita & duobus in vnam carnem coniugio conuenientibus conceditur: illudque est quod dicitur: στεφάνωσον αὐτοὺς εἰς σάρκα μίαν. Et velut tandem fructibus oriundis præuii sunt flores, ita florea sponsorum corona, vberem complexus eorum fructum repromittit; subditur idcirco, χάρισαι αὐτοῖς καρπὸν κοιλίας, εὐτεκνίας ἀπόλαυσιν. Hæcque ferme est Clementis Alexandrini cogitatio, Pædagogi lib. 2. στέφανον μὲν τῆς γυναικὸς τὸν ἄνδρα ὑπολειπτέον, ἀνδρὸς δὲ τὸν γάμον· ἄνθη δὲ τοῦ γάμου τὰ τέκνα ἀμφοῖν ἃ δὴ τῶν σαρκικῶν λειμώνων ὁ θεῖος δρέπεται γεωργός· στέφανος δὲ γερόντων, τέκνα τέκνων. *Vt corona quidem vxoris vir suspiciendus est, viri vero corona nuptiæ sunt: nuptiarum autem flores, sunt vtriusque nati: quos certe è carnalibus pratis agricola diuinus decerpit. Coronæ vero senum, filii filiorum sunt.*

2. Ἐν ταυτῷ.) Sponsalium ratique matrimonii solemnitatem, vno temporis tractu celebratum, animaduertit Alexii Comneni Nouella de Sponsalibus in Iuris Orientalis libro 11. ἱερωτέρα μερὶς τῇ νεαρᾷ τοῦ βασιλέως ἀκολουθοῦντα διαταγῇ, διάστασιν μὲν μνηστείας καὶ γάμου ἐτίθετο, τὰς ἐπὶ τοῖς μνηστροῖς εὐχὰς πρότερον καὶ οὕτω τὰς ἐπὶ τῷ γάμῳ συναπτομένοις ἐπᾴδουσα. ταῦτα δὲ ὡμολογημένως ἅμα, καὶ κατὰ ταυτὸν ἐτελεῖτο, καὶ μνηστεία καὶ γάμος ἐνὶ διαστήματι κατεσφίγγετο ἀκαριαίου τινός, ἐν τῷ μεταξὺ συμπίπτοντος. *Sacratior pars Nouellam Imperatoris iussionem sequuta, inter sponsalia & & nuptias interuallum ponebat, preces sponsalitias, & deinde matrimoniales coniungendis accinens: atque coniunctim simul & eodem tempore, & sponsalia & nuptiæ breuissimo & indiuiso temporis spatio peragebantur.* Consuetudinem tamen illam paulo infra declarat antiquatam: τὴν ἱερὰν μὲν μνηστείαν πρότερος μετὰ τῆς ἱερᾶς τῶν εὐχῶν ἐφόδου ἐκτελεῖσθαι, καὶ τὸν

συνήθων ταύτῃ παρατηρήσεων, ἤγουν τοῦ ἀρραβῶνος, καὶ τοῦ φιλίου τοῖς μνηστῆρσι φιλήματος· καὶ οὕτω βραχέος ἢ πλείονος καιροῦ διαλειπομένου καθὼς ἂν δόξῃ τοῖς συναλλάττουσιν ἀπαραιτήτως καὶ τὸν ἔννομον γάμον, προβαίνειν, καὶ μὴ κατὰ ταυτὸν συμπίπτειν ἐν ἡμέρᾳ, ἢ καὶ ὥρᾳ, πολλάκις μιᾷ πραγμάτων διῃρημένων ἐκ πλείονος ἀποτέλεσμα. *In primis sponsalia, decantatis sacris precibus, illorumque solemnibus, arrha videlicet gratoque desponsatis osculo,* (nusquam enim alias nisi cum integra famæ iactura concessum est osculum) *obseruandis perficiantur: atque deinde exiguo longioreve tempore, prout contrahentibus visum fuerit intermisso: citra recusationem legitimæ etiam nuptiæ procedant.* Non autem disiunctæ res simul vno die, & sæpe hora vna effectum sortiantur Nil tamen prohibet Alexii Nouella, quin veteri iure seruato, contractus, sponsalia, & matrimonium, nullo tempore interiecto, ἐν ταυτῷ, apud Græcos hodie celebrentur.

3. Θέμενος αὐτὸν ὡς βασιλέα τῆς κτίσεως.] Gloria & honore coronauit Deus hominem, omnia sub pedibus eius subiiciens: rursum tamen ceu principem ac familiæ regem futurum, in nuptiis eum corona exornat Ecclesia. Hinc Anonymus apud Nouarinum nuptialium aquarum cap. 45. *Corona principum ac regum gestamen fuit, quare cum in coniugio vir fiat princeps ac dominus vxoris, & totius familiæ, recte coronatur.*

4. Τῶν παρανύμφων.] Plures Paranymphos in Ecclesiam deducere sponsam, ex Euaristi & Soteris Pontificum, & Carthaginensis Concilii verbis officio superiore num. 12. obseruauimus. Illi, teste veritatis voce, sunt amici sponsi, eius audita loquela lætantes, & alacritatis eius participes solemniores reddunt nuptias: συντέκνοι prædicto loco vocitati, à spe prolis, è coniugio quod promouent, concepta.

5. Ἁρμόζεται ἀνδρὶ γυνή.] Propter animorum corporumque viri & fœminæ concordiam, *coniugium* moderna lingua ἀνδρόγυνον appellant Græci: in quo mulier viro subdita ὑπανδρίαν, alio vocabulo, illud idem denominat.

6. Στέφεται ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ, &c.) Matrimonio rato, & à coniugibus legitime contracto, hisce verbis, Sacerdotis ore prolatis, testimonium reddit Ecclesia: ac idcirco sensus illorum solerter est attendendus. Non enim huiusmodi est, vt prima facie potest videri: *Coronat seruus Dei N. ancillam Dei N. in nomine, &c.* Qui namque coronaret, coronis ipse subiectus? sed potius: *Coronatur seruus Dei N. propter ancillam Dei N. id est coronas nuptiales subit, in signum fœderis coniugalis cum ancilla Dei N. contracti*: vel certe, *Coronatur seruus Dei N. in ancillam Dei N. pariter coronatam, vxorem legitimo matrimonio, his coronis designato, accipiendam* Coronandos namque se mutuo sponsi exhibentes, matrimonium contrahere profitentur: atque hic ex consensu & affectu in alterum se coronari permittit. Alia tamen in coronatione sponsorum à Sacerdote verba prolata, consulet in Ms. Crytof. & Barber. inter varias Lectiones.

7. Τὸ κοινὸν ποτήριον.) Circa ritum poculi vino pleni, sponsis matrimonio contracto, à Sacerdote exhibiti, plura scripturit Arcudius, sed quæ mentem Ecclesiæ, nullatenus attingunt: vnde & eius sensum finemque, primum se ignorare professus lib. 7. cap. 32. vice Sacramenti Eucharistiæ, si illa omitteretur, à sponsis sumi, hæsitabundus conicit: vel certe communione accepta ablutioni deseruire posse, ex suo, asserit: Aberrat tamen longissime à veri scopo Arcudius, etiam ipse erroris sui conscius: qui Græcis post communionem ablutione nunquam opus esse nouerit, vt qui sacrati panis species sancto Christi sanguine tinctas delibent, vel si extra Missam communionem expetant, communi vino delibutas sumant. Sed nec ablutio simplex in altari tanto apparatu, & peculiari oratione benedicenda est: & certe si communionis vice, aut ori abluendo deseruiret, ipsa benedictionis verba alterutrum commemorarent; nec aliud quidpiam ab illis alienum proponerent, & explicarent. Et licet, quod certum est, deuotionis antiqui Græci studiosiores, contracto siue extra siue inter Missarum solemnia coniugio, sacram simul communionem susciperent: Liturgici namque sacrificii meminit officium præcedens, & absque sacrificio communionis Præsanctificatorum mentionem indubiam agit in hoc officio Crytof. Ms. inter varias lectiones litera c, relatum: quod & clarissime Symeon Thessalonicensis affirmat his verbis: τῶν προηγιασμένων ἅπτεται ὁ ἱερεὺς διὰ τοῦ ἱεροῦ ποτηρίου, καὶ ἐκφωνεῖ· τὰ προηγιασμένα ἅγια τοῖς ἁγίοις, καὶ πάντων ἐκβοώντων. Εἷς ἅγιος, εἷς κύριος, καὶ τὰ ἑξῆς. ὅτι οὗτος ὁ ἁγιασμὸς μόνος, καὶ τῶν συναπτομένων δούλων εἰρήνη καὶ ἕνωσις· κοινωνεῖ τοὺς νεονύμφους, εἴγε ἱκανῶς ἔχουσι· καὶ δεῖ τούτους ἑτοίμους ἔχειν, ἵνα καὶ ἀξίως στεφανωθῶσι, καὶ καλῶς συζευχθῶσι. *Medio sacro calice Præsanctificata* (in calice extantia) *Sacerdos tangit, & exclamat*: Præsanctificata sancta sanctis. *Et omnibus exclamatibus*: Vnus sanctus, vnus Dominus, *&c. fol. 81. quia ille solus est sanctificatio, & nuptorum seruorum suorum pax & fœderis nexus, recens sponsatos ad inuicem sacra communione reficit, si tamen sint capaces; ideoque dispositos illos tenere debent, vt coronentur digne, & honeste coniungantur.* Nusquam tamen, vt constat, vel communionis vice, vel ablutionis faciendæ gratia dispositum est poculum hoc commune de quo in præsenti fit sermo, sed indiuisi conuictus societati, & communi bonorum omnium vsui & possessioni ex æquo habendæ & repræsentandæ deseruit. Subiungit propterea Symeon citatus: εἶτα καὶ ἀπὸ τοῦ κοινοῦ δίδωσι ποτηρίου, καὶ, τό. Ποτήριον σωτηρίου λήψομαι, ψάλλεται. τοῦτο δὲ διὰ τὰ πανάγια δῶρα, καὶ εἰς σημεῖον τῆς εὐφροσύνης ἀπὸ τῆς ἑνώσεως, καὶ ἀπὸ τῆς εἰρήνης καὶ ὁμονοίας· ὅσον διγάμοις καὶ ὁμοίοις οὐ τὰ θεῖα δίδοται δῶρα, ἀλλὰ τὸ κοινὸν ποτήριον μόνον εἰς μερικὸν ἁγιασμὸν, καὶ κοινωνίαν ἀγαθὴν καὶ ἕνωσιν ἐν εὐλογίᾳ θεοῦ. *Ex communi deinde propinat illis poculo: & decantantur illud, Calicem salutaris accipiam, tam propter sanctissima, tum etiam in lætitiæ signum propter sponsorum coniunctionem, pacem & concordiam: quodquidem etiam bigamis & huiusmodi* (id est tertias nuptias iterantibus) *distribuitur. Non enim diuina illis dona, sed commune solum poculum ab Ecclesia, in priuatam sanctificationem, & conuictum fœlicem, & cum benedictione Dei copulam distribuitur.* Communis autem poculi delibatio à sponsis facta, non est Græcorum ita peculiaris ritus, quin apud nos quoque fuisse obseruatum plures meminerint: & Polydorus Virgilius eiusdem moris apud Anglos adhuc vigentis, testem se reddit lib. 1. de inuent. rerum cap. 4 Sed & Scyphus vitreus; post ternam delibationem fractus, tum corporum, tum animorum nubentium aliis quibuscumque consortium interdictum indicat: hocque eodem ritu Hebræi hausto vino in nuptiis cyathum confestim terræ illidunt, & comminuunt: vt nubentium vel spectantium animos, ad fragilitatem & breuitatem humani cuiusque gaudii ad instar vitri effracti cito citius prætereuntis, contemplandam inuitent. Græcos tamen aliqua religione ductos, vi-

trum illud comminuere censeo, cum enim se ἀγίῳ ἐλαίῳ, id est floribus, ramis, oleo benedicto, &c. ex attactu sacrarum imaginum sanctificatis perunxerint, reliquias ne prophane tractentur, in ignem proiiciunt: ita & Scyphum quamuis communem, ex eo quod nuptiarum benedictioni inseruiit, confringendum potius, quam in prophanos vsus reuocandum, existimant.

8. Λαβὼν αὐτοὺς ὁ ἱερεύς.] Modum quo sponsos Sacerdos accipit Thessalonicensis Præsul aperit, ὁ ἱερεὺς συμπλέκει τὰς δεξιὰς τῶν νυμφίων, *implectit ad inuicem sponsorum dextras Sacerdos:* atque ita manibus implexos ipse manu accipit. Optime. Ita enim intelligitur de quibusdam iuuenibus sponsis à se dilectis scribens Nazianzenus ad Anisium, epist. 57. καὶ τῶν νέων τὰς δεξιὰς ἀλλήλαις ἐμβάλλω, καὶ ἀμφοτέρας τῇ τοῦ Θεοῦ. *Et iuuenum dextras implico, & vtrasque manui Dei coniungo*: dum videlicet manum vicariam, ipse dextris eorum circumponit Sacerdos.

9. Τοῦ σωτῆρος κρατοῦντος ὄπισθεν τοὺς στεφάνους.] Finem & mysterium aperit Thessalonicensis, βαστάζει στεφάνους ὁ τῆς σωφροσύνης καὶ ὁμονοίας ἀνάδοχος, ὄπισθεν ἑστώς, καὶ διδάσκαλος τῆς ὁμοφροσύνης καὶ ἀγαθῆς συζυγίας γενόμενος. *Sustentat coronas temperantiæ concordiæque susceptor, retro stans, & consensus vnanimis connubiique laudandi moderator & præceptor factus.* Spondet enim pro nuptorum continentia, & mutuis sese affectibus prosequi instruit: sicut in Baptismo fidem susceptor edocet, & pro suscepti constantia se coram Ecclesia sponsorem exhibet.

10. Στρέφει ὡς ἐν σχήματι κύκλου.] Modesto compositoque gressu in circulum acto, ex alacris animi affectu, præeunte grauiter Sacerdote, Choream ducunt, aut simulant sponsi: & quasi Chorauila, illo sacris præposito, præcinente, mentem à corpore terrenisque motibus eleuantes, coniunctionem Verbi diuini cum humanitate assumpta, suo coniugio repræsentatam contemplantur, audito hoc Hymno. Ἡσαΐα χόρευε, ἡ παρθένος ἔσχεν ἐν γαστρὶ, &c. quod & in expositione Symeon sæpe auditus non reliquit: Nam & ideo forsan Martyrum Troparion ἅγιοι μάρτυρες decantari censet, quia Christi humanitati cum deitate coniunctæ suo sanguine Martyres testimonium exhibuerunt, & tribulationem carnis huiusmodi nuptos habituros Ecclesia vaticinatur sed & addit author ille: ὅτι οὐ σαρκὶ καὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ψυχῇ μόνον χρὴ συνάπτεσθαι διὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως, καὶ τῆς συστάσεως θεοφίλων ἔργων· ἵνα καὶ ἀληθὴς ἡ συζυγία, καὶ γάμος ἀμίαντος, καὶ κοινωνοὶ ὦσι ἐν Χριστῷ τῶν ἁγίων, ἑαυτῶν καὶ τῆς σαρκὸς καταφρονοῦντες ἄχρι καὶ μαρτυρίου. *Quia non carne tantummodo, sed potius anima sola oportet eos copulari, per fidem rectam, & pietatis opera deuota; vt & verum coniugium, & nuptiæ eorum immaculatæ appareant, & sanctorum in Christo fiant participes, seipsos carnemque despicientes vsque ad martyrii tolerantiam.*

11. Μεγαλύνθητι νυμφίε ὡς Ἀβραάμ.) Quia coniugium à Deo institutum, & in sui bonum cedere nouit Ecclesia, Epithalamicis idcirco versibus illi occinit; sed nec Epithalamia castissima decantare abhorruerunt SS. PP. Paulinus in nuptiis Iuliani filii Memoris, & Fortunatus in nuptiis Sigiberti & Brunichildis.

12. Θεοστέπτων καὶ ἀποστόλων.] Non minus fidei suis studiis promouendæ, & sacris edictis confirmandæ, quam regendo Romanorum imperio, Constantinum & Helenam matrem θεοστέπτους, id est & ἰσαποστόλους ab Ecclesia vocatos, elegit Deus. Sic regi Recaredo Concilium Toletanum tertium acclamauit, *Ipse mereatur veraciter Apostolicum nomen, qui Apostolicum impleuit officium.* Constantinum autem & Helenam vt priuatos sibi à cælos datos protectores, hic vero vt coniugio insignes, Græci inuocant, simulque Procopium martyrem, quod & gaudiis duodecim matronas nuptialibus ornamentis auocatas, ad nuptiales cœlestis gaudii thalamos, per martyrii semitam, ita Metaphraste scribente, exhortatus fuerit properare. Vel cum mutato in melius antiquo illo ad superstitionem propendente studio, res quascumque sacras, & verba, omen arrepturi, soleant annotare Græci: cum in oratione superiori, προκοπὴν βίου καὶ πίστεως sponsis deprecari Ecclesiam audierint, nunc nominis allusione, eiusque memoria moti, Procopii meritis & precibus, illam donandam rogant, obtinendamque confidunt.

a 1 ΕΥΧΗ ΕΠΙ ΛΥΣΙΝ ΣΤΕΦΑΝΩΝ ΤΗ ΟΓΔΟΗ ΗΜΕΡΑ.

b Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ τὸν στέφανον τοῦ ἐνιαυτοῦ εὐλογήσας, καὶ τοὺς παρόντας στεφάνους ἐπιτίθεσθαι παραδοὺς, τοῖς νόμῳ γάμου συναπτομένοις ἀλλήλοις, 2 καὶ μισθὸν ὥσπερ ἀπονέμων αὐτοῖς τὸν τῆς σωφροσύνης, ὅτι ἁγνοὶ προὲς τὸν ὑπὸ σοῦ νομοθετηθέντα γάμον συνήφθησαν· αὐτὸς καὶ ἐν τῇ λύσει τῶν παρόντων στεφάνων τοὺς συναφθέντας ἀλλήλοις εὐλόγησον, καὶ τὴν συνάφειαν αὐτῶν, ἀδιάσπαστον διατήρησον· ἵνα εὐχαριστῶσι διαπαντὸς τῷ παναγίῳ ὀνόματί σου,

ORATIO CVM SOLuuntur coronæ octauâ die.

DOmine Deus noster, qui anni coronæ benedixisti; & has coronas, connubij lege ad inuicem iunctis imponi tradidisti, velut continentiæ mercedem eis reddens, quia puri ad nuptias à te sancitas conuolarunt: ipse, & in præsentium coronarum depositione, copulatis ad se inuicem benedic; coniunctionem eorum indiuisam conserua, vt in omnibus sanctissimo nomini tuo grates exhibeant,

Patris, & Filij, & Sancti Spiritus: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Pax omnibus. Capita vestra Domino inclinate.

c Εἰρήνη πᾶσι. Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ κυρίῳ κλίνατε.

Pacta firmantes nos serui tui Domine, & nuptiarum in Cana Galilææ officium absoluentes, & recipientes eius symbola, gloriam tibi referimus: Patri, & Filio, & Sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

1 Σύμφωνα κατωρθωτήσαντες οἱ δοῦλοί σου κύριε, καὶ τὴν ἀκολουθίαν ἐκτελέσαντες, τοῦ ἐν Κανᾷ γάμου τῆς Γαλιλαίας, καὶ συστέλλοντες τὰ κατ᾽ αὐτὸν σύμβολα, δόξαν σοι ἀναπέμπομεν τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. 3

Et fit dimissio.

Καὶ γίνεται ἀπόλυσις.

VARIÆ LECTIONES

In Orationem pro soluendis Coronis octauo die.

a Εὐχὴ ἐπὶ λύσιν.] Barberinum secundum legit, εὐχὴ εἰς τὸ ἐπᾶραι τὰ στέφανα. *Oratio pro tollendis à recens nuptis coronis.*

b Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν.] Aliam orationem scribit codex idem.

Benedictus es Domine Deus noster, qui sanctâ tuâ benedictione nos benedicis, quique vt in thalamos seruorum tuorum N & N ingrederemur, dignos fecisti: confirma illos, vt sanctum nomen tuum timeant omnibus diebus vitæ suæ; quia te Domine virtutum concupierunt, & te rogamus vt nobiscum conuenias, & nuptias istas benedicas, sicut alias quondam in Cana Galilææ benedixisti. Pacem & gratiam tuam illis concede, Paranymphis etiam, & omnibus cum eis conuenientibus, & in diuinam hanc institutionem conspirantibus cunctis, quæ ad salutem conducunt postulata largire Quia conuenit tibi omnis gloria, &c.

Εὐλογητὸς εἶ κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς εὐλογίᾳ σου τῇ ἁγίᾳ. καὶ καταξιώσας ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὸν νυμφῶνα τῶν δούλων σου, ὁ, καὶ, ὁ. στήριξον αὐτοὺς τοῦ φοβεῖσθαι τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτῶν· ὅτι σε ἐπόθησαν κύριε τῶν δυνάμεων, καὶ σε ἐπικαλούμεθα συνελθεῖν μεθ᾽ ἡμῶν, καὶ εὐλογῆσαι τὸν γάμον τοῦτον καθὼς εὐλόγησας τὸν γάμον τὸν ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας. τὴν εἰρήνην καὶ τὴν χάριν σου παράσχου αὐτοῖς, ἅμα τοῖς παρανύμφοις, καὶ πᾶσι τοῖς συνελθοῦσιν αὐτοῖς, καὶ συνευδοκοῦσιν ἐν ταύτῃ τῇ θεϊκῇ νομοθεσίᾳ, πᾶσι χαριζόμενος τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτήματα. Ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα, καὶ τὰ ἑξῆς.

c Εἰρήνη πᾶσι.] Desunt sequentia in Cryptof. Bessarionis, & Barberino secundo.

In Orationem pro soluendis Sponsorum Coronis octauo die dicendum. Notæ.

1 Ἐπὶ λύσιν στεφάνων τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ.] Nuptiarum celebritatem in octauum vsque diem antiquos Gentiles protraxisse scribit Nouarinus opere de aquis nuptialibus: ab illis hunc morem in Ecclesiam traductum, suspicaretur, qui ritus institutionem firmiori sanctiorique fundamento fulcire nesciret. Obseruandum itaque cuiuslibet Sacramenti, vel insignis beneficij acceptionem, per septem alios dies Græcos hac etiam ætate, memoriæ commendare. Hoc ritu Neophyti seruatis per octo dies candidis vestibus, octauo die solemniter eas in Ecclesia deponunt: Eucharistiæ in Paschate perceptæ, in celebritatis prorogationem, septem alii adscribuntur dies: ad fidem reuersos Pœnitentiæ mulctis exolutis, per septem dies in Ecclesia perseuerare, vt suo loco dicetur, Methodius præcipit: Sacerdotem recens Ordinatum per septem dies sacris faciundis attendere, nuper legimus & annotauimus; preces etiam extremæ Vnctionis septem diebus progatas aliquando fuisse & Monachos solemni professione Deo deuotos continuis per septem dies noctu diuque orationibus & vigiliis

gilijs vacasse, iam iam obseruandum occurret. Non minorem itaque præ sacramentis aliis, cùm matrimonium deuotionem exquirat, & castus Tobias productis per septem dies precibus, coniugis sospitatem, coniugii prosperitatem, à Deo fuerit mercatus: æquale temporis spatium coniugibus vt Deo quoque vacent, assignauit Ecclesia: interim, Coronis castimoniæ testibus, conseruatis animis à cœlestibus se penitus auocatos non fuisse profitentur, & deinceps familiæ curâ distrahendi, cum precibus & Ecclesiæ benedictione illas deponere sibi licere, exoptant.

2 Μισθὸν ἀπονέμων αὐτοῖς τῆς σωφροσύνης.] Qualiter Coronæ castitatis sint præmium dictum est num. 1. superioris officij.

3 Σύμφωνα καταρτήσαντες.] Qui nuptui filiam locat, cum proco de dote conuenit & stipulatur; qui quia Spondet, Sponsalibus nomen imponit: in quibus etiam Sponsi, vt voce, ita concordibus animis conspirant, σύμφωνα καταρτῶσι. Contractu autem quolibet obfirmato, vel integrè obseruato, quia pignora, fideique symbola stipulantes penes se recipiunt: Coronas propterea Sponsionis inter nuptos actæ, & consummatæ, & deinceps fide sincerâ conseruandæ, pignora ipsi Sponsi mutuo sibi reddunt, dum illas è capite sibi solui permittunt; tuncque quod hic dicitur, συστέλλουσι τὰ κατὰ γάμον σύμβολα. Ad literam vero, si pœna Sponso à nuptiis resilienti ex mutuo consensu imposita, pignus ab vtraque parte fuerit depositum, firmato coronis acceptis connubio, earum ademptione omni quoque προστίμων iactura soluuntur stipulantes: de quo legenda Alexij Nouella Iuris Græcor. lib. 2.

1 ΚΕΦΑΛΑΙΑ 1 ΠΕΡΙ διγάμων.

2 Κεφάλαιον 2 Νικηφόρου Πατριάρχου

3 Κωνσταντινουπόλεως 3 τοῦ ὁμολογητοῦ.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ μόνος ἀγαθὸς, καὶ φιλάνθρωπος, ὁ μόνος χρηστὸς, καὶ ἐπιεικὴς, ὁ μόνος οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων ὁ θεὸς ἡμῶν καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου σταυρωθέντος, καὶ εἰς τὴν τρίτην ἡμέραν ἐξεγερθέντος, καὶ εἰς τὴν δόξαν ἑαυτοῦ, καὶ τὴν σὴν ἀνελθόντος· ἐλθέτω ἡ χάρις σου ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου, καὶ ἐνδυνάμωσαι κύριε τὸ εὐαγγέλιον τῆς διδασκαλίας σου, πάτερ εὔσπλαγχνε, φώτισον αὐτοῦ τὰ

Oratio secunda.

Precamur te, Domine, vt stillet hoc oleum super vnctos in tuo nomine, in medelam & curam animæ & corporis, & in munditiem & liberationem omnis doloris & omnis ægritudinis, & infirmitatis, & omnium sordium animæ & corporis: vt & in hoc glorificetur sanctissimum nomen tuum Patris, & Filij, & Sancti Spiritus, in sæcula sæculorum.

Exclamando. Quia tu bonus & clemens.

Similiter & in sexto cantico Sacerdos dicit Orationem: & alter è collecta recitat quinque versus, vt præscriptum est.

Oratio tertia.

Respice, Domine, de sancto habitaculo tuo, & oleum hoc sanctifica: & visita seruum tuum in misericordia & miserationibus, & congruentem ei salutem & integritatem largire: libera eum ab omni ægritudine & languore animæ & corporis, & fiat ei, Domine, oleum hoc in omnis ægritudinis medelam. *Exclamatio.* Quia tu es dator omnium bonorum, & medicus animarum & corporum nostrorum: & tibi gloriam rependimus.

Vno verbo vnoquoque Sacerdote ita faciente, cruces tres ellychnio format, & accendit illud. Oratio in laudibus.

Domine omnipotens, qui castigas, &c. omnem ægritudinem & languorem sana, quia tu ægritudines nostras curas: erige seruum tuum è doloris lecto, & infirmitatis cubili. Serua eum, & integrum Ecclesiæ tuæ restitue, vt tibi placeat, & voluntatem tuam omnibus diebus vitæ suæ adimpleat.

Exclamatio. Quia tuum est misereri, & saluare nos, & tibi, &c.

Denique postquam singuli Sacerdotes suas orationes ordine recitauerint, terminantur vigiliæ, siue nocturnum Officium, & dicunt singuli Orationem.

Domine Deus noster, solus bonus & humanus, solus benignus & mansuetus, solus miserator & misericors: Deus noster, & Pater Domini nostri Iesu Christi sub Pontio Pilato crucifixi, & tertia die resurgentis, & in gloriam suam & tuam ascendentis: gratia tua super seruum tuum veniat, & doctrinæ tuæ Euangelium corrobora; illumina eius vis-

cera & membra tua voluptate, & ab omni peccato illum expurga: mundum & immaculatum ab omni aduersarii molestia illum conserua, & iuxta benignitatem tuam, Domine, quæ tua sunt cogitare, sapere, & mente voluere concede, tuo timore configi, & tibi placita, adusque vltimum diem nostrum horam extremam, & postremum halitum exequi largire

Exclamando Quia misericors.

Benedictus es, Domine omnipotens, Pater Domini nostri Iesu Christi, qui omnem infirmitatem & languorem curas, fortis & benefactor, qui ab alieno oppressos cunctos liberas: ipse clemens bonorum amator, animarum amice, potentem manum tuam, & brachium tuum excelsum & sanctum extende, & animam corpusque serui tui tange, & à doloris eius lecto, & ab omni eum infirmitate detinente erige, vt inde exurgens cum omni populo tuo, sanctissimum nomen tuum glorificet. *Exclamando.* Tuum est enim misereri, & saluare nos.

Pater sancte, medice animarum & corporum. *Scriptum est inferius, super ægrotos.*

In Missa, Antiphona de more dicuntur. Ad Introitum. Miserere nostri, Domine, miserere nostri. *Propositum. Tono quarto.* Ego dixi, Domine, miserere. *Versiculus.* Beatus qui intelligit super egenum & pauperem.

Apostolus.

Catholicæ Epistolæ Iacobi lectio.

Fratres. Exemplum, *&c.*

Euangelium ex Luca.

In illo tempore. Designauit Iesus, *&c.*

Atque ita Sacerdos alius dicit protensam Orationem: & alter Catechumenos eiicit, & cuncta ordine suo peraguntur: & finitur Missa.

Atque ita accedit infirmus: & incipiunt psallere modulum. Miserere nostri, Domine, miserere. *Et expositis superius orationibus quisque suam recitat: & vngit frontem, & aures, & manus infirmi, & singuli ellychnium, vt præmissum est, extingunt. Post hæc totam domum perungunt, signo crucis inter vngendum expresso, & canunt.* Qui habitat in adiutorio altissimi. *Et hoc pacto Missa finitur.*

σπλάγχνα καὶ τὰ μέλη τῷ σῷ θελήματι, καὶ καθάρισον αὐτὸν ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας· συντήρησον αὐτὸν ἄσπιλον καὶ ἄμωμον ἀπὸ πάσης ἐπηρείας τοῦ ἀντικειμένου, καὶ χάρισαι ἡμῖν κύριε κατὰ τὴν σὴν χρηστότητα τὰ σὰ νοεῖν, τὰ σὰ φρονεῖν, τὰ σὰ διαστρέφεσθαι, τὸν σὸν φόβον φοβεῖσθαι, καὶ ποιεῖν τὸ εὐάρεστόν σοι ἕως τῆς ἐσχάτης ἡμῶν ἡμέρας, καὶ ὥρας καὶ ἀναπνοῆς.

Ἐκφώνως. Ὅτι ἐλεήμων.

Εὐλογητὸς εἶ, κύριε παντοκράτορ, ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν, ὁ κραταιὸς καὶ εὐεργέτης, ὁ ῥυόμενος πάντας τοὺς καταδυναστευομένους ὑπὸ τοῦ ἀλλοτρίου· αὐτός, φιλάνθρωπε, φιλάγαθε, καὶ φιλόψυχε, ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου τὴν κραταιάν· τὸν βραχίονά σου τὸν ὑψηλὸν καὶ ἅγιον, καὶ ἅψαι τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος τοῦ δούλου σου, καὶ ἀνάστησον αὐτὸν ἀπὸ τῆς κλίνης ὀδύνης αὐτοῦ, καὶ ἀπὸ πάσης νόσου τῆς παρενοχλούσης αὐτόν· ὅπως αὐτὸς ἀναστὰς μετὰ παντὸς τοῦ λαοῦ σου δοξάζῃ τὸ πανάγιον ὄνομά σου. Ἐκφώνως. Σὸν γάρ ἐστι τὸ ἐλεεῖν καὶ σῴζειν ἡμᾶς.

Πάτερ ἅγιε ἰατρὲ τῶν ψυχῶν, καὶ τῶν σωμάτων. παρεγράφη ὄπισθεν ἐπὶ ἀρρώστους.

Εἰς τὴν λειτουργίαν λέγονται τὰ ἀντίφωνα τὰ ἐξ ἔθους. Εἰς τὴν εἴσοδον. Ἐλέησον ἡμᾶς κύριε, ἐλέησον ἡμᾶς. Προκείμενον. ἦχος δ'. Ἐγὼ εἶπα κύριε ἐλέησον. Στίχος. Μακάριος ὁ συνιῶν ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα.

Ὁ ἀπόστολος.

Καθολικῆς ἐπιστολῆς Ἰακώβου ἀνάγνωσμα.

Ἀδελφοί ὑπόδειγμα. Vt supra.

Εὐαγγέλιον ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ. Ἀνέδειξεν ὁ Ἰησοῦς. Vt supra.

Καὶ εἶθ' οὕτω τὴν ἐκτενῆ ἕτερος ἱερεύς· καὶ τοὺς κατηχουμένους ἄλλος. καὶ πάντα κατὰ τάξιν λέγονται, καὶ πληροῦται ἡ λειτουργία.

Καὶ οὕτως εἰσέρχεται ὁ ἀσθενῶν, καὶ ἄρχονται ψάλλειν τὸ τροπάριον. Ἐλέησον ἡμᾶς κύριε ἐλέησον. Καὶ λέγει ἕκαστος αὐτῶν εὐχὴν τὰς προγεγραμμένας καὶ ἀλείφει τὸ μέτωπον, καὶ τὰ ὦτα καὶ τὰς χεῖρας τοῦ ἀσθενοῦντος. καὶ σβεννύουσι τὸ θρυαλλίδιον αὐτοῦ ἕκαστος, ὥσπερ εἴρηται. καὶ μετὰ τοῦτο ἀλείφουσιν ὅλον τὸν οἶκον ποιοῦντες τύπον σταυροῦ ψάλλουσι. Ὁ κατοικῶν ἐν βοηθείᾳ τοῦ ὑψίστου. Καὶ οὕτως ἀποτελεῖται ἡ λειτουργία.

Circa præsens officium, obserua primo. Oleum in non modica quantitate requiri, vt quod septem ellychniis consumatur, & ex eo infirmi domus sit pluribus in locis à Sacerdotibus perungenda.

Secundo, μολυβίδι, seu μολυβίδιον, esse lucernæ myxon, suberem videlicet cum ellychnij alueolo: ἅπτιον autem ipsum ellychnium esse, vtpote quod ἅπτει *ardet*: quod & corrupte τουβὶν, siue τουβίον, & ab aliis σωπὶ & σουπτίον dicitur.

Tertio, Officium huiusmodi nocturnum esse, & per totam noctem in infirmi domo produci, & fieri παννυχίδα: ideoque matutinorum modulus. Θεὸς κύριος, de quo fol. 57. dereliqui præscribitur: & lugubre Alleluia decantari.

Quarto. Tres priores orationes benedicendo oleo accommodas esse.

Quinto. Per laudes hic intelligi eam τοῦ ὄρθρου partem, de qua nos fol. 57. in calce.

Sexto, Officium hoc, etiam missam dicendam requirere, in qua infirmis quædam propria dici præscribuntur. Similem ritum habuere quondam Latini vtentes ritu ab Hugone Menardo relato in Notis in Gregorij Sacramentarium pagina. 355.

Septimo. Finita missa infirmum vngi, siue in Ecclesia; si aliquatenus valeat, siue in domo, si vires illi deficiant.

Octauo. Orationes à singulis Sacerdotibus super infirmo dicendas, hic deesse.

Superest officium idem prout in his editis extat, cum aliis pariter excusis anno 1570. conferendum.

a Καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν] Hæc & quæ sequuntur, vsque ad verba προκείμενον ἦχος β'. Ἰσχὺς, &c. desunt in vetustioribus illis exemplaribus.

b Προκείμενον. ἦχος β'. Ἰσχύς μου.] Clarius dicta vetusta Veneta obseruant, propositum hoc, cum Euangelio & oratione sequenti, à secundo Sacerdote dici debere, (primus namque Apostolum, Euangelium, & orationem suam legit) scribunt ideo. &c. εἶτα λέγει ὁ δεύτερος ἱερεὺς τὸ προκείμενον ἦχος β'.

c Εἰς δόξαν Θεοῦ.] Post verba hæc, subdunt dicta vetusta exemplaria Εἰρήνη σοι. Σοφία Ἀλληλούϊα. Ψαλμὸς τοῦ Δαβίδ. Πρόσχωμεν. de quo consulenda liturgica, fol. 129.

d Ἐλέησον ἡμᾶς.] Desunt hæc in aliis Venetis.

e Καὶ ἀσπάζεται τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον.] Interserunt hic dicta Veneta. καὶ χρίεται ἐκ τοῦ ἁγίου ἐλαίου παρὰ τῶν ἱερέων λεγόντων τὴν εὐχὴν. Πάτερ ἅγιε. &c.

Καὶ ἀπόλυσις.] Legunt αἴτησις, καὶ ἀπόλυσις.

f Βαλλὴ μετάνοιαν.] Desunt hæc in dictis exemplaribus.

IN OFFICIVM SANCTI OLEI, NOTÆ.

1 Τοῦ ἁγίου ἐλαίου.] Ab oleo sancto, Extremæ Vnctionis materia remota, Sacramentum ipsum, nomen apud Græcos obtinet: *Oleumque sanctum*, ἅγιον ἔλαιον dicitur, quia precibus & Ecclesiæ benedictione, sanctum effectum est, & homines vnctione reddit sanctos. Passim autem rursus εὐχέλαιον vocatur, quasi dicas (non olei consecrationem, vt barbare Meursius in Glossario) sed *oleum cum oratione*, compositis ad inuicem εὐχῆς & ἐλαίου vocibus; eo quod oratio huius olei vnctionem semper comitetur. *Aduocet Presbyteros, & orent super eum vngentes eum Oleo:* dixit Iacobus epist. suæ Canonicæ cap. 5.

2 Τῶν ἑπτὰ ἱερέων] Præsenti officio peragendo, ipsique sacramento conferendo, septem Sacerdotes apud Græcos hodie conueniunt, totidemq; quondam apud Latinos, Hugone Menardo in Gregoriani Sacramentale notis teste, concurrebant. Septenarii vero illius numeri rationem Thessalonicensis suggerit: καὶ ὁ μὲν Ἀδελφόθεος, οὐ φησι τοῦτον τὸν ἀριθμόν· ἡ δὲ συνήθεια ἑπτὰ παρέδωκε προσκαλεῖσθαι· οἶμαι δὲ διὰ τὰ ἑπταχῶς ἀριθμούμενα ἐν Ἡσαΐᾳ δῶρα τοῦ πνεύματος· ἢ διὰ τοὺς ἑπτὰ ἐκείνους τοῦ νόμου πάλαι ἱερεῖς κύκλῳ περιελθόντας τὴν Ἱεριχὼ ἑπτάκις, προστάγματι Θεϊκῷ, καὶ καταβαλόντας τὰ τείχη, ὡς ἂν καὶ τὴν πονηρὰν οὗτοι πόλιν, καὶ τὰ σκληρὰ τείχη τὰ τῆς ἁμαρτίας ὑψώματα καθέλωσιν· ἢ ὡς καὶ νεκρᾶς οὔσης τῆς ψυχῆς, καὶ μιμούμενοι τοῦ προφήτου, ὡς ἐπὶ τοῦ παιδὸς ἐκείνου τῆς Σωμανίτιδος, εὐξαμένων τῶν ἱερέων ἑπτάκις, αὐτὴν ἐγείρωσιν καθὰ δὴ ὁ Ἐλισσαῖος τὸν παῖδα, ἑπτάκις ἐπικαμψάμενος, καὶ ἑπτάκις εὐξάμενος· ἢ καὶ ὡς Ἠλίας ἑπτάκις εὐξάμενος, τὸν οὐρανὸν ὃν ἔκλεισε τοῖς ἁμαρτήμασι τοῦ λαοῦ ἤνοιξε, καὶ κατήγαγεν ὑετόν· καὶ οὗτοι ἑπτάκις εὐξάμενοι λύσωσι μὲν τὸν τῆς ἁμαρτίας αὐχμὸν, ἀνοίξωσι δὲ κατὰ τὸν Πέτρον τὸν οὐρανὸν, τὴν κλεῖδα λαβόντες τῆς χάριτος, καὶ τὸν ἔλεον ἐκ τοῦ Θεοῦ τῆς ἀφέσεως, ὡς ὑετὸν καταγάγωσιν. οὗτος μὲν οὖν ὁ νοῦς, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τῶν ἑπτά. *Et Dei quidem frater Iacobus Presbyterorum numerum non exprimit. At vero septem esse vocandos consuetudine traditum est: quod fieri arbitror propter dona septem, quæ apud Isaiam numerantur: vel propter illos septem antiquæ legis Sacerdotes, qui diuino iussu circumeuntes vrbem Hiericho, septies tubis cecinerunt, & mœnia diruerunt: vt etiam septem Sacerdotes nequitiæ vrbem duraque mœnia altitudinem peccati demoliantur: vel etiam tanquam mortua existente anima, vt supra puerum istius Sunamitidos, ad imitationem Prophetæ septies orent Sacerdotes, & eam suscitent, prout sane excitauit puellum Elisæus, septies reuersus, septies iterum precatus: vel quemadmodum Elias septies orans, cœlum quod peccantibus clauserat, iterum aperuit atque deduxit pluuiam: sic isti septies deprecati, soluant quidem squallorem peccati, accepta vero gratiæ claui, non secus atque Petrus aperiant cœlum, atque misericordiam remissionis, velut imbrem à Deo deducant. Is ergo sensus est, vt mea fert sententia, septenarij numeri*, tres autem Sacerdotes, vbi modica est eorum copia, à sacris plerisque ternariis numeri petita ratione, sufficere arbitratur, idem Symeon: qui tamen ab errore graui nullatenus excusari potest vbi vnum solum, absque aliorum ope vel societate sacramentum hoc non posse conferre, impiè asseuerat. Ea namque potestas in vno solo conuenienti Ecclesiæ ministro, ac plebis Christianæ pastore residet: quamuis tanti Sacramenti reuerentia, & antiquorum Ecclesiæ morum imitatio, plures

expetere videatur: imo & olim adfuisse, tum ex D. Gregorij sacramentario; tum ex aliis vetustissimis Ordinibus Hugonis Menardi ope, è squallore tenebrarum erutis edocemur: id olim religiosè sanxit Gregorius VII. Pontifex Maximus in excerpto ex dictis Sanctorum Patrum cap. 9. *Cum reuerentia*, inquit, *deferatur oleum ad infirmos, & eos vngant Sacerdotes cum magno honore, & orationum celebritate, quæ ad hoc sunt ordinatæ*: recentius pristinum illum numquam laudatum satis morem, Concilium Mediolanense quartum renouauit, Titulo, *Quæ pertinent ad Extremam Vnctionem, &c.* ceu rationi à D. Thoma l. 4. contra gentes cap. 83. relatæ valdè conformem. Sacramentum hoc enim, inquit, perfectam curationem sui effectum habet, & in eo reperitur copia gratiæ & ideo competit illi vt multi Sacerdotes intersint, vt & oratio totius Ecclesiæ effectum huius Sacramenti coadiuuet. Vnde Iacobus dicit. *Inducat Presbyteros Ecclesiæ, & oratio fidei saluabit infirmum.* Si tamen vnus solus Presbyter adsit, intelligitur hoc Sacramentum perficere, virtute totius Ecclesiæ, cuius minister existit, & cuius personam gerit.

3. Ἐν ἐκκλησίᾳ ἢ ἐν οἴκῳ.) Domi quidem graui ægritudine decumbentes, hac sacra vnctione, & subleuari, & communiri posse intelligimus: in Ecclesiam vero cum solis firma valetudine vigentes se conferant, qua ratione Sacramentum hoc postremum potest illis conferri? Rem gestam à Græcis enarro, quod probandum reiiciendumve in eâ appareat, exinde facilè dignoscetur. Grauiter afflictos ægritudine, deque salute recuperanda desperantes, officio præsenti super eis recitato, vnanimi cum Latinis consensu, in domibus Græci vngunt; in quo non modica, vt Christianos decet se laude dignos ostendunt: imo & ægroti plerique è plebe, aliorum manibus & ope ad Ecclesiam se deferri student, tum vt sacrorum præsentia, & animo leuamen, & corpori miraculi alicuius experimentum in recuperanda salute obueniat, ibique plurium nonnumquam dierum spatio, in Catechumenæis iacent, pernoctant, morantur, & sacra tandem vnctione sibi remedium exposcunt: quod si Arcudius aduertisset, non tam leui causa sanos in Ecclesia, ac ægrotos in domibus, hoc se Sacramento communire solitos asseruisset. Contingit tamen, fateor, aliquãdo, vt officio peracto, ex astantibus plerique, vel benedictionis spiritualis obtinendæ, vel leuis alicuius doloris eos affligentis, leniendi gratia, Vnctionis medela se curari exoptent; quod cum præstent Sacerdotes eadem oratione ac super ægrotos recitata, negotium facessunt Theologo dubitanti, an vnctio huiusmodi sacramentalis sit habenda, nec-ne? Condemnat eam Arcudius lib. 5. cap. 4. vt irreligiosam & sacrilegam, & quæ nulla premente necessitate, subiecto eius incapaci exhibeatur. Mihi certe non vt seuera, ita & æqua, vel ratione stabilita videtur hæc sententia. Neque etenim, vt ad germanum & suis partibus absolutum Sacramentum accedunt ij, qui huiusmodi vnctione benedictionem aut consolationem spiritualem expetunt: vel qui leui dolore pressi, aut vulnere percussi, eiusdem vnctionis medicamine à Deo se sanandos confidunt: deest siquidem ministris, sacramenti hac ratione conferendi animus, deest & totus ille precum apparatus, quo solo apposito, sacramentum hoc (quod non vnctionis tantum, sed & orationum est fœtus) Græci Theologi perfici docent. Illa vero breuis oratio, πάτερ ἅγιε, ἰατρὲ, &c. quam veram germanamque sacramenti huius formam complecti asseremus, amplissimo verborum sensu abundat, & quæ forsan non nisi præcedentibus aliis precibus ad sacramentum efficiendum restringitur, & quæ proinde à variis vnctionis vsibus minime abhorrere, & modo huic, modo alteri, pro vario Ecclesiæ ministrique proposito, applicari posse videtur. Vnctionem præterea extra sacramentum ex oleo infirmorum ab Episcopo consecrato variis morbis adhibitam fuisse, gesta sanctorum & historiæ Ecclesiasticæ ab ipsomet Arcudio citatæ memoratæ certissime docent, & Græcos à sacrilegio incurrendo, aliis adiunctis rationibus, omnino possunt absoluere: maxime si legitimam & probatam tenemus Latinorum illam consuetudinem, qua non ægrotis tantum, sed etiam populi necessitatibus oleum infirmorum olim fuisse benedictum ostendit D. Gregorij sacramentarium, in quo iuxta lectionem Codicis Rhemensis, apud Hugonem Menardum notarum pag. 7. scribitur. *Benedicit oleum pro infirmis, siue pro populo, &c.* Quid est enim τὸ, *pro populo*, τῷ *pro infirmis*, disiunctiuè oppositum, nisi *pro vsibus populi*, etiam extra sacramenti necessitatem occurrentibus? In eodem quoque Gregoriano Sacramentario, si bene iudicem, eadem legitur oratio in vnctione cærimoniali infirmi, de qua Marci 6. & in Sacramentaria de quâ Iacobi 5. secundùm namque citati Menardi editionem fol. 251. occurrit ad vngendum infirmum oratio: *Inungo te de oleo sancto, sicut vnxit Samuel Dauid in Regem, & Prophetam: operare creatura Dei, &c.* quæ eadem pag. sequenti comperitur esse vera sacramenti Vnctionis forma: & ne cum Menardo pag. 331 notarum, erronee repetitam: nec in priori tanquam proprio in loco positam, dicas; ex aduerso, nec repetitam, nec loco motam asseres: si priori vice vt cærimoniali Vnctioni secunda, vt Sacramentariæ deseruientem intellexeris. Et in eo forsan sensu cum Gaufrido de Collone S. Petri Viui Senonensis Monacho, cuius Chronica inter M.M.SS. Monasterij S. Germani de Pratis, asseruatur de Fœlice Papa affirmaueris, quod *constituit infirmorum vltimam Vnctionem* (titulo *de S. Fœlice Papa de vltima Vnctione*) quod nempe cerimonialem à sacramentali seiunxerit, & hanc Iacobi Apostoli promulgatam scriptis, à Fœlice Pontifice vltimam deinceps vocitatam, iudicabis. Plures autem difficultatum spinas ingerit, & difficilius à reprehensione vindicatur ille ritus, quo grauioribus subditi peccatis, licet sint ex omni parte sani; quia tamen ægrotorum delicta sanctam Vnctionem curare nouerunt, illam deinceps pro Canone, id est pœnitentia acceptam, & à Sacerdotibus impositam, in delictorum satisfactionem subeunt; & exinde Sacerdotibus tota precum harum serie se expiandos, & infirmorum Vnctione velut aduersa animæ valetudine affectos, & medendos offerũt. Respuit idcirco ritum istum, & omni animi contentione detestatur Arcudius, quasi subiecto minus apto, sano nimirum homini Sacramentum infirmorum attentarent applicare. Verum cum in homine sano vt incapaci subiecto non possit effectum suum sacramenti Vnctio producere: illud idem est, quod si non approbandum, saltem violatæ religionis crimine non condemnandum hunc ritum persuadet, cum nec Græcos conferendi sacramenti propositum habere, demonstrare queat Arcudius. Infirmum enim spiritualem præ oculis habentes, precibus quidem his velut pharmaco salubri sanandum suscipiunt, vulnera eius oleo sancto curare, tum votis & benedictionibus alligare student: non ita tamen vt Vnctio precibus adiuncta, ex opere operato animæ deleat infirmitates, sed si quid

ſi quid poſſit ex pœnitentis tantum deuotione, aut Sacerdotis deprecantis charitate, id eſt ex opere operantis illud valet producere. Addo & hac eadem mente vnumquemque oleo ſancto ab Epiſcopis benedicto ſeſe in Eccleſia Orientali vngendum offerre feria quinta in Cœna Domini: Vnctionemque eiuſmodi vt peccatorum antidotum, & ſanctitatis largitricem, ſacræ communioni præuiam Epiſcoporum manu ſuſcipere; ſed nec ille pœnitens corpore vegetus, nec illi myſteriorum Dei diſpenſatores, veri germanique ſacramenti ſuſcipiendi vel concedendi mentem animumque dicendi ſunt habere; cuius defectu, cur ſacramentum irreligioſo vſu temerare aut violare poſſint, non video: cum nec apud nos probrum ſit vllum pœnitentiæ ſacramento illatum, ſi extra confeſſionis ipſiuſque ſacramenti cancellos, peccatis venialibus ſoluendis, pœnitentiæ formam verbis exprimentibus vtatur, dicatque Sacerdos ex Prædicatorum cærimoniali. *Sitis abſoluti*, quod idem eſt ac, *Abſoluo vos, à peccatis & negligentiis veſtris*: abeſt enim ab eius mente, ſacramenti exhibendi intentio, deeſt & ſubiectum illi ſuſcipiendo proxime depoſitum: & apta ſunt congruaque illa vt vænialium remiſſionem abſque ſacramento operentur: ex quo à pari præter cuiuſcumque ſacramenti collationem in animo habitam, has preces & hanc Vnctionem, præmiſſa ſacramentali abſolutione, in delictorum ſatisfactionem poterunt Græci imponere, maxime ſi antiquam & ſinceram traditionem eſſe comprobent. Quanquam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, quorumcumq; fidelium Matri & magiſtræ, mori gerendo, ſint potius Græci ab hac conſuetudine deterrendi, ne aut imprudenter ſacramenti conferendi animum aſſumant, aut erronee (quoſdam enim ita ſenſiſſe non diffiteor) anticipata grauis morbi occaſione, à recta valetudine vtentibus ſacramentum illud præueniri poſſe arbitrentur; vel tandem leuiſſimo morbo curando adeo pretioſum huius ſacramenti remedium impendant, & pœnitentiæ vſum in Extremæ Vnctionis ſuſceptionem illegitimam conuertant: atque ita ex indiſcreta & promiſcua ſacramentorum & ſacramentalium ſuſceptione, ſacramenta violent, & ſuperfluo nefandoque cultu Sacramentalia quæque proſequantur. Verùm, vt Græcorum præcipitata nimis ac inutilis quandoque Vnctionis huius ſuſcipiendæ auiditas cohibenda, vel penitus deponenda iudicatur; ita Latinorum quorumdam in eodem Sacramento ſuſcipiendo ſegnities ſtimulanda, & fraudulenta deſidiæ deceptio, qua ad vltimum vſque ſpiritum agendum, viribus omnino, morbo inualeſcente, fractis, non propinquis tantum, ſed & ſalutis ſpe vitaque ipſa valere iuſſis, remittitur expetendum, acribus doctorum pietatiſque Chriſtianæ moderatorum reprehenſionibus & monitis eſt caſtiganda: Atque ita Iacobi verbis obaudientes Græci, nuſquam infirma corporis valetudine, ex pœnitudinis ſolius affectu, feria magna quinta, Eccleſiam vngendi conueniunt, ſed in infirmitate poſiti Sacerdotes cum Vnctione deprecaturos aduocabunt: Latini vero neutiquam hanc extremam, quod in extremis vitæ conferenda ſit, aut quod Vnctionum Baptiſmi, Confirmationis vel Ordinis poſtrema occurrat, vocitatam mente voluentes, nec non eo fine inſtitutam, *vt oratio fidei ſaluet infirmum, & alleuiet eum Dominus*, (cum videlicet, hinc morbo vitæ periculum inferente, illinc vero plurima adhuc ſalutis ſpe relicta, vt his verbis (ne Deum tentet, vel miracula, ſtupendaque ſigna quotidie deprecetur) Eccleſia, rationis amica, ac corporeæ quoque ſalutis hominum prouida, congrue poſſit orare: *Cunctos dolores cordis & corporis ab eo expelle, & plenam ei exterius interiuſque ſanitatem miſericorditer redde*, &c. Et, *hunc famulum à lecto ægritudinis tua potentia erigat ad ſalutem*, &c. pluraque his ſimilia, (quæ minitantem quidem, at non certam mortem morbum illaturum ſignificant) ſedulos magis ac ſollicitos de ſacramenti huius fructu percipiendo ſe præſtabunt: & aduertent inſuper pœnitentiam plurimam ſacramentum hoc profiteri (quæ fuit ratio vt pœnitentibus ſanis ſuſcipiendum illud imponerent Græci) lachrymas, cordis dolorem exquirere, *vt ſi in peccatis ſit infirmus, dimittantur ei*: preces eius Dei miſericordiam prouocant, cilicium cinereſque ægroto imponendos ſecum olim ducebat: & ne Græcis caſtigatione dignis faueam nimis, pœnitentiæ comitem ac appendicem nuſquam vocabo, periclitanti tamen ob imperfectionem pœnitentiæ, ac in eius ſubſidium & complementum, in extremis vel vitæ periculo, necnon vt præuia communionis diſpoſitio non ita pridem aſſumebatur; ſicut Confirmatio quondam & Baptiſmum conſummabat, & ad Euchariſtiæ gratiam conſequendam hominem recens in Chriſto natum præparabat. Verum quis mente ſanus pœnitentiam, Deique pulſandam miſericordiam, aut Euchariſtiam ſalutis cibum, fideiq; myſterium ad vſque vitæ metam, reponat ſuſcipiendum, cum deſperata corporis ſanitate, emortuiſque ſenſibus, animaque ipſa ſuis omnibus actibus interdicta, hoſtes exitum eius præſtolantes eam in perditionis barathrum detrudere confidunt? Eodem itaque temporis ſpatio ac eodem morbi corporiſque ſtatu, quo confeſſio & communio à nobis expeti debet Vnctio, vt indiuiſa quondam ſacramenta parem in nobis ex ſimili diſpoſitione gratiam poſſint producere.

4 Εὐλογοῦντος τοῦ πρώτου ἱερέως.] His verbis εὐλογητὸς ὁ θεὸς ἡμῶν· πάντοτε νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

5. Τρισάγιον.] Quale ſit τρισάγιον, ex alibi dictis conſtat. Inter procemiacas autem ſiue primordiales preces, à primæua illius decantandi inſtitutione, principem locum obtinuiſſe, narrat Nicephorus lib. 14. cap. 46. ἐξ ἐκείνου ἡ Χριστοῦ ἐκκλησία τοῦτον παραλαβοῦσα οὐ καθ' ἑκάστην μόνον, ἀλλὰ καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, κατὰ πᾶσαν ἔναρξιν ὕμνου θεοῦ, τοῦτον πρὸ πάντων πλατεῖ στόματι καθηγεῖται. *Ex eo tempore Eccleſia Chriſti eum acceptum, non quolibet tantum die vſurpat, ſed etiam vt ſimpliciter dicam, cuiuſlibet laudis initio, ante omnia, pleno ore emittit.* Procœmiacæ vero preces eæ ſunt, quæ cuilibet officio perſoluendo præbent initium (quales ſunt apud nos oratio Dominica, verſus, *Deus in adiutorium*, *Gloria Patri*, &c. quarum vnamquamque initialibus tantum verbis in pluribus Euchologii officiis notatam reperies; & in aliis ſemper dicendam, intelliges.

6. Ἦχος πλ. β'.] Octo Græcis eſſe tonos muſicos, ὀκτωήχου voce comprehenſos diximus. Quatuor recti, & alii obliqui vocantur: ἦχος α' *tonus primus*, ἦχος β'. *tonus ſecundus*, ἦχος γ' *tonus tertius*, ἦχος δ'. *tonus quartus*. ἦχος πλ. α' πρώτου. *tonus obliqui primi*, ἦχος πλ. β'. *tonus obliqui ſecundi*, *ſeptimus* ἦχος βαρὺς *audit*: *vltimus eſt* ἦχος πλ. δ'. *tonus obliqui quarti*. Toni primi quatuor vocantur à Muſicæ ſtudioſis Principales & Recti: Alii minus præcipui, Obliqui, Miniſtri: eorumque à primis in eo ſtat diſcrimen, quod vocibus quatuor, ſeu ſonis διὰ τεσσάρων, ſeu, ſi mauis vna quarta, ſub Principali deſcendunt. Eorum tertius, qui omnium ſeptimus eſt,

non nisi ἦχος βαρὺς, *tonus grauis* audit, vtpote non cursim, nec saltuatim, vt nonnumquam alij, sed *grauiter*, tardè, & morosè sit decantandus.

7. Τῆς ευσπλαγχνίας τὴν πύλην.] His adde, vt modulum integrum habeas: ἄνοιξον ἡμῖν Θεοτόκε, ἐλπίζοντες εἰς σὲ μὴ ἀστοχήσωμεν, ῥυσθείημεν διὰ σοῦ τῶν περιστάσεων. σὺ γὰρ εἶ ἡ σωτηρία τοῦ γένους τῶν Χριστιανῶν.

8. Καὶ ὁ κανών.] Verbis Zonaræ in Hymnorum expositione hic mihi vtendum est, καὶ πρῶτον ῥητέον τί κανών; καὶ τί ᾠδή; διὰ τί ἐννέα ᾠδαί; καὶ διὰ τί ὡς ἐπὶ πολὺ, ἡ δευτέρα παραλιμπάνεται; καὶ τί εἱρμοί; καὶ τί τροπάριον; Κανὼν λέγεται ὅτι ὡρισμένον καὶ τετυπωμένον ἔχει τὸ ἐμμετρον ἐννέα ᾠδαῖς συντελούμενον. *Principio dicendum, quid sit Canon, quid Canticum, cur nouem sint Cantica, & cur plerumque secundum omittatur? quid Tractus, quid Moduli? Canon dicitur ex eo quod habeat certos præfinitosque modulos & numeros, vt puta nouem Canticis inclusos:* siue iuxta Arcudium lib. 5. cap. 2. Canon Musicis Græcis præfinitam, præscriptam, ac determinatam, mensuram Hymnorum significat: propterea & Canonem vocant, quod modulationes eam mensuram non excedant.

9. Οὗ ἡ ἀκροστιχίς.] Alterius sententiæ litteras in Acrostichidas componere student Græci: quamuis vt hic obseruari potest, in Canone sequenti, Acrostichorum legem non vbique inuiolatam teneant, propter inserta quædam extranea troparia.

10. Ἀρσενίου.] Arsenium Canonis huius authorem, neque inter priscæ ætatis, neque inter medij temporis scriptores, referendum putat doctissimus Allatius. Catholicum virum, & cum Ecclesia Romana coniunctum asserit Arcudius lib. 3. cap. . & Monembasiæ fuisse Episcopum, quem depositione & excommunicatione Pachomius Patriarcha percussit, ac propterea circa annum 1480 vixisse coniicit: operaque plura ab eo scripta refert Gesnerus in Bibliotheca: & de gestis eius refert Turcogræcia fol 117. Verum cum hoc Arsenio opus præsens antiquius esse comprobetur, cum vetustissimum Barberinum MS. de huiusmodi Canone mentionem faciat ea propter Georgij Coresij in suis ad me litteris vltimè datis, alii Arsenio Asceta illud adscribentis, sententia videtur potius amplectenda. Is autem sanctissimi Patriarchæ Ignatij, & Basilij Macedonj tempore vixit, ad quem & Photius epistolam direxit apud Baronium anno 870. num. 57. latinitate donatam.

11. Ὠδὴ α'.] Quid sit Oda vel Canticum, & qualis sit eius structura, exponit Zonaras. ᾠδὴ δ' οὐ δι' ὀργάνων γινομένη, ἀλλὰ διὰ ζώσης φωνῆς ἐναρμονίως ᾀδομένη τῷ Θεῷ. ὕμνος γάρ ἐστι χαριστήριος, καὶ αἴνεσις τῷ Θεῷ. ἐννέα δὲ εἰσὶν αἱ ᾠδαὶ, ὅτι τῆς ἐν οὐρανοῖς ἱεραρχίας, καὶ ὑμνῳδίας εἰκόνες εἰσί. καὶ ἄλλως δὲ εἰσὶν ἐννέα ᾠδαὶ, διὰ τὸ εἰς τύπον εἶναι τῆς ἁγίας τριάδος συμβολικῶς, καὶ εἰς τιμὴν αὐτοῖς ὁρισθῆναι παρὰ τῶν πατέρων ἀνέκαθεν. Et post pauca: τρισσάκις γὰρ τὰ τρία εἰπὼν, τὸν ἐννατον ἂν συνάξεις ἀριθμόν. ὡς γὰρ τριττῆς ἔχοντα τριάδα τοῦτον τὸν ἀριθμὸν, καὶ δι' αὐτῆς συνιστάμενον εἰς τὸν ὕμνον τῆς ἁγίας τριάδος τοῦτον ἀπέταξεν. *Canticum vero id dicitur, quod Deo non per instrumenta canitur, sed viua voce modulando cantatur: nihil enim aliud est quam Hymnus gratiis agendis, & laudando Deo accommodatus. Sunt autem Cantica nouem* (in vnoquoque Canone) *quia cælestis Hierarchiæ ac hymnodicæ imaginem præferunt. Aliam quoque ob causam nouem Cantica constituuntur, nimirum vt sanctissimam Trinitatem symbolice repræsentent, in cuius honorem, iam olim à Patribus definita sunt. Nam si ter tria dicas, vtique numerum nouenarium conficies, quem huic Hymno destinarunt, tanquam triplici Trinitate constantem, & ex tali Trinitate conflatum* Breuius & argutè magis, dixit Arcudius vbi suprà. Mensura Canticorum vnius Canonis, ascendit à nouenarium numerum, qui in numeris (vt harum rerum aiunt periti) est omnium maximus. Nam deinceps sequuntur Decades, Hecatontades, Chiliades, Myriades: quæ similiter progrediuntur ac Monades, reliqui vero numeri secundum compositionem horum, & repetitionem fiunt. Canon dicitur terminus huius mensuræ constans ex nouem Canticis.

12. Θαλάσσης τὸ ἐρυθραῖον πέλαγος.] Libros notis musicis exaratos, inter cantandum rarissime conspiciunt, vel etiam habent Græci: communesque ideo, & verbis & cantu, memoriæ tenaciter infigunt Hymnos, ad quorum normam alios pari syllabarum numero constantes, cantando inflectunt: quorum ideo primordia Canticis aliis inscribunt, vt ad eorum regulam, sequentes indicent esse decantandos. Hi vocantur εἱρμοὶ siue *Tractus*, vt qui sequentes modulos ad suam musicam inflexionem *trahant*: eosque secundum octo Tonorum varietatem collectos, liber Ecclesiæ εἱρμολόγιον dictus continet. Redit in hunc sensum, quod de Tractu scribit Arcudius: εἱρμὸς λέγεται ὅτι κατὰ τάξιν τινὰ, καὶ συνθέσει, καὶ μελῳδίᾳ εἱρόμενος, καὶ πλεκόμενος, καὶ ἁρμαζόμενος φέρεται, καὶ οὐχ ὡς ἔτυχε. *Tractus dicitur, quod ordine quodam, & compositione, suauique cantu continuatus, contextus, atque concinnatus, non autem temerè procedat*: vel dicitur εἱρμὸς, id est *series*. quod reliquorum quæ canuntur consequentia & *series* ab eo ducatur. Zonaras: εἱρμὸς λέγεται ὡς ἀκολουθίαν τινὰ μέλους καὶ ἁρμονίας διδοὺς τοῖς μετ' αὐτὸν τροπαρίοις· πρὸς γὰρ τὸ τοῦ εἱρμοῦ μέλος κἀκεῖνα ῥυθμίζονται, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἀνταρεσμένα ἁρμόζονται τι, καὶ ψάλλονται, καὶ τῇ ἁρμονίᾳ τοῦ μελῳδήματος ἐκείνου ἀκολουθοῦσιν· ἢ ὅτι συνείρει καὶ συμπλέκει ἑαυτῷ κατὰ τὸ μέλος ὁ εἱρμὸς τὸ τροπάριον. *Tractus appellantur, quod seriem quandam & connexionem, & ordinem cantus & consonantia tribuant consequentibus post se modulis: nam ad cantum Tractuum conformantur & attemperantur, etiã moduli, & decantantur, non sine relatione ad Tractus, quorum itidem melodiam sonumque imitantur.* Vel inde Tractus nomen habet, quod contrahat, atque connectat sibi in melodiâ modulum: qui quia ad eius modum & cantum vertitur: ὅτι τρέπεται πρὸς αὐτὸν, siue, πρὸς αὐτοῦ τρόπον ἐστὶ, vocatur τροπάριον: quam vocem nihilominus Ecclesiasticæ facundiæ studiosis explicat eruditus Ligaridius, vt quasi τροπαιεῖον, ἀπὸ τοῦ τροπαίου, deducatur; & sit Hymnus qui victoriam & pæana personet, vel qui τοὺς τρόπους mores alicuius sancti referat: rectius tamen ἀπὸ τοῦ τρέπω, vel propinquius, ἀπὸ τοῦ τρόπου originem ducit; siue dicas ob vocem in cantando varie versam & inflexam (quæ mihi ratio est vt *modulum* semper reddiderim) siue, quia Canonarcha dum τροπάριον illud per commata suggerit (raro namque pulpitis astant Græci) modo in chorum hunc, modo in alium τρέπεται *vertitur*: siue tandem cum Zonara teneas, quod τροπάρια λέγονται, ὡς πρὸς τοὺς εἱρμοὺς τρεπόμενα, καὶ τὴν ἀναφορὰν τοῦ μέλους πρὸς ἐκείνους ποιούμενα· ἢ καὶ ὡς τρέποντα τὴν φωνὴν τῶν ᾀδόντων πρὸς τὸ μέλος, καὶ τὸν ῥυθμὸν τῶν εἱρμῶν. εἰ μὴ γὰρ πρὸς ἐκείνους ὁ τῶν αὐτὰ ψαλλόντων φθόγγος εὐθύνοιτο, οὐκ εὔρυθμον ἔσται τὸ μέλος, οὐδὲ ἐναρμόνιον, οὐδὲ μέλος ἂν λέγοιτο· ἀλλ' ἀπηχὲς καὶ ἀνάρμοστον, καὶ ἄρρυθμον φώνημα. *Moduli dicuntur qui ad Tractuum modum* τρέπονται *inflectuntur & canuntur: vel quod cantorum voces ad sonum & numerum Tractuum modificant: nisi enim ad eorum normam modulantium vox dirigatur, nusquam erit consonus cantus, aut suauis*

harmonia, neque melodia vere vocabitur: sed absonus quidam, inconcinnus, & ineptus clamor. Et ne taceat in psallentium choro Arcudius: τροπάρια, inquit, πρὸς τὸ εἱρμὸν τέτακται καὶ νένευκε· κἀκεῖνον ἔχει οἱονεὶ παραδειγματικὸν καὶ τελικόν. *Moduli iuxta Tractus vertuntur, & ad illos inclinant: velut enim exemplar, & perfectiuam causam eos respiciunt.* Inuentorem porro ἱρμολογίων facit Chrysostomum laudatus Ligaridius (non enim modernam esse illorum editionem docet Cedrenus, qui iam Zenonis Imperatoris ætate Anthimum & Timoclem ἱρμολογίων ποιητὰς floruisse testatur) κοντακίων autem Romanum Monachum, dicato ipsi ab Ecclesia Græca die celebrem, ἐξαποστειλαρίων vero Constantinum Leonis Philosophi filium. Sed vt τροπαρίων, & Hymnorum compositioni animum applicuerunt Imperatores, ita & modulâ sonoráque voce in Ecclesia publice cantare in laude quondam posuerunt. Laudatus ideo à Cedreno Leo Armenius, deque Theophilo alias impio, refert idem author, ὡς ἐφιλοτιμεῖτο καὶ μελῳδὸς εἶναι. διὸ καὶ ὕμνους ποιῶν τινάς, καὶ στιχηρὰ μελίζων, ᾄδεσθαι προσετέτακτο. ἐξ ὧν, καὶ τὸ ὅσον τέταρτον ἦχον, ἐκ τοῦ κατὰ τὴν ὀγδόην ᾠδήν. Ἄκουε κόρη· μεθαρμοσάμενος καὶ ῥυθμὸν ἕτερον, παρέχων ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ, εἰς ἐπήκοον ᾄδεσθαι διωρίσατο· φέρεται δέ, καὶ τις λόγος, ὡς ἑορτῇ τοῦ μέλους βαλλόμενος, κατὰ τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν ἐν φαιδρᾷ πανηγύρει. οὐ παρῃτήσατο, τὸ χειρονομεῖν· δοὺς τῷ κλήρῳ ὑπὲρ τούτου, χρυσίου λίτρας ἑκατόν. καὶ τὸ στιχηρὸν δὲ κατὰ τὴν βαϊοφόρον, τό, Ἐξέλθετε ἔθνη, ἐξέλθετε καὶ λαοί, τοῦ ἐκείνου φάσκουσιν εἶναι τόκον ψυχῆς. *Ambiebat (Theophilus) & musicæ laude excellere. Hymnosque quosdam & Versus composuit, decantari postea iussos: de quibus est,* Benedicite, *quarti Toni: quod ex,* Audi filia, *octauo Cantico, à se concinnatum in Ecclesia Dei clara voce cani mandauit. Ferunt etiam illum cantus amore illectum, in solemnibus ad magnam Ecclesiam conuentibus ac festis, ne manus quidem ad cantus artificiosam normam agitare recusasse: Clerumque ideo centum argenti libris donasse. Quidam eius ingenij fœtum Versum illum, qui festo Palmarum die cantatur, ferunt: cuius initium, Exite gentes, exite populi.* Vox porro χειρονομεῖν, non est simpliciter elata, depressáque ad numerum manu, modulandi moram, normamque præscribere: sed Græcis ad pulpita cantaturis minime conuenire solitis, est; post κόμματα τροπαρίων à Canonarchâ è libro suggesta, cantus moderatorem in omnium conspectu, variis manus dextræ motibus & gestibus, erectis nimirum, depressis, extensis, contractis, aut combinatis digitis, diuersas cantus figuras, & vocum inflexiones characterum musicorum vice designare: atque ita hunc cantus ducem reliqui attente respicientes, velut totius modulationis regulam sequuntur. Quibus de Theophilo, & aliis prioribus tempore concessis, notarum musicarum in læua manu impressa series, & musices prima rudimenta variis eiusdem manus iuncturis locisque mente concipienda, Ioanni decimo nono Pontifici Romano velut illius inuentrum nequeunt attribui: scripserit de eo licet Ciacconius circa annum 1028. *Vir artis musicæ eruditissimus fuit, nouam vocum flectendarum disciplinam, quæ in hunc vsque diem obseruatur, per literas syllabasque flexuris digitorum læuæ manus adiungendas edidit*: nisi forte intelligamus χειρονομίαν illum (Gallis *Gamme* dictam) dextræ manus motibus & flexuris à Græcis iam, à sæculis aliquot vsitatam; Ioannem Pontificem in læuam transtulisse, & Latinis addiscendam tradidisse.

13. Θεοτόκιον] Vltimum Odarum siue Canticorum θεοτοκίον, pro suo in virginem Deiparam affectu, verbis ipsius Odæ subiecto quadrantibus compositum, solent in eius honorem Græci decantare. Sæpius autem in officiis Ecclesiasticis contracta hac nota ϑ' depingitur. Ante penultimum vero modulum τό, Δόξα πατρί, καὶ υἱῷ, &c. contracte hac figura ∞ notatum conspicitur: & sequens Versiculus, καὶ νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. τῷ θεοτοκίῳ præmittitur.

14. Ὠδὴ γ'.] Quid est quod Græci post primum quodlibet Canonum Canticum, omisso secundo, tertium confestim subiiciunt? Respondet Zonaras. παραλιμπάνεται δέ, ἡ δευτέρα ᾠδή, ὅτι οὐχ ὕμνος ἐστὶ πρὸς Θεόν· ἀλλὰ διαμαρτυρία πρὸς Ἰουδαίους καὶ ἀπειλή, καὶ ἔλεγχος τῆς πονηρίας αὐτῶν, καὶ τῶν μελλόντων αὐτοὺς καταλήψεσθαι κακῶν προαγόρευσις. ᾠδὴ δὲ λέγεται ὡς προκήρυξις τῶν ἐπαχθησομένων κακῶν τοῖς Ἰσραηλίταις, διὰ τὴν πονηρίαν αὐτῶν, καὶ κακίαν, καὶ τῶν πεπαθῶν σφόδρα προαγόρευσις, ἃ τραγῳδίαν ποιοῦσι. ἀοιδὴ γὰρ καὶ ᾠδή, καὶ ὕμνος, καὶ προσευχὴ ἐκλήθη· ὅτι ἐμπαθῶς καὶ θρηνωδῶς ὀφείλουσι γίνεσθαι, καὶ ἐκ συντετριμμένης καρδίας. *Omittitur autem Canticum secundum, quia non est Hymnus ad Deum, sed compellatio Iudæorum, & comminatio, & nequitiæ eorum increpatio: malorumque quæ eis superuentura sunt, prædictio. Dicitur etiam Canticum quia est prænunciatio grauissimarum cladium, quas ob improbitatem Israëlitæ incursuri erant: & præmonitio tristissimarum & plane tragicarum calamitatum. A voce enim* ἀοιδὴ *contractione facta fit* ᾠδή: *& est Hymnus & oratio affectuose, & flebiliter, & contrito corde instituenda.* His Zonaræ verbis, quæstioni tenebras densiores offundentibus, lux est aliunde deducenda. Cum soleant, nouem scripturæ sacræ Cantica ᾠδὰς, secundum ordinem & ferias εἰς τὸν ὄρθρον *in laudibus*, Græci recitare: primum quidem Dominicâ, & feria secunda τό, Ἄσωμεν τῷ κυρίῳ· ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται: secundum, de quo hîc sermo, τό, Πρόσεχε οὐρανὲ καὶ λαλήσω, feria tertia: tertium, ἐστερεώθη ἡ καρδία μου ἐν κυρίῳ, feria quarta: quartum, Κύριε εἰσακήκοα τὴν ἀκοήν σου, feria quinta: quintum, ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμά μου πρὸς σὲ ὁ Θεός, feria sexta: sabbato vero sextum, ἐβόησα ἐν θλίψει μου πρὸς κύριον, & septimum, εὐλογητὸς εἶ κύριε ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν: reliqua duo tandem alio tempore persoluunt. Secundum autem illorum, πρόσεχε οὐρανὲ καὶ λαλήσω, quia correptionibus & minis in peruicaces & perduelles Hebræos tonat, omissum idcirco toto anni decursu, solo quadragesimæ magnæ tempore lugubri, quo comminationibus, & tristis augurij vocibus peccatores terret Ecclesia, cantandum resumit: ita Horologij typus. ἰστέον ὅτι ἡ δευτέρα ᾠδὴ οὐδέποτε στιχολογεῖται, εἰ μὴ ἐν μόνῃ τῇ μεγάλῃ τεσσαρακοστῇ κατὰ τὴν τρίτην. *Sciendum quod secundum Canticum nunquam per versus recitatur, nisi quadragesima magna tertiis feriis.* Iam cum Canon quilibet ob nouenarium scripturæ Canticorum numerum, nouem quoque Odis reperiatur conflatum, cum secundum, exposito tempore dimittatur, hac quoque de causa Canonis odam secundam intercidere, siue omitti necesse est. Non typorum itaque errori, sed mysterio significando adscribendum, vt lecto Canonis primo Cantico, tertium confestim subnectatur.

15. Κάθισμα.] Modulus est, inter quem cantandum, cantoribus ad paulisper quiescendum, & à labore respirandum, sedere licitum est.

16. Ὁ ἰατρὸς καὶ βοηθός.] Catholicum Græcorum sensum, circa Extremæ Vnctionis sacramentum declarat hic locus. Effectum enim secundario tantum obtentum, corporis nimirum salutem, hæc verba:

ἐξήσατο τὴν ἴασιν τῶν νοσούντων, primarium autem & præcipuum, reliquiarum scilicet peccati obliterationem, hæc alia: ἐλέησον τὸν πολλὰ ἐπταικότα, καὶ τῶν σφαλμάτων λύτρωσαι. Theologi Græci quamuis ab Ecclesia Latina & orthodoxa alieni Symeonis Thessalonicensis, hæc est aperta mens lib. de Sacram. Titulo ὅσα ἐνεργεῖ τὸ ἅγιον ἔλαιον, *quæ operatur sacrum oleum*, subdit: θείων χαρισμάτων μεγίστων πηγαὶς παρεκτικόν. ἀπαλλαγῆς ἀρρωστημάτων, ἀφέσεως ἁμαρτημάτων, ἁγιασμοῦ χορηγόν, καὶ ἰσχύος θείας, καὶ τέλος βασιλείας τῶν οὐρανῶν προξενον. *Charismatum maximorum authorem se præbet, liberationis ægritudinum, remissionis peccatorum, sanctificationis, & roboris diuini dispensatorem, & denique regni cœlorum conciliatorem*; & alio in loco, ἅγιον ἔλαιον παραδίδοται. καὶ ἔστιν ὡς ἱερὰ τελετή, καὶ θείας τύπος ἐλέους, ... ἀπολύτρωσιν καὶ ἁγιασμὸν τοῖς ἀπὸ ἁμαρτίας ἐπιστρέφουσι χαριζόμενον. διὸ καὶ λύσιν ἁμαρτημάτων παρέχεται καὶ ἐξ ἀρρωστημάτων ἐγείρει, καὶ ἁγιασμοῦ ἐμπίπλησι. *Sacrum oleum quoque v. sacer ritus siue sacramentum traditum est, vt quod diuinæ misericordiæ typus sit & figura, redemptionem & sanctificationem à peccato conuersis conferens. Propterea peccatorum solutionem præstat, ab infirmitatibus eripit, & sanctificatione replet.* Vno verbo sacramentum à Christo Domino institutum agnoscit idem author, Titulo ὅτι καὶ τὸ τοῦ ἁγίου ἐλαίου ἤτοι εὐχελαίου μυστήριον ἀπὸ τοῦ σωτῆρος παραδέδοται. *Quod & sancti olei, id est Extrema cum oratione Vnctionis sacramentum à Saluatore traditum est.* Ἰδοὺ τὸ ἔλαιον ἁγιαζόμενον τοῖς μετανοοῦσι δίδοται, καὶ τὸν ἀσθενοῦντας ἰᾶται, καὶ θεραπεύει οὐ σώματα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς ψυχάς. καὶ περὶ τούτου μαρτυρεῖ ὁ ἀδελφόθεος. *Ecce oleum sanctificatum Pœnitentibus conceditur, & infirmos sanat, & non corpora tantum, sed & animas curat: & de hoc frater Domini testimonium perhibet.*

17. Μυστικῶς διατυπούμενοι] Alludunt hæc verba ad septenarium Sacerdotum numerum, diuinarum miserationum effluxum, & aduentum adumbrantem: Christus enim misericordiæ typum septenario inclusit numero, qui non tantum septies, sed & septuagies septies, Petrum proximo iussit delicta condonare.

18. Ἄξιόν ἐστι.] Reliquum huius Hymni est huiusmodi: ἄξιόν ἐστιν ὡς ἀληθῶς μακαρίζειν σε τὴν θεοτόκον τὴν ἀειμακάριστον, καὶ παναμώμητον, καὶ μητέρα τοῦ θεοῦ ἡμῶν.

19. Τὴν τιμιωτέραν] Hic alius Hymnus sic habet, τὴν τιμιωτέραν Χερουβίμ, καὶ ἐνδοξοτέραν ἀσυγκρίτως τῶν Σεραφίμ τὴν ἀδιαφθόρως θεὸν λόγον τεκοῦσαν, τὴν ὄντως θεοτόκον σε μεγαλύνομεν.

20 Ἐξαποστειλάριον.] Genus Hymni est, pro solito, gratiæ cælestis, & Spiritus Sancti aduentum implorans: vel ad Apostolorum Euangelij prædicandi causa missionem celebrandam, à Constantino Leonis Philosophi filio excogitatum: quamuis in præsenti de alterutro eorum nulla fiat mentio.

21 Εἰς τοὺς αἴνους.] Ad variarum lectionum calcem, fol. 432. obseruauimus, olei sacri officium, ex vigiliis siue nocturnis, Laudibus, & Missa coalescere: atque adeo cum præcedentia Matutinis precibus sint interserenda (lectus enim hucusque Arsenij Canon, ille idem est qui fol. 57. numero 18. memoratur) τοὺς στιχηρὰ προσόμοια, iam, inquam, præsentes *Versus similares* in ea parte τοῦ ὄρθρου *Laudum* decantandi sunt, quæ dicitur αἶνοι siue *Laudes*, cum Psalmi 148. 149. & 50. de quibus fol. 57. canuntur. Reliqua vero in Missa recitari intelliguntur.

22. Τὴν εὐχὴν τοῦ ἐλαίου.] Cum Sacerdotalis sit ministerij ægrotos oleo sacro linire, vsu consentiente factum est, vt non à Græcis Pontificibus, sed à Sacerdotibus consecratum, & quoties vrget necessitas renouatum, & recens benedictum huic sacramento conferendo proferatur. Non diffitendum tamen primigeniæ potestatis huius sacri olei consecrandi signum exhibere Pontifices Græcos, cum feria quinta magna solemni precum & ritus apparatu, semel illud in anno sanctificant. Ac cum in cærimoniali astantium Vnctione eodem tempore consumatur, (cuncti namque ad sacram synaxim accessuri in peccatorum expiationem sese vngendos offerunt: & Pontifex ipse primus omnium œconomi manu suscipit Vnctionem, & reliquos deinceps ipse vngit: cuius mori stuporem, vt reor, plerisque incussuro, testimonium ex parte Damascenus perhibet sermone de defunctis: ὥσπερ γὰρ μύρον, ἢ ἔτερον ἅγιον ἔλαιον, ὁ μετέχων ἐν νοσοῦντι, προσέπτει ἐκείνῳ, εἶτ' οὖν ὁ χρίων, μετέχει τῆς χρίσεως· εἰ δ' οὕτως ἀλείφει τὸν ἀσθενοῦντα· οὕτω καὶ πᾶς τις τοῦ πλησίον σωτηρίας ἀγωνιζόμενος πρῶτον ἑαυτὸν ὀνίνησιν, εἶτα τὸν πέλας. *Velut enim qui ægrotantem vnguento, vel alio sacro oleo vult inungere, prior ipse vngendo particeps est Vnctionis, & sic postea morbo laborantem inungit: ita qui pro salute proximi adhibito studio aliquid facit; primum sibi, deinde proximo prodest*:) cùm, inquam, tunc oleum omne consumatur, facultatem illud denuò consecrandi, priuato cuicumque parocho, ipsi Pontifices taciti ex antiquo more videntur remittere. Consuetudinem Summorum totius Ecclesiæ Pontificum confirmauit auctoritas Clementis VIII. verbis manifestata in instructione ad Episcopos Latinos directa, titulo: *Circa oleum sanctum infirmorum*, qui Romanus & supremus Episcopus edicit: *Non sunt cogendi Presbyteri Græci, olea sancta præter Chrisma, ab Episcopis Latinis Diœcesanis, accipere: cum eiusmodi olea, ab eis, in ipsa oleorum & sacramentorum exhibitione, ex veteri ritu conficiantur, ac benedicantur.* Videndus de his Arcudius lib. 5. cap. 2.

23. Ἅπτουσι τὴν κανδήλαν.) Oleum infirmis vngendis in vase separato non asseruant Græci, nisi forsan in magna Ecclesia, in vna ex appensis lampadibus, ea nimirum quæ coram Christi Domini ardet imagine, & hac de causa etiam κανδήλα τοῦ εὐχελαίου audit: de huiusmodi lampade Symeon Thessalonicensis, καὶ ἔλαιον, inquit, ἐν φωταγωγῷ ἐμβάλλεται, ἢ ἐν σκεύει, ἢ ἄλλῳ τινί, ἐν ᾧ καὶ ἑπτὰ ἀνάπτονται φῶτα κατ' ἀριθμὸν τῶν ἱερέων, καὶ εἰς τύπον τῶν χαρισμάτων τοῦ πνεύματος· καὶ ὅτι ὡς λυχνία διὰ τοῦ ἁγίου ἐλαίου γίνεται, καὶ ὡς ὁλοκάρπωσις καὶ θυσία καθαρὰ θεῷ ἀναφέρεται. *Oleum deinde in lucernam immittitur, aut in vas aliud, in quo septem ellychnia iuxta Sacerdotum numerum, & in figuram gratiarum Spiritus accenduntur, & quia vt lucerna per sanctum oleum euadit, & velut holocaustum & sacrificium mundum Deo offertur.*

24 Αντὶ ὕδατος.] Symeon. ἐν τῷ σκεύει μετὰ τοῦ ἐλαίου οἶνόν τινες ἐμβάλλουσιν. ὑπεμφαίνει γὰρ καὶ ἐν ἡμῖν τὴν τοῦ μωλωπισθέντος ἐκείνου ἴασιν ὃν ἐκ Σαμαρείας ἀναλαβόμενος Ἰησοῦς θεραπεύει. *Ad oleum in vase vinum adiicitur: subindicat enim & in nobis vulnerati illius curationem, quem è Samaria suscipiens Iesus sanum fecit.*

25 Ἁγίασον τὸ ἔλαιον τοῦτο.] Cui ex parte, sacri Chrismatis, hic autem Vnctionis oleum sit tota materia, quærit Thessalonicensis: διὰ τί καὶ ἐν τῷ ἁγίῳ καὶ μεγάλῳ μύρῳ, καὶ ἔλαιον ἐν τῷ εὐχελαίῳ. *Qua ratione in sancto, & magno Vnguento, & in Extrema Vnctione adhibetur oleum.* Respondet, ὅτι κἀκεῖ καὶ ἐνταῦθα τύπον θείου ἐλέους ἔχει τὸ ἔλαιον. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἐν τῷ μύρῳ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν, καὶ τὴν ἀπὸ θανάτου λύτρωσιν, καὶ τοῦ ζωοποιοῦ πνεύματος τὴν σφραγῖδα σημαίνει, δι' οὗ σε κατα-

κλυσμοῦ τῆς ἁμαρτίας ἐρρύσθημεν. *Quia tam hîc, quàm ibi, diuinæ misericordiæ typum præfert oleum. Illic namque in Vnguento salutem nostram, & à morte liberationem, & Sancti Spiritus signaculum, quo peccatorum diluuio sumus erepti, significat.*

26 Ἐν ὅσῳ δὲ λέγεται ἡ εὐχή] Superiorem orationem ab omnibus Sacerdotibus dici permittunt hæc verba, quamuis superiora: εἶτα λέγει ὁ πρῶτος τῶν ἱερέων τὴν εὐχὴν vni soli detulerint, recitandam: verum hîc, clarè; alij tacitè, illam legunt: atque ita cuncti ad consecrandum oleum sanctum concurrunt.

27 Φοβεροὶ ὤσι τοῖς ὑπεναντίοις.] Ex his colligit Gabriel Philadelphiensis sacramenti Vnctionis effectum esse, vt eo munitus homo, cum vita fungitur, ad cæleste regnum apertam viam, & ab occursantibus aëreis immundis spiritibus liberam reperiat. ἂν τῶν ὧδε ἀπέλθοι ὁ χρισθεὶς, πρὸς τὰς ἐκεῖσε μονὰς ῥαδίως ἀνέρχεσθαι αὐτὸν τῶν ἀερίων ἀκαθάρτων πνευμάτων προσεγγίσαι οὐ τολμώντων. *Si forte hinc vnctus discesserit, ad illas mansiones, facile conscendere potest, aëreis immundis spiritibus ad eum accedere non valentibus.* Cui consentit Ambrosiana sacramenti huius forma: *Vngo te oleo sanctificato in nomine Patris, &c. vt more militis vncti, præparatus ad certamen, aëreas possis superare potestates.*

28 Καὶ μετὰ τὴν εὐχήν] Diuersissima est hîc, antiquorũ editorum, & recentiorum lectio. Illa etenim Apostolo & Euangelio ab vnoquoque Sacerdotum recitatis tum demum ab omnibus simul, vel saltem successiue spatio tamen temporis eodem fieri Vnctionem, & pariter orationem πάτερ ἅγιε ἰατρὲ τῶν ψυχῶν, pronuntiari enarrant, atque ita circa totius officij calcem, materia formaque sacramenti ab omnibus apposita, ab omnibus quoque cõfertur sacramentum. Hæc vero, lectis ab vnoquoque Sacerdotum Apostolo & Euangelio Vnctionem, & deprecatoriam sacramenti formam confestim proferri demonstrant: atque separatim, & facto temporis interuallo, singuli ægrotum vngunt: vtrobique autem materiam & formam simul adiungunt, vt vnum perfectum sacramentum conferre dicantur.

29 Πάτερ ἅγιε ἰατρὲ τῶν ψυχῶν.] Veram sacramenti Extremæ Vnctionis formam hac in prece contineri, docet Neophytus Rhodinus in sua Synopsi vernacula, iussu sacræ Congregationis de propaganda Fide approbata, eiusque impensis Romæ edita: ἡ ὕλη τοῦ εὐχελαίου εἶναι τὸ ἐλαιόλαδον εὐλογημένον ἀπὸ τὸν ἀρχιερέα, ἢ ἀπὸ τοὺς ἱερεῖς ὅπου εὑρεθοῦσι παρόντες κατὰ τὴν τάξιν τῆς ἐκκλησίας. τὸ εἶδος δὲ εἶναι ἡ εὐχὴ ἐκείνη ὅπου λέγει ὁ ἱερεὺς ὅταν ἀλείφῃ τὸν ἀσθενημένον, ἤγουν τό· πάτερ ἅγιε ἰατρὲ τῶν ψυχῶν. *Materia sacrmenti Extremæ Vnctionis est oleum oliuæ expressum à Pontifice vel à Sacerdotibus, qui præsentes fuerint, iuxta Ecclesiæ morem, benedictum: forma vero est oratio illa, quam dicit Sacerdos, cum infirmum vngit, videlicet: Pater sancte medice animarum.* In eadem est sententia Arcudius lib. 5. cap. 5. quam quidem hæ rationes confirmant. Effectus enim sacramenti præcipuos & à Christo Legislatore potissimum intentos, peccatorum videlicet remissionem, & infirmitatis leuamen hæc oratio disertè explicat: precandi etiam more, vt patet, edita est: coniuncta etiam Vnctioni, vt materiæ proximæ, & sacramenti comparti est hæc forma: nec tandem alia sunt verba cui formalis huius sacramenti virtus & efficacia, commodius toto in hoc officio tribuatur: sed neque ex traditione alia vsurpant Græci: in his itaque forma sacramenti huius residebit, vel certe alia congruentior sacramento huic administrando propria supererit proferenda: quam licet effingere molitus fuerit Catumsyritus Italogræcus tractatus 1. Elencho 23. & aliis locis, & sub tertia persona compositam esse voluerit, χρίεται ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ ἔλαιον, &c. tamen quia hucusque Græcis ignota fuit, nec Summo Pontifici innotuit, nec Ecclesiæ Græcæ fuit communis, meritò cùm authore Catumsyrito, & eius cunctis operibus, iam damnatis, reprobanda est: & quam tacite Petri Sedes admisit, in Græcis Ecclesiis retinenda. Etsi enim, quod solum in ea potest displicere, olei appositi Vnctionem, vel vngendi ministerium non exprimat aperte, abunde tamen est in superioribus, patefacta: & vnctio præsens non nisi verborum eandem memorantium & exprimentium consecutio est & corollarium. Et opponatur licet in plerisque Ms. hanc orationem reperiri breuiorem, nihil officit: eius siquidem incrementum nihil essentiale secum detulit aut immutauit; sed aliquorum solummodo sanctorum nomina ex posteriorum deuotione adiecta expressit, quæ nec formæ memoratæ integritatem minuunt, aut eius sensum immutauerunt. Quæcumque tamen variatio inter vtramque est, alibi commodius exponitur, ἐν ἀκολουθίᾳ εἰς παράκλησιν ἀσθενῶν χειμαζομένων ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων.

30 Ἀναργύρων Κοσμᾶ καὶ Δαμιανοῦ] Sanctos arte medica celebres, infirmorum salutis impetrandæ inuocat Ecclesia Orientalis: & præ cæteris beatos fratres Cosmam & Damianum, Antonomasticῶs, ἀναργύρους *mercede non conductos*, vbique nuncupatos: eo quod vt de illis prima Nouembris canit Ecclesia. ὅλην ἀποθέμενοι ἐν οὐρανοῖς τὴν ἐλπίδα, θησαυρὸν ἀσύλητον οἱ ἅγιοι ἐθησαύρισαν, δωρεὰν ἔλαβον, δωρεὰν διδοῦσι τοῖς νοσοῦσι τὰ ἰάματα· χρυσὸν ἢ ἄργυρον εὐαγγελικῶς οὐκ ἐκτήσαντο· ἀνθρώποις καὶ κτήνεσι εὐεργεσίας μετέδωκαν. *Totam in cœlis spem reponentes, thesaurum furibus imperuium sibi recondiderunt: gratis acceperunt, gratis etiam medelam largiuntur: aurum & argentum Euangelij præceptis imbuti, non possederunt, homines & bestias, suorum beneficiorum participes fecerunt.*

31 Κύρου καὶ Ἰωάννου.] De iis Synaxarion 31. Ianuarij: οὗτοι ἅγιοι μάρτυρες Κῦρος καὶ Ἰωάννης ὑπῆρχον ἐπὶ Διοκλητιανοῦ τοῦ βασιλέως. ὁ μὲν Κῦρος ἐκ τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως, ὁ δὲ Ἰωάννης ἐξ Ἐδέσσης διὰ τὸν ἐπικρατοῦντα οὖν διωγμὸν καὶ τοὺς Χριστιανοὺς ἐκπορθοῦντα τὸν πρὸς τὴν Ἀραβίαν θαλάσσιον καταλαβὼν ὁ Κῦρος, καίτοι μοναχικὸν ἀμφιασμένος σχῆμα, ἐν αὐτῷ κατοικεῖ. ὁ δὲ Ἰωάννης ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις γενόμενος, καὶ περὶ τῶν θαυματουργιῶν τοῦ ἁγίου Κύρου ἀκούσας καὶ γὰρ τὴν πᾶσαν νόσον, καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἰώμενος παρέγινετο εἰς Ἀλεξάνδρειαν· κἀκεῖθεν κατὰ φήμην, ἔνθα ἐδιάτριβεν ἀπελθὼν, συνῆν μετ' αὐτοῦ: & quibusdam interpositis: καὶ ξίφει τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν. *Hi sancti Martyres Cyrus & Ioannes Diocletiano Imperatore, Cyrus quidem Alexandriæ, Ioannes vero Edessæ, floruerunt. Propter ingruentem autem persecutionis vim Christianos vbique depopulantem, in maritimum Arabiæ locum secedens Cyrus, monastico habitu indutus, in eo versabatur Ioannes porrò Hierosolymis degens, audito Cyri omnem morbum languoremque miraculose curantis, nomine, Alexandriam venit, atque inde viri fama eum deducente, ad ipsum appulit, cumque eo moram egit: simulque gladio animaduersi obierunt.*

32 Παντελεήμονος καὶ Ἑρμολάου.] Latinis pariter ac Græcis celebris est horum memoria 28. Iulij: speciatim vero de Panteleemone, quem nos Pantaleonem dicimus, canit Orientis Ecclesia, ἐξ ἐλεήμονος θεοῦ χάριν ἔλαβες, καὶ ἰατρὸς τῶν ἀσθενούντων ἀνεδείχθης, χρηστωνύμως σου κλήσει, λαβὼν καὶ τὸ ὄνομα. *A Deo misericorde gratiam accepisti, & infirmorum*

medicus claruisti: nomenque Christianâ vocatione sortitus es. Hermolaus autem Sacerdos Pantaleonem in fide erudiuit: atque illum diuina medendi arte charitatis præceptis imbuit.

33 Σαμψών.] De Sampsone Synaxarion Iunii 27. ἦν σωτήριος λιμὴν πενομένοις καὶ χρήζουσι βοηθείας, καὶ τῆς ἰατρικῆς ἐπιστήμης ὢν ἐν πείρᾳ, αὐτὸς καὶ τὸν βασιλέα Ἰουστινιανὸν ἀνιάτῳ πάθει περιπεσόντα ἠλευθέρωσε. τὸ τίμιον αὐτοῦ λείψανον καθ' ἑκάστην βρύει ἰαματοφόροις νάμασι. *Salubris erat indigentium portus, & medendi scientia peritus, Iustinianum Imperatorem in morbum incurabilem lapsum sanauit: eius veneranda reliquia salutiferis fluentis scaturiunt.*

34 Διομήδους.] οὗτος μετήρχετο τὴν ἰατρικὴν τέχνην θεραπεύων παρ' οἷς γένοιτο, τὰς μὲν ψυχὰς αὐτῶν, θεοσεβείᾳ· τῇ δὲ τέχνῃ τὰ σώματα. *Medendi artem professus, eorum cum quibus versabatur, animas quidem pietatis cultu: arte vero corpora curabat.* Ita de eo Synaxarion 16. Augusti.

35 Φωτίου καὶ Ἀνικήτου.] Photius Aniceti nepos, cum eo igne consumptus est Nicomediæ, sub Diocletiano & Maximiano Impp. vtriusque memoria 12. Augusti celebratur.

36 Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννης.] Deiparentes προξένους τῆς παγκοσμίου σωτηρίας, in omnibus periculis & angustiis inuocant Græci.

37 Αὕτη ἡ εὐχὴ λέγεται παρ' ἑκάστου.] Oratio, πάτερ ἅγιε ἰατρὲ ψυχῶν, &c. ab vnoquoque Sacerdotum vnctione simul admota dicenda, mouet suspicionem de Græcis, eos irreligiose Vnctionis extremæ Sacramentum tractare, vt qui materia, vnctione nimirum, & forma in præscripta oratione vere contenta, à singulis septem Sacerdotum repetita, ipsum etiam Sacramentum videantur absque ratione iterare. Et Arcudius quidem, qui vbi lubet suos, ex pietatis officio, & naturæ debito propugnat; non animi, sed attentionis, vt reor ego, defectu, turpiter hic deserit lib. 5. cap. 6. vbi asserit, præsentem Græciæ vsum se suspicari abusum: *vt enim alij*, inquit, *Græcorum ritus obscurant naui, sic & hanc labem in eos irrepsisse non mirum est.* Mihi tamen illud mirandum magis semper fuit, vt quos concordes cum Latinis pollicetur exhibere Græcos in Sacramentorum sensu, eos leui occasione ad discordiam prouocet; & quasi fidei rupto fœdere, erroris & sacrilegii non solidis, vt mihi quidem constat, indiciis condemnare non vereatur. Admitto quidem in perstringendis mediocri rigore Græcis, Arcudio rationes in vnica de matrimonio materia non defuisse, vtrum tamen hic tam immitem mereantur censuram, & vtrum simili apud Latinos existente quondam praxi, extans adhuc hodie Græcorum vsus à sacrilegio immunis & alienus queat asseri, paulo morosius est examinandum. Dico itaque à sacrilegio iterati sacramenti Extremæ Vnctionis imputato seu imposito, vel abusus omni suspicione, exoluendos videri Græcos; quamuis in eiusdem infirmitatis statu, nec non temporis eiusdem tractu, plures id est septem eorum Sacerdotes, easdem infirmi partes, oleo sacro, repetitaque debita verborum forma, perungant.

Conclusionem hanc validarum rationum agmen ab Arcudio minime propulsatum vel expugnatum, iterum propugnat, quarum prima petitur ex paritate plurium Sacerdotum ad vnum consecrationis opus, siue ad vnum Eucharistiæ mysterium perficiendum vnanimi consensu concurrentium: quorum proinde multitudo aut definitus numerus vni Extremæ Vnctionis Sacramento perficiendo ex vnanimi consensu admotus nullatenus aduersatur, aut sacrilegii inducit suspicionem. Vnde etenim ministri plures sacramenti eiusdem officerent vnitati, vel integritati noxij forent, si tale sit, quod vel premente necessitate, vel concedente consuetudine, vel denique ex institutionis præcepto, à pluribus perfici aut administrari debeat? Quid vnitati mysterij corporis & sanguinis Christi obest, si sublato è viuis, repentino casu Sacerdote post panem consecratum, Sacerdos alter calicem consecraturus adueniat? An iterata iudicatur communio, si tradito à Sacerdote Christi corpore, Diaconus sanguinem porrigat, aut si plures hostias successiue in eodem Missæ sacrificio consumat Sacerdos? An non (quod hac in re maturè ponderandum est) Iacobi ore sanxit, aut saltem concessit Christus Dominus sacramentorum author & præcipuus Legislator, plures Sacerdotes aduocandos, vt *orent* pro infirmo, *& eum vngant oleo, vt oratio fidei sanet infirmum; & si in peccatis sit, dimittantur?* An plures aduocandos esse, inquies, vt vnus solus vngat, cum omnes ex æquo Vnctionem præstituros, sicut & oraturos aduocari, Christi authoritate fretus Iacobus edicat, cumque insuper in hunc eundem finem videatur exponere Gregorius III. Ecclesiæ Latinæ ex Sanctorum dictis cap. 9. legem hanc ponens: *Cum reuerentia deferatur oleum ad infirmos, & eos vngant Sacerdotes, cum magno honore & orationum celebritate, quæ ad hoc sunt ordinatæ?* Nonne plures plurium Vnctiones tam congruum aptumque possunt ad inuicem habere ordinem, vt nonnisi vnius totius partes membraque, morali quadam coniunctione inter se coaptatæ computentur: ea ratione quâ loco citato Iacobus, vt plures Sacerdotes orent pro infirmo præcipiens, confestim subiungit, *& oratio fidei saluabit infirmum;* quasi nihil magis plurium orationem vnam esse faciat, quam vnanimis eorum pietatis consensus, & vna in omnibus saluandi infirmi intentio, quæ plurium Vnctiones in vnam moralem sacramentalem Vnctionem coniungere potest, vt ex omnibus vno mentis nexu inter se compactis sacramentum vnum dicatur exurgere?

Respondet Arcudius non magis licitum esse Vnctiones infirmi eodem tempore iterare, quam bis Neophytum eumdem, repetita Baptismi forma, salutaribus aquis tingere. Admisso Baptismi exemplo, circa Vnctionem paritas excluditur. Baptismus siquidem licet immersionibus multiplex, forma tamen & effectu iamdudum Pauli oraculo, vnum & indiuisum esse, pronunciatum est: & sicut *vnus Christus*, ita & *vnum Baptisma*. At vero variis & extensis partibus, Vnctionibus, verbis, Vnctio-Extrema constat: effectus etiam eius, vt infra exponemus, non ita vnus & indiuisus est, vt extensionem in eo plurimam non liceat obseruare.

Instat Arcudius, atque respectu cuiuscumque Sacerdotis, vnum & indiuisum sacramentum esse, nec aliquid posse posteriorem Sacerdotem conferre ait, quod à priore præstitum non fuerit.

Sed nec etiam, quam propugno sententia, plura simul Vnctionis-Extremæ admittit sacramenta: quin potius quod ad rem præsentem spectat, ita ex Ecclesiæ suæ instituto, possunt inter se tacitæ mentis proposito, conuenire Sacerdotes Græci, vt ex omnibus partialibus Vnctionibus vnam totalem conflatam esse velint, nec primi Vnctionem suum effectum ante vltimi actionem sortiri. Ex D Thoma siquidem in supplemento qu. 30. art. 1. ad 3. Quando sunt multæ actiones ordinatæ ad vnum effectum: vltima est formalis respectu omnium præceden-

tium, & agit in virtute earum. Vnde cum vltima tantum Sacerdotis vnius Vnctione complemētum, suum hoc sacramentum apud Latinos nancisci dicatur, cur apud Græcos ante vltimam vltimi Sacerdotis actionem, completum esse sacramentum affirmabis, maxime si singuli, vel eorum nomine Ecclesia, vltimi tantum actione perfectionem, & vltimam manum sacramento apponendam, esse destinauerit?

Occurrit aduersarius quilibet & ait, primum Sacerdotem iam sacramentum perfecisse, nec in eius esse potestate, vt debita sacramenti prolata forma, effectus eius vsque ad vltimi Sacerdotis Vnctionem, vel formam pronunciandam, suspendatur.

Verùm edoceat simul, amabo, cur pluribus Presbyteris, vel in Occiduâ, vel in Orientis regione, ad Missam vnam simul celebrandam conuocatis, primo verba consecrationis effectum suum indubiè consequutura pronunciante, non omittunt alij verba eadem, sacramento perfecto, deinceps pronunciare? An non possunt cuncti tali mentis moderamine temperare intentionem, vt non nisi ad Episcopi præcipui celebrantis, vel ad clausam vltimo pronunciantis loquelam, consecrationem velint esse consummatam: cui nihil absimile dicatur hic occurrere, vbi pluribus plurium Sacerdotum Vnctionibus, quos Christus Iacobi præconio aduocari voluit, & vngere, & orationem fundere, vnus totalis & integer sacramenti fructus promittitur?

Secunda ratio positæ conclusioni probandæ idonea in pari vsu circa Pœnitentiæ sacramentum obseruando, fundatur. Comperit enim solito sæpius experientia, spiritalem delicti infirmitatem, vel erubescentiæ in satisfactionem sumendæ, vel amplioris gratiæ recuperandæ causa, eidem Spiritus medico siue Patri, curandam offerri: quâ certe ratione non inconuenit, vt qui graui aliquâ corporis ægritudine iactatur, vt potentius sibi auxilium adesse sentiat, à pluribus ita iubente vel permittente Apostolo, vngatur, precibusque & Vnctionibus repetitis, quo facilius iuxta dictum Apostolicum ἐγείρεσθαι valeat, medicamentum, tum animæ tum corpori profuturum, velut iterato suscipiat?

Non placet Arcudio eiusdem peccati, in confessionibus subinde iteratis, detegendi paritas: nisi enim, inquit, nouam faciem induat peccatum, vel vel nouam de illo opinionem concipiat pœnitens, vt quod pro leui habuerat, iam iudicet mortale, non statim patrem spiritualem veniam postulaturus adit: atque ita nisi ægritudinis status notanter vicissitudinem sumat, non est leuis momenti causa repetenda sacramenti huius Vnctio, in quo à crimine, ait, non sunt immunes Græci, qui etiam si nihil noui ægroto accidat, tot manuum nihilominus ministerio eum inungere non verentur. Verùm penes Arcudium sit hæc opinio, de peccato, absque mutatione in eo exortâ in confessione, non aperiendo: cum vsu plusquam quotidiano constet, pro libito, deuotionis solius excitandæ causa pluries posse peccatum idem Ecclesiæ clauibus subiici: quodque præsens dubium tangit, indubium est ex vetustis huius sacramenti conferendi Ordinibus ab antiquitatis sedulo perscrutatore Menardo, in suis in Gregorium notis, etiam Latinos eodem quo & Græci ritu, non vnâ tantum vice, aut vno temporis spatio, sed septem diebus continuis septenorum Sacerdotum Vnctionem absque status aut ægritudinis mutatione, religiosissime vsurpasse: qua vero mente aut fine, per septem dies, aut vna die toties, absque sacrilegij metu preces & Vnctiones iterassent, nisi vt Apostolus innuit, ægroti ἐγείρεσθαι valerent facilius?

Tertia ratio ex similitudine sacramenti Confirmationis ostendit à pluribus simul conspirantibus Vnctionem-Extremam posse perfici. Sicut enim à sacrilegio perpetrando longè positus esse creditur Presbyter Græcus, qui repetita in vnaquaque Vnctione Confirmationis formâ, frontem, oculos, aures, nares, aliasque partes sacro Chrismate illinit, vt vnum Confirmationis sacramentum exhibeat: quamuis varij sint & multiplices effectus, per varias illas Vnctiones significandi; vt videlicet homo bene operetur per oculos, aures, cogitationem, &c. ita nec desinet in Vnctione-Extrema vnum solummodo reperiri sacramentum, & conglobatis, vt ita dicam, Vnctionibus, vt partibus totum coalescens, & vno intentionis nexu colligatum; quo nihilominus varij gradatim producuntur effectus, quorum vltima perfectio, vltimæ Vnctioni censebitur adscribi. Et certe si repetita vngentium actio, vel loquela formam exprimens attenditur; plus multo potest obesse in Confirmatione characterem imprimente, & sacrilegij periculum multo apertius secum vehente, quam in Vnctione Extrema, iuxta Theologorum mentem huiusmodi virtute & effectu destitutâ.

Respondet Arcudius Confirmationis exemplum non omnino quadrare, ibi enim singula membra inungit idem baptizans, hîc eadem membra à diuersis ministris etiam septies inunguntur: quocirca, inquit, sunt plura sacramenta, dum ab omnibus eadem forma repetitur.

Sed esto; singula à variis ministris inungantur membra: nulla tamen fit huic sacramento iniuria, vel ex parte formæ, vel ex parte subiecti, si à septem Sacerdotibus in vnam mentem conspirantibus, illud ministrari statuerint Christus vel Apostoli. Ex parte quidem formæ: nam deprecatoria est, atque ideo velut potentior & maiori virtute prædita videtur, aut saltem supplicationis & precis statui decentius procedere, quo à pluribus eam pronunciari continget. Ex parte autem subiecti, siue effectus in subiecto producendi, nihil obest: quia cùm non sit indiuisus, imo magis & minus suscipiat: aptius dicetur Vnctionibus multiplicatis, & concurrentibus diuersis ministris, secundùm diuersos perfectionis suæ gradus produci: reliquiæ siquidem peccati, torpor animæ, eiusque ad studiose agendum infirmitas, non vno, sicut peccatum, sacramenti telo confoditur, vel extinguitur. Partibus namque suis, vt ita loquar, gradibusque coalescit, corporeoque languori persimilis est: & sicut partes & incrementa suscipit, ita & decrementi per partes videtur esse capax: quid igitur obest, eius partem per vnius Presbyteri Vnctionem tolli, & per alterius similiter Vnctionem, alium quendam gradum auferri; sicut corporei languoris gradus, vno medicamine, & alius alio pariter pellitur? Quod quidem ita contingere assero, non ex sacramenti defectu, sed ex nimia subiecti, id est hominis indispositione, qui sicut diuersis sacramentis, atque etiam vno & eodem variis in partibus puta oculis, auribus, *&c.* applicando indiget: ita eodem quoque secundùm partem eandem medicamento spiritali, sæpius habeat opus confortari.

Quartam rationem ex ipsismet Arcudij pag. 396. dictis compono, & propriis, vt dicitur, telis eum aggredior. Vbi discrepant & contraria loquuntur Ecclesiæ, ibi cautè procedendum est, & diligenter

considerandum, quænam bonæ consuetudines sint recipiendæ: ac insuper vbi Ecclesia Græca conuenit cum Latina, ibi errorem abesse omnino fatendum est: atqui res ita se habet, vt Ecclesia Latina in Vnctione Extrema administranda, & plurium Sacerdotum vnctionem, & veræ formæ à singulis proferendæ repetitionem iniunxerit, constatque id; Primò ex libro Sacramentorum S Gregorij ab Hugone Menardo edito & illustrato, pag. 253. vbi de infirmorum vnctione agitur. *Sic faciant illi per septem dies, si necessitas fuerit tam de communione, quam de alio officio*, id est Vnctione Extrema, *&c.* Et infrà. *Multi enim Sacerdotum infirmos perungent, insuper in quinque sensus corporis*, &c. Secundò, codex Tilianus ab eodem Menardo notarum suarum pag. 340. relatus, clarioribus adhuc verbis ritum eundem exprimit: *Perungant*, inquit, *singuli Sacerdotes infirmum de oleo sanctificato, cruces faciendo in collo, & gutture, & pectore*, &c. *Dum igitur Sacerdos vngit infirmum, dicat hunc orationem morosius inungendo.* Adesto, Domine, &c. *Vnctio sacri olei ad caput.* Vngo caput tuum de oleo sanctificato, *&c.* Mox positis Vnctionum omnium formis, addit pag. 342. secundùm Menardi correctionem: *Et sic faciant illi septem dies continuos tam de communione, quam de alio officio* (nempe Vnctione, *nisi necessitas contigerit, vt se abstineat.* Tertiò, idem præscribit Codex Ms. Monasterij sancti Remigii Rhemensis, apud Menardum eundem pag. 351. *Vngatur* (infirmus) *à Sacerdote vel Sacerdotibus de oleo sanctificato, facientibus cruces singulis, in dextro tempore & sinistro, non in fronte, nec in vertice dicendo.* Vngo caput tuum oleo sanctificato, &c. & pag. 355. *Et septem dies vel multo plures, si necessitas fuerit, tam de communione, quam de alio officio fiat.*

Negat Matthæus Galenus tum apud Arcudium lib. 5. cap. 7. pag. 398. tum apud Menardum pag. 335. Vnctionem plurium Sacerdotum fuisse sacramentalem, id est ad sacramenti integritatem pertinuisse. Redibant, inquit, Sacerdotes per septiduum Vngentes, non quidem Sacramentum toties repetentes: sed statis precibus Vnctione (cærimoniali nimirum) curantes laborantia membra. Hæc ille. Verum cum relatorum ordinum verba, de vero Vnctionis extremæ officio, cuius etiam veras & approbatas subiungunt formas, intelligenda sint: non tanti momenti est Matthæi Galeni authoritas, vt nos à germano & patente verborum relatorum sensu percipiendo dimoueant. His propterea citatus Menardus pag. 336. addit Et quamuis hodie in eodem morbo non repetatur hoc Sacramentum: si tamen antiquus valeret vsus, id non esset absurdum, quia non cessante morbo, homine adhuc existente in peccatis, ob peccata saltem venialia, quæ nobis quotidie obrepunt, quia septies in die cadit iustus, iure posset hoc Sacramentum sæpius in eodem morbo repeti, ipsis causis manentibus ob quas conferri solet. Non minus ergo quondam Latini, quam nunc Græci, plures Sacerdotes infirmo eidem vngendo aduocabant, vnde nec hi nouitatis arrepæ, nec illi desertæ antiquitatis sunt accusandi: quin potius erudiendus Arcudius, ne dum hic ostendit Ecclesiam Græcam à Latina dissentire in moribus: non se fidelem concordiæ inter vtramque ineundæ præstet conciliatorem.

38 Χρίονται ἅμα τῷ ἐλαίῳ τὸν νοσοῦντα.] Quas partes Græci Vngant, nusquam Euchologium aperit: frontem tamen, mentum, genas, & manus, hac sacra Vnctione liniri, iisque tactis, sensus omnes contingi asserit Arcudius, cui adstipulatur Symeon Thessalonicensis. ἀλείφει τῷ ἐλαίῳ σταυροειδῶς αὐτὸ τὸ μέτωπον, διὰ τοὺς ἐντὸς λογισμούς, καὶ διὰ τὰ αἰσθητήρια χρίει τὸ πρόσωπον, καὶ τελευταῖον τὰς χεῖρας, ἐκ τῶν διανοημάτων καὶ πράξεων πονηρῶν ἀνακαθαίρων αὐτόν, καὶ τειχίζων τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ, καὶ ἁγιάζων ἐντελῶς. *Vngit Sacerdos in crucis modum ægri frontem, ob contentas in ea cogitationes: faciem quoque inungit propter sensuum organa, & postremo manus: à prauis cogitationibus, & operibus eum expians, sanctoque oleo muniens illum, & perfecte sanctificans.* De pectore vnde exeunt prauæ cogitationes & infandæ cupidines, & de pedibus, ad iniquitatem attingendam velocibus, mentionem non egit Thessalonicensis Antistes, illorum tamen Vnctionem hoc tempore non omitti, affirmat Arcudius lib. 5. cap. 7.

39 Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ παιδεύων.] Vetustissimum Barberinum Euchologium, id est tertium à me visum, orationis huius authorem agnoscit Chrysostomum: in eius siquidem titulo legitur, ἐπὶ ἀρρώστοις εὐχὴ τοῦ Χρυσοστόμου.

40 Εὐχαριστοῦμέν σοι κύριε.] Basilii fœtum hanc orationem esse antiqua edita Veneta testantur, vbi titulum præfigunt, καὶ ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχὴν τοῦ μεγάλου Βασιλείου.

41 Ο ποιῶν τὸ εὐχέλαιον.] Non est is Sacerdos, sed ægrotus Sacerdotes ad Sacramentum istud celebrandum, vel conferendum aduocans, qui idcirco dicitur in antiquis editis ὁ μέλλων χρίεσθαι *qui vngendus est.* Porro quod ille dicitur ἱστάμενος μέσον τῶν ἱερέων, nihil absurdi continet, vt reretur Arcudius: vt enim non desperato penitus, & iam spiritu exhalaturo, sed ei de cuius salute spes superest, ne Deum tentare videantur, Sacramentum hoc conferunt Græci: ita surgentem è lecto vult D. Gregorius in Sacramentario languidum Vnctiones suscipere his verbis. *Et sic flectat genu vel genua, qui est languidus: & stet ad dexteram Sacerdotis.* Vide adstipulantia plura MS. apud citatum Menardum pag. 331.

42 Τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον τίθησιν εἰς τὴν κεφαλήν.] Ab antiquo Euangelium ægrotis impositum memorat Alphonsus Tostatus quæst. 34. Præfationis in Matthæum: & eiusmodi ritus exemplum, in Eliseo baculum ad Sunamitidos filium à mortuis exsuscitandum mittente, contemplatur: Deumque, tum ob astantium fidem firmandam siue approbandam; vel reuerentiam cultumque erga verba sua scripta exhibitum, miracula plura nonnunquam in infirmis sanandis patrasse asseuerat. Alia vero ratio eiusdem instituti ex orationis sequentis contextu (ex quo semper rituum omnium sensus venandus est) legenti constat. Vt Christus videlicet Dei Verbum, in Euangelio miranda eius opera enarrante, manu sua omnipotenti extensa (Sacerdos enim eius vice manum cum sociis Euangelio superponit) obsecrantis infirmi peccata deleat, veniamque concedat, quæ impositione manuum tanquam reconciliationis signo solet in Ecclesia figurari. Pœnitentiæ enim cærimonias, & reconciliatiuam manuum impositionem habet hoc Sacramentum, vt constat tum ex Græcorum praxi cærimonialem Vnctionem in pœnitentiam iniungentibus, & ex antiquis Latinis ritibus à Menardo in suis in Gregorium notis, citatis. Primo quidem ex Ratoldi Abbatis codice pag. 137 relato. *Tunc Sacerdos faciat crucem ex cinere cum aqua super pectus infirmi: & imponit cilicium desuper dicens. Si quis infirmatur, agat pœnitentiam etiam ex necessitate, &c.* Secundo ex Tiliano pag. 340. *Imponant manus super infirmum*

mum omnes Sacerdotes, iubente, vel tantum permittente Episcopo, quia Canonicus ordo sic docet, & pag. 343. occurrit absolutio cum impositione manuum. Tertio ex codice S. Remigii Rhemensis in quo ritus idem præscribitur cuius reliquiæ sunt, orationes pro remissione peccatorum hodie etiamnum lectæ, confessio generalis, & absolutio quoque generalis à Sacerdote impertita.

43 Συγχώρησιν.] Fit à Sacerdotibus dicentibus, ὁ θεὸς συγχωρήσῃ σοι, *Parcat tibi Deus*. Expetit eam ab auditoribus suis Andræas Cretensis sub nomine ευκτικοῦ ἀφεσίμου, *deprecatoriæ absolutionis*. Optima siquidem benedictio & oratio pro alio facta, est venia peccatorum à Deo pro illo exorata: & magnæ erga quemcumque beneuolentiæ signum, & erga superiores obseruantiæ argumentum est in Ecclesia Græca pro eorum peccatis deprecatio. Hinc Monachi pro præfecto oraturi. Ὑπὲρ τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ δούλου σου τοῦδε, &c. Et, Ὑπὲρ τοῦ συγχωρηθῆναι αὐτῷ πᾶν πλημμέλημα τῆς κυρίας λήθωμεν, solent pronunciare.

DE SANCTO MORTVORVM OLEO, OBSERVATIO. conf. ms. p. 542. n. 21. [illegible]

Laudato, & ex omni parte nunquam satis commendato Vnctionis Extremæ officio, diuersi diuersis temporibus Venetiis editi codices, puta annis 1544. 1559. & 1570. aliud à præcedenti εὐχελαίου officium, à septem pariter Presbyteris cum Diacono in vnum coactis persoluendum, ad cuiuspiam defuncti animam piis precibus, Canticis, Epistolis, Euangeliis recitatis, alterius vitæ pœnis acerbioribus subleuandam subiungunt. Huius εὐχελαίου mortuorum, ritus idem fere est ac viuorum: nisi quod in defuncti sepulchro papyrus oleo tincta ab vnoquoque Sacerdotum accenditur, quâ velut sacrificio, delictis ab omnibus anima promittitur expianda, & quibuscumque pœnis eximenda. Nicolai cuiusdam Athenarum Metropolitæ inuentum est opus, Symeone Thessalonicensi initio decimi tertij sæculi inter viuos agente antiquius, quibusdam quidem Græciæ locis admissum, in aliis vero, iure an iniuria, iudicet alius, repudiatum. Quamuis enim laudatæ sint, & in vtraque Ecclesiæ vsitatæ pro mortuis preces, fera tamen vel noua hæc olei in monumento effusio, papyri sub nomine ὁλοκαυτώματος combustio, pollicita ab inferis animæ ereptio, & ereptarum etiam Falconillæ, Traiani, Theophili nefandi Iconoclastæ enarratio, apocryphum, neotericum, & damnandum, si pauca hæc maneant incorrecta, nescio quid redolent. Hinc doctissimi quos nouerim Græcorum Allatius, Coresius, & Ligaridius, hic quidem nusquam tale officium vidisse, iste recens cusum, ille vt reprobatum esse habendum, & ab authore schismatico editum, sunt testati. Ego vt ignotum & à pluribus reiectum Euchologico contextui non interserendum censui. Addo nihilominus verbis pauculis resecatis vel correctis vbi receptum est, posse retineri, proindeque & Thessalonicensis de illo iudicium admitti: vbi scribit, περὶ τῆς εἰς τοὺς κοιμηθέντας τελετῆς τοῦ ἐλαίου, ἣν ποιοῦσί τινες. *De ritu olei à quibusdam circa mortuos obseruato.* ἐνταῦθα δὲ καί τινες τελετὴν ποιοῦσιν ἐλαίου ὑπὲρ τῶν ἐν Χριστῷ κοιμηθέντων, καὶ τῶν ἀρχιερέων τινὲς κωλύουσι γίνεσθαι, ὡς μὴ παραδεδομένην οὖσαν ἐν τῇ γραφῇ, τινὲς δὲ οὔ· ὡς ὑπὲρ ψυχῶν γινομένην. ἐγὼ γοῦν ὡς ἐνεχώρει περὶ τούτων ζητήσας, εὗρον ὡς ἀγαθὸν ἐπὶ γίνεσθαι, καὶ τοὺς βουλομένους ποιεῖν, οὐ χρὴ κωλύειν. πλὴν οὐκ ἔλαιον τοῦτο, τὸ παραδιδόμενον ὑπὸ τοῦ σωτῆρος, καὶ τῶν ἀποστόλων ἐστί. *Pro mortuis in Christo, quidam hic obseruant ritum, quem nonnulli Pontificum fieri prohibent, vt nusquam ex scripturis traditum, alij non item, vt, qui pro animabus fiat. Ego, quantum licuit, de his perscrutatus, non illicite fieri & obseruare volentes, non esse prohibendos comperi: veruntamen, oleum istud non est à Saluatore, aut eius Apostolis traditum.* Pauca hæc curiosis quibus officium istiusmodi in manus fortuitò inciderit, sufficient.

ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ ΤΟΥ ΜΙΚΡΟΥ ΑΓΙΑΣΜΟΥ.

OFFICIVM AQVÆ BENEDICTÆ MINORIS.

1 a Εὐλογήσαντος τοῦ ἱερέως ἀρχόμεθα τό, Κύριε εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου, εἶτα τό, Θεὸς ὁ Κύριος, Εἰς ἦχον γ'. Καὶ τὰ παρόντα τροπάρια, ἦχος δ'.

Præmissa à Sacerdote benedictione incipimus. Domine exaudi orationem meam. *Deinde*, Deus Dominus, *Tono tertio: & sequentes modulos, Tono* 4.

b Τῇ θεοτόκῳ ἐκτενῶς νῦν προσδράμωμεν ἁμαρτωλοὶ καὶ ταπεινοί, καὶ προσπέσωμεν ἐν μετανοίᾳ κράζοντες ἐκ βάθους ψυχῆς. δέσποινα βοήθησον, ἐφ' ἡμῖν σπλαγχνισθεῖσα. σπεῦσον ἀπολλύμεθα, ὑπὸ πλήθους

AD Deiparam studiose recurramus peccatores & abiecti, & procidamus in pœnitentiâ, ex imo corde clamantes. Succurre domina, causa nostri, pietate mota: festina præ scelerum copia peri-

mus: ne seruos tuos dimittas inanes te enim solam spem possidemus.

Dicatur bis.

POtentias tuas, Deipara, licet indigni nunquam reticebimus: nisi enim protegas pro nobis interpellans, quis nos tantis periculis eriperet? quis liberos hucusque conseruasset? A te non discedimus, Domina: tuos namque seruos, ex quibuscumque angustiis seruas.

Dicimus Psalmum quinquagesimum: inde modulos præsentes psallimus.

Tonus obliquus secundus.

Tractus bis dicitur.

Tu quæ Aue per Angelum suscepisti, & opificem proprium peperisti: Virgo, salua eos qui te laudibus efferunt.

Natum tuum celebramus, Deipara, & clamamus, illibata Domina, tuos famulos eripe.

Regum, Prophetarum, Apostolorum, & Martyrum tu es gloria; & mundi protectio, immaculata.

Cuncta fidelium lingua, tibi acclamat: & beatum dicit, laudibusque prosequitur intemeratum tuum partum: Maria Dei sponsa.

Largire, Christe, & mihi debitorum remissionem obsecro, precibus tuæ genitricis, vt misericors.

In te spem omnem meam reposui, Deipara, tuis precibus salua, & mihi delictorum indulgentiam dona.

Salua me, vitæ datoris & Saluatoris genitrix, salua tuis precibus, ô benedicta, spes animarum nostrarum.

Quæ cunctorum opificem in vtero concepisti, Virgo immaculata, tuis precibus animas nostras salua.

Quæ per verbum, super omne verbum, peperisti Verbum, celebranda Deipara, ipsum roga, vt animas nostras saluet.

Scelerato mihi præ mortalibus cunctis Iudicem, Filiumque tuum tuis precibus propitium redde, Domina.

Debitis onusti Aue tibi exclamamus, pura Deipara, Virgo perpetua, tuis intercessionibus saluari deprecantes.

Æterno incendio, tormentisque iam præparatis eripe me, Dei genitrix, vt te beatam semper prædicem.

πταισμάτων. μὴ ἀποστρέψῃς τοὺς δούλους κενούς· σὲ γὰρ καὶ μόνην ἐλπίδα κεκτήμεθα.

Δίς.

c Οὐ σιωπήσωμεν ἀεὶ θεοτόκε, τὰς δυναστείας σου λαλεῖν οἱ ἀνάξιοι. εἰ μὴ γὰρ σὺ προΐστασο πρεσβεύουσα, τίς ἡμᾶς ἐῤῥύσατο ἐκ τοσούτων κινδύνων; τίς δὲ διεφύλαξεν ἕως νῦν ἐλευθέρους; οὐκ ἀποστῶμεν δέσποινα ἐκ σοῦ. σοὺς γὰρ δούλους σώζεις ἀεὶ ἐκ παντοίων δεινῶν. c

d Τὸν ν'. εἶτα ψάλλομεν τὰ τροπάρια ταῦτα. d

ἦχος πλ. β'.

Ὁ εἱρμός. Δίς.

2 Ἡ τὸ χαῖρε δι' ἀγγέλου δεξαμένη, καὶ τεκοῦσα, τὸν κτίστην τὸν ἴδιον, παρθένε, σῶζε τοὺς σὲ μεγαλύνοντας. 2

Ἀνυμνοῦμεν τὸν υἱόν σου, θεοτόκε, καὶ βοῶμεν, πανάχραντε δέσποινα, παντὸς κινδύνου ῥῦσαι τοὺς οἰκέτας σου.

Βασιλέων, προφητῶν, καὶ ἀποστόλων, καὶ μαρτύρων, ὑπάρχεις τὸ καύχημα, καὶ προστασία τοῦ κόσμου, πανάμωμε.

Γλῶσσα πᾶσα εὐφημεῖ καὶ μακαρίζει, καὶ δοξάζει τὸν ἄχραντον τόκον σου, τῶν ὀρθοδόξων, Μαρία θεόνυμφε.

Δὸς Χριστέ μου καὶ ἐμοὶ τῷ ἀναξίῳ, ὀφλημάτων τὴν ἄφεσιν, δέομαι, ταῖς σὲ τεκούσης, πρεσβείαις, ὡς εὔσπλαγχνος.

Ἐπὶ σέ μου τὰς ἐλπίδας ἀνεθέμην, θεοτόκε, σῶσον ταῖς πρεσβείαις σου, καὶ δώρησαί μοι πταισμάτων τὴν ἄφεσιν.

Σῶσόν με ἡ τεκοῦσα ζωοδότην καὶ σωτῆρα. σῶσον ταῖς πρεσβείαις σου, εὐλογημένη, ἐλπὶς τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

Ἡ τὸν κτίστην τῶν ἁπάντων ἐν γαστρί σου συλλαβοῦσα, παρθένε πανάμωμε, ταῖς σαῖς πρεσβείαις σῶσον τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Θεοτόκε ἡ τεκοῦσα, διὰ λόγου ὑπὲρ λόγον, τὸν λόγον πανύμνητε, αὐτὸν δυσώπει, σῶσαι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Ἵλεών μοι τὸν κριτήν τε, καὶ υἱόν σου, ἐπταικότι ὑπὲρ πάντα ἄνθρωπον, ταῖς σαῖς πρεσβείαις, ἀπέργασαι δέσποινα.

Καταχρέως ἐκβοῶμέν σοι, τὸ χαῖρε, θεοτόκε ἁγνὴ ἀειπάρθενε, ἐκδυσωποῦντες, πρεσβείαις σου σώζεσθαι.

Λύτρωσαί με τοῦ πυρὸς τοῦ αἰωνίου, καὶ βασάνων, τῶν ἀποκειμένων μοι. θεογεννῆτορ, ὅπως μακαρίσω σε.

Μὴ παρίδῃς τὰς δεήσεις τῶν σῶν δούλων δυσωπούντων, δέσποινα, πανύμνητε, ἵνα ῥυσθῶμεν πάσης περιστάσεως.

Ne despicias seruorum tuorum preces rogamus, Domina celebranda, vt ab omni angustia eruamur.

Νοσημάτων, καὶ πικρίων ἀλγηδόνων, καὶ κινδύνων, ἡμᾶς ἐλευθέρωσον, τῇ ἱερᾷ σου σκέπῃ καταφεύγοντας.

A morbis, languoribus vniuersis, & periculis libera nos ad sacrum asilum tuum confugientes.

Ξένον θαῦμα τὸ ἐν σοὶ θεοκυῆτορ, δι᾽ ἡμᾶς γὰρ καθ᾽ ἡμᾶς γεννᾶται ὁ πάντων κτίσης, ἐκ σοῦ ὁ θεὸς ἡμῶν.

Inauditum miraculum in te Dei Mater eluxit: propter nos enim similis nobis ex te natus est omnium opifex, & Deus noster.

Ὁ ναός σου θεοτόκε ἀνεδείχθη ἰατρεῖον νοσημάτων ἄμισθον, καὶ θλιβομένων ψυχῶν παραμύθιον.

Templum tuum, Deipara, omnis morbi remediorum officina liberalis effectum est, & afflictarum animarum consolatio.

Παναγία θεοτόκε, ἡ τεκοῦσα τὸν σωτῆρα κινδύνων διάσωσον, καὶ πάσης ἄλλης ἀνάγκης τοὺς δούλους σου.

Sanctissima Deipara, Saluatoris Mater, seruos tuos periculis & omni angustia eripe.

Ῥῦσαι πάσης ἀπειλῆς ἐπερχομένης τοὺς σοὺς δούλους, παναγία δέσποινα, καὶ πάσης βλάβης, ψυχῆς τε καὶ σώματος.

Ab omni ingruente timore seruos tuos exime, sanctissima Domina & ab omni animæ corporisque detrimento.

Σῶσον πάντας ταῖς πρεσβείαις σου, παρθένε θεοτόκε, τοὺς εἰς σὲ περιτρέχοντας, καὶ ῥῦσαι πάσης ἀνάγκης καὶ θλίψεως.

Salua cunctos ad sanctas tuas intercessiones confugientes, Virgo Deipara, & ab omni necessitate & angustia libera.

Τίς περιτρέχων τῷ ναῷ σου θεοτόκε, οὐ λαμβάνει ταχέως τὴν ἴασιν, ψυχῆς ὁμοῦ τε καὶ σώματος, ἄχραντε.

Quis ad tēplum tuum, Deipara, recurrit, & cōfestim medelā animæ simul & corporis non adipiscitur, illibata?

Ὑπὸ πάντων δυσωπούμενος οἰκτίρμων τῶν ἁγίων καὶ τῶν ἄνω τάξεων, ἱλάσθητί μοι διὰ τῆς τεκούσης σε.

Ab omnibus sanctis & supernis ordinibus interpellatus, ô misericors; reconciliare propter eam quæ te genuit.

Φεῖσαι, σῶτερ τῶν ψυχῶν τῶν τεθνεώτων, ἐπ᾽ ἐλπίδι ζωῆς ἀδελφῶν ἡμῶν, καὶ ἄνες αὐτοῖς τὰ ἐγκλήματα.

Parce, Saluator, fratrum nostrorum in spe vitæ defunctorum animabus: & delicta eorum dimitte.

Χαῖρε κόσμου ἱλαστήριον παρθένε, χαῖρε στάμνε, καὶ λυχνία πάγχρυσε, τοῦ θείου μάννα, καὶ φωτὸς θεόνυμφε.

Salue mundi propitiatorium, salue diuini mannæ vrna, & luminis lucerna aurea, Dei sponsa.

Ψάλλομέν σοι τῷ θεῷ τῷ ἐν τριάδι, ἐκβοῶντες φωνὴν τὴν τρισάγιον, ἐκδυσωποῦντες σωτηρίας τεύξασθαι. Δόξα.

Tibi Deo in Trinitate psallimus, vocem ter Sanctus emittentes, & salutis compotes fieri obsecrantes.

Ὦ παρθένε, ἡ τεκοῦσα τὸν σωτῆρα, καὶ δεσπότην τοῦ κόσμου καὶ κύριον, αὐτὸν δυσώπει, σῶσαι τὰς ψυχὰς ἡμῶν. Καὶ νῦν. θεοτοκίον.

O Virgo! quæ Saluatorem, & Dominatorem mundi & Dominum peperisti, roga illum vt animas nostras saluet.

Et nunc. *Deiparæ.*

Χαῖρε ὄρος, χαῖρε βάτε, χαῖρε πύλη, χαῖρε κλίμαξ, χαῖρε θεία τράπεζα, ἡ πάντων χαῖρε βοήθεια δέσποινα.

Salue mons, salue rube, salue porta, salue scala, salue diuina mensa, salue Domina, cunctorum auxilium.

Ταῖς πρεσβείαις ἐλεῆμον, τῆς μητρός σου τῆς ἀχράντου, καὶ πάντων ἁγίων σου, τὰ σὰ ἐλέη τῷ λαῷ σου δώρησαι.

Intercessionibus illibatæ tuæ Matris, & Sanctorum omnium, misericordias tuas populo tuo, misericors, largire.

e Τῇ πρεσβείᾳ τῶν ἐνδόξων ἀρχαγγέλων, καὶ ἀγγέλων, καὶ τῶν ἄνω τάξεων, τοὺς δούλους, σῶτερ, καλῶς διαφύλαξον.

Precibus gloriosorum Archangelorum, Angelorum, & supernorum Ordinum: famulos tuos, Saluator, conserua.

Τῇ πρεσβείᾳ τοῦ τιμίου καὶ ἐνδόξου βαπτι-

Precibus honorādi & gloriosi Bapti-

ſtæ tui & Præcurſoris, mi Chriſte, famulos tuos ſerua.

Precibus glorioſorum Apoſtolorum, Martyrum, & omnium Sanctorum tuorum miſericordias tuas populo tuo impertire.

Precibus glorioſorum mercede non conductorum, Deipara, ſeruos tuos cuſtodi, vt mundi protectio & firmamentum. Gloria.

Patrem & Filium glorificamus, & Spiritum Sanctum, dicentes. Sancta Trinitas animas noſtras ſalua.

Et nunc. *Deiparæ.*

Quæ ineffabiliter vltimis temporibus concepiſti, & peperiſti opificem tuum, Virgo, ſalua, te celebrantes.

Miſericordiæ portam aperi nobis, benedicta Deipara, in te ſperantes ne aberremus, per te à calamitatibus liberemur, tu enim es ſalus generis Chriſtianorum.

Dominum precemur.

Tu enim ſanctus Deus es.

Deinde Modulos ſequentes.

ADeſt nunc tempus omnes ſanctificans, iuſtuſque nos Iudex expectat: verum conuertere, anima ad pœnitentiam, velut fornicatrix cum lachrymis exclamans: Domine miſerere mei.

Chriſte qui fluentis ſcaturis, etiam curationum fontem in venerando Virginis templo emittis hodie, & benedictionis tuæ aſperſione, ægrotorum infirmitates depellis, medice animarum & corporum noſtrorum.

Peperiſti Virgo, nuptiarum expers, & Virgo permanſiſti, mater incorrupta: Deipara Maria, Chriſtum deprecare, vt animæ noſtræ ſaluentur.

Sanctiſſima Deipara Virgo, manuum noſtrarum opera dirige, & delictorum veniam nobis expoſce, dum Angelorum hymnum canimus. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miſerere noſtri.

Et Modulo terminato.

Propoſitum. Tonus quartus.

Dominus illuminatio mea, & Saluator meus. *Verſiculus.*

Dominus defenſor vitæ meæ.

Apoſtolus.

Ad Hebræos Epiſtolæ Pauli.

Lectio.

FRatres. Qui ſanctificat, & qui ſanctificantur ex vno omnes. Propter quam cauſam non confunditur fratres eos vocare.

σοῦ σου, προφήτου, προδρόμου Χριστέ μου, σῶτερ, τοὺς δούλους σου φύλαξον.

Τῇ πρεσβείᾳ τῶν ἐνδόξων ἀποστόλων καὶ μαρτύρων, καὶ πάντων ἁγίων σου, τὰ σὰ ἐλέη τῷ λαῷ σου δώρησαι.

Τῇ πρεσβείᾳ τῶν ἐνδόξων ἀναργύρων θεοτόκε, τοὺς δούλους σου φύλαττε, ὡς προστασία, τοῦ κόσμου καὶ στήριγμα. Δόξα.

Τὸν πατέρα καὶ υἱὸν δοξολογοῦμεν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, λέγοντες. τριὰς ἁγία σῶσον τὰς ψυχὰς ἡμῶν. Καὶ νῦν. θεοτόκιον.

Ἡ ἀῤῥήτως ἐπ' ἐσχάτων συλλαβοῦσα, καὶ τεκοῦσα τὸν κτίστην τὸν ἴδιον, παρθένε, σῶσε τοὺς σὲ μεγαλύνοντας.

Τῆς εὐσπλαγχνίας τὴν πύλην ἄνοιξον ἡμῖν εὐλογημένη θεοτόκε. ἐλπίζοντες εἰς σὲ μὴ ἀστοχήσωμεν. ῥυσθείημεν διὰ σοῦ τῶν περιστάσεων. σὺ γὰρ σωτηρία τοῦ γένους τῶν Χριστιανῶν.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὅτι ἅγιος εἶ ὁ θεός.

Εἶτα τὰ παρόντα τροπάρια.

ΝΥν ἐπέστη ὁ καιρὸς ὁ πάντας ἁγιάζων, καὶ ὁ δίκαιος ἡμῶν ἀναμένει κριτής, ἀλλ' ἐπίστρεψον ψυχὴ πρὸς μετάνοιαν ὡς ἡ πόρνη κράζουσα σὺν δάκρυσι. κύριε ἐλέησόν με.

Νάμασιν ἐπομβρείσας Χριστὲ, πηγὴν τῶν ἰάσεων, ἐν τῷ πανσέπτῳ ναῷ τῆς παρθένου σήμερον τῷ τῆς σῆς εὐλογίας ῥαντισμῷ, φυγαδεύεις τὰς νόσους τῶν ἀσθενούντων, ὁ ἰατρὲ τῶν ψυχῶν καὶ τῶν σωμάτων ἡμῶν.

Παρθένος ἔτεκες ἀπειρόγαμε, καὶ παρθένος ἔμεινας μήτηρ ἀνύμφευτε. θεοτόκε Μαρία Χριστὸν τὸν θεὸν ἡμῶν ἱκέτευε σωθῆναι ἡμᾶς.

Παναγία θεοτόκε παρθένε, τῶν χειρῶν ἡμῶν τὰ ἔργα κατεύθυνον, καὶ συγχώρησιν τῶν πταισμάτων ἡμῶν αἴτησαι, ἐν τῷ ψάλλειν ἡμᾶς τῶν ἀγγέλων τὸν ὕμνον, ἅγιος ὁ θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς.

Καὶ μετὰ τὸ τροπάριον.

Προκείμενον ἦχος δ'.

Κύριος φωτισμός μου καὶ σωτήρ μου. Στίχος.

Κύριος ὑπερασπιστὴς τῆς ζωῆς μου.

Ὁ ἀπόστολος.

Πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς Παύλου τὸ ἀνάγνωσμα.

ΑΔελφοὶ, ὁ ἁγιάζων καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι ἐξ ἑνὸς πάντες, δι' ἣν αἰτίαν οὐκ ἐπαισχύνεται ἀδελφοὺς αὐτοὺς καλεῖν.

Τέλος.

Ἐν ᾧ γὰρ πέπονθεν αὐτὸς πειρασθεὶς, δύναται τοῖς πειραζομένοις βοηθῆσαι.

Ἀλληλουϊάριον.

Ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου.

Εὐαγγέλιον ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην.

ΤΩι καιρῷ ἐκείνῳ ἀνέβη ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα. ἔστι δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐπὶ τῇ προβατικῇ κολυμβήθρα.

Τέλος.

Ὑγιὴς ἐγίνετο, ᾧ δήποτε κατείχετο νοσήματι.

Εἶτα ὁ διάκονος τὰ εἰρηνικά.

Ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης.

Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ σύμπαντος.

Ὑπὲρ τοῦ ἁγίου οἴκου τούτου.

Ὑπὲρ τοῦ ἀρχιεπισκόπου.

Ὑπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων καὶ.

Ὑπὲρ τῆς πόλεως ταύτης.

Ὑπὲρ εὐκρασίας ἀέρων.

Ὑπὲρ πλεόντων, ὁδοιπορούντων.

Ὑπὲρ τοῦ ἁγιασθῆναι τὸ ὕδωρ τοῦτο τῇ δυνάμει, καὶ ἐνεργείᾳ, καὶ ἐπιφοιτήσει τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ καταφοιτῆσαι τῷ ὕδατι τούτῳ τὴν καθαρτικὴν τῆς ὑπερουσίου τριάδος ἐνέργειαν, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ γενέσθαι τὸ ὕδωρ τοῦτο, ἰαματικὸν ψυχῶν καὶ σωμάτων, καὶ πάσης ἀντικειμένης δυνάμεως ἀποτρεπτικὸν, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ καταπεμφθῆναι αὐτῷ τὴν χάριν τῆς ἀπολυτρώσεως, τὴν εὐλογίαν τοῦ Ἰορδάνου, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

h Ὑπὲρ πάντων τῶν χρῃζόντων τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ βοηθείας καὶ ἀντιλήψεως, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ φωτισθῆναι ἡμᾶς φωτισμὸν γνώσεως διὰ τῆς ὁμοουσίου τριάδος, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὅπως κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν ἀναδείξηται ἡμᾶς υἱοὺς καὶ κληρονόμους τῆς βασιλείας αὐτοῦ, διὰ τῆς ὕδατος τούτου μεταλήψεώς τε καὶ ῥαντισμοῦ, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς ἀπὸ πάσης θλίψεως.

Ἀντιλαβοῦ, σῶσον, ἐλέησον, καὶ διαφύλαξον.

Τῆς παναγίας ἀχράντου ὑπερευλογημένης.

Ὁ ἱερεύς.

Ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις.

Finis.

In eo enim in quo passus est ipse, & tentatus: potens est & eis qui tentantur auxiliari.

Alleluia.

Eructauit cor meum.

Euangelium ex eo quod est secundum Ioannem. Cap. 5.

IN illo tempore. Ascendit Iesus Hierosolymam. Est autem Hierosolymis Probatica piscina.

Finis.

Sanus fiebat à quacumque detinebatur infirmitate.

Tum Diaconus Pacifica.

In pace Dominum precemur.

Pro superna pace.

Pro pace totius.

Pro sancta hac domo.

Pro Archiepiscopo.

Pro piissimis &

Pro ciuitate hac.

Pro aëris temperie.

Pro nauigantibus & iter facientibus.

Vt sanctificetur aqua hæc virtute, & operatione, & aduentu Spiritus Sancti: Dominum precemur.

Vt huic aquæ incubet supersubstantialis Trinitatis operatio: Dominum precemur.

Vt fiat aqua hæc animabus corporibusque medela, & omnis aduersariæ virtutis depulsio: Dominum precemur.

Vt in eam salutis gratia, Iordanis benedictio demittatur: Dominum precemur.

Pro omnibus, qui Dei ope & auxilio indigent: Dominum precemur.

Vt per consubstantialem Trinitatem cognitionis luce illuminemur: Dominum precemur.

Vt Dominus Deus noster, filios & hæredes regni sui nos efficiat, per huius aquæ participationem & aspersionem: Dominum precemur.

Vt ab omni angustia liberemur.

Suscipe, salua, miserere, & conserua.

Sanctissimæ illibatæ super omnes benedictæ.

Sacerdos.

Quia conuenit tibi omnis gloria, honor, & adoratio.

Deinde Orationem hanc subdit.

Dominum precemur.

DOmine Deus noster, magnus in consilio, & mirandus in operibus, omnis creaturæ opifex, qui testamentum tuum & misericordiam diligentibus te, & præcepta tua obseruantibus custodis, qui omnium miseriâ afflictorum pias respicis lachrymas. Propterea namque in serui forma aduenisti, nusquam nos apparentiis terrens & deludens, sed salutem corpori veram exhibens, & dicens: Ecce sanus factus es, ne amplius peccaueris Sed & è luto viuos oculos composuisti, & iubens lauari, visus lumen in eis residere verbo tuo disposuisti: qui aduersariarum passionum saxa conturbas, & salsum huius vitæ mare compescis, & tumentes voluptatum fluctus placas: ipse, benigne Rex qui niue dealbatam lucidamque vestem ex aquâ & spiritu nos induere concedis, per aquæ huius participationem & aspersionem, tuam emitte benedictionem cunctas passionum sordes eluentem. Ita, precamur, visita, ô bone, infirmitatem nostram, & morbos nostros tam animæ quàm corporis tua misericordia cura: Intercessionibus omnino illibatæ super omnes benedictæ Dominæ nostræ Deiparæ, & semper Virginis Mariæ; virtute pretiosæ & viuificæ crucis; protectionibus venerandarum supercelestium virtutum incorporearum; venerandi gloriosi Prophetæ Præcursoris & Baptistæ Ioannis; Sanctorum gloriosorum & toto orbe celebrium Apostolorum; beatorum & Deiferorum patrum nostrorum; sanctorum præclarorum Pontificum, & œcumenicorum Doctorum. Basilij magni Gregorij Theologi, & Ioannis Chrysostomi; sanctorum patrum nostrorum Athanasij & Cyrilli Alexandriæ Patriarcharum; sancti patris nostri Spyridonis Trymithuntini miraculorum patratoris; sancti patris nostri Episcopi Myræ in Lycia miraculorum opificis; sancti gloriosi magni Martyris Georgij trophæis inclyti; & gloriosi magni Martyris Demetrij vnguento scaturientis; sanctorum victoriis clarorum Martyrum; sanctorum & iustorum Deiparentum Ioachim & Annæ; sanctorum gloriosorum, & miraculis insignium mercede non conductorum, Cosmæ & Damiani, Cyri & Ioannis, Pantaleonis & Hermolai, Samsonis & Diomedis, Mocij & Aniceti, Thalelæi & Tryphonis;

Εἶτα λέγει τὴν εὐχὴν ταύτην.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

ΚΥριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ μέγας τῇ βουλῇ καὶ θαυμαστὸς τοῖς ἔργοις, ὁ πάσης κτίσεως δημιουργὸς, ὁ φυλάττων τὴν διαθήκην σου καὶ τὸ ἔλεός σου τοῖς ἀγαπῶσί σε, καὶ τηροῦσι τὰ σὰ προστάγματα, ὁ πάντων τῶν ἐν ἀνάγκαις ἐλεεινὰ προσδεχόμενος δάκρυα· διὰ γὰρ τοῦτο παραγέγονας ἐν δούλου μορφῇ, οὐ φάσμασιν ἡμᾶς ἐκδειματούμενος, ἀλλ' ὑγείαν τῷ σώματι ἀληθῆ ὀρέγων, καὶ λέγων, ἴδε, ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε. ἀλλὰ καὶ ἐκ πηλοῦ ζῶντας ὀφθαλμοὺς εἰργάσω, καὶ νίψασθαι κελεύσας, τὸ φῶς οἰκῆσαι παρεσκεύασας λόγῳ. ὁ τὰς τῶν ἐναντίων παθῶν σπιλάδας ταράττων, καὶ τὴν τοῦ βίου τούτου ἁλμυρὰν θάλασσαν καταστείλας καὶ τὰ ἀχθηφόρα τῶν ἡδονῶν κατευνάσας κύματα· αὐτὸς φιλάνθρωπε βασιλεῦ, ὁ δοὺς ἡμῖν χιονοφεγγόφωτον φορέσαι στολὴν ἐξ ὕδατός τε καὶ πνεύματος, καὶ διὰ τῆς τοῦ ὕδατος τούτου μεταλήψεώς τε καὶ ῥαντισμοῦ, τὴν σὴν εὐλογίαν ἡμῖν κατάπεμψον τὸν ῥύπον τῶν παθῶν ἀποσμήχουσαν. ναὶ δεόμεθα, ἐπίσκεψαι ἡμῶν ἀγαθὲ τὴν ἀσθένειαν· καὶ ἴασαι ἡμῶν τὰς νόσους ψυχῆς τε καὶ σώματος τῷ ἐλέει σου· πρεσβείαις τῆς παναχράντου ὑπερευλογημένης δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας δυνάμει τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, προστασίαις τῶν τιμίων ἐπουρανίων δυνάμεων ἀσωμάτων. τοῦ τιμίου ἐνδόξου προφήτου προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ Ἰωάννου· τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων· τῶν ὁσίων καὶ 3 θεοφόρων πατέρων ἡμῶν· τῶν ἐν ἁγίοις 4 μεγάλων ἱεραρχῶν καὶ οἰκουμενικῶν διδασκάλων, Βασιλείου τοῦ μεγάλου, Γρηγορίου τοῦ θεολόγου, καὶ Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου· τῶν ἐν ἁγίοις πατέρων ἡμῶν 5 Ἀθανασίου καὶ Κυρίλλου, πατριαρχῶν Ἀλεξανδρείας· τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Σπυρίδωνος 6 Τριμυθοῦντος τοῦ θαυματουργοῦ, τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Νικολάου, ἐπισκόπου Μύρων τῆς Λυκίας τοῦ θαυματουργοῦ, τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος Γεωργίου τοῦ τροπαιοφόρου. τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος, 7 Δημητρίου τοῦ μυροβλύτου, τῶν ἁγίων καὶ καλλινίκων μαρτύρων, τῶν ἁγίων καὶ δικαίων θεοπατόρων, Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννης, τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ θαυματουργῶν ἀναργύρων, Κοσμᾶ καὶ Δαμιανοῦ. Κύρου καὶ Ἰωάννου, Παντελεήμονος καὶ Ἑρμολάου, Σαμψὼν καὶ Διομήδους, 8 Μωκίου καὶ Ἀνικήτου, 9 Θαλελαίου, 10 τε καὶ Τρύφωνος,

τοῦ ἁγίου τοῦδε, οὗ καὶ τὴν μνήμην ἐπιτελοῦμεν, καὶ πάντων τῶν ἁγίων σου. καὶ φύλαξον κύριε τοὺς δούλους σου τοὺς πιστοὺς βασιλεῖς ἡμῶν, γ'. χάρισαι αὐτοῖς ψυχῆς καὶ σώματος τὴν ὑγείαν, καὶ τῇ δουλικῇ σου ταύτῃ τῶν Χριστιανῶν πολιτείᾳ ποίησον κατὰ πάντα ἐπιεικεῖς. μνήσθητι κύριε πάσης ἐπισκοπῆς ὀρθοδόξων, τῶν ὀρθοτομούντων τὸν λόγον τῆς σῆς ἀληθείας, καὶ παντὸς ἱερατικοῦ καὶ μοναχικοῦ τάγματος, καὶ τῆς σωτηρίας αὐτῶν. μνήσθητι κύριε τῶν μισούντων καὶ ἀγαπώντων ἡμᾶς, τῶν διακονούντων ἀδελφῶν ἡμῶν τῶν περιεστώτων* καὶ τῶν δι' εὐλόγους αἰτίας ἀπολειφθέντων, καὶ τῶν ἐντειλαμένων ἡμῖν τοῖς ἀναξίοις εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν. μνήσθητι κύριε τῶν ἐν αἰχμαλωσίᾳ καὶ θλίψεσιν ἀδελφῶν ἡμῶν· καὶ ἐλέησον αὐτοὺς κατὰ τὸ μέγα σου ἔλεος, πάσης ἀνάγκης ῥυόμενος. Ὅτι σὺ εἶ ἡ πηγὴ τῶν ἰαμάτων Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν· καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου πατρί, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εἰρήνη πᾶσι.

Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ κυρίῳ κλίνατε.

Καὶ λέγει τὴν εὐχὴν μυστικῶς.

ΚΛῖνον κύριε τὸ οὖς σου καὶ ἐπάκουσον ἡμῶν. ὁ ἐν Ἰορδάνῃ βαπτισθῆναι καταδεξάμενος, καὶ ἁγιάσας τὰ ὕδατα. καὶ εὐλόγησον πάντας ἡμᾶς, τοὺς διὰ τῆς κλίσεως τοῦ ἑαυτῶν αὐχένος σημαίνοντας τὸ τῆς δουλείας πρόσχημα, καὶ καταξίωσον ἡμᾶς ἐμπλησθῆναι τοῦ ἁγιασμοῦ σου, διὰ τῆς τοῦ ὕδατος τούτου μεταλήψεως· καὶ γενέσθω ἡμῖν κύριε, εἰς ὑγείαν ψυχῆς καὶ σώματος.

Ἐκφώνως.

Σὺ γὰρ εἶ ὁ ἁγιασμὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν, καὶ εὐχαριστίαν, καὶ προσκύνησιν ἀναπέμπομεν, σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου πατρί, καὶ τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εἶτα λαβὼν τὸν τίμιον σταυρὸν εὐλογεῖ τὰ ὕδατα ἐκ γ'.

Κατάγων καὶ ἀνάγων αὐτὸν ὄρθιον.

Καὶ ψάλλων τὸ τροπάριον, ἐκ γ'.

Ἦχος β'.

Τῶν σῶν δωρεῶν, ἀξίους ἡμᾶς ποίησον θεοτόκε παρθένε. παρορῶσα τὰ πλημμελήματα ἡμῶν, καὶ παρέχουσα ἰάματα, τοῖς ἐν πίστει λαμβάνουσι τὴν εὐλογίαν σου ἄχραντε.

sancti N. cuius memoriam celebramus: & omnium sanctorum tuorum. Et conserua, Domine, seruos tuos fideles Reges nostros: (*dicatur ter*) animæ corporisque salutem illis tribue, & seruili huic Christianorum societati clementes in omnibus redde. Memento, Domine, omnis Episcopalis gradus orthodoxorum, & tuæ veritatis verbum rectè administrantium, & omnis Sacerdotalis & Monastici Ordinis; & salutis eorum. Memento, Domine, eorum qui nos odio vel amore prosequuntur, fratrum nobis ministrantium, & residuorum qui propter congruentes causas non recensentur, & eorum qui nobis indignis orare pro se commendauerunt. Memento fratrum nostrorum, qui in captiuitate vel tribulatione reperiuntur: & secundùm misericordiam tuam magnam illorum miserere, & ab omni angustiâ libera. Quia tu es fons curationum, Christe Deus noster, & tibi gloriam referimus: cum principii experte tuo Patre, & cum sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Pax omnibus. Capita vestra Domino inclinate. *Et dicit Orationem secreto.*

INclina, Domine, aurem tuam, & exaudi nos; qui in Iordane baptizari sustinuisti, & aquas sanctificasti: & omnibus demissione seruilem suam conditionem profitentibus benedic: & nos sanctificatione tua cumulari concede per huius aquæ susceptionem: & fiat nobis, Domine, in salutem animæ & corporis.

Exclamando.

Tu enim es sanctificatio nostra, & tibi gloriam, & gratiarum actionem, & cultum referimus: cum principii experte tuo Patre, & sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Mox accepta pretiosa cruce benedicit aquas vsque tertio.

Immergens & educens ipsam rectam.

Et canit præsentem Modulum ter.

Tonus secundus.

Tuis donis dignos nos effice, Deipara Virgo, dissimulans peccata nostra, & benedictionem tuam sumentibus remedia afferens, ô illibata.

Pretiosam deinde crucem osculatur Sacerdos.

Similiter & omnis populus.

Tum populum omnem aspergit.
Et Ecclesiam aqua benedicta respergit.

Populus vero præsentem modulum cantat.

Tonus quartus.

CVrationum laticibus gaudentes, ô sancti mercede non conducti, cunctis indigentibus adhibetis remedia, ceu gratiis immensis à perenni fonte Saluatore nostro, cumulati: vobis enim Apostolorum æmulatoribus Dominus ait. Ecce dedi vobis potestatem aduersus spiritus immundos, vt eos eiiciatis, & morbum omnem cunctumque languorem curetis, ideoque mandatis eius apte obsequentes; gratis accepistis, gratis date, animarum corporumque passionibus medelam afferentes.

Annue precibus.

Suscipe domina.

Miserere nostri Deus.

Adhuc rogamus vt seruemur.

Exaudi nos Deus.

Sacerdos. Pax omnibus.

Diaconus. Capita nostra Domino inclinemus.

Dominator valde misericors, Domine Iesu Christe, Deus noster.

Et dimissio.

Εἶτα. Ἀσπάζεται ὁ ἱερεὺς τὸν τίμιον σταυρόν.

Ὡσαύτως καὶ πᾶς ὁ λαός.

Εἶθ' οὕτως ῥαντίζει πάντα τὸν λαόν.

Καὶ τὴν μονήν, μετὰ τοῦ ἁγιάσματος.

Ὁ δὲ λαός, ψάλλει τὸ παρὸν τροπάριον, ἦχος δ'.

ΠΗγὴν ἰαμάτων ἔχοντες, ἅγιοι ἀνάργυροι. τὰς ἰάσεις παρέχετε πᾶσι τοῖς δεομένοις, ὡς μεγίστων δωρεῶν ἀξιωθέντες, παρὰ τῆς ἀενάου πηγῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν. φησὶ γὰρ πρὸς ὑμᾶς ὁ κύριος, ὡς ὁμοζήλοις τῶν ἀποστόλων. ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν τὴν ἐξουσίαν, κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων. ὥστε αὐτὰ ἐκβάλλειν, καὶ θεραπεύειν πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν. διὸ τοῖς προστάγμασιν αὐτοῦ καλῶς πολιτευσάμενοι, δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν παρέχετε. ἰατρεύοντες τὰ πάθη, τῶν ψυχῶν καὶ τῶν σωμάτων ἡμῶν.

Νεῦσον παρακλήσεσι.

Δέσποινα πρόσδεξαι.

Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ θεός.

Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τοῦ διαφυλαχθῆναι.

i Ἐπάκουσον ἡμῶν ὁ θεός. i

Ὁ ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσι.

Ὁ διάκονος. Τὰς κεφαλὰς ἡμῶν τῷ κυρίῳ κλίνωμεν.

Δέσποτα πολυέλεε κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν.

Καὶ ἀπόλυσις.

VARIÆ LECTIONES.

Reperitur hoc officium in vetustis editis paulo immutatum.

a Εὐλογήσαντος τοῦ ἱερέως.] Legunt illa diuersimode procemium. μετὰ τὸ εὐλογητόν. Τὸ τρισάγιον. Παναγία τριάς. Πάτερ ἡμῶν. Κύριε ἐλέησον. ιβ'. Δεῦτε προσκυνήσωμεν γ'. τὸν ν'. Εἶτα ψάλλομεν τὰ τροπάρια ταῦτα, τὰ κατὰ ἀλφάβητον. ἦχος πλ. β'. πρὸς τά. Η τὸ χαῖρε διὰ ἀγγέλου.

b Τῇ θεοτόκῳ.] Deest.

c Ουπωποτήσωμεν.] Deest.

d Τὸν ν'. εἶτα.] Deest.

e Τῇ πρεσβείᾳ τῶν ἐνδόξων.] Legunt eadem. τῇ πρεσβείᾳ τῶν ἐνδόξων ἀποστόλων, ἀθλητῶν, καὶ ὁσίων διάσωσον ἐκ πάσης βλάβης τοὺς δούλους σου, κύριε.

f Η ἀρρήτως ἐπ' ἐσχάτων.] Alium modulum hic legunt. Σῶσον κόσμον ἡ θεὸν σαρκὶ τεκοῦσα, καὶ ἐκ πάσης συμφορᾶς καὶ θλίψεως, τὴν πόλιν ῥῦσαι ἐλπὶς ἀκαταίσχυντε.

g Ἰατρὲ τῶν ψυχῶν τῶν σωμάτων ἡμῶν.) Addunt. κύριε δόξα σοι.

h Ὑπὲρ πάντων τῶν χρῃζόντων.] Ante precem hanc, aliam hic deficientem apponunt. Ὑπὲρ τοῦ καταπέμψαι τὸν θεὸν ἡμῶν τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ φωτίσαι τὰ ὄμματα τῶν ψυχῶν ἡμῶν· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

i Ἐπάκουσον ἡμῶν.] Legunt. Πάντων προστατεύεις ἀγαθή. Ῥῦσαι ἡμᾶς ἐκ τῶν ἀναγκῶν ἡμῶν μῆτερ θεοῦ. Τῇ πρεσβείᾳ κύριε πάντων τῶν ἁγίων, καὶ τῆς θεοτόκου. Ἐκ παντοίων κινδύνων τοὺς δούλους σου θεοτόκε. Εἶτα τὴν ἐκτενῆ. Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ θεός. Ἐπάκουσον ἡμῶν, καὶ ἐλέησον. καὶ τὰ λοιπά. Καὶ μνημονεύει οὓς θέλει. καὶ ἀπόλυσις.

Nullum MS. integram huius officij seriem exhibet: sunt tamen in illis orationes nonnullę, quas ad illud pertinere ex non leui coniecturâ Notarum numero primo declarabimus.

Ex Ms. Barberino S. Marci.

Εὐχὴ εἰς τὸ ὕδωρ τῶν ἁγίων βαπτισμάτων τῶν ἁγίων θεοφανειῶν λεγομένη ἐν τῇ φιάλῃ τοῦ μεσαύλου τῆς ἐκκλησίας.

Ὁ Θεὸς ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τὸ πικρὸν ὕδωρ ἐπὶ Μωϋσέως λαῷ εἰς γλυκὺ μεταποιήσας, καὶ τὰ βλαβερὰ ὕδατα τὰ ἐπὶ Ἐλισσαίου ἅλατι θεραπεύσας, καὶ τὰ Ἰορδάνεια ῥεῖθρα ἁγιάσας τῇ ἀχράντῳ σου ἐπιφανείᾳ· αὐτὸς καὶ νῦν δέσποτα ἁγίασον τὸ ὕδωρ τοῦτο, καὶ ποίησον αὐτὸ γενέσθαι πᾶσι τοῖς ἀρυομένοις, καὶ τοῖς μεταλαμβάνουσιν ἐξ αὐτοῦ εὐλογίας πηγὴν, ἰατρείαν παθῶν, ἁγιασμὸν οἴκων, πάσης ἐπιβουλῆς ὁρατῆς καὶ ἀοράτου ἀλεξητήριον.

Ἐκφώνως. Ὅτι σὸν τὸ κράτος, καὶ σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ.

Καὶ τοῦ διακόνου λέγοντος. Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ κυρίῳ κλίνατε· ἐπεύχεται ὁ ἱερεύς.

Κλῖνον κύριε τὸ οὖς σου. Vt infra in officio maioris aquæ benedictæ.

Oratio in aquam sanctorum Baptismatum, sanctorum Theopaniorum in fonte mediæ areæ iuxta Ecclesiam dicenda.

Deus Deus noster, qui per Moïsen amaram aquam in dulcem conuertisti, & per Elisæum noxias aquas sale curasti, tuâque immaculata apparitione Iordanis fluenta sanctificasti: ipse & nunc Domine aquam hanc sanctifica, & omnibus ex ea hausturis & & sumpturis, fac illam esse benedictionis fontem, dolorum medelam, domorum sanctificationem, omnium visibilium & inuisibilium insidiarum depulsionem.

Exclamando. Quia tua est potentia, & tuum est regnum, & virtus, & gloria, Patris, &c.

Et Diacono dicente. Capita vestra Domino inclinate, *orat Sacerdos.*

Inclina Domine aurem tuam, &c. Vt infra.

Ex eodem Ms.

Εὐχὴ τῆς διακονίας λεγομένη ἐν τῷ ἐμβάτῃ ἐκφωνητικῶς.

Κτιστὰ τῶν ὑδάτων, δημιουργὲ τῶν ἁπάντων, κύριε ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ ἅπαντα ποιῶν καὶ μετασκευάζων· μεταποίησον, καὶ μετασκεύασον, καὶ ἁγίασον τὸ ὕδωρ τοῦτο, καὶ ἐνισχυσον αὐτὸ κατὰ πάσης ἐπικειμένης ἐνεργείας· καὶ δὸς πᾶσι τοῖς ἐξ αὐτοῦ χρησομένοις, εἴτε διὰ πόσεως, εἴτε διὰ νίψεως, ἢ ῥαντίσεως, εἰς ὑγείαν ψυχῆς καὶ σώματος, εἰς ἀπαλλαγὴν πάσης νόσου. Ὅτι ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος θεὸς ὑπάρχεις· καὶ σοὶ τὴν.

Oratio ministerij in fonte, cratere vel cisternâ, clara voce dicenda.

Aquarum opifex, cunctorum conditor, Domine Deus omnipotens, qui omnia condis & immutas, conuerte, immuta, & sanctifica aquam istam, & aduersus omnem aduersam virtutem illam potentem redde & da omnibus illâ siue in potum siue in lotionem, siue aspersionem vsuris salutem animæ & corporis & omnis morbi liberationem Quia bonus & clemens Deus existis. & tibi, &c.

Ex Cryptoferratensi Bessarionis.

Εὐχὴ τοῦ κολυμβίου τῶν Βλαχερνῶν.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ διὰ τοὺς πολλοὺς πρὸς ἁμαρτωλοὺς οἰκτιρμούς σου κλίνας οὐρανοὺς, καὶ

Oratio natatoriæ Blachernarum.

Domine Deus noster, qui propter plurimas tuas erga peccatores miserationes cœlos inclinasti, & in

terram descendisti, & è cœlis curas eos, qui corde contrito clamant ad te. Ipse nunc Domine aurem tuam inclina, & exaudi preces nostras indignorum, propriâ quidem conscientiâ os occludentium: tibi tamen orationem offerre confidentium. Humanitatem enim tuam scimus, nouimus benignitatem. In terram propterea prostrati, & miserationum tuarum pelagus intuiti, dominium profitemur, quamuis propter delicta à mandatis tuis fuerimus alienati. Ne à condemnandis seruis tuis faciem tuam auertas; in misericordiâ respice nos. Ecce etenim quia in cœlum oculos intendere non sumus digni, in terra, è qua nati sumus defixis oculis prosternimur. Suscipe præsentia nostra suspiria: & suspiriis gehennæ intolerandis nos exime. Suscipe lacrymarum riuos, & quam accendit operum nostrorum materies, flammam extingue. Sanctifica aquam hanc, qui per aquam nos spiritu contritos regenerasti. Spiritus sancti tui gratiam in eam mitte: & ignita inimici tela quibus ille animas & corpora ferit, per eam extingue. Fac illam medelam infirmantium, & sanorum præseruatiuam: & qui mundum per sanguinem tuum expurgasti, per eius aspersionem expia nos. Ita Domine, ab immaculata matre tua cuius sanguinibus natus, nobiscum versatus es, & quam in refugium peccatoribus contulisti, exoratus; manus quibus gestatus es, reuerere. Humanissima domina, pietatis fons, ad Filium tuum palmas tuas immaculatas extende: protectione tua nos circumualla, alarum tuarum velamento nos circumtege. Esto Christianorum omnium mediatrix, & pro quibus delinquimus, ne patiaris iustæ vindictæ sumere experimentum: si namque ad Filium Deumque tuum misericordiæ viscera conuerteris, suscipiet ille pro seruis condemnandis quæcumque orationis nomine obtuleris.

καταβὰς ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐξ οὐρανῶν ἀκέων τῶν ἐν συντετριμμένῃ καρδίᾳ βοώντων πρὸς σέ. αὐτὸς καὶ νῦν. δέσποτα κλῖνον δὲ οὖς σου καὶ ἐπάκουσον τῆς δεήσεως ἡμῶν, τῶν ἀναξίων, τῶν ὑπὸ μὲν τῆς οἰκείας συνειδήσεως ἐμφραττομένων στόμα, τολμώντων δὲ ὅμως τὴν δέησιν προσφέρειν. οἴδαμεν γάρ σου τὴν φιλανθρωπίαν, γινώσκομεν τὴν ἀγαθότητα. διὸ καὶ πρὸς γῆν ῥίπτομεν ἑαυτούς, εἰς δὲ πέλαγος τῶν οἰκτιρμῶν σου ἀφορῶντες, καὶ ὁμολογοῦμεν τὴν δεσποτείαν, εἰ καὶ τῶν σῶν ἀλλοτριώμεθα προσταγμάτων διὰ τὰς πλημμελείας ἡμῶν. μὴ ἀποστρέψῃς δὲ πρόσωπόν σου ἀπὸ τῶν δούλων σου κατακρίτων, ἐπίβλεψον ἐφ' ἡμᾶς ἐν ἐλέει· ἰδοὺ γὰρ διὰ τὸ μὴ εἶναι ἄξιοι ἀναβλέπειν εἰς τὸν οὐρανόν, εἰς τὴν γῆν ἐξ ἧς ἐγεννήθημεν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀτενίσαντες κείμεθα. δέξαι τὸν παρόντα στεναγμὸν ἡμῶν. καὶ ῥῦσαι ἡμᾶς ἐν τῇ γεέννῃ στεναγμοῦ ἀπεράντου· δέξαι τὰς χεομένας τῶν δακρύων σταγόνας, καὶ σβέσον τὴν φλόγα ἣν ἐξῆψεν ἡ ὕλη τῶν ἔργων ἡμῶν. ἁγίασον δὲ ὕδωρ τοῦτο, ὁ δι' ὕδατος ἡμᾶς ἀναπλάσας, πνεύματος συντριβέντας. κατάπεμψον αὐτῷ τὴν χάριν τοῦ ἁγίου σου πνεύματος· σβέσον δι' αὐτοῦ τὰ πεπυρωμένα τοῦ ἐχθροῦ βέλη, δι' ὧν ψυχὰς καὶ σώματα ὁ πολέμιος ἡμῶν τιτρώσκει· ποίησον αὐτὸ ἀσθενούντων ἰατρεῖον, ὑγιαινόντων φυλακτήριον, καθάρον ἡμᾶς διὰ τοῦ ῥαντισμοῦ αὐτοῦ, ὁ τὸν κόσμον διὰ τοῦ αἵματός σου ἀποκαθάρας. ναὶ δέσποτα παρακαλούμενος ἀπὸ τῆς ἀχράντου μητρός σου, ἧς ἐξ αἱμάτων ἡμῖν ὡμίλησας, ἣν ἔδωκας ἁμαρτωλοῖς εἰς βοήθειαν δυσωπήθητι χεῖρας ἐκτεινομένας, ἐν αἷς ἐβαστάχθης. δέσποινα φιλοικτίρμον, πηγὴ εὐσπλαγχνίας, ἐξάπλωσον πρὸς τὸν υἱόν σου τὰς ἀχράντους σου παλάμας, φρούρησον ἡμᾶς τῇ προστασίᾳ σου, τῇ σκέπῃ τῶν πτερύγων σου σκέπασον. γενοῦ πάντων μεσίτης Χριστιανῶν, μὴ ὑπομείνῃς πεῖραν λαβεῖν ἡμᾶς δικαίας ὀργῆς ἐφ' οἷς ἁμαρτάνομεν, τὰ δυσωπητικὰ πρὸς τὸν υἱὸν καὶ θεόν σου σπλάγχνα κινοῦσα πρὸς δέησιν προσδέξεσθαι διὰ σοῦ δούλων κατακρίτων.

IN OFFICIVM MINORIS AQVÆ BENEDICTÆ, NOTÆ.

1 ΤΟῦ μικροῦ ἁγιασμοῦ.] Duplicem hæc verba arguunt Aquam benedictam, minorem & maiorem Vtraque in Theophaniis perficitur, minorem enim hanc M S. Barberinum dixit esse, τῶν ἁγίων βαπτισμάτων τ̃ ἁγίων θεοφανῶν. τάξις item τ̃ ἱεροδιακονίας, superius duplicem ponit in Theophaniis Aquam benedictam, vnam in peruigilij vespere, alteram quæ mane sanctificatur, suntque: ἁγιασμοὶ τ̃ φώτων, ϰ̀ ἀφ ἑσπέρας ϰ̀ πρωΐ. Alio tamen tempore singulis videlicet mensibus, vel quacumque necessitate vrgente posse minorem benedici, alio loco manifestabitur. Duplicem quoque apud Latinos distinguere Aquam lustralem audemus: minorem quæ data occasione, aut singulis hebdomadibus, in Ecclesia renouatur: & maiorem solemniori precum & cærimoniarum apparatu, Ecclesiæ dedicandæ, vel pueris sacro baptismate tingendis sta is diebus consecratam. Huius institutores Apostolos esse nullus ignorat: illa authorem agnosci Alexandrum Pontificem Traiani temporibus Ecclesiæ præsidentem, epistola ipsi ascripta cap. 5 scribentem. *Aquā sale conspersam benedicimus, vt ea cuncti aspersi sanctificentur: quod & omnibus Sacerdotibus faciendū esse mandamus:* quanquam prædicta verba vsum, & morem iam eius temporibus in Ecclesiam inductū, potius quam institutionem, denotent: vnde & Matthæum, ex Constitutionibus Apost. apud Clementem, ritum eius & vsum posuisse affirmant. Qua vero ratione moti, mensibus singulis minorem hanc Aquam benedicere primum Græci cœperint, Balsamon in Can. 5. Synodi Trullanæ edocet: vt relictis nimirum superstitiosis ritibus, quibus vt gentilitatis reliquiis, mensis cuiusque principio, se se non verebantur Christiani polluere; meliore sanctioreque cultu, Aqua sanctificata se possent lustrare. εἴθισο οὖν παρὰ Ἰουδαίοις ἑορτάζειν τηνικαῦτα ϰ̀ γονυκλινεῖν, ὡς ἂν τὸ μηνιαῖον διάστημα εὐτυχῶς διέλθωσι. περὶ ὧν ϰ̀ ὁ θεὸς εἶπε διὰ τοῦ προφήτου· τὰς νεομηνίας ὑμῶν, καὶ τὰ σάββατα μισεῖ ἡ ψυχή μου. ἀλλὰ καὶ ἔμπροσθεν τ̃ ἐργαστηρίων αὐτῶν, ϰ̀ τ̃ οἴκων ἀνῆπτον πυρκαϊὰς· καὶ ἐπήδων ἐπάνω τούτων, νομίζοντες διὰ τοῦτο τὰ προτυμβαίνοντα ἴσως αὐτοῖς δυσχερῆ κατακαίεσθαι, ϰ̀ ἑτέροις ἀγαθοῖς ἐντυγχάνειν. ἀκολούθως οὖν τούτοις ἐποίουν καὶ τινες ὀρθόδοξοι, ἐν ταῖς ἡμέραις ἐν αἷς γέγονε ἡ παροῦσα σύνοδος· ἔνθεν τοι ϰ̀ διωρίσαντο οἱ πατέρες καταργηθῆναι ταῦτα Et infra ταῦτα τοῦ κανόνος διορίζομένου, ϰ̀ μὴν τοι ἡ νεομηνίας ἑορτὴ πρὸ ἀμνημονεύτων. χρόνων ἐσχόλασε, ϰ̀ ἀντὶ ταύτης θεοῦ χάριτι, ἱλαστήριοι εὐχαὶ πρὸς θεὸν, ϰ̀ ἁγιασμοὶ ἐν ἐκκλησίαις παρὰ τοῦ πιστοῦ λαοῦ γίνονται, καθ᾽ ἑκάστην ἀρχιμηνιαν ϰ̀ ὕδασιν εὐλογίας οὐκ ἀντιλογίας χριόμεθα. ἡ δ᾽ πυρκαϊῶν δαιμονιώδης τελετὴ, ϰ̀ αἱ κληδόνες ἐγίνοντο, μέχρι τῆς ἐφημερείας τ̃ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ γεγονότος ὑπάτου τ̃ φιλοσόφων. *Mos ergo erat apud Iudæos festum agere, & genuflectere: vt mensis spatium fœliciter transigerent . de quibus Deus quoque dixit, per Prophetam:* Nou lunia vestra, & sab ata odit anima mea. *Sed & ante officinas suas & ædes rogos incendebant, & super eos saliebant: per id existimantes, ea quæ prius illis obtigissent, mala comburi: foreque vt in alia bona inciderent. His ergo conformiter faciebant quidam Orthodoxi eo tempore, quo hæc* (Trullana) *Synodus est habita. Vnde etiam Patres ea penitus cessare iusserunt, & extingui. Hæc statuente Canone, Nouiluniū quidem festum, ante annos omnem memoriam superantes cessauit: eius loco Dei gratia, vt & ipse propitius reddatur, preces, ac Aqua lustrales in Ecclesia a populo fideli fiunt, in vniuscuiusque mensis principio, & Aqua benedictionis non contradictionis inungimur. Rogorum autem dæmoniacum mysterium sortesque fiebant vsque ad tempus Patriarchæ domini Michaelis, qui fuit philosophorum princeps:* & à quibusdam Anchialus dictus, extitit tertius huius nominis Patriarcha, & sub Emmanuele Comneno vixit: de quo illo Balsamon idem coætaneus in Photij Nomocanonem loquitur, vbi eum summum Philosophorum salutat. Cæterum quo in vase vel loco, Aquam hanc minorem Græci consecrent, non est operosum a tentis M S. & orationum sequentium verbis, assignare: si maxime in memoriam reuocauerimus præmissa quædam de templi partibus, f. 1. 259. in eius nimirum atrio vel vestibulo fontes fuisse perennes φιάλας intrantium manibus & vultibus lauandis dispositos, quorum vsibus lustrales Aquas in templorum valuis expositas successisse, cuncti de Aqua benedicta tractantes asserunt: fontes illos in Ecclesiis antiquis & præsertim Monasticis adhuc cernere licet, quorum vsus quamuis communis sit, aut prophanus, vt tamen prosper sit & ab aduersarij insultibus alienus, fontes ipsi quotannis in Epiphania, vel sæpius Ecclesiæ benedictione consecrantur apud Græcos: atque ita recentior antiquā consuetudinem admiserent illi: & quo fine ben dicant Aquas satis superq; orationum contextu aperiunt; iamque satis declarauerat Matthæus, istius aquæ benedicendæ apud Clementem præceptum ponens: scilicet δύναμιν ὑγείας, νόσων ἀπελαστικὴν, δαιμόνων φυγαδευτικὴν, πάσης ἐπιβουλῆς διωκτικὴν, *sanitatis conferendæ virtutem morbos abigentem fugantem dæmonas, & insidias omnes propulsantem à Deo nanciscatur* Fontium tandem illorum nomina sunt, φιάλη *machina fontana salientes aquas eiaculans*, ἐμβάτης *crater fontanus, cantharus, labrum*, scribit enim Theophanes de Eunomio in Samosatensi in Episcopum promoto, quia prauo Arij dogmate foret infectus: τούτου λουομένου, ϰ̀ τ̃ λαὸν συλλούσασθαι προτρεπομένου· εἰ μὴ τὸ ὕδωρ τ̃ ἐμβάτης ἐν ᾗ εἰσῆλθεν Εὐνόμιος ἐκένωσαν καὶ ἄλλο ἐπλήρωσαν οὐκ ἠνείχοντο λούσασθαι: *dum lauaretur, & populum ad lauandum inuitaret: nisi prius aqua labri quod fuerat ingressus, effunderetur, vt alia repleretur: nullus lauari ferebat.* Vox tandem κολυμβεῖον occurrit, *natatoria*, Baptismalem κολυμβήθραν imitans (hæcque fuit ante Deiparæ Blachernensis templum) allusione ad natatoriam Siloé facta: communius autem ἁγιασματεῖον dicitur si præsertim sola concha fuerit ad Ecclesiæ fores exposita quales suo, & Latinorum more, Romæ Liburni & alibi in Occidente degentes Græci, vsurpare sunt consueti.

2 Ἡ τὸ χαῖρε δι᾽ ἀγγέλου.] Alphabeticis modulis προταξείοις τοῖς κατ᾽ ἀλφάβητον ordine literario dispositis, εἱρμὸς *Tractus* hic, ἡ τὸ χαῖρε bis præcinitur. Quotquot vero sequuntur huius officij Hymni vel Preces, Deiparam virginem vbique celebrant, cuius rationem ex Balsamone supra relato adiungimus. *Vigesima tertia mensis Iunij, vespere cogebantur in littoribus, & quibusdam ædibus, viri & mulieres, & primogenitam puellam instar sponsæ ornabant. Postquam ergo conuiuati essent, & bacchantium more saltassent choreas duxissent & in festis consuetas acclamationes vsurpassent: in vas oris contracti oris marinam aquam iniiciebant, & res quasdam ad vnumquemque eorum pertinentes: & tanquam puella illa facultatem à dæmone accepisset prædicendi futura, ipsi quidem de bono aliquo, vel etiam auersando vel fu-*

giendo quopiam, exclamando interrogabant. Puella autem è rebus in vas iniectis, eam quæ incidisset, eductam ostendebat. Quam etiam accipiens stultus eius dominus, certior fiebat de prosperis vel aduersis ex ea euenturis. Postridie autem cum tympanis & choris, vna cum puella ad littora venientes, & aquam marinam nulla voce edita haurientes, ædes suas aspergebant: & à paulo insipientioribus hæc non solum fiebant, sed & per totam noctem rogos è fœno accendentes, supra eos saliebant, & sortiebantur, siue diuinabant, de fœlicitate & infœlicitate, & de quibusdam alijs plane dæmoniace. Eorum autem hinc & illinc aditum, & domunculam in quâ sors illa fiebat, vna cum iis sub dio locis, quæ prope erant, aureis vestibus, & sericeis textibus exornabant: quinetiam arborum foliis coronabant, ad honorandum, vt verisimile est, & excipiendum Satanam, qui illos sibi familiares fecerat Hæc Balsamon. Virginem ex aduerso Dei matrem, longè præ cęteris ceu Spiritus sancti sponsam, omni virtutum cultu cælestique gratia ornatam Græci contemplati, sua illi in Aqua lustrali hac benedicenda, proferunt vota, ex quo tempore in Blachernensi eius templo ad maris littus C P. sito, ritus hic primum fuit institutus, & crater fontanus, κολυμϐεῖον, ei vicinus, de quo inter varias lectiones, Virginis eiusdem inuocato nomine consecrari cœpit: vt ab ea non tantum fœlicis cuiusque successus omen referant, quin potius vt prosperitatis ipsius sortem amplissimam, fœlicitatemq; ipsam, eius protectione & auxilio consequantur. Hinc in Troparijs sequentibus acclamationes tot laudibus simul tæ: hinc bonorum successuum præsagia in iis excitata: exinde etiam vt malum auertat, frequentius ad eam emissæ preces, & prosper omnium euentuum successus in eius cura repositus: & tandem multo certius quam prophana, benedictionibus Ecclesiæ sacris Aqua consecrata, vbi nos, ædes, agros, cuncta resperserit; & infesta quæque propulsare, & cœleste præsidium, in nos & nostra, potentius poterit adducere.

3 Τῶν ὁσίων καὶ θεοφόρων πατέρων.] Hi sunt qui ad Concilia Oecumenica extirpandarum hæreseon & dogmatum fidei exponendorum ergo conuenerunt: qui quia indeficiente Spiritus S. ope confirmabantur, vitaque, Deo in illis inhabitante digna coruscabāt, ὅσιοι θεοφόροι πατέρες, deinceps audierunt: statisq; anni diebus, illorum festum sacrumque diem totus Oriens nunquam intermittendo cultu celebrat.

4 Μεγάλων ἱεραρχῶν.] Vere Magni, terque Magni fuere sancti totius orbis doctores Basilius ὁ θεοφάντωρ, Gregorius ὁ θεολόγος, & Ioānes χρυσοῦς τὴν γλῶτταν. De quorum non ad sanctos alios tantum, sed ad ipsos inuicem præstantia & præcessu, cum quidam cæco & indiscreto contenderent affectu; hique Gregorium Basilio, & Chrysostomo, propter doctrinæ soliditatem præcellere, alij Chrysostomum ob suæ fluentis & aurei eloquij gratiam, alij tandem Basiliū propter vtriusque in se coniunctas dotes eminere, assererent tres illi simul in visu Ioanni Euchaitarum Episcopo tempore Alexij Comneni apparentes, vt superfluas huiusmodi contentiones compescerent, & ex æquo trium simul honori promouendo incumberet, suaserunt: ex quo præter priuatum cuiusque festum, communis eorum πανήγυρις 31. Ianuarij colitur: & trium simul laudes in Bibliotheca Gręcorum Patrum, & in plerorumq; scriptis conīunctim personāt.

5 Ἀθανασίου καὶ Κυρίλλου.] Hos duos vno Alexandriæ throno conspicuos doctores & in oppugnandis hæreticis zelo pares, vno etiam festiuo cultu 18. Ianuarij nominibus eorum simul inuocatis, pares honore faciunt Græci.

6 Σπυρίδωνος τοῦ Τειμυθοῦντος τοῦ θαυματουργοῦ.] Explicat hæc Synaxarion 12. Decembris die illius festo, ἐπίσκοπος κατέστη Τειμυθοῦντος τῆς Κύπρου, ἐπὶ τοσοῦτον δὲ ἡ χάρις τῶν ἰαμάτων αὐτῷ ἐδόθη παρὰ θεοῦ, ὡς ἐπωνυμίαν αὐτῷ γενέσθαι τὰ θαύματα. Episcopus Trimethuntis Cypri constitutus est, & tanta ei curationum gratia concessa, vt & cognomen ei miracula fecerint: & θαυματουργὸς sit appellatus.

7 Δημητρίου τοῦ μυροβλύτου.] Oleum è sanctorum corporibus exsudans miraculose μυροβλύτων nomine celebres fecit ex eorum numero sunt Andreas Apostolus, Nicolaus ἀπὸ μύρου verius quam à Myra, Myrensis: Theodorus Stratelates, & Demetrius hic: è cuius corpore vnguenti scaturientis miraculum non tacendum refert Cedrenus in Michaële Paphlagonio: μιᾷ δὲ τῶν ἡμερῶν τῷ τάφῳ τοῦ μεγάλου μάρτυρος Δημητρίου προσπελάσαντες (οἱ Θεσσαλονικεῖς) καὶ πάννυχον ἐπιτελέσαντες λιτὴν, καὶ τῷ μύρῳ τῷ ἐκ τῆς θείας ταφῆς χρισάμενοι, ὡς ἐκ μιᾶς ὁρμῆς ἀναπετάσαντες τὰς πύλας, ἐξέρχονται κατὰ τῶν Βουλγάρων. συνῆν δὲ τοῖς Θεσσαλονικεῦσι τὸ τάγμα τῶν Μεγαθύμων. ἐξελθόντες δὲ καὶ τῷ ἀπροσδοκήτῳ καταπληξάμενοι τρέπουσι τοὺς Βουλγάρους μηδὲ ὅλως πρὸς ἄμυναν, ἢ ἀλκὴν στῆναι βουληθέντας, τὸν μάρτυρα προηγησαμένου Ῥωμαϊκῆς στρατιᾶς, καὶ τὴν πορείαν προσομαλίζοντος. *Oppidani Thessalonicenses quadam die a Bulgaris obsessi, ad sepulchrū Martyris Demetrij accesserunt, supplicationeque per totam noctem tracta, vnctique vnguento, e sacro eius sepulchro scaturiente, vno impetu apertis portis in Bulgaros immiserunt, habentes secum legionem Magnanimorum, hostemque improuiso impressione perterritum, in fugam coniecerunt: nemine resistere, aut se defendere auso. Ductor Romanæ* (id est Græcæ) *aciei fuit martyr Demetrius, iterque complanauit.*

8 Μωκίου.] In extremę Vnctionis officio, non Mocius, sed Photius Aniceto iungitur. Mocius autem hic in veneratione summa est Constantinopoli, vbi hoc officium fuit primo editum. Byzantij siquidem, natus, & eius Ecclesię Sacerdos, deinde ἱερομάρτυς extitit: cui Constantinus de suo nomine dictam Basilicam extruxit. Ita Synaxarion 11. Maij.

9 Θαλλελαίου.] Alij Θαλλελαῖον scribunt: qui cum fuerit ἐν μελέτῃ τῆς ἰατρικῆς τέχνης, *in medica arte versatus:* inter præcipuos auxiliatores, à Gręcis de corporis salute summe sollicitis, & erga sanctos Thaumaturgos & medicos idcirco deuotissimis, inuocatur.

10 Τρύφωνος.] Ὁ ἐκ πνεύματος ἁγίου ἐπλήσθη, καὶ πᾶσαν νόσον ἰώμενος μαλακίας, καὶ δαίμονας ἐξελαύνων. *Spiritu sancto repletus est Tryphon, & omnem infirmitatem sanabat, & dæmones expellebat.* ait Synaxarion 1. Februarij.

* Τῶν δι' εὐλόγους αἰτίας ἀποληφθέντων.] Qui sunt isti, quorum iustas ob causas nomina memorare publicis in precibus omittit Ecclesia, quos tamen in genere, sive potius tacite nominatos omnino prętermittere nequit? Hos reor esse *Pœnitentes* quos *in Consistentiâ* vocāt, quibus quidem cum Fidelibus orare, non tamen offerre, nec Sacramenta suscipere licitū erat, quorum ideo nomina non recensebantur. Hoc vt magis elucescat, memoria recolendum, Pœnitentium fletu alligatorum preces in Ecclesia non fuisse admissas, *Audientes* pariter absque precis benedictione à liminibus amandatos fuisse constat: pro *Substratis* autem orabat Ecclesia verum cū expulsi forent, eos quoq; memoria penitus euellebat: Fidelium certe nomina supprimere, nisi simul iniuriam inferre vellet, non poterat libere. Superest igitur vt præfatos Pœnitentes, & aliqua ex parte memoret, nec plene tamen in precibus de nomine sigillatim appellet, quos plenum ius in Sacramenta sibi non vindicare noscat Nec noua est huiusmodi loquutio, cuius authorem se prodit magnus Basilius in liturgicis superius pagina 171 versus finem.

11 Ἐμπλησθῆναι ἁγιασμοῦ διὰ τῆς τοῦ ὕδατος τούτου μεταλή-

ψων.] Sacra communione ob patrata grauiora scelera priuatis Aquæ benedictæ modicum epotandū, sanguinis Domini, sicut & corporis vice, panem Eulogicum in liturgia præbet Ecclesia Orientalis, illaque sanctificationem aliquam in anima operari arbitrantur: quibus fauet Augustin⁹ de pecca. meri. & remissi. lib. 2. cap. 26. dicens. *Non vniusmodi est sanctificatio: nam & Catechumenos secundum modum suum per signū crucis, & orationem manuum impositionis, puto sanctificari: & quod accipiunt, quamuis non sit corpus Christi, sanctum tamen est, & sanctius cibis quibus alimur: quoniam sacramentum est.* Hinc tam panis quam aqua Eulogica, ἁγιασμοὶ & ἁγιάσματα nuncupata, magnam à Græcis dum sumuntur requirunt reuerentiam, & excitant deuotionem.

a 1 # ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΓΙΑΣΜΟΥ τῶν ἁγίων Θεοφανείων.

OFFICIVM MAIORIS AQVÆ BENEDICTÆ in sanctis Theophaniis.

b 2 b Μετὰ τὸ εἰπεῖν τὸν ἱερέα τὴν εὐχὴν ὀπισθάμβωνον εὐχήν.

Postquam dixerit Sacerdos Orationem retro ambonem.

c Ἐξερχόμεθα πάντες ἐν τῷ λουτῆρι.

Procedimus omnes ad fontes.

Προπορευομένου τοῦ ἱερέως μετὰ λαμπάδων καὶ θυμιατοῦ.

Præeunte Sacerdote cum cereis & incenso.

d d Ἡμῶν δὲ ψαλλόντων, τὸ παρὸν τροπάριον ἐκ τρίτου.

Nobis autem Modulum præsentem ter psallentibus.

Ἦχος πλ. δʹ.

Tonus obliquus quartus.

e e Φωνὴ κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδάτων βοᾷ λέγουσα. δεῦτε λάβετε πάντες πνεῦμα σοφίας, πνεῦμα συνέσεως, πνεῦμα φόβου θεοῦ, τοῦ ἐπιφανέντος Χριστοῦ.

Vox Domini super aquas clamat, dicens: Venite, accipite omnes spiritum sapientiæ, spiritum intellectus, spiritum timoris Domini, qui nobis apparuit.

f f Εἶτα τὰ παρόντα τροπάρια, δίς.

Deinde bis præsentes Modulos.

Σήμερον τῶν ὑδάτων ἁγιάζεται ἡ φύσις, καὶ ῥήγνυται ὁ Ἰορδάνης, καὶ τῶν ἰδίων ναμάτων ἐπέχει τὸ ῥεῦμα, δεσπότην ὁρῶν νιπτόμενον. Δίς.

Aquarum hodie sanctificatur natura, & erumpit Iordanes, & laticis cohibet fluenta, Dominum vndis suis ablutum contemplatus. *Bis.*

Ὡς ἄνθρωπος ἐν ποταμῷ, ἦλθες Χριστὲ βασιλεῦ, καὶ δουλικὸν βάπτισμα λαβεῖν σπεύδεις ἀγαθὲ, ὑπὸ τῶν τοῦ Προδρόμου χειρῶν, διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, φιλάνθρωπε. Δόξα. Καὶ νῦν.

Vt homo ad flumen accessisti, rex Christe, & seruile baptisma recipere contendis, ô bone, Præcursoris manibus, propter peccata nostra, benigne. Gloria. Et nunc.

Ἦχος πλ. δʹ.

Tonus obliquus quartus.

g g Πρὸς τὴν φωνὴν τοῦ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν τοῦ κυρίου, ἦλθες κύριε μορφὴν δούλου λαβὼν, βάπτισμα αἰτῶν, ὁ μὴ γνοὺς ἁμαρτίαν. εἴδοσάν σε ὕδατα, καὶ ἐφοβήθησαν. σύντρομος γέγονεν ὁ Πρόδρομος, καὶ ἐβόησε λέγων. πῶς φωτίσει ὁ λύχνος τὸ φῶς; πῶς χειροθετήσει ὁ δοῦλος τὸν δεσπότην; ἁγίασον ἐμὲ, καὶ τὰ ὕδατα σωτὴρ, ὁ αἴρων τὴν κόσμου τὴν ἁμαρτίαν.

Ad vocem in deserto clamantis, parate viam Domini, accepta serui forma aduenisti, Domine, baptismum exposcens, qui peccatum nescis. Viderunt te aquæ, & timuerunt. Tremebundus Præcursor factus est: & exclamauit dicens. Quomodo lucerna lumen accendet? quomodo Domino manum imponet seruus? sanctifica me, & aquas, Saluator, qui tollis peccata mundi.

h h Ὁ διάκονος. Σοφία. Πρόσχωμεν.

Diaconus. Sapientia. Attendamus.

Προφητείας Ἡσαΐου τὸ ἀνάγνωσμα.

Prophetiæ Esaiæ Lectio. Cap. 35.

Τάδε λέγει κύριος. εὐφράνθητι ἔρημος διψῶσα. ἀγαλλιάσθω ἔρημος, καὶ ἀνθείτω ὡς κρίνον.

HÆc dicit Dominus. Lætare desertum sitiens: exultet solitudo, & floreat quasi lilium.

Τέλος.

Finis.

Αἴνεσις καὶ ἀγαλλίαμα καὶ εὐφροσύνη καταλήψεται αὐτούς. ἀπέδρα ὀδύνη λύπη καὶ στεναγμός.

Laus, exultatio, & lætitia apprehendet illos: & fugiet ab eis dolor, tristitia, & gemitus.

Prophetiæ Esaiæ Lectio.

HÆc dicit Dominus. Sitientes, venite ad aquam: & qui non habetis argentum, euntes emite, & comedite, & bibite absque argento & pretio.

Finis.

Et erit Dominus nominatus in signum æternum, quod non deficiet.

Prophetiæ Esaiæ Lectio. Cap. 12.

HÆc dicit Dominus. Haurite aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. Sacerdotes in die illa laudate Dominum: inclamate nomen eius, annunciate in gentibus gloriam eius. Mementote, quia excelsum est nomen eius: cantate Domino quoniam magnificè fecit, annunciate in vniuersa terra. Exultate & lætamini habitatores Sion: quia exaltatus est sanctus Israël in medio eius.

Propositum. Tonus tertius.

Dominus illuminatio mea, & Saluator meus. *Versiculus.*

Dominus defensor vitæ meæ.

Apostolus.

Ad Corinthios Epistolæ Pauli Lectio. Cap. 10.

FRatres. Nolumus vos ignorare quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari: & omnes eandem escam spiritalem manducauerunt: & omnes eundem potum spiritalem biberunt: bibebant autem de spiritali consequente eos petra, petra autem erat Christus.

Alleluia.

Vox Domini super aquas.

Versiculus.

Deus Dominus.

Euangelium ex Marco. Cap. 1.

IN illo tempore. Venit Iesus à Nazareth in Galilæam, & baptizatus est à Ioanne, in Iordane. Et statim ascendens de aqua vidit cœlos apertos, & Spiritum tanquam columbam descendentem & manentem in ipso. Et vox facta est de cœlis: Tu es Filius meus dilectus, in quo complacui.

Diaconus. In pace Dominum precemur.

Προφητείας Ἡσαΐου τὸ ἀνάγνωσμα.

ΤΑδε λέγει κύριος. οἱ διψῶντες, πορεύεσθε ἐφ᾽ ὕδωρ. καὶ ὅσοι μὴ ἔχοντες ἀργύριον, βαδίσαντες ἀγοράσατε, καὶ φάγεσθε, καὶ πίεσθε, ἄνευ ἀργυρίου καὶ τιμῆς.

Τέλος.

Καὶ ἔσται κυρίῳ εἰς ὄνομα, καὶ εἰς σημεῖον αἰώνιον, καὶ οὐκ ἐκλείψει.

Προφητείας Ἡσαΐου τὸ ἀνάγνωσμα.

ΤΑδε λέγει κύριος. ἀντλήσατε ὕδωρ μετ᾽ εὐφροσύνης, ἐκ τῶν πηγῶν τοῦ σωτηρίου. καὶ ἱερεῖς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ὑμνεῖτε τὸν κύριον, βοᾶτε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ἀναγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὴν δόξαν αὐτοῦ. μιμνήσκεσθε ὅτι ὑψώθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ. ὑμνήσατε τὸ ὄνομα κυρίου, ὅτι ὑψηλὰ ἐποίησεν· ἀναγγείλατε ἐν πάσῃ τῇ γῇ. ἀγαλλιᾶσθε καὶ εὐφραίνεσθε οἱ κατοικοῦντες Σιών, ὅτι ὑψώθη ὁ ἅγιος τοῦ Ἰσραὴλ ἐν μέσῳ αὐτῆς.

Προκείμενον, ἦχος γ΄.

Κύριος φωτισμός μου, καὶ σωτήρ μου.

Στίχος.

Κύριος ὑπερασπιστὴς τῆς ζωῆς μου.

Ὁ ἀπόστολος.

Πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῆς Παύλου τὸ ἀνάγνωσμα.

ΑΔελφοί. οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ὅτι οἱ πατέρες ἡμῶν πάντες ὑπὸ τὴν νεφέλην ἦσαν. καὶ πάντες διὰ τῆς θαλάσσης διῆλθον. καὶ πάντες εἰς τὸν Μωϋσῆν ἐβαπτίσθησαν ἐν τῇ νεφέλῃ καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ πάντες τὸ αὐτὸ βρῶμα πνευματικὸν ἔφαγον, καὶ πάντες τὸ αὐτὸ πόμα πνευματικὸν ἔπιον. ἔπινον γὰρ ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας. ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός.

Ἀλληλουϊάριον.

Φωνὴ κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδάτων.

Στίχος.

Ὁ θεὸς τῆς δόξης.

Εὐαγγέλιον ἐκ τοῦ κατὰ Μάρκον.

ΤΩι καιρῷ ἐκείνῳ, ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ Ναζαρὲτ εἰς τὴν Γαλιλαίαν, καὶ ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ἰωάννου, εἰς τὸν Ἰορδάνην. καὶ εὐθέως ἀναβαίνων ἀπὸ τοῦ ὕδατος, εἶδε σχιζομένους τοὺς οὐρανούς, καὶ τὸ πνεῦμα ὡσεὶ περιστερὰν καταβαῖνον ἐπ᾽ αὐτόν. καὶ φωνὴ ἐγένετο ἐκ τῶν οὐρανῶν, σὺ εἶ ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ ηὐδόκησα.

Ὁ διάκονος. Ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης.
Pro ſuperna pace.

Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ σύμ.
Pro ſalute totius.

Ὑπὲρ τοῦ ἁγίου οἴκου τούτου.
Pro ſancta hac domo.

Ὑπὲρ τοῦ ἀρχιεπισκόπου.
Pro Archiepiſcopo.

Ὑπὲρ τῆς ἁγίας μονῆς.
Pro ſancta hac manſione.

Ὑπὲρ εὐκρασίας ἀέρων, εὐφο.
Pro aëris temperie.

i Ὑπὲρ πλεόντων ὁδοιπορούντων.
Pro nauigantibus & iter agentibus.

k Ὑπὲρ τοῦ ἁγιασθῆναι τὰ ὕδατα ταῦτα, τῇ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ καὶ ἐπιφοιτήσει τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.
Vt hæ aquæ ſanctificentur virtute, & operatione, & aduentu Spiritus Sancti: Dominum precemur.

Ὑπὲρ τοῦ καταφοιτῆσαι τοῖς ὕδασι τούτοις, τὴν καθαρτικὴν τῆς ὑπερουσίου τριάδος ἐνέργειαν, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.
Vt reſideat in his aquis purgatrix ſuperſubſtantialis Trinitatis operatio: Dominum precemur.

l Ὑπὲρ τοῦ δωρηθῆναι αὐτοῖς τὴν χάριν τῆς ἀπολυτρώσεως, τὴν εὐλογίαν τοῦ Ἰορδάνου, τῇ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ καὶ ἐπιφοιτήσει τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.
Vt illis redemptionis gratia, benedictio Iordanis, virtute, operatione, & aduentu Spiritus Sancti concedatur: Dominum precemur.

Ὑπὲρ τοῦ φωτισθῆναι ἡμᾶς φωτισμὸν γνώσεως καὶ εὐσεβείας, διὰ τῆς ἐπιφοιτήσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.
Vt illuminemur cognitionis & pietatis irradiatione, per aduentum Spiritus Sancti: Dominum precemur.

Ὑπὲρ τοῦ γενηθῆναι τὸ ὕδωρ τοῦτο, ἁγιασμοῦ δῶρον, ἁμαρτημάτων λυτήριον, εἰς ἴασιν ψυχῆς καὶ σώματος, καὶ πᾶσαν ὠφέλειαν ἐπιτήδειον, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.
Vt fiat aqua hæc ſanctificationis donum, peccatorum ſolutio, in animæ & corporis ſalutem, & omnem vtilitatem commodam: Dominum precemur.

Ὑπὲρ τοῦ γενέσθαι αὐτὸ ὕδωρ ἁλλόμενον εἰς ζωὴν αἰώνιον, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.
Vt fiat aqua hæc ſaliens in vitam æternam: Dominum precemur.

Ὑπὲρ τοῦ ἀναδειχθῆναι αὐτὸ, ἀποτρόπαιον πάσης ἐπιβουλῆς ὁρατῶν καὶ ἀοράτων ἐχθρῶν, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.
Vt fiat aduerſus omnes inſidias viſibilium & inuiſibilium inimicorum munimen: Dominum precemur.

Ὑπὲρ τῶν ἀντλούντων καὶ ἀρυομένων εἰς ἁγιασμὸν οἴκων, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.
Pro haurientibus & aſſumentibus in ſanctificationem domorum: Dominum precemur.

Ὑπὲρ τοῦ γενέσθαι αὐτὸ πρὸς καθαρισμὸν ψυχῶν καὶ σωμάτων πᾶσι τοῖς ἀρυομένοις πίστει τε καὶ μεταλαμβάνουσιν ἐξ αὐτοῦ, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.
Vt fiat in purificationem animarum & corporum omnibus ex ea haurientibus, vel fide ex ea percipientibus: Dominum precemur.

Ὑπὲρ τοῦ καταξιωθῆναι ἡμᾶς ἐμπλησθῆναι ἁγιασμοῦ, διὰ τῆς τῶν ὑδάτων τούτων μεταλήψεως, τῇ ἀοράτῳ ἐπιφανείᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.
Vt per aquarum harum perceptionem, inuiſibili Spiritus Sancti manifeſtatione, digni ſimus ſanctificatione cumulari: Dominum precemur.

Ὑπὲρ τοῦ εἰσακοῦσαι κύριον τὸν θεὸν φωνῆς τῆς δεήσεως ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ ἐλεῆσαι ἡμᾶς, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.
Vt exaudiat Dominus Deus vocem precum noſtri peccatorum, & miſereatur noſtri: Dominum precemur.

Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς ἀπὸ πάσης θλίψεως ὀργῆς καὶ ἀνάγκης, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.
Vt liberemur ab omni calamitate, ira, & anguſtia: Dominum precemur.

3 Ἀντιλαβοῦ, σῶσον, ἐλέησον.
Suſcipe, ſalua, miſerere.

Τῆς παναγίας ἀχράντου.
Sanctiſſimæ, illibatæ.

m Τούτων λεγομένων, ὁ ἱερεὺς εὔχεται, λέγων μυστικῶς.
His dictis, Sacerdos precatur: dicens ſecreto apud ſe Orationem hanc.

DOmine Iesu Christe, Deus, vnigenite Fili, in sinu Patris recubans, Deus verus, fons vitæ & immortalitatis, lumen de lumine, qui venisti in mundum vt eum illuminares: Sancto tuo Spiritu mentem nostram illustra; & suscipe nos gloriam & gratiarum actionem tibi deferentes, pro mirandis & portentosis operibus quæ à sæculo sunt, & salutari tuâ dispensatione vltimis sæculis dispositâ; quâ debili nostra & misera circumdatus massa, & seruitutis conditioni condescendens, Rex omniũ, etiam seruili manu in Iordane baptizari sustinuisti: vt peccati exors aquarum naturam sanctificans, ad regenerationem per aquam & Spiritum viam nobis sterneres & in pristinam restitueres Patris libertatem. Cuius diuini mysterij memoriam celebrantes, rogamus te, benigne Domine, effunde secundùm diuinum tuum pollicitum, super nos indignos famulos tuos, aquam expiatricem, benignitatis tuæ munus: vt nostri peccatorum deprecatio super aqua hac, accepta tuæ bonitati fiat; & per eam nobis, omnique tuo fideli populo benedictio concedatur, in tui sancti & adorandi nominis gloriam.

Quia tibi conuenit omnis gloria, honor, & adoratio, Patri, & Filio, & Sancto Spiritui, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Dicto tacite, Amen, *Diacono iam Collectam terminante, voce sonora Sacerdos Orationem hanc incipit.*

Sciendum præsentem Orationem, scilicet, Trinitas supersubstantialis: à nonnullis nusquam legi. In Magna vero Ecclesia, & in monte Sancto recitatur. Tu verò si eam dicere cupis, post Collectam & superscriptam Orationem, recita illam clarè.

Opus Sophronij Patriarchæ Hierosolymorum.

TRinitas supersubstantialis, verè bona, verè diuina, omnipotens, omnia cernens, inuisibilis, incomprehensa substantiarũ intellectualium naturæ opifex bonitas insita, lumen inaccessum omnem hominem veniẽtem in hunc mundũ illuminans; irradia quoq;

ΚΥριε Ἰησοῦ Χριστέ, ὁ Θεός, ὁ μονογενὴς Υἱός, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρός, ὁ ἀληθινὸς Θεός, ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς καὶ τῆς ἀθανασίας, τὸ φῶς τὸ ἐκ φωτός, ὁ ἐλθὼν εἰς τὸν κόσμον τοῦ φωτίσαι αὐτόν· καταύγασον ἡμῶν τὴν διάνοιαν τῷ ἁγίῳ σου Πνεύματι, καὶ πρόσδεξαι ἡμᾶς μεγαλωσύνην καὶ εὐχαριστίαν σοι προσάγοντας, ἐπὶ τοῖς ἀπ' αἰῶνος θαυμασίοις σου μεγαλουργήμασι, καὶ τῇ ἐπ' ἐσχάτων τῶν αἰώνων σωτηριώδει σου οἰκονομίᾳ, ἐν ᾗ τὸ ἡμῶν ἀσθενὲς καὶ πτωχὸν περιβαλλόμενος φύραμα, καὶ τοῖς τῆς δουλείας μέτροις συγκατιών, ὁ τῶν ἁπάντων βασιλεύς, ἔτι καὶ δουλικῇ χειρὶ ἐν Ἰορδάνῃ βαπτισθῆναι ὑπέμεινας· ἵνα τὴν τῶν ὑδάτων φύσιν ἁγιάσας ὁ ἀναμάρτητος, ὁδοποιήσῃ ἡμῖν τὴν δι' ὕδατος καὶ Πνεύματος ἀναγέννησιν, καὶ πατρὸς τὴν πρώτην ἡμᾶς ἀποκαταστήσῃς ἐλευθερίαν. Οὗ τινος θείου μυστηρίου τὴν ἀνάμνησιν ἑορτάζοντες, δεόμεθά σου, Δέσποτα φιλάνθρωπε, ῥᾶνον καὶ ἐφ' ἡμᾶς τοὺς ἀναξίους δούλους σου κατὰ τὴν θείαν σου ἐπαγγελίαν, ὕδωρ καθάρσιον, τῆς σῆς εὐσπλαγχνίας τὴν δωρεάν, εἰς τὸ τὴν ἐπὶ τῷ ὕδατι τούτῳ αἴτησιν ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν εὐπρόσδεκτον γενέσθαι τῇ σῇ ἀγαθότητι, καὶ τὴν εὐλογίαν σου δι' αὐτοῦ ἡμῖν τε καὶ παντὶ τῷ πιστῷ σου χορηγηθῆναι λαῷ, εἰς δόξαν τοῦ ἁγίου καὶ προσκυνητοῦ σου ὀνόματος.

Ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμή, καὶ προσκύνησις, τῷ Πατρί, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

n Καὶ εἰπὼν μεθ' ἑαυτόν, τὸ ἀμήν, τοῦ διακόνου ἤδη πεπληρωκότος τὴν συναπτήν.

Ἀπάρχεται ὁ ἱερεὺς μεγαλοφώνως τὴν εὐχὴν ταύτην.

Ἰστέον ὅτι ἡ παροῦσα εὐχή, ἤγουν, τό.

Τριὰς ὑπερούσιε; οὐκ ἀναγινώσκεται μὲν παρά τισιν. ἐν δὲ τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ καὶ ἐν τῷ ἁγίῳ ὄρει λέγεται. σὺ δὲ εἰ βούλει ταύτην εἰπεῖν μετὰ τὴν συναπτήν, καὶ τὴν ἄνωθεν εὐχήν, λέγε ἐκφώνως.

Ποίημα Σωφρονίου Πατριάρχου Ἱεροσολύμων.

ο ΤΡιὰς ὑπερούσιε, ὑπεράγαθε, ὑπέρθεε, παντοδύναμε, παντεπίσκοπε, ἀόρατε, ἀκατάληπτε, δημιουργὲ τῶν νοερῶν οὐσιῶν, καὶ τῶν λογικῶν φύσεων, ἡ ἔμφυτος ἀγαθότης, τὸ φῶς τὸ ἀπρόσιτον, ὁ φωτίζον πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον· λάμψον κἀμοὶ τῷ ἀναξίῳ

ἀναξίῳ δούλῳ σου, φώτισόν μου τῆς διανοίας τὰ ὄμματα, ὅπως ἀνυμνῆσαι τολμήσω, τὴν ἄμετρον εὐεργεσίαν καὶ δύναμιν. εὐπρόσδεκτος γενέσθω ἡ παρ' ἐμοῦ δέησις διὰ τὸν περιεστῶτα λαόν· ὅπως τὰ πλημμελήματά μου μὴ κωλύσωσιν ἐνθάδε παραγενέσθαι τὸ ἅγιόν σου πνεῦμα. ἀλλὰ συγχώρησόν μοι ἀκατακρίτως βοᾶν σοι καὶ λέγειν καὶ νῦν, ὑπεράγαθε. Δοξάζομέν σε δέσποτα φιλάνθρωπε, παντοκράτορ, προαιώνιε βασιλεῦ, δοξάζομέν σε τὸν κτίστην καὶ δημιουργὸν τοῦ παντός, δοξάζομέν σε τὸν ἀπάτορα ἐκ μητρός, καὶ ἀμήτορα ἐκ πατρός. ἐν γὰρ τῇ προλαβούσῃ ἑορτῇ, νήπιόν σε εἴδομεν· ἐν δὲ τῇ παρούσῃ, τέλειόν σε ὁρῶμεν, τὸν ἐκ τελείου τέλειον ἐπιφαινόμενον θεὸν ἡμῶν. σήμερον γὰρ τῆς ἑορτῆς ἡμῖν ἐπέστη καιρός, καὶ χορὸς ἁγίων ἐκκλησιάζει ἡμῖν· καὶ ἄγγελοι μετὰ ἀνθρώπων συνεορτάζουσι. σήμερον γὰρ ἡ χάρις τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἐν εἴδει περιστερᾶς τοῖς ὕδασιν ἐπεφοίτησε. σήμερον ὁ ἄδυτος ἥλιος ἀνέτειλε, καὶ ὁ κόσμος τῷ φωτὶ κυρίου καταυγάζεται. σήμερον ἡ σελήνη λαμπραῖς ταῖς ἀκτῖσι τῷ κόσμῳ συνεκλαμπρύνεται. σήμερον οἱ φωτοειδεῖς ἀστέρες, τῇ φαιδρότητι τῆς λάμψεως τὴν οἰκουμένην καλλωπίζουσι. σήμερον αἱ νεφέλαι ὑετὸν δικαιοσύνης τῇ ἀνθρωπότητι οὐρανόθεν δροσίζουσι. σήμερον ὁ ἄκτιστος ὑπὸ τοῦ ἰδίου πλάσματος, βουλῇ χειροθετεῖται. σήμερον ὁ προφήτης καὶ πρόδρομος τῷ δεσπότῃ προσέρχεται. ἀλλὰ τρόμῳ παρίσταται, ὁρῶν θεοῦ πρὸς ἡμᾶς συγκατάβασιν. σήμερον τὰ τοῦ Ἰορδάνου νάματα εἰς ἰάματα μεταποιεῖται τῇ τοῦ κυρίου παρουσίᾳ. σήμερον ῥείθροις μυστικοῖς πᾶσα ἡ κτίσις ἀρδεύεται. σήμερον τὰ τῶν ἀνθρώπων πταίσματα τοῖς ὕδασι τοῦ Ἰορδάνου ἀπαλείφονται. σήμερον ὁ παράδεισος ἠνέῳκται τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος καταυγάζει ἡμῖν. σήμερον τὸ πικρὸν ὕδωρ, τὸ ἐπὶ Μωϋσέως τῷ λαῷ, εἰς γλυκύτητα μεταποιεῖται τῇ τοῦ κυρίου παρουσίᾳ· σήμερον τοῦ παλαιοῦ θρήνου ἀπηλλάγημεν, καὶ ὡς νέος Ἰσραὴλ διεσώθημεν. σήμερον τοῦ σκότους ἐλυτρώθημεν, καὶ τῷ φωτὶ τῆς θεογνωσίας καταυγαζόμεθα. σήμερον ἡ ἀχλὺς τοῦ κόσμου καθαίρεται τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ θεοῦ ἡμῶν. σήμερον λαμπαδοφεγγεῖ πᾶσα ἡ κτίσις ἄνωθεν. σήμερον ἡ πλάνη κατήργηται, καὶ ὁδὸν ἡμῖν σωτηρίας ἐργάζεται ἡ τοῦ δεσπότου ἐπέλευσις. σήμερον τὰ ἄνω τοῖς κάτω συνεορτάζει, καὶ τὰ κάτω τοῖς ἄνω συνομιλεῖ. σήμερον ἡ ἱερὰ μεγαλόφωνος τῶν ὀρθοδόξων πανήγυρις ἀγάλλεται. σήμερον ὁ δεσπότης πρὸς τὸ βάπτισμα ἐπείγεται,

mihi seruo tuo indigno, & mentis meæ oculos illustra, vt immensum beneficium & virtutem celebrare aggrediar; accepta fiat propter astantem populum mea supplicatio, ne huc aduenientem Spiritum tuum Sanctum peccata mea præpediant: sed & permitte mihi inculpate ad te clamare, & dicere: super omnes bone. Laudamus te, benigne Domine, omnipotens, rex æterne, laudamus te Creatorem, & mundi opificem. Laudamus te, ex matre sine patre: & ex patre sine matre natum. Præuio namque festo infantem te vidimus: in præsenti verò perfectum te cernimus, ex perfecto Deum nostrum perfectum, mundo manifestum. Hodie etenim, festiuum tempus adest, & sanctorum chorus nobiscum conuenit: & Angeli cum hominibus celebrem diem agunt: nam hodie Spiritus Sancti gratia, in columbæ forma super aquas aduenit. Oritur hodie sol occasum nesciens, & Domini luce mundus perfunditur. Hodie luna lucidis radiis mundo effulget. Rutilantes hodie stellæ splendore lucis orbem illustrant. Hodie nubes imbribus iustitiæ humanitatem cœlitus irrorant. Increatus hodie propriæ creaturæ manui sponte supponitur. Hodie Propheta & Præcursor, ad Dominum accedit: sed & tremore corripitur, cernens Dei erga nos condescensum. Hodie Iordanis fluenta in medicamenta, Domini præsentia conuertuntur. Mysticis hodie fluentis omnis irrigatur natura. Hodie mortalium crimina Iordanis vnda absterguntur. Hodie Paradisus hominibus aperitur, & Sol iustitiæ nobis illucet. Hodie populo Mosaïco, Domini præsentia, amara conuertitur aqua. Hodie veteri luctu liberati, velut nouus Israël salutem nacti sumus. Hodie tenebris exempti diuinæ luce splendescimus. Hodie Domini apparitione caligo mundi expurgatur. Omnis hodie creatura superne scintillat. Error hodie dissoluitur: & viam salutis Domini aduentus operatur. Hodie superna cum inferis diem festum agunt: & infera cum supernis conuersantur. Hodie sacer & sonorus fidelium conuentus exultat. Hodie Dominus ad Baptismum contendit,

vt in altum genus humanum attollat. Inflexus Dominus hodie proprio famulo inclinatur, vt nos seruitutis iugo depressos erigat. Hodie cœlorum regnum comparauimus, regni enim Domini non erit finis. Terra & mare hodie sibi mundi gaudium diuiserunt: & lætitia mundus repletus est. Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ, & timuerunt. Iordanis conuersus est retrorsum, ignem deitatis intuitus corporaliter descendentem, & in se subintrantem. Iordanis conuersus est retrorsum, Spiritum Sanctum contemplatus in columbæ forma demissum, & tibi circumuolitantem. Iordanis conuersus est retrorsum edoctus Deum inuisibilem, visibilem factum: Creatorem incarnatum, Dominum in serui habitu demonstratum. Iordanis conuersus est retrorsum, & montes exultauerunt, Deum in carne cernentes. Vocem etiam dederunt nubes, admiratæ eum qui adueniret, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Dominicam celebritatem hodie in Iordane contemplamur: ipsum verò, transgressionis mortem, erroris stimulum, inferni nexum, in Iordane demergentem, & salutis lauacrum mundo elargientem. Vnde & ego peccator & indignus seruus tuus magnalia miraculorum tuorum enarrans, timore correptus, in compunctione tibi exclamo.

Et continuò validiori voce effatur.

MAgnus es Domine, & miranda sunt opera tua, nec vllus sermo ad mirabilium tuorum laudem sufficiat. *Dicatur ter.*

Tu enim voluntate tua, ex non existentibus ad esse cuncta adduxisti: tua potestate creaturam contines, & tua prouidentia mundum moderaris. Tu è quatuor elementis creaturam compingens, quatuor tēporibus anni circulum coronasti. Te intellectuales cunctæ potestates contremiscunt, te laudat sol, te luna celebrat, tibi adsunt astra, tibi lux obtemperat, coram te tremunt abyssi, tibi obsequuntur fontes. Tu cœlum sicut pellem extendisti, tu firmasti terram super aquas, tu arena mare circumuallasti, tu ad respirationem aërem expandisti. Angelicæ virtutes tibi ministrant, te adorant Archangelorum Chori multis oculis prędita Cherubim, & sex alis volitantia Seraphim te circumstantia, inaccessæ tuæ gloriæ metu occultantur. Tu namque Deus incomprehensus, sine causa, & ineffabili

ἵνα ἀναβιβάσῃ πρὸς ὕψος τὸ ἀνθρώπινον. σήμερον ὁ ἀκλινὴς τῷ ἰδίῳ οἰκέτῃ ὑποκλίνεται, ἵνα ἡμᾶς ἐκ τῆς δουλείας ἐλευθερώσῃ. σήμερον βασιλείαν οὐρανῶν ὠνησάμεθα· τῆς γὰρ βασιλείας τοῦ κυρίου οὐκ ἔσται τέλος. σήμερον γῆ καὶ θάλασσα, τὴν τοῦ κόσμου χαρὰν ἐμερίσαντο, καὶ ὁ κόσμος εὐφροσύνης πεπλήρωται. εἴδοσάν σε ὕδατα ὁ θεὸς εἴδοσάν σε ὕδατα, καὶ ἐφοβήθησαν. ὁ Ἰορδάνης ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω θεασάμενος τὸ πῦρ τῆς θεότητος σωματικῶς κατερχόμενον, καὶ εἰσερχόμενον ἐπ' αὐτόν. ὁ Ἰορδάνης ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω θεωρῶν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν εἴδει περιστερᾶς κατερχόμενον, καὶ περιιπτάμενόν σοι. ὁ Ἰορδάνης ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω, ὁρῶν τὸν ἀόρατον ὁραθέντα, τὸν κτίστην σαρκωθέντα, τὸν δεσπότην ἐν δούλου μορφῇ. ὁ Ἰορδάνης ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ τὰ ὄρη ἐσκίρτησαν θεὸν ἐν σαρκὶ καθορῶντα. καὶ νεφέλαι φωνὴν ἔδωκαν θαυμάζουσαι τὸν παραγενόμενον φῶς ἐκ φωτός, θεὸν ἀληθινὸν, ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ. δεσποτικὴν πανήγυριν σήμερον ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ὁρῶμεν, αὐτὸν δὲ τὸν τῆς παρακοῆς θάνατον καὶ τὸ τῆς πλάνης κέντρον, καὶ τὸν τοῦ ᾅδου σύνδεσμον ἐν τῷ Ἰορδάνῃ βυθίσαντα, καὶ βάπτισμα σωτηρίας τῷ κόσμῳ δωρησάμενον. ὅθεν κἀγὼ ὁ ἁμαρτωλὸς καὶ ἀνάξιος δοῦλός σου, τὰ μεγαλεῖα τῶν θαυμάτων σου διηγούμενος, συνεχόμενος φόβῳ ἐν κατανύξει βοῶ σοι.

P Καὶ εὐθὺς γεγωνοτέρᾳ ἐκφωνεῖ φωνῇ. P

MΕγας εἶ κύριε καὶ θαυμαστὰ τὰ ἔργα σου, καὶ οὐδεὶς λόγος ἐξαρκέσει πρὸς ὕμνον τῶν θαυμασίων σου, γ'.

Σὺ γὰρ βουλήσει ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν τὰ σύμπαντα, τῷ σῷ κράτει συνέχεις τὴν κτίσιν, καὶ τῇ σῇ προνοίᾳ διοικεῖς τὸν κόσμον. σὺ ἐκ τεσσάρων στοιχείων τὴν κτίσιν συναρμόσας, τέτρασι καιροῖς, τὸν κύκλον τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐστεφάνωσας. σὲ τρέμουσιν αἱ νοεραὶ πᾶσαι δυνάμεις, σὲ ὑμνεῖ ἥλιος, σὲ δοξάζει σελήνη, σοὶ ἐντυγχάνει τὰ ἄστρα, σοὶ ὑπακούει τὸ φῶς, σὲ φρίττουσιν ἄβυσσοι· σοὶ δουλεύουσιν αἱ πηγαί. σὺ ἐξέτεινας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέρριν, σὺ ἐστερέωσας τὴν γῆν ἐπὶ τῶν ὑδάτων, σὺ περιετείχισας τὴν θάλασσαν ψάμμῳ, σὺ πρὸς ἀναπνοὰς τὸν ἀέρα ἐξέχεας. ἀγγελικαὶ δυνάμεις σοὶ λειτουργοῦσιν, οἱ τῶν ἀρχαγγέλων χοροὶ σὲ προσκυνοῦσι, τὰ πολυόμματα Χερουβὶμ, καὶ τὰ ἑξαπτέρυγα Σεραφὶμ κύκλῳ ἑστῶτα καὶ περιιπτάμενα φόβῳ τῆς ἀπροσίτου σου δόξης κατακαλύπτεται. σὺ γὰρ θεὸς ὢν ἀπερίγραπτος, ἄναρχός τε, καὶ ἀνέκφραστος,

ἦλθες ἐπὶ τῆς γῆς μορφὴν δούλου λαβών, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος. οὐ γὰρ ἔφερες δέσποτα διὰ σπλάγχνα ἐλέους σου θεάσασθαι ὑπὸ τοῦ διαβόλου τυραννούμενον τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων· ἀλλ' ἦλθες καὶ ἔσωσας ἡμᾶς. ὁμολογοῦμεν τὴν χάριν, κηρύττομεν τὸν ἔλεον, οὐ κρύπτομεν τὴν εὐεργεσίαν. τὰς τῆς φύσεως ἡμῶν γονὰς ἠλευθέρωσας, παρθενικὴν ἡγίασας μήτραν τῷ τόκῳ σου. πᾶσα ἡ κτίσις ὕμνησέ σε ἐπιφανέντα. σὺ γὰρ ὁ θεὸς ἡμῶν ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθης, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφης. σὺ καὶ τὰ Ἰορδάνεια ῥεῖθρα ἡγίασας οὐρανόθεν καταπέμψας τὸ ἅγιόν σου πνεῦμα, καὶ τὰς κεφαλὰς τῶν ἐκεῖσε ἐμφωλευόντων συνέτριψας δρακόντων. Αὐτὸς οὖν φιλάνθρωπε βασιλεῦ, πάρεσο καὶ νῦν διὰ q τῆς ἐπιφοιτήσεως τοῦ ἁγίου σου πνεύματος. q καὶ ἁγίασον τὸ ὕδωρ τοῦτο, γ'. Καὶ δὸς αὐτῷ τὴν χάριν τῆς ἀπολυτρώσεως, τὴν εὐλογίαν τοῦ Ἰορδάνου. ποίησον αὐτὸ, ἀφθαρσίας πηγήν, ἁγιασμοῦ δῶρον, ἁμαρτημάτων λυτήριον, νοσημάτων ἀλεξιτήριον, δαίμοσιν ὀλέθριον, ταῖς ἐναντίαις δυνάμεσιν r ἀπρόσιτον, ἀγγελικῆς ἰσχύος r πεπληρωμένον· ἵνα πάντες οἱ ἀρυόμενοι καὶ μεταλαμβάνοντες, ἔχοιεν αὐτὸ πρὸς καθαρισμὸν ψυχῶν καὶ σωμάτων, πρὸς ἰατρείαν παθῶν, πρὸς ἁγιασμὸν οἴκων, πρὸς πᾶσαν ὠφέλειαν ἐπιτήδειον. σὺ γὰρ εἶ θεὸς ἡμῶν ὁ δι' ὕδατος καὶ πνεύματος ἀνακαινίσας τὴν παλαιωθεῖσαν φύσιν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας· σὺ εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ διὰ θαλάσσης ἐλευθερώσας ἐκ τῆς δουλείας Φαραὼ διὰ Μωϋσέως, τὸ γένος τῶν Ἑβραίων.

Σὺ γὰρ εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ διαρρήξας πέτραν ἐν ἐρήμῳ καὶ ἐρρύησαν ὕδατα, καὶ χείμαρροι κατεκλύσθησαν, καὶ διψῶντα τὸν λαόν σου κορέσας. σὺ εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ δι' ὕδατος καὶ πυρὸς διὰ τοῦ Ἠλία ἀπαλλάξας τὸν Ἰσραὴλ, ἐκ τῆς πλάνης τοῦ Βαάλ.

Αὐτὸς καὶ νῦν δέσποτα, ἁγίασον τὸ ὕδωρ ſ τοῦτο, τῷ πνεύματί σου, τῷ ἁγίῳ, Τρίς. ſ Δὸς πᾶσι, τοῖς τε ἁπτομένοις, τοῖς τε μεταλαμβάνουσι, τοῖς τε χριομένοις τὸν ἁγιασμόν, τὴν ὑγείαν, τὴν κάθαρσιν, τὴν εὐλογίαν. Τρίς. Καὶ σῶσον κύριε τοὺς δούλους σου τοὺς πιστοὺς βασιλεῖς ἡμῶν. Τρίς. Καὶ φύλαξον αὐτούς, ὑπὸ τὴν σκέπην σου ἐν εἰρήνῃ, ὑπόταξον αὐτοῖς πάντα ἐχθρὸν καὶ πολέμιον, χάρισαι αὐτοῖς πάντα τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτήματα, καὶ ζωὴν τὴν αἰώνιον. ἵνα καὶ διὰ στοιχείων,

in terram descendisti formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus. Non enim poteras, Domine, propter viscera misericordiæ tuæ videre hominum genus, tyrannidi diaboli subiectum: propterea venisti, & saluasti nos. Gratiam fatemur: misericordiam prædicamus, beneficium non occultamus. Naturæ progeniem liberasti, tuo partu virgineum sanctificans vterum: vnde & omnis creatura te, cùm apparuist, collaudauit. Tu enim, Deus noster, in terra visus es, & cum hominibus conuersatus es. Tu Iordanea fluenta sanctificasti, Sancto tuo Spiritu cœlitus demisso, & reconditorum ibi draconum nidos dissipasti. Ipse igitur, benigne Rex, adesto per Sancti Spiritus tui aduentum: & benedic aquam hanc. (Dicatur ter.) Et da ei redemptionis gratiam, Iordanis benedictionem. Fac illam, incorruptionis fontem, sanctitatis munus, peccatorum solutionem, ægritudinum antidotum, dæmonibus perniciosam aduersariis potestatibus inaccessam, Angelica virtute repletam: vt omnes ex ea haurientes & percipientes illam habeant in animarum & corporum expiationem, in domorum lustrationem, & omni vtilitati accommodam. Tu enim es Deus noster, qui veteratam sub peccato naturam, per aquam & Spiritum renouasti. Tu es Deus noster, qui per Moysen in mari rubro genus Hebræorum è Pharaonis seruitute liberasti.

Tu es Deus noster, qui dirupisti petram in solitudine, & fluxerunt aquæ, vt populum tuum sitientem exsaturares. Tu es Deus noster, qui per ignem & aquam Israëlem errore Baal, Heliæ ministerio liberasti.

Ipse & nunc, Domine, Sancto tuo Spiritu hanc aquam sanctifica. (*Dicatur ter.*) Largire cunctis eam tangentibus, vel ex ea percipientibus, aut ex ea lustratis, sanctitatem, salutem expiationem, benedictionem. (*Ter.*) Et salua, Domine, seruos tuos Reges fideles. (*Ter.*) Et custodi eos sub protectione tua in pace: subiice illis omnem hostem & aduersarium, cuncta saluti congruentia postulata, & vitam æternam illis largire: vt per elementa,

& per homines, per Angelos, per visibilia & inuisibilia, glorificetur sanctissimum nomen tuum; cum Patre & Sancto Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

Amen.

Pax omnibus.

Capita vestra Domino inclinate.

Sacerdos inclinatus precatur.

INclina, Domine, aurem tuam & exaudi nos, qui in Iordane baptizari non abnuisti, & aquas sanctificasti: & omnibus nobis ceruicis demissione seruilem nostram conditionem profitentibus benedic: & nos sanctificatione tua cumulari, concede per huius aquæ perceptionem; & fiat nobis, Domine, in salutem animæ & corporis.

Exclamando.

Tu enim es sanctificatio nostra, & tibi gloriam, & gratiarum actionem, & adorationem referimus: cum principij experte tuo Patre, & sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

Amen.

Et pretiosam crucem intingit.

Rectam eam dimittes in aqua, & educes.

Cantatque præsentem Modulum. Ton. 1.

Baptizato te, Domine, in Iordane, Trinitatis veneratio manifestata est, tibi enim genitoris vox dilectum Filium te proclamans, testimonium exhibuit: & Spiritus in columbæ specie, verbi certitudini contestabatur. Gloria, tibi Christe Deus, qui apparuisti, & mundum illuminasti.

Et lustrat Sacerdos templum, & cunctum populum aqua.

Et in templum regredimur: cantantes proprij cantus Modulum. Ton. obliquus 2.

CElebremus fideles, diuini beneficij erga nos magnitudinem, delicti enim nostri causa homo factus, expiatione nostra in Iordane perficitur, solus purus & immaculatus, me & aquas sanctificans, & draconum capita in aquis conterens. Hauriamus itaque aquam cum gaudio, fratres, Spiritus enim gratia fidelibus cunctis haurientibus, à Christo Deo & Saluatore animarum nostrarum inuisibiliter distribuitur.

Deinde dicitur: Sit nomen Domini benedictum. *Et reliqua. Et fit dimissio.*

καὶ δι' ἀνθρώπων, καὶ διὰ ἀγγέλων, καὶ διὰ ὁρωμένων, καὶ διὰ ἀοράτων, δοξάζηται σου τὸ πανάγιον ὄνομα, σὺν τῷ πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι. νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εἰρήνη πᾶσι.

Τας κεφαλὰς ὑμῶν τῷ κυρίῳ κλίνατε.

Ο ἱερεὺς κλινόμενος ἐπεύχεται.

ΚΛῖνον κύριε τὸ οὖς σου καὶ ἐπάκουσον ἡμῶν, ὁ ἐν Ἰορδάνῃ βαπτισθῆναι καταδεξάμενος, καὶ ἁγιάσας τὰ ὕδατα· καὶ εὐλόγησον πάντας ἡμᾶς, τοὺς διὰ τῆς κλίσεως τοῦ ἑαυτῶν αὐχένος σημαίνοντας τὸ τῆς δουλείας πρόσχημα. καὶ καταξίωσον ἡμᾶς ἐμπλησθῆναι τοῦ ἁγιασμοῦ σου, διὰ τῆς τοῦ ὕδατος τούτου μεταλήψεως, καὶ γενέσθω ἡμῖν κύριε, εἰς ὑγείαν ψυχῆς καὶ σώματος.

Ἐκφώνως.

Σὺ γὰρ εἶ ὁ ἁγιασμὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν, καὶ εὐχαριστίαν, καὶ προσκύνησιν ἀναπέμπομεν, σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Καὶ βαπτίζει τὸν τίμιον σταυρόν.

Ορθιον αὐτὸν κατάγων ἐν τῷ ὕδατι, καὶ ἀνάγων.

Ψάλλων καὶ τὸ παρὸν τροπάριον εἰς ἦχος α'.

Ἐν Ἰορδάνῃ βαπτιζομένου σου, κύριε, ἡ τῆς τριάδος ἐφανερώθη προσκύνησις. τοῦ γὰρ γεννήτορος ἡ φωνὴ προσεμαρτύρει σοι, ἀγαπητόν σε υἱὸν ὀνομάζουσα, καὶ τὸ πνεῦμα ἐν εἴδει περιστερᾶς ἐβεβαίου τοῦ λόγου τὸ ἀσφαλές. ὁ ἐπιφανεὶς Χριστὲ ὁ θεὸς καὶ τὸν κόσμον φωτίσας δόξα σοι.

Καὶ ῥαντίζει τὸν ναὸν, καὶ πάντα τὸν λαὸν, ἐκ τοῦ ὕδατος.

Καὶ εἰσερχόμεθα ἐν τῷ ναῷ.

Ψάλλοντες ἰδιόμελον. ἦχος πλ. β'.

ΑΝυμνήσωμεν οἱ πιστοὶ, τῆς περὶ ἡμᾶς τοῦ θεοῦ εὐεργεσίας τὸ μέγεθος. ἐν γὰρ τῷ ἡμῶν παραπτώματι, γενόμενος ἄνθρωπος, τὴν ἡμῶν κάθαρσιν καθαίρεται ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, ὁ μόνος καθαρὸς καὶ ἀκήρατος ἁγιάζων ἐμὲ καὶ τὰ ὕδατα· καὶ τὰς κεφαλὰς τῶν δρακόντων συντρίβων ἐπὶ τοῦ ὕδατος. ἀντλήσωμεν οὖν ὕδωρ μετ' εὐφροσύνης, ἀδελφοί. ἡ γὰρ χάρις τοῦ πνεύματος τοῖς πιστοῖς ἀντλοῦσιν ἀοράτως ἐπιδίδοται παρὰ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

Εἶτα τό. Εἴη τὸ ὄνομα κυρίου. Καὶ τὰ λοιπὰ, καὶ ἀπόλυσις.

VARIÆ LECTIONES.

a Ἀκολουθία τῶν ἁγίων.] Cryptoferr. Falascæ legit. ἀκολουθία τῶν ἁγίων θεοφανείων *Officium sanctorum Theophaniorum*. Allatianum: αἱ εὐχαὶ τῶν φώτων ἃς λέγει ὁ ἀρχιερεύς. *Orationes festi Luminum à Pontifice recitandæ*.

b Μετὰ τὸ ἀπεῖν.] Cryptofer. Falascæ: ἀλλάσσει ὁ ἱερεὺς στολὴν λευκὴν, καὶ εἰσέρχεται μετὰ μανουαλίων καὶ θυμιατοῦ ψάλλων προπαῖον ἦχος πλ. δ΄. ἐκ τρίτου φωνὴ κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδάτων. Vt supra. *Induit Sacerdos vestem candidam, & ingreditur cum candelabris & incenso, cantans ter, Modulum toni obliqui quarti.* Vox Domini super aquas. Allatianum: πρῶτον λέγει τὴν εὐχὴν ταύτην μυστικῶς. Εἰρήνη πᾶσι. Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν. Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ. Vt supra. *Primo dicit orationem hanc secreto*: Pax omnibus. Domine Iesu Christe, &c.

c Ἐν τῷ λυτῆρι.] Veneta: ἐν τῷ λυτρῷ.

d Φωνὴ κυρίου.] Cuncta hæc vsque ad orationem, Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, desunt in Allatiano.

e Ἡμῶν δὲ ψαλλόντων.] Veneta: τελεσεύομεν τὸ παρὸν προπαῖον. *Præsentem modulum ter recitamus*

f Εἶτα τὰ παρόντα τροπάρια.] Vetusta Veneta legunt. μετὰ δὲ τὸ τελεσθῆναι αὐτὸ, λέγομεν τὰ τροπάρια ταῦτα ἐκ δευτέρου. *Eoque ter dicto, bis præsentes modulos dicimus*. Quæ cuncta vsque ad πρὸς τὴν φωνὴν τοῦ βοῶντος: desunt in Cryptof. Falascæ.

g Πρὸς τὴν φωνήν.] Post hunc modulum Cryptof. Falascæ alia subiungit. στίχος. ἡ θάλασσα εἶδεν καὶ ἔφυγεν ὁ Ἰορδάνης. Τοῦ προδρόμου, καὶ βαπτιστοῦ τοῦ προφήτου, καὶ ὑπὲρ πάντας τιμηθέντος τοὺς προφήτας ἐτρόμαξεν ἡ χεὶρ δεξιὰ· ὅτε ἐθεάσατο σε τὸν ἀμνὸν τοῦ θεοῦ, τὸν καθαίροντα κόσμου ἁμαρτήματα, καὶ ἀγωνίᾳ συσχεθεὶς ἐβόα. οὐ τολμῶ προσψαῦσαι λόγε τὴν κορυφήν σου αὐτὸς ἁγίασόν με· καὶ φώτισον οἰκτίρμον. αὐτὸς γὰρ εἶ ζωὴ, καὶ τὸ φῶς, καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ κόσμου. στίχος. Τί σοι ἐστὶ θάλασσα ὅτι ἔφυγες; καὶ σὺ Ἰορδάνης ὅτι. Σήμερον τῶν ὑδάτων. Vt supra. Ὡς ἄνθρωπος. Vt supra ibidem. Τάδε λέγει κύριος πρὸς Ἰωάννην. προφῆτα δεῦρο βάπτισόν με, τὸν σὲ δημιουργήσαντα, τὸν σὲ φωτίζοντα τῇ χάριτι, καὶ καθαίροντα ἅπαντα. ἅψαι θείας κορυφῆς μου, μὴ διστάσῃς. ἄφες ἄρτι. καὶ γὰρ πληρῶσαι παραγέγονα δικαιοσύνην πᾶσαν. σὺ οὖν μὴ διστάσῃς ὅλως. καὶ γὰρ τὸν κεκρυμμένον τοῖς ὕδασι τὸν πολέμιον, τὸν ἄρχοντα τοῦ σκότους ἐπείγομαι ὀλέσαι λυτρούμενος τὸν κόσμον ἐκ τῶν αὐτοῦ παγίδων παρέχων ὡς φιλάνθρωπος ζωὴν τὴν αἰώνιον.

h Ὁ διάκονος. σοφία.) Cryptof. Falascæ μετὰ ταῦτα λέγει ὁ διάκονος. σοφία. ὁ ψάλτης προκείμενον. φωνὴ κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδάτων κύριος τῆς δόξης ἐβρόντησεν, κύριος ἐπὶ ὑδάτων πολλῶν. στίχος. ἐνέγκατε κυρίῳ υἱοὶ θεοῦ· ἐνέγκατε κυρίῳ δόξαν καὶ τιμήν. *Post hæc dicit Diaconus*. Sapientia. *Cantor, Propositum*. Vox Domini super aquas: Dominus gloriæ intonuit, Dominus super aquas multas. *Versiculus*. Afferte Domino Filij Dei: afferte Domino gloriam & honorem.

i Ὑπὲρ τοῦ Ἀρχιεπισκόπου] Subiungit idem. Ὑπὲρ τῶν εὐσεβεστάτου, καὶ θεοφυλάκτου ἡμῶν Ῥηγὸς, παντὸς τοῦ παλατίου, καὶ τοῦ στρατοπέδου αὐτοῦ, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Ὑπὲρ τοῦ συμπολεμῆσαι. Ὑπὲρ τῆς πόλεως ταύτης. Prout fol. 65. Pro piissimo & à Deo custodito Rege nostro N. omni palatio, & exercitu eius: Dominum precemur. Vt simul pugnet. Pro vrbe omni. Obserua Falascæ Euchologium fuisse Græcorum Regibus (quos Græci ῥῆγας vocant, Imperatorem vero βασιλέα) Siciliæ vtriusque subditorum.

k Ὑπὲρ τοῦ ἁγιασθῆναι.] His verbis Cryptof. Falascæ crucis signum hic faciendum appingit: præsentem vero Collectam his aliis verbis habet exscriptam. Ὑπὲρ τοῦ καταπεμφθῆναι αὐτοῖς ἐξ ἁγίων ὑψωμάτων τὴν χάριν, καὶ τὴν εὐλογίαν τοῦ Ἰορδάνου τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Ὑπὲρ τοῦ ἀναδειχθῆναι αὐτὰ ἀποτρόπαιον καὶ καθαρτήριον πάσης ἐνεργείας, καὶ ἐπιβουλῆς ὁρατῶν καὶ ἀοράτων ἐχθρῶν· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Ὑπὲρ τοῦ γενέσθαι αὐτὰ πᾶσι τοῖς χρωμένοις ἐξ αὐτῶν πίστει, καὶ μεταλαμβάνουσιν εἰς καθαρισμὸν μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Ὑπὲρ τοῦ ἐπιφᾶναι κύριον τὸν θεὸν ἡμῶν τῷ προσώπῳ αὐτοῦ, καὶ ἁγιάσαι, καὶ εὐλογῆσαι, καὶ ἁγιάσαι τὰ ὕδατα ταῦτα· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Ὑπὲρ τοῦ καταφωτισθῆναι. Vt supra. Ὑπὲρ τοῦ γενέσθαι αὐτὰ ἀφθαρσίας πηγὴν, ἁγιασμοῦ δῶρον, ἁμαρτημάτων λυτήριον, νοσημάτων ἀλεξητήριον· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Ὑπὲρ τοῦ καταπέμψαι κύριον τὸν θεὸν ἐφ' ἡμᾶς τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα, καὶ ἀποφρᾶξαι τὰ ῥεῖθρα πάντων νοσημάτων ἀλεξητήριον, καὶ πάσαις ταῖς ἐναντίαις δυνάμεσι ἀπρόσιτον. τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Ὑπὲρ τοῦ ἀνακαινίσαι κύριον τὸν θεὸν τὸ φῶς τῶν καρδιῶν ἡμῶν καὶ φωτίσαι ἡμᾶς· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Ὑπὲρ τοῦ βασιλείας οὐρανῶν καταξιωθῆναι ἡμᾶς κληρονόμους διὰ τῆς μεταλήψεως τῶν ὑδάτων τούτων· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Ὑπὲρ τοῦ γενέσθαι αὐτὸ φυλακτήριον καὶ ἁγιασμὸν οἴκων, καὶ πρὸς πᾶσαν ὠφέλειαν ὑπηρετεῖν· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Vt de sanctis excelsis gratia benedicti qui Iordanis in eas mittatur: Dominum precemur. Vt depulsio & expurgatio moliminis omnis & insidiarum visibilium & invisibilium hostium fiant: Dominum precemur. Vt omnibus fidei ex eis vnctis, id est aspersis, & sumpturis fiant in purificationem sordium corporis & spiritus: Dominum precemur Vt Dominus & Deus noster vultu suo appareat, & innouet, & benedicat, & sanctificet aquas istas: Dominum precemur. Vt in eas adueniat. *Vt supra*. Vt incorruptionis fons, sanctificationis donum peccatorum expiatio, infirmitatum medela fiant: Dominum precemur. Vt Dominus Deus noster Spiritum sanctum suum ad nos mittat, & fluenta hæc morborum remedium omnibus aduersariis potestatibus imperuium efficiat: Dominum precemur. Vt cordium nostrorum Dominus Deus noster lumen innouet, & illuminet nos: Dominum precemur. Vt aquarum istarum degustatione regni cœlorum hæredes renunciemur: Dominum precemur Vt domorum custodia & sanctificatio, & omni vtilitati fiant accommodæ. Dominum precemur.

l Ὑπὲρ τοῦ δωρηθῆναι.] Tres alias postulationes inserunt hic vetusta Veneta. Ὑπὲρ τοῦ συντριβῆναι τὸν σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας ἡμῶν ἐν τάχει, καὶ διασκεδασθῆναι πᾶσαν βουλὴν πονηρὰν κινουμένην καθ' ἡμῶν· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Ὅπως κύριος ὁ θεὸς ἐξέληται ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἐπιβουλῆς καὶ ἐπηρείας τοῦ ἀντικειμένου καὶ ἀξίους ἀναδείξηται τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν Ὑπὲρ τοῦ καταπέμψαι κύριον τὸν θεὸν εὐλογίαν τοῦ Ἰορδάνου καὶ ἁγιάσαι τὰ ὕδατα ταῦτα· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν Vt Satanas sub pedibus nostris velociter conteratur, & omne prauum consilium aduersus nos motum dissipetur: Dominum precemur. Vt ab omnibus insidiis & molestiis aduersarij Dominus Deus nos eripiat, & promissis bonis nos dignos efficiat: Dominum precemur. Vt Iordanis benedictionem Deus mittat, & aquas istas sanctificet: Dominum precemur.

m Τούτων λεγομένων.] Cryptof. Falascæ. Ὁ λαὸς τὸ, κύριε ἐλέησον. ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχὴν ἕως τέλους τῆς εὐχῆς. Populus. Domine miserere. *Sacerdos orationem legit vsque ad finem*.

n Καὶ εἰπὼν μεθ' ἑαυτόν.] Idem. εἶθ' οὕτως λέγει ὁ διάκονος. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. καὶ ὁ ἱερεὺς λέγει τὴν εὐχὴν ταύτην λαμπρᾷ τῇ φωνῇ. Τριὰς ὑπερούσιε. *Deinde dicit Diaconus:* Dominum precemur. *Et Sacerdos clara voce dicit orationem istam:* Trinitas superſubſtantialis. Allatianum: καὶ ἀνιστάμενος ὁ ἀρχιερεὺς λέγει μεγαλοφώνως. Δοξάζομέν σε. *Et exurgens Pontifex ſonora voce dicit:* Gloriam tibi reddimus. Vt ſupra.

o Τριὰς ὑπερούσιε.] Procemium præſens vſque ad verba: δοξάζομέν σε δέσποτα non leguntur in pleriſque Venetis, nec in MS. Allatiano, quod tamen reponit poſt huius præconij vltima verba, quæ ſunt ἐν κατανύξει βοῶ σοι.

Hæc autem oratio, quæ eſt Sophronij opus è MS. ab Arcudio fidelibus exſcripta, Anthologio Romæ excuſo, ab eodem in ſolemnitatis huius officio fuit inſerta: conſulet eam ibidem qui multo prolixiorem & incorruptam deſiderabit.

p. Καὶ εὐθὺς γεγωνοτέρᾳ φωνῇ] Allatianum legit: εἶτα λέγει εἰς ἐπήκοον πάντων τὴν εὐχὴν ταύτην ἐκ τρίτου. *In omnium denique auditu orationem hanc dicit.*

q Τὸ ὑψωθέντο] Hic & ſequentibus cunctis commatibus crucem addit Arcudianum Anthologium.

r Ἀγγελικῆς ἰσχύος πεπληρωμένον.] Addit Cryptof. Falaſcæ: καὶ ὁ ἱερεὺς ἐμφυσᾷ εἰς τὸ ὕδωρ σταυροειδῶς τρίς, ποιῶν τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ, εἶθ' οὕτω λέγει. *Et Sacerdos cruciformiter vſque tertio exſufflat aquam, faciens ſignum crucis, deinde ſic dicit.*

ſ Τρίς.] Deeſt in Cryptof. ſicut & in ſequente periodo.

t Καὶ βαπτίζει τὸν τίμιον σταυρόν.] Paulo diuerſe reliquum huius officij exhibent, Cryptof. & Allatianum MM. SS. ſicut & Arcudianum Anthologium. Cryptof. quidem legit, εἶθ' οὕτω θέλει αὐτὸν εἰς κολυμβήθραν, λέγων. Ἐν Ἰορδάνῃ. Vt ſupra Καὶ ὁ λαὸς τὸ αὐτό. εἶτα βαπτίζει ἐκ τρίτου καὶ θεὶς αὐτὸν ἐν δίσκῳ. εἶθ' οὕτως ὕψει εἰς θυσιαστήριον. μετὰ ταῦτα ἐκφωνεῖ ὁ ἱερεὺς καὶ δοξάζει. Σήμερον τριὰς ἐν μονάδι θεότητος, ἔδειξεν ἡμῖν τὴν αὐτῆς ἀγαθότητα. πατὴρ γὰρ ἠκούετο οὐρανόθεν φθεγγόμενος, υἱὸς ἐβαπτίζετο ἐν σαρκὶ βαπτιζόμενος, πνεύματος ἁγίου ἐδημοσιοῦτο παρουσία, ἣν ἐκ πίστεως λαβόντες κράζομεν συμφώνως. ὁ ἐπιφανεὶς Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ τὸν κόσμον φωτίσας, δόξα σοι καὶ ψαλλομένου τοῦ στιχηροῦ ἁγιάζει τὸν ναόν, καὶ τὸν λαόν. εἶθ' οὕτως ἡ ἐκτενή. Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ θεός, καὶ τὰ ἑξῆς. Ὁ ἱερεὺς εἰρήνη πᾶσι. Ὁ διάκονος. Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν. τῷ κυρίῳ κλίνατε. ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχὴν Κύριε ἅγιε ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, καὶ παντεφόρῳ σου ὄμματι ἐπιβλέπων ἐπὶ πᾶσαν τὴν κτίσιν, σοὶ ἐπεκλίναμεν τὸν αὐχένα τῆς καρδίας καὶ τοῦ σώματος· καὶ δεόμεθά σου, ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου τὴν ἀόρατον ἐξ ἁγίου κατοικητηρίου σου καὶ εὐλόγησον πάντας ἡμᾶς, καὶ εἴ τι ἡμάρτομεν ἀκουσίως ἢ ἑκουσίως, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος θεὸς συγχώρησον, δωρούμενος ἡμῖν καὶ τὰ ὑπερκόσμια ἀγαθά. σοῦ γάρ ἐστι τὸ ἐλεεῖν καὶ σώζειν ἡμᾶς, Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν. Deinde hoc pacto crucem in piſcinam demittit, dicens: In Iordane, &c. Tum patenter in diſco ſuper altare. Poſt hæc exclamat Sacerdos, & laudem Deo reddit. In Deitatis vnitate ſuam bonitatem nobis hodie Trinitas manifeſtauit. Pater enim de cœlo loquens audiebatur, Filius in carne baptizatus erat conſpicuus, Spiritus quoque ſancti communis fiebat præſentia, quam fide nos accipientes, concordi voce clamamus Chriſte Deus noſter, qui mundo apparuiſti, & eum illuminaſti, gloria tibi. Et verſu cantato, Aqua benedicta aſpergit templum & populum. Deinde dicitur protenſa oratio hoc pacto Miſerere noſtri Deus, & quæ ſequuntur. Sacerdos. Pax omnibus. Diaconus. Capita veſtra Domino inclinate. Sacerdos orationem. Domine Sancte, qui in excelſis habitas, & oculo omnia continente creaturam cunctam reſpicis, tibi cordis & corporis ceruicem inclinauimus: rogamus te, inuiſibilem manum tuam de ſancto habitaculo tuo mitte, & omnibus nobis benedic: & ſi in aliquo ſponte vel inuoluntarie deliquimus, vt bonus & humanus Deus, ſupramundanis bonis conceſſis, condona nobis. Tuum eſt enim miſereri & ſaluare nos, Chriſte Deus noſter, & tibi gloriam, &c. Allatianum: Καὶ εὐθέως λαβὼν ὁ ἀρχιερεὺς ἐν χερσὶν αὐτοῦ τὸν τίμιον καὶ ζωοποιὸν σταυρόν· εὐλογεῖ τὰ ὕδατα σταυροειδῶς, μετὰ τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ· ὄρθιον αὐτὸν κατάγων, καὶ ἀνάγων λέγει τὸ αὐτὸ τροπάριον. Ἐν Ἰορδάνῃ, καὶ τὰ ἑξῆς. λέγει δὲ αὐτὸ ἐκ τρίτου εἶτα ὁ λαός. λέγουσι δὲ τοῦτο πολλάκις ἕως ἂν πάντες μεταλάβωσι (*ex illa aqua deguſtarint*) καὶ ἁγιασθῶσι (*per aſperſionem illius aquæ ſanctificati fuerint*) πάντων δὲ μεταλαβόντων, καὶ ἁγιαζομένων ἐκ τοῦ ἁγιάσματος, ψάλλομεν. Φῶς ἐκ φωτός. καὶ εἰσελθόντες εἰς τὸν ναὸν ψάλλομεν τὸ αὐτό. στίχος. Δόξα. Καὶ νῦν εἰς ἦχον πλ. β΄. Καὶ ὁ ψαλμός. Εὐλογήσω τὸν κύριον. καὶ δίδοται τὸ κατακλαστόν. καὶ γίνεται τελεία ἀπόλυσις. *Et confeſtim accipiens Pontifex in manibus pretioſam & viuificam crucem: pretioſa & viuifica cruce cruciformiter aquas benedicit, rectum illam immittens & educens; illumque eundem Modulum recitat.* In Iordane, &c. *Recitat autem illum vſque tertiò: & deinde populus eundem repetit. Plurieſque cantant, vſquedum cuncti delibarint. Aquam ſanctam, & ea fuerint aſperſi. Poſtquam vero deguſtauerint, & Aquæ benedictæ aſperſione fuerint ſanctificati, canimus:* Lumen de lumine. *Idemque canimus dum templum ingredimur. Verſiculus.* Gloria. Et nunc. *Tono obliquo ſecundo Diciturque Pſalmus.* Benedicam Dominum. *Et diſtribuitur panis benedictus. Et fit perfecta dimiſſio.* Arcudianum Anthologium. ἀπολαμβάνει ὁ ἱερεὺς τὸν τίμιον σταυρόν, καὶ βαπτίζει αὐτὸν σταυροειδῶς, λέγων οὕτως. εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρός, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἑκάστῃ προσρήσει κατάγων αὐτὸν ἐν τῷ ὕδατι, καὶ ἀνάγων. καὶ δεξάμενος τὸν τίμιον σταυρὸν ὁ προεστὼς εἰσάγει αὐτὸν μετὰ τοῦ δίσκου ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ τίθησιν ἐπάνω τῆς ἁγίας τραπέζης· καὶ ὁ ἱερεὺς λέγει οὕτως, εἰς ἦχον πλ. δ΄. Μέγας σταυρὸς ἐφάνη ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ· καταβαίνουσι τῆς ἁμαρτίας, καὶ ἀνιβαίνουσι τέκνα τῆς ἀφθαρσίας, δεύτερον φῶς λαβόντες· καὶ τὸν μαργαρίτην Χριστὸν ἐνδυσάμενοι. Καὶ τοῦτο λέγει τρίς· καὶ ὁ ἱερεὺς γεμίσας τὰ ἀγγεῖα ἐκ τῆς φιάλης τοῦ ἁγίου ὕδατος, καὶ τῶν ψαλτῶν ψαλλόντων τροπάριον. ἦχος α΄. Ἐν Ἰορδάνῃ βαπτιζομένου. ἄρχεται ῥαίνειν ὁ ἱερεὺς τὸν λαὸν ἐκ τοῦ ἁγίου ὕδατος. Εἶθ' οὕτως ἀποκρύπτει ἐξ αὐτοῦ μετὰ τὸ συστεῖλαι τὰ ἅγια καὶ δίδωσι καὶ τῷ λαῷ. καὶ μετὰ τὸ πιεῖν ἅπαντα τὸν λαὸν· εἰσερχόμεθα ἐν τῷ ναῷ. *Accipit deinde Sacerdos pretioſam crucem, & cruciformiter immergit, dicens hoc pacto:* In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. *Vnaquaque appellatione immittens, & educens illam. Et ſuſcipiens pretioſam crucem Superior diſco ſuperpoſitam deportat ad altare, & ſuper ſanctam menſam reponit. Et Sacerdos ſic dicit, tono obliquo quarto.* Magna crux apparuit in piſcina: deſcendunt peccati filij, & remeant, ſecunda luce accepta, & Chriſto velut pretioſa margarita adornati, incorruptionis liberi. *Hocque ter dicit: & ex Aqua benedicta labro Sacerdos implet vaſa: & cantoribus canentibus Modulum tono primo.* In Iordane baptizato. *Incipit Aqua benedicta populum aſpergere. Et ſanctis veſtibus complicatis deguſtat ex ea, & populo propinat: Et poſtquam populus omnis deliberauerit, in templum ingredimur.*

u Εἶτα. εἰς τὸ ὄνομα.] Præponunt vetuſta Veneta.

Ἰδιόμελον. ἦχος πλ. δ'. Σήμερον ἡ κτίσις φωτίζεται, σήμερον τὰ πάντα εὐφραίνεται τὰ οὐράνια ἅμα καὶ τὰ ἐπίγεια· ἄγγελοι καὶ ἄνθρωποι συμμίγνυνται· ὅπου γὰρ βασιλέως παρουσία· καὶ ἡ τάξις παραγίνεται. δράμωμεν τοίνυν ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην. ἴδωμεν πάντες τὸν Ἰωάννην πῶς βαπτίζει τὴν κορυφὴν τὴν ἀχειροποίητον, καὶ ἀναμάρτητον. διὸ τὴν ἀποστολικὴν φωνὴν προσᾴδοντες, συμφώνως βοήσωμεν. ἐπεφάνη ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις καταυγάζουσα, καὶ παρέχουσα τοῖς πιστοῖς μέγα ἔλεος. *Modulus proprij cantus: tono obliquo quarto.* Hodie creatura illuminatur, cuncta hodie cælestia simul & terrena collætantur, hominibus Angeli commiscentur: vbi enim regis est præsentia, illuc aula concurrit. Ad Iordanem itaque properemus. Quomodo Ioannes verticem non manufactum & innoxium intingat, spectemus: ac Apostolicam vocem concinentes, concordi voce modulemur. Salutaris Dei gratia cunctis hominibus illucens, & fidelibus cunctis magnam misericordiam exhibitura nobis apparuit.

Tilianum Menæum MS. in quo etiam mihi præsens ritus occurrit, post prolixum Vesperarum & Missæ simul, hac die si ieiunium fuerit, dicendarum Officium, Aquę benedicendę ordinem ab hoc in pluribus diuersum exhibet.

Ἐξέρχεται ὁ ἱερεὺς ἐν τῷ βαπτιστηρίῳ μετὰ τοῦ λαοῦ, θυμιατῶν, καὶ κηρῶν, ψάλλων τροπάριον· ἦχος πλ. δ'. Φωνὴ κυρίου. Vt supra.

Καὶ τούτου πληρουμένου, τοῦ ἱερέως θυμιῶντος τὸ ὕδωρ, λέγει ὁ διάκονος. σοφία. καὶ ὁ ψάλτης λέγει τὰς προφητείας.

Προφητεία πρώτη τοῦ βαπτίσματος.

Προφήτου Ἡσαΐου τὸ ἀνάγνωσμα.

Τάδε λέγει κύριος. εὐφράνθητι. Vt supra.

Ἀνάγνωσμα δεύτερον.

Προφήτου Ἡσαΐου τὸ ἀνάγνωσμα.

Τάδε λέγει κύριος. οἱ διψῶντες.

Ἀνάγνωσμα τρίτον.

Προφήτου Ἡσαΐου.

Τάδε λέγει κύριος. ἀντλήσατε ὕδωρ.

Μετὰ τοῦτο, λέγει ὁ διάκονος τὴν συναπτήν, καὶ ὁ ἱερεὺς λέγει καθ' ἑαυτὸν τὰς εὐχάς. καὶ πληρωθεισῶν, λέγει ἐν ἐπηκόῳ πάντων. Μέγας εἶ κύριε· καὶ θαυμαστὰ τὰ ἔργα σου.

Εἶτα βάλλει τὸ τίμιον ξύλον εἰς τὸ ἁγίασμα, καὶ ψάλλει ὁ λαός· Ἐν Ἰορδάνῃ βαπτιζομένου σου κύριε.

Καὶ ἕωθεν εἰσέρχεται ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ· καὶ εἰ μὲν ἐστὶ νηστεία καὶ λειτουργήσει, δίδει τὴν ἀναφορὰν τῷ λαῷ· καὶ ἀπολύει. εἰ δὲ οὐκ ἔστιν νήσιμος, οὐδὲ λειτουργήσει· λέγει τὴν εὐχὴν καὶ ἀπολύει.

Egreditur Sacerdos ad Baptisterium cum populo, suffitibus, & cereis, concinens Modulum: Tono quarto obliquo. Vox Domini, &c.

Quo completo, Sacerdote aquam suffumigante, dicit Diaconus. Sapientia. *Et cantor recitat Prophetias.*

Prima baptismi Prophetia.

Prophetæ Esaiæ lectio.

Hæc dicit Dominus. Lætare, &c.

Lectio secunda.

Prophetæ Esaiæ lectio.

Hæc dicit Dominus. Sitientes.

Lectio tertia.

Esaiæ Prophetæ.

Hęc dicit Dominus. Haurite aquam.

His completis, recitat Collectam Diaconus, & Sacerdos orationes dicit secreto: iisque finitis, omnibus audientibus dicit. Magnus es Domine: & miranda opera tua.

Deinde crucem pretiosam in aquam sanctam immittit, & canit populus. In Iordane te, Domine, baptizato.

Et diluculo accedit ad templum, & si fuerit ieiunium, & celebrauerit, panem benedictum populo distribuit: & dimittit. Si vero ieiunij dies non fuerit, neque celebrauerit: dicit orationem, & dimittit.

Compendiosius est in Cryptof Bessarionis.

Τάξις γινομένη εἰς ὕδωρ τῶν ἁγίων θεοφανείων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.

Ποιοῦντος τοῦ ἀρχιδιακόνου τὴν συναπτήν. Ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Vt supra.

Ordo ad aquam sanctorum Theophaniorum in Ecclesia obseruandus.

Archidiacono Collectam recitante. In pace Dominum precemur, &c.

Oratio. Domine Iesu Christe, &c.

Dicto quoque, Amen *secreto, cum collectam terminauerit Archidiaconus, vociferando incipit Sacerdos.* Magnus es Domine.

Populus. Amen. *Sacerdos.* Pax omnibus. *Diaconus.* Capita. Inclina Domine, &c.

Εὐχή. Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ. Vt supra.

Καὶ εἰπὼν καθ' ἑαυτὸν καὶ τὸ, ἀμήν, πληρωθέντος τοῦ ἀρχιδιακόνου, ἄρχεται ἐν ἐκφωνήσει. Μέγας εἶ κύριε.

Ὁ λαός. Ἀμήν. Ὁ ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσι. Ὁ διάκονος. Τὰς κεφαλάς. Κλῖνον κύριε. Vt supra.

Barberinum S. Marci.

Dicenda à Diacono ad sanctorum Theophaniorum aquam.

Dicamus omnes, Domine miserere.

Deus Pater omnipotens, qui antequam essemus, nouisti nos, & è nihilo ad esse vocasti, rogamus.

Qui cœlos extendisti, & terram super aquas fundasti, rogamus.

Qui paradisum in Edem fundasti, & fontem quadrifidum in eo iussisti scaturire, rogamus.

Qui Patriarchæ Iacob ouili baculo & aqua benedixisti: & illud multiplicasti, rogamus.

Qui per Eliam Thesbitem, & trinam aquarum effusionem, vnius Deitatis Trinitatem personarum nobis manifestasti, rogamus.

Qui per Isaiam Prophetam nobis dixisti, Haurite aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, rogamus.

Qui præcursori Ioanni caput immaculatum inclinasti, & in fluentis Iordanis baptizatus es, rogamus.

Quem mare vidit, & fugit: & Iordanis conuersus est retrorsum, rogamus.

Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ, & timuerunt, rogamus.

Vt omni benedictione spiritali benedicamur, rogamus.

Vt benedicamur, &c.

Vt velut aquæ Iordanis benedicantur, rogamus.

Vt adueniat, &c.

Vt fiat in expiationem, &c.

Salua nos Deus tua manifestatione, & exaudi nos, rogamus.

Vt liberemur, &c.

Miserere nostri Deus secundum magnam misericordiam tuam, rogamus te Domine.

Διακονικὰ εἰς τὸν ἁγιασμὸν τῶν ἁγίων θεοφανείων.

Εἴπωμεν πάντες τό. Κύριε ἐλέησον.

Ὁ θεὸς ὁ πατὴρ ὁ παντοκράτωρ, ὁ πρὶν γενέσεως ἐπιστάμενος, καὶ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι καλέσας· δεόμεθα.

Ὁ τοὺς οὐρανοὺς ἐκτείνας, καὶ τὴν γῆν ἐφ' ὑδάτων θεμελιώσας· δεόμεθα.

Ὁ παράδεισον φυτεύσας ἐν Ἐδὲμ κατ' ἀνατολὰς καὶ τετράφυτον πηγὴν πηγάσας ἐν αὐτῷ· δεόμεθα.

Ὁ τὴν ποιμνὴν τοῦ πατριάρχου Ἰακὼβ ῥάβδῳ καὶ ὕδατι εὐλογήσας, καὶ πληθύνας, δεόμεθα.

Ὁ διὰ Ἡλίου τοῦ Θεσβίτου, διὰ τοῦ τριπλοῦ τῆς ἐκχύσεως τῶν ὑδάτων τὴν τρισυπόστατον τῆς μιᾶς θεότητος ἡμῖν ἀναδείξας, δεόμεθα.

Ὁ διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου εἰρηκότος ἡμῖν, ἀντλήσατε ὕδωρ μετ' εὐφροσύνης ἐκ τῶν πηγῶν τοῦ σωτηρίου· δεόμεθα.

Ὁ τῷ προδρόμῳ Ἰωάννῃ ὑποκλίνας τὴν ἄχραντον κορυφήν, καὶ ἐν ῥείθροις Ἰορδάνου βαπτισθείς, δεόμεθα.

Ὃν ἡ θάλασσα εἶδεν καὶ ἔφυγε, καὶ ὁ Ἰορδάνης ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω, δεόμεθα.

Ἴδοσάν σε ὕδατα ὁ θεός, ἴδοσάν σε ὕδατα καὶ ἐφοβήθησαν, δεόμεθα.

Ὑπὲρ τοῦ εὐλογηθῆναι ἡμᾶς πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ, δεόμεθα.

Ὑπὲρ τοῦ εὐλογηθῆναι. Vt supra.

Ὑπὲρ τοῦ εὐλογηθῆναι ὡς τὰ ὕδατα τοῦ Ἰορδάνου, δεόμεθα.

Ὑπὲρ τοῦ καταφοιτῆσαι. Ibidem.

Ὑπὲρ τοῦ γενέσθαι εἰς καθαρισμόν. Ibidem.

Σῶσον ἡμᾶς ὁ θεὸς τῇ ἐπιφανείᾳ σου· καὶ ἐπάκουσον ἡμῶν, δεόμεθα.

Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι. Ibidem.

Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ θεὸς κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου, δεόμεθά σε κύριε.

Εὐχὴ εἰς τὴν εὐλόγησιν τῶν ἁγίων θεοφανείων.

Ποιοῦντος τοῦ ἱερέως μυστικῶς τὴν εὐχὴν ταύτην. Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ. Vt ſupra.

Πρόλογος τῶν ἁγίων θεοφανείων λεγόμενος πρὸ τοῦ. Μέγας εἶ κύριε. Sequitur immediatè. Τριὰς ἄκτιστε. Vt ſupra.

Ἕτερος πρόλογος. Εὐλογητὸς εἶ κύριε ὁ θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, ὅτι ἐπεσκέψατο, καὶ ἐποίησεν λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ. Ἰδοὺ γὰρ ὁ τῆς ἑορτῆς ἐπέστη καιρὸς, καὶ οἱ ἄγγελοι μετὰ τῶν ἀνθρώπων ἑορτάζουσι· καὶ χορὸς ἁγίων πλησιάζει ἡμῖν. καὶ τὰ ἑξῆς. Vt ſupra.

Niſi quod particula τρεῖς, vbique deeſt: & orationi cuius initium eſt, μέγας εἶ κύριε, nullus præfigitur titulus.

Καὶ λέγει ὁ ἱερεύς· Εἰρήνη πᾶσι. Ὁ διάκονος. Τὰς κεφαλάς. Ὁ ἱερεύς. Κλῖνον κύριε. Vt ſupra. Καὶ εὐθέως ῥαντίζει ὁ ἱερεὺς τὸν λαὸν λέγων, σὺν τῷ πλήθει τὸ τροπάριον. ἦχος δ'. Μιμησώμεθα τὰς φρονίμους παρθένους· καὶ δοξάζει, καὶ λέγει καὶ τὰ ἄλλα.

Oratio ad benedictionem ſanctorum Theophaniorum.

Faciente Sacerdote hanc precem ſecretò. Domine Ieſu Chriſte, &c.

Proœmium ſanctorum Theophaniorum, dicendum priuſquàm pronuncietur illud, (Magnus es Domine.) Trinitas increata, &c.

Aliud proœmium. Benedictus es Domine Deus Iſraël: quia viſitauit, & fecit redemptionem populo ſuo. Ecce etenim feſtiuus adeſt nobis dies; & Angeli ſimul cum hominibus lætantur: & ſanctorum chorus adſtat nobis, &c.

Et dicit Sacerdos. Pax omnibus. *Diaconus.* Capita. *Sacerdos.* Inclina Domine. *Et confeſtim aſpergit Sacerdos populum dicens vnà cum plebe modulum: tono quarto.* Imitemur prudentes virgines. *Et laudem Deo dicit: & alia ſubiungit.*

Aliud Barberinum.

Ἀκολουθία τοῦ ἁγιασμοῦ τῶν ἁγίων θεοφανείων.

Γίνεται μὲν ἡ ἀκολουθία εἰς τὰς μεγάλας ἐκκλησίας τῇ ἑσπέρᾳ, ἤγουν τῇ παραμονῇ, μετὰ τὸ πληρωθῆναι τὴν ἁγίαν λειτουργίαν. ὁ διάκονος οὐ λέγει· ἐν εἰρήνῃ προέλθωμεν· ἀλλὰ δίδοται· Σοφία, καὶ ἄρχονται οἱ ψάλται τὰ τροπάρια. ἐν δὲ τοῖς εὐκτηρίοις γίνεται ἀκολουθία οὕτως. μετὰ τὸ, δόξα ἐν ὑψίστοις, ἐκφωνεῖ ὁ ἱερεύς. ὅτι ἅγιος εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν. καὶ ἐξέρχεται ὁ ἱερεὺς μετὰ θυμιάματος καὶ μανουαλίου εἰς τὸν λουτῆρα τοῦ μεσαύλου ψάλλων τροπάριον. ἦχος πλ. δ'. Φωνὴ κυρίου. Vt ſupra. Καὶ εἶθ' οὕτως ἄρχονται οἱ ψάλται στίχος. Σήμερον τῶν ὑδάτων. Ibidem. στίχος. Ἴδοσάν σε ὕδατα ὁ θεὸς, ἴδοσάν σε ὕδατα. Ὡς ἄνθρωπος. Ibidem.

Καὶ ἄρχονται προφητεῖαι τρεῖς. ἡ πρώτη.

Ἡσαΐου τὸ ἀνάγνωσμα.

Τάδε λέγει κύριος. Εὐφράνθητι.

Τῆς προφητείας τοῦ Ἡσαΐου.

Τάδε λέγει κύριος. Οἱ διψῶντες.

Προφητείας Ἡσαΐου.

Τάδε λέγει κύριος. Ἀντλήσατε.

Καὶ μετὰ τὰς προφητείας λέγει τὸν ἀπόστολον

Officium aquæ benedictæ ſanctorum Theophaniorum.

In maioribus quidem Eccleſiis, Veſpere, id eſt finita ſancta miſſa (tunc celebranda) *fit officium. Diaconus non dicit.* In pace procedamus: *ſed pronunciatur.* Sapientia. *Tunc incipiunt Cantores modulos. In oratoriis vero perficitur officium hoc pacto. Dicto,* Gloria in altiſſimis, *incipit Sacerdos exclamando.* Quia ſanctus es Deus noſter. *Et Sacerdos cum incenſo & candelabro, ad lauacrum ſiue fontem atrii, ſiue mediæ areæ egreditur, concinens modulum, Tono quarto.* Vox Domini, &c. *Deinde verſiculos incipiunt Cantores.* Hodie aquarum, &c. *Verſiculus.* Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ. Velut homo, &c.

Et incipiunt prophetiæ tres. Prima. Iſaiæ lectio.

Hæc dicit Dominus. Lætare.

Prophetiæ Iſaiæ lectio.

Hæc dicit Dominus. Sitientes.

Prophetiæ Iſaiæ.

Hæc dicit Dominus. Haurite.

Prophetiis finitis, recitat Apoſtoli lectio-

nem ad Corinthios. Fratres. Nolumus vos ignorare Alleluïa. *Deinde hoc pacto.* Euangelium ex Ioanne. In illo tempore. Venit Iesus, &c.

Et incipit Diaconus clarâ voce. Dicamus omnes ex totâ animâ. Domine omnipotens.

Pro sancta hac domo.

Pro Patre & Episcopo.

Pro piissimis.

Vt benedicantur, &c.

Vt demonstrentur esse sicut Iordanis fluenta.

Vt adueniat.

Vt fiant in expiationem.

Christe Deus noster, qui in Bethleem natus es, & in præsepe recubuisti, præsentes aquas sanctifica.

Christe Deus noster, qui lumen & sanctitatem emittis: rogamus te præsentes aquas sanctifica.

Christe Deus noster, qui baptizandus ad Iordanem, & iustitiam omnem impleturus venisti: præsentes aquas sanctifica.

Christe Deus noster, qui à Patre testimonium accepisti: rogamus, &c.

Qui præcursori Ioanni purissimam ceruicem submisisti, & in fluentis Iordanis baptizatus es, rogamus te.

Vt liberemur, &c. Miserere nostri Deus secundum magnam misericordiam tuam. *Populus.* Domine miserere. *Sacerdos capite inclinato, orationem hanc secreto recitat: neque voce elatâ terminationem orationis profert, sed apud se, Amen, dicit.* Domine Iesu Christe, &c.

Et confestim proœmium clarâ voce adoritur. Trinitas increata.

Sacerdos. Pax omnibus. *Diaconus.* Capita vestra Domino, &c. Inclina Domine, &c.

Tum vero Sacerdos dicit. Gloria sanctissimæ, & consubstantiali, & indiuiduæ Trinitati perpetuo. *Et immergit in aquam sacras reliquiarum thecas ter, cantans etiam ter, Tono primo.* Baptizato in Iordane, &c.

Post hæc eo populum aspergente, dicit Diaconus. Miserere nostri Deus. *Et fit dimissio.*

πρὸς Κορινθίους. Ἀδελφοί. Οὐ θέλομεν ὑμᾶς. Ἀλληλούϊα. Εἶθ' οὕτω, τὸ Εὐαγγέλιον ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην. Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ. ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς. Vt sup.

Καὶ ἄρχεται ὁ διάκονος, λαμπρᾷ τῇ φωνῇ. Εἴπωμεν πάντες ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς. Κύριε παντοκράτορ. Vt supra.

Ὑπὲρ τοῦ ἁγίου οἴκου τούτου.

Ὑπὲρ τοῦ πατρὸς καὶ ἐπισκόπου.

Ὑπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων.

Ὑπὲρ τοῦ εὐλογηθῆναι. Vt supra.

Ὑπὲρ τοῦ ἀναδειχθῆναι αὐτὰ ὡς τὰ Ἰορδάνια ῥεῖθρα.

Ὑπὲρ τοῦ καταφοιτῆσαι.

Ὑπὲρ τοῦ γενέσθαι αὐτὰ εἰς καθαρισμόν.

Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐν Βηθλεὲμ γεννηθεὶς, καὶ ἐν φάτνῃ ἀνακλιθεὶς τὰ προκείμενα ὕδατα ἁγίασον.

Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ πηγάζων ἡμῖν φωτισμὸν καὶ ἁγιασμὸν, δεόμεθά σου τὰ προκείμενα ὕδατα ἁγίασον.

Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ ἐν Ἰορδάνῃ βαπτισθῆναι παραγενόμενος πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην, τὰ προκείμενα ὕδατα ἁγίασον

Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ὑπὸ πατρὸς τὴν μαρτυρίαν δεξάμενος, δεόμεθα.

Ὁ τῷ προδρόμῳ Ἰωάννῃ ὑποκλίνας τὴν ἄχραντόν σου κορυφὴν, καὶ ἐν ῥείθροις Ἰορδάνου βαπτισθεὶς, δεόμεθά σου, τά.

Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς. Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ θεὸς κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου. Ὁ λαὸς τὸ, Κύριε ἐλέησον. Ὁ ἱερεὺς κλίνας τὴν κεφαλὴν λέγει τὴν εὐχὴν μυστικῶς, μὴ λέγων τῆς εὐχῆς τὴν ἐκφώνησιν· ἀλλὰ καὶ τὸ, ἀμὴν, αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν λέγει. Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ. Vt supra.

Καὶ εὐθέως ἄρχεται τὸν πρόλογον λαμπρᾷ τῇ φωνῇ. Τριὰς ἄκτιστε.

Ὁ ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσιν. Ὁ διάκονος. Τὰς κεφαλάς. Κλῖνον κύριε. Vt supra.

Εἶθ' οὕτω λέγει ὁ ἱερεύς. Δόξα τῇ παναγίᾳ καὶ ὁμοουσίῳ, καὶ ἀχωρίστῳ τριάδι πάντοτε. Καὶ βαπτίζει τὰ ἅγια ἐγκόλπια τρεῖς σταυροειδῶς εἰς τὸ ὕδωρ, ψάλλων τρίς· ἦχος α. Ἐν Ἰορδάνῃ βαπτιζομένου. Vt supra.

Καὶ μετὰ τοῦτο ῥαντίσας τὸν λαὸν, λέγει ὁ διάκονος. Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ θεός· καὶ ἀπόλυσις.

IN OFFICIVM MAIORIS AQVÆ BENEDICTÆ in sanctis Theophaniis Notæ.

1 Ἀκολουθία τοῦ μεγάλου ἁγιασμοῦ] Maioris Aquæ benedictæ solemniori ritu baptismo apud Orientalem Ecclesiam perficiendo destinatæ, præsens est benedictio: cuius institutio ad eos referenda est, qui piscinam baptismalem quotannis renouari, & precibus sacrisque ritibus sanctificari præceperunt. Peruigilij vero Epiphaniæ vespere semel hanc lustralem aquam, tum secundo, in ipsa festi liturgia, aliam consecrat eadem Ecclesia: prioremque lustrando, bibendo, populum domosque aspergendo absumit: secundam inter missarum sacra dedicatam, vt sanctiorem pœnitentibus sanguinis calice priuatis propinandam, aut immunda quædam & polluta expiaturam, summa religione asseruant Græci. Huius autem Aquæ in Theophaniis consecrandæ, sicut & baptismatis tunc conferendi ritum videtur Siricius Pontifex in Epistolis reprobasse, condemnauit & Leo magnus epist. 4. antiquare etiam molita sunt Concilia plura à Pamelio in caput 19. Tertulliani de Baptismo adducta: quæ tamen minus mouerunt Orientales, vt morem diu receptum repudiarent. Illum enim iam Gregorij Theologi tempestate viguisse nouerat, ex eius verbis in oratione εἰς τὰ φῶτα, quæ est 39. καιρὸς ἀναγεννήσεως, γεννηθῶμεν ἄνωθεν· καιρὸς ἀναπλάσεως, τὸν πρῶτον Ἀδὰμ ἀπολάβωμεν. Χριστὸς φωτίζεται· συναστράψωμεν. Χριστὸς βαπτίζεται, συγκατέλθωμεν ἵνα συνανέλθωμεν. *Tempus regenerationis est, enascamur desuper. Tempus restaurationis, primum Adam deponamus. Christus illuminatur, simul fulgeamus. Christus baptizatur, descendamus cum eo: & vnà cum eo ascendamus.* Ibi autem baptizandos alloquitur, nec non & oratione sequenti, qua moram omnem baptismatis suscipiendi condemnat: σκήπτῃ καὶ προφασίζῃ προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις. μένω τὰ φῶτα· τὸ πάσχα μοι τιμιώτερον· τὴν πεντηκοστὴν ἐκδέξομαι. Χριστῷ συμφωτισθῆναι βέλτιον. *Excusas te; excusationes in peccatis obtendis. Diem luminum expecto: Pascha mihi charius est: ad Pentecostem vsque præstolabor. Cum Christo mihi melius est illuminari, &c.* atque ita baptismum in Epiphaniæ diem, Gregorij ætate, æque ac in Paschate vel Pentecoste remittebant, vel certe suscipiebant. Hac de causa cum vt scribit Theophanes, βασιλεὺς τῶν Ἐλούρων Γρέτης ἦλθεν ἐν Κωνσταντινουπόλει μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, καὶ ᾔτησε τὸν βασιλέα γενέσθαι Χριστιανὸν· ὁ Ἰουστινιανὸς βαπτίσας αὐτὸν ἐν τοῖς θεοφανείοις, ἐδέξατο αὐτὸν ἐκ τοῦ βαπτίσματος· καὶ ἐβαπτίσαντο σὺν αὐτῷ οἱ συγκλητικοὶ αὐτοῦ. *Herulorum res Gretis cum subdito sibi populo CP. aduenit, vt fieret Christianus ab Imperatore expetiit: Iustinianus vero collato eidem in Theophaniis baptismo, suscepit eum è fonte: & simul cum eo proceres senatoresque sunt baptizati.* Proindeque nil mirum si eo die baptismatis aquæ dedicari cœperint, τοῦ συμφωτισθῆναι Χριστῷ, vt eius baptismum lustralibus aquis consecratis, deuotius exciperent, vel religiosius venerarentur. Quam consuetudinem iterum videtur expressisse Chrysostomus orat. de baptismo Christi, dicens: ταύτῃ γὰρ ἐστιν ἡμέρᾳ καθ' ἣν ἐβαπτίσατο, καὶ τὴν τῶν ὑδάτων ἡγίασε φύσιν, διὰ τοῦτο, καὶ μεσονυκτίῳ κατὰ τὴν ἑορτὴν ταύτην, ἅπαντες ὑδρευσάμενοι, οἴκαδε τὰ νάματα ἀποτίθενται· καὶ εἰς ἐνιαυτὸν ὁλόκληρον φυλάττουσιν· ἅτε δὴ σήμερον ἁγιασθέντων τῶν ὑδάτων. καὶ τὸ σημεῖον γίνεται ἐναργὲς, οὐ διαφθειρομένης ὑδάτων ἐκείνων φύσεως τῷ μήκει τοῦ χρόνου· ἀλλ' εἰς ἐνιαυτὸν ὁλόκληρον, καὶ δύο καὶ τρία πολλάκις ἔτη, τὸ σήμερον ἀντληθέντος ἀκέραιον καὶ νεαρὸν μένοντος· καὶ μετὰ τοσοῦτον τὸν χρόνον τοῖς ἄρτι τῶν πηγῶν ἐξαρπασθεῖσιν ὕδασιν ἁμιλλωμένου. *Hac enim dies est qua baptizatus est Christus, & aquarum naturam sanctificauit: propterea que in hac solemnitate sub media nocte omnes cum aquam haustam acceperint, domum latices referunt, ac recondunt; & per annum integrum reseruant, vt pote quod hodierna die sanctificatæ sint aquæ. Fitque miraculum euidens, dum nil temporis longinquitate, aquarum illarum natura corrumpitur: sed integro anno, atque adeo biennio, & triennio, sæpe quæ hodie fuit hausta, incorrupta & recens permanet: ac post tantum temporis, cum iis quæ fuerint de fontibus nuper eductæ, de integritate certat.* Non erat certe tanta deuotione, in domos deportata in Epiphaniæ nocte aqua, & miraculo probato, in longissimum temporis tractum reseruanda, non erat, inquam, illa, prophana & communis solummodo, sed quæ sacris precibus in Ecclesia sanctior reddita, regenerationis humanæ vsibus fuerat ex Patrum instituto deputata: atque adeo vt hac die baptismus, sic & aquæ perficiebatur consecratio: & de nocte quidem celebratam, inficiari nullus potest. cum apertissima Chrysostomi verba id conuincant: ea vero noctis parte, quæ luci vicinior est, peractam conijcio, quod & nocte haustam, & ea die quâ sermonem habebat, id est Epiphaniæ in domos portatam asserit sanctus Antistes. Ex quo non obscure colligitur aquæ consecrandæ ritum profunda nocte prius celebratum, successu temporis in peruigilii vespera deinceps peractum, cuius consuetudine Petrum Gnaphæum agnoscunt authorem Theodorus Lector & Cedrenus in Zenonis vita: ille quidem de eo scribens: τὴν τῶν ὑδάτων ἐν τοῖς Θεοφανείοις ἐπίκλησιν ἐν τῇ ἑσπέρᾳ προσέταξεν. *Aquarum in Theophaniis orationem vespere fieri constituit:* hic autem mutuatis ab illo vocibus. Πέτρος ὁ γναφεὺς πρῶτος ἐπενόησε τὴν ἐπὶ τῶν ὑδάτων ἐν τοῖς ἁγίοις θεοφανείοις ἐπίκλησιν ἐν ἑσπέρᾳ γίνεσθαι. *Petrus Fullo Aquarum in sanctis Christi Theophaniis orationem fieri primus excogitauit:* non ita certe, vt baptismum hac die conferendum sanxerit, ex aduerso namque stat Gregorii Theologi sententia; vel quod hac die aquas benedicendas iniunxerit; antiquiorem enim illo morem nullus dubitat, & ex Apostolica traditione ad sua vsque tempora traductum ostendit Basilius de Spiritu sancto ad Amphilochium: εὐλογοῦμεν τό τε ὕδωρ τοῦ βαπτίσματος, καὶ τὸ ἔλαιον τῆς χρίσεως, καὶ ἔτι τὸν βαπτιζόμενον, ἀπὸ ποίων ἐγγράφων; οὐκ ἀπὸ τῆς σιωπωμένης, καὶ μυστικῆς παραδόσεως. *Benedicimus baptismatis aquam, & vnctionis oleum, insuper & baptizatum, quibus vero scripturis edocti, nonne à silente, & secreta traditione?* Sed quod Aquarum benedictionem, noctu prius celebratam, ipse in præcedentem vesperam edicto promulgato, & deinceps in Ecclesia, obseruato reuocauerit: cuius licet impii, & de religione Christiana male meriti institutum, in re leuioris momenti, potuit sequutis temporibus fidelium commodo studens Ecclesia renouare vel probare, maxime si fuit Imperatoria voluntate confirmatum, (fauebat enim Gnaphæo Zeno, & in eius mentem & dogmata præcipui quique Antistites iurauerant) vt cum illud conuel-

lere posset & abrogare penitus, vt non noxium tamen & à specie mali alienum vigere permiserit.

2 Μετὰ τὴν ὀπισθάμβωνον εὐχήν] Hoc est habitis missæ solemnis hac prece claudi solitis, iuxta scripta fol. 85. & 154. At cum vespere consecretur aqua hæc, vespere quoque hoc die sacris operantur Græci; si tamen ieiunii dies fuerit, ait typus Tilianus, id est habendo ieiunio commodus: Theophaniorum enim peruigilium nusquam ieiunio vacat, nisi forte in Sabbatum, vel Dominicam inciderit, quibus ex antiquo instituto ieiunare nefas: vnde cum eiusmodi dies vt festiui matutinis horis missam dicendam expetant, si Theophania præcedant, non post missam, sed post Vesperas sub vespere consecrandam aquam exquirunt: alii vero dies ieiunio aptiores missam (qua dicta comedere licitum est) versus noctem, ac vnâ, prout hic scribitur, benedictionem aquæ reiiciunt. Curiosiora quædam de hoc ieiunio scribit Theophili Alexandrini Canon: & Blastares elementi K. cap. 37. idemque cap. 5. τοῦ Τ. στοιχείου longa verborum ambage causam explanat, quæ missæ sacrificium hoc die, & quibusdam aliis, Christi nempe natalitiis, & feria magna quinta ad serotinas horas differendum monuerit, Christi nimirum amissa gratiæ luce, peccati cæcitatisque tenebris in genus humanũ vndequaq; ingruentibus, manifestationem, veramque ἐπιφάνειαν; de qua docte diffuseque plura disseruit.

3 Ἀντιλαβοῦ, σῶσον, διαφύλαξον] Paucis multa: tribus omnia salutis media postulat Ecclesia. Gratiam dico præuenientem, comitantem, & subsequentem. ἀντιλαβοῦ, præueniendo: σῶσον, comitando: διαφύλαξον, subsequendo: ἀντιλαβοῦ, vt sanemur: σῶσον, vt sancti vegetemur: διαφύλαξον, vt vegetatis perseuerantia detur: ἀντιλαβοῦ, vt vocemur: σῶσον, vt iustificemur: διαφύλαξον, vt glorificemur: quos enim suscipis & præuenis, vocas: quos saluas & comitaris, iustificas: quos subsequendo conseruas, nunquam deserendo à te repellis: ἀντιλαβοῦ, vt bonum te præueniente conceptum velimus: σῶσον, vt bonum quod te præueniente volumus, te comitante efficaciter operemur: διαφύλαξον, vt in bono te præueniente concepto, te comitante ad opus deducto, te subsequente perseuerantes glorificemur.

4 Καὶ βαπτίζει τὸν τίμιον σταυρόν.] Barberinum MS. secundum non apertè crucem, sed τὰ ἅγια ἐγκόλπια in aquam immergi præcipit. Est autem ἐγκόλπιον theca vel crux è materia pretiosa à Pontifice inter celebrandum propter sanctorum reliquias inclusas ἐν κόλπῳ religiosius in sinu gestari solita.

Eandem porro in serotino Epiphaniæ peruigilio Aquam sacram faciendi consuetudinem, à Græcis acceptam, à Latinis prout olim obseruatam, quotannis animaduerti: ac vtrosque non mediocri accensorum cereorum & diuersimode pictorum (vnde forsan paræmia, *riolé piolé comme la chandelle des Roys.*) Vespertinum illud officium vere φῶτα & φώτισμα illustrare: eoque finito πολυχρονήματα, *vocibus multos annos deprecantibus*, excipere. Et licet obscurior & profundior nox, vna vel duabus horis iam progressa, nubibus & tenebris cœlum contexerit, non καλὴν νύκτα, sibi mutuo precantur: apage ab illustri festo tam tenebrosum omen; sed τὸ, καλὴ ἡμέρα, vel ἔχετε καλὴν ἡμέραν, voce alacri, quasi recens orto sole, congeminant: & aqua sacra *lustrati* φωτισμένους *illustratos* se vocant, respectu ad Sacerdotem habito, qui dum illos ῥαντίζει *aspergit*, id est ἁγιάζει: *aqua aspersa sanctificat*, dicitur illos φωτίζειν *illuminare*.

OFFICIVM IN NOVITIVM HABITVM Monasticũ suscipientem. [a]

P*Ræmittit Sacerdos, Benedictionem.*
Ter sanctus. Sanctissima Trinitas.
Pater noster. Quia tuum est.
Modulus Tonus obliquus secundus.
Miserere nostri Deus, miserere nostri.
Gloria. Domine miserere nostri.
Et nunc. Misericordiæ portam.

Dominum deprecemur.

GRatias agimus tibi Domine Deus noster, qui iuxta magnam misericordiam tuam, à vana mundi conuersatione seruum tuum liberatum, ad venerabilem hanc professionem aduocasti: concede ergo illi, vt in hoc Angelico conuictu condigne vitam agat, &

ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ [a] [1] ΕΙΣ ΑΡΧΑΡΙΟΝ [2] ῥασοφορῶντα. [1] [2]

ΠΟιεῖ ὁ ἱερεὺς Εὐλογητόν.
Τὸ τρισάγιον. Τὸ παναγία Τριάς.
Τὸ πάτερ ἡμῶν. Ὅτι σοῦ ἐστιν.
Τροπάριον ἦχος πλ. β'.
Ἐλέησον ἡμᾶς, κύριε ἐλέησον ἡμᾶς.
Δόξα. Κύριε ἐλέησον ἡμᾶς.
Καὶ νῦν. Τῆς εὐσπλαγχνίας.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

ΕΥχαριστοῦμέν σοι κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ κατὰ τὸ πολὺ ἔλεός σου ῥυσάμενος τὸν δοῦλόν σου ἐκ τῆς ματαίας τοῦ κόσμου ζωῆς, καὶ καλέσας αὐτὸν εἰς τὸ σεμνὸν τοῦτο ἐπάγγελμα. ἀξίωσον οὖν αὐτὸν, ζῆσαι ἀξίως [3] ἐν τῇ ἀγγελικῇ ταύτῃ πολιτείᾳ· καὶ φύλαξον αὐτὸν ἐκ τῶν παγίδων τοῦ

διαβόλου, καὶ καθαρὰν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν, καὶ τὸ σῶμα, διατήρησον ἕως θανάτου, καὶ ναὸν ἅγιόν σοι γενέσθαι καταξίωσον, συνέτισον αὐτὸν μνημονεύειν σοι διαπαντὸς, καὶ τῶν σῶν προσταγμάτων, ταπείνωσιν καὶ ἀγάπην καὶ πραότητα δώρησαι αὐτῷ. πρεσβείαις τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας· καὶ πάντων σου τῶν ἁγίων. ἀμήν.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Εἰς τὸν ζυγόν σου δέσποτα τὸν σωτήριον, προσδέξαι τὸν δοῦλόν σου τὸν δεῖνα, καὶ καταξίωσον αὐτὸν ἐν τῇ ποίμνῃ συνταγῆναι τῶν ἐκλεκτῶν σου. ἔνδυσον αὐτὸν ἁγιασμοῦ στολὴν, σωφροσύνῃ περίζωσον τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ, πάσης αὐτὸν ἐγκρατείας ἀνάδειξον ἀγωνιστὴν, ἐν αὐτῷ καὶ ἐν ἡμῖν, τὴν τῶν πνευματικῶν σου χαρισμάτων τελείαν δωρεὰν ἀναπομένειν ἀξίωσον. πρεσβείαις τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ πάντων σου τῶν ἁγίων. ἀμήν.

4 Εἶτα κουρεύει αὐτὸν σταυροειδῶς λέγων.

Εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεί. Λέγων ἐκ τρίτου. Τὸ ἀμήν.

5 6 Καὶ ἐνδύει αὐτὸν 5 χιτῶνα. 6 Καὶ καμηλαύχιον μηδὲν ἐπιλέγων. Καὶ ἀπόλυσις.

à laqueis diaboli illum præserua: mundam eius animam corpusque, ad mortem vsque custodi, & sanctum tibi templum fieri largire: inspira illi vt te semper, & mandata tua in mente habeat: humilitatem, charitatem, & mansuetudinem illi tribue. Intercessionibus super omnes sanctæ dominæ nostræ Deiparæ & semper Virginis Mariæ, & omnium sanctorum tuorum. Amen.

Dominum precemur.

Ad salubre iugum tuum subeundum, seruum tuum N. Domine suscipe; & vt electorũ tuorum gregi annumeretur, præsta: sanctitatis veste illum indue, temperantia lumbos eius constringe, omnis illum continentiæ athletam perfice, in ipso & in nobis gratiarum tuarum munus absolutum permanere concede. Intercessionibus sanctissimæ Dominæ nostræ & semper Virginis Mariæ, & omnium sanctorum. Amen.

Mox tondet eum in crucis formam, dicens.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: nunc & semper. *Terque repetit,* Amen.

Et induit eum tunica, & pileum nulla prece subiuncta imponit. Et fit dimissio.

VARIÆ LECTIONES.

In Officium in Nouitium Monachali habitu vestitum.

a Ἀκολουθία εἰς ἀρχάριον.] In secundo Barberino & Cryptof. Falascæ nullatenus hoc officium extat: visitur in Allatiano, verum cum solis orationibus, & absque rubricis: Cryptof. Barberinum & vetusta edita exhibent, ab hoc tamen valde diuersum.

Ἀκολουθία τοῦ προσχήματος ἀρχαρίου.

Πρὸ κουρευθῆναι, ἐρωτᾶται πρῶτον ταῦτα. Ἑκουσίᾳ γνώμῃ προσῆλθες τῷ Χριστῷ, μὴ ἔκ τινος ἀνάγκης ἢ βίας; Ἀποτάσσῃ τῷ κόσμῳ, καὶ τοῖς ἐν κόσμῳ; Παραμένεις τῷ μοναστηρίῳ καὶ τῇ ἀσκήσει, ἕως τῆς ἐσχάτης σου ἀναπνοῆς; Ὑποτάσσῃ τῇ ἐν Χριστῷ ἀδελφότητι; Φυλάσσεις ἑαυτὸν ἐν παρθενίᾳ, καὶ σωφροσύνῃ ἕως ἐσχάτης σου ἀναπνοῆς; Βλέπε, ἀδελφὲ, οἵας συνθήκας δίδως τῷ Χριστῷ. ἄγγελοι εἰσὶν, οἱ ἀπογραφόμενοι τὴν ὁμολογίαν σου, ἣν καὶ μέλλεις ἀπαιτεῖσθαι ἐν τῇ δευτέρᾳ παρουσίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Nouitij vestibus initialibus induendi officium.

De his, *priusquam tondeatur, solet interrogari.* Sponte ne ad Christum accessisti: num vi aut necessitate compulsus? Renuncias mundo, & his quæ in mundo sunt? Permanebis in Monasterio & in exercitiis vitæ Monasticæ, vsque ad extremum vitæ halitum? Subiicieris fraternitati in Christo? Custodies teipsum in virginitate & continentia, vsque ad vltimum vitæ? Vide frater, quæ pacta cum Christo inis? Adsunt Angeli, votum tuum scribentes, de quo & in secundo Domini nostri Iesu Christi aduentu exposceris.

Et ipso in omnibus annuente: & Diacono dicente. Flectentes genua: *ipso etiam fratre genua flectente precatur* Sacerdos.

Gratias tibi agimus Domine, &c.

Sacerdos. Pax omnibus. *Diaconus.* Capita vestra. *Sacerdos precatur.*

Domine, Domine, virtus salutis nostræ, qui nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo Iesu Domino nostro benedicis, benedic seruum tuum, & in nomine tuo conserua illum. Concede illi, ne in vanum currat, sed in veritate nequitiam omnem fugiat, virtutemque sectetur. fide, spe, & charitate, vt apprehendat vitam æternam: & secundum mandata vnigeniti Filii tui, sorte sanctorum in lumine gloriæ tuæ dignus habeatur. Miserationibus, &c.

Καὶ συνευθεμένου ἐπὶ πᾶσι, καὶ λέγοντος τοῦ διακόνου. Κλίναντες τὰ γόνατα· καὶ γονυκλιτοῦντος τοῦ ἀδελφοῦ, ἐπεύχεται ὁ ἱερεύς.

Εὐχαριστοῦμέν σοι κύριε. Vt supra.

Ο ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσι. Ο διάκονος. Τὰς κεφαλάς. Ο ἱερεὺς εὔχεται.

Κύριε, κύριε, ἡ δύναμις τῆς σωτηρίας ἡμῶν, ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ ἐν ταῖς ἐπουρανίαις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, εὐλόγησον τὸν δοῦλόν σου, καὶ φύλαξον αὐτὸν ἐν τῷ ὀνόματί σου, χάρισαι αὐτῷ μὴ εἰς κενὸν τρέχειν, ἀλλ' ἐν ἀληθείᾳ φεύγειν πᾶσαν κακίαν, καὶ πᾶσαν ἀρετὴν μεταδιώκειν μετὰ πίστεως, καὶ ἐλπίδος, καὶ ἀγάπης, εἰς τὸ ἐπιλαβέσθαι τῆς αἰωνίου ζωῆς· ἵνα ἀξίως πολιτευσάμενος κατὰ τὰς ἐντολὰς τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ καταξιωθῇ τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτὶ τῆς δόξης σου. Διὰ τῶν οἰκτιρμῶν.

Vetusta Veneta hoc pacto legunt.

Ordo seruandus cum quis habitum solum & pileum induit.

Post dimissionem horarum Tonsurâ insigniendum inducunt: & eam in templi medio locant. Sacerdos autem à benedictione auspicatur: & Amen dicto fratres dicunt, Ter sanctum secreto. Sanctissima Trinitas Pater noster. Quia tuum est regnum. *Et fratres dicunt.* Amen: *& statim sequentes modulos. Tono quarto.*

Deus Patrum nostrorum, qui semper secundum mansuetudinem tuam nobiscum agis, ne misericordiam tuam fratribus nostris auertas, sed ipsorum precibus, vitam nostram in pace dirige. Gloria.

Fidei normam, & mansuetudinis imaginem.

Et nunc. *Deipara*

Omnium sanctorum interuentu.

Domine misere: *duodecies.*

His dictis qui Tondendus est, ad sacras vsque fores progreditur: & tribus inclinationibus ibi factis sanctas imagines osculatur. Tum ad superiorem accedit, ibique reuerentia facta in eius conspectu stat, & caput inclinat. Superior vero forcipe accepto omnibus audientibus dicit.

Frater noster, N. initium sancti & Monastici habitus assumit: in nomine, &c.

Τάξις γινομένη εἰς τὸ φορέσαι τινὰ ῥάσον μόνον, καὶ καμηλαύχιον.

Μετὰ τὴν ἀπόλυσιν τῶν ὡρῶν, εἰσφέρουσι τὸν μελλοκουρεύτην· καὶ ἱστῶσιν αὐτὸν μέσον τοῦ ναοῦ. ὁ δὲ ἱερεὺς ποιεῖ τὸ εὐλογητόν. καὶ οἱ ἀδελφοὶ μετὰ τὸ ἀμήν, λέγουσι τό. τρισάγιον ἡσύχως. παναγία τριάς, πάτερ ἡμῶν. ὁ ἱερεύς. Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία. καὶ οἱ ἀδελφοὶ τό, ἀμήν, καὶ εὐθέως τὰ τροπάρια ταῦτα· ἦχος δ'.

Ο θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, ὁ ποιῶν ἀεὶ μεθ' ἡμῶν κατὰ τὴν σὴν ἐπιείκειαν, μὴ ἀποστήσῃς τὸ ἔλεός σου ἀφ' ἡμῶν· ἀλλὰ ταῖς αὐτῶν ἱκεσίαις ἐν εἰρήνῃ κυβέρνησον τὴν ζωὴν ἡμῶν.

Δόξα·

Κανόνα πίστεως, καὶ εἰκόνα πρᾳότητος.

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Τῇ πρεσβείᾳ κύριε πάντων τῶν ἁγίων.

Τὸ κύριε ἐλέησον, ιβ'.

Τούτων δὲ λεγομένων, ὁ μελλοκουρεύτης ἀπέρχεται ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ ποιήσας μετανοίας τρεῖς, ἀσπάζεται τὰς ἁγίας εἰκόνας εἶτα ἀπέρχεται εἰς τὸν προεστῶτα καὶ ποιῶν κἀκεῖσε μετάνοιαν, ἵσταται ἔμπροσθεν αὐτοῦ, κεκλιμένην ἔχων τὴν ἑαυτοῦ κεφαλήν. ὁ δὲ προεστὼς λαβών, ψαλίδιον λέγει εἰς ἐπήκοον πάντων.

Ο ἀδελφὸς ἡμῶν, ὁ δεῖνα, λαμβάνει τὸ πρόσχημα τοῦ ἁγίου καὶ μοναχικοῦ σχήματος.

Καὶ κουρεύων αὐτὸν σταυροειδῶς λέγει.

Ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν, ὁ δεῖνα, κείρεται τὴν κόμην τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. εἴπωμεν ὑπὲρ αὐτοῦ τὸ, κύριε ἐλέησον.

Καὶ εὐθὺς οἱ ἀδελφοὶ λέγουσι τὸ, κύριε ἐλέησον τρίς. Εἰς δὲ τὸ ἱμάτιον λέγει οὕτως.

Ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν, ὁ δεῖνα, ἐνδύεται τὸν χιτῶνα τῆς δικαιοσύνης εἰς ἀῤῥαβῶνα τοῦ θείου, καὶ ἀγγελικοῦ σχήματος· εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· εἴπωμεν ὑπὲρ αὐτοῦ τὸ, κύριε ἐλέησον. καὶ οἱ ἀδελφοὶ τὸ, κύριε ἐλέησον, τρίς· καὶ τυπώσας ἐν αὐτῷ τὸν σταυρὸν· ἐνδύει αὐτόν.

Ὁμοίως εἰς τὸ καμηλαύχιον, εὐλογῶν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.

Ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν, ὁ δεῖνα, ἐνδύεται τὸ καμηλαύχιον ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ. εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· εἴπωμεν ὑπὲρ αὐτοῦ τὸ κύριε ἐλέησον. καὶ οἱ ἀδελφοὶ τὸ, κύριε ἐλέησον, τρίς. ὁ δὲ ἱερεύς.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ἀξίους σου εἶναι νομοθετήσας τοὺς τὰ βιωτικὰ πάντα καταλιπόντας, καὶ συγγένειαν, καὶ φίλους, καὶ ἀκολουθεῖν σοι. πρόσδεξαι τὸν δοῦλόν σου τὸν δεῖνα, τὸν ἀποταξάμενον πᾶσι τούτοις κατὰ τὰς θείας σου ἐντολὰς, καὶ ὁδήγησον αὐτὸν ἐν τῇ ἀληθείᾳ προσανέχοντα σοι ἀμετεωρίστως· τείχισον αὐτὸν ἐν τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου σου πνεύματος, εἰς τὸ μὴ δύνασθαι κατ' αὐτοῦ πᾶσαν ἐναντίαν μηχανήν. ὑπομονὴν αὐτῷ δώρησαι εἰς τὸ εὐαρεστεῖν σοι διὰ παντὸς πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ.

Πρεσβείαις τῆς παναχράντου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου, καὶ πάντων τῶν ἁγίων τῶν ἀπ' αἰῶνος εὐαρεστησάντων σοι. Ὅτι ηὐλόγηται καὶ δεδόξασται. Καὶ τὰ λοιπά.

Εἶτα τὸ, ἄξιόν ἐστιν ὡς ἀληθῶς. Τὴν τιμιωτέραν. Καὶ ἀπόλυσις.

Et eo cruciformiter detonso, ait.

Frater noster N. comam capitis tondetur, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: dicamus pro eo, Domine miserere.

Et confestim fratres dicunt: Domine miserere, *vsque tertiò. Ad habitum autem ita dicit.*

Frater noster N. tunicâ iustitiæ induitur, in pignus sacri & Angelici habitus: in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Dicamus pro eo, Domine miserere. *Et fratres dicunt, ter.* Domine miserere. *Et cruce super eum factâ, induit eum.*

Ad galerum dandum, pari modo caput eius benedicit.

Frater noster N. accipit galerum in suo capite: in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Dicamus pro eo: Domine miserere. *Et fratres dicunt ter,* Domine miserere. *Sacerdos autem.*

Dominum precemur.

Domine Deus noster, qui mundana cuncta, cognationem, & amicos relinquentes, vt te sequantur, te quoque dignos esse sanxisti: seruum tuum N. iuxta diuina præcepta cunctis renunciantem suscipe, & in veritate tibi constanter procidentem deducito; sancti tui Spiritus virtute, ne aduersarii versutia præualeat, illum circumualla: patientiam suggere, vt cunctis diebus vitæ suæ tibi placeat.

Precibus illibatæ dominæ nostræ Deiparæ, & omnium sanctorum qui tibi à sæculo placuerunt. Quia benedictum est & glorificatum nomen. Et reliqua.

Deinde: Vere dignum est. Pretiosiorem. *Et fit dimissio.*

Est quoque in Barberino S. Marci hoc officium, sed compendio scriptum.

Εὐχὴ ἐπὶ τοῦ λαμβάνειν μέλλοντος σχῆμα μοναχοῦ.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ ἀξίους. Vt supra.

Oratio ad Monachi habitum suscipiendum.

Domine Deus noster, qui dignos &c.

IN OFFICIVM IN NOVITIVM MONACHALI veste primo induendum. Notæ.

1 Εἰς ἀρχάειον.] Distinguunt Monachos Græci, non secundum ordines & regulas, sed iuxta eandem regulam professorum status, in ἀρχαίους, μικροσχήμους, & μεγαλοσχήμους: non ineptè. Perfectionis enim status, ad quem pietatis exercitiis contendunt religiosi, tribus progreditur gradibus, incipientium, proficientium, & perfectorum. Et ἀρχάειοι quidem, Nouitii, suo nomine se in incipientium numero constituunt: μικρόσχημοι, Nouitios prætergressi, vt ἀσκητῶ profectui siue spiritui, omni virtutum exercitamento vacant, & ex iis proficientium agmen conglobatur: μεγαλόσχημοι vero qui & ἀγγελικὴν πολιτείαν delibauerunt, ad summum perfectionis apicem, contemplationibus, & seueriore vitæ disciplina pertingendum anhelant.

2 Ῥασοφορῶντα.] ῥάσον, pannus est vilior, & asperior caprina lana textus, & à Cilicino non alienus, quo Monachi ῥακενδύται à Niceta in Alexio Comneno vocati, & à Gregora lib. 5. cap. 3. τρίχινα ὑποδεδυκότες τριβώνια, *Cilicinam penulam induti*, sibi vestes parant: vnde ῥασοφόροι & ῥασοφορεῖν dicuntur: exindeque etiam quælibet Monastica vestis, ex quocumque panno, ῥάσα vulgo nuncupatur: quamuis eadem voce, militaris quoque vt vilior, nomen idem sit promerita apud Constantinum in Tacticis, τὰ ἱμάτια τῶν στρατιωτῶν, κἂν τε ἀλλαπινὰ ὦσι, κἂν τε ῥάσα, πρέπει εἶναι πλατέα. *Militum qualibet indumenta, qualiacumque sint, siue ex vili panno, oporteat esse ampla.* Contendit autem pluribus Petrus Faber Saxioranus lib. 3. Semestrium ῥάσος, & non ῥάσον, sicut & ῥακοφορεῖν & non ῥασοφορεῖν; tum hic tum vbiuis legendum: verum quantumuis ῥάσον, ἀπὸ τοῦ ῥάκους deductum facile annuamus, diuersum tamen propriumque sibi ab eo sensum posteris sæculis accepisse commonstrant Græci neoterici, qui correcto loquendi more vsi, vtrumque vocabulum ῥάκος & ῥάσον variis locis & sensibus apponunt.

3 Ἐν τῇ ἀγγελικῇ ταύτῃ πολιτείᾳ.] Angelicæ vitæ, conuersationisque titulo, Monasticum institutum, authores tam Græci quam Latini insigniunt. Athanasius Matth. 15. δύο γὰρ ὁδῶν καὶ πολιτειῶν οὐσῶν ἐν τῷ βίῳ· μιᾶς μὲν μετριωτέρας καὶ βιωτικῆς, τοῦ γάμου λέγω· ἑτέρας δὲ ἀγγελικῆς, καὶ ἀποστολικῆς, ἧς ἀνυπέρβλητον τῆς παρθενίας, ἤτοι τῆς μοναδικῆς πολιτείας. *Cum duo sint vitæ genera, mediocre vnum & humanæ vitæ accommodatum, quod est in matrimonio: alterum Angelicum, Apostolicum, & incomparabile, quod est virginitatis atque Monastica vita*, &c. Gregorius Theologus orat. in sanctum Baptisma: σὺ πῆς τῶν ἐγκρατῶν καὶ ἀγγελικῶν τὴν πολιτείαν. *Castitatem ille colens, & inter eos qui Angelicam conuersationem ducunt, recensitus, &c.* Basilius in epist. procemiali Asceticorum. σὺ δὲ ὁ τῶν οὐρανίων πολιτευμάτων ἐραστής, καὶ τῆς ἀγγελικῆς διαγωγῆς πραγματευτὴς σπουδαῖος ἐπιθυμῶν. *Tu vero cœlestium actionum amator, & Angelicæ conuersationis sedulus negotiator*, &c. Balsamon in epist. Canonicam Basilii ad Amphilochium: Δέος, ait, μήπως ἀκουσίῳ προαιρέσει ἀγγελικὸν βίον ὑπελθὼν, καὶ βίᾳ τοῦτον καταδεξάμενος, εἰς ἐμπαιγμὸν τῷ φρικώδει σχήματι χρήσηται. *Verendum ne qui violenta electione Angelicam vitam suscepit, in ludibrium tremendo ac sancto habitu, non vtatur.* Bernardus nihilominus Angelicam illam πολιτείαν expertus æque ac contemplatus, non vitam, sed mortem, Angelicam vocitauit. Serm. 52. in Cantica: *Moriatur anima mea morte, si potest dici Angelorum, vt præsentium memoria excidens rerum inferiorum corporearumque non modo cupiditatibus, sed & similitudinibus se exuat: sitque ei pura cum Angelis conuersatio, cum quibus est puritatis similitudo.* Inditi nominis causam, Angelorum, Monachorumque par vtrinque ratio manifestat. Eandemque paucis comprehendit Nicephori Phocæ Nouella in Iure Græcor. vt μόνη τῇ ψυχῇ ζῶντες ὑποφαίνωσιν αὐτοὺς, τῶν ἀγγέλων ὥσπερ παραφαίνοντες ἀϋλίας. *Sola se anima viuere demonstrent, quasi Angelicam à materia defæcationem puritatemque attigerint.* Est certe communis illa Angelorum, in eos qui purgant, illuminant, & perficiunt, partitio. Quinam vero studiosius purgandi vim, & actionem ostentant, quam ἀρχάειοι *incipientes*, quorum præcipuum studium, animam à terrenis cupiditatibus & imaginibus mundam reddere? Qui æquius illuminandi virtutem obtinent, quam μικρόσχημοι *proficientes*, qui diuinæ gratiæ radiis, virtutumq; splendore coruscant? Aut qui tandem perfectionis apicem sublimius attingunt, quam μεγαλόσχημοι *perfecti*, quorum interrupta dilectio, exercitij sui impedimenta vel nescit, vel contemnit: & cuncta quæ pacificam Dei, quantum mortalis vita permittit, fruitionem iuuant, sibi cumulatè adesse experitur?

4 Εἶτα κουρευόμ.] De Monachorum Tonsura in sequenti officio dicetur.

5 Χιτῶνα.] Vilis, stricta, breuis est ῥασοφόρων ἀρχαείων toga, quale fuit Cynicorum τριβώνιον, au pauperum τριβόλαιον: illamque potiori iure sibi propriam faciunt, quo eorum philosophandi ratio, & via, sublimior veracior & perfectior esse iudicatur.

6 Καμηλαύχιον.] καμηλαύχιον reperitur apud B. Ephræm in vita B. Abraamii & Mariæ neptis eius. Suidas legit καμηλαύχιον, alii apud Meursium tbarbarè καμελαύχιον pronunciat: Ad Suidam redeo. Dicit hic, vocem esse Latinam: sed mox correcta sententia Græcam asserit. Ῥωμαίων ἡ λέξις· ῥηθεῖη δ' ἂν καὶ ἑλληνιστὶ ἀπὸ τοῦ ἐλαύνειν τὸ καῦμα. Mallem si Græca dictio est, & germanum admittit Etymon, ἀπὸ καμήλου καὶ αὐχένος, Pileum è camelorum pilis confectum, cooperiendis ceruicibus destinatum, significare: quamuis pileum quoque honoratiorem demonstrare nullatenus inficier: illus enim magister Zenonis tempore ἰαθεὶς τὴν πληγὴν ἐφόρει καμηλαύκιν, *accepta plaga curatus pileum* (eumque profundiorem) *gerebat*: Et Totilæ Gotthorum regi Narses καμηλαύκιον διάλιθον, *pileum gemmis ornatum detraxit*, apud Theophanem. Hic autem galerus, tunica, & cingulum, ἀρχαεῖς προχαράγματα dicuntur in vetustis Venetis codicibus, quasi *habitus Monastici preludia*, quæ Monachum, vt aiunt Græci, ἀτέλεστον *imperfectum* relinquunt: & qui μικρόσχημος est: τέλειος καλόγερος ab eisdem censetur.

Quia

Quia vero viris ac mulieribus communis eſt, fere in omnibus habitus Monaſticus, ita & officium vtrorumque ferme vnum eſt: reperitur itaque in Allatiano, Cryptof. Beſſarionis, & Barberino S. Marci pro mulieribus Monaſtica veſte amiciendis oratio. In Allatiano quidem.

Εὐχὴ εἰς ῥασοφοροῦσαν. — *Oratio in Monachali habitu induendam.*

In Cryptoferratenſi Beſſarionis.

Εὐχὴ ἐπὶ τῆς μελλούσης λαμβάνειν σχῆμα μοναζούσης. — *In habitum Monachæ ſumpturam oratio.*

In Barberino S. Marci.

Εὐχὴ ἐπὶ μελλούσῃ λαμβάνειν σχῆμα μοναστρίας. — *Pro Monachæ habitum ſumptura oratio.*

Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ τὴν παρθενίαν οὕτως ἀγαπήσας, ὡς μητέρα τῆς σῆς οἰκονομίας αὐτὴν ἐπιγράψασθαι. αὐτὸς δέσποτα τῶν ἁπάντων, τὴν δούλην σου, τὴν δὲ τὴν βουληθεῖσαν τὰς βιωτικὰς ταύτας, καὶ προσκαίρους καταλεῖψαι δόξας, καὶ εἰς τὴν σὴν ἀπιδεῖν ἀγαθότητα πρόσδεξαι, καὶ τῆς τοῦ ἁγίου σου πνεύματος ἐπιφοιτήσεως ἀξίωσον, ἐγκράτειαν αὐτῇ καὶ πᾶσαν σεμνότητα δωρούμενος, πρὸς τὸ αὐτὴν εὐαρέστως σοι τὴν τῆς σωφροσύνης φαιδρότητα ἐπιδεῖξαι, τῷ ἐλαίῳ τῶν ἑαυτῆς ἔργων ἀνελλίπως πιαινομένην, ἐν τῇ προσηγήσει σου τοῦ ἐπουρανίου νυμφίου. Ὅτι ηὐλόγηται καὶ δεδόξασται.

Christe Deus noſter, qui virginitatem ita dilexiſti, vt diſpenſationis tuæ matrem illam renunciares; ipſe omniũ Domine famulam tuam N. mũdanas omnes ac tẽporaneas glorias relinquere, & ad tuam bonitatem cõuerti cupientem ſuſcipe, Spiritus tui ſancti aduentu dignam illam effice, continentiam illi & omnem honeſtatem concede, vt in ſupercœleſtis ſponſi occurſu, bonorum ſuorum operum oleo impinguata, temperantiæ ac modeſtiæ ſplendorem tibi placenter exhibeat. Quia benedictum & glorificatum, &c.

1 ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ 2 ΤΟΥ ΜΙΚΡΟΥ 3 ΣΧΗΜΑΤΟΣ, ἤτοι τοῦ μανδύου.

OFFICIVM PARVI HABITVS, id eſt Mandiæ.

a Μετὰ τὸ κρουσθῆναι 4 τὸ μικρὸν, καὶ ἄρξασθαι τοὺς ἀδελφοὺς τὴν ὥραν. Εἰσφέρει 5 ὁ ἐκκλησιάρχης τὸν μέλλοντα ἀποκαρῆναι, καὶ ποιεῖ γονυκλησίας. Ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν. Καὶ εἰς τοὺς χοροὺς ἀνὰ μίαν.

6 Εἶτα τῷ ἡγουμένῳ. Καὶ τότε ἐξελθὼν ἐν τῷ νάρθηκι, ἀποτίθεται τὰ συνήθη ἱμάτια. Καὶ ἀρξαμένοι τῆς θείας λειτουργίας. 7 Ἵσταται ἐπὶ τῶν βασιλικῶν πυλῶν, ἄζωστος, ἀνυπόδετος, καὶ ἀσκεπής.

Edito minori ſigno, horiſque iam à fratribus inceptis. Adducit Eccleſiæ præfectus Tonſione initiandum Monachum, qui genuflexiones facit. Præ ſacris foribus. Et ad chorum vnumquemque vnam.

Deinde Superiori. Mox egreſſus ad Veſtibulum, ſolita veſtimenta deponit. Et cum ſacram Miſſam inceperimus. Stat ille in Regijs portis, diſcinctus, excalceatus, & aperto capite.

Cantatis verò Antiphonis post Ingressum. Dicitur breuiculum dici. Ad, Gloria. *Ad,* Et nunc.

Cantatur Modulus. Tonus primus.

Sepulchrum tuum, Saluator.

SInum paternum expandere mihi accelera: intemperanter enim victum & vitam omnem consumpsi: verum ad inexhaustas misericordiarum tuarum respiciens diuitias; Saluator, inopem ne despicias animam; tibi enim cum dolore exclamo: Peccaui, Pater, in cælum & coram te.

Huiusmodi ter cantato: Adducitur Frater, ab Ecclesiæ Præfecto, faciens in tribus locis tres genuflexiones: vsque ad sacras fores. Mox erectum instruit Superior, *hoc pacto.*

Cordis aures aperi, Frater, & Domini vocem audi dicētem: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis peccatis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me; quia mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiē animabus vestris. Nunc itaque accōmodam respōsionem singulis interrogatis, cum timore & gaudio redde Deo. Certissime enim scire te conuenit, ipsum Saluatorem nostrum, cum laudanda in omnibus Matre sua, & sanctis Angelis, & omnibus Sanctis suis hîc adesse: & quæ à te procedunt verba, attētis auribus percipere: vt cum viuos & mortuos iudicaturus venerit, non iuxta quod polliceris aut profiteris, sed iuxta quod pacta obseruaueris, retribuat. Nunc igitur si absque fuco & simulatione ad Deum accedis, attentè nobis responde ad ea quæ rogaberis.

Interrogatio. Vt quid accessisti, Frater, procidens sancto altari, & sanctæ huic societati.

Responsio. Monasticæ vitæ cupidus, venerande Pater.

Interrogatio. Cupis Angelico habitu ornari, & Monachorum cœtui aggregari?

Responsio. Ita, Domino cooperante, venerande Pater.

Sacerdos.

Verè bonum & beandum opus elegisti, si perfeceris tamen: bona namque opera comparantur labore, & dolore absoluuntur.

Ψαλλομένων δὲ τῶν ἀντιφώνων. Μετὰ τὴν εἴσοδον. Λέγεται τὸ κοντάκιον τῆς ἡμέρας. Εἰς τὸ δόξα. Εἰς δὲ τό. καὶ νῦν.

Ψάλλεται ἐξαπάρειον, ἦχος α'.

Τὸν τάφον σου σωτήρ.

b ΑΓκάλας πατρικὰς, διανοῖξαί μοι σπεῦσον· ἀσώτως τὸν ἐμὸν, κατηνάλωσα βίον. εἰς πλοῦτον ἀδαπάνητον ἀφορῶν τῶν οἰκτιρμῶν σου σωτὴρ, νῦν πτωχεύουσαν μὴ ὑπερίδῃς καρδίαν. σοὶ γὰρ κύριε ἐν κατανύξει κραυγάζων. ἥμαρτον, πάτερ, εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐνώπιόν σου.

c Τύπου δὲ ψαλλομένου, γ'. 8 Εἰσάγεται παρὰ τοῦ ἐκκλησιάρχου ὁ ἀδελφός. 9 Ποιῶν κατὰ τρεῖς τόπους. 10 Γονυκλισίας τρεῖς. 11 μέχρι τῶν ἁγίων θυρῶν. Καὶ ἀναστάντα κατηχίζει αὐτὸν ὁ ἡγούμενος, οὕτως.

d Ἄνοιξον τὰ τῆς καρδίας σου ὦτα ἀδελφὲ καὶ ἄκουσον τῆς φωνῆς τοῦ κυρίου λεγούσης, δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι ταῖς ἁμαρτίαις, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς· ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶος εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. νῦν οὖν τὴν προσήκουσαν ἀπόκρισιν πρὸς ἑκάστην τῶν ἐρωτήσεων, μετὰ φόβου καὶ χαρᾶς ἀπόδος τῷ θεῷ. ἀσφαλῶς οὖν γίνωσκε, ὅτι αὐτὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν μετὰ τῆς πανυμνήτου αὐτοῦ μητρὸς, καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων καὶ πάντων τῶν ἁγίων αὐτοῦ ἐνταῦθα πάρεστιν, ἐνωτιζόμενος τὰ παρὰ σοῦ ἐκπορευόμενα λόγια· ἵνα ὅταν ἔλθῃ κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, ἀποδώσῃ σοι, οὐ καθ' ὃ μέλλεις συνταγῆναι καὶ καθομολογῆσαι, ἀλλὰ καθ' ὃ ἂν φυλάξαις ἃ ὁμολογήσεις· νῦν οὖν, εἰ ἐν ἀληθείᾳ προσέρχῃ τῷ θεῷ, μετὰ προσοχῆς ἀπόκριναι ἡμῖν, πρὸς ἃ μέλλεις ἐπερωτᾶσθαι.

Ἐρώτησις. 12 Τί προσῆλθες ἀδελφὲ, προσπίπτων τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ, καὶ τῇ ἁγίᾳ συνοδίᾳ ταύτῃ.

Ἀπόκρισις. 13 Ποθῶν τὸν βίον τῆς ἀσκήσεως τίμιε πάτερ.

Ἐρώτησις. Ποθεῖς ἀξιωθῆναι τοῦ ἀγγελικοῦ σχήματος, καὶ καταταγῆναι ἐν τῷ χορῷ τῶν μοναζόντων.

Ἀπόκρισις. Ναὶ τοῦ θεοῦ συνεργοῦντος, τίμιε πάτερ.

e Ὁ ἱερεύς.

14 Ὄντως καλὸν ἔργον καὶ μακάριον ἐξελέξω. ἀλλ' ἐὰν καὶ τελειώσῃς. τὰ γὰρ καλὰ ἔργα, κόπῳ κτῶνται, καὶ πόνῳ κατορθοῦνται.

Ερώτησις. Εκουσία σου τῇ γνώμῃ προσέρχῃ τῷ κυρίῳ.

f Απόκρισις. f Ναὶ τοῦ θεοῦ συνεργοῦντος, τίμιε πάτερ.

g Ερώτησις. g Μὴ ἔκ τινος ἀνάγκης, ἢ βίας;

Απόκρισις. Οὐχὶ, τίμιε πάτερ.

Ερώτησις. Παραμενεῖς τῷ μοναστηρίῳ καὶ τῇ ἀσκήσει, ἕως ἐσχάτης σου ἀναπνοῆς;

Απόκρισις. Ναὶ τοῦ θεοῦ συνεργοῦντος, τίμιε πάτερ.

15 Ερώτησις. 15 Φυλάττεις σεαυτὸν ἐν παρθενίᾳ καὶ σωφροσύνῃ καὶ εὐλαβείᾳ;

Απόκρισις. Ναὶ τοῦ θεοῦ συνεργοῦντος, τίμιε πάτερ.

Ερώτησις. Σώζεις μέχρι θανάτου τὴν ὑπακοὴν τῷ 16 προεστῶτι, καὶ πάσῃ τῇ ἐν Χριστῷ 16 ἀδελφότητι.

Απόκρισις. Ναὶ τοῦ θεοῦ συνεργοῦντος, τίμιε πάτερ.

Ερώτησις. Υπομένεις πᾶσαν θλίψιν καὶ στενοχωρίαν τοῦ μονήρους βίου, διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

Απόκρισις. Ναὶ τοῦ θεοῦ συνεργοῦντος, τίμιε πάτερ.

Εἶτα λέγει ὁ ἱερεὺς τὴν κατήχησιν.

Βλέπε τέκνον, οἵας συνθήκας δίδως τῷ δεσπότῃ Χριστῷ· ἄγγελοι γὰρ πάρεισιν ἀοράτως ἀπογραφόμενοι τὴν ὁμολογίαν σου ταύτην, ἣν μέλλεις ἀπαιτεῖσθαι ἐν τῇ δευτέρᾳ παρουσίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ. h ὑφηγοῦμαι οὖν σοὶ τὴν τελειοτάτην ζωὴν, ἐν ᾗ κατὰ μίμησιν ἡ τοῦ κυρίου πολιτεία διαδείκνυται· διαμαρτυρόμενος, ἅπερ χρὴ ἀσπάσασθαί σε καὶ ὧνπερ δέον ἐκφυγεῖν ἰδοὺ γὰρ προέθου τέκνον, τὸ προσελθεῖν, καὶ δουλεύειν τῷ κυρίῳ. εἰ οὖν βούλει μοναχὸς γενέσθαι, πρὸ πάντων καθάρισον σεαυτὸν ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς, καὶ πνεύματος, ἐπιτελῶν ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ θεοῦ. κτῆσαι ταπεινοφροσύνην, δι' ἧς κληρονόμος γένῃ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν. ἀπόθου τῆς βιωτικῆς συνηθείας τὸ θράσος. ὑπακοὴν ἔχε πρὸς πάντας, ἀγόγγυστος ἔσο ἐν ταῖς ἐπιτασσομέναις σοι διακονίαις. ἐν τῇ εὐχῇ καρτερικὸς, ἐν ταῖς ἀγρυπνίαις μὴ κατόκνει· ἐν πειρασμοῖς, μὴ ἀθύμει· ἐν τῇ νηστείᾳ μὴ ἐκλύου. γίνωσκε δὲ, ὅτι διὰ προσευχῆς καὶ νηστείας δεῖ ἐξιλεώσασθαί σε τὸν θεόν. ἐν ταῖς ἀσθενείαις μὴ ὀλιγώρει, ἐπιτήρει δὲ τοὺς πονηροὺς λογισμούς· οὐ γὰρ μέλλει παύσεσθαι ὁ ἐχθρὸς ὑποβάλλων σοι μνήμην τοῦ προτέρου βίου, καὶ μῖσος πρὸς τὴν ἐνάρετον πολιτείαν. χρὴ οὖν σε ἀρξάμενον τῆς ὁδοῦ τῆς ἀπαγούσης ἐπὶ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, μὴ στραφῆναι εἰς τὰ ὀπίσω.

Interrogatio. Spontanea animi sententia ad Dominum accedis?

Responsio. Ita, Domino cooperante, venerande Pater.

Interrogatio. Num ex necessitate quapiam, aut facta tibi vi?

Responsio Non, venerande Pater.

Interrogatio. Permanebis in Monasterio, & exercitiis vitæ religiosæ ad vsque extremum vitæ spiritum?

Responsio. Ita, Domino cooperante, venerande Pater.

Interrogatio. Conseruabis teipsum in virginitate, temperantia, & deuotione?

Responsio. Ita, Domino cooperante, venerande Pater.

Interrogatio Obseruabis ad mortem vsque obedientiam Superiori, & toti in Christo Fraternitati?

Responsio. Ita, Domino cooperante, venerande Pater.

Interrogatio. Sustinebis omnem afflictionem, & angustiam vitæ Monachalis, propter regnum cœlorum?

Responsio Ita, Domino cooperante, venerande Pater.

Deinde hanc instructionem subiungit Sacerdos.

Vide, Fili, quæ pacta cum Christo inis. Adsunt enim Angeli promissa tua à te repetenda, in secundo aduentu Domini nostri Iesu Christi inuisibiliter describẽtes. Vitam itaque perfectissimam, ad cuius instar Domini cõuersatio exprimitur, ob oculos pono; contestatus, & quæ te amplecti, & quæ auersari necesse est. Ecce enim in animo posuisti, Fili, vt huc accederes; & Domino deseruires. Si igitur Monachus fieri constituisti: purga præ omnibus temetipsum ab omni carnis & spiritus inquinamento: sanctitatem in Dei timore in teipso consummans. Humilitatem compara, per quam æternorum bonorum hæres fies. Mundanæ consuetudinis arrogantiam depone. Obsequium omnibus exhibe: tacitus esto in omnibus iniunctis tibi ministeriis. In oratione perseuerans esto, in vigiliis ne pigriteris, in tentationibus ne animo despondeas, animo in ieiuniis ne deficias. Certusque sis quia ieiunio & oratione placare te Deum oportet. Ne vili sis animo in infirmitatibus Malas cogitationes obserua: nusquã enim desistet hostis pristinæ tibi vitæ memoriam subiicere; vt te in odium studiosæ vitæ inducat. Oportet igitur te, qui viã ad regnum cœlorum deducentem arripis, ad ea quæ retro sunt non conuerti.

Non enim regno cœlorum aptus eris, si quid Deo prætuleris. Ne dilexeris patrem neque matrem, neque fratres, neque tibi coniunctorum aliquem, neque teipsum etiam, plusquam Deum charum habueris, neque regna mundi, aut quietem quamcumque aut honorem. Ne paupertatem auersatus fueris, vel austeritatem, vel hominum contemptum, vel aliud quod molestum duxeris, ne post Christum currere cohibearis; verum contemplatus quæ in spe apud Deum viuentium reposita bona; & recogitans eos qui à principio fuerunt Martyres & Sanctos, qui sudoribus & laboribus, sanguine & morte hæc sibi comparauerunt, abstine in omnibus, & velut Christi generosus miles, mala sustine. Cùm diues ille foret in misericordia, propter nos egenus factus est, vt nos eius regno ditaremur: Oportet igitur & nos eius imitatores fieri, & propter eum cuncta pati, & in mandatis eius die ac nocte proficere. Ipse etenim Dominus dixit: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me: quod est, paratum esse vsque ad mortem ad implenda eius mandata. Etenim & esurire tibi necesse est, & sitire, & nudum esse, iniuriis, calumniis, & opprobriis affici, abiici, & aliis circumferri molestiis, quibus vita quæ secundùm Deum est insignitur: cumque hæc omnia sustinueris, gaude, inquit, quia merces tua magna est in cœlis, in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Interrogatio.

Cuncta huiusmodi sic polliceris, in spe virtutis Dei, & in his pollicitis perseueraturum te paciceris vsque ad vitæ terminum, cum gratiâ Christi.

Responsio. Ita, Deo cooperante, venerande Pater.

Et statim subdit Orationem Sacerdos.

MISERATOR & valdè misericors Deus, qui illibata inuestigabilis suæ bonitatis viscera omni desiderio & feruenti charitate ad se accedenti aperit: qui dixit, quia mulier liberorum suorum obliuiscetur, & non obliuiscar tui, qui desiderium tuum nouit, & proposito tuo virtutem adiecit, ad mandata sua adimplenda: suscipiat, amplexetur, protegat te, & fiat tibi murus munitissimus à facie inimici, patientiæ petra,

Οὐ γὰρ εὔθετος ἔσῃ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, μὴ οὕτω προτιμήσῃς τι τοῦ Θεοῦ. μὴ ἀγαπήσῃς μήτε πατέρα, μήτε μητέρα, μήτε ἀδελφοὺς, μήτε τινὰ τῶν ἰδίων, μήτε σεαυτὸν ἀγαπήσῃς ὑπὲρ τὸν Θεόν· μὴ ταῖς βασιλείαις τοῦ κόσμου ἀνάπαυσιν εἶναι δήποτε καὶ τιμήν. μὴ πτωχείαν ἀποστραφῇς, μὴ κακουχίαν, μὴ ἐξουδένωσιν ἀνθρώπων, μήτε ἄλλο, ὃ νομίζεις εἶναι δυσχερές· καὶ κωλυθῇς τρέχειν ὀπίσω τοῦ Χριστοῦ. ἀλλ' ἀεὶ ἀποθησαυριζόμενος τὰ ἐν ἐλπίσι τῶν κατὰ Θεὸν ζώντων ἀγαθὰ, καὶ τοὺς ἀπ' αἰῶνος λογιζόμενος μάρτυρας καὶ ὁσίους, οἳ πολλοῖς ἱδρῶσι, καὶ πόνοις, καὶ μυρίοις αἵμασι, καὶ θανάτοις ταῦτα ἐκτήσαντο. ὑπόφερε ἐν πᾶσι, κακοπάθησον, ὡς καλὸς στρατιώτης Χριστοῦ, ὃς πλούσιος ὢν ἐν ἐλέει, δι' ἡμᾶς ἐπτώχευσε γενόμενος καθ' ἡμᾶς, ἵνα ἡμεῖς πλουτήσωμεν τὴν βασιλείαν αὐτοῦ. καὶ δεῖ οὕτω καὶ ἡμᾶς μιμητὰς γενέσθαι αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ πάντα ὑπομένειν προκόπτοντας ἐν ταῖς αὐτοῦ ἐντολαῖς, ἡμέρας καὶ νυκτός. αὐτὸς γὰρ ὁ Κύριος εἶπεν, εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι, ὅπερ ἐστὶ παρεσκευασμένον ἀεὶ εἶναι μέχρι θανάτου πρὸς πᾶσαν ἐκπλήρωσιν τῶν αὐτοῦ ἐντολῶν. καὶ γὰρ πεινᾶσαι ἔχεις καὶ διψῆσαι, καὶ γυμνητεῦσαι, ὑβρισθῆναί τε, καὶ χλευασθῆναι, ὀνειδισθῆναι, καὶ διωχθῆναι, καὶ πολλοῖς ἄλλοις περιενεχθῆναι λυπηροῖς, οἷς ἡ κατὰ Θεὸν ζωὴ χαρακτηρίζεται. καὶ ὅταν ταῦτα πάντα πάθῃς, χαῖρε φησὶν, ὅτι ὁ μισθός σου πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

Ερώτησις.

Ταῦτα πάντα οὕτω καθομολογεῖς, ἐπ' ἐλπίδι τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν ταύταις ταῖς ὑποσχέσεσι διακαρτερεῖν συντάσσῃ μέχρι τέλους ζωῆς χάριτι Χριστοῦ.

Ἀπόκρισις. Ναὶ τοῦ Θεοῦ συνεργοῦντος, τίμιε πάτερ.

Καὶ εὐθὺς ἐπεύχεται ὁ ἱερεύς.

Ο πολυοικτίρμων Θεὸς καὶ πολυέλεος ὁ τὰ ἄχραντα σπλάγχνα τῆς αὐτοῦ ἀνεξιχνιάστου ἀγαθότητος ὑπανοίγων παντὶ τῷ προσερχομένῳ αὐτῷ, πόθῳ καὶ ἀγάπῃ θερμῇ· ὁ εἰπὼν ὅτι ἐπιλήσεται γυνὴ τὰ ἔκγονα αὐτῆς, ἢ ἐπιλήσομαί σου. ὁ καὶ τὸν σὸν πόθον εἰδὼς, καὶ τῇ προθέσει σου ἐπιδοὺς τὴν παρ' αὐτοῦ δύναμιν πρὸς ἐκπλήρωσιν τῶν αὐτοῦ ἐντολῶν· ἐπιλάβοιτο, καὶ ἐναγκαλίσαιτο καὶ ὑπερασπίσῃ καὶ γένοιτό σοι τεῖχος ὀχυρὸν ἀπὸ προσώπου ἐχθροῦ, πέτρα ὑπομονῆς,

παρακλήσεως ἀφορμή, εὐψυχίας χορηγὸς, εὐθυμίας ποιεισμὸς, ἀνδρείας συναγωνιστής. συγκειταζόμενος, συνανιστάμενος, γλυκαίνων, καὶ εὐφραίνων σου τὴν καρδίαν τῇ παρακλήσει τοῦ ἁγίου αὐτοῦ πνεύματος, ἀξιώσει σε καὶ τῆς μερίδος τῶν ἁγίων καὶ ὁσίων πατέρων ἡμῶν Ἀντωνίου, Εὐθυμίου, Σάββα, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς.

Ἐπὶ δὲ γυναικῶν.

Τῆς ἁγίας πρωτομάρτυρος Θέκλης, Εὐπραξίας Ὀλυμπιάδος, καὶ τῶν σὺν αὐταῖς, μεθ' ὧν καὶ κληρονομήσαις τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος, καὶ ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, σὺν τῷ πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εἶτα κλίναντος αὐτοῦ τὴν κεφαλήν.

Καὶ τοῦ διακόνου εἰπόντος.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Τίθησιν ὁ ἱερεὺς ἐπάνω αὐτοῦ τὸ σχηματολόγιον.

Καὶ λέγει τὴν εὐχὴν ταύτην εἰς ἐπήκοον πάντων.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ἀξίους εἶναι νομοθετήσας τοὺς τὰ βιωτικὰ πάντα καταλιπόντας, καὶ συγγένειαν, καὶ φίλους, καὶ ἀκολουθήσαντάς σοι, πρόσδεξαι καὶ τὸν δοῦλόν σου, τόνδε, τὸν ἀποταξάμενον πᾶσι τούτοις, κατὰ τὰς ἁγίας ἐντολάς σου, καὶ ὁδήγησον αὐτὸν ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου προσπίπτοντά σοι ἀμετεωρίστως. τείχισον αὐτὸν ἐν τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου σου πνεύματος, εἰς τὸ μὴ δύνασθαι ἐνεργεῖν κατ' αὐτοῦ πᾶσαν ἐναντίαν μηχανήν, ὑπομονὴν αὐτῷ δωρούμενος, πρὸς τὸ εὐαρεστεῖν σοι διαπαντός· πρεσβείαις τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου, καὶ πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνός σοι εὐαρεστησάντων.

Ὅτι ηὐλόγηται καὶ δεδόξασται, τὸ πάντιμον καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου· τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Ὁ ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσι. Ὁ διάκονος.

Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ κυρίῳ κλίνατε.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ἡ ἐλπὶς καὶ καταφυγὴ πάντων τῶν ἐλπιζόντων ἐπὶ σέ, ὁ διαφόρους ὁδοὺς σωτηρίας ἡμῖν ὑποδείξας διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Χριστοῦ σου, πρόσδεξαι τὸν δοῦλόν σου, τόνδε, τὸν ἀπολιπόντα τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας καὶ ἑαυτὸν προσενέγκαντά σοι τῷ δεσπότῃ θυσίαν ζῶσαν εὐάρεστον, περίελε ἀπ' αὐτοῦ πᾶσαν σαρκικὴν ἐπιθυμίαν,

consolationis author, perseuerantiæ administrator, alacritatis prouisor, roboris animi commilito: tecum decumbat, tecum surgat, dulcedine perfundens & exhilarans cor tuum consolatione Sancti sui Spiritus: dignum etiam te reddat partis Sanctorum & Beatorum Patrum nostrorum Antonij, Euthymii, Sabbæ, & aliorum.

Si fuerint mulieres.

Sanctæ Protomartyris Theclæ, Eupraxiæ, Olympiadis, & aliarum. Cum quibus & regni cœlorum hæreditatem capias: in Christo Iesu Domino nostro; cui gloria, & potestas, & imperium, & virtus, cum Patre, & Sancto Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Deinde illo caput inclinante.

Et Diacono dicente.

Dominum precemur.

Imponit illi Sacerdos totam habitus Monastici congeriem.

Et omnibus audientibus Orationem hanc dicit.

Domine Deus noster, qui mundana cuncta derelinquentes, & cognationem & amicos, & te sequentes, dignos te fore sanxisti: hunc etiam seruum tuum N. cunctis renunciantem secundùm sancta mandata tua, suscipe; & in veritate tua illum deduc: & tibi sine fastu procidentem, Sancti tui Spiritus virtute circumualla, ne hostile quoduis machinamentum aduersus eum præualeat; patientiam illi largire, vt in omnibus tibi placeat: Intercessionibus sanctissimæ Dominæ nostræ Deiparæ, & omnium qui à sæculo tibi placuerunt.

Quia benedictum & glorificatum est, venerabile & magnificum nomen tuum: Patris, & Filij, & Spiritus sancti: nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Sacerdos. Pax omnibus. *Diaconus.*

Capita vestra Domino inclinate.

Domine Deus noster, spes & refugium omnium in te sperantium, qui per Christi incarnationem varias nobis salutis vias ostendisti, seruum tuum hunc concupiscentiis mundanis renunciantem, & seipsum tibi Domino hostiam viuam, & beneplacentem, offerentem suscipe: omnem carnis libidinem,

& irrationales impetus ab eo rescinde; vt insensatorum capillorum detractione, cogitationes, actionesque irrationales simul deponat, & iugum tuum, Christum, & leue onus assumere, & crucem tollere, & te Dominum sequi, dignus censeatur. In tua sanctitate illum custodi: & bonum propositum ad mandata tua obseruanda illi largire: annumerans eum tempore debito electorum tuorum societati. Gratia & humanitate vnigeniti Filij tui, cum quo benedictus es: cum Sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, &c.

Tum extendens manum suam Sacerdos ad sanctum Euangelium, dicit.

Ecce hîc Christus inuisibiliter adest. Vide, te à nullo cogi vt ad habitum suscipiendum accedas. Vide, propria animi sententia, te arrham magni & Angelici habitus expetere.

Responsio. Ita, venerande Pater, ex animi proposito.

Et cum ita pollicitus fuerit, dicit ad eum Sacerdos. Accipe forsicem, & trade mihi illam, *ter. Ipsoque forsicem tradente, dicit iterum ad eum Sacerdos.*

Ecce ex Christi manu illam assumis, vide in quem ordinem adscriberis, ad quem accedis, & quibus renuncias.

Et accepta forfice è sacro Euangelio, ait.

Benedictus Deus qui vult omnes homines saluari, & in cognitionem veritatis venire, qui est benedictus in sæcula sæculorum. *Et tondet eum Sacerdos in modum crucis dicens.*

Frater noster N. tondetur comam capitis sui: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: dicamus pro eo: Domine miserere.

Et cantatur à Fratribus: Domine miserere.

Deinde induit eum tunica, dicens.

Frater noster N. induitur Tunica iucunditatis: in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: dicamus pro eo: Domine miserere.

Frater noster N. præcingitur lumbos suos veritatis virtute, in corporis mortificationem, & spiritus renouationem; in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: dicamus pro eo: Domine miserere.

καὶ τὰς ἀλόγους προσλήψεις· ἵνα τῇ ἀφαιρέσει τῶν ἀναισθήτων τριχῶν, συναποβάληται καὶ τὰς ἀλόγους ἐνθυμήσεις τε, καὶ πράξεις. καὶ ἀξιωθῇ ἀναλαβεῖν τὸν ζυγόν σου τὸν Χριστόν, καὶ τὸ ἐλαφρόν σου φορτίον, καὶ ἆραι τὸν σταυρόν, καὶ ἀκολουθῆσαί σοι τῷ δεσπότῃ, καὶ διατήρησον αὐτὸν εἰς τὸν σὸν ἁγιασμόν, καὶ δώρησαι αὐτῷ πρόθεσιν ἀγαθὴν ἐν τῇ τηρήσει τῶν ἁγίων σου ἐντολῶν, συναριθμῶν αὐτὸν ἐν καιρῷ εὐθέτῳ τῷ χορῷ τῶν ἐκλεκτῶν σου. χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ, σὺν τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεί, καί.

Εἶτα ἐκτείνας τὴν χεῖρα αὐτοῦ ὁ ἱερεὺς εἰς τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον λέγει.

Ἰδοὺ ὁ Χριστὸς ἀοράτως ἐνταῦθα πάρεστι. βλέπε, ὅτι οὐδείς σε ἀναγκάζει ἐλθεῖν ἐπὶ τοῦτο τὸ σχῆμα· βλέπε ὅτι σὺ ἐκ προθέσεως θέλεις 17 τὸν ἀρραβῶνα τοῦ μεγάλου καὶ ἀγγελικοῦ σχήματος.

Ἀπόκρισις. Ναὶ τίμιε πάτερ, ἐκ προθέσεως. Καὶ μετὰ τὸ συντάξασθαι· λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ ἱερεύς. Λάβε τὸ ψαλίδιον, 18 καὶ ἐπίδος μοι αὐτό, τρίς. Καὶ ἐπιδόντος αὐτοῦ τὸ ψαλίδιον, λέγει πάλιν πρὸς αὐτὸν ὁ ἱερεύς.

19 Ἰδοὺ ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ Χριστοῦ λαμβάνεις αὐτό· βλέπε δὲ τίνι συντάσσῃ, τίνι προσέρχῃ, καὶ τίνι ἀποτάσσῃ.

Καὶ λαβὼν ὁ ἱερεὺς τὸ ψαλίδιον ἐκ τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου λέγει.

Εὐλογητὸς ὁ θεὸς ὁ θέλων πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, ὁ ὢν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

20 Εἶτα κουρεύει αὐτὸν ὁ ἱερεὺς σταυροειδῶς, λέγων

Ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν, ὁ δεῖνα, 21 κείρεται τὴν κόμην τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρός, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· εἴπωμεν ὑπὲρ αὐτοῦ, τό, κύριε ἐλέησον.

Καὶ ψάλλεται ὁ παρὰ τῶν ἀδελφῶν, τό, κύριε ἐλέησον.

Εἶτα ἐνδύει αὐτὸν τὸ ἱμάτιον λέγων.

Ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν, ὁ δεῖνα, ἐνδύεται 22 χιτῶνα ἀγαλλιάσεως. εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρός, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. εἴπωμεν ὑπὲρ αὐτοῦ, τό, κύριε ἐλέησον.

Ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν, ὁ δεῖνα 23 περιζώννυται τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ δύναμιν ἀληθείας, εἰς νέκρωσιν σώματος, καὶ ἀνακαίνησιν πνεύματος, ἐν ὀνόματι τοῦ πατρός, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, εἴπωμεν ὑπὲρ αὐτοῦ, τό, κύριε ἐλέησον.

19 Ο ἀδελφὸς ἡμῶν, ὁ δεῖνα, καλύπτεται 24 περικεφαλαίαν ἐλπίδα σωτηρίας. εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. εἴπωμεν ὑπὲρ αὐτοῦ, τό, κύριε ἐλέησον.

25 Ο ἀδελφὸς ἡμῶν, ὁ δεῖνα, λαμβάνει 25 τὸ πάλλιον τὸν ἀρραβῶνα τοῦ μεγάλου καὶ ἀγγελικοῦ σχήματος, εἰς στολὴν ἀφθαρσίας καὶ σεμνότητος, ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, εἴπωμεν ὑπὲρ αὐτοῦ, τό, κύριε ἐλέησον.

26 Ο ἀδελφὸς ἡμῶν, ὁ δεῖνα, ὑποδύεται 26 τὰ σανδάλια εἰς ἑτοιμασίαν τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, εἴπωμεν ὑπὲρ αὐτοῦ, τό, κύριε ἐλέησον.

Ο ἀδελφὸς ἡμῶν, ὁ δεῖνα, ἔλαβε τὸν ἀρραβῶνα τοῦ μεγάλου καὶ ἀγγελικοῦ σχήματος, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, εἴπωμεν ὑπὲρ αὐτοῦ, τό, κύριε ἐλέησον.

Εἶτα τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

11 Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν εἰσάγαγε τὸν δοῦλόν σου τόνδε, εἰς τὴν πνευματικήν σου αὐλὴν, καὶ συγκαταρίθμησον αὐτὸν τῇ λογικῇ σου ποίμνῃ. κάθαρον αὐτοῦ τὸ φρόνημα, ἀπὸ τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν, καὶ τῆς κενῆς ἀπάτης τοῦ βίου τούτου, καὶ δὸς αὐτῷ ἀδιαλείπτως μνημονεύειν τῶν ἀποκειμένων ἀγαθῶν τοῖς ἀγαπῶσί σε, καὶ σταυρώσασιν ἑαυτοὺς τῷ βίῳ, διὰ τὴν βασιλείαν σου. σὺ γὰρ εἶ ὁ ποιμὴν καὶ ἐπίσκοπος τῶν ψυχῶν ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Καὶ εἰ μὲν οὐκ ἔστι λειτουργία. Λέγονται τὰ εἰρηνικὰ ταῦτα. Καὶ τὸ ἀποστολοευαγγέλιον.

27 Καὶ δίδοται τῷ ἀποκαρέντι κηρὸς, καὶ τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον καὶ σταυρός.

Ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης. Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ σύμπαντος κόσμου καὶ εὐσταθείας, τοῦ κυρίου δεηθ.

Ὑπὲρ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν τοῦδε, καὶ τῆς παρὰ θεοῦ σκέπης καὶ βοηθείας αὐτοῦ, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ ἀμέμπτως, ἀκατακρίτως, καὶ ἀνεμποδίστως διανύσαι αὐτὸν τὸν σκοπὸν τοῦ μοναχικοῦ σχήματος τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ διάγειν αὐτὸν ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ, καὶ εὐλαβείᾳ, καὶ σεμνότητι, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ ἀποθέσθαι αὐτὸν τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐνδύσασθαι τὸν νέον τὸν κατὰ θεὸν κτισθέντα, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Frater noster N. operitur Galea, id est pileo, spe salutis; in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: dicamus pro eo: Domine miserere.

Frater noster N. accipit Pallium, arrham magni & Angelici habitus, in incorruptionis & honestatis indumentum: in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: dicamus pro eo. Domine miserere.

Frater noster N. calceatur sandaliis in præparationem Euangelij pacis: in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: dicamus pro eo: Domine miserere.

Frater noster N. accepit arrham magni & Angelici habitus: in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: dicamus pro eo. Domine miserere.

Deinde. Dominum precemur.

Domine Deus noster, introduc seruum tuum hunc in spiritualem tuam caulam, & rationali tuo gregi illum annumera: à carnali libidine, & vana mundi huius decipulâ mentem eius expurga: & da ei imprætermissè mente recolere bona diligentibus te, & seipsos in hac vitâ propter regnum tuum crucifigentibus, reposita. Tu enim es Pastor & Episcopus animarum nostrarum, & tibi gloriam rependimus: Patri, & Filio, & Sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

Et si quidem non celebratur Missa. Sequentia pacifica dicitur. Et Epist. cum Euãgelio.

Detonsoque Monacho, traditur cereus, & Euangelium, & Crux.

In pace Dominum precemur.

Pro superna pace. Pro pace totius mũdi, trãquillo statu, &c. Dom. prece.

Pro Fratre nostro N. pro protectione, & auxilio eius à Deo: Dom. precemur.

Vt irreprehense, inculpate, & facile, Monastici Ordinis finem attingat: Dominum precemur.

Vt in omni pietate, deuotione, & honestate conuersetur: Dom. precemur.

Vt veterem hominem deponat, & nouum qui secundùm Deum creatus est, induat: Dominum precemur.

Pro venia, & remissione peccatorum eius: Dominum precemur.

Vt eruamur ab omni afflictione, ira, & angustia; Dominum precemur.

Suscipe, salua, miserere, & conserua nos Deus tua gratia.

Sanctissimæ, illibatæ, super omnes benedictæ, gloriosæ dominæ nostræ Deiparæ, & semper Virginis.

Quia sanctus es Deus noster, & tibi.

Propositum.

Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis.

Versiculus.

Dominus illuminatio mea, & Saluator meus.

Dominus defensor vitæ meæ.

Apostolus.

Cap. 6. *Ad Ephesios epistolæ Pauli lectio.*

FRatres. Confortamini in Domino & in potentia virtutis eius.

Finis.

Et galeam salutis assumite, & gladium spiritus quod est verbum Dei.

Alleluia.

Iste pauper clamauit.

Cap. 10. *Euangelium ex Matthæo.*

DIxit Dominus. Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus.

Finis.

Iugum enim meum suaue est: & onus meum leue.

Diaconus. Miserere nostri Deus: secundum magnam misericordiam tuam.

Adhuc rogamus pro venia & remissione peccatorum serui Dei huius.

Sacerdos.

Quia misericors & hominum amator Deus existis.

Et crucem tradit illi dicens.

Dixit Dominus. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.

Et cereum accensum dicens.

Dixit Dominus. Sic luceat lux vestra coram hominibus: vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est.

Ὑπὲρ ἀφέσεως καὶ συγχωρήσεως τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς ἀπὸ πάσης θλίψεως, ὀργῆς καὶ ἀνάγκης, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ἀντιλαβοῦ, σῶσον, ἐλέησον, καὶ διαφύλαξον ἡμᾶς ὁ θεὸς τῇ σῇ χάριτι.

Τῆς παναγίας ἀχράντου ὑπερευλογημένης ἐνδόξου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀεί.

Ὅτι ἅγιος εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν.

Προκείμενον.

Ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε.

Στίχος.

Κύριος φωτισμός μου καὶ σωτήρ μου.

Κύριος ὑπερασπιστὴς τῆς ζωῆς μου.

Ὁ ἀπόστολος.

Πρὸς Ἐφεσίους ἐπιστολῆς Παύλου τὸ ἀνάγνωσμα.

ἈΔελφοί· ἐνδυναμοῦσθε ἐν κυρίῳ, καὶ ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ.

Τέλος.

Καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου δέξασθε, καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα θεοῦ.

Ἀλληλούϊα.

Οὗτος ὁ πτωχὸς ἐκέκραξε.

Εὐαγγέλιον ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον.

ΕἾπεν ὁ κύριος ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος.

Τέλος.

Ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστὸς, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστιν.

Ὁ διάκονος. Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ θεὸς κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου.

Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ ἀφέσεως καὶ συγχωρήσεως τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ δούλου τοῦ θεοῦ τοῦδε.

Ὁ ἱερεύς.

Ὅτι ἐλεήμων καὶ φιλάνθρωπος θεὸς ὑπάρχεις.

28 Καὶ δίδωσιν αὐτῷ τὸν σταυρὸν λέγων. 28

Εἶπεν ὁ κύριος· εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἀκολουθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ καὶ ἀκολουθείτω μοι.

29 Καὶ τὸ κηρίον ἁπτόμενον λέγων. 29

Εἶπεν ὁ κύριος, οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

30 Καὶ γίνεται ὁ ἀσπασμὸς, ψάλλοντες, τὸ ἰδιόμελον, ἦχος α'.

Ἐπιγνῶμεν, ἀδελφοὶ, τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν, τὸν γὰρ ἐκ τῆς ἁμαρτίας πρὸς τὴν πατρικὴν ἑστίαν ἀναδραμόντα ἄσωτον υἱὸν, ὁ πανάγαθος πατὴρ προϋπαντήσας ἀσπάζεται, καὶ πάλιν τῆς ἰδίας δόξης χαρίζεται τὰ γνωρίσματα, καὶ μυστικὴν τοῖς ἄνω ἐπιτελεῖ εὐφροσύνην, θύων τὸν μόσχον τὸν σιτευτόν. ἵνα ἡμεῖς ἀξίως πολιτευσώμεθα τῷ θύσαντι φιλανθρώπῳ πατρὶ καὶ τῷ ἐνδόξῳ θύματι, τῷ σωτῆρι τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

Καὶ τὰ λοιπὰ τῆς λειτουργίας, καὶ γίνεται ἀπόλυσις.

Ἰστέον ὅτι ὁ τοιοῦτος μοναχὸς ὀφείλει προσκαρτερεῖν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἡμέρας πέντε σχολάζων ἀπὸ παντὸς ἔργου, πλὴν ἀναγνώσεως, εἰ ἐπίσταται.

Daturque osculum & amplexus dum canimus Modulum proprij cantus. Tonus primus.

Virtutem mysterii agnoscamus, Fratres: Ex peccato namque ad patriam domum, filium prodigum reuersum, benignissimus pater obuiam progressus amplexatur; & rursus ei propriæ gloriæ largitur insignia, & mysticam cum superis lætitiam agit, & saginatum vitulum mactat: vt condignè nos habeamus erga benignum patrem qui mactauit, & gloriosam victimam, Saluatorem animarum nostrarum.

Et reliqua quæ pertinent ad missam peraguntur. Et fit dimissio.

Sciendum huiusmodi Monachum ab omni opere vacantem, etiam lectione, si literas norit, debere quinque dierum spatio in Ecclesia perseuerare & permanere.

VARIÆ LECTIONES

a Μετὰ τὸ χρισθῆναι τὸ μύρον] Veneta vetustiora legunt: Ἀφ' ἑσπέρας εἰσφέρουσι τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ τὰ κουκούλια, καὶ τιθέασιν αὐτὰ ὑπὸ κάτω τῆς ἁγίας τραπέζης, ὑπὸ ... καὶ ἐπὶ τῇ αὔριον ἐν τῇ λειτουργίᾳ μετὰ τὴν εἴσοδον, καὶ τὸ ἀπολυτίκιον, καὶ δοξάζουσιν ἀλλ' αὐτοὺς ἑνουμένων τῶν δύο χορῶν λέγουσι τὰ τροπάρια ταῦτα. ὁ δὲ ἀδελφὸς ἵσταται ἀσκεπὴς, καὶ ἄζωστος, γυμνοποδῶν, ἔξω τῶν βασιλικῶν πυλῶν μετὰ πάσης εὐλαβείας. *Vespere præcedente vestimenta corporis, & capitis tegumenta inferunt, & in piscina sub sancta mensa collocant illa: & postera die in missa, post Introitum & dimissorium, gloriam Deo non reddunt: sed coniunctis choris modulos sequentes concinunt. Frater autem ille stat capite detecto, discinctus, & nudis pedibus extra Regias, id est maiores valuas, cum omni deuotione.*

b Ἀγκάλας πατρικὰς] Huic modulo alios tres in recenter excusis non extantes, subiungunt vetusti codices.

Ἀντίφωνον πρῶτον.

Ὅτι εἰς τὸ πέλαγος πολὺ τῶν παραπτωμάτων μου, σωτὴρ, καὶ δεινῶς βεβύθισμαι ταῖς πλημμελίαις μου· δός μοι χεῖρα, σῶσόν με, ὡς τὸν Πέτρον Θεὸς, καὶ ἐλέησόν με.

Ὅτι ἐννοίαις πονηραῖς καὶ ἔργοις καταδεδίκασμαι σωτὴρ, λογισμὸν μοι δώρησαι τῆς ἐπιστροφῆς ὁ Θεὸς, ἵνα κράζω σοι, σῶσόν με, εὐεργέτα ἀγαθὲ, καὶ ἐλέησόν με.

Δόξα. Καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Ἁμαρτωλῶν τὰς δεήσεις προσδεχομένη καὶ θλιβομένων στεναγμοὺς μὴ παρορῶσα, πρέσβευε τῷ ἐξ ἁγνῶν λαγόνων, σωθῆναι ἡμᾶς ... παρθένε.

Antiphonum primum.

O... in ... delictorum meorum pelagus ... Petro præbe mihi manum Saluator ... us, & miserere mei.

Qui ... pr... cogitationibus & operibus condemn... us sum, Saluator, concede mihi conuer... is sensum vt ad te clamem: salua me, Benefactor optime, & miserere mei.

Gloria. Et nunc. *Deiparæ.*

Tu quæ peccatorum preces suscipis nec contritorum despicis suspiria, tuo ex utero natum interpella vt saluet nos, sanctissima Virgo.

c Εἰσάγεται παρὰ τοῦ ἐκκλησιάρχου.] Vetusti codices legunt: λαμβάνει αὐτὸν ὁ ἀνάδοχος αὐτοῦ τῆς δεξιᾶς χειρὸς, καὶ εἰσάγει ἔσω τῶν βασιλικῶν πυλῶν, καὶ ποιήσας μετανοίας τρεῖς ἐπὶ γῆς, ἵσταται κεκλικὼς τὸν αὐχένα αὐτοῦ ... ψαλλομένων. Ἀντίφωνον δεύτερον. ἦχος β'.

Ἥμαρτον εἰς σὲ, σωτὴρ, ὡς ὁ ἄσωτος υἱὸς, δέξαι με, πάτερ, μετανοοῦντα, καὶ ἐλέησόν με ὁ Θεός.

Κράζω σε Χριστὲ σωτὴρ τοῦ τελώνου τὴν φωνὴν, ἱλάσθητί μοι, ὥσπερ ἐκείνῳ, ἐλέησόν με ὁ Θεός.

Δόξα. Καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Τὴν πᾶσαν ἐλπίδα μου, εἰς σὲ ἀνατίθημι μῆτερ Θεοῦ· φύλαξόν με ὑπὸ τὴν σκέπην σου.

Ἀντίφωνον γ' ἦχος γ'.

Σῶσόν με κύριε ὁ Θεός μου, σὺ γὰρ πάντων ἡ σωτηρία, ὁ κλύδων με τῶν παθῶν ἐκταράττει· καὶ τὸ βάρος τῶν ἀνομιῶν με βυθίζει· δός μοι χεῖρα βοηθείας, καὶ πρὸς φῶς ἀνάγαγέ με κατανύξεως· ὡς μόνος εὔσπλαγχνος καὶ φιλάνθρωπος.

Τὸν διεσπαρμένον μου νοῦν συνάγαγε κύριε, καὶ τὴν χερσωθεῖσάν μου καρδίαν καθάρισον, ὡς τῷ Πέτρῳ δίδου μοι μετάνοιαν, ὡς τῷ τελώνῃ στεναγμὸν, καὶ ὡς τῇ πόρνῃ δάκρυα· ἵνα μεγάλῃ τῇ φωνῇ κράζω σοι, ὁ Θεὸς σῶσόν με, ὡς μόνος εὔσπλαγχνος, καὶ φιλάνθρωπος.

Δόξα. Καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Ἐν γυναιξὶν ἁγία Θεοτόκε ἀνύμφευτε· πρέσβευε τὸν ... βασιλέα, καὶ Θεὸν ἵνα σώσῃ ἡμᾶς, ὡς φιλάνθρωπος.

In te, Saluator, velut filius prodigus peccaui: suscipe me pœnitentem, Pater & miserere mei.

Ad te, Christe Saluator, publicani voce clamito, vt illi, ita & mihi esto propitius, & miserere mei Deus.

Gloria. Et nunc. *Deipara.*

Spem omnem in te reposui, mater Dei: sub tua protectione custodi me.

Antiphonum tertium. Tonus tertius.

Salua me Domine Deus meus, tu enim omnium es salus: passionum exagitat me procella, & iniquitatum pondus me deprimit: auxiliatricem manum mihi porrige, & ad compunctionis lucem me trasfer: vt solus benignus & humanus.

Gloria Et nunc. *Deiparæ.*

Inter mulieres coniugalis amplexus expers, sancti Deipara, interpella quem peperisti Regem & Deum: vt saluet animas nostras

Τούτου δὲ ψαλλομένου ὁ ἀδελφὸς ἵσταται ἐν τῷ σωλέᾳ, ἤτοι ἐν τῷ μέσῳ τοῦ ναοῦ κἀκεῖσε ποιήσας μετανοίας τρεῖς, ἵσταται ὡς ἔφημεν. οἱ δὲ ἀδελφοὶ ψάλλουσι ἀντίφωνον τέταρτον. ἦχος τέταρτος. Ἠθελον δάκρυσι ... καὶ τὰ λ. Τίς χειμαζόμενος. Ζάλη ἁμαρτημάτων ... Vt in officio sequente Εὐθὺς ἐρωτᾷ αὐτὸν ὁ ἡγούμενος, ἢ ὁ ἱερεὺς λέγων· τί προσῆλθες.

Assumit eum Susceptor, (id est conductor) *dextra manu, & in Regias portas inducit: ibi vero tres prostrationes in terram facit: & exurgens ceruicem inclinat: nos vero psallimus Antiphonum secundum, Tono secundo, &c.*

His cantatis ad soleam accedit frater, id est ad templi medium: ibidemque tribus reuerentiis factis, stat vt prædiximus Fratres vero psallunt Antiphonum quartum, Tono quarto. Volebam lachrymis, &c. Quis iactatus peccatorum fluctibus Ouis sum, &c. *Confestimque interrogat ipsum Superior, aut Sacerdos, dicens:* Qu d ac essi ti, &c.

d Ἀνοίξον τὰ τ κηρ...] Deest in vetustis Venetis, vsque ad τί προσῆλθες

e Ὁ ἱερεύς.] Iidem Veneti legunt, παραίνεσις, *exhortatio.*

f Ναὶ τοῦ θεοῦ συνεργοῦντος τίμιε πάτερ.] Expungunt vbique verba τοῦ θεοῦ συνεργοῦντος, solumque legunt, ναὶ τίμιε πάτερ.

g Μὴ ἔκ τινος ἀνάγκης ἢ βίας.) Addunt, προσέρχῃ τῷ Χριστῷ: iidemque subdunt, ἀποτάσσῃ τῷ κόσμῳ, καὶ τοῖς ἐν κόσμῳ, κατὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ κυρίου. Ναὶ τίμιε πάτερ.

h Τηρήσομαι οὖν τελειοτάτην ζωήν.] Desunt sequentia ibidem, vsque ad orationem: κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ ἄξιος εἶναι

i Ἐπὶ τοῦτο τὸ σχῆμα.] Legunt iidem, ἐπὶ τοῦτο τὸ ἀγγελικὸν σχῆμα.

k Τὸν ἀρραβῶνα, &c.] Legunt item τὸ ἀγγελικὸν σχῆμα.

l Ναὶ τίμιε πάτερ.] Deest.

m Καὶ ἐπιδόντος αὐτοῦ] Legunt iidem Codices. ὁ δὲ μελλοκουρεύτης ἀδελφὸς λαβὼν τὸ ψαλίδιον κρατεῖ αὐτό, καὶ ὁ ἱερεὺς λέγει μεγαλοφώνως ἐκ τρίτου. *Qui tondendus est frater forcipem accipit, & tenet: Sacerdos autem clara voce ter dicit.*

n Ἐκ τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου.] Correctius antiqui codices: ἐκ τῆς χειρὸς αὐτοῦ

o Παρὰ τῶν ἀδελφῶν. τὸ, κύριε ἐλέησον.] Addunt illi ἐκ τρίτου

p Εἶτα ἐνδύει αὐτόν.] Deest ibidem, confestimque subiungitur. ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν λαμβάνει τὸ ἀνάλαβον, εἰς τὸ ὄνομα, &c

q Περικεφαλαίαν] Legunt illi καμηλαύκιον τῆς ἀκακίας, ... περικεφαλαίαν ἐλπίδα σωτηρίας εἰς τὸ ὄνομα, &c. Subduntque quod hic deficit: ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν, ὁ δεῖνα, ἐνδύεται τὸ κουκούλιον τῆς ἀκακίας εἰς τὸ ὄνομα, &c.

r Τὸν ἀρραβῶνα.] Legunt σχῆμα.

s Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν εἰσάγαγε.] Officij præsentis pars re dua inuersa penitus & mutata cernitur in dictis vetustis Venetis. Deest enim hæc oratio cuius vice alia supponitur hoc pacto.

Ὁ ἱερεὺς σφραγίσας τὴν κεφαλὴν τοῦ νεοκουρεύτου ἀδελφοῦ τρεῖς κρατῶν ταύτην ἐπεύχεται.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ἐπὶ ὀνόματί σου κύριε ὁ θεὸς τῆς ἀληθείας, ἐπιτίθημι τὴν χεῖρά μου ἐπὶ τὸν πνευματικόν μου ἀδελφόν, τὸν δεῖνα, τὸν καταξιωθέντα φυγεῖν ἐπὶ τὸ ἅγιον ὄνομά σου· καὶ δέομαί σου ἀγαθότητος διαφυλαχθῆναι αὐτὸν ὑπὸ τὴν σκέπην τῶν πτερύγων σου. ἀπόστησον ἀπ' αὐτοῦ τὴν παλαιὰν τοῦ κόσμου τούτου πλάνην, καὶ ἐμπλησον αὐτὸν τῆς εἰς σὲ πίστεως, ἐλπίδος, καὶ ἀγάπης. καὶ δὸς αὐτῷ χάριν ἵνα ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου πολιτεύηται, καὶ τὰ κρίματά σου τηρῇ ὅτι ἐὰν ποιήσῃ αὐτὰ ἄνθρωπος ζήσεται ἐν αὐτοῖς. καὶ ἐγγραψον αὐτὸν ἐν βίβλῳ ζωῆς, καὶ ἕνωσον αὐτὸν τῇ ποίμνῃ τῶν εὐαρεστησάντων σοι· ἵνα ἐν αὐτῷ δοξασθῇ τὸ πανάγιον ὄνομά σου, καὶ ἔστωσαν οἱ ὀφθαλμοί σου πρὸς αὐτὸν βλέποντες ἐν ἐλέει διὰ παντός, καὶ τὰ ὦτά σου τοῦ ἀκούειν τῆς φωνῆς τῆς δεήσεως αὐτοῦ. εὔφρανον αὐτὸν ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτοῦ. Ὅτι χρηστὸς εἶ, καὶ δεδοξασμένος πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις σε ἐν ἀληθείᾳ, καὶ σοὶ πρέπει δόξα τῷ πατρί, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι. νῦν καὶ ἀεί.

Καὶ λαβὼν ὁ διάκονος τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, ἵσταται ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν· καὶ προσκυνήσας ὁ ἀδελφὸς τρεῖς, ἀσπάζεται αὐτὸ ... τὸν ἱερέα, καὶ τὸν προεστῶτα, καὶ καθεξῆς τοὺς ἀδελφοὺς ἐν τοῖς στασιδίοις αὐτῶν.

Οἱ δὲ ἀδελφοὶ ψάλλουσιν ἐν τῷ ἀσπασμῷ ἰδιόμελον. Ἐπιγνῶμεν ἀδελφοὶ τοῦ μυστηρίου, &c. Vt supra.

Ὁ διάκονος. Ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Vt supra.

Καὶ γίνεται ἀπόλυσις· καὶ εἰσερχόμεθα εἰς τὴν τράπεζαν.

Sacerdos ter recens tonsi fratris caput consignans, illudque tenens, precatur.

Dominum precemur.

In nomine tuo Domine Deus veritatis, super spiritalem meum fratrem ad nomen sanctum tuum confugientem manum meam impono: & vt sub alarum tuarum tegmine custodiatur bonitatem tuam rogamus. Veterem mundi errorem ab illo auerte, & ea quæ est in te fide, spe, & charitate illum reple: Vt in mandatis tuis vitam agat, & decreta tua obseruet, gratiam concede: quia si fecerit illa homo viuet in ipsis. In libro vitæ describe illum, & tibi placentium ouili annumera; vt in eo sanctissimum nomen tuum glorificetur; & sint oculi tui eum semper in misericordia intuentes, & aures tuæ vt vocem deprecationis eius exaudias, attentæ. In manuum suarum operibus exhilara illum. Quia bonus es, & ab omnibus te in veritate inuocantibus collaudatus, & tibi conuenit gloria, Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, &c.

Et Diaconus accepto sancto Euangelio stat ante sacras fores, quod cum frater adorauerit tertio, deosculatur illud: & deinde Sacerdotem tum Superiorem, & demum reliquos fratres in suis subsellis

Fratres autem dum datur osculum canunt versum proprii cantus. Agnoscamus fratres mysterii, &c.

Diaconus. In pace Dominum precemur: *Et fit dimissio: & ad mensam procedimus.*

In Cryptoferrat. Bessarionis extat huiusmodi Officium.

Ἀκολουθία τοῦ μοναδικοῦ σχήματος.

Μετὰ τὸ τρίτον ἀντίφωνον τῆς λειτουργίας, γινομένης εἰσόδου, εἰσέρχονται τοῖς ψάλλουσιν οἱ μέλλοντες λαμβάνειν τὸ σχῆμα, ἕως ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου· προκειμένου ἐν τῇ θείᾳ τραπέζῃ τοῦ εὐαγγελίου σὺν τῆς ψαλίδος, καὶ πληρωθείσης τῆς ψαλμῳδίας, λέγοντος τοῦ διακόνου· Σοφία ἄρχεται ὁ κατηχητής. Ἑκουσίᾳ γνώμῃ προσῆλθες τῷ Χριστῷ; καὶ τὰ λοιπά· καθάπερ εἰς τὸ πρόσχημα. Vt supra. Καὶ ὅτε καθομολογήσῃ, ἄρχεται τῆς κατηχήσεως. Καὶ σφραγίζει αὐτὸν ἐν τῇ κεφαλῇ. Καὶ τοῦ διακόνου λέγοντος. τοῦ κυρίου δεηθῶμεν· τοῦ δὲ λαμβάνοντος τὸ σχῆμα γονυκλιτοῦντος, εὔχεται οὕτως.

Ὁ ὢν δέσποτα. Prout in officio sequenti.

Εἰρήνη πᾶσι. Ὁ διάκονος Τὰς κεφαλάς.

Ὁ ἱερεὺς ἐπεύχεται.

Ἅγιε κύριε, ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων. Vt in officio sequenti.

Εἶτα ἐγείρει αὐτὸν ὁ ἱερεύς, καὶ ἵστα πρὸ τοῦ ἁγίου ἀντιμινσίου, καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα λέγει. Ἰδοὺ ὁ Χριστὸς ἐνταῦθα παρεστᾶ ἀοράτως· βλέπε ἀδελφέ, ὅτι οὐδείς σε ἀναγκάζει εἰς τοῦτο τὸ πρᾶγμα ἐλθεῖν. ὅτι σὺ ἐκ προθέσεως ἦλθες, καὶ ἑκὼν ἠρετίσω τὸ σχῆμα τῶν μοναχῶν. καὶ συντιθεμένου διὰ τοῦ Ναί, πάλιν λέγει. Λάβε καὶ ἐπίδος μοι τὴν ψαλίδα. καὶ ἐπιδόντος, λαμβάνει αὐτὴν ὁ ἱερεύς, καὶ λέγει Ἰδοὺ ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ Χριστοῦ λαμβάνεις, ἀδελφέ, τὸ σχῆμα, βλέπε, τίνι προσέρχῃ, τίνι συντάσσῃ, καὶ τίνι ἀποτάσσῃ, καὶ λέγει. Εὐλογητὸς ὁ θεός. Vt supra.

Καὶ κείρει αὐτὸν σταυροειδῶς, καὶ λέγει.

Κείρεται ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ ὁ δεῖνα, ἐν ὀνόματι τοῦ, &c. καὶ οὕτως ἀποκείρει αὐτὸν ἕτερος ἐν τῷ νάρθηκι, ψαλλόντων τῶν συμπαρεστώτων μοναχῶν τὸν, Ἄμωμον, ὁ δὲ ἱερεὺς ποιεῖ τὴν εὐχὴν τοῦ τρισαγίου, καὶ προκείμενον. Κύριος φωτισμός μου. Ὁ ἀπόστολος πρὸς Ἐφεσίους. Ἀδελφοί. Ἐνδυναμοῦσθε. Vt supra.

Ἀλληλούϊα. ἦχος β'. Οὗτος ὁ πτωχὸς ἐκέκραξε. Εὐαγγέλιον ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν. Εἶπεν ὁ κύριος. Ὅστις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν. Καὶ μετὰ τὴν πλήρωσιν τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου πρὸ τῆς ἐκτενοῦς εἰσέρχεται ὁ κουρευθεὶς ἀπὸ τοῦ νάρθηκος εἰς τὸν ναὸν ψαλλόντων τῶν ἀδελφῶν, καὶ τὰ κατὰ συνήθειαν τροπάρια. καὶ μετὰ τὴν συμπλήρωσιν

Officium Monastici habitus.

Dicto tertio Missæ Antiphono, & facto Introitu, conueniunt habitum suscepturi, simul cum Cantoribus, ante altare: iacet autem in sacra mensa Euangelium cum forcipe: completa verò psalmodia, Diacono dicente: Sapientia. *Incipit qui catechizat.* Spontanea voluntate ad Christum accessisti? *& reliqua sicut & in præuio habitus officio dictum est. Qui cùm annuerit, instructionem exorditur.*

Et signat eum cruce in capite. Diacono verò dicente. Deum precemur: *& habitum assumente, genuflexo, precatur Sacerdos, hoc pacto.*

Qui dominator, *&c.*

Pax omnibus. *Diaconus.* Capita nostra.

Sacerdos precatur.

Sancte Domine, Deus virtutum, *&c.*

Erigit deinde ipsum Sacerdos, & è regione Antimensii statuit eum, & extensa manu, ait. Ecce Christus hîc inuisibiliter adstat, vide, Frater, quomodo nullus te cogat, vt ad istud accedas; quia tu sponte aduenisti, & lubens ac volens statum Monasticum elegisti? *Illoque annuente, & dicente:* Ita est: *rursum dicit.* Accipe forcipem, & trade mihi illum: *eoque tradente, accipit illum Sacerdos, & ait.* Ecce, Frater, è manu Christi habitum accipis; vide cui adiungeris, & & cui renuncias: *& infert.*

Benedictus Deus, *&c.*

Et in crucis modum tondet illum, & dicit.

Tondetur seruus Dei N. in nomine, *&c. Atque absoluit alter Tonsuram in Narthece, canentibus Monachis, qui adsunt:* Immaculatum. *Sacerdos autem ter sancti Hymni facit Orationem: additurque Propositum.* Dominus illuminatio mea. *Apostolus ad Ephesios.* Fratres. Confortamini, *&c.*

Alleluia. *Tonus secundus* Hic pauper clamauit. *Euangelium ex Luca.* Dixit Dominus. Si quis vult venire post me. *Et completo sancto Euangelio: ante protensam Orationem aduenit detonsus è Narthece ad templum, cantantque Fratres, modulos de more cantados. Quibus terminatis,*

induit eum Sacerdos: primò quidem tunicam, & dicit. Induitur Frater noſter N. tunicam, &c.

Et his reſpondent Monachi, Domine miſerere. *Tum verò ait.* Frater noſter N. induitur cucullum, *&c.*

Frater noſter N. aſſumit Analabum. Frater noſter N. præcingitur. Frater noſter N. accipit Pallium magni. Frater noſter N. accepit Monaſticum habitum in nomine Patris.

Eo verò accipiente habitum coram ſancta menſa; tum autem ſtante, & caput inclinante: orat Sacerdos ſecreto.

Domine Deus noſter, fidelis, *&c.*

Pax omnibus. *Diaconus.* Capita veſtra. *Poſt hæc Sacerdos precatur.*

Domine Deus noſter, *&c.*

Diaconus protenſam Orationem incipit. Deinde qui habitum aſſumit ex altari egreditur, & coram ſacris foribus ſtat: & protenſa Oratione dicta, oſculantur Monachi ſanctum Euangelium, & aſſumentem habitum. Et de cætero vt de more eſt, complețur Miſſa, detonſo rurſus ad altare ingreſſo: & ibi ſtante vſque ad diuinæ Miſſæ dimiſſionem.

ἐνδύει αὐτὸν ὁ ἱερεὺς, πρῶτον τὸ στιχάριον, καὶ λέγει. Ἐνδύεται ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν ὁ δεῖνα, χιτῶνα. Vt ſupra.

Καὶ ἀποκρίνονται οἱ μοναχοὶ τὸ, κύριε ἐλέησον· εἶτα λέγει. Ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν ὁ δεῖνα, ἐνδύεται τὸ κουκούλιον. Ibidem.

Ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν ὁ δεῖνα, λαμβάνει τὸ ἀνάλαβον. Ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν ὁ δεῖνα, περιζώννυται. Ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν ὁ δεῖνα, λαμβάνει τὸ παλλίον τοῦ μεγάλου. Ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν ὁ δεῖνα, ἀποδύεται. Ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν ὁ δεῖνα, ἔλαβε τὸ μοναχικὸν σχῆμα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς,

Τούτου δὲ λαμβάνοντος σχῆμα ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας τραπέζης σάντος καὶ κλίναντος τὴν κεφαλὴν· εὔχεται ὁ ἱερεὺς μυστικῶς.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ πιστός. Vt in officio ſequenti.

Εἰρήνη πᾶσι. Ὁ διάκονος. Τὰς κεφαλάς. Ὁ δὲ ἱερεὺς εὔχεται.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν. Vt in officio ſequenti.

Ἄρχεται ὁ διάκονος τὴν ἐκτενῆ. Ὁ δὲ λαβὼν τὸ σχῆμα, ἐξέρχεται ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἵσταται πρὸ τῶν ἁγίων θυρῶν· καὶ τῆς ἐκτενοῦς λεγομένης· ἀσπάζονται οἱ μοναχοὶ τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, καὶ τὸν λαβόντα τὸ σχῆμα. καὶ λοιπὸν κατὰ τὸ ἔθος πληροῦται ἡ θεία λειτουργία, εἰσερχομένου τοῦ κουρευθέντος αὐτῆς ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ· καὶ ἱσταμένου μέχρι τῆς ἀπολύσεως τῆς θείας λειτουργίας.

Legitur & alio in loco eiuſdem Cryptoferratenſis Codicis.

Oratio ſuper Mandyam ſuſcepturo.

Domine, Deus noſter, qui dignos, *&c.*

Officium, id eſt Diaconica, & Orationes Angelici virorum habitus.

Poſt modulorum de more Officium, ingreditur Sacerdos, & ad Altaris fores ſtat: & hunc Modulum canere incipit. Tono quarto.

Aperta eſt pœnitentiæ ianua.

Et poſtquam ſæculo renuncians ad Altare fuerit ingreſſus: coram ſacra menſa in terram proſternitur, & dicit Diaconus hæc Diaconica.

In pace Dominum precemur.

Εὐχὴ ἐπὶ τοῦ μέλλοντος λαμβάνειν μανδύον.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ ἀξίους. Vt ſupra.

Reperitur & in Barberino.

Ἀκολουθία ἤγουν διακονικὰ, καὶ εὐχαὶ τοῦ ἀγγελικοῦ σχήματος τῶν ἀνδρῶν.

Μετὰ τὴν κατὰ συνήθειαν ἀκολουθίαν τῶν ἐσπαρείων ἐξέρχεται ὁ ἱερεὺς, καὶ ἵσταται εἰς τὰ θύρα τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἄρχεται τοῦτο τὸ ἐσπάριον, ἦχος δ'.

Ἤνοικται ἡ θύρα τῆς μετανοίας.

Καὶ μετὰ τὸ εἰσελθεῖν τὸν ἀποτασσόμενον ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ· ῥίπτει ἑαυτὸν ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας τραπέζης· καὶ λοιπὸν λέγει ὁ διάκονος τὰ διακονικὰ ταῦτα.

Ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ εὐσταθείας, ὁμονοίας, εἰρήνης, καταστάσεως τοῦ σύμπαντος κόσμου, καὶ τῶν ἁγίων τοῦ θεοῦ ἐκκλησιῶν, καὶ τῆς μονῆς ταύτης, εἰρήνης καὶ ἀσφαλείας αὐτῆς· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ σωτηρίας ἀντιλήψεως καὶ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν τῶνδε προσελθόντων τῷ ἁγίῳ σχήματι· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ κατευθυνθῆναι τὰ διαβήματα ἡμῶν εἰς ὁδὸν εἰρήνης, καὶ τρίβον δικαιοσύνης· τοῦ κυρίου δεηθ.

Ὑπὲρ τοῦ εἰσακουσθῆναι, καὶ εὐπρόσδεκτον γενέσθαι τὴν δέησιν ἡμῶν ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, καὶ τοῦ καταπεμφθῆναι πλούσια τὰ ἐλέη καὶ τοὺς οἰκτιρμοὺς αὐτοῦ, ἐπὶ πάντας ἡμᾶς, καὶ τοῦ καταξιωθῆναι τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· τοῦ κυρίου δεηθ.

Ὅπως φιλάνθρωπος θεὸς ἀξιώσῃ αὐτὸν μετὰ τῆς ἀποθέσεως τῶν τριχῶν, καὶ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς. Τῆς παναγίας.

Καὶ ὁ ἱερεὺς λέγει τὴν εὐχὴν ταύτην τοῦ πρώτου σχήματος.

Κύριε ὁ θεὸς τῆς ἀληθείας ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου ἐπιτίθημι τὴν χεῖρά μου. Vt supra inter varias lectiones: litera, r.

Εὐχὴ δευτέρα εἰς γυναῖκας.

Δέσποτα κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τὴν ὑπερηφανίαν ἐκκόπτων, καὶ καταργῶν τὴν ἔνστασιν τοῦ διαβόλου, ὁ ἐπιχέων τὴν δόξαν τῆς ταπεινοφροσύνης ἐπὶ τὰς κεφαλὰς τῶν ἁγίων σου, καὶ στεφανῶν αὐτοὺς τὸν ἀμάραντον καὶ ἄφθαρτον στέφανον τῆς ζωῆς, καὶ ὁδηγῶν αὐτοὺς εἰς τὴν στενὴν ὁδὸν δι' ἧς εἰσῆλθον οἱ ἅγιοι πατέρες, καὶ ἀπέλαβον τοὺς τόπους τῆς ἀναπαύσεως. αὐτὸς δέσποτα παντοδύναμε, χάρισαι τὴν παρά σου δύναμιν καὶ χάριν τῆς σῆς θεότητος, ἐπὶ ταύτῃ τῇ ψυχῇ καὶ τῷ σώματι τοῦ προσελθόντος ἐνώπιόν σου, καὶ δεχομένου τὸν ζυγὸν τῆς μοναχικῆς καταστάσεως. καὶ δὸς αὐτῷ δέσποτα πανάγαθε ἐξ ὅλης καρδίας ἀποστῆναι ἀπὸ παντὸς κοσμικοῦ καὶ γηΐνου φρονήματος, ὅπως κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν σου πολιτευσάμενος τύχῃ τῆς ζωῆς τῆς αἰωνίου. Σὺ γὰρ εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν· καὶ σοὶ τὴν δόξαν.

Εὐχὴ τρίτου ἐκφώνως.

Ὁ τὴν ἐπουράνιον ταύτην καταδείξας στρατιὰν, καὶ πρὸς ἀφαίρεσιν τῶν ἀφώνων ἐχθρῶν ὅπλισον ὅπλοις πνευματικοῖς καὶ τὸν νῦν εἰς αὐτὴν ἐγγραφόμενον ἀδελφὸν ἡμῶν· καὶ δὸς αὐτῷ ἐν νηφαλίῳ φρονήματι τὸν λοιπὸν διάγειν τοῦ βίου χρόνον ἄμωμον καὶ ἀκηλίδωτον, μετερχόμενον πολιτείαν εἰς εὐαρέστησιν καὶ δόξαν τοῦ πολυϋμνήτου σου ὀνόματος χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ.

Pro bono statu, concordia, pace, ordine totius mundi, & sanctarum Dei Ecclesiarum, & Monasterio isto, pace & securitate eius; Dominum precemur.

Pro salute, auxilio, & remissione peccatorum Fratrum nostrorum N. N. ad sanctum habitum accedentium. Dominum precemur.

Vt in viam pacis, & semitam iustitiæ gressus nostri dirigantur: Dominum.

Vt exaudiatur, & accepta fiat oratio nostra coram Deo: & vt ad nos copiosas misericordias & miserationes transmittat: atque vt regni cœlestis digni efficiamur: Dominum precemur.

Vt clemens Deus noster, cum depositione capillorum, veniam quoque delictorum illi largiatur. Dominum.

Vt liberemur. Sanctissimæ.

Et Sacerdos dicit Orationem hanc primi habitus.

Domine, Deus veritatis, in tuo nomine impono manuum meam, *&c.*

Oratio secunda in mulieres.

Dominator Domine Iesu Christe, Deus noster, qui superbiam comminuis, & Diaboli importunitatem frangis, qui super seruorum tuorum capita humilitatis gloriam infundis, vitæque corona immarcessibili, & incorruptibili eos exornas, & in viam angustam, qua sancti patres ingressi sunt, & quietis loca adepti sunt, eos deducis. Ipse, Domine omnipotens, diuinam tuam virtutem, super animam & super corpus coram te adstantis, & Monasticæ vitæ iugum suscipientis effunde: & da ei, Optime Domine, ab omni mundana & terrestri cogitatione longè abesse: vt secundùm Euangelium tuum conuersatus, vitam æternam consequatur. Tu enim es Deus noster: & tibi gloriam.

Oratio tertia exclamando.

Qui cœlestem hanc militiam instituisti, Fratrem nostrum illi modo adscriptum, in tacitorum hostium perniciem armis spiritualibus instrue: & sobrio mentis proposito, da illi residuum vitæ tempus immaculato & irreprehenso conuictu clarere, ad complacentiam & gloriam celebrandi tui nominis. Gratia & humanitate, *&c.*

Fratris autem nostri huiusce, nomen inscribet Deus in libro vitæ, & omnium nostrûm miserebitur, & cœlestis sui regni dignos efficiet. Quia ipsi conuenit gloria.

Hucusq; quæ ad paruum habitũ pertinẽt.

Et prima Oratione completa, dicit rursus Diaconus.

In pace Dominũ precemur.

Pro sola Dei Catholica Ecclesia, ab extremis terræ, vsque ad extremos eius fines. Dominum precemur.

Pro sanctissimo Patre nostro N. & opere manuum eius. Dominum prec.

Pro salute, auxilio, & remissione peccatorum fratris nostri N. ad sacrum habitum accedentis. Dominum prec.

Vt benignus Deus noster in sancto suo & rationali ouili, *&c.*

Pro cunctis sanctè & studiosè comministrantibus nobis patribus & fratribus, & eorum salute. Dominum.

Pro adstantibus, & precantibus nobiscum in hac hora, & in omni mundo: Dom. sanctissimæ.

Sanctissimæ.

Sacerdos dicit Orationem hanc secundam.

Sancte, bone, qui in sanctis requiescis, Iesu Christe Fili Dei viui, qui superbiam frangis, & hostis importunitatem dissipas, & supernæ sapientiæ gloriam infundis, & coronâ gloriæ exornas, & per viam angustam quâ sancti incesserunt, & quietis suæ loca percipiunt, deducis. Ipse, Domine, da præsentem gratiam & virtutem tuæ Deitatis super animam & corpus ad te accedentium fratrum nostrorum, in nomine tuo sancto primitias sancti habitus suscipientium, vt Spiritus Sancti tui gratia illos sanctifices. Quia sanctus es, Deus noster, & in sanctis requiescis: & tibi gloriam.

Et Oratione completa: dicit iterum Diaconus. Adhuc protense Dominum oremus.

Pro superna pace, & Dei humanitate, & saluto animarum nostrarum.

Pro fratre nostro N. & salute eius: Dominum precemur.

Vt benignus Deus noster suscipiat, & in sancto & spirituali suo ouili cum constituat: Dominum precemur.

Καὶ ὁ κύριος τοῦ ἀδελφοῦ ὑμῶν τοῦδε, ἐγγράψει τὸ ὄνομα ἐν βίβλῳ ζωῆς, καὶ πάντας ἡμᾶς ἐλεήσει, καὶ ἀξιώσει τῆς ἐπουρανίου αὐτοῦ βασιλείας. ὅτι αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα.

Ἕως ὧδε τοῦ μικροῦ σχήματος.

Καὶ πληρουμένης τῆς πρώτης εὐχῆς λέγει πάλιν ὁ διάκονος.

Ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῆς ἁγίας μόνης τοῦ θεοῦ καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἀπὸ γῆς περάτων, καὶ μέχρι τῶν περάτων αὐτῆς· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ ὁσιωτάτου πατρὸς ἡμῶν τοῦδε, καὶ τῶν ἔργων τῶν χειρῶν αὐτοῦ· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ σωτηρίας, ἀντιλήψεως, καὶ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν, τοῦδε, προσελθόντος τῷ ἁγίῳ σχήματι. τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὅπως φιλάνθρωπος ὁ θεὸς ἡμῶν ἐν τῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ καὶ λογικῇ ποίμνῃ. Vt supra.

Ὑπὲρ μετὰ σπουδῆς καὶ εὐλαβείας πάντων τῶν συνδιακονούντων ἡμῖν πατέρων καὶ ἀδελφῶν, καὶ τῆς σωτηρίας αὐτῶν. τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῶν συμπαρόντων καὶ συνευχομένων ἡμῖν ἐν ταύτῃ τῇ ὥρᾳ, καὶ ἐν παντὶ κόσμῳ. τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Τῆς παναγίας.

Ὁ ἱερεὺς λέγει τὴν εὐχὴν τὴν δευτέραν.

Ἅγιε, ἀγαθέ, ὁ ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενος, Ἰησοῦ Χριστὲ υἱὲ θεοῦ τοῦ ζῶντος, ὁ τὴν ὑπερηφάνειαν ἐκκόψας, καὶ καταργήσας τὴν ἔνστασιν τοῦ ἀντικειμένου, καὶ ἐπιχέων τὴν δόξαν τῆς ἄνω φρονήσεως, καὶ στεφανῶν τῷ στεφάνῳ τῆς δόξης καὶ ὁδηγῶν διὰ τὴν στενὴν ὁδὸν δι᾽ ἧς διῆλθον οἱ ἅγιοι, καὶ ἀπείληφαν αὐτῶν τοὺς τόπους τῆς ἀναπαύσεως. αὐτὸς δέσποτα δώρησαι τὴν πρόσοδον δύναμιν καὶ χάριν τῆς σῆς θεότητος ἐπὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα τῶν προσελθόντων σοι τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν, τῶν καὶ δεξαμένων τὴν ἀπαρχὴν τοῦ ἁγίου σχήματος ἐν τῷ ὀνόματί σου τῷ ἁγίῳ· ἵνα καὶ αὐτοὺς ἁγιάσῃς ὁλοτελεῖς διὰ τῆς χάριτος τοῦ ἁγίου σου πνεύματος. Ὅτι ἅγιος εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ ἐν ἁγίοις ἀναπαύῃ· καὶ σοὶ τὴν δόξαν.

Καὶ πληρουμένης τῆς εὐχῆς, λέγει πάλιν ὁ διάκονος. Ἔτι ἐκτενῶς· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης, καὶ τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας, καὶ σωτηρίας τῶν ψυχῶν ἡμῶν· τοῦ κυρίου δεηθ.

Ὑπὲρ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν, ὁ, καὶ τῆς σωτηρίας αὐτοῦ· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὅπως φιλάνθρωπος ὁ θεὸς ἡμῶν προσδέξηται, καὶ καταλέξῃ αὐτὸν ἐν τῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ, καὶ λογικῇ ποίμνῃ· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Καὶ καταξιώσῃ αὐτὸν τῆς ἐκκλησιῶν αὐτοῦ στάσεως, καὶ τῆς μετ' ἀγγέλων χορείας· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Τῆς παναγίας.

Καὶ ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχὴν ταύτην τοῦ σχήματος.

Ὁ ὢν δέσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ πλάσας τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα σου καὶ ὁμοίωσιν, καὶ δοὺς αὐτῷ πρόσταγμα ζωῆς αἰωνίου· ἐκπεσόντα δὲ αὐτὸν διὰ τῆς ἁμαρτίας οὐχ ὑπεριδών, ἀλλ' οἰκονομήσας διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ τὴν αὐτοῦ σωτηρίαν καὶ ἐπιστροφήν. δεόμεθά σου καὶ παρακαλοῦμεν πανάγιε σωτὴρ ἡμῶν κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου, ἐπίβλεψον ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τόνδε, καὶ προσδέξαι αὐτὸν πρὸς σὲ καταφεύγοντα, καὶ καταπέμψον ἐπ' αὐτὸν τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον, τὸ κύριον καὶ ζωοποιόν, τὸ κατελθὸν ἐπὶ τοὺς ἁγίους σου ἀποστόλους· καὶ ἔνδυσον αὐτὸν χιτῶνα δικαιοσύνης, καὶ περίβαλε στολὴν ἀφθαρσίας, καὶ περίζωσον τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ δύναμιν ἀληθείας, καὶ περικεφαλαίαν ἐλπίδα σωτηρίου κατακόσμησον αὐτόν, κάθαρον τὸ φρόνημα αὐτοῦ ἀπὸ μιαρῶν ἐπιθυμιῶν, καὶ κενῆς ἀπάτης, καὶ πάσης διαβολικῆς ἐνεργείας· ῥῦσαι αὐτὸν ἀπὸ φαντασμάτων πονηρῶν καὶ ἀκαθάρτων· ἄνοιξον τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας αὐτοῦ εἰς τὸ καταυγάσαι αὐτῷ τὸν φωτισμὸν τῶν ἐντολῶν σου, σύζευξον τῇ ζωῇ αὐτοῦ ἄγγελον φωτεινόν. ἀπέλασον ἀπὸ τῆς διανοίας αὐτοῦ πᾶν ψεῦδος, πᾶν φαῦλον, πάντα πειρασμὸν βιωτικόν, πᾶσαν πλεονεξίαν, πᾶσαν κίνησιν σαρκὸς καὶ πνεύματος ἀπαλλοτριουμένην τῆς σῆς θεότητος. ἐνδυνάμωσον αὐτὸν πρὸς τὸν κατὰ τοῦ ἐχθροῦ πόλεμον· ἵνα γένηται φοβερὸς τοῖς ὑπεναντίοις, ἀνάλωτος τοῖς πολεμίοις. πάσης ἡδονῆς καὶ πάσης αἰσχρᾶς ἐπιθυμίας ὑψηλότερος, ὑπακοὴν παιδευόμενος, ἐγκράτειαν μετερχόμενος, ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις δοξάζων τὸ πάντιμον καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου, τοῖς ἴχνεσι συνακολουθῶν τοῦ μεγάλου σου προφήτου Ἠλίου, καὶ τοῦ ἁγίου προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου· ἵνα φθάσας τὸ μέτρον τῆς τελειότητος, τὸν δρόμον τελέσῃ, τὴν πίστιν τηρήσῃ, καὶ ἐνδυσάμενος τὴν τῶν ἀγγέλων ἀφθαρσίαν, καὶ συναριθμηθεὶς τῇ ἁγίᾳ σου ποίμνῃ, τύχῃ τῆς ἐκ δεξιῶν σου στάσεως, καὶ καταξιωθῇ ἀκοῦσαι τῆς μακαρίας ἐκείνης φωνῆς τῆς λεγούσης· ἔλθετε, εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου· καὶ ἡμᾶς σὺν αὐτῷ κληρονόμους ἀνάδειξον ὁ θεὸς ἡμῶν τῇ σῇ χάριτι. Ὅτι σὺ εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ θεὸς ἐλεεῖν καὶ σώζειν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν.

Et dignum existimet Ecclesiarum suarum statione, & Angelorum Choro: Dominum precemur.

Deiparæ.

Sacerdos Orationem hanc habitus dicit:

Dominator, Domine Deus noster, qui ad imaginem & similitudinem tuam creasti hominem, & æternæ vitæ mandatum ei dedisti, lapsum verò per peccatum non contempsisti, verum per Incarnationem Filij tui, salutem & conuersionem eius disposuisti: te, Saluator noster, secundùm misericordiarum tuarum multitudinem rogamus & precamur; in nos & in famulum tuum N. respice, & ad te confugientem suscipe, & Spiritum Sanctum tuum principalem & viuificum, in sanctos Apostolos tuos olim illapsum ad eum transmitte: tunica iustitiæ indue illum, & incorruptionis amictu circumcinge, lumbos illius veritatis virtute circumda; & galea spe salutis illum exorna, à praua libidine, vana fallacia, & omni diabolica arte cogitatum eius expurga: à prauis & immundis cogitationibus illum exime, & vt mandatorum tuorum illustretur lumine, mentis eius oculos aperi, & Angelum lucis eius vitæ adiunge. Mendacium omne, nequitiam omnem, omnem vitæ tentationem, omnem cupiditatem, omnem carnis & spiritus motum à tua diuinitate alienantem ab eo remoue. In bello aduersus hostem corrobora, vt tremendus inimicis, inexpugnatus aduersariis, omni voluptate turpique concupiscentia superior, euadat: humilitatem addiscat, continentiam obeat, Psalmis & Hymnis venerandum & magnificum nomen tuum, vestigia magni Prophetæ Eliæ, & sancti Præcursoris & Baptistæ Ioannis sequutus, extollat: vt perfectionis mensuram assequutus, cursum consummet, seruet fidem, & Angelica incorruptione indutus, ouili sancto tuo connumeratus, locum à dextris tuis nanciscatur, & beatam illam vocem mereatur audire: Venite benedicti Patris mei, percipite paratum vobis regnum à constitutione mundi. Nosque pariter eiusdem regni hæredes, ô Deus tua gratia constitue. Quia tu es Deus noster, Deus miserendi & saluandi: & tibi gloriam referimus.

Et Diaconus hanc orationem habet. Adhuc intensè: Dominum precemur.

Pro sanctissimo patre nostro Presbytero, & opere manuum eius: Dominum precemur.

Pro salute, auxilio, & remissione peccatorum fratris nostri, N. sancto habitu decorati: Dominum precemur.

Sanctissimæ, &c.

Et Sacerdos Orationem hanc recitat post habitum susceptum.

Domine Deus salutis nostræ, qui omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo Iesu Domino nostro nos benedicis: benedic seruum tuum N. & in lege tua custodi illum. Da illi non in vanum currere, sed omnem nequitiam in veritate fugere, & cum fide, spe, & charitate, ad vitam æternam consequendam, sectari virtutem omnem: & sancto habitu ornatum amictu corporis iustitiam profiteri, zonâ corporis mortificationem modestiamque in seipso circumferre. Analabo vero velut cruce & fide exornari, vt cuncta maligni tela ignita valeat extinguere: galeam quoque salutis assumat, & gladium spiritus, quod est verbum Dei.

Exclamando. Gratia & miserationibus.

Καὶ ποιεῖ ὁ διάκονος εὐχὴν ταύτην. Ἔτι ἐκτενῶς· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ ὁσιωτάτου πατρὸς ἡμῶν πρεσβυτέρου, καὶ ἔργου τῶν χειρῶν αὐτοῦ· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ σωτηρίας, ἀντιλήψεως, καὶ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν, τοῦδε, καταξιωθέντος τῷ ἁγίῳ σχήματι· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Τῆς παναγίας.

Καὶ ὁ ἱερεὺς λέγει τὴν εὐχὴν ταύτην τὴν μετὰ τὸ σχῆμα.

Κύριε ὁ θεὸς τῆς σωτηρίας ἡμῶν, ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, εὐλόγησον τὸν δοῦλόν σου, τὸν δεῖνα, καὶ φύλαξον αὐτὸν ἐν τῷ νόμῳ σου· χάρισαι αὐτῷ μὴ εἰς κενὸν τρέχειν, ἀλλ᾽ ἐν ἀληθείᾳ φυγεῖν πᾶσαν κακίαν, καὶ μεταδιώκειν πᾶσαν ἀρετὴν μετὰ πίστεως, ἐλπίδος, καὶ ἀγάπης, εἰς τὸ ἐπιλαβέσθαι τῆς αἰωνίου ζωῆς· καὶ ἀξίωσον αὐτὸν ἐνδυσάμενον τὸ ἅγιον σχῆμα, τῷ μὲν περιβολαίῳ τῆς δικαιοσύνης ἀντέχεσθαι, τῇ δὲ ζώνῃ τὴν νέκρωσιν τοῦ σώματος, καὶ τὴν σωφροσύνην ἐν αὐτῷ περιφέρειν, τῷ δὲ ἀναλάβῳ τοῦ σταυροῦ καὶ τῇ πίστει κατακοσμεῖσθαι· καὶ πάντα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβέσαι· καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου δέξασθαι, καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος ὅ ἐστι ῥῆμα θεοῦ.

Ἐκφώνως. Χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς.

IN OFFICIVM PARVI HABITVS, id est Pallij. Notæ.

1 ΑΚολουθία.] Officii præsentis prout in editis iacet discrimen, à præcedenti τοῦ ἀρχαρίου, & à mox sequuturo, τοῦ μεγαλοσχήμου, nullus non videt: excerptorum tamen è MS Cryptæ Ferratæ & Barberino, nuper exaratorum, ab hoc & à sequente edito differentiam & vsum non facile est assignare: tum quia in Barberino vnicum est, atque ita tam μικροσχήμοις quam μεγαλοσχήμοις potest deseruire; imo & attente perspectis eius verbis, vtrisque commune esse comperitur: nam & primæ tres eius orationes τοῦ πρώτου σχήματος esse propriæ conspiciuntur, primamque eius partem μικροσχήμοις instituendis esse dicatam, non immerito ex verbis tertiæ orationi subiunctis coniicimus, quæ indicant ibidem finiri μικροσχήμων officium; sequentem vero partem priori adiunctam ad μεγαλοσχήμων habitum pertinere: quæ ratio est vt hic non incommode collocari potuerit. Cryptoferratense vero cum duo Monachi instituendi officia exhibeat: primum, ἐπὶ τοῦ μέλλοντος λαμβάνειν μανδύον, alterum, τοῦ μοναδικοῦ Σχήματος: illud μικροσχήμοις adaptari, qui μανδύαν illorum habitum esse nouerit, nusquam inficias ibit. Hoc nihilominus τοῦ μοναδικοῦ Σχήματος (proprium forsan τῶν μεγαλοσχήμων) hoc in loco reponendum censui, tum quia eiusdem ritus in eodem Euchologio nonnunquam plura occurrunt officia, & plures orationes, tum etiam quia cum cærimoniæ parui & magni habitus non sint absimiles; vnum & idem officium potest facile vtrique accommodari.

2 Τοῦ μικροῦ Σχήματος.] Vt tres sunt Monasticæ vitæ gradus penes Græcos, ita & tria vestium sunt genera, triplici solemnitatis precumque ritu in Ecclesia suscipienda. ἀρχαρίων *nouitiorum* est ῥάσος *tunica*, cingulum & pileus: τελείων καλογέρων, *religiosorum perfectorum*, id est votis perennibus adstrictorum, est μανδύας *Pallium*: aliorum rursus subliniorum est κουκούλιον, *Cuculla*. Τέλειοι καλόγεροι, μανδύαν gerentes in sublimiorem ordinem cui sanctior habitus debetur nondum aggregati, habitu minori

nori τοῦ μικροῦ contenti, μικρόσχημοι, vel τοῦ μικροῦ σχήματος appellantur: ſupra illos tamen virtutis ſtudio prouectiores, & amplioris perfectionis profeſſione magis adſtricti ſunt Cucullo donati, & hi τοῦ μεγάλου καὶ ἀγγελικοῦ σχήματος, ſiue μεγαλόσχημοι vulgo dicuntur. Horum exemplum imitantur apud nos S. Ioannis Hieroſolymitani milites, inter quos ordini primò nomen dantes, ſunt ἀρχάειοι, quos ſequuntur μικρόσχημοι profeſſi minori cruce inſigniti, omneſque tandem ſuperant, *les grandes Croix*, maiori cruce propter merita & præfecturas donati, μεγαλόσχημοι.

3 Σχήματος.] Σχῆμα in vniuerſum, Monaſticum habitum ſignificat: ita Synaxarion in vita Anaſtaſij Perſæ Martyris, γενόμενος ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἁγίου Σάββα τὸ ἱερὸν τῶν μοναχῶν σχῆμα λαμβάνει. *Cum eſſet in Monaſterio S. Sabbæ ſacrum Monachorum habitum ſuſcipit.* Singulos tamen ordines religioſorum à ſe veſtibus & inſtitutis diſcretos prodit eadem dictio, in cuius vſu dici ſolent τὸ Βασιλείου τὸ σχῆμα, τὸ Ἀντωνίου τὸ σχῆμα: *Baſilii ordo, Antonii ordo & religio.*

4 Τὸ μικρόν.] Subintellige *ſignum.* De ſignorum differentiis alibi commodius.

5 Ἐκκλησιάρχης.] Obit ille in Monaſteriis munus σκευοφύλακος *ſacriſta*, eius inſtitutio prece ſuperioris firmata reperitur in Allatiano Euchologio, hoc pacto.

Τάξις γινομένη ἐπὶ χειροτονίας, εἴτ' οὖν προχειρίσεως ἐκκλησιάρχου, ἢ οἰκονόμου μονῆς, ἢ κελλαρείτου.

Ordo ſolitus obſeruari in Ordinatione, id eſt Promotione præfecti Eccleſiæ, ſiue Oeconomi Monaſterij, aut Cellarij.

Μετὰ τὴν εὐλογητόν. τρισάγιον. τροπάριον τοῦ ἁγίου τοῦ ἐν τῷ ναῷ. θεοτόκιον. Ὁ διάκων λέγει· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Poſt benedictionem à principio datam, Ter Sanctum Hymnum. Modulum ſancti cuius eſt Eccleſia. Alterius in Deiparam. Diaconus dicit: Dominum precemur.

Ὁ δὲ ἱερεὺς εὔχεται οὕτως.

Sacerdos autem hoc pacto precatur.

Σὲ ἱκετεύομεν πολυεύσπλαγχνε κύριε, ὁ θεὸς ἡμῶν, τὸν ἀπαράθητον καὶ ἀνεξερεύνητον καὶ ἀνερμήνευτον. ἔπιδε ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τόνδε, τὸν προχειριζόμενον ἀφ' ἡμῶν τῶν εὐτελῶν καὶ ἀναξίων δούλων σου εἰς διακονίαν τοῦ ἐκκλησιάρχου τάγματος, μετὰ φόβου θεοῦ ἐν πάσῃ ἰσχύϊ, ἀγογγύστως ἐν ὑπομονῇ, ἐν ὑπακοῇ, καταξίωσον διακονεῖν. σὺ γὰρ μείζονας ἀπέφηνας τοὺς διακονοῦντας, ἢ διακονουμένους. ναὶ δέσποτα κύριε δὸς αὐτῷ καλῶς τὸ ἐπίταγμα ὑπουργῆσαι, ἵνα τὸν μισθὸν τῶν φρονίμων καὶ πιστῶν οἰκονόμων τύχῃ, καθὼς διὰ τοῦ εὐαγγελίου λέγεις. Ὅτι ἡγίασται καὶ δεδόξασται τὸ πάντιμον καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ.

Te rogamus, miſericors Domine Deus noſter, omnium cognitorem, inueſtigabilem & inenarrandum; reſpice ſuper ſeruum tuum N. in miniſterium Eccleſiarchæ gradus à nobis abiectis & indignis famulis tuis promotum. Cum timore Dei in virtute, ſine murmure, in patientiâ, & obedientiâ illum miniſtrare concede: tu namque dominis miniſtros maiores fore enunciaſti. Ita Domine: iniunctum officium recte illum obire præſta: vt iuxta Euangelij tui verbum, prudentium fideliumque ſeruorum mercedem conſequatur. Quia ſanctificatum & glorificatum eſt venerandum & magnificum nomen tuum: Patris, & Filij.

Εἰρήνη πᾶσι. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Pax omnibus. Dominum precemur.

Ὁ ἀρχιερεὺς εὔχεται.

Pontifex ita precatur.

Ὁ θεὸς ὁ μέγας, καὶ θαυμαστὸς, ὁ αἰώνιος, ὁ πρὸ αἰώνων ὑπάρχων, ὁ διὰ τῆς ἀρρήτου καθόδου τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, καὶ τῆς ἐπιφοιτήσεως τοῦ ἁγίου σου πνεύματος ὑποδείξας ἡμῖν τὰς εἰς σωτηρίαν ὁδούς· αὐτὸς καὶ νῦν δεόμεθά σου κύριε ἐπίπεμψον ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τόνδε, τὸν προσελθόντα εἰς ἔργον διακονίας, εἰς τιμὴν καὶ δόξαν τοῦ ἁγίου σου ὀνόματος. ἐνίσχυσον αὐτὸν δέσποτα, ἐνδυνάμωσον ἀνελλιπῆ· ἵνα ἐν ὑπομονῇ καὶ καρτερίᾳ πολλῇ τοῦ φόβου σου ἐξυπηρετησάμενος τῇ ἐκκλησίᾳ σου, καὶ οἰκονομῶν πᾶσι τοῖς τὸ ἅγιόν σου ὄνομα φοβουμένοις, τύχῃ τῆς μερίδος τῆς παρὰ σοῦ βοηθείας, καὶ ἀντιλήψεως, καὶ μὴ ἐκπέσῃ τῶν αἰωνίων σου ἀγαθῶν· ἀλλ' εὕρῃ χάριν

Deus magnus, & mirabilis, æternus, & ante ſæcula exiſtens, qui per ineffabilem Filij tui deſcenſum, & ſancti tui Spiritus aduentum, ſalutis nobis vias demonſtraſti: ipſe, & nunc Domine, ſuper nos & ſuper ſeruum tuum N. in honorem & gloriam ſancti tui nominis ad opus miniſterij tui accedentem, ſanctum tuum Spiritum rogamus mitte: corrobora eum Domine, & conforta ne deficiat: vt in patientiâ & timoris tui perſeuerantiâ plurimâ Eccleſiæ tuæ deſeruiens, & omnibus ſanctum nomen tuum timentibus adminiſtrans, auxilij ſubſidiique tui partem conſequatur, nec ab æternis tuis bonis excidat: ſed & gratiam

& misericordiam coram te iugiter per Christi tui merita inueniat. Tuum est enim misereri, & saluare Deus noster: & tibi gloriam.

καὶ ἔλεος ἐνώπιόν σου διαπαντὸς διὰ τὴν εὐεργεσίαν τοῦ Χριστοῦ σου. Σοῦ γάρ ἐστι τὸ ἐλεεῖν, καὶ σώζειν ὁ Θεὸς ἡμῶν· καὶ σοὶ τὴν δόξαν.

Vetusta vero edita cum M S & Symeone Thessalonicensi, non Ecclesiar him Monasterij, sed proprium Susceptorem μελλοκουρεύτην, *Monachum detondendum*, deducere præcipiunt. Velut enim Christianæ, ita religiosæ vitæ ducendæ Sponsores exigit Ecclesia, scripsit propterea Ius Græcorum. οἱ θεῖοι κανόνες διορίζονται κατὰ τὸ ἀπαραίτητον εἰς μοναστήρια τὰς ἀποκάρσεις γίνεσθαι, καὶ ὑπὸ ἀναδόχων τὰς συνθήκας τῶν ἀποκειρομένων δέχεσθαι. *Diuini Canones detonsiones Monachorum in Monasteriis citra recusationem fieri præcipiunt, & conuentiones, id est vota, eorum qui tondentur à Fideiussoribus suscipi.* Is autem Fideiussor est, qui Monachum deinceps regere debet, & vt fidei suæ commissi curam semper gerere: idque qui in Patrum vitis *Seniores* dicuntur, in officio succedit, & est alius à Monasterii præfecto: de quo à paucis intellectus primæ & secundæ C. P. Synodi Canon secundus loquitur, quem Blastares publici iuris breui faciendus lucidissime exponit τῷ Μ. στοιχείῳ cap. 15.

6 Εἶτα τῷ ἡγουμένῳ.] Votum obedientiæ in superioris quem hic agnoscit & colit manibus emissurus nouitius, suggerit vt & ipsius superioris institutionem, in editis non extantem, ex M S. exceptam hoc loco reponamus. Ac primo ex Allatiano Euchologio.

Ordo solitus obseruari in superioris promotione.

Accedit ad Monasterium Pontifex, & si quidem celebrare voluerit Pontificium omnem ornatum assumit, & à benedictione auspicatur: dicit Ter sanctum. Modulum sancti cuius est Monasterium. Gloria. Et nunc. *Tum vero à Monachis Sacerdotibus Monasterij illius coram Pontifice præsentatur electus hoc pacto.* Reuerendissimus Sacerdos Monachus N. electus, confirmatus ad sanctas preces suscipiendas præsentatur vt superior & pastor venerandi N. Monasterij constituatur. *Et post secundam præsentationem exclamat Pontifex.* Sancti Spiritus diuina gratia, sit tecum illuminans, confirmans, & intellectum tibi suggerens omnibus diebus vitæ tuæ: *Et dicit Sacerdos clara voce*: Attendamus. *Pontifex autem manum impositam tenens sic precatur.*

Τάξις γινομένη ἐπὶ προχειρίσει ἡγουμένου.

Παραγίνεται ὁ ἀρχιερεὺς ἐν τῇ μονῇ, καὶ εἴπερ βούληται λειτουργῆσαι, ἀμφιάσει πᾶσαν τὴν ἀρχιερατικὴν στολήν· καὶ λέγει Εὐλογητός. Τρισάγιον. Ἀπολυτίκιον τοῦ ἁγίου τῆς μονῆς. Δόξα. καὶ νῦν. Εἶτα προσφέρεται ὁ ὑποψήφιος ὑπὸ τῶν τῆς μονῆς ἱερομονάχων ἔμπροσθεν τοῦ ἀρχιερέως οὕτως. Προσφέρεται ὁ αἰδεσιμώτατος ἱερομόναχος, ὁ, καὶ ὑποψήφιος στερεωμένος τοῦ λαβεῖν τὰς ἁγίας εὐχὰς, καὶ ἐνθρονισθῆναι εἰς ἡγούμενον καὶ ποιμένα τῆς σεβασμίας μονῆς ὁ. καὶ μετὰ τὴν δευτέραν προσαγωγὴν βοᾷ ὁ ἀρχιερεύς. Η θεία χάρις τοῦ ἁγίου πνεύματος εἴη μετὰ σοῦ φωτίζουσα, στηρίζουσα, καὶ συνετίζουσά σε πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου. Καὶ λέγει ὁ ἱερεὺς μεγαλοφώνως. Πρόσχωμεν. Ὁ δὲ ἀρχιερεὺς ἐπικειμένην ἔχων τὴν χεῖρα ἐπεύχεται οὕτως.

Deus qui salutis humanæ iugiter curam habes, qui & rationale hoc ouile in vnum colligis: ipse omnium Domine seruum tuum inculpatum, mandata tua indeficienter custodientem immensa tua humanitate protege, vt nulla hic ouis pereat, aut à lupo corrumpatur: seruum, inquam, tuum quem superiorem huic ouili præfici tibi complacuit dignum tua bonitate ostende, & omnibus virtutibus exorna, vt per opera propria subditis bonum exemplum fiat, & ipsi inculpatæ conuersationis illius æmulatores existant, & cum ipso tremendo tuo iudicio incondemnati assistant.

Ὁ Θεὸς ὁ διὰ παντὸς τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας πρόνοιαν ποιούμενος, ὁ καὶ τὴν λογικὴν ταύτην ποίμνην ἐπὶ τὸ αὐτὸ εἰς ἓν συναγαγὼν αὐτὸς δέσποτα τῶν ἁπάντων τῇ ἀμέτρῳ σου φιλανθρωπίᾳ ἄμεμπτον τὸν δοῦλόν σου διατήρησον τὰς σὰς ἐντολὰς ἀδιαλείπτως φυλάττοντα, πρὸς τὸ μὴ ἀπολέσθαι ἐξ αὐτῆς ἓν πρόβατον, καὶ ὑπὸ λύκου διαφθαρῆναι· καὶ τὸν δοῦλόν σου τοῦτον, ὃν εὐδόκησας καταστῆναι ἐπ' αὐτῆς ἡγούμενον ἄξιον ἀνάδειξον τῆς σῆς ἀγαθότητος, καὶ πάσαις ταῖς ἀρεταῖς διακόσμησον διὰ τῶν ἰδίων ἔργων ἀγαθὸν τύπον τοῖς ὑπ' αὐτὸν γινόμενον, ὥστε αὐτοὺς ζηλωτὰς αὐτοῦ γενέσθαι τῆς ἀμέμπτου αὐτοῦ πολιτείας, καὶ σὺν αὐτῷ ἀκατακρίτως στῆναι τῷ φοβερῷ σου βήματι.

Ἐκφώνως. Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα.

Καὶ εὐθὺς εἷς τῶν ἱερέων λέγει. Ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ σύμπαντος.

Ὑπὲρ τοῦ ἐπισκόπου ἡμῶν ὁ. καὶ τοῦ ἔργου τῶν χειρῶν αὐτοῦ· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ νυνὶ προχειριζομένου ὁ. εἰς ἡγούμενον καὶ ποιμένα τῆς σεβασμίας μονῆς ὁ. τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὅπως ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς ἡμῶν ἐν εἰρήνῃ, καὶ ὁμονοίᾳ, καὶ καταστάσει διαφυλάξῃ τὴν αὐτοῦ ἀδελφότητα· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν πάντων· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῆς ἁγίας μονῆς ταύτης· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς.

Ἀντιλαβοῦ. Τῆς παναγίας.

Ὅτι σὺ εἶ ὁ ἁγιάζων τὰ σύμπαντα· καὶ σοὶ τὴν δόξαν.

Ὁ ἀρχιερεύς. Εἰρήνη πᾶσι· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Κλῖνον κύριε τὸ οὖς σου, καὶ ἐπάκουσον τῆς δεήσεως ἡμῶν, καὶ ἀνάδειξον τὸν δοῦλόν σου τοῦτον τὸν καθηγούμενον ταύτης τῆς σεβασμίας μονῆς πιστὸν καὶ φρόνιμον οἰκονόμον τῆς ἐμπιστευθείσης αὐτῷ ὑπὸ τῆς σῆς χάριτος λογικῆς ποίμνης, ποιοῦντα ἐν πᾶσι τὸ θέλημά σου, καὶ ἄξιον τῆς ἐπουρανίας σου βασιλείας γινόμενον.

Ἐκφώνως. Χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς, καὶ φιλανθρωπίᾳ, τοῦ.

Καὶ ἐνθρονιάζει αὐτὸν μέσον τῆς ἐκκλησίας ἐπὶ δίφρου, καὶ ἐπαίρων τὸ παλλίον αὐτοῦ, καὶ φορεῖ αὐτῷ ἄλλο καινόν· καὶ λέγει.

Ἐνθρονιάζεται ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ ὁ, ὁ ἱερομόναχος εἰς ἡγούμενον καὶ ποιμένα τῆς σεβασμίας μονῆς ὁ. καὶ ὑψοῦσιν αὐτὸν ὅλοι οἱ μοναχοὶ ἐκ τρίτου λέγοντες. Ἄξιος, ἄξιος, ἄξιος. Καὶ ἀσπάζεται ὁ ἐπίσκοπος τὸν ἡγούμενον, καὶ ὅλοι οἱ καλόγεροι· καὶ παραδίδει ὁ ἀρχιερεὺς αὐτῷ τὴν βακτηρίαν λέγων. Λάβε ταύτην τὴν βακτηρίαν ἐφ᾽ ᾗ στηριζόμενος τὸ ποιμνίον σου κυβερνήσῃς· ὅτι καὶ λόγον μέλλεις ἀποδοῦναι ὑπὲρ αὐτοῦ τῷ ἡμετέρῳ Θεῷ ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως.

Καὶ πολυχρονίζεται ὁ ἀρχιερεύς, καὶ ὁ ἡγούμενος· καὶ ἄρχεται ἡ λειτουργία.

Exclamando. Quia tuum est regnum, & tua est virtus, & gloria.

Et confestim vnus Sacerdotum dicit. In pace Dominum precemur.

Pro superna pace vniuersi.

Pro Episcopo nostro N. & opere manuum eius: Dominum precemur.

Pro nunc promoto N. in Præfectum & Pastorem venerandi Monasterij N. Dominum precemur.

Vt benignus Deus noster, in pace, & concordia, & bono statu fraternitatem eius conseruet. Dominum precemur.

Pro fratribus nostris omnibus: Dominum precemur.

Pro sancto hoc Monasterio. Dominum precemur.

Vt liberemur.

Suscipe. Sanctissimæ.

Quia tu sanctificas omnia: & tibi gloriam.

Pontifex. Pax omnibus. Dominum precemur.

Inclina, Domine, aurem tuam, & exaudi deprecationem nostram, & seruum tuum venerandi huius Monasterij renuncia superiorem, fidelem & prudentem œconomum ouilis ipsi à tua gratia crediti, in omnibus voluntatem tuam exequentem, & cœlesti regno tuo dignum

Exclamando. Gratia, & miserationibus, & humanitate.

Tum verò in sellâ, in Ecclesiæ medio locat illum: tollitque ab eo pallium, & nouo illum induit: dicitque:

Locatur in solio seruus Dei N. & fit Superior & Pastor venerandi Monasterij N. *Et eleuant eum cuncti Monachi dicentes, ter.* Dignus. Dignus. Dignus. *Et Episcopus superiorem osculo excipit: sicut & cuncti Monachi. Pedumque illi exhibet Pontifex, dicens:* Accipe baculum hunc, quo fulcitus ouile tuum regas: quia rationem eius in die iudicij Deo nostro redditurus es.

Deinde multos annos precantur Pontifici, & Superiori: & incipit Missa.

Ex Cryptoferratensi Bessarionis, & Barberino S. Marci.

Oratio in promotione superioris in (sancto) Patriarchio.

Adducitur promouendus, præsentibus Monachis omnibus eum eligentibus. Et dicente Diacono. Dominum precemur.

Imponit super eo manum Patriarcha, cruceque illum signat, & precatur hoc pacto.

Deus qui iugiter, &c.

Et dicto, Amen, *dicit.* Pax omnibus.

Et Diacono dicente. Capita vestra.

Rursum precatur.

Inclina Domine, &c.

Et dicto, Amen, *impositum ab eo tollit Pallium: & aliud circumponit: eumque osculatus, dimittit.*

Εὐχὴ ἐπὶ προχειρίσει ἡγουμένου ἐν τῷ (Barb. ἁγίῳ) πατριαρχείῳ.

Προσάγεται ὁ μέλλων προχειρίζεσθαι, παρόντων καὶ πάντων τῶν ψηφισαμένων αὐτὸν μοναχῶν· καὶ λέγοντος τοῦ διακόνου· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Επιτίθησι τὴν χεῖρα ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ὁ πατριάρχης, σφραγίζων καὶ ἐπευχόμενος οὕτως.

Ο θεὸς ὁ διὰ παντός. Vt supra in Allatiano.

Καὶ μετὰ τὸ, ἀμὴν, λέγει. Εἰρήνη πᾶσι.

Καὶ τοῦ διακόνου λέγοντος. Τὰς κεφαλάς.

Επεύχεται πάλιν.

Κλῖνον κύριε. Ibidem.

Καὶ μετὰ τὸ, ἀμὴν, ἐπαίρει τὸ ἐπικείμενον αὐτῷ πα[λλ]ιον, κ[αὶ] περιτίθησιν αὐτῷ ἕτερον· καὶ ἀσπαζόμενος αὐτὸν ἀπολύει.

---

7 Ισταται ἐπὶ τῶν βασιλικῶν πυλῶν.] Pœnitentiæ status est, Monachalis status hac causa qui illum ambit, ad Pœnitentiæ locum Narthecem occupandum se confert: hæc est Symeonis Thessalonicensis mens, Monachalem vitam Pœnitentiæ exercitiis subordinantis lib. de Sacram. ὡς δῶρον προσφέρεται, ἐξάγων αὐτὸς ἑαυτὸν τοῦ κόσμου, καὶ πρὸ τῶν πυλῶν ἵσταται, ἐπεὶ οὐδέπω συναρίθμιος τοῖς ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις ἀγγελικοῖς· ἀλλὰ καὶ ὡς μετανοῶν πρὸ τοῦ παραδείσου καὶ τοῦ ναοῦ ἵσταται, εἰσενεχθῆναι δυσωπῶν, καὶ τῆς θείας ἀρξαμένης μυσταγωγίας, μετὰ τὴν πρώτην εἰς τὰ ἅγια εἴσοδον, ἣ δηλοῖ τὴν τοῦ προσλήμματος ἡμῶν εἰς τὰ ἄνω προσαγωγήν· καὶ αὐτὸς προσάγεται ὡς τὸ ἀπολωλὸς πρόβατον, εὑρεθεὶς, καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτοῦ εὑρηκότος δεσπότου ληφθεὶς καὶ ἀνενεχθείς. διὸ καὶ γυμνὸς τῶν κοσμικῶν ἐστιν ἐνδυμάτων· καὶ ἀνυπόδετός τε καὶ ἀσκεπής· τὸ μὲν ὅτι καὶ πένης ἐστὶ καὶ πτωχὸς, καὶ ὑπὸ τῶν λῃστῶν τὸν πλοῦτον ἀφαιρεθεὶς, καὶ δεινῶς τραυματισθεὶς, καὶ μωλωπισθεὶς, καὶ γυμνὸς ἀφεθεὶς καὶ ἡμιθανὴς κείμενος. *Vt donum ille offertur, subducens seipsum primum mundo, & ante (templi) valuas stat, quandoquidem Angelorum, vel Angelicorum hominum numero nondum est aggregatus Sed & Pœnitentium more, ante paradisum & templum subsistit, & ingressum deprecatur. Datoque missæ primordio, post primum in sancta Introitum, assumptionis nostræ in superna oblationem manifestantem, ipse quoque ouis deperditæ more inuentus, humeris ipsum inuenientis Domini assumptus, & deportatus offertur: propertereaque mundi vestimentis nudatus, pedibus nudis, & nudo capite astat: tum quia pauper & egenus redditur, tum etiam quia diuitiis à latronibus spoliatus, & grauiter percussus vulneratusque, nudus est derelictus, & semimortuus iacet.*

8 Εἰσάγεται.] Post minorem Introitum, μετὰ τὴν εἴσοδον. Vt textus præfigit, & Thessalonic. exponit, ἣ δηλοῖ τὴν τοῦ προσλήμματος ἡμῶν. καὶ τὰ λοιπά. numero superiore adducta.

9 Ποιῶν κατὰ τρεῖς τόπους.] In ima, media, & supera Ecclesiæ parte.

10 Γονυκλισίας τρεῖς.] Thessalonicensis. τρὶς προσπίπτει, διὰ τὴν τριάδα, καὶ τὸ βέβαιον τῆς προσαγωγῆς. *Ter in terram prosternitur, propter Trinitatem: & propositi oblationisque suæ firmitatem.* Additque; *ante superiorem prosterni, vt cœlestis Patris locum tenentem:* τῷ καθηγητῇ προσπίπτει, ὡς τῷ οὐρανίῳ πατρί. *Fratribus quoque pariter procidit veniam deprecaturus, & filium maiorem ne indignetur rogaturus.* τοῖς τε ἀδελφοῖς προσπίπτει, συγχώρησιν ἐξαιτῶν, ὡς τὸν πρεσβύτερον υἱὸν μὴ ὀργίζεσθαι παρακαλῶν.

11 Μέχρι τῶν ἁγίων θυρῶν.] Thessalonicensis iterum ταῖς θύραις ταῖς ἱεραῖ ὡς τῷ οὐρανῷ ἐγγίζει: *ad sacras fores velut ad cœlum accedit.* Ad altare namque Monachos consecrari testatur Canon 45. Trullanus.

12 Τί προσῆλθες ἀδελφέ.] Interrogationis à Monasterii præfecto faciendæ, & responsi à religionis candidato dandi, de nuncio sæculi huius cupiditatibus remittendo, præclarum antiquumque testimonium reddit Dionysius de Eccles. Hierar. cap. 6. ὁ ἱερεὺς ἐπὶ τὸν τελούμενον ἐλθὼν ἐπερωτᾷ πρῶτον αὐτὸν, εἰ πάσαις ἀποτάσσεται ταῖς διαιρεταῖς οὐ μόνον ζωαῖς, ἀλλὰ καὶ φαντασίαις· εἶτα τελεωτάτην αὐτῷ ζωὴν ὑφηγεῖται, μαρτυρόμενος, ὅτι χρὴ τῆς μέσης ὑπεραναβεβηκέναι. *Sacerdos ad initiatum accedit, eumque primum interrogat, an omnibus renunciet diuiduis, id est distrahentibus, non solum vitæ generibus, verum & earum imaginibus? perfectamque deinceps ei vitam exponit, contestatus eum oportere mediam omnino superare.*

13 Ποθῶν τὸν βίον τῆς ἀσκήσεως.) Monachi, θεραπευταὶ à Dionysio quondam, & posteris temporibus, *Dei cultores*, à Liberato in Breuiario vocati; à S. S. Patribus Athanasio, Basilio, Epiphanio, aliisque, à multiplici ἀσκήσεων, *exercitiorum spiritus & corporis* genere, deinceps sunt dicti ἀσκηταὶ, quasi *pugiles*

& exercitatores: vnde & eorum viuendi norma βίος ἀσκήσεως, *pugilatus vita* est, in continuo certamine Monachum exercens. Cum enim quidam in bello, in mercatura alii, in agricultura rursus alii sese exerceant: Monachus etiam ἀσκητὴς, *pugil & exercitator*, assiduus in corpore asperitatibus domando, & animo ad rerum diuinarum contemplationem subleuando totum sese exercet. Καλογέρους tamen quasi καλοὺς γέροντας *bonos senes* Monachi Græci se mutuo vocant, vt virtute consenescentes, & ἀσκητῶν nomen μεγαλοσχήμοις solis, id est illis virtute prouectis viris, qui in solitudinibus cœlo inhiantes, non ita mortificati, quam vere corpori penitus emortui videntur, reliquerunt.

14 Οὕτως καλὸν ἔργον.] Imitantur hæc verba Basilii dictum in epistola procemiali Asceticorum. σὺ δὲ ὁ τῶν οὐρανίων πολιτευμάτων ἐραστὴς, καὶ τῆς ἀγγελικῆς διαγωγῆς πραγματευτὴς, καὶ τῶν ἁγίων μαθητῶν τοῦ Χριστοῦ συστρατιώτης γενέσθαι ἐπιθυμῶν· τόνωσον σεαυτὸν πρὸς τὴν ὑπομονὴν τῶν θλίψεων. καὶ ἀνδρείως πρόσελθε τῇ συγκλήτῳ τῶν μοναχῶν, καὶ ἐν μὲν τῇ ἀρχῇ τῆς ὑποταγῆς σου, ἀνδρίζου. *Tu vero cœlestium actionum amator, & Angelicæ conuersationis sedulus negotiator, & sanctorum discipulorum Christi commilito fieri desiderans: corrobora te ipsum ad tribulationum tolerantiam, & viriliter ad Monachorum Senatum accede, & in principio renunciationis tuæ animare.*

15 Φυλάξῃς σεαυτὸν ἐν παρθενίᾳ.] Trium votorum perfectio & apex hic promittitur παρθενίας, ὑπακοῆς τῇ ἀδελφότητι, καὶ στενοχωρίας nominibus. παρθενία namque puritas summa est; ὑπακοὴ τῇ ἀδελφότητι singulos quosque superiores agnoscit: & στενοχωρία, strictissimæ difficilisque paupertatis obseruantiam pollicetur.

16 Ἀδελφότητι.] *Religiosorum* ἀδελφῶν cœtus, & sancta communitas est ἀδελφότης: de qua Palladius cap. nono, & Bartholomæus in vita Nili Cryptæ Ferratæ fundatoris ad Monachos montis Cassini quandoque profecti scribit: παρεκάλεσαν αὐτὸν ὅτε ἡγούμενος καὶ οἱ ἀδελφοὶ, σὺν πάσῃ τῇ ὑπ' αὐτὸν ἀδελφότητι. *Rogauerunt eum, Superior & fratres, cum omni fraternitate illi subiecta*. ἀδελφότης autem est libera quorumpiam nomine sancti alicuius nonnunquam congregandorum in Ecclesia Deo seruientium societas *Confraternitatis*, *Confrairie*, nomine insignita: cuiusmodi Orientis Ecclesia plures nouit.

17 Τὸν ἀρραβῶνα.] Μικροσχήμων habitus & viuendi norma, μεγαλοσχήμων ratione, ἀρραβὼν τοῦ μεγάλου καὶ ἀγγελικοῦ σχήματος vocatur.

18 Καὶ ἐπίδος μοι αὐτὸ, τίμιε.] Forfices ante præcedentem orationem Euangelio à Superiore impositas, ipse sibi à Monacho vestiendo dari postulat: easque acceptas, vt ait Thessalonicensis, τῷ ἀναδόχῳ confestim tradit, à quo vsque tertio altari & Euangelio reponuntur. Exponit amplius author idem hæc verba: ἐπίδος μοι τὸ ψαλίδιον· ἵνα τὸ ἑκούσιον δείξῃ, *vt liberum voluntatis propositum manifestet*, τίμιε· εἰς τιμὴν τῆς τριάδος, *ad Trinitatis gloriam*.

19 Ἰδοὺ ἐκ τῆς χειρός.] Thessalonicensis: φοβερὸς λόγος, καὶ φρίκην ἐμποιῶν τοῖς ἀκούουσι. *Horrendus sermo est, & terrorem audientibus incutiens.*

20 Εἶτα κουρεύει αὐτόν.] Renouat hic Sacerdos, & in latius capillorum spatium extendit primam capillorum, in habitus Monastici susceptione factam detonsionem; quam quidem ita Monachorum propriam quidem censent, vt eorum imitatione Clericos quoslibet eam subiisse, non sint veriti asserere. Est tamen inter vtriusque dignitatem, effectum, & nomen, discrimen non modicum: quamuis vna vtriusque possit esse significatio. Huius namque Episcopus author est, illius Monachus simplex: hæc ministrum Ecclesiæ Clericumque constituit, illa Pœnitentem signat, & hominem actibus Pœnitentiæ destinat: hanc ἐπικοσείδη ἀρχιερατικὴν, *detonsionem Pontificiam*, & σφραγῖδα ἐπικουρείδος ἀπὸ χειρὸς ἀρχιερατικῆς, *tonsuræ notam Pontificis manu factam* vocat Balsamon in Can. 33. Trullanum, & in 21. παπαλήθραν, *insigne Clericale*, illa μοναχικὴν ἀπόκαρσις tonsio est non alio quam Monachi censenda nomine. Sibi nihilominus propriam tam Clericus quam Monachus in memoriam spineæ Christi coronæ, vel ad instar illius Petro Ecclesiæ Coryphæo κουρὰν decaluato quondam factæ, vel ad regale Sacerdotium profitendum ex æquo assumpserunt: quamuis eam Monastici status esse speciatim indicium & insigne, imo & eius nomine Monasticæ vitæ professionem apud Græcos & Latinos intelligi nullus negauerit, nisi qui fere non perceperit, in Ecclesiasticis historiis idem penitus esse aliquem tonderi ac sub Monasticæ regulæ obseruantia perpetuum obsequium Deo deuouere. Cedrenus de Michaële Calaphare imperio renuncian e, & Monasticam vitam amplexo: ἐν τῷ κατὰ τὴν νῆσον Πρώτην μοναστηρίῳ τὴν κοσμικὴν ἀποθέμενος τρίχα, τὸ λοιπὸν τῆς ζωῆς διήνυσε χρόνον. *In Protes insulæ Monasterio, mundanam deponens cæsariem, reliquum vitæ peregit* De Theophilo item nouercam in Monasterium, quo primum religioni mancipata coram detonderetur, redire cogente scribit, εἰς τὸ μοναστήριον ἠνάγκασεν ἀπελθεῖν, ἐν ᾧ τὸ πρότερον κοσμικὴν ἀπέθετο τρίχα Et Michaël Calaphates Zoen Augustam, bi palatio ablegat: ἀποκεῖραι τοῖς ἄγουσι κελεύει, καὶ ἀποκομίσαι τούτῳ τὰς τρίχας αὐτῆς, *iis qui eam abducebant mandat, vt eam detondeant atque ipsi crines afferant*: priscis enim à temporibus etiam virgines Deo dicatas tonsas fuisse, τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς περικεκομμένας declarat Athanasius de virginitate circa medium: & de coætaneo eius impio Iuliano scribens Socrates, ἐν χρῷ κειράμενον τὸν τῶν μοναχῶν ὑποκρίνεσθαι βίον: *abrasa cute vitam Monasticam simulasse*, testatur. Quod & iisdem ferme verbis Theophanes expressit: ἀποκειράμενος τὰς τρίχας Ἰουλιανὸς μοναχικὴν ἄσκησιν ὑπεκρίνετο. *Iulianus coma detonsa vitam religiosam simulabat.* Sed & Vvisigotthorum leges apud Petrum Fabrum semestrium lib. 3. cap. 21. *Religionis habitum per honorabile tonsuræ signum (siue signaculum) suscipi*, edicunt. Concilium Toletanum sub rege Eringio conctum religionis professionem *Tonsuræ signum* vocat cap. 1 & inferius, *susceptum religionis debitum cultum, & venerabile Tonsuræ sacræ signaculum*, vna iungit Et cap. 2. *Agunt*, inquit, *cautionibus vanis, & oppositionibus execrandis qualiter à se Tonsuræ venerabile signum expellant, atque habitum religionis imprudenter abijciant.* Vrsinus quoque Ebroinum Childerici metu, statum Monasticum eligente, in vita S. Leodegarii describens, eum se *Monachum Tonsurari fecisse*, narrat. Quo fine vero Tondeantur Monachi, præter iam nuper dicta, exponit Dionysius in Theoria cap. 6. de Eccles. Hierarc. ἡ τοῦ σταυροειδοῦς τύπου σφραγὶς δηλοῖ τὴν πασῶν ὁμοῦ τῶν σαρκικῶν ὀρέξεων ἀνενεργησίαν ἡ δὲ τῶν τριχῶν ἀπόκαρσις, μηνύει τὴν καθαρὰν, καὶ ἀσχημάτιστον ζωὴν οὐκ ἐπιπλάστοις σχήμασι τὸ κατὰ νοῦν ἀειδὲς ἐπιθετικοῖς καλλωπίζουσα· ἀλλ' αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς οὐκ ἀνθρωπικοῖς κάλλεσιν, ἀλλ' ἑνιαίοις καὶ μοναχικοῖς εἰς τὸ θεοειδέστατον ἀναγομένην. *Signum autem crucis declarat vniuersorum ad corpus pertinentium defectum. Capillus autem Tonsus puram nullaque figura fœcatam vitam indicat; quæ non fictarum figurarum,*

aut colorum inductione, deformitatem mentis ornet; sed quæ ipsa, in seipsa, non humana & addititia pulchritudine, verum singulari & vnica ad Dei exactissimam similitudinem exercetur. Addunt alij lugubrem pœnitentiæ statum, detonsionem hanc ostendere (nam & propter crimen in Monasterium detrusus comam abijciebat, & lugentes quique caluitio tristitiam indicabant,) diximus quoque alibi, Dei sese obsequio mancipantes seruorum more capita rasisse, & ceu captiuitatis sibi sponte impositæ pignus capillos in Ecclesia reliquisse. Symbolum tandem confert Thessalonicensis de Monacho Tonso scribens: διὰ τ̃ ἀφαιρέσεως, inquit, καὶ κουρᾶς τῶν τριχῶν ἀπαρχὴν ἐκ τοῦ σώματος προσφέρει τῷ κυρίῳ. ὅτι ὅλος προσάγεται, καὶ ἀφιεροῦται Χριστῷ· καὶ ὡς τὰ περιττὰ πάντα, καὶ τὰ τοῦ κόσμου ἀποτίθεται. *Per depositionem & rasuram capillorum, corporis primitias Domino offert: quia totus præsentatur, & Christo consecratur: & cuncta quæ in mundo sunt, velut superflua abdicat.* Μεγαλοσχήμων tamen nonnullos videas, qui Monachi ornatum, vel capitis leuamen capillorum detonsionem experti, post solemnem hanc in Ecclesia peractam, nullam de cætero sibi fieri permittant; sacrisque operandi munere renunciato, neque corpus aut faciem lauare, neque vestes mutare, aut resarcire; neque vngues capillosve vnquam resecare velint. Tanta est illis in corpore deprimendo & affligendo cura, & studium. ἀκαιρεκόμας eos vocat Balsamon in Canonem 42. Trullanum, vagos horum & dissolutos quosdam perstringentem non vt κομῶντας, sed velut τὸ ἐπάγγελμα καθυβρίζοντας. Barbam autem nemo vnus inter omnes βαθυπώγωνας à Niceta non semel dictos detondere audeat. Id vtrumque vno loco scribit Epiphanius, licet vbi de Massalianorum hæresi loquitur, approbata promissa barba, longam in Monacho cæsariem condemnet: ἀλλότριον ὅτι τ̃ καθολικῆς ἐκκλησίας σάκκος περιφανής, καὶ κόμη ἐκτενομένη, ἀπὸ τοῦ κηρύγματος τ̃ ἀποστόλων ἀνὴρ γάρ φησιν, οὐκ ὀφείλει κομᾶν, εἰκὼν καὶ δόξα θεοῦ ὑπάρχων. καὶ περὶ μὲν τοῦ γενείου ἐν ταῖς διατάξεσι τ̃ ἀποστόλων, φάσκει ὁ θεῖος λόγος καὶ ἡ διδασκαλία, μὴ φθείρειν, τοῦτ' ἔστι, μὴ τέμνειν τρίχας γενείου. *Est ab Ecclesia Catholica & ab Apostolorum doctrina prorsus alienum, ciliciū palam præ se ferre, ac comam summittere. Vir enim, inquit Apostolus, comam nutrire non debet: cum imago Dei sit, & gloria. Atqui quod ad barbam attinet in Apostolorum Constitutionibus diuino sermone ac dogmate præscribitur, ne ea corrumpatur; hoc est, ne Tonsione ponatur.* Cæterum Tonsus cruciformiter coram altari à superiore Monachus, in Narthecem ab alio ex integro tondendus ducitur confestimque ad altare regressus, τὰς τρίχας τῷ θυσιαστηρίῳ ἐναποτίθησιν· δεικνὺς ὡς ἀπαρχὴ οὖσαι, καὶ δῶρον εἰσὶ θεῷ, ὡς καὶ ὁ προσενεχθεὶς ὅλος, καὶ θυσία ζῶσα, καὶ εὐάρεστος, inquit Symeon. *capillos altari impositos relinquit: ostenditque illos primitiarum locum tenere, & Deo fieri oblationem, sicut & ipse totus oblatus est, & viua & placita hostia effectus.* Exinde vero capilli detracti, comburi solent, siue virorum, siue virginum sint: quamuis Chij, & quibusdam aliis locis, prout experientia mihi compertum est, ex Tonsis capillis zonas sibi plectant Moniales, celebrioribus festis, & communionis tempore, atque etiam in sepultura post mortem præcingendas.

21 Κείρεται εἰς τὸ ὄνομα.] Sanctæ Trinitatis inuocationem Monachi Tonsuræ adiunctam fuisse à primis sæculis testatur Dionysius cap. 6. de Eccles. Hierar. τῷ σταυροειδεῖ τύπῳ σφραγισάμενος ὁ ἱερεὺς, ἀποκείρει· τὴν τρισσὴν τ̃ θείας μακαριότητος ἐπικαλέσας ὑπόστασιν. *Cruciformi signo consignatum Sacerdos Tondet, triplicem beatitudinis diuinæ personam inuocans.*

22 Χιτῶνα] Quadrant in hunc locū Dionysij Monachū prius indutum aliam tunicam hîc assumentem, describentis verba cap. 6. de Eccles. Hierarc. ἡ τῆς προτέρας ἐσθῆτος ἀποβολὴ, καὶ τ̃ ἑτέρας λῆψις, τὴν ἀπὸ μέσης ἱερᾶς ἐπὶ τὴν τελειοτέραν μετάξιν ἐμφαίνει. *Prioris vestis detractio, & alterius inductio à media sancta vita traductionem ad ordinem perfectiorem significat.* Prius enim Monachali veste donatus, vt longiorem paulo & ampliorem, ita & sanctiorem assumens, à deuoto Nouitiorum, ad professorum, vt dicunt, perfectiorem statum ascendit: vtrobique tamen nigri, seu potius fusci coloris, qualis est lanæ nondum tinctæ, pro antiquitatis consuetudine accipiens vestem, paupertatem, luctum, abiectionem, & tandem animum sibi vacaturum, & à turbatum negotiorumque vicissitudine alienum ostentat, & amplius promittit. Illam siquidem vestem ἔνδυμα ταπεινὸν, ἐσθῆτα πενθικὴν, ἱμάτιον πτωχείας, vocat Thessalonicensis. Paupertatem insuper vult eā ostendere Basilius, tum in regulis disputatis cap. 22. & 23. tum ad Gregorium Theologum epist. prima qua vilitatem eius commendat: ἀλλὰ μὴν καὶ παχύτητος οὕτως ἔχειν ὁ χιτὼν ὀφείλει, ὡς μὴ δεῖσθαι κοινωνοῦ πρὸς τὸ θάλπειν τ̃ ἐνδυόμενον. *Tunica eo vsque crassa debet esse, vt alia socia non sit opus, ad calefaciendum corpus ea contectum.* Luctum vero & humilitatem prodere, fidei apertus inimicus & osor Zozimus indicat, vbi in seditione aduersus Monachos Constantinopoli exorta, plures nigra veste, quasi lugubri & humili vtentes interfectos fuisse describit hist. lib. 5. τὴν μὲν ἐκκλησίαν ἐπλήρωσαν νεκρῶν. τοὺς δ' ἀποδράντας διώξαντες κατηκόντισαν ἅπαντας ὅσοι φαιαῖς ἔτυχον ἐσθῆσι ἠμφιεσμένοι· οἷς συναπολέσθαι συνέβη πολλοὺς, ἢ διὰ πένθος, ἢ διὰ τινα ἑτέραν περίστασιν ἐν ἱματίοις εὑρεθέντας τοιούτοις. *Ecclesiam quidem trucidatis impleuerunt. Fugientes autem consecuti, telis confixerunt cunctos nigris indutos vestibus, quibus commori contigit plures aut propter luctum, aut propter aliam huiusmodi animi propensionem in talibus vestimentis repertos.* Constantiam quoque animi, nigrum colorem denotare Pachymeres Dionysij supra citati Paraphrastes denotat. μοναχικῶς τοὺς μοναχοὺς πολιτεύεται· τοῦτο γὰρ δηλοῖ καὶ τὸ ἀμφιεννύμενον μέλαν. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τ̃ χρωμάτων εἰς ἕτερα μεταποιοῦνται ῥαδίως· καὶ πάντα εἰς τὸ μέλαν. τὸ δὲ μέλαν οὐκ ἔστι μεταβληθῆναι εἰς ἕτερον χρῶμα πώποτε. *Monasticus ordo solitariè conuersatur: hoc enim indicat niger color quo induitur. Quicumque enim alij colores in alios facile decidunt, imo & subfuscantur cuncta: nunquam vero nigrum colorem in alium mutari cernimus.* Quamuis autem in luctus perpetui ducendi signum *fusciorem tunicam*, ita quoque ab Hieronymo dictam epist. 15. ad Marcellam, vel *saccum*, in vita Hilarionis, Monachi elegerint; illam nihilominus χιτῶνα ἀγαλλιάσεως, non veretur Ecclesia vocare; certa de oraculo, conscindendum hunc lugentium saccum, & lætitia perpetua aliquando circumdandos, qui eum induerint.

23 Περιζώννυται.] Pellicea est Græcorum Monachorum zona, vt mortificationis vitæ indicium, de qua Cedrenus in Michale Paphlagone: κείρεται τὴν τρίχα, καὶ τελεῖται τὴν ἱερὰν τελετὴν, καὶ ἐπενδύεται τὸ ῥάκος τ̃ ἐν Χριστῷ ταπεινοφροσύνης, καὶ περιζώννυται τὸ θεῖον δέρας τὸ τῆς ἐκουσίου νεκρώσεως σύμβολον, ὁ ἤδη καὶ ἄκων νεκρούμενος. *Tondetur capillos, & sacro (Monachorum) ritu (Michaël) initiatur: & humilitatis in Christo veste superinduitur. Sacra vero pelle morti-*

ficationis symbolo, ipse non sponte mortificationem assumens, præcingitur. Qualiter hac zona Eliam & Ioannem Baptistam studeant Monachi imitari docet S. Germanus CP. Patriarcha in mystagogia.

24 Περικεφαλαίαν.] Vt *galerus* à *galea* Latinis dicitur, ita & περικεφαλαία dictio, *galeam* sonans *galerum* etiam maxime Monasticum apud Græcos significat Est autem pileus capiti intime adhærens & adstrictus, vndequaque cum auribus illud circumtegens. Dictio vero illa ideo ad Ecclesiam deducta est, quod Paulus περικεφαλαίαν σωτηρίου ad Philipp 6. & περικεφαλαίαν ἐλπίδα σωτηρίας ad Thessal. 5. celebrauerit. Est autem duplex Monachorum περικεφαλαία *capitis tegimen*, interius vnum & exterius alterum: illud κάτω καμηλαύκιον, hoc ἄνω καμηλαύκιον dictum: illud nouitiis & professis commune, vtpote necessarium, hoc solis professis proprium, vt priuatum eorum insigne, quod etiam in vetustis Venetis κουκούλιον audit. In illis siquidem postquam lectum est. ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν ὁ δεῖνα, ἐνδύεται καμηλαύκιον ἀκακίας εἰς περικεφαλαίαν ἐλπίδα σωτηρίας εἰς, &c. continuo subditur: ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν ὁ δεῖνα, ἐνδύεται κουκούλιον εἰς τὸ ὄνομα, &c. De discrimine porro περικεφαλαίας siue ἄνω καμηλαυκίου & κουκουλίου, commodius agetur officio sequenti.

25 Τὸ παλλίον.] Barbaram & Scythicam esse Latinam linguam, Michaël filius impius impij Theophili Nicolao primo Pontifici exprobrare ausus, minus Græca barbaram esse audiuit, cum ab ea plura vocabula mutuari Græcam literatam non puderet: quorum vnum est τὸ παλλίον, à Gregorio disertissimo Theologo, florente adhuc Græcæ linguæ facundiâ & proprietate, in suo testamento non semel vsurpatum; & à Monachis ab eo tempore in vsu semper habitum. Sed nec temere hanc sibi vocem amictui externo significando arrogant. Qui enim relicta toga, dignitatis insigni, idolorum cultui nuncium remittentes in fidei partes quondam transibant, illi *Pallium*, abiectionem & humilitatem designans induere consuescebant, vt narrat Tertullianus lib. de Pallio cap 5. Hinc Gentilium in Christianos conuitium & probrum. *A toga ad Pallium*: Philosophorum nihilominus fuit antiquum ornamentum, & ipsius philosophiæ argumentum omnium oculis manifestum. Tertullianus idem. *Gaude Pallium & exulta: melior iam te philosophia dignata est, ex quo Christianum vestire cœpisti* Monachi propterea cum & sibi mundoque renuncient, & ad sublimem Christianæ philosophiæ apicem, indefesso studio profiteantur contendere, à primæuis disciplinæ suæ institutis, *Pallium erroris renunciatorem, decoram Christianorum vestem*, vt cum Tertulliano loquar, assumpserunt: processuque temporis, quod erat Christianis omnibus commune indumentum, tandem penes solos Monachos remansit. Adeo proprium igitur eorũ factum est Pallium, vt non magis à ieiunio *pallidas turbas*, quam à Pallio, *agmina Palliata*, Seuerus Sulpitius in vita S. Martini Monachos vocauerit: & Saluianus sanctitatem Pallio industrie simulari asseuerit. *Licet religionem*, inquit, *vestibus simules, licet fidem cingulo adseras, licet sanctitatem Pallio mentiaris* Balsamon item in Synodi Gangrenæ 12. Can. περιβολαίων affectatam laudem carpit: illo tamen eodem grauitatem & pietatem Heronis Philosophi agnitam commendat Gregorius Theologus, his eum verbis affatus: ὁ τὰ ἡμέτερα φιλοσοφῶν ἐν ἀλλοτρίῳ τῷ σχήματι· τάχα δὲ οὐδὲ ἀλλοτρίῳ, εἴπερ ἀγγελικὸν ἡ λαμπροφορία, καὶ ἡ φαιδρότης ὅταν τυπῶνται σωματικῶς σύμβολον, οἶμαι τοῦτο τῆς κατὰ φύσιν αὐτῶν καθαρότητος. *Qui in alieno habitu* (philosophico) *nostra profiteris: ac ne in alieno quidem fortasse. Vestis enim candor & splendor* (album Pallium) *Angelica res est: sic enim sub corporea foma pinguntur, tanquam sub symbolo connaturalis ipsis puritatis.* Gregorij vero mentem assecutus Elias Cretensis, album Ethnicorum Pallium, pullo Monachorum in eandem orationem confert. *Adesdum*, inquit, *qui nostratum Nazaræorum, & magistrorum virtutes, hoc est, continentiam & religiosam vitam, ac puritatem in alieno habitu colis; nostrum est enim comam resecare, & nigrum Pallium gestare: Cynicum autem comam alere, atque albo Pallio vti.* At quo pacto Angelici ministerij à Gregorio subindicati Pallium sit argumentum, dilucidius in Mystagogia S. Germanus Patriarcha interpretatur: τὸ δὲ μανδύον ἐμφαίνων διὰ τῆς ἀπλεκτωμένης ἁπλώσεως τὴν πτερωτικὴν τῆς τῶν ἀγγέλων μιμήσεως δύναμιν, καθότι ἀγγελικὸν σχῆμα λέγεται. *Mandyas siue Pallium tota sua simplicitate in corpus extensum, promptam & alatam imitationis Angelicæ virtutem declarat, qua & Angelicus habitus dicitur.* Aliud autem vestem hanc denotare docet Symeon Thessal. τελευταῖον δὲ ὥσπερ ἐκτικὸν πάντων περιβάλλεται τὸ μανδύαν ἐν ᾧ καὶ σαφέστερον λέγει ὁ ἱερεύς. Ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν καὶ τὰ λ. ὡς τελειότατον ὄντα καὶ περιεκτικὸν πάντων, καὶ τὴν φυλακτικὴν καθόλου καὶ σκεπαστικὴν τοῦ θεοῦ δύναμιν δηλοῦντά τι καὶ σημαίνοντα· καὶ ἔτι τὸ συνεσταλμένον καὶ εὐλαβὲς καὶ ταπεινὸν τῆς μοναχικῆς ζωῆς. *Vltimo tanquam omnia vestimenta continente Mandya circumdatur: in quo clarius dicit Sacerdos.* Frater noster, &c. *Perfectum namque indumentum est, & reliqua constringens & seruatricem in vniuersum & protectricem Dei virtutem manifestat & significat: atque insuper angustiam, deuotionem, & humilitatem Monasticæ vitæ declarat, &c.* μανδύον autem siue μανδύαν cum *Pallio* in sensu coincidere ex eo dignoscitur, quod μανδύον de quo loquitur Germanus tanquam de veste libera totum corpus ambiente, officium institutionis insuperiorem superius positum, apertissime παλλίον, illudque idem μαφόριον Athanasius de virginitate & Cassian. l. 1. de habitu Monachali cap. 7. *Mafortem vocat. Post hac*, inquit, *angusto Palliolo tam amictus vtilitatem, quã vilitatem pretij, compendiumque sectantes, colla pariter atque humeros tegunt: quæ Mafortes tam nostro, quam ipsorum* (Monachorum Ægyptiorum) *nuncupatur eloquio.*

26 Τὰ σανδάλια.) Sola pedum vincula Sandaliorum nomine perperam intelligunt, quidam Græcos Monachos nudis procedere pedibus contendentes, cum & calceatos procedere, & calcei normam eos doceat Basilius epist. 1. ad Gregorium Theologum scribens: ὑπόδημα δὲ, τὸ εὐτελὲς κατὰ τὴν ἀξίαν, ἀνενδεὲς δὲ τὴν χρείαν ἀποπληρούτω. *Calceamentum quidem vili pretio esto, sed & congrue vsum adimpleat.* Et Regularum fusius disput cap. 22 Ὁ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ ὑποδημάτων ὥστε τὸ ἀπέριεργον, καὶ εὐπορίστον, πρὸς τὸν σκοπὸν τῆς χρείας ἀρκοῦν. *Eadem de calceamento ratio est: vt nimirum, quod quam minimum præferat curiositatis, minimoque sumptu parari possit, & ad necessarium vitæ vsum sit satis.* At pedum vincula non sunt ad vsum vitæ satis, vt quæ pedes non contegant & foueant.

27 Καὶ δίδοται τῷ ἀποκαρέντι, καὶ τὰ λ.) Cereus, Euangeliorum liber, cum cruce Monacho tradi præcipiuntur pronunciatis Pacificis sequentibus, & lecto Apostolo, cum adiuncto Euangelio: λέγονται, inquit typus, τὰ εἰρηνικὰ ταῦτα καὶ τὸ ἀποστολευαγγέλιον. His dictis.

28 Δίδωσιν αὐτῷ τ̀ σταυρὸν καὶ τὰ λ.] Symeon Thessalonicensis ritum aperte declarat hoc pacto: εἶτα τ̃ διακόνε τὸ ἱερὸν κατέχοντος εὐαγγέλιον, λαμβάνει τοῦτο ὁ ἱερεὺς, καὶ φησίν. Εἶπεν ὁ κύριος. Εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἀκολουθεῖν ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τ̀ σταυρὸν αὐτῷ· καὶ ἀκολουθείτω μοι· καὶ δίδωσι τῷ ἀποκαρέντι, εἰ ἱερωμένος ἐστὶν, εἰ δὲ οὐ σταυρὸν παρέχει αὐτῷ. αὐτὸς δὲ λαμβάνων προσκυνεῖ καὶ ἀσπάζεται· δηλῶν ὅτι ἐπηκολούθησε, καὶ ἐφεξῆς ἀκολουθεῖ. Diacono deinde sacrum tenente Euangelium, accipit illud Sacerdos, & ait. Dixit Dominus. Si quis vult venire post me abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me: *& recens Tonso tradit illud, si tamen sit in sacris Ordinibus constitutus, sin vero crucem solummodo prebet, quam ille accipiens adorat, & osculatur: manifestans se iam Christum sequutum, & amplius sequuturum.*

29 Καὶ τὸ κηρὸν ἀπτόμενον] Symeon εἶτα καὶ λαμπάδα ὁ ἱερεὺς δίδωσιν, εἰς δεῖγμα οὗ περ εἴληφε φωτισμοῦ, καὶ ὡς ὀφείλοντι καθαρῶς πολιτεύεσθαι διὸ καὶ τὰς τοῦ σωτῆρος αὐτῷ λέγει φωνάς. Εἶπεν ὁ κύριος Οὕτω λαμψάτω, καὶ τὰ λ. *Mox cereum illi exhibet Sacerdos, in luminis ab eo accepti signum, & vt pure viuere adstrictο: ea propter & Christi vocibus illi loquitur.* Dixit Dominus. Sic luceat lux. &c.

30 Καὶ γίνεται ὁ ἀσπασμός.] Thessalonicensis: καὶ εὐθὺς αὐτὸν ἀσπασάμενος ὁ ἱερεὺς διὰ τὴν ἐν Χριστῷ ἀγάπην, καὶ ἕνωσιν, καὶ τὸν τ̃ οὐρανίου πατρὸς δηλῶν ἀσπασμὸν, ὅτε τ̀ ἀπολωλότα εὗρεν υἱὸν, καὶ τὴν μεγάλην χαρὰν ἐτέλεσεν· ἵσταται πλησίον αὐτῷ, ὅτι καὶ πλησίον θεοῦ γεγόνηται. οἱ ἀδελφοὶ δὲ μετὰ τ̃ πατρὸς πάντες λαμπαδηφοροῦντες ἀποδεικνύμενοι τὸ οἰκεῖον, καὶ τ̀ τοῦ θεοῦ χάριν, καὶ τ̃ τῶν ἀγγέλων χαρὰν ἀσπάζονται· ἀσπάζονται· καὶ τότε τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, καὶ τ̃ ἱερέα τύπον σώζοντα τοῦ Χριστοῦ, καὶ τ̃ αὐτῷ σταυρὸν, καὶ τὸν λαβόντα τὸ σχῆμα, καὶ ᾄδουσιν εὐφραινόμενοι Ἐπιγνῶμεν ἀδελφοὶ, καὶ τὰ λ. *Et confestim osculatur illum Sacerdos, propter charitatem in Christo, & cum illo vnionem; & Patris cœlestis osculum repræsentat, cum perdito filio inuento maximo cumulatus est gaudio: stat itaque iuxta illum, quia etiam ille Deo vicinior est factus. Fratres autem cum Patre cuncti cereos tenentes lætitiam propriam, & Dei gratiam, & Angelorum tripudium manifestant. Singulique tandem sanctum Euangelium, & Sacerdotem Christi typum referentem, eiusque crucem, & habitum suscipientem osculaturi adueniunt, lætanteſque canunt.* Agnoscamus fratres, &c. Subdit Thessal. tanti gaudij argumentum fratris esse recuperationem, & Christum vitulum saginatum in sacramenti specie exhiberi: quo degustato εἰς αἰωνίου τράπεζαν, ad corporis cibum sumendum diuertunt. Vide Dionysium de hoc osculo sermonem habentem de Eccles. Hierar. cap 6.

Cunctis hisce lubens addiderim, quod non expressit τύπος, nomen, illudque non κοσμικὸν quale est Πέτρος, Ἀλέξιος, Κωνσταντῖνος, &c. sed καλογερικὸν Κυρίλλος, Θεοφάνης, Βασίλειος, vitam religiosam professis imponi Ex quo & reliquo hocce officio Nicetæ dictum obscurum, imo ignotum omnino quibusdam, planum fit & perspicuum, vbi de Alexio Comneno in Monasterium & Monasticam vitam detruso scribit: ὃς ἄκοντι τὸ κατὰ Χριστὸν ὑπέδυ πειθόμενος μηδ' ἀκροῖς ὠσὶ τὰ ἐπᾳδόμενα εἰσηχούμενος μόνον δὲ ἐν χρῷ κουρᾶς ὁ ἀκερσεκόμης ξυρόμενος, μετονομάζεται Ἀθανάσιος. *Inuitus Christi lucernam induit, nec summis auribus decantato attendens officio, ex comato solum & intonso ad cutem rasus, Athanasii nomen accepit.*

Percurso virorum Monastico habitu induendorum officio, quod mulieribus simili veste consecrandis peculiare est, ex Barberino S. Marci MS subnectendum occurrit.

Oratio pro Moniali habitum susceptura.

Christe Deus noster qui virginitatem, &c.

Oratio Monialis secunda.

Bonorum omnium Deus, virginitatis pater, & studiosæ vitæ agricola, ancillam tuam N. in decore quo illam elegisti, conserua: luce sanctitatis tuæ illam indue, modestiæ quoque stola illam exorna: vt eorum quæ Domini sunt, sollicita existat, quomodo Domino suo placeat, & vt corpore & anima, & spiritu sancta fiat: & prudentium virginum choro aggregata pietatis lucernam tenens in cœlestem æternæ vitæ thalamum ingredi mereatur. In Christo Iesu Domino nostro: cum quo benedictus es, cum sanctissimo, & bono, & viuifico, &c.

Εὐχὴ ἐπὶ μελλούσῃ λαμβάνειν σχῆμα μοναστρίας.

Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ τὴν παρθενίαν. Vt supra.

Εὐχὴ δευτέρα εἰς μοναστρίας.

Ὁ Τῶν ἀγαθῶν θεὸς, καὶ τῆς παρθενίας πατὴρ, καὶ τῆς ἐναρέτου πολιτείας γεωργὸς, φύλαξον τὴν δούλην σου. τήνδε, ἐν τῷ κάλλει ᾧ ἐξελέξω· ἔνδυσον αὐτὴν τὸ φῶς τῆς ἁγιοσύνης σου, καὶ τὴν στολὴν τῆς σωφροσύνης ἵνα μεριμνᾷ τὰ τοῦ κυρίου πῶς ἀρέσῃ τῷ τῆς ἑαυτῆς δεσπότῃ, καὶ ἵνα ᾖ ἁγία σώματι καὶ ψυχῇ καὶ πνεύματι συναριθμουμένη τῷ χορῷ τῶν φρονίμων παρθένων, καὶ λαμπάδας ἔχουσα τῆς εὐσεβείας καταξιωθῇ εἰσελθεῖν εἰς τὸν οὐράνιον τῆς αἰωνίου ζωῆς νυμφῶνα ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ, σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ.

Εὐχὴ

Εὐχὴ τρίτη τοῦ σχήματος.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ καλῶν δικαίους εἰς ἁγιασμὸν, καὶ ἁμαρτωλοὺς εἰς τὸ δικαιῶσαι, καὶ μετανοοῦντας εἰς τὸ οἰκτειρῆσαι· αὐτὸς φιλάνθρωπε δέσποτα πρόσδεξαι μετάνοιαν τῆς δούλης σου τῆσδε, καὶ προσπίπτουσαν τοῖς οἰκτιρμοῖς σου ἐν ἐξομολογήσει τῶν ἡμαρτημένων, ὡς ἀγαθὸς συγχώρησον, καὶ λύτρωσαι αὐτὴν ἐκ πάσης σωματικῆς ἁμαρτίας, λάμπρυνον ἐκ πάσης ῥερυπωμένης συνειδήσεως, καθάρισον αὐτὴν ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, καὶ ἐνδυνάμωσον αὐτὴν ἐν τῇ ἐργασίᾳ τῶν σῶν ἐντολῶν ἀπεκδυσαμένην τὴν ματαιότητα τοῦ βίου, καὶ ἀποκειραμένην τὴν κόμην τῆς κεφαλῆς κατὰ μίμησιν τῆς πρωτομάρτυρος Θέκλης συναρίθμησον αὐτὴν ταῖς πισταῖς καὶ φρονίμαις παρθένοις. ἵνα ἐν καθαρότητι ψυχῆς καὶ σώματος καρποφοροῦσα καὶ αὐξανομένη ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς κληρονόμος γένηται τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ.

Oratio tertia Habitus.

Domine Deus noster, qui iustos ad sanctimoniam, peccatores ad iustitiam, & pœnitentes ad misericordiam vocas: ipse, benigne Domine, ancillæ tuæ N. pœnitentiam suscipe, & in confessione peccatorum procidentem vt humanus absolue, ab omni corporeo delicto eripe illam, ab omni sordida conscientia absterge, ab omni corporis & spiritus inquinamento expurga, & omni vitæ vanitate exutam in exequutione mandatorum tuorum confirma, & comam capitis detonsam, ad imitationem primæ Martyris Theclæ fidelibus & prudentibus virginibus annumera: vt in animæ corporisque puritate proficiens, & augmentum in bonis operibus percipiens regni cœlorum hæreditatem nanciscatur. In Christo Iesu Domino.

Εὐχὴ τετάρτη τοῦ σχήματος.

Δέσποτα παντοκράτωρ, ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ, ὁ θεὸς τοῦ ἐλέους, δεόμεθα καὶ παρακαλοῦμέν σε ὑπὲρ τῆς δούλης σου τῆσδε, ὅπως συντηρήσῃς αὐτὴν ἀπὸ παντὸς φθόνου τοῦ διαβόλου, καὶ ἀπὸ πάσης ἐπιβουλῆς τῶν κακοθέλων ἀνδρῶν, καὶ ἀπὸ πάσης νόσου, καὶ πάσης μαλακίας. καταξίωσον δὲ καταπέμψαι ἐπ' αὐτὴν τὸν σὸν φόβον τὴν σὴν εἰρήνην, τὴν ἐκ τῶν οὐρανίων διὰ τοῦ ἀγγέλου τῆς εἰρήνης. κατεύθυνον δὲ τὰς ὁδοὺς αὐτῆς καὶ περιτείχισον αὐτῆς τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα, φώτισον τὴν διάνοιαν αὐτῆς ἐν τῷ φωτισμῷ τῆς σῆς γνώσεως. ἔγγραψον τὰ δικαιώματά σου ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῆς· τὴν λαμπάδα αὐτῆς ἄσβεστον διαφύλαξον, συγκαταρίθμησον αὐτὴν μετὰ τῶν πέντε παρθένων, σῶσον καὶ ἐλέησον αὐτὴν ἕνεκα τοῦ ὀνόματός σου τοῦ ἐπικεκλημένου ἐπ' αὐτὴν καὶ ἡμᾶς. δὸς αὐτῇ χάριν εὑρεῖν ἐνώπιόν σου, καὶ ἐνώπιον τοῦ Χριστοῦ εἰς πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτῆς· διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, μεθ' οὗ.

Oratio quarta Habitus.

Dominator omnipotens, Pater Domini nostri Iesu Christi, Deus misericordiæ, deprecamur & rogamus te pro ancilla tua N. vt ab omni diaboli inuidia, & à maleuolorum hominum insidiis, & ab omni morbo & infirmitate illam præserues, & dignare timorem tuum, & pacem tuam de cœlestibus, per Angelum pacis, ad eam mittere: vias eius dirige, & animam corpusque eius cognitionis tuæ splendore illustra, iustificationes tuas in eius corde inscribe: lāpadem eius inextinctam conserua, & quinque virginum numero eam associa: serua eam, & miserere eius propter nomen tuum super eam, & nos quoque inuocatum: da illi omnibus diebus vitæ suæ, coram te, & coram Christo tuo, gratiam inuenire: per miserationes vnigeniti Filij tui: cum quo, *&c.*

Εὐχὴ πέμπτη τοῦ σχήματος.

Ἅγιε, ἅγιε, ὁ ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενος, ὁ θέλων πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. ὁ τοσοῦτον ἀγαπῶν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, ὡς ἐνοικεῖν ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατεῖν, ναοὺς τε ἔχειν τῆς φοβερᾶς καὶ ἀθανάτου σου δόξης. ὁ εἰπών· ὁ θέλων ὀπίσω

Oratio quinta Habitus.

Sancte, sancte, qui in sanctis requiescis, & omnes homines saluari desideras, & in agnitionem veritatis venire: qui ita genus humanum dilexisti, vt habitares & ambulares, & tremendæ immortalisq; tuæ gloriæ tēpla cum eo haberes: qui dixisti: Qui vult venire post

me, tollat crucem suam, & sequatur me: ipse Domine ancillam tuam in mundi abrenunciatione benedic. Iugum tuum suaue, & onus eius leue illi impone. Spiritum illius, & animam, & corpus omni ex parte conserua. Prima stola spirituali & incorruptibili indue illam. Fidei thoracem, & sancti tui Spiritus armaturam omnem circumda illi. Puritate sanctimonia, & modestia præcinge illam: vt virtute tua diaboli machinamenta subuertens bonum certamen certet, cursum tuum consummet, fidem tuam seruet, & iustitiæ coronam diligentibus te, & mandata tua custodientibus præparatam percipiat. Quia conuenit.

μου ἐλθεῖν ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι· αὐτὸς δέσποτα εὐλόγησον ἐν τῇ ἀποταγῇ τῆς δούλης σου τῆσδε. ἐπίθες ἐπ᾽ αὐτὴν τὸν ζυγόν σου τὸν χρηστὸν, καὶ τὸ φορτίον σου τὸ ἐλαφρόν. ὁλόκληρον αὐτῆς τὸ πνεῦμα καὶ τὴν ψυχὴν, καὶ τὸ σῶμα διαφύλαξον. ἀμφίασον αὐτὴν τῇ στολῇ τῇ πρώτῃ τῇ πνευματικῇ, καὶ τῇ ἀφθάρτῳ. ἔνδυσον αὐτὴν τὸν θώρακα τῆς πίστεως καὶ τὴν πανοπλίαν τοῦ ἁγίου σου πνεύματος. περίζωσον αὐτὴν τὴν ἁγνείαν, καὶ τὸν ἁγιασμὸν, καὶ τὴν σωφροσύνην· ἵνα τὰς μεθοδίας τοῦ διαβόλου ἀπωσαμένη δυνάμει τῇ σῇ τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἀγωνίσηται, τὸν δρόμον τελέσῃ τὸν σὸν, τὴν πίστιν τηρήσῃ τὴν σὴν, καὶ τὸν τῆς δικαιοσύνης ἀποδέξηται στέφανον, ὃν ἀπηγγείλω ἀγαπῶσί σε, καὶ φυλάττουσι τὰ προστάγματά σου. Ὅτι πρέπει.

Oratio sexta habitus.

Dominator Domine noster, qui superbiam, &c.

Εὐχὴ ἕκτη τοῦ σχήματος.

Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τὴν ὑπερηφανίαν. Vt supra.

Obseruo imprimis circa hoc officium eodem ritu, si preces has excipias, Monastico habitu viros & mulieres Deo consecrari. Secundò, harum precum primam virgini sol. è sæculo, Monasticum statum ambienti propriam esse. Tertiò, viris & mulieribus secundam orationem esse communem, vnde & superius inter eas solis viris accommodas reposita, præferebat titulum εἰς γυναῖκας. Quartò, earumdem orationum tertiam, non nisi mulieribus pœnitentibus, & è vita flagitiosa ad religionem confugientibus conuenire. Quintò, reliquas omnes dici τοῦ σχήματος, cum tamen earum quædam ante concessum habitum, & sola vltima post perfecte susceptum, legi debeat. His prænotatis, consecrandarum virginum ordini nihil peculiare esse moneo, nisi quod, ad portam γυναικείου vbi officij tempore constiterat virgo, relictis calceis, à Susceptrice siue comite, omni capitis integumento nudata, sparsisque per ora & terga capillis, μετανοίας ad Episcopum versus altare procedens ritu supra, vbi de viris, adducto facit: Susceptrice nonnunquam capillos inter inclinandum turbatos & vultum offundentes, in humeros dextre reuocante, atque illos cum detonsi fuerint sedulo, colligente: vestibusque tandem religiosis ornatæ vltimo Mandias *Pallium* in terram vsque defluens, capiti superimponitur: atque ita consecratæ traditur Euãgeliorum liber, quem pectori applicatum, accedentes ad eam aliæ virgines cum cereis accensis osculatæ, ipsamque complexæ, in suam societatem adscribere censentur. Illa vero more virorum septem diebus continuis, iugibus precibus, rerumque cœlestium contemplationi, in Ecclesia, nulla habitus assumpti parte deposita, attendit. Non differt porro recentior & antiquus ab Athanasio lib. de Virg. descriptus habitus, excepto cucullo, quem mihi obseruare nusquam licuit, ἡ ὑπόστασις, ait ille, τῶν ἱματίων σου μὴ ἔστω πολύτιμος· ὁ ἐπενδύτης σου μέλας, μὴ βεβαμμένος ἐν βαφῇ, ἀλλ᾽ αὐτοφυὴς, ἰσόχροος, ἢ ὀνυχίζων, καὶ τὸ μαφόριον ἄχροον, ὁμοίως καὶ τῆς αὐτῆς χρόας, καὶ χειρίδια ἐρεᾶ περικαλύπτοντα τοὺς βραχίονας, ἕως τῶν δακτύλων τῶν χειρῶν· τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς περικεκομμένας, καὶ κεφαλοδέσμιον ἐρεοῦν περισφίγγον τὴν κεφαλὴν, καὶ κουκούλιον, καὶ ἐπώμιον ἄχροον. *Materia tuarum vestium ne sit pretiosa. Indumentum tuum* (id est tunica) *fuscum sit, non tinctum, sed natiui coloris aut saltem subrufum, siue purpurascens, & Pallium siue Mandyas fimbriis careat: eiusdemque coloris sint manicæ laneæ brachia obtegentes, adusque digitos manuum: capilli circumtonsi, crinalis vitta, ex lana sit caput adstringens; Cuculla, atque Analabus, siue superhumerale* (de quo infra) *lacinias non habeat.* Erat siquidem cucullus mulieribus Monialibus capitis integumentum: Palladius in Lausiacis cap. 41. τῶν οὖν ἄλλων παρθένων τὸ σχῆμα ἦν κεκαρμένων, ἐχουσῶν κουκούλια ἐπὶ τῶν κεφαλῶν· αὕτη δὲ ῥάκει ἀναδήσασα τὴν κεφαλὴν καὶ τὰ λ. *Aliarum virginum erat huiusmodi habitus, vt essent tonsæ, & haberent cucullas in capite: ipsa vero panno caput obuoluta, &c.* Nec mirum si cucullis vterentur; vsque hodie namque circa caput, collum aut faciem linteamen album nullum apponunt: verum nigro panno vel mandya obuolutæ procedunt, qua ratione quoque viduas Deo consecratas Concilium Toletanum decimum act. 4. iubet amiciri. *Pallio purpureo,* (id est subrufo & iuxta Athanasium ὀνυχίζοντι, qualis est color vnguium) *vel nigri coloris caput contegant.*

ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΚΑΙ ἀγγελικοῦ σχήματος.

Ἀφ' ἑσπέρας εἰσφέρονται τὰ ἱμάτια τοῦ μέλλοντος λαβεῖν, τὸ ἅγιον σχῆμα, ἐν τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ· καὶ ἀποτίθενται ἐν τῷ θαλασσιδίῳ τῆς ἁγίας τραπέζης. Καὶ εἰς τὸν ὄρθρον ψάλλεται, ὁ κανὼν, οὗ ἡ ἀκροστιχίς. Εὐδόκιμον τέλος εὐδοκίμῳ μοι Χριστὲ παράσχου.

Ὠδὴ α'. ἦχος β'.
Δεῦτε λαοί.

Ἐπὶ τὴν σὴν φιλανθρωπίαν δραμόντα Χριστὲ, τῷ τῷ ἁγίῳ σχήματι νῦν προσερχόμενον, ψυχικῇ διαθέσει, καὶ γνώμῃ φιλαρέτῳ, σῶτερ, ὑπόδεξαι.

Ὑπεισελθεῖν, τὸν σὸν χρηστόν μοι ζυγὸν ἀγαθὲ, καὶ τὸ φορτίον, δέσποτα, ἆραι ἀξίωσον τῶν πολλῶν μου πταισμάτων, τὸν φόρτον ἀφανίζων, ὡς πολυέλεος.

Διαφυγεῖν τῆς ἁμαρτίας τὸν ὄλισθον ἀπὸ τοῦ νῦν εὐδόκησον· τῶν πεπραγμένων μοι ἀμετρήτων πταισμάτων τοὺς ῥύπους ἐξαλείφων, δρόσῳ τῆς χάριτος.

Ὁ δι' ἡμᾶς σάρκα φορέσας, καὶ θάνατον ὑπὲρ ἡμῶν ὡς εὔσπλαγχνος καταδεξάμενος, σαρκικῶν μολυσμάτων καθάρισον οἰκτίρμον, τὸν προσιόντα σοι. Θεοτόκιον.

Καταφυγὴν, καὶ προστασίαν, καὶ σκέπην σε περιφανῆ πλουτήσαντες, οἱ Θεοτόκον σε πάναγνα φρονοῦντες τῆς θείας ἐποπτείας καταξιούμεθα.

Ὠδὴ γ'. Στερέωσον ἡμᾶς ἐν.

Ἱλάσθητι Χριστὲ τῷ σοὶ προστρέχοντι οἰκέτῃ, καὶ τοῦτον τὴν πολιτείαν τῶν ὁσίων καταξίωσον εὐσεβῶς καὶ δικαίως πολιτεύεσθαι.

Μετάθεσιν ζωῆς καὶ μεταποίησιν, τὸ σχῆμα τὸ θεῖον τοῦτο παράσχου, καὶ πταισμάτων καθαρτήριον, τῷ σοὶ προστρέχοντι πιστῷ δούλῳ σου.

Ὁ μόνος ἀγαθὸς, ὁ μὴ βουλόμενος ἀνθρώπων τὸν θάνατον ἐλεῆμον, τὸν σὸν δοῦλόν σοι προσπίπτοντα, τῷ χορῷ τῶν ἁγίων συναρίθμησον.

OFFICIVM MAGNI ET ANGELICI Habitus.

Vesperâ præcedente sanctum Habitum suscepturi, vestimenta ad sanctum Altare asportantur: & in sanctæ mensæ Gremio siue Mari reponuntur. Et ad Laudes matutinas cantatur Canon cuius initiales litteræ sunt. Εὐδόκιμον τέλος εὐδοκίμῳ μοι Χριστὲ παράσχου.

Canticum primum. Tonus secundus.
Venite populi.

Firmo proposito, & studiosa animi sententia, ad tuam humanitatem, Christe, currentem, & ad sanctum Habitum nunc accedentem, Saluator suscipe.

Suaue tuum iugum subire, & onus tollere concede, benigne Domine, multorum meorum criminum pondus excutiens: vt misericors.

Lubricum peccati amodo vitare, præsta rore gratiæ tuæ commissorum à me immensorum criminum sordes abstergens.

Qui propter nos carnem induisti, & pro nobis vt humanus mortem oppetiisti, carnalibus inquinamentis ad se accedentem, misericors, expurga.

Deipara.

Refugium, protectionem, & asylum manifestum te possidentes, qui te Dei genitricem, sanctissima, sentimus: diuini intuitus custodia habemur dignum.

Canticum tertium. Confirma nos in.

Reconciliare, Christe, ad te recurrenti famulo, & hunc ad sanctorum normam deuotè & iustè vitam componere concede.

Sacrum hunc habitum ad te recurrenti, fideli seruo tuo fac esse in morum mutationem, in vitæ conuersionem, & delictorum expiationem.

Qui solus bonus, & mortem hominum non vis, misericors: seruum tuum tibi procidentem sanctorum cœtui annumera.

Tua nunc via incedere volentem, & cruciferam amplecti vitam aggressum, à prioribus delictis munda me, humane Domine.

Deipara.

Euæ maledictionem dissoluisti, ô pura, quæ peperisti benedictionem inconsumptam mundo, velut è perenni fonte emittentem, Saluatorem nostrum, Mater Virgo.

Sessio. Tonus quartus.

Citus præueni.

Post me venire cupientes, inquit, mundi oblectamenta, parentes qui vos genuerunt, filios & vxores, fratres & amicos, diuitias & domos, cognatos & seruos abnegate: & Apostolorum meorum dignitatem assumite.

Canticum quartum. Domine audiui.

Vt olim prodigum, ac velut publicanum, ô Verbum Dei humanitate præstans, me suscipe.

Redemptor noster factus es, in cruce mundi pretium soluens. Ideo tibi procido, libera me Domine.

Gratia tua, & lumine diuinæ tuæ cognitionis in Baptismo signatum, ouem rationalis gregis me effice.

Qui Lazarum à mortuis suscitasti, & me peccati stimulo morti traditum, viuifica, Domine.

Deiparæ.

Benedicta, tota pura Mater Dei, tua me protectione, & in sacro tuo asylo, serua Domina.

Canticum quintum. Luminis author.

Tua obedientia, Christe, vt Deus, inobedientiam nostram dissoluisti: & per pœnitentiam & fidem, regni ingressum nobis aperuisti.

Qui me supremo cum tui neglectu vitam hucusque transegisse cernis, adesto mihi, Christe curæ tuæ vigilantia: & iustitiæ thorace indue.

Qui fide & regenerationis lauacro me à primi parentis maledictione abluisti; grauibus delictis nunc coinquinatum, lachrymarum fontibus emunda.

Incuruum & in terram inclinatum, Domine, graui & mortifero criminum pondere, tua viuifica manu erige.

Deiparæ.

Æqualis existens Patri secundùm causæ expertem formam, æqualis nobis factus es, ex matre concubitus nuptialis experte; cui precibus, Deus homo, salua me.

Νῦν θέλοντα τὴν σὴν ὁδὸν πορεύεσθαι, καὶ βίον ἑλέσθαι τὸν σταυροφόρον προσδεξάμενος, καθάρισον τῶν προτέρων πταισμάτων με, φιλάνθρωπε.

Θεοτόκιον.

Τῆς Εὔας τὴν ἀρὰν διέλυσας, τεκοῦσα τοῖς πᾶσι τὴν εὐλογίαν ἀδαπάνητον πηγάσαντα, τὸν σωτῆρα τοῦ κόσμου, μῆτερ παρθένε.

Κάθισμα, ἦχος δ'.

Ταχὺ προκατάλαβε.

a Οἱ θέλοντες ἔρχεσθαι, φησὶν ὀπίσω μου, ἀρνήσασθε τὰς κοσμικὰς ἀφορμάς, γονεῖς τοὺς γεννήσαντας, τέκνα τε, καὶ γυναῖκας, ἀδελφούς τε καὶ φίλους, χρήματα καὶ οἰκίας, συγγενεῖς τε καὶ δούλους, καὶ δέξασθε ἀξίωμα τῶν ἀποστόλων μου.

Ὠδὴ δ'. Εἰσακήκοα κύριε.

Ἐπιστρέφοντα δέξαι με, λόγε θεοῦ, τὸν ἄσωτον ὡς πάλαι, καὶ ὡς τὸν τελώνην, μόνε φιλάνθρωπε.

Λυτρωτὴς ἡμῶν γέγονας σταυρῷ τὸν κόσμον ἀγοράσας. διὸ σοι προσπίπτω, ῥῦσαί με, δέσποτα.

Σημειωθέντα χάριτι, καὶ φωτισμῷ τῆς σῆς θεογνωσίας, λογικῆς σου ποίμνης δεῖξόν με πρόβατον.

b Ὁ ἐγείρας τὸν Λάζαρον, ἐκ τῶν νεκρῶν κἀμὲ τὸν νεκρωθέντα ἁμαρτίας κέντρῳ, ζώωσον δέσποτα.

Θεοτόκιον.

Εὐλογημένη πάναγνε, μῆτερ θεοῦ τῇ σῇ με προστασίᾳ, καὶ τῇ θείᾳ σκέπῃ φρούρησον, δέσποινα.

Ὠδὴ ε'. Ὁ τοῦ φωτὸς χορηγός.

Ὑπακοὴ σου Χριστέ, τὴν ἡμετέραν ὡς θεὸς ἐλύσας παρακοήν, καὶ τῆς βασιλείας τὴν εἴσοδον ἡμῖν διὰ μετανοίας καὶ πίστεως ἔδειξας.

Διατελέσαντά ἐν ἀμελείᾳ τὴν ζωὴν βλέπων με, τῇ προσοχῇ τῆς ἐπιμελείας ἐπίστηθι Χριστὲ, τῆς δικαιοσύνης ἐνδύσας με θώρακα.

Ὁ διὰ πίστεως, πάλιν ἀρχαίας τε λουτροῦ, πλύνας με προγονικῆς ἀρᾶς, νῦν δακρύων ἀπόπλυνον πηγαῖς, καταρυπωθέντα δεινοῖς πταίσμασιν.

Κατακαμπτόμενον, καὶ νενευκότα με πρὸς γῆν δέσποτα, τοῖς ἐπαχθέσι καὶ θανατηφόροις πλημμελημάτων φορτίοις, τῇ σῇ ζωηφόρῳ χειρὶ ἐπανόρθωσον.

Θεοτόκιον

Ἴσος ἀνάρχῳ πατρὶ, κατὰ τὴν ἄναρχον μορφὴν γέγονας ἴσος ἡμῖν. ἐξ ἀπειρογάμου φυόμενος μητρὸς, ἧς ταῖς ἱκεσίαις, θεάνθρωπε, σῶσόν με.

Ὠδὴ ϛ΄. Ἐν ἀβύσσῳ πταισμάτων.

Μὴ παρίδῃς τὸ πλάσμα σου δέσποτα, ἀλλὰ τοῦ σταυροῦ σου τῇ χάριτι σῶσόν με, καὶ τῷ τιμίῳ αἵματι, ὃ ἐκ θείας πλευρᾶς σου ἐκένωσας.

Ὡς μὴ ὄντα τὸ πρότερον ἔπλασας, οὕτως ἀπολλύμενον ταῖς ἁμαρτίαις με ἀναζητήσας σῶσόν με, ὡς ποιμὴν ἀγαθὸς τε καὶ εὔσπλαγχνος.

Μακαρίων ἐλπίδων μέτοχόν με, τῶν ἀποκειμένων πᾶσι τοῖς ἀξίοις σου, τῶν τὴν ζωὴν μιμήσασθαι καταξίωσον, μόνε φιλάνθρωπε.

Θεοτόκιον.

Ὁ χερσὶν ἀκηράτοις μορφώσας με, πάλιν ἀνεμόρφωσεν ἀχρειωθέντα δι' ὅλως ἐκ τῆς γαστρός σου δέσποινα, προσλαβών με τελείως, ὡς εὔσπλαγχνος.

Κοντάκιον. Ἀγκάλας πατρικάς.

Ὠδὴ ζ΄. Εἰκόνος χρυσῆς.

Ἰθύνας πρὸς σὲ τὰς ὁδούς μου, ἀγαθὲ, καὶ τὴν καρδίαν μου, ἀνακαινώσει θείου πνεύματος, παλαιωθέντα ἀνάπλασον τῆς ἁγιωσύνης τῷ κάλλει, καλλωπίσας βοῶντά σοι· εὐλογητὸς ὁ θεὸς ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν.

Χειρὸς δεξιᾶς τῆς ἐμῆς ὡς ἀγαθὸς ἐπιλαβόμενος πρὸς πολιτείαν σοι εὐάρεστον, εὐθυποροῦντα ἀνάδειξον, καὶ πρὸς τελειότητα βίου, ἀναβαίνειν, βοῶντά σοι· εὐλογητὸς ὁ θεὸς ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν.

Ῥαθύμως τὸν πρὶν διεξάγων τὸν ἐμὸν βίον ὁ δείλαιος, σοὶ τῷ δεσπότῃ νῦν προσέρχομαι σου πεποιθὼς ἀγαθότητι, καὶ τῇ εὐσπλαγχνίᾳ σου μόνῃ, καὶ προσπίπτω κραυγάζων σοι· εὐλογητὸς εἶ ὁ θεὸς ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν.

Ἱστίῳ σταυροῦ, καὶ ταῖς αὔραις τοῦ σεπτοῦ καὶ θείου πνεύματος, πρὸς τὸν λιμένα καθοδήγησον τοῦ σοῦ ἐνδόξου θελήματος, καὶ πρὸς οὐρανῶν κληρουχίαν, καὶ ἀξίωσον ψάλλειν σοι· εὐλογητὸς εἶ ὁ θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν.

Θεοτόκιον.

Σωτῆρα θεὸν, καὶ τοῦ κόσμου λυτρωτὴν πανάχραντε τέτοκας, ὃν νῦν δυσώπει τὴν εὐπρέπειαν τῶν ἀρετῶν καὶ φαιδρότητα, καὶ τὴν τῆς ἀσκήσεως χάριν ἀμφιάσαι τοὺς ψάλλοντας· εὐλογημένη ἡ θεὸν σαρκὶ κυήσασα.

Ὠδὴ η΄. Κάμινος ποτέ.

Τρόπαιον ἡμῖν Χριστὲ τοῦ διαβόλου τὸν σταυρόν σου τύπον δέδωκας, ἐν ᾧ καταβάλλομεν τὰ ἐκείνου μηχανήματα, καὶ πονηρὰ φρυάγματα, κράζοντες· εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα κυρίου τὸν κύριον.

Cant. sextum. In abysso delictorum.

Ne despicias creaturam tuam, Domine: verum crucis tuæ gratiâ, & pretioso sanguine, diuino tuo latere effuso, salua me.

Vt me, cùm prius non essem, creasti, sic & peccatis perditum requirens, salua me, vt Pastor bonus & clemens.

Beatæ spei omnibus te dignis repositæ participem me fac, & eorum vitam me imitari præsta, qui solus humanus es.

Deiparæ.

Incontaminatis manibus qui me formauit, perditũ omnino reformauit iterum: ex tuo vtero, Domina, carnem meam integrè assumens, vt benignus.

Breuiculum. Paternos sinus.

Canticum septimum. Imaginis aureæ.

Ad te vias meas, & cor meum dirigens, ô bone, Sancti Spiritus renouatione, & sanctitatis decore inueteratum reforma, adornans me clamantem ad te. Benedictus es, Deus patrum nostrorum.

Manu dextra me apprehensum, ad tibi placitum vitæ genus contendentem, & ad vitæ perfectionem conscendentem me renuncia, clamantem ad te. Benedictus es, Deus patrum nostrorum.

Priorem vitam qui negligenter transegi infœlix, ad te Dominum, tuæ humanitati & soli pietati confisus accedo, & procido clamans ad te, Benedictus es, Deus patrum nostrorum.

Crucis velo, & venerandi diuinique spiritus auris, ad gloriosæ tuæ voluntatis portum, & ad cœlorum consortium deduc, & concede tibi psallere. Benedictus es, Deus patrum nostrorum.

Deiparæ.

Saluatorem Deum, & mundi Redemptorem, immaculata, peperisti; quem nunc precare, & virtutum decore & cultu, & religiosæ exercitationis gratiam exornet canentes. Benedicta tu Deum carne enixa.

Canticum octauum. Fornax aliquando.

Trophæum nobis aduersus diabolum crucis figuram dedisti, in qua eius machinamenta, & subtiles eius astus dissipamus, clamantes. Benedicite omnia opera Domini Domino.

Gratiam nobis elargitus es, vt possimus renouari baptismo, confessione, vitæ puritate, lachrymarũ effusione, & vera germanaq; pœnitentia, ô benigne.

Carnis affectus menti subiicere per temperantiam, religiosam exercitationem, morum emendationem, à malis abstinentiam, & indeficientem mandatorum tuorum obseruantiam seruis tuis largire.

Adoptionis tuæ formam nobis impressam, virtute & gratia diuini tui Spiritus, & humanitatis incomprehensæque tuæ bonitatis arte, vt propitiatu facilis in me renoua.

Deiparæ.

Delictorum disrumpe vincula, & chirographum peccati eius qui ad diuinum habitum accedit, dele: hilaritate, deuotione & fide orthodoxa fultum illum conseruans immaculata.

Cãt. nonũ. Genitoris principii expertis.

VOcationi, & sancto habitui condignè conuersari, Verbum Dei, mihi præbe: peccatorum sordes, & delictorum affectus diuina tua gratia absterge, misericors.

Salua me, precor, qui Saluator vocaris, puro corde ad te tendentem: & prauitatis pondere, à me amoto misericorditer me quiescere concede, qui solus omnipotens misereris.

Christus, vt verè benignus & humanus, diuina charismata ad se reuersis elargitur: diuinoque gratiæ throno deuotè propinquantibus, munus sinceræ bonitatis distribuit.

Qui tuæ voluntati æquali concursu tendentem habes potestatem, Euangelii tui ministros nos esse ostende, Verbum: & quæ tecum iniuimus pacta, sanctorum tuorum precibus, ô vitæ largitor, nos tribue. *Deiparæ.*

Filium tuum benignum, immaculatum, precare, sacri Habitus candidatum, ad Religionis desideratum finem deuotissimè peruenire: te namque illibatam auxiliatricem habemus.

Versus similares. Tonus idem.

Cùm è ligno.

AD te fide recurrentem, Domine, per semitas iustitiæ tuæ me deduc, qui solus clemens es, & grauiter

Ἔδωκας ἡμῖν τὸ δύνασθαι τὴν χάριν, ἀνανεοῦσθαι τοῦ βαπτίσματος, δι᾽ ἐξαγορεύσεως, διὰ βίου καθαρότητος, διὰ δακρύων χύσεων καὶ διὰ μετανοίας γνησιωτάτης φιλάνθρωπε.

Πάθη τῆς σαρκὸς, τῷ νῷ καθυποτάξαι δι᾽ ἐγκρατείας καὶ ἀσκήσεως παράσχου τοῖς δούλοις σου διὰ τρόπων βελτιώσεως, δι᾽ ἀποχῆς τοῦ χείρονος, καὶ τῆς ἀδιαλείπτου τῶν ἐντολῶν σου τηρήσεως.

Ἄνωθεν ἡμῖν τῆς σῆς υἱοθεσίας τοὺς χαρακτῆρας ἀνακαίνισον τοῦ θείου σου πνεύματος, ἐνεργείᾳ τε καὶ χάριτι, ὡς μόνος εὐδιάλλακτος, τέχνῃ φιλανθρωπίας, καὶ ἀνεφικάστου χρηστότητος.

Θεοτόκιον.

Ῥῆξον τὰς σειρὰς τὰς τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ ἁμαρτίας τὸ χειρόγραφον, τοῦ τῷ θείῳ σχήματι προσιόντος ἱλαρότητι καὶ εὐλαβείᾳ, πανάγνε, πίστει τῇ ὀρθοδόξῳ ἐρηρεισμένον φυλάττουσα.

Ὠδὴ θ᾽. Ἀνάρχου γεννήτορος.

ΑΞίως τῆς κλήσεως, καὶ τοῦ ἁγίου σχήματος πολιτεύσασθαι, λόγε θεοῦ, παράσχου μοι, τὸν τῆς ἁμαρτίας μου ῥύπον καὶ τὰς βουλὰς τῶν παραπτωμάτων τῇ σῇ θείᾳ χάριτι ἐξαλείψας, πολυέλεε.

Σωτὴρ ὡς καλούμενος, διάσωσόν με δέομαι, καθαρᾷ σοι καρδίᾳ τὸν προσερχόμενον, καὶ τὸ τῆς κακίας μου βάρος περιελών, ὡς μόνος οἰκτίρμων, συμπαθῶς ἀνάπαυσον ὡς ὑπέρχου παντοδύναμε.

Χριστὸς νῦν χαρίζεται, χρηστός μου ὢν καὶ εὔσπλαγχνος, τοῖς αὐτῷ προσιοῦσι θεῖα χαρίσματα, τοῖς προσερχομένοις τῷ θείῳ παντάνακτι, τῆς χάριτος θρόνῳ δωρεὰν χρηστότητος ἀκηράτου παρεχόμενος.

Ὁ ἔχων συντρέχουσαν τῇ σῇ βουλῇ τὴν δύναμιν, ὑπηρέτας ἀξίους ἡμᾶς ἀνάδειξον τοῦ εὐαγγελίου σου, λόγε· καὶ τὰς πρὸς σὲ συνθήκας πληρῶσαι, εὐχαῖς τῶν ἁγίων σου, ζωοδότα, καταξίωσον. Θεοτόκιον.

Υἱόν σου τὸν εὔσπλαγχνον, πανάμωμε δυσώπησον, τὸν πιστῶς προσιόντα τῷ θείῳ σχήματι, πρὸς τὸ τῆς ἀσκήσεως φθάσαι παντάνακτος πολύευκτον τέλος, σὲ γὰρ τὴν παναγήραντον ἀντιλήπτορα κεκτήμεθα.

Στιχηρὰ προσόμοια ἦχος ὁ αὐτός.

Ὅτε ἐκ τοῦ ξύλου.

ΠΙστεῖ προσερχόμενον πρὸς σέ, δέσποτα, τῆς σῆς ἐπὶ τρίβους δικαιοσύνης με ἐπιστάς καθοδήγησον, ὡς μόνος εὔσπλαγχνος, καὶ δεινῶς πε-

περιωκότα με, καὶ κατερραγμένον, πλήθει τῶν πλαισμάτων μου σῶτερ, ἀνόρθωσον. σῇ γὰρ πεποιθὼς συνεργίᾳ, τὴν ἀγγελικὴν πολιτείαν ταύτην ἐπεισέρχομαι, φιλάνθρωπε.

lapsum confractumque delictorum copia, Saluator, erige: tua namque fretus ope, Angelicum vitæ genus adorior, humane.

Εχων τὴν πηγὴν τῶν ἀγαθῶν, τῶν ἁμαρτωλῶν ὁ μὴ θέλων Χριστὲ τὸν θάνατον, δι' ἄφατον ἔλεος, ἀλλὰ μετάνοιαν, τοῖς πιστοῖς χαρισάμενος τοῖς ἐπεγνωκόσι τὴν ὑπὲρ κατάληψιν οἰκονομίαν σου δέξαι, προσιόντα προθύμως σχήματι τῷ θείῳ, καὶ σῶσον τῇ φιλανθρωπίᾳ σου προσπίπτοντα,

Qui bonorum possides fontem, nec peccatorum vis mortem, sed pœnitentiam propter clementiam tuam immensam, Christe, fidelibus dispensationem captum omnem superantem agnoscentibus, elargitus es: suscipe spontaneum diuini habitus candidatum, & salua tuæ clementiæ procidentem.

Τεῖχος ὑπερβήσομαι ἐν σοὶ τὸ τῆς ἁμαρτίας μου, σῶτερ, καὶ λυτρωθήσομαι· σὺ γὰρ ἀνταπέδωκας τὸ ἐμὸν ὄφλημα, καὶ τιμῆς με ἠγόρασας αἰχμαλωτισθέντα, τὸν τῆς ἀγαθότητος ἐπιδεικνύμενος πλοῦτον, καὶ τὴν τῆς εὐσπλαγχνίας ἄβυσσον πηγάσαι θελήσας πᾶσι τοῖς ὑμνοῦσί σε, φιλάνθρωπε. d Πάντων προστατεύεις ἀγαθή. Θεοτόκιον.

In te peccati murum transgrediar, Saluator, & liberabor: tu enim debitum meum exoluisti, & pretio me captiuum redemisti proferens benignitatis diuitias; & clementiæ abyssum scaturire iubens, omnibus te celebrantibus, humane.

Omnium curam habes, ô bona. *Deiparæ.*

ς Εἰς τὴν λειτουργίαν τῆς εἰσόδου γινομένης τοῦ εὐαγγελίου· ἀποβάλλει ὁ μέλλων λαμβάνειν τὸ ἅγιον σχῆμα, τὸ ἐκ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ κάλυμμα, καὶ τὰ ἐν τοῖς ποσὶ καλλίγια.

In Missa peracto Euangelij Ingressu, abiicit sancti habitus candidatus capitis tegimen, & quas habet in pedibus caligas.

Καὶ ποιήσας μετανοίας γ' ἵσταται.

Et ter reuerentiam corporis demissione exhibens, stat.

Καὶ μετὰ τὴν εἴσοδον, λέγομεν τὸ ἀπολυτίκιον τῆς ἡμέρας, εἶτα τὰ παρόντα ἀντίφωνα.

Et post Ingressum, dicimus diei dimissorium: & exinde præsentia Antiphona.

Ηχος δ'.

Tonus quartus.

Ηθελον δάκρυσιν ἐξαλεῖψαι, τῶν ἐμῶν πλαισμάτων κύριε τὸ χειρόγραφον, καὶ τὸ ὑπόλοιπον τῆς ζωῆς μου, διὰ μετανοίας εὐαρεστῆσαί σοι. ἀλλ' ὁ ἐχθρὸς ἀπατᾷ με, καὶ πολεμεῖ τὴν ψυχήν μου. Κύριε πρὶν εἰς τέλος ἀπόλωμαι, σῶσόν με.

Delictorum meorum chirographum lachrymis meis obliterare, & residuum vitæ tempus in placita tibi pœnitentia consumere vellem: verum seducit me inimicus, & animæ bellum infert, Domine, priusquam funditus peream, salua me.

e Τίς χειμαζόμενος καὶ προστρέχων τῷ λιμένι τούτῳ οὐ διασώζεται; ἢ τίς ὀδυνώμενος καὶ προσπίπτων τῷ ἰατρείῳ τούτῳ οὐ θεραπεύεται; δημιουργὲ τῶν ἁπάντων καὶ ἰατρὲ τῶν νοσούντων. Κύριε πρίν.

Quis fluctibus agitatus ad portum hunc appellens non euadit? aut quis dolore iactatus, & procidens hoc remedio non curatur? omnium opifex & infirmorum medice, Domine, priusquam funditus, *&c.*

f Πρόβατόν εἰμι τῆς λογικῆς σου ποίμνης, καὶ πρὸς σὲ καταφεύγω τὸν ποιμένα τὸν καλόν, ζήτησόν με τὸν πλανηθέντα ὁ θεός, καὶ ἐλέησόν με.

Rationalis tui gregis, ouis sum: & ad te Pastorem bonum confugio: require me errantem, Deus, & salua me.

Δόξα. καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Gloria. Et nunc. *Deiparæ.*

Εκ πολυποίων κινδύνων. Αντίφωνον β'.

Ex omnibus periculis. *Antiph. 2.*

Εν τῇ πηγῇ τῇ μυστικῇ τῆς ἀναγεννήσεως υἱοθεσίαν λαβὼν καὶ ἀπολύτρωσιν, ἐν ἀμελείᾳ τὴν ζωήν, καὶ ἐν παραπτώμασιν ἐκδαπανήσας ἀγαθέ, νῦν κραυγάζω σοι. δακρύων μετανοίας πηγήν μοι δώρησαι, καὶ ἀποπλυνον τὸν ῥύπον τῶν ἐμῶν πλημμελημάτων, παντοδύναμε σωτὴρ καὶ πολυέλεε.

In mystico regenerationis fonte adoptionem nactus, in socordia & sceleribus postquam vitam consumpsi, ô bone, nunc ad te clamito Lachrymarum pœnitentiæ fontem mihi præbe, & sordes delictorum meorum ablue, omnipotens & valdè misericors Saluator.

Δόξα. καὶ νῦν.

Gloria. Et nunc.

Peccatorum procella me agitat, Saluator, nec tempestatem amplius sustinere valens, tibi soli gubernatori procido. Velut Petro benignitatis manum mihi extende, & salua me.

Deiparæ.

Calamitatibus nostris erue nos, Mater Christi Dei omnium opificis genitrix: vt tibi cuncti canamus. Salue sola protectio animarum nostrarum.

Antiphonum tertium.

Vbi est mundi affectus? Vbi fluxarum rerum species? Nonne hæc cernimus, terram & cinerem? Quid igitur frustra labore consumimur? Vt quid mundo non renunciamus, & sequimur clamantem? Qui vult post me incedere, tollat crucem suam, & vitam æternam possidebit.

Venite, filij, audite me.

Venite, omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me; quia mitis sum, & humilis corde; & inuenietis requiem animabus vestris.

Versiculus. Erraui sicut ouis. Ouis sum rationalis tui gregis.

Quære illud suprà.

Venite adoremus, & procidamus, & ploremus coram Domino qui fecit nos.

Domine, Domine, respice de cœlo, & vide: & visita vineam istam: & perfice eam quam plantauit dextera tua.

Gloria. *Deiparæ.*

Sola pura & illibata Virgo.

Et. Paternos sinus.

Mox interrogat eum Sacerdos, dicens.

Vt quid accessisti, Frater, procidens sancto Altari, & sanctæ huic Societati?

Responsio. Monasticæ vitæ desiderio, venerande Pater.

Interrogatio. Cupis Angelico habitu ornari, & Monachorum cœtui aggregari?

Responsio. Quàm maximè, venerande Pater.

Interrogatio. Verè bonum & beatum opus elegisti, si perfeceris tamen: bona namque opera comparantur labore, & dolore absoluuntur.

Interrogatio. Spontaneâ animi sententiâ ad Dominum accedis?

Responsio. Ita, venerande Pater.

Ζάλη ἁμαρτημάτων περιέχει με, σωτήρ, καὶ μηκέτι φέρων τὸν κλύδωνα, σοὶ προσπίπτω τῷ μόνῳ κυβερνήτῃ. ὡς τῷ Πέτρῳ τὴν χεῖρά μοι ἔκτεινον τῆς φιλανθρωπίας σου, καὶ σῶσόν με.

Θεοτόκιον.

Ρῦσαι ἡμᾶς ἐκ τῶν ἀναγκῶν ἡμῶν, μήτηρ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ, ἡ τεκοῦσα τὸν τῶν ὅλων ποιητήν, ἵνα πάντες κράζωμέν σοι, χαῖρε ἡ μόνη προστασία τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

Ἀντίφωνον γ'.

g 6 Ποῦ ἐστιν ἡ τοῦ κόσμου προσπάθεια; ποῦ ἐστιν ἡ τῶν προσκαίρων φαντασία; οὐκ ἰδοὺ ταῦτα βλέπομεν γῆν καὶ σποδόν; τί οὖν κοπιῶμεν εἰς μάτην; τί δὲ οὐκ ἀρνούμεθα κόσμον, καὶ ἀκολουθοῦμεν τῷ κράζοντι; ὁ θέλων προελθεῖν ὀπίσω μου, ἀναλαβέτω τὸν σταυρόν μου, καὶ ζωὴν κληρονομήσει τὴν αἰώνιον.

Δεῦτε τέκνα ἀκούσατέ μου.

h Δεῦτε πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ· καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν.

Στίχος. Ἐπλανήθην ὡς πρόβατον.

Πρόβατον εἰμὶ τῆς λογικῆς σου ποίμνης.

Ζήτει αὐτὸ ἐπάνω.

Δεῦτε προσκυνήσωμεν καὶ προσπέσωμεν, καὶ κλαύσωμεν ἐναντίον κυρίου τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς.

Κύριε κύριε ἐπίβλεψον ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἰδὲ καὶ ἐπίσκεψαι τὴν ἄμπελον ταύτην, καὶ κατάρτισαι αὐτήν, ἣν ἐφύτευσεν ἡ δεξιά σου.

Δόξα. Θεοτόκιον.

Ἡ μόνη ἁγνὴ καὶ ἄχραντος παρθένος, καὶ τό.

Ἀγκάλας πατρικάς.

i Εἶτα ἐπερωτᾷ αὐτὸν ὁ ἱερεὺς λέγων.

Τί προσῆλθες ἀδελφέ, προσπίπτων τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ, καὶ τῇ ἁγίᾳ συνοδίᾳ ταύτῃ;

Ἀπόκρισις. Πόθῳ τὸν βίον τῆς ἀσκήσεως, τίμιε πάτερ.

Ἐρώτησις. Ποθεῖς ἀξιωθῆναι τοῦ ἀγγελικοῦ σχήματος, καὶ καταταγῆναι ἐν τῷ χορῷ τῶν μοναζόντων;

Ἀπόκρισις. Ναί, τίμιε πάτερ.

Ἐρώτησις. Ὄντως καλὸν ἔργον καὶ μακάριον ἐξελέξω, ἀλλ' ἐὰν καὶ τελειώσῃς. τὰ γὰρ καλὰ ἔργα, κόπῳ κτῶνται, k καὶ πόνῳ κατορθοῦνται.

Ἐρώτησις. Ἑκουσίᾳ σου τῇ γνώμῃ προσέρχῃ τῷ κυρίῳ;

Ἀπόκρισις. Ναί, τίμιε πάτερ.

Ἐρώτησις.

l Ἐρώτησις. l Μὴ ἔκ τινος ἀνάγκης ἢ βίας;

Ἀπόκρισις. Οὐχί, τίμιε πάτερ.

Ἐρώτησις. Ἀποτάσσῃ τῷ κόσμῳ καὶ τοῖς ἐν τῷ κόσμῳ κατὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ κυρίου;

Ἀπόκρισις. Ναὶ τοῦ θεοῦ συνεργοῦντος, τίμιε πάτερ.

Ἐρώτησις. Παραμενεῖς τῷ μοναστηρίῳ καὶ τῇ ἀσκήσει, ἕως ἐσχάτης σου ἀναπνοῆς;

Ἀπόκρισις. Ναὶ τίμιε πάτερ.

Ἐρώτησις. Σώζεις μέχρι θανάτου τὴν ὑπακοὴν τῷ προεστῶτι, καὶ πάσῃ τῇ ἐν Χριστῷ ἀδελφότητι;

Ἀπόκρισις. Ναὶ τοῦ θεοῦ συνεργοῦντος, τίμιε πάτερ.

Ἐρώτησις. Ὑπομένεις πᾶσαν θλῖψιν καὶ στενοχωρίαν τοῦ μοναχικοῦ βίου, διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν;

Ἀπόκρισις. Ναὶ τοῦ θεοῦ συνεργοῦντος, τίμιε πάτερ.

m Ἐρώτησις. m Φυλάττεις σεαυτὸν ἐν παρθενίᾳ καὶ σωφροσύνῃ καὶ εὐλαβείᾳ;

Ἀπόκρισις. Ναὶ τοῦ θεοῦ συνεργοῦντος, τίμιε πάτερ.

n n Καὶ εὐθὺς ἡ κατήχησις.

Βλέπε, τέκνον, οἵας συνθήκας δίδως τῷ δεσπότῃ Χριστῷ. ἄγγελοι γὰρ πάρεισιν ἀοράτως ἀπογραφόμενοι τὴν ὁμολογίαν σου ταύτην, ἣν καὶ μέλλεις ἀπαιτεῖσθαι ἐν τῇ δευτέρᾳ παρουσίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ὑφηγοῦμαι οὖν σοι o τὴν τελεωτάτην ζωήν, ἐν ᾗ κατὰ μίμησιν ἡ τοῦ κυρίου πολιτεία διαδείκνυται· διαμαρτυρόμενος ἅπερ χρὴ ἀσπάσασθαί σε, καὶ ὧνπερ δέον ἐκφυγεῖν. ἡ ἀποταγὴ τοίνυν p οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν κατὰ τὸν εἰπόντα, εἰ μὴ σταυροῦ καὶ θανάτου ἐπαγγελία. γίνωσκε οὖν ἀπὸ τῆς παρούσης ἡμέρας σταυρῶσθαι q καὶ νενεκρῶσθαι τῷ κόσμῳ, διὰ τῆς τελειοτάτης ἀποταγῆς. ἀποτάσσῃ γὰρ γονεῦσιν, ἀδελφοῖς, γυναικί, τέκνοις, πατριᾶσι, συγγενείαις, ἑταιρείαις, φίλοις, συνήθεσι τοῖς κόσμου θορύβοις, φροντίσι, κτήσεσι, ὑπάρξεσι, τῇ κενῇ καὶ ματαίᾳ ἡδονῇ τε, καὶ δόξῃ. καὶ ἀπαρνήσαι οὐ μόνον τὰ προειρημένα, ἀλλ᾽ ἔτι καὶ τὴν σεαυτοῦ ψυχήν, κατὰ τὴν φωνὴν τοῦ κυρίου τοῦ λέγοντος· ὅς τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτόν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι. εἰ οὖν ἀληθῶς ἀκολουθεῖν αὐτῷ ᾑρετίσω, καὶ εἰ ἀληθῶς κληθῆναι αὐτοῦ μαθητὴς ἐπιποθεῖς, ἑτοιμάσθητι ἀπὸ τοῦ παρόντος, μὴ πρὸς ἄνεσιν, μὴ πρὸς ἀμεριμνίαν, μὴ πρὸς τροφάς, μὴ πρὸς ἄλλο τι τῶν ἐπὶ γῆς τερπνῶν τε καὶ ἀπολαυστικῶν,

Interrogatio. Num ex necessitate quapiam, aut facta tibi vi?

Responsio. Non, venerande Pater.

Interrogatio. Renuncias mundo, & his quæ in mundo sunt secundùm Domini præceptum?

Responsio. Ita, Deo cooperante, venerande Pater.

Interrogatio. Perseuerabis in Monasterio, & exercitiis vitæ religiosæ, ad extremum vsque vitæ spiritum?

Responsio. Ita, venerande Pater.

Interrogatio. Obseruabis ad mortem vsque obedientiam Superiori, & toti in Christo Fraternitati?

Responsio. Ita, Deo cooperante, venerande Pater.

Interrogatio. Sustinebis omnem afflictionem & angustiam vitæ religiosæ propter regnum cœlorum?

Responsio. Ita, Deo cooperante, venerande Pater.

Interrogatio. Custodies teipsum in virginitate, temperantia, & deuotione?

Responsio. Ita, Deo cooperante, venerande Pater.

Et statim subditur instructio.

Vide, fili, quæ pacta cum Domino Christo inis. Adsunt enim Angeli promissa tua, quæ & in secundo aduentu Domini nostri Iesu Christi à te sunt repetenda, inuisibiliter describentes. Vitam itaque perfectissimam, ad cuius instar Domini conuersatio exprimitur, ob oculos pono: contestatus, & quæ te amplecti, & quæ auersari necesse est. Renunciatio igitur nihil aliud est, iuxta dictum illud, nisi crucis & mortis professio. Hoc igitur etiam à præsenti die firmiter constitue, vt per renuntiationem perfectam in crucem agaris, & moriaris mũdo. Renuncias enim parentibus, fratribus, vxori, filiis, patribus, cognationibus, societatibus, amicis, consuetis mundo turbis, possessionibus, diuitiis, inani voluptati, & vanæ gloriæ. Nec tantùm præfata abnegas, verum & tuam ipsius animã, iuxta vocem Domini dicentem: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Si ergo eum sequi elegisti, & si eius discipulus verè vocari desideras: disponere ab hoc temporis momento non ad requiem, non ad incuriam, non ad cibos, non denique ad reliqua quæ iucunda, aut vsu suauia sunt super terram,

Ὁ τοιοῦτος οὖν μοναχὸς προσκαρτερεῖ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἡμέρας ἑπτὰ σχολάζων ἀπὸ παντὸς ἔργου, ἄνευ ἀναγνώσεως, εἰ ἐπίσταται. Gloria *Breuiculum sancti eo die celebrati.* Et nunc. *Deiparæ. Et confestim,* Ter sanctus Hymnus *dicitur. Facta vero missa dimissione, fratres accensis cereis, præsentem Modulum cantantes ad mensam procedunt.*

Domine, Domine, respice de cœlo, & vide, visita vineam istam, & perfice illam, quam plantauit dextera tua. Gloria. Et nunc. *Deipara.*

Lampas inextincta, &c.

Huiusmodi itaque Monachus ab omni opere vacans, etiam à lectione, si calleat, septem diebus in Ecclesia perseuerat.

IN MAGNI ET ANGELICI HABITVS Officium. Notæ.

1 Ἀκολουθία τοῦ μεγάλου καὶ ἀγγελικοῦ.] Communis vitæ in cœnobiis sectatores, μικρόσχημοι sunt: perfectioris autem viuendi normæ, pluribusque virtutum & austeritatum exercitiis addicti, quasi nouæ professionis onere assumpto, habitus etiam à cæteris discrimen sibi eligunt, & μεγαλόσχημοι, siue μεγάλου καὶ ἀγγελικοῦ σχήματος, esse dicuntur. Verum quidem est ἀρχαῖον Nouitium, ἀγγελικὴν πολιτείαν salutare, ἀγγελικὸν βίον aggredi, ἀγγελικὴν διαγωγὴν delibare; & commune quodcumque religionis in cœnobiis institutum, Angelis æqualem in obsequio diuino famulandi rationem imitari: *Confiteor enim*, scribit de Monastico statu in suo testamento Theodorus Studita, *Monasticum statum sublimem esse, & excelsum & Angelicum*, &c. Et infra. *Angelicum promissum vestrum receptum custodite: in cœlo ambulantes mundum odio habentes*, &c. De Abbate Or quoque Palladius cap. 9. refert: *eum habitu Angelico præditum, mille fratrum Monasteria habuisse: ita vt Angelus ei apparens vere dixerit: eris in gentem magnam & magnus fidei tuæ credetur populus?* Ioannes Moschus etiam senem quendam inueni loquentem ca. 194. inducit. *An nescis Domine frater, quia habitu Angelicum feras?* Ruffinus Latinus lib. 11. cap. 11. *Multorum*, inquit, *erat Monasteriorum Pater, qui habitu ipso honoris videbantur Angelici.* Et lib. 11. de bono cap. 4. quendam alium *Angelici ordinis virum nominat.* Et Pachomius plurium communem vitam in Monasteriis agentium Pater, ex quo Angelo edocente Cœnobitarum conscripsit regulam, cuncti Angelici sunt vocati διότι ἠξιώθη ἰδεῖν δι' ὀπτασίας ἀγγελικῆς τὸ σχῆμα τῶν μοναχῶν. *eo quod Angelica visione Monachalem habitum cernere dignus fuisset.* Qui tamen exacta aliquot annis in cœnobiis vita, imperturbatam rerum cœlestium contemplationem, strictiora ieiunia, frequentes præ cæteris orationes, solitudinem, silentium, vigilias, labores, victum, cuncta denique asperiora, abdicatis vitæ cœnobiticæ licitis auxiliis, reliquo vitæ cursu tolerare student; illi separato ac quasi sanctiori habitu assumpto, vt iam è mundo sublati homines, & vere Angelicam vitam adorti μεγαλόσχημοι, siue τοῦ ἀγγελικοῦ σχήματος nomine insigniuntur. Huius instituti Angelici prima fundamenta misisse videntur illi Monachi, qui postquam diutissime in cœnobiis omnium se virtutum apparatu excoluissent, ad eremos solitudinesque transmeabant, & relicta cœnobitica, perfectiorem aliam cum Anachoretis vitam agebant: de quibus legendus Hieronymus, epist. 12. & Cassianus Collat. 18. & 19. & plerisque aliis locis. Hos quidem ceu perfectioris modi viuendi cupidos approbat Theodorus Studites laudatus, *extra tres gradus*, ait (ἀρχαίων nimirum μικροσχήμων & μεγαλοσχήμων) *qui in diuina scala ostensi sunt, vitam hanc ducere legitime non licet*: ipsa tamen nomina μικροσχήμων & μεγαλοσχήμων, sicut & habitus in eis discrimen, penitus repudiat, & è Monasteriis testamenti sui lege cupit esse eliminata. *Non dabis paruum habitum quem vocant, postea veluti magnum: vnus est enim habitus, sicut & baptisma, quemadmodum in more fuit sanctorum Patrum.* Hæc ille apud Baronium an. 826. num. 57. Euicit tamen repugnante Theodoro, exiguo ante ipsum tempore introductum μεγαλοσχήμων genus, & exinde etiam solemniter in Ecclesia voto perpetuo suscipitur: vestesque religiosæ præcipuæ, quales erant olim Cucullus, & Scapulare illi statui iam factæ sunt propriæ: imo & ipsi in tantam aliorum Monachorum venerunt admirationem, vt concessa ipsis ἀγγελικοῦ σχήματος appellatione, reliqui τέλειοι licet καλόγηροι *perfecti religiosi*, non nisi sublimioris illius status μικρόσχημοι tantū, quasi candidati deinceps voluerint nuncupari

2 Εν τῷ θαλασσιδίῳ.] Θαλασσίδιον *Spatium altari suppositum*, notum est ex dictis de templo fol. 15. In illo à vespere μεγαλοσχήμων vestes reponuntur, vt è loco sacro consecrationem accipere, & quasi à Deo in altaris throno residente recipi, censeantur. Cum solæ vero sacris deputatæ vestes, in altari sedem recipiant, & ex altari assumantur: illæ aliæ, quæ sacratis proximè accedunt, Deoque sacros homines dedicant, viuasque Dei hostias ornaturæ sunt, è subiacente altaris spatio non immerito sunt eruendæ: dicente Dionysio. οἱ ἐνιαῖοι μοναχοὶ ὀφείλουσιν ἑνοποιεῖσθαι καὶ πρὸς ἱερὰν μονάδα συνάγεσθαι, καὶ πρὸς τὴν ἱερατικὴν ὡς θεμιτὸν ἀπομορφοῦσθαι ζωήν, ὡς τὸ συγγενὲς αὐτοῖς ἔχουσαν ἐν πολλοῖς, καὶ μᾶλλον αὐτῇ παρὰ τὰς κοινὰς τῶν τελουμένων πλησιάζουσαν, *Vnitatis cultores Monachi in vno maxime coniungi debent, & cum sacra monade colligi, atque ad Sacerdotum vitam, quantum licet formari: quod in plerisque affinitate cum illam habeant, & eorum vita præ reliquis initiatis proximitatem consequantur.*

3 Εἰς τὸν ὄρθρον.] Duabus præcipuis partibus constatur hoc officium: vna in matutinis, altera in missa persoluendis: prima hic incipit, secunda in his verbis: εἰς τὴν λειτουργίαν τῆς εἰσόδου γινομένης.

4 Ἐπὶ τὴν ζωὴν φιλανθρωπίαν] Spontaneæ Pœnitētiæ perpetuum statum Monachos elegisse quamuis quidam merito negent cum D. Thoma 2. 2. qu. 187. art. 1. ad 4. plurima tamen pœnitentiæ studia & actiones quondam in Ecclesia vigentes in solis fere Monasteriis nunc reperiri, non falso quispiam existimauerit. Quod Græcos autem spectat ex hoc toto & præcedente officio clarissime liquet; ex Pœnitentiæ laboribus Monasticam vitā eos metiri, hic vero pœnitentiā vbiq; prædicari, suaderi, requiri, & plenis omnium in choro in cantantium vocibus eius exercitia celebrari. Hinc vbi Simeon Thessalonicensis de Pœnitentiæ Sacramento tractat Monasticæ vitæ duritiem & asperitatem contemplatus, illam pœnitentiæ subiicere, vt membrum toti, licentia rhetorica vsus, non veretur. ὅτι καὶ τὸ μοναδικὸν σχῆμα τῇ μετανοίᾳ περιλαμβάνεται. *Quod Monasticum institutum*, inquit, *sub Pœnitentia comprehendatur.* ἐν ταύτῃ δὲ τῇ μετανοίᾳ καὶ τὸ ἱερώτατον περιλαμβάνεται σχῆμα τῶν μοναχῶν, ὃ δὴ καὶ ἀγγελικὸν ἐστι καὶ καλεῖται, ὡς τὴν ἐκείνων μιμούμενον καὶ ἐπαγγελλόμενον ἁγνείαν, ἀκτησίαν, ὕμνους, προσευχάς, ὑπακοήν τε καὶ καθαρότητα. καὶ τῆς μετανοίας δὲ ἔνδυμα καλεῖται, ὡς ἔνδυμα πενθικόν, ὡς ταπεινόν τε, καὶ εὐτελές, καὶ ὡς πάσης φιλοκοσμίας ἀνθρωπίνης ἀπερρηγμένον, ὡς πάντων κοσμικῶν ἐννοιῶν τε, καὶ λόγων, καὶ πράξεων οὐκ ἀνεπίμικτον μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν κατάλυσιν καὶ φυγὴν τῶν κοσμικῶν πραγμάτων χωροῦν. ὑπερκοσμίου γὰρ ζωῆς ἐστι τοῦτο σύμβολον, καὶ τῶν φθαρτῶν διδάσκει τῶν ὁρωμένων, καὶ πάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις τὸ ματαιότητα, καὶ φιλοσοφίαν τὴν ἄνω τοῦτο μελετᾷ καὶ φιλοσοφεῖ, καὶ θανάτου καὶ τέλους μνημονεύει τῶν ὧδε. διὸ καὶ μέλαν ἐστὶ ἐπειδὴ θανάτου καὶ πένθους μέμνηται, καὶ οὐ ζῇ ἐν τῷδε βίῳ· ἑτέρας δὲ ζωῆς ἐπιθυμεῖ τῆς ἀφθάρτου, καὶ πρὸς ἐκείνην τρέχειν ἐπείγεται. *In hac certè Pœnitentia sacratissimus Monachorum comprehenditur habitus, qui & Angelicus est, & nuncupatur, ceu qui puritatem, rerum temporalium abiectionem, hymnos, orationes, obedientiam, & munditiem illorum imitatur & profitetur. Pœnitentia vero etiam vocatur habitus, ceu lugubris existens, seu humilis & contemptus, & ab humana cuncta venustate alienus, mundanisque omnibus curis & verbis, & actionibus non impermixtus modo, sed & ad rerum mundanarum remotionem & fugam tendens. Supramundanæ namque vitæ argumentum est, & rerum visibilium iam interiturarum, & omnium quæ apud homines, sicut vanitatem edocet, & supernam Philosophiam meditatur & exercet; mortem quoque finemque omnium quæ apud homines sunt, in memoriam reuocat. Et eapropter niger est, vt qui mortis & luctus memoriam habet, & in hoc sæculo non viuit, sed aliam incorruptam desiderio sequitur, & ad eam cursu indefesso contendit.* At cum Pœnitentiæ sint exortes Angeli, inquirit author idem in sequentibus, cur habitus hic Angelicam vitam designare sit dicendus? Respondet ipse, & in Angelis repertam fuisse prauitatem, sed non pœnitentiæ emendationem quam pollicetur homo, quamque dum exercet Angelico more, omni se affectu doloreque humano superiorem ostendit, ἀπαθεῖς γὰρ μοναχοὶ τῷ κάτω: & deinde vt Angeli Deum laudant perpetuo, nec in minimo mandata prætereunt, ita & Monachus ab eius laudibus non cessat, & cura irrequieta voluntatem eius satagit adimplere. A pœnitentiæ tamen magis notis & manifestis exercitiis Symeon idem Monachos in pœnitentium classem reuocat, vnde quoque Monachos pœnitentium more in Narthece matutinum & minores horas persoluere fol. 24. ex ipso retulimus, & fol. 12. Monachorum habitationem μετάνοιαν pœnitentiam vocari, quo loquendi more vti non abhorruit Iustinianus G. de adult. μοναστήριον μεγαλοπρεπὲς κατεσκεύαστο, καταγώγιον ταῖς μεταμελομέναις γυναιξὶν ἐπὶ τῷ προτέρῳ βίῳ ἐσόμενον. διὸ δὴ καὶ μετάνοιαν τοῦτο τῶν γυναικῶν τὸ διαιτητήριον ὁμωνύμως τῷ ἔργῳ ἐπωνόμαζεν. *Magnificum Monasterium extraxit, Pœnitentibus de pristina vita fœminis diuersorium futurum: quare fœminarum Pœnitentiam ab operum similitudine locum illum nuncupauit:* & tandem Monachorum salutatio omnis, mutuaque beneuolentiæ responsio, non nisi μετάνοιαν, *Pœnitentiam* sonat, quam pro se mutuo orantes non desinunt deprecari: & pro Superiore ipso ὑπὲρ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ δούλου σου ὁ, καὶ τὰ λ. nullo indignante, imo & de huiusmodi voto gratias referente, solent Deum exorare.

5 Εἰς τὴν λειτουργίαν.] Hæc est altera huius officij pars, in missa qua μεγαλόσχημος perficitur decantanda. Vbi vero collocetur ille, nostra editio non explicant: eum tamen ἔνδον τῆς βασιλικῆς. *intra regiam*, id est, Ecclesiæ maiorem portam vetusta connotant inter varias lectiones litera, d.

6 Δεῦτε πάντες.] Iuxta moduli huius sensum recedit à pristino loco, Monachus induendus, & in Ecclesiæ medio, iuxta ambonem factis tribus reuerentiis, versus altare progreditur, & ad superioris pedes procidens, audit decantari illud. Δεῦτε προσκυνήσωμεν καὶ προσπέσωμεν, καὶ τὰ λ.] Vide varias lectiones littera, f.

7 Στραφεὶς κατ᾽ ἀνατολάς.] Connotatur facienda hæc oratio apud Dionysium de Eccl. Hierarch. cap. 6. ὁ μὲν ἱερεὺς ἕστηκεν ἔμπροσθεν τοῦ θείου θυσιαστηρίου τὴν μοναχικὴν ἐπίκλησιν ἱερολογῶν. ὁ δὲ τελούμενος ὄπισθεν τοῦ ἱερολογοῦντος ἕστηκεν. *Sacerdos quidem iuxta sacrum altare* (ad orientem vtique) *stat, Monachicam inuocationem recitans: initiatus verò post Sacerdotem consistit.* Eum tamen tunc procidere in terram recentior ordo iubet. Consule varias lectiones litera, s.

8 Τὸ κουκούλλιον.] De cunctis Monachi vestimentis, si duo hic posita excipias, abunde Superiore officio actum est. *Cucullus* autem siue *Cucullio*, scribit Cassiani Scoliastes, genus est vestimenti caput & humeros ambiens: *Caputium* illud hodie vocant. De illo Cassianus lib. 1. de habitu Mon. cap. 4. *Sunt præterea*, inquit, *quædam in*

ipso, Ægyptiorum habitu, non tantum ad curam corporis, quantum ad morum formulam congruentia: quo simplicitatis & innocentiæ obseruantia etiam in ipsa vestitus qualitate teneatur. Cucullis namque perparuis, vsque ad ceruicis humerorumque demissis confirma, quibus tantum caput contegant, indesinenter diebus vtuntur ac noctibus: scilicet vt innocentiam & simplicitatem paruulorum, iugiter custodire etiam imitatione ipsius velaminis commoneantur. Qui reuersi ad infantiam Christi, cunctis horis cum affectu & virtute decantant. Domine non est exaltatum cor meum. Consentit ipse textus Cucullum vestem ἀκακίας appellans. Et Nilus Asceta in M S. R. ἔλεγον οἱ γέροντες ὅτι τὸ κουκούλλιον σημεῖόν ἐστι τῆς ἀκακίας. Et Anonymus in eodem M. S. τὸ κουκούλλιον σύμβολόν ἐστι τῆς χάριτος τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεοῦ σκεπαζούσης αὐτὸ τὸ ἡγεμονικὸν, καὶ περιθαλπούσης τὴν ἐν Χριστῷ νηπιότητα, διὰ τὸν ῥαπίζειν, καὶ τιτρώσκειν ἐπιχειροῦντα. *Cucullus Symbolum est gratiæ Saluatoris nostri Dei, præcipuam ducemque nostram partem, caput videlicet operientis, & infantiam nostram in Christo fouentis, & ab eo qui percutere & vulnerare molitur, nos defendentis.* Cæterum non paruum discrimen est inter μεγαλοσχήμων Cucullum, & μικροσχήμων ἄνω καμιλαύκιον à nonnullis quoque κουκούλλιον dictum: hoc enim veli fermè retinet formam in ceruices reiecti, duabusque laciniis humeros hinc inde ornantis: eiusque figuram pictam habes fol. 115. Cucullus autem caput & humeros ex omni parte ambit, caputiumque illi est, acuminatim productum, atque insuper in fronte, in pectore, in vtroque humero & à tergo, quinque ex fune laneo crucibus compositis & assutis decoratur.

9. τὸν ἀνάλαβον.] Quia *super assumitur* humeris, ἀπὸ τοῦ ἀναλαμβάνειν, dicitur ἀνάλαβος: quamuis ἀναβολαῖον scripserit Germanus in mystag. Torquet autem plerosque vox ἀνάλαβος: mihi duobus vestimentorum generibus ad vnum tamen reuocandis videtur applicanda, *Scapulari* nimirum, & hodierno Græcorum Paramandyæ. Nam & *Scapulare*, quo etiam per Palæstinam Syriam, & Mesopotamiam, & Armeniam Monachi magni Antonij sequentes institutum & quo nonnulli μεγαλόσχημοι Græci in solitudinibus vtuntur ἀνάλαβος est: de quo manifeste Dorotheus Doct. 1. loquitur. *Analabus in crucis modum super humeros ponitur. Super humeros autem nostros crucis signum deferimus ex eo quod dicitur.* Tolle crucem tuam. Et infrà. *Habemus Analabum, id est Scapulare humeris pendens.* Paramandyas porro vulgo παραμανδύ panniculus est vnius palmi, quadratus, quem immissis in funiculos longiores eius angulis assutos, brachiis, humeris astringunt: illi vero crux aliaque passionis Dominicæ insignia, vel certe crux maior quatuor cruciculis à lateribus stipata, adiunctis his characteribus. IC. XC. N. K. Ἰησοῦς Χριστὸς Νικᾷ, appicta est, annum illum secreto sub tunica gestare sunt assueti, pendente ex anteriori parte cruce lignea, à sinu quem tangit, ἐγκόλπιον vocata. De Analabo hac ratione depicto & concepto loquitur Anonymus numero superiore citatus ὁ ἀνάλαβος ὁ σταυροειδῶς τοῖς ὤμοις αὐτῶν περιπλεκόμενος σύμβολόν ἐστι τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ἀναλαβούσης τοὺς πραεῖς, καὶ περιστελλούσης ἀεὶ τὰ κωλύοντα τὴν ἐργασίαν ἀνεμπόδιστον αὐτοῖς παρεχούσης. *Succinctorium in crucis modum humeris Monachorum amplexum fidei in Christum Symbolum est, quæ mansuetos colligit, & impedimento cohibet, modumque operandi inoffensum eis præbet.* Clarius de illo Simeon Thess. ὁ ἀνάλαβος ἐκ δερμάτων ζώου διὰ τὴν τῶν κοσμικῶν νέκρωσιν ἀπὸ τῶν ὤμων ἔμπροσθέν τε σταυροειδῶς, καὶ ὄπισθεν σημεῖα κεκτημένος σταυροῦ, μᾶλλον δὲ αὐτὸν ἐκτυποῖ σταυρόν. *Succinctorium ex animalis pelle propter mundanarum rerum mortificationem cruciformiter ante & retro, crucis signũ exhibet imo & crucem ipsam exprimit.* Quibus verbis aliter ἀνάλαβον antiquum, à moderno depingit: nam & ex corio formatum & ante retroque ex eo quod in crucem actum esse ait: cui suffragari videtur Cassianus lib. 1. cap. 4. scribens *Scapulare* (quod ibidem verbo multitudinis resticulas neo plexas subtegmine, *Succinctoria, Redimicula,* & *Rebrachiatoria* vocat) *descendens per summum ceruicis, & è lateribus colli diuisum, vtrarumque alarum sinus ambit, atque hinc inde succingit, vt constringens latitudinem vestimenti ad corpus contrahat, atque coniungat: & ita constrictis brachiis ad omne opus, expeditique Monachi reddantur.*

10 Καὶ εὐθὺς γίνεται ὁ ἀσπασμός.] Salutationis & osculi huius ritum habes ample descriptum in variis lectionibus litera y.

a 1 2 1 ΕΥΧΗ 2 ΕΙΣ ΤΟ ΑΠΟΚΟΥΚΟΥΛΙΣΑΙ.

b b Πολυέλεε κύριε, ὁ δωρησάμενος τῷ δούλῳ σου διὰ τῆς ἀναλήψεως τοῦ ἀγγελικοῦ σχήματος, τὸ κουκούλιον c εἰς περικεφαλαίαν ἐλπίδος σωτηρίου ἀναφαίρετον ἐκ τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς, τὴν τοιαύτην χάριν σου διατήρησον, συνέχων καὶ συνθάλπων τὸ τῆς διανοίας αὐτοῦ ἡγεμονικὸν ἐξ ἐναντίων προσβολῶν ἀπαρασάλευτον, ὅπως τὴν τοῦ πονηροτάτου ὄφεως τὴν τη-

ORATIO AD Cucullum exuendum.

Domine valde misericors, qui per Angelici habitus susceptionem, seruo tuo, non auferendum ex eius capite, Cucullum in galeam salutis dedisti: hanc ei gratiam conserua, cooperiens & fouens mentis eius sublimem portionem, ab aduersis insultibus inconcussam: vt serpentis nequissimi calcaneum obser-

uare facultatem obtinentis caput conterens, ad te timendum & solum caput omnium, oculos intellectuales erigat. Quia tu es illuminatio, & sanctificatio animarum nostrarum, & tibi gloriam referimus: Patri, & Filio & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Pax omnibus. Capita vestra.

In igneo capite apparenti, tibi inuisibili & soli sapienti Deo, proprium caput submittenti, Domine benedic, sanctifica, & ab omni nociuo insultu visibili & inuisibili defende.

Exclamatio.

Quia tuum est regnum, & potestas, & imperium: & tibi conuenit omnis gloria, honor, & adoratio: Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

μένην αὐτοῦ τὴν πέρνην συγχωρηθέντος, καταπατῶν χάριν, πρὸς σὲ τὴν φοβερὰν καὶ μόνην κεφαλὴν τῶν ἁπάντων, τοὺς νοητοὺς αὐτοῦ ὀφθαλμοὺς αἴρῃ. ὅτι σὺ εἶ ὁ φωτισμὸς καὶ ἁγιασμὸς τῶν ψυχῶν ἡμῶν· καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

d Εἰρήνη πᾶσι. Τὰς κεφαλάς. d

Τὸν τῇ πυρίνῃ κεφαλῇ e τὴν ἰδίαν κεφαλὴν e σοὶ τῷ ἀοράτῳ, καὶ μόνῳ σοφῷ θεῷ ὑποκλίναντα δέσποτα, εὐλόγησον, καθαγίασον, ὑπερφρούρησον ἐκ πάσης ἐπιβλαβοῦς ἐπηρείας ὁρατῆς τε καὶ ἀοράτου.

Ἐκφώνησις.

f Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ ἐξουσία, καὶ f ἡ δύναμις, καὶ σοὶ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις· τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

VARIÆ LECTIONES.

a Εὐχὴ εἰς τὸ ἀποκουκουλίσαι] Alia edita legunt: Τῇ δὲ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ, μετὰ τὴν εἴσοδον καὶ τὸ ἀπολυτίκιον, εἰσάγεται ὁ ἀδελφὸς ἐντὸς τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ λέγει ὁ διάκονος. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Οἱ ἀδελφοί· Κύριε ἐλέησον. Καὶ ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχήν. *Septimo die post Ingressum & Dimissorium intra sacras fores frater inducitur: Et dicit Diaconus.* Dominum precemur. *Fratres.* Domine miserere. *Et Sacerdos orationem.*

b Πολυέλεε κύριε.] Addunt alia edita, καὶ ἀκήρατε.

c Εἰς τρικεφαλαίαν.] Addunt item, συμβολικῶς.

d Εἰρήνη πᾶσι.] Addunt, καὶ τὴν εὐχὴν μυστικῶς.

e Τὴν ἰδίαν κεφαλήν.] Legunt illa, τὴν ὑπ. αἰαν.

f Ὅτι σοῦ ἐστι.] Aliam hic ἐκφώνησιν ponunt. ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα. Adduntque, καὶ ἀποκουκουλίζει αὐτὸν μετὰ τὸ εὐαγγέλιον, καὶ τὴν ἐκτενῆ· προστίθησι καὶ τὴν παροῦσαν δέησιν ὑπὲρ τοῦ ἀδελφοῦ λέγων οὕτως.

Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ ἐλέους εἰρήνης, ὑγείας, σωτηρίας, καὶ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ δούλου τοῦ θεοῦ τοῦδε, καὶ ὑπὲρ τοῦ γενέσθαι αὐτὸν ὑψηλότερον τῶν τοῦ κόσμου φροντίδων.

Ἐκφώνησις. Ὅτι ἐλεήμων, καὶ φιλάνθρωπος θεὸς ὑπάρχεις· καὶ σοὶ τὴν δόξαν. *Et post Euangelium & orationem protensam detrahit cucullum: addit autem & pro fratre præsentem precem hoc pacto.* Adhuc rogamus pro misericordia, pace, sanitate, salute, & remissione peccatorum serui Dei N. & vt mundi curis sublimior fiat.

Exclamando. Quia misericors & humanus Deus existis, & tibi gloriam.

Cryptoferratense Bessarionis MS. alias habet orationes.

Ad auferendum Cucullum octauo die, Oratio.

Dominator Domine, ad finem vsque sub iugo tuo leui seruum tuum conserua, & iis qui tibi placuerunt eum annumera, sanctimoniæ veste indue illum, castitate lumbos eius præcinge, omnis temperantiæ pugilem illum renuncia, in ipso & in nobis spiritalium tuarum gratiarum donum perfice, ad celebratissimi tui nominis glo-

Εὐχὴ εἰς τὸ κατενέγκαι τὸ κουκούλιον τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ.

Δέσποτα κύριε ἕως τέλους εἰς τὸν ζυγόν σου τὸν ἐλαφρὸν διατήρησον τὸν δοῦλόν σου, καὶ συναρίθμησον αὐτὸν μετὰ τῶν εὐαρεστηκότων σοι, ἔνδυσον αὐτὸν ἁγιασμοῦ στολὴν, σωφροσύνῃ περίζωσον τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ, πάσης αὐτὸν ἐγκρατείας ἀνάδειξον ἀγωνιστὴν, ἐν αὐτῷ τε καὶ ἡμῖν τὴν τῶν πνευματικῶν σου χαρισμάτων τελείωσον δωρεὰν, εἰς δόξαν τοῦ πολυυμνήτου σου κράτους.

πους. ὅτι σὺ εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ θέλων πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν· καὶ σοὶ τὴν δόξαν.

Ο ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσι. Ο διάκονος. Τὰς κεφαλάς. Ο ἱερεὺς ἐπεύχεται.

Αγιε καὶ φιλάνθρωπε κύριε ἐναρίθμιον ποίησον τὸν δοῦλόν σου τῇ ἱερᾷ σου ποίμνῃ, καὶ τῷ τῶν φρονίμων παρθένων χορῷ. καὶ καταξίωσον αὐτὸν μετὰ φαιδρᾶς τῆς λαμπάδος καὶ μειδιῶντι προσώπῳ σοι τῷ τῶν ψυχῶν νυμφίῳ ὑπαντῆσαι Χριστῷ τῷ θεῷ ἡμῶν, καὶ τῆς ἐπουρανίου σου βασιλείας ἐπιτυχεῖν. Ὅτι ὁ θεὸς ἐλέους.

Εὐχὴ ἀπολυτική.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τὸ πεπλανημένον πρόβατον εὑρών, καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων ἀναλαβών, καὶ τὰς προσφίλεις δυνάμεις συγκαλεσάμενος πρὸς εὐωχίαν· αὐτὸς καὶ τὸν δοῦλόν σου τόνδε, κατακόσμησον ἀγγελικῇ πολιτείᾳ· δὸς αὐτῷ ἐπαξίως τῆς κλήσεως ταύτης ἀποκολουθῆσαί σοι, ἀγαπῆσαι τὸν μονήρη βίον, καὶ τὸν ζυγὸν τῶν ἐντολῶν σου βαστάσαι, ὅπερ ἐστὶ ταπεινοφροσύνη, πρᾳότης, ἀγάπη, τὸ τοῦ νόμου πλήρωμα. ναὶ κύριε πολυεύσπλαγχνε, χάρισαι αὐτῷ πίστιν βεβαίαν, ὑπομονήν, μακροθυμίαν, χρηστότητα, καὶ τὴν σὴν βοήθειαν. Πρεσβείᾳ τῆς ἁγίας ἀχράντου μητρός σου, καὶ πάντων τῶν ἁγίων. Ἀμήν.

riam. Quia tu es Deus noster, qui vis homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: & tibi, &c.

Sacerdos: Pax omnibus. *Diaconus*. Capita. *Sacerdos precatur*.

Sancte & humane Domine sacro tuo ouili, & prudentum Virginum choro seruum tuum consocia, & cum illustri lucernâ & hilari vultu, tibi animarum sponso Christo Deo nostro occurrere concede: & cœleste deinde regnum consequi. Quia tu es Deus misericordiæ.

Oratio dimissoria.

Domine Deus noster, qui errante oue inuenta, eaque humeris imposita, amicas virtutes Angelicas ad conuiuium aduocasti: ipse Angelico conuictu seruum tuum N. exornanda: illi huic vocationi condigne te insequi, Monasticam amplecti, & mandatorum tuorum iugum, quod est humilitas, mansuetudo, dilectio, legis complementum, subire. Ita misericors Domine firmam fidem, patientiam, longanimitatem, bonitatem, & auxilium tuum illi impendi. Intercessionibus sanctæ immaculatæ matris tuæ, & omnium sanctorum. Amen.

Barberinum S. Marci hoc pacto legit.

ΤΗ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ εἰς τὸν ἀποκουκούλισιν λέγει ὁ διάκονος στίχον. τοῦ κυρίου δεηθῶμεν· καὶ ποιεῖ ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχὴν τῆς ἀπολύσεως.

Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, ὁ τὸν ἐν ἀσκήσει βιωσάντων, καὶ ἀγωνιστικῶς ἐγκρατευσαμένων εἰς εὐαρέστησιν τῆς σῆς ἀγαθότητος τὸν δρόμον τελέσας, ὁ τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδὸν ἑκουσίως ἐλομένους εἰς τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον ἀγαγών, τοῦτε παραδείσου τὴν τρυφήν, καὶ τὸν ἐπουρανίου σου βασιλείας τὴν ἀπόλαυσιν ἑτοιμάσας. αὐτὸς καὶ νῦν τὸν δοῦλόν σου τόνδε, τὸ ἀγγελικὸν τοῦτο τοῦ μονήρους ἀναλαβόντα σχῆμα μέχρι τέλους ἐν ἁγνείᾳ καὶ ἁγιότητι ὁδήγησον ἐν τῇ τρίβῳ ἐντολῶν σου. κατεύθυνον αὐτοῦ τὰ διαβήματα εἰς πᾶσαν ὁδὸν δικαιοσύνης· ἔνδυσον αὐτὸν ἁγιασμοῦ στολήν, θώρακα πίστεως, περικεφαλαίαν σωτηρίου, σωφροσύνῃ καὶ ἀνδρίᾳ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ περίσφιξον· δυνάμωσον αὐτὸν εἰς τὸν κατὰ τοῦ ἐχθροῦ

AD excucullationem octauo die faciendam. Dicit Diaconus versum. Dominum precemur: *& dimissionis orationem recitat Sacerdos.*

Dominator Domine, Deus Patrum nostrorum, qui in exercitatione religiosa viuentium, & certatim abstinentium ad bonitatis tuæ beneplacitum cursum consummas, qui angustam & tribulationibus viam obsitam eligentes ad vitam æternam perducis, quibus & paradisi voluptatem, & cœlestis regni fruitionem præparasti: ipse & nunc seruum tuum N. Angelicum hunc & Monasticum habitum assumentem ad finem vsque in puritate & sanctitate, & in mandatorum tuorum semita deduc, in omnem iustitiæ viam gressus eius dirige, sanctimoniæ ornatu, fidei thorace, galea salutis, indue illum: continentia & fortitudine lumbos eius circumcinge. In bello aduersus hostem

corrobora, & passionum victorem illum renuntia: vt iuxta Christi tui Euangelium conuersatus partem & hæreditatem cum omnibus sanctis tuis à sæculo tibi placentibus inueniat. *Exclam.* Gratia &c.

Et oratione finita, conuertitur ad illum, & quæ decent illum edocet: & tandem dicit.

Pro fratre nostro, & eius in Christo salute, dicamus omnes. Domine miserere. *Hocque ter dicto, Cucullum è capite dimittit, dicens.* In nomine Patris, &c.

πόλεμον, καὶ νικητὴν παθῶν ἀνάδειξον. ὅπως κατὰ τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ σου. πολιτευσάμενος εὕρῃ μέρος καὶ κλῆρον μετὰ πάντων τῶν ἁγίων ἀπ' αἰῶνός σοι εὐαρεστησάντων. Ἐκφώ. χάριτι καὶ.

Καὶ μετὰ τὸ εὔξασθαι στρέφεται πρὸς αὐτὸν καὶ κατηχεῖ αὐτὸν τὰ δέοντα, καὶ λέγει.

Ὑπὲρ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν, καὶ τῆς ἐν Χριστῷ σωτηρίας αὐτοῦ εἴπωμεν πάντες τό, κύριε ἐλέησον. καὶ ὅτε εἴπῃ τρίς· χαλᾷ τὸ κουκούλλιον λέγων. εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ.

IN ORATIONEM AD EXCVCVLLANDVM MAGNI habitus Monachum. Notæ.

1 Εὐχὴ εἰς τὸ ἀποκουκουλίσαι.] Vt septem dies à baptismo accepto manet in vnctionis suæ pannis; & septeno dierum spatio coronas recentes sponsi seruant, quæ cuncta octauo die deponunt: ac insuper vt in Ecclesia recens consecrata iuge sacrificium per octo dies celebrant, ita & consecratus Deo Monachus, ipsi soli per septem dies in Ecclesia vacat, & tandem septimo (vel octauo si aliam numerandi rationem assumas) multiplici vestium suppellectili onustus, quo deinceps ad corporeum laborem & quotidiana manuum opera sit expeditior, præmissa per orationem solemnem Ecclesiæ licentia, Cucullo maxime, & superfluo vestium dictarum cultu exuitur. Intra sacras autem fores peragitur hic ritus, nam & sacra loca penetrandi per octo consecrationis suæ dies ius accipit Monachus de nouo professus, etiam si Laicus sit solummodo: siue quia vt rem Deo dicatam voluerint antiqui Patres Monachum ad altare offerri, siue vt quidam ex apocryphis hallucinantur (inter quos Andreas Cretensis orat. in Deiparæ natiuitatem numeratur) liceat ei B. Virginem imitari, quæ Præsentationis suæ primo tempore adusque sancta sanctorum templi, à Sacerdote adducta est: atque adeo liceat quoque Monacho, & in sancta ingredi & in eis commorari, vt soli Deo attentus iuxta typum superius scriptum προσκαρτερῇ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ beneficium acceptum, modumque quo se illo exsoluat perpendens, σχολάζων ἀπὸ παντὸς ἔργου, ἄνευ ἀναγνώσεως· hoc solum, quod agit, agere videatur.

2 Ἀποκουκουλίσαι.] Dictio ἀπὸ, maxime moderna Græcorum lingua verbi cui affigitur sensum mutat, & contrarium tribuit. Sic κάμνω *facio*, & ἀποκάμνω *deficio*: παπᾶς *religiosum*, & ἀπόπαπας *status Monachalis desertorem*: ἀνθίζω *floreo*, & ἀπανθίζω *defloreo*: & in præsenti κουκουλίζω *Cucullo superinduo*, & ἀποκουκουλλίζω *eodem exuo*, significant. Non fit autem ἀποκουκουλισμὸς absque oratione vel etiam noua superioris in conspectu totius fraternæ turbæ exhortatione, vt ex Barberino M.S. edoceor. Addo & quotidiana per octauam illam celebrata sacra priuatam Monachi consecrati memoriam agere, eiusque statui προσκείμενα propria, Epistolas & Euangelia assumere: illud mihi ex Barberino eodem addiscere licet: in quo reperio scriptum.

Prima die post datum habitum Mesodium. Tonus grauis. Ecce elongaui fugiens. Auribus percipe Deus. *Apostolicæ Secūdæ Epistolæ Petri lectio.* Simon Petrus *vsque ad.* Virtutem & aduentum. *Versus.* Alleluia. Beati quorum remissæ sunt. *Euangelium secundum Matthæum.* Confiteor *vsque ad.* & onus meum leue.

Τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ ὅτε τὸ σχῆμα δίδοται μεσόδιον. ἦχος βαρύς. Ἰδοὺ ἐμάκρυνα φυγαδεύων. Ἐνώτισαι ὁ θεός. Ὁ ἀπόστολος. Καθολικῆς β'. ἐπιστολῆς τοῦ Πέτρου ἀνάγνωσμα. Σίμων Πέτρος. ἕως τοῦ, δύναμιν καὶ παρουσίαν. στίχος τὸ Ἀλληλούϊα. Μακάριοι ὧν ἀφέωθησαν. Εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον. Ἐξομολογοῦμαι. ἕως τοῦ τὸ φορτίον ἐλαφρόν ἐστι.

Atque ita pro diebus octo continuis sua quæque Proposita, Epistolæ, Alleluia, Versus, & Euangelia sunt exscripta.

ΕΚ ΤΩΝ ΑΠΟΚΡΙΣΕΩΝ ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ [1] ΚΥΡΙΟΥ ΘΕΟΔΩΡΟΥ.

Ἐρώτησις. Ἀπὸ ἀρχαίας ἐγχωρίου συνηθείας, θάπτονται λείψανα ὀρθοδόξων εἰς [2] τὰς κατὰ χώραν ἐκκλησίας ἡμῶν· ζητῶ οὖν μαθεῖν εἰ ἔστι τοῦτο ἀποκριμάτιστον.

Ἀπόκρισις. Διαφορὰ μεγάλη ἐστὶν ἐκκλησιῶν καθιερωθεισῶν διὰ ἐγκαινίων, ἀνοιξίων, καὶ ἐνθρονιασμοῦ, χρίσματί τε μύρου ἁγίου, καὶ ἀποθέσει ἁγίων λειψάνων μαρτυρικῶν, καὶ τῶν μὴ οὕτως ἁγιασθεισῶν, καὶ εὐκτηρίων τόπων ἐπεχουσῶν. διὸ ἐν ἐκείναις μὲν ἐν αἷς δηλονότι μαρτυρικὰ λείψανα τεθησαύρισται, καὶ ἁγίου μύρου ἐμεσόλαβε χρίσμα, ἀνθρώπινον λείψανον οἱονδήποτε οὐ ταφήσεται, κατὰ τὸ β΄. κεφάλαιον, τοῦ α΄. τίτλου τοῦ βιβλίου τῶν βασιλικῶν, τὸ λέγον. μηδεὶς ἐν ἐκκλησίᾳ θαπτέτω νεκρόν. καὶ κατὰ τὸν ἔξωθεν αὐτοῦ κείμενον νόμον παλαιὸν τὸν λέγοντα. οὐκ ἔξεστι θάπτειν τινὰ ἐν ἐκκλησίᾳ, ἐὰν δηλονότι μάρτυρος ἐκεῖσε σῶμα ἀπόκειται. Εἰς δὲ τοὺς μὴ οὕτω καθιερωθέντας ἁγίους οἴκους εὐκτηρίους κατωνομασμένους, ἀκινδύνως ἐνταφιασθήσεται λείψανα.

EX RESPONSIONIBVS Reuerend. Patriarchæ Domini Theodori.

Quæstio. Ex antiqua loci consuetudine, Orthodoxorum defunctorum corpora in Ecclesiis, quas in hac regione habemus, sepeliuntur. Scire ergo exposco, si absque decoris vel iuris præiudicio fiat.

Responsio. Discrimen magnum extat inter Ecclesias, Encæniis, solemni apertione, Inthronizatione, vnctioneque sacri olei, & reliquiarum sanctorum Martyrum depositione consecratas, & alias hoc pacto non dedicatas, & quæ solummodo Oratoriorum locum obtinent. In illis enim, in quibus nempe reliquiarum Martyrum thesaurus repositus est, & sacri vnguenti meditullitus suscepit vnctionem: hominum cadauer qualecumque non sepelietur: Iuxta 2. Cap. 1. libri Basilicarum, dicens. Nullus in Ecclesia cadauer sepeliat. Et præterea, secundũ ciuilem antiquam legem scriptam dicentem. Nefas est aliquem in Ecclesia sepelire: si videlicet ibidem Martyris corpus iacet. In aliis vero non ita consecratis sacris ædibus quæ & Oratoria nuncupantur, absque periculo cadauera humabuntur.

IN CAPVT EX RESPONSIONIBVS SANCTISSIMI Patriarchæ Theodori. Notæ.

1 Θεοδώρου.] Theodorus cognomento Balsamon Patriarchali Antiochiæ throno, à Latinis vrbem illam sua virtute adeptis expulsus, in plures sanctas Synodos commentaria Constantinopoli profugus scripsit, & præter ea, in Canonica quorundam Patrum sancita similes illustrationes, tum meditata quæpiam lib. 7. Iuris Græcoromani extantia Responsa item nonnulla ad Marci Patriarchæ Alexandrini interrogata eiusdem voluminis lib. 5. responsis aliorum doctorum admixta, quorum præsens de non sepeliendis in Ecclesia consecrata mortuis ordine trigesimum octauum est. De authore illo Chronographi plures meminerunt, tum Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis, inter cunctos sincerè & fusè Baronius anno Christi 1191. num. 49 & 61. & Nicetas Choniates lib. 2. de gestis Isaaci Angeli.

2 Ζητῶ οὖν μαθεῖν.] Mortuos in Ecclesiis condere primis Romanis Christianis licitum non fuisse consuetudo illa manifestat, quæ nullum in vrbe sepeliri permittebat. Nequaquam tamen Gentilium more defunctorum corpora cremabant, sed vnguentis delibuta pollinctaque ad Areas, Tumbas, Cryptas arenarias, Cœmeteria denique humanda deferebant: de quo videndus Tertullianus ad Scapulam cap. 3. & author actorum S. Cypriani. In agris quoque cum fideli Abraham, vel etiam in prædiis & hortis cum Filio Dei Christo deponi non abhorruerunt. Translatis autem in vrbes & in Ecclesias facilioris & decentioris cultus gratia Martyrum reliquiis sepulturæ locum iuxta illas sibi deligere fideles quique cœperunt, vt animarum saluti prouiderent ex sanctorum suffragiis, quibus morientes corporum exuuias ex pietate commendarent. Hinc apud Augustinum de cura pro mortuis agenda, *fidelis mater fidelis filij corpus desiderat in Martyris Basilicam poni, siquidem credidit eius animam meritis Martyris adiuuari:* & Mar-

cellina, Romæ, cum virginibus sacris cursu vitæ expleto, neglecto paterno sepulchro, Mediolanum corpus transferri iussit, apud sanctos Satyrum & Ambrosium fratres, ambos æque iuxta sanctos Martyres Geruasium & Protasium tumulatos. An vero in ipso Basilicæ ambitu, aut loco viciniore sepulturæ daretur locus, res est incerta Optati Mileuitani Commentatori in Basilicis aut adiunctis locis Cœmeteria statuenti: mihi tamen inducium est, in Oriente iam à primis fidei in libertatem assertæ temporibus nullatenus sepulchri in vrbium Ecclesiis obtinendi honorem fideles ambiuisse: quinimo ipsum Imperatorem magnum Constantinum satis amplo honore exceptum affirmat Chrysostomus hom. 66. ad populum Antiochenum, & lib quod Christus sit Deus, eius regio corpore, pro foribus Piscatoris, ad Ianitoris instar, excubias agere permisso: fusius autem clariusque hom. 26. in 2. ad Cor. illud idem exponit: καὶ τοῦτο οὐκ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἴδοι τις ἂν γινόμενον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει. καὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα Κωνσταντῖνον τὸν μέγαν μεγάλῃ τιμῇ τιμᾶν ἐνόμισεν ὁ παῖς, εἰ τοῖς προθύροις κατάθοιτο τοῦ ἁλιέως· καὶ ὅπερ εἰσὶν οἱ πυλωροὶ τοῖς βασιλεῦσι ἐν τοῖς βασιλείοις, τοῦτο ἐν τῷ σήματι οἱ βασιλεῖς τοῖς ἁλιεῦσι. *Atqui id non Romæ solum fieri quispiam viderit, sed etiam in vrbe Constantinopolitana: nam & hic quoque Constantinum magnum filius ingenti honore se affecturum existimauit, si eum in Piscatoris vestibulo conderet: quodque Imperatoribus sunt in aulis Ianitores, hoc in sepulchro Piscatoribus sunt Imperatores.* Plures eius successores, in locis quidem editis, non tamen in ipsis templis conditos fuisse narrat Nicephorus Callistus lib. 14. cap. 58. Θεοδόσιος δὲ ἐξ αὐτῆς ἐν τῇ πατρῴᾳ θήκῃ ἐτέθη αὐτός, κατὰ τὸ δεξιὸν ὑπερῷον τοῦ τῶν ἀποστόλων σηκοῦ ἐν λίθῳ Ῥωμαίῳ, ᾧ δηλαδὴ ὑπερῴῳ τῷ ἴσῳ λίθῳ καὶ ὁ πατὴρ Ἀρκάδιος, καὶ ἡ μήτηρ Εὐδοξία, καὶ ὁ πάππος Θεοδόσιος κατατέθηνται. ἐν δὲ τῷ κατ' ἀντικρὺ, Ἰουλιανός τε καὶ ὁ Ἰοβιανὸς κεῖνται. *Theodosius autem postea in paterno monumento Romani lapidis repositus est in dextra Regia editiore sanctorum Apostolorum templi: in qua & eodem lapide, pater Arcadius & mater Eudoxia, nec non auus Theodosius siti sunt. In sinistra autem quæ ex aduerso est Regia sacri eius templi Iulianus & Iouinianus iacent.* Quibus in Nicephori verbis ὑπερῷον cum eius interprete, *porticum* nequaquam interpretandum, sed potius, *locum editum, Mausolaum regium, Regiam* denique potius dicendum duxi, locum videlicet condendis regiis corporibus accommodum: quo, nec desertoris fidei & impij Iuliani cadaueri (quamuis eius nomen subtiliter è versione Latina interpres eliserit) vel Constantinæi sanguinis aut Imperatoriæ maiestatis reuerentia, sepulturæ consortium sit denegatum, quia nimirum templi ambitu non intercipiebatur, sed vel ad ipsius templi latus, vel in porticus fastigio, ὑπερῷον illud, in altum sublime eminebat: nec tetros & execrandos Iuliani cineres dixerimus vnquam templi sinu receptos, cum de Theodosij senioris ætate, & obitus eius tempore, quo memoratum sepulchrum erectum est, disertis verbis scribat Zozomenus lib. 8. cap. 1. τὰ δεδογμένα τοῖς πρὶν βασιλεῦσι ὑπὲρ τῶν ἐκκλησιῶν προθυμότερον βέβαια ἐφυλάττοντο. *Quæ à precedentibus Imperatoribus ad Ecclesiarum incrementum decreta fuerant, propensius rata conseruabant*: ex iis autem vnum erat, quo Gratianus, Valentinianus, & Theodosius Impp. cauerant, vt *nemo Apostolorum, vel Martyrum sedem humanis corporibus* (humãdis nimirum) *putaret esse concessam*: vnde inuiolati iuris fuisse, vt extra templorũ septa mortui sepelirentur, credendum est; licet ex Chrysostomi verbis extra vrbis regiæ muros, in vna forsan omnibus sepeliendis communi Ecclesia, cœmeterium idcirco dicta, locum sepulturæ fuisse deputatum, ex eodem conijcere possimus, homi. 31. quinti tomi. ἔξωθεν διὰ τοῦτο συνεγήγερμεθα. τίνος δὲ ἕνεκεν ἐν τῷ μαρτυρίῳ τούτῳ, καὶ οὐχὶ ἐν ἑτέροις; καὶ γὰρ τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι ἐξ ἑκάστης πλευρᾶς ἡ πόλις ἡμῶν τοῖς λειψάνοις τῶν ἁγίων τειχίζεται. τίνος οὖν ἐνταῦθα καὶ οὐκ ἐν ἄλλῳ μαρτυρίῳ συνάγεσθαι ἡμᾶς ἐκέλευσαν οἱ πατέρες; ὅτι ἐνταῦθα τῶν νεκρῶν κεῖται πλῆθος. *Extra vrbem propterea congregamur. At cuius gratia in hoc Martyrio seu Ecclesia Martyri dicata, non in alia? Etenim diuino munere quocumq; latere vrbs nostra sanctorum reliquiis circundatur. Cuius gratia igitur hic, non in aliis Martyris Ecclesia, nos conuenire voluerunt maiores nostri? Quia hic mortuorum multitudo sita est.* Hæc ille. Verum tum ipse, tum Augustinus supra relatus: tum Ambrosius serm 77. dicens. *Martyres in corpore nos viuentes custodiunt, & de corpore recedentes excipiunt. Hic ne peccatorum nos labes absumat: ibi ne inferni horror inuadat. Nam ideo hoc à maioribus prouisum est, vt sanctorum ossibus nostra corpora sociemus: vt dum illos tartarus metuit, nos pœna non tangat: dum illo Christus illuminat, nos tenebrarum caligo diffugiat. Cum sanctis ergo Martyribus quiescentes, euadimus inferi tenebras eorum propriis meritis, attamen consocij sanctitate.* Hæc inquam cuncta, aliaue his similia, nihil amplius obtinent, quam cœmeteria fidelium fuisse templis Martyrum coniuncta, Martyrumque nomini dicata; quæ dum mortuorum corpora exciperent, quasi Martyribus ipsis propinquitatis iure, illa consignare videbantur. Hoc argumento inuehitur in Donatistas Optatus Mileuitanus lib. 6. quod Basilicas inuaserint; vt sibi solis cœmeteria (illis vtique coniuncta) vendicarent reiectis Catholicorum corporibus. Nec dubium est, quin adhuc vigente antiquitatis pristino rigore, nullus sepulturæ in Ecclesia daretur locus Gregorii magni temporibus cum Cœmeteria à Monasteriis seiuncta memoret Ioannes Diaconus in eius vita lib. 1. cap. 20. & lib. 2. cap. item 20. districte quoscumque viros sacros *de sepultura iuxta Ecclesiam sperare commodum*, prohibuerit. Licet inficias ire nequeam legibus sancitis, & frequentius etiam renouatis, de sepultura cadauerum in Ecclesia non permittenda, consuetudinem in aduersum præualuisse: vel ipsis Episcopis, vel populis eorum deuotionem imitari gestientibus, vel iusta alia ratione, positam legem infringentibus: de sancto namque Fulgentio narrat discipulus in eius vita quod, *primus planè in Basilica poni meruit, vbi nullum, neque Sacerdotem, neque Laïcum, sepeliri consuetudo sinebat antiqua: sed magna vis dilectionis remouebat impedimentum consuetudinis; ambientibus vniuersis ciuibus, & cũ summa deuotione quærentibus, vt vbi vir sanctus & Deo amabilis fuerat consecratus, ibi orationibus singulorum semper etiam localiter videretur adiunctus*, Et de S. Epiphanio Metaphrastes refert, eum Arcadii Imperatoris iussu renitentibus ob Ecclesiæ reuerentiam & consuetudinem nonnullis, in illa sepultum: quod qui supra leges humanas vixisset, communi & à lege definito loco deponi nequaquam deberet. Consuetudini tamen in leges ius sibi præscribenti, decreta Pontificum obsistere compulsa sunt 1. part. 13. q. 2. *Prohibendum est*, aiunt, *secundum maiorum instituta, vt in Ecclesia nullatenus* (mortui) *sepeliantur, sed in atrio, aut in porticu, aut in exedris Ecclesiæ*: *relaxataque iam de-*

creti huius rigore Concilium Braccarense anno 613. congregatum denuò legem tulit: *vt corpora defunctorum nullo modo in Basilica sanctorum sepelirentur, sed si necesse foret, deforis circa murum Basilicæ, vsque adeo non abhorreret* (id est in exedris, aut vt loquitur Gregorius iuxta Ecclesiam, vnde commodum Presbyteri Romani sperabant.) *Nam si firmissimum priuilegium vsque nunc retinent ciuitates, vt nullo modo intra ambitum cuiuslibet defuncti corpus humetur: quanto magis hoc venerabilium Martyrum Basilica debet priuilegium obtinere?* Anno tandem 813. cum Concilium Moguntinum primum legem eandem renouare studeret cap 52. Episcopis, Abbatibus, dignis Presbyteris, & fidelibus, id est vitæ probitate insignibus, vt in Ecclesia mortui conderentur, concessit. Exinde vitæ sanctimonia commendandis licentiam eandem Concilium Triburiense anno 893. confirmat. Mox cuncti potentia, diuitiis, & opibus clari, & tandem vilissima plebs ambitione ducta, etiam post mortem sacros virtuti sanctimoniæque debitos honores exegerunt: ipsique Græci, cur reclamantibus antiquitatis decretis, mortuis in Ecclesia locum nunc concedant, interrogati; Latinorum instar se antiquitatis desertores in hac parte sunt professi. Quos tamen omnes vltimo sæculo tres insignes S. R. E. Cardinales (quorũ vnus est nulli nisi indocto ignotus Thomas de Vio Caietanus) sub nudo aere, & aperto cœlo sepulti Romæ, extra fores Ecclesiæ S. Mariæ super Mineruam pedibus & luti sordibus suppositi, humilitatem Christianam, & Ecclesiasticam obseruantiam edocent; templo, claustris, exedris recusatis, electoque remotiore ab his & abiectiore loco, quo pretiosas, & venerandas exuuias deponerent. Vide additiones Ciacconii in elogio Thomæ de Vio Cardinalis.

1 ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ ΤΟΥ ΕΞΟΔΙΑΣΤΙΚΟΥ.

Τελευτήσαντος τινὸς τῶν ὀρθοδόξων, εὐθὺς προσκαλεῖται παρὰ τῶν συγγενῶν αὐτοῦ ὁ ἱερεύς. Καὶ ἀπελθὼν εἰς τὸν οἶκον ἐν ᾧ τὸ λείψανον κεῖται, καὶ βαλὼν ἐπιτραχήλιον, καὶ 2 ἐπὶ τοῦ θυμιατοῦ θυμίαμα, εὐλογεῖ συνήθως τὸν εὐλογητὸν θεόν, καὶ ἄρχονται οἱ συμπαρόντες, τὸ ἅγιος ὁ θεός, παναγία τριάς. πάτερ ἡμῶν. Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία. καὶ τὰ τροπάρια ταῦτα, ἦχος δʹ.

Μετὰ πνευμάτων δικαίων τετελειωμένων τὴν ψυχὴν τοῦ δούλου σου, σῶτερ, ἀνάπαυσον, φυλάττων αὐτὴν εἰς τὴν μακαρίαν ζωὴν τὴν παρὰ σοῦ, φιλάνθρωπε.

Εἰς τὴν κατάπαυσίν σου κύριε, ὅπου πάντες οἱ ἅγιοί σου ἀναπαύονται, ἀνάπαυσον καὶ τὴν ψυχὴν τοῦ δούλου σου, ὅτι μόνος ὑπάρχεις φιλάνθρωπος. Δόξα.

Σὺ εἶ ὁ θεὸς ὁ καταβὰς εἰς ᾅδην, καὶ τὰς ὀδύνας ἔλυσας τῶν πεπεδημένων, αὐτὸς καὶ τὴν ψυχὴν τοῦ δούλου σου ἀνάπαυσον.

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Η μόνη ἁγνὴ καὶ ἄχραντος παρθένος ἡ θεὸν ἀσπόρως κυήσασα, πρέσβευε τοῦ σωθῆναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. Ὁ ἱερεύς.

Ελέησον ἡμᾶς ὁ θεὸς κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου· δεόμεθά σου ἐπάκουσον καὶ ἐλέησον.

Ετι δεόμεθα ὑπὲρ ἀναπαύσεως τῆς ψυχῆς τοῦ

OFFICIVM Exequiarum.

Fidelium quopiam vita functo, confestim ab eius consanguineis Sacerdos aduocatur. Et profectus ille in domum in qua cadauer iacet, & stolam assumens suffitu in thuribulum misso, pro more benedicit, id est, Benedictus Deus &c. pronunciat. Et astantes incipiunt. Sanctus Deus. Sanctissima Trinitas. Pater noster. Quia tuum est regnum. *Et hos modulos. Tono quarto.*

Cum spiritibus iustis consummatis, animæ serui tui Saluator, da requiem, & in vitam æternam, quæ à te est, custodi illam, benigne.

In quietis loco, quo sancti tui cuncti resident animam serui tui compone, Domine: quia tu solus es clemens.

Gloria.

Tu Deus es qui in infernum descendisti, & compeditorum ærumnas soluisti. Ipse & animæ serui tui da requiem. Et nunc. *Deipraæ.*

Quæ sola pura & illibata virgo Deũ absque semine peperisti: intercede vt eius anima saluetur.

Sacerdos.

Miserere nostri Deus; secundum magnam misericordiam tuam: precamur te, exaudi nos, & miserere.

Adhuc rogamus pro anima serui

tui N. defuncti, & vt ei delictum omne spontaneum & non spontaneum condonetur. Vt Dominus Deus animam eius collocet vbi iusti quiete perfruuntur. Clementiam Dei, cœlorum regnum, & delictorum eius remissionem, à Christo rege immortali & Deo nostro deprecemur.

Dominum precemur.

DEus spirituum & omnis carnis, qui morte conculcata, diabolum expugnasti, & vitam mundo largitus es: ipse Domine animæ serui tui N. defuncti in loco lucido, in loco amœno, in loco refrigerij, vnde dolor ærumna, & suspirium omne exulat, da requiem: delictum omne siue verbo, siue opere, siue cogitatione ab eo commissum, ceu clemens Deus condona: non enim est homo qui viuat & non peccet: tu solus peccati exors existis, iustitia tua iustitia æterna, & verba tua veritas. Quia tu es resurrectio, & vita, & requies defuncti serui tui N. Christe Deus noster, & tibi gloriam referimus; cum principij experte tuo Patre, & cum sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Gloria. Et nunc. *Et dimißio.*

Et si quidem cuncta ad exequias requisita iam sint disposita: continuo benedictionem subiungit Sacerdos. Et incipimus canere, Sanctus Deus, cum omni tremore & compunctione. Et cadauer efferentes ad Ecclesiam proficiscimur. Præcedentibus Sacerdotibus cum cereis, & Diacono cum thuribulo. Cum vero ad Ecclesiam peruenerint, cadauer quidem in Vestibulo deponitur. Et incipiunt Psalmum. Qui habitat in adiutorio Altissimi. *Eoque terminato voce magis contentâ.*

Benedictus es Domine: doce me iustificationes tuas. Beati immaculati in via, &c. Alleluia.

Et cantatur prima statio Psalmi, Beati immaculati. Tono obliquo 2. In fine vero vniuscuiusque Versiculi dicimus, Alleluia.

Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. Alleluia.

Beati qui scrutantur testimonia eius: in toto corde exquirunt eum. *Et quæ sequuntur vsque ad*

Bonum mihi lex oris tui: super millia auri & argenti.

Gloria. Et nunc.

κεκοιμημένου δούλου τοῦ θεοῦ, τοῦ δε, καὶ ὑπὲρ τοῦ συγχωρηθῆναι αὐτῷ πᾶν πλημμέλημα ἑκούσιόν τε καὶ ἀκούσιον. Ὅπως κύριος ὁ θεὸς τάξῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἔνθα οἱ δίκαιοι ἀναπαύονται. Τὰ ἐλέη τοῦ θεοῦ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καὶ ἄφεσιν τῶν ἑαυτοῦ ἁμαρτιῶν παρὰ Χριστῷ τῷ ἀθανάτῳ βασιλεῖ καὶ θεῷ ἡμῶν αἰτησώμεθα.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὁ Θεὸς τῶν πνευμάτων, καὶ πάσης σαρκός, ὁ τὸν θάνατον καταπατήσας, τὸν δὲ διάβολον καταργήσας, καὶ ζωὴν τῷ κόσμῳ σου δωρησάμενος, αὐτὸς κύριε ἀνάπαυσον τὴν ψυχὴν τοῦ κεκοιμημένου δούλου σου, τοῦ δε, ἐν τόπῳ φωτεινῷ, ἐν τόπῳ χλοερῷ, ἐν τόπῳ ἀναψύξεως, ἔνθα ἀπέδρα ὀδύνη, λύπη, καὶ στεναγμός. πᾶν ἁμάρτημα τὸ παρ' αὐτοῦ πραχθὲν, ἐν λόγῳ, ἢ ἔργῳ, ἢ διανοίᾳ, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος θεὸς συγχώρησον, ὅτι οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος ὃς ζήσεται καὶ οὐχ ἁμαρτήσει· σὺ γὰρ μόνος ἐκτὸς ἁμαρτίας, ἡ δικαιοσύνη σου δικαιοσύνη εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ὁ λόγος σου ἀλήθεια. ὅτι σὺ εἶ ἡ ἀνάστασις ἡ ζωὴ καὶ ἡ ἀνάπαυσις τοῦ κεκοιμημένου δούλου σου, τοῦ δε, Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν· καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Δόξα. καὶ νῦν. καὶ ἀπόλυσις.

Καὶ εἰ μὲν ἕτοιμά εἰσιν ἅπαντα τὰ τοῦ ἐξοδίου. Εὐλογεῖ αὖθις ὁ ἱερεύς. καὶ ἀρχόμεθα ψάλλειν Ἅγιος ὁ θεός, μετὰ φόβου καὶ πάσης κατανύξεως. Καὶ ἄραντες τὸ λείψανον ἀπερχόμεθα εἰς τὸν ναόν· Προπορευομένων τῶν ἱερέων μετὰ λαμπάδων [4] καὶ τοῦ διακόνου μετὰ θυμιατοῦ. Ὅταν δὲ ἔλθωσιν ἐν ναῷ, τὸ μὲν λείψανον ἀποτίθεται [5] ἐν τῷ νάρθηκι. καὶ ἄρχονται ὁ κατοικῶν ἐν βοηθείᾳ τοῦ ὑψίστου. καὶ μετὰ τοῦτο, γεγωνοτέρᾳ φωνῇ.

Εὐλογητὸς εἶ κύριε δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου. ἄμωμοι ἐν ὁδῷ. ἀλληλούϊα.

Καὶ ψάλλεται ἡ πρώτη στάσις τοῦ ἀμώμου εἰς ἦχον πλ. β'. [6] Ἐν δὲ τῷ τέλει ἑκάστου στίχου, λέγομεν, ἀλληλούϊα.

Μακάριοι οἱ ἄμωμοι ἐν ὁδῷ, οἱ πορευόμενοι ἐν νόμῳ κυρίου. Ἀλληλούϊα, Μακάριοι, οἱ ἐξερευνῶντες τὰ μαρτύρια αὐτοῦ, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἐκζητήσουσιν αὐτόν. καὶ τὰ ἑξῆς, ἕως τοῦ.

Ἀγαθός μοι ὁ νόμος τοῦ στόματός σου ὑπὲρ χιλιάδας χρυσίου, καὶ ἀργυρίου.

Δόξα καὶ νῦν.

Ο Διάκονος.

Ἔτι καὶ ἔτι ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ ἀναπαύσεως τῆς ψυχῆς τοῦ κεκοιμημένου δούλου τοῦ θεοῦ, τοῦδε, καὶ ὑπὲρ τοῦ συγχωρηθῆναι αὐτῷ πᾶν πλημμέλημα, ἑκούσιόν τε καὶ ἀκούσιον. ὅπως κύριος ὁ θεὸς τάξῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἔνθα οἱ δίκαιοι ἀναπαύονται. Τὰ ἐλέη τοῦ θεοῦ, τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καὶ ἄφεσιν τῶν ἑαυτοῦ ἁμαρτιῶν, παρὰ Χριστῷ τῷ ἀθανάτῳ βασιλεῖ καὶ θεῷ ἡμῶν αἰτησώμεθα. Ο ἱερεύς. Ὅτι σὺ εἶ ἡ ἀνάστασις, ἡ ζωὴ, καὶ ἡ ἀνάπαυσις.

Καὶ μετὰ τοῦτο, ἀρχόμεθα τῆς δευτέρας στάσεως Εἰς ἦχον. πλ. α'.

Ἐν ἑκάστῳ δὲ τέλει τοῦ στίχου, λέγομεν. Ἐλέησον τὸν δοῦλόν σου.

7 Τὰς ἐντολάς σου· ἐλέησον τὸν δοῦλόν σου.

Στάσις β'.

Αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με καὶ ἔπλασάν με, συνέτισόν με, καὶ μαθήσομαι τὰς ἐντολάς σου. καὶ τὰ ἑξῆς· ἕως τοῦ.

Τὸ στόμα μου ἤνοιξα καὶ εἵλκυσα πνεῦμα, ὅτι τὰς ἐντολάς σου ἐπεπόθουν.

Δόξα. Καὶ νῦν. Ο Διάκονος.

Ἔτι καὶ ἔτι ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ ἀναπαύσεως. Καὶ τὰ λοιπά. Ο ἱερεὺς ἐκφωνεῖ. Ὅτι σὺ εἶ ἡ ἀνάστασις. Καὶ οὕτως ἀρχόμεθα τῆς τρίτης στάσεως. Εἰς ἦχον δ'.

8 Τὸ ὄνομά σου, ἀλληλούϊα. Στάσις γ'.

Ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ καὶ ἐλέησόν με, κατὰ τὸ κρίμα τῶν ἀγαπώντων τὸ ὄνομά σου.

Ζήσεται ἡ ψυχή μου, καὶ αἰνέσει σε. καὶ τὰ κρίματά σου βοηθήσει μοι.

Ἐπλανήθην ὡς πρόβατον ἀπολωλὸς, ζήτησον τὸν δοῦλόν σου, ὅτι τὰς ἐντολάς σου οὐκ ἐπελαθόμην. Καὶ εὐθύς.

9 Εὐλογητὸς εἶ κύριε, δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου.

Τῶν ἁγίων ὁ χορὸς εὗρε πηγὴν τῆς ζωῆς, καὶ θύραν παραδείσου. εὕρω κἀγὼ τὴν ὁδὸν, διὰ τῆς μετανοίας, τὸ ἀπολωλὸς πρόβατον ἐγώ εἰμι, ἀνακάλεσόν με σωτὴρ, καὶ σῶσόν με.

Εὐλογητὸς εἶ κύριε.

Ο πάλαι μὲν ἐκ μὴ ὄντων πλάσας με, καὶ εἰκόνι σου θείᾳ τιμήσας, παραβάσει ἐντολῆς δὲ πάλιν με ἐπιστρέψας εἰς γῆν ἐξ ἧς ἐλήφθην. εἰς τὸ καθ' ὁμοίωσιν ἐπανάγαγε, τὸ ἀρχαῖον κάλλος ἀναμορφώσασθαι.

Diaconus.

Adhuc & iterum, in pace Dominum precemur.

Adhuc rogamus pro animâ serui Dei N. & vt ei delictum omne spontaneum & non spontaneum condonetur. Vt Dominus Deus animam eius collocet, vbi iusti quiete perfruuntur. Clementiam Dei, cœlorum regnum, & delictorum remissionem, à Christo rege immortali & Deo nostro exposcamus. *Sacerdos.*

Quia tu es resurrectio, vita, & requies.

Et post hæc secundam aggredimur stationem. Tono obliquo primo.

In fine vniuscuiusque Versiculi dicimus: Miserere serui tui. *E. C. in fine primi Versiculi cuius hic est finis*, mandata tua: Miserere serui tui.

Statio secunda.

Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me: da mihi intellectum & discam mandata tua. *Et quæ sequuntur vsque ad*

Os meum aperui & attraxi spiritum: quia mandata tua desiderabam.

Gloria. Et nunc. *Diaconus.*

Adhuc & iterum in pace Dominum precemur. *Vt supra.*

Adhuc rogamus pro requie. &c.

Sacerdos exclamat. Quia tu es resurrectio *Vt supra.*

Et sic incipimus tertiam stationem. Tono quarto. Nomen tuum. Alleluia.

Statio tertia.

Aspice in me & miserere mei: secundum iudicium diligentium nomen tuum. *Et quæ sequuntur vsque ad*

Viuet anima mea & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me.

Errraui sicut ouis quæ periit: quære seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.

Et confestim subditur. Benedictus es Domine: doce me iustificationes tuas.

Vitæ fontem, & paradisi portam sanctorum cœtus inuenit: vtinam & ego per pœnitentiam viam inuenirem. Illa ouis perdita ego sum, reuoca me, Saluator, & salua me.

Benedictus es Domine.

Qui è nihilo me formasti, & diuina tua imagine ornasti: mandati vero transgressione in terram è qua sumptus me conuertisti: ad priorem imaginem me reuoca, vt antiquus in me reformetur decor.

Benedictus es Domine.

Inenarratæ gloriæ tuæ imago sum ego, licet offensarum vulnera ostentem, compatere creaturæ tuæ Domine, & clementia tua illam expurga: desideratam mihi patriam præbe, & iterum paradisi me ciuem constitue.

Benedictus es Domine.

Agni Dei præcones, & velut oues mactati sancti, qui ad perennem & æternam vitam translati estis, huic assidue Martyres exposcite, simulque nobis, debitorum remissionem donari.

Benedictus es Domine.

6 Ἐν δὲ τῷ τέλει ἑκάστου στίχου λέγομεν· Ἀλληλούϊα.] Nulla vox frequentior in Græcorum exequiis quam; *Alleluia*: qua Latinos etiam in funeribus vsos edocemur à S. Hieronymo de morte Fabiolæ, *tum fama volans tanti prænuncia luctus, totius vrbis populum ad exequias congregabat. Sonabant Psalmi, & aurata tecta templorum in sublimi quatiebat, Alleluia.* Est etiam apud Hugonem Menardum in notis in Gregorii Sacram. officium, cuius hæc sunt primordia, *Inprimis cantatur Psalmus.* In exitu Israël de Ægypto *cum Antiphona, vel Alleluia.* In signum vero lætitiæ, tum Scholiastes citatus, tum Ligaridius Chius scribunt frequens *Alleluia* decantari; quasi defuncto, huius vitæ miseriis perfuncto, & iam beatitudinis æternæ compoti gratulari gestiant viuentes: vel, vt alii exponunt, quasi perturbatos quosuis de morte suorum consolari tentet Ecclesia, & ad laudandum secretum æquumque diuinæ prouidentiæ ordinem excitare. Nec displicet expositio hæc: sæpius etenim afflictas animas, & repentino casu perculsas, si quando sensus affectusque suos cum voluntatis diuinæ decretis exæquare nitantur, funeralem aliam hanc vocem, δόξα σοι ὁ θεός: vt in Ecclesia τὸ, *Alleluia*, in tristitiæ lenimentum deuotius pronunciare obseruaui.

7 Τὰς ἐντολάς σου· ἐλέησον τὸν δοῦλόν σου.] Indicant hæc: post vltima verba sequentis versus, quæ sunt, τὰς ἐντολάς σου, addendum, ἐλέησον τὸν δοῦλόν σου· & pariter in fine cuiuslibet versus huiusce στάσεως.

8 Τὸ ὄνομά σου. Ἀλληλούϊα.] Idem de his faciendum iudicium: subiungendum videlicet Ἀλληλούϊα, in cuiuslibet versus huiusce στάσεως fine; sicut & vltimis primæ verbis, quæ sunt τὸ ὄνομά σου.

9 Εὐλογητὸς εἶ κύριε.] Ab horum verborum repetitione frequenti, moduli sequentes dicuntur εὐλογητάρια· quæ insulsè, vt plerumque solet, ex affinitate syllabarum non sensus, ποιεῖν εὐλογητὸν, seu *benedictionem impertiri*, Meursius interpretatur.

10 Ὁ συνάναρχος υἱός.] An Filius Dei sicut Pater innascibilis, qui tamen à Patre vt ex suæ originis principio procedit? Non ita, inquit Gregorius Theologus orat. 39. in sancta lumina. υἱὸς οὐκ ἄναρχος, ἐκ τοῦ πατρὸς γάρ· εἰ δὲ τὴν ἀπὸ χρόνου λαμβάνοις ἀρχὴν, καὶ ἄναρχος. ποιητὴς γὰρ χρόνων οὐχ ὑπὸ χρόνον. *Filius non est sine principio, siquidem ex Patre est: quod si temporis principium accipis, principii etiam est expers.* Hoc sensu tum in hoc libro frequentius, tum apud SS. PP. Athanasium, Cyrillum Alexandrinum, Isidorum Pelusiotam, Damascenum, & alios; Verbum diuinum ἄναρχον reperies vocatum.

11 Ἡ ἀκροστιχίς.] Acrostichin hanc attentius perlegenti, pluribus superfluis literis eius ordo turbatus apparet: Verum illæ modulorum addititiorum & interiectorum sunt primordiales, non versus vllius ad Canonem pertinentis.

12 Ἕκτον προσαυδῶ καὶ τὰ λ.] Plures Canones composuit Theophanes, quibus versus Iambicos præposuit. Primo qui est in Anthologio ἐν τῇ ἀκολουθίᾳ τῆς ὅλης ἑβδομάδος ψαλλομένη ἀντὶ τῆς παρακλητικῆς præmittit istum.

Θεοφάνους ὁ πρῶτος ἀγγέλων ὕμνος.

Primus hymnus Theophanis est Angelorum.

Sexto vero huic qui de mortuis est, alium hunc affixit Ἕκτον προσαυδῶ καὶ τὰ λ.

13 Θεοφάνους.] Theophanes huius Canonis author, Theodori, frater est: amboque γραπτοὶ appellati, non quia Graptorum essent Episcopi, vt quidam indoctè nimis & rusticè, sed quia Iambis in eorum frontibus ferro candenti inustis, sic inscriptos, γραπτοὺς impius Theophilus, ob defensum sacrarum imaginum cultum in exilium egerit. Hi speciatim cum Ioanne Damasceno, Cosma Maiumensi Episcopo eius præceptore, & Iosepho, sacris Hymnis componendis vacantes, ὑμνογράφοι siue μελῳδοὶ dici meruerunt.

14 Ὁ οἶκος.] Vocem speciatim ignotam amplo sensu pro more interpretatur Meursius, & οἶκος *Lectionem in Ecclesia vsurpatam* vertit: at quænam sit illa lectio, diuinandum relinquit lectoribus. Nodum resoluit Ligaridius, & οἶκον, vbi Canticis Ecclesiasticis præfigitur, *ædificium, compagem, laudum fabricam* μεταφορικῶς dici scribit; sic poemata quædam vocant Itali *Stanze*, id est proprie domus, propter Stropharum sibi adhærentium ordinem, quasi variæ vnius habitationis contignationes.

15 Ἰωάννου μοναχοῦ.] Est Damascenus nomine solo notus inter præcipuos, non Theologos modo, sed & Hymnographos recensitus.

16 Μακάριοι.] Mortuorum officio τῶν μακαρισμῶν de quibus nos alibi, admiscetur recitatio: quia pietatis operibus æternæ vitæ merces conceditur.

17 Ὁ διάκονος.] Diaconi munus est iuxta Dionysium ad preces pro defuncti requie faciendas sæpius exhortari. τῶν λειτουργῶν ὁ πρῶτος προτρέπεται πάντας αἰτῆσαι τὴν ἐν Χριστῷ τελείωσιν ita de Eccles. Hier. cap. 7. *Ministrorum primus cunctos hortatur, vt beatam perfectionem, quæ in Christo est, pro defuncto expostulent.*

18 Γίνεται ὁ ἀσπασμός.] Mortuos iam iam cremandos aut sepeliendos Gentiles salutabant.

Salue æternùm mihi maxime Palla.

Æternúmque vale.

Dixit Æneas apud Virgilium. Hancque vt à Christianis receptam, etiamnum hodie Græci obseruant consuetudinem. Primo enim è Sacerdotibus, quem reliqui inde sequuntur, propius ad cadauer accedente, & orationem recitante à cunctis amplexu & osculo mortuus excipitur: de quo more Dionysius εἶτα προσελθὼν ὁ θεῖος ἱεράρχης εὐχὴν ἱερωτάτην ἐπ' αὐτῷ ποιεῖται, καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν αὐτός τε ἱεράρχης ἀσπάζεται τὸν κεκοιμημένον, καὶ μετ' αὐτὸν οἱ παρόντες ἅπαντες. *Mox accedens ad mortuum diuinus Præsul, sanctissimam precem super eo facit, & post orationem præsul ipse osculo salutat eum qui obdormiit, & post eum qui adsunt cuncti.* Osculum autem illud precum pro mortuo faciendarum promissio est & arrha, os enim τῆς εὐχῶν ὄργανον *orationis officina* est, inquit Symeon Thessalonicensis: vel iuxta Ambrosium in Hexaemero lib. 6. cap. 9. *pietatis charitatisque est pignus.* Pietatis illius & eruditæ religionis debet esse, quæ corpus emortuum vt verum Dei templum veneratur, (vnde & mortuos cum sancto Eucharistiæ mysterio pectori apposito sub terram condere, antiquæ religionis pietatisque Patres non abhorruerunt) & os vt vestibulum, templi, adorat. Cæterum osculi genus præfatum, sicut & Eucharistiam mortuis præbendi consuetudinem scribunt, desiisse apud Latinos propter Concilii Antisiodorensis primum Can. 12. dicentem. *Non licet Eucharistiam mortuis, nec osculum tradere*: Cuius tamen Canonis alia mens est, cum mortuos anathemate prius in vita perculsos, vel ob crimen aliquod ab Ecclesiæ cœtu seiunctos, osculo & Eucharistia dati, quasi resarcitę pacis & communionis redditæ Symbolis, reconciliatos existimare solum veter. Vt enim sceleratus quisque in vita, sic post mortem, Christiana tessera priuandus est. Mortuos autem quoslibet etiam nunc Ecclesia Latina deosculari non prohibet, sed nec iubet, quæ osculi publice dandi vsum nusquam assumpsit.

19 Ορῶντές με ἄφωνον.] Ex veteri Gentilium more, natum reor in Oriente vt insano furore mulieres percitæ, vestibus laceris, & capillis euulsis, quandoque etiam cantilenis & næniis à præficis (eas nunc vocant μυρολογητρίας) in propinquorum morte conductis, ad lugubrem cantum edendum, vlulatus & lachrymas simul ciendas, laudandumque mortuum recitatis, dolorem non tam emolliant, quam prouocent. Cum autem etiam threnos, næniasque huiusmodi, non vererentur ipsi Antistites Orientis religiosis Ecclesiæ ritibus admiscere, merito sanctiori decreto sunt cohibiti; de quo Balsamon in Can. 106. Concilij Carthaginensis: ἐν τῇ συνόδῳ τῆς βασιλευούσης ταύτης τῶν πόλεων διάφορα γέγονασι σημειώματα ἀφορισμῷ ἀργίας καθυποβάλλοντα τοὺς ἐν τοῖς μνημοσύνοις τῶν ἀποιχομένων εὐγενῶν καὶ μεγιστάνων ἱερουργοῦντας ἀρχιερεῖς, καὶ λέγοντας ἐπινικίους εὐχὰς μετὰ ἰάμβων, ἢ καὶ λογάδην. πολλοὶ γὰρ ἐφωράθησαν τοιαῦτα ποιοῦντες. ὡσαύτως ἀφωρίσθησαν διὰ συνοδικοῦ σημειώματος οἱ ἀναγνῶσται, οἱ κατὰ τὰ αὐτὰ μνημόσυνα μουσικὰ λέγοντες, καὶ ὀργανικὰ μινυρίσματα, καὶ ποιοῦντες τὸ ἐπιτάφιον, ἐπιθαλάμιον. *In Synodo huius reginæ vrbium diuersa fuerunt edicta, significantia eos celebrandorum sacrorum suspensioni esse obnoxios Antistites, qui in nobilium & procerum defunctorum exequiis officium agunt, & dicunt laudatorias preces cum Iambis, vel etiam soluta oratione. Multi enim hac facere deprehensi sunt. Similiter & Synodali edicto excommunicati sunt Lectores, qui in eisdem musica, & querulas nugationes edunt, & pro Epitaphio, Epithalamium celebrant.* Threnos autem & æquas funereas lamentationes permisit Ecclesia, & ad preces pro defunctis habendas, mortisque cogitationem fixè menti imprimendam composuit: eæque sunt τοῦ ἀσπασμοῦ nuper positi versus, & alius hic quem ore mutuato mortuus ipse non abs ratione, in medio recitare fingitur. Illos porro eosdem Versus, vt nihil absurdi præferentes (quidquid obstre[pant] nonnulli) ipse idem Balsamon approbat in supplemento Canonis citati Latinè solum editi, & ad operum eius calcem adiecti. *Qui autem per pia Cantica naturæ vim non afferentia, & Alleluiaria artificiosam vocis dulcedinem præ se ferentia, hæc faciunt, immeritò segregationis pœnæ subiacent. Non enim luctuosè, sed festiuè, ac panegyricè hodie exequias celebramus, Deo gratias agentes, cui placuit vt is, qui defunctus est, cum fide orthodoxa migraret, & qui efficere dignatus sit, vt apertè & cum omni libertate eos qui ex nostris excedunt, sepeliamus: & non vt prius in angulis abiicimus, vt quando hæretici quidem vigebant, nostra autem abiecta & afflicta erant; quemadmodum dicit etiam Gregorius magnus in suis in Iulianum inuectiuis orationibus. Et ideo suffitibus & cereis, & magnificis congregationibus defunctum excipimus, vt qui sit per Baptismum sanctificatus. Psallimus autem & in ipso τὸν ἄμωμον Psalmum 118. &c. Nota præsentem Canonem propter Antistites qui dicunt insuetas preces in exequiis, & de Alleluiariis, quæ cantant super mortuos.* Lessus autem & obseruatas hucusque à Græcis mulierculis nænias leges apud Busbequium epist. 1.

20 Ὁ δὲ ἱερεὺς αἴρει χοῦν μετὰ τοῦ πτύου.] Terram terræ tradimus; vt quod de terra prodiit in terram reuertatur. Ita terra condunt & humant Galliarum Ecclesiæ, & Prædicatorum instituti sequaces, qui etiam in subterraneis fornicibus mortuos deponentes, illos prius terra, vt terræ terram commendent, respergunt. Hoc humanitatis officium (quid enim magis humanum, quam hominis exuuias humo reddere?) refert Bernardus serm. 26. in Cantica, se fratri exhibuisse. *Indutus*, inquit, *Sacerdotalibus solitam orationem proprio ore compleui: terram meis manibus ex more ieci super dilectum corpus, terram & ipsum futurum.*

21 Ἐπιχέει τῷ λειψάνῳ κανδήλαν.] Meminit huius ritus Dionysius de Ecclesi. Hierar. cap. 7. ἀσπασάμενος δὲ πάντων ἐπιχέει τῷ κεκοιμημένῳ τὸ ἔλαιον ὁ ἱεράρχης. *Mortuo ab omnibus salutato oleum superaffundit Antistes.* Subditque rationem paulo infra: μέμνησο δὲ ὅτι κατὰ τὴν ἱερὰν θεογενεσίαν πρὸ τοῦ θειοτάτου βαπτίσματος, πρώτη μέθεξις τοῦ ἱεροῦ συμβόλου δωρεῖται τῷ τελουμένῳ μετὰ τὴν ὁλικὴν τῆς προτέρας ἐσθῆτος ἀπαμφίασιν, καὶ τὸ τῆς χρίσεως ἔλαιον· ἐν τέλει δὲ νῦν τῶν ἁπάντων, ἐπὶ τὸν κεκοιμημένον τὸ ἔλαιον ἐπιχέεται. καὶ τότε μὲν ἡ τοῦ ἐλαίου χρῖσις ἐπὶ τοὺς ἱεροὺς ἀγῶνας ἐκάλει τὸν τελούμενον· νῦν δὲ τὸ ἐπιχεόμενον ἐμφαίνει κατὰ τοὺς αὐτοὺς ἱεροὺς ἀγῶνας ἀθλήσαντα, τὸν τελειωθέντα τὸν κεκοιμημένον, ὡς τῶν ἀγώνων ἀναπαυσάμενον. *Memento quia secundum diuinam regenerationem ante sacrum Baptisma prima fuit Symboli participatio data initiato post integram vestis denudationem, & vnctionis oleum. His demum omnibus peractis, oleo respergitur obdormiens, & tunc quidem ad sacra certamina initiatum olei vnctio euocabat: nunc vero dum effunditur, ostendit pugnis omnibus perfunctum, omnique ex parte perfectum illum qui obdormiit, quasi certaminis coro-*

nam adeptum, vt S. Spiritu ita iubente ab omnibus suis laboribus requiescat. Ex Dionysio Symeon Thessalonicensis: πλὴν δὲ καὶ νεκροὶ ἐλαίῳ ἀλείφονται, ὡς ὁ θεῖός φησι Διονύσιος, εἰς τύπον τῆς χρίσεως τῆς ἐξ ἀρχῆς ἐλαίου τοῦ ἐν τῷ βαπτίσματι. καὶ τὸν λόγον δίδωσι τούτου. ὅτι καλῶς καὶ γενναίως ὁ ἐν Χριστῷ τελευτήσας τὸν ἀγῶνα τετέλεκε· δι᾽ ὃ καὶ πρότερον ἠλείψατο, καὶ νῦν ἐλαίῳ ἀλείφεται, καὶ τοῦτο εἰς σημείωσιν Χριστοῦ καὶ σφραγῖδα ἀπελθόντων, καὶ εἰς ἁγιασμὸν τῶν νεκρῶν σωμάτων τῶν ἠγωνισμένων ὑπὲρ Χριστοῦ, καὶ εὐσεβῶς πολιτευσαμένων. ἐνταῦθα καὶ εἰς τιμὴν δὲ αὐτῶν ὅτι κατὰ Χριστὸν ἔζησαν, οὗ σημεῖον τῆς χρίσεως τὸ ἡγιασμένον ἔλαιόν ἐστι· δι᾽ ὃ, καὶ τοῖς κατατιθεμένοις ὥσπερ ἐν τάφῳ ὑπὸ τὸ θεῖον θυσιαστήριον ἱερωτάτοις τῶν ἁγίων μαρτύρων λειψάνοις, καὶ μύρον ἅγιον ἐπιβάλλεται, ἀντὶ τοῦ ἐλαίου τούτου· τοῖς γὰρ τελείοις ἐπιβάλλειν χρὴ τὸ τελειότατον. καὶ ἡμεῖς τοίνυν τοῦτο τελοῦμεν, καὶ τοῖς τεθνεῶσιν ἐν Χριστῷ ἀδελφοῖς ἐπιχεόμενον ἔλαιον, πλὴν οὐ διδόμενον ἅγιον ἔλαιον τοῖς ζῶσιν, ὅ φησιν ὁ θεάδελφος, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς λυχνίας τοῦ ναοῦ, καὶ μᾶλλον τοῦ θυσιαστηρίου. *Verumtamen & mortui oleo vnguntur, vt Diuinus ait Dionysius, in figuram vnctionis illius olei, primitus in Baptismo acceptæ. Huius ipse rationem suggerit. Quia rectè generoséque, qui vita functus est, certamen obiit. Eapropter & prius vnctus est, & nunc oleo inungitur, in Christi ipsius qui Vnctus est, signum, in decedentium obsignationem, & in mortuorum corporum pro Christo præliatorum conuersatorumque deuote sanctificationem. Ad hæc, & in honorem ipsorum, quia secundum Christum vixerunt, cuius sanctificatum vnctionis oleum signum est: ac propterea depositis velut in sepulchro sacerrimis sanctorum Martyrum reliquiis sanctum quoque Chrisma huius olei vice superinfunditur: perfectis enim perfectum adiicere conuenit. Nos itaque id agimus & mortuis in Christo fratribus oleum superinfundimus: non illud tamen viuentibus præberi solitum, de quo frater Domini loquitur, sed aliud ex templi, & maxime altaris lampade.* Hæc potuit esse responsio, cum Catholica sit & ab omni superstitione aliena, quam Dorotheus Mytilenensis Episcopus nationis Græcæ nomine fecit Latinis inquirentibus, διὰ τί χρίουσιν ἐλαίῳ τοὺς νεκροὺς πρὸ τοῦ ἐνταφιάσαι αὐτούς; *Quare mortuos oleo Græci inungunt priusquam eos tradant sepulturæ?* Simul autem adiunctam fuisse à Sacerdote orationem super ipso sepulchro dicendam, è Cryptoferratensi Bessarionis, & Barberino S. Marci colligo: à priori quidem hanc primam.

Εὐχὴ ἐν τῷ τάφῳ ἡνίκα βάλλη μύρον, ἢ ἔλαιον σταυροειδῶς τρίτον ἐπάνω τοῦ λειψάνου.

Μνήσθητι κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν τοῦ ἐν πίστει καὶ ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου κοιμηθέντος ἀδελφοῦ ἡμῶν, τοῦ δεῖνος, καὶ ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος ὑπερβαίνων ἁμαρτίας, καὶ ἐξαλείφων ἀδικίας, ἄνες, ἄφες, συγχώρησον πᾶν ἑκούσιον καὶ ἀκούσιον αὐτοῦ πλημμέλημα, ἐξανιστῶν αὐτὸν ἐν τῇ ἁγίᾳ σου δευτέρᾳ παρουσίᾳ, εἰς μετοχὴν τῶν αἰωνίων σου ἀγαθῶν, δι᾽ ὧν μόνον εἰς σὲ ἐπίστευσε τὸν ἀληθινὸν θεὸν καὶ φιλάνθρωπον. ὅτι σὺ εἶ ἡ ἀνάστασις τοῦ δούλου σου Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν.

Oratio in sepulchro habenda, cum Chrisma, vel oleum in modum crucis tertiò super cadauer est iniiciendum.

Memento Domine Deus noster, in fide, & æternæ vitæ spe demortui fratris nostri N. & vt bonus & humanus peccata superans, & iniquitates delens, remitte, relaxa, condona spontaneum vel inuoluntarium eius omne delictum, exsuscitans illum in secundo tuo aduentu, vt bonorum pro quibus in te verum & clementem Deum credidit, consortium percipiat. Quia tu es resurrectio serui tui Domine: & tibi, &c.

In posteriori S. Marci M. S. hanc aliam reperimus.

Εὐχὴ ἐπιτάφιος καθολική.

Δέσποτα ὁ θεὸς τῶν πνευμάτων καὶ πάσης σαρκὸς, ὁ διδοὺς καταστολὴν δόξης ἀντὶ πνεύματος ἀκηδίας, καὶ τῇ ἀπορρήτῳ σου σοφίᾳ ἑνώσας ψυχὴν σώματι καὶ πάλιν ἀναλύων, τὸν μὲν χοῦν τῇ γῇ, τὸ δὲ πνεῦμα πρὸς ἑαυτὸν καθὼς ἔδωκας ἀφελόμενος. αὐτὸς δέσποτα Χριστὲ πρόσδεξαι τὴν ψυχὴν τοῦ δούλου σου, τοῦ δε, καὶ κατάταξον αὐτὸν μετὰ τῶν ἁγίων σου ἀναπαύεσθαι εἰς τόπον φωτεινὸν, εἰς χώραν εὐσεβῶν, εἰς τόπον ἀναψύξεως ἐκεῖ, ὅθεν ἀπέδρα ὀδύνη, καὶ λύπη, καὶ στεναγμός. ὅτι οὐκ ἔστι τοῖς δούλοις σου ὁ θάνατος ὡς ἀληθῶς, ἀλ-

Oratio sepulchralis Catholica.

Domine Deus spirituum & omnis carnis, qui pro spiritu mœroris gloriæ stolam rependis, & secreta tua sapientia animam corpori coniungis, & iterum resoluis, puluere quidem pulueri restituto, spiritu autem quem dedisti ad te reuocato: ipse dominator Christe, serui tui N. animam suscipe, & vt in loco lucido, in piorum regione, in loco refrigerij, vnde dolor luctus & suspiria exulant quiescat, eam colloca: quia vere seruis tuis non mors, sed animæ

iolum emigratio est inflicta: & si quid in verbo, opere, aut cogitatione peccauit, tu ceu bonus & clemens ne respicias.

λαῷ ψυχῆς μετάστασις· καὶ εἴ τι ἐν λόγῳ, ἢ ἔργῳ, ἢ ἐνθυμήσει ἥμαρτεν, πάριδε ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος.

---

22 Καὶ τὰ ἑτέρα ἅπαντα.] Quæ nimirum initio huius officij posita sunt: μετὰ πνευμάτων δικαίων. adusque. καὶ ἐν οἷς ἑτοιμά εἰσιν.

23 Δόξα σοι ὁ θεὸς οὕτως οἰκονομήσαντι.] Quamuis prouidentiæ secretum hominem in aduersis consoletur; & eapropter afflictos parentes & amicos iubeat Ecclesia in has voces erumpere, post sibi coniuncti mortui sepulturam: suis tamen priuatis precibus, etiam cordis eorum dolorem lenire molitur. Illarum vna habetur suprapositæ numero 21. orationi adiuncta in Barberino S. Marci.

Deus lugentium, auxiliator & consolator seruis tuis fias, mœstitiæ illorum caliginem spirituali tuo lumine illustra, nos vero seruos tuos ad cadaueris curam accedentes conserua, & propitius esto iniquitatibus nostris. Quia tu delictorum nostrorum es remissio & tibi gloriam &c.

Θεὸς τῶν πενθούντων, ἀντιλήπτωρ καὶ παραμυθία γενοῦ τοῖς δούλοις σου, κατάλαμψον τὴν ἀχλὺν τῆς ἀθυμίας αὐτῶν, τῷ νοερῷ σου φωτί, ἡμᾶς δὲ τοὺς δούλους ἐλθόντας εἰς τὴν τοῦ λειψάνου τιμὴν περικράτησον, καὶ ἵλεως γενοῦ ταῖς ἀνομίαις ἡμῶν· ὅτι σὺ εἶ ἡ ἄφεσις τῶν πλημμελημάτων ἡμῶν· καὶ σοὶ τὴν δόξαν.

Alia est iterum tum in eodem M. S. Barberino tum in Cryptof. Bessarionis.

Domine Domine, afflictorum consolatio, *& reliqua: quæ habentur*: infrà, *in officio funereo Sacerdotis.*

Exclamatio.

Tu enim es resurrectio serui tui & tibi gloriam.

Κύριε κύριε, ἡ τῶν θλιβομένων παραμυθία, καὶ τὰ λοιπά.

Ἐκφώνως.

Σὺ γὰρ εἶ ἡ ἀνάστασις τοῦ σοῦ δούλου· καὶ σοὶ τὴν δόξαν.

---

24 Ἰστέον δὲ ὅτι ὁ τοιοῦτος.] Inscitiæ, ne dicam petulantiæ argumentum affixit hoc loco postremarum editionum Euchologii procurator, & præsentis rubricæ author ineruditus, dum ritum à suis maioribus præclara tum scientia, tum sanctitate eminentibus probatum, imo & à tota Ecclesia se se cuilibet hominum generi attemperare cupienti valde commendatum, varias nempe & distinctas in virorum mulierum, & infantium funeribus recitari consuetas preces in prioribus editionibus & M S. reperiendas, ipse vel in iocum vertere, vel inique condemnare præsumpsit, ignorans supine vel malitiose dissimulans Ecclesiam posse, exigente ratione, precum diuersitatem instituere, vbi non tantum sexus, sed & ætas, conditio, mores, actiones, varietatem huiusmodi postulant.

OFFICIVM FVNERIS MONAchorum.

1 ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ ΤΟΥ ΕΞΟΔΙΑΣΤΙΚΟΥ. τῶν μοναχῶν.

Monachorum quopiam ad Dominum migrante, cum corpus eius lauari, sed nec nudum omnino conspici conueniat: præfectus ad hoc Monachus spongia tepenti aqua delibuta illud detergit: spongiaque crucis signum exprimit in demortui fronte, in pectore,

Ἐπειδὰν τις τῶν μοναχῶν πρὸς κύριον ἐκδημήσῃ, ἐπεὶ οὐ δεῖ λούεσθαι τὸ σῶμα αὐτοῦ, ἀλλ' οὐδὲ ὁρᾶσθαι ὅλως γυμνόν, ὁ εἰς τοῦτο τεταγμένος μοναχός, ἀποσπογγίζει τὸ λείψανον μετὰ χλιαροῦ ὕδατος ἐν σπόγγῳ, ποιῶν πρῶτον μετὰ τοῦ σπόγγου σταυρὸν ἐν τῷ μετώπῳ τοῦ τελευτήσαντος, ἐν τῷ στήθει,

καὶ

καὶ ταῖς χερσὶ, καὶ ἐν τοῖς ποσὶ, καὶ τοῖς γόνασι, καὶ πλέον οὐδέν. εἶθ' οὕτως, φέρει καθαρὸν ἱμάτιον, καὶ ἐνδύει αὐτὸν πρότερον ἐκβληθέντος τοῦ παλαιοῦ, μηδαμῶς τὴν γύμνωσιν αὐτοῦ θεασάμενος. μετὰ δὲ τὸ ἐνδύσασθαι, περιβάλλει αὐτῷ τὸ κουκούλιον, εἰ μεγαλόσχημός ἐστι· περιθεὶς τὴν περικεφαλαίαν ἄνωθεν τῆς κεφαλῆς, καὶ καταβιβάσας αὐτὴν μέχρι τοῦ πώγωνος, ὥστε μὴ ὁρᾶσθαι τὸ πρόσωπον τοῦ λειψάνου. εἶτα περιτίθησιν αὐτῷ, τὸν ἀνάλαβον εἰς τὴν τάξιν αὐτοῦ, καὶ τὸ παλλίον, καὶ περιζώννυσι λῶρον, καὶ ὑποδύει αὐτῷ σανδάλια καινά. εἶτα ἁπλοῦται ὁ μανδύας αὐτοῦ πλαγίως, καὶ ἀνακουφίζοντες τὸ λείψανον ἐκ τοῦ ψιαθίου, ἁπλοῦσιν αὐτὸ ὑποκάτω τοῦ λειψάνου, ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς· καὶ οὕτως ὁ ἐπὶ τῇ κηδείᾳ τεταγμένος μοναχὸς, μετὰ μαχαίρας ἀποτεμὼν τὰ ἄκρα τοῦ μανδύου τὰ ἐν τοῖς δυσὶ πλαγίοις. εἶτα διχῇ τὸ πᾶν διελὼν καὶ διατρήσας τὸν μανδύαν κατὰ τὰ πλάγια ἄκρα, καὶ τὸ τοῦ εὐωνύμου μέρους, καὶ τὸ τοῦ δεξιοῦ λωρίον εἰς ἄλληλα διαβιβάζων, καὶ συνδέων ἀμοιβαδὸν, ἀποτελεῖ σταυροὺς τρεῖς, ἕνα πρὸς τῇ κεφαλῇ, καὶ ἕνα πρὸς τὰ στήθη, καὶ ἕτερον πρὸς τοῖς γόνασι, καὶ τῷ ὑπολειφθέντι μέρει τῶν δύο λωρίων δεσμεῖ τοὺς πόδας αὐτοῦ.

in manibus, in pedibus, in genibus tantum. Nitido deinde indumento inducto, vetere abiecto, nuditate tamen eius nunquam ita reuelata vt conspiciatur, illum tegit. Quo peracto, si magni habitus fuerit, illum cucullo circumdat, & galeam siue pileum capiti impositum ad barbam vsque, ne cadaueris appareat facies, demittit. Tum verò ordine Analabum ei circumponit, & Pallium; loroque succingit, nouisque Sandaliis: Mandyam deinde expandunt, & cadauere è storea eleuato, à capite ad pedes vsque explicant. Huicque funereo officicio præfectus Monachus, extremas Mandyæ partes cultello ex vtroque latere secans, & cuncta bifariam diuidens, & Mandyæ extrema perforans; & sinistri lateris partem, & dextri etiam lorum ad inuicem committens, & mutuo circumplectens, tres cruces componit, ad caput vnam, ad pectus alteram, & aliam versus genua: residua vtriusque lori parte, pedes eius circumligat.

Καὶ μετὰ ταῦτα, προσκαλεῖται ὁ ἐφημέριος, καὶ βαλὼν ἐπιτραχήλιον, καὶ θυμίαμα ἐπὶ τὸ θυμιατὸν, εὐλογεῖ συνήθως. καὶ ἀρχόμεθα τὸ, Τρισάγιον, Παναγία τριάς. Πάτερ ἡμῶν. Ὅτι σοῦ ἐστιν. Καὶ τὰ συνήθη τροπάρια, ἤγουν τὸ, Μετὰ πνευμάτων δικαίων. Καὶ τὰ λοιπὰ ὁμοίως καθὼς προεγράφησαν ἐν τῇ ἐξοδιαστικῇ τῶν κοσμικῶν. ἤγουν ἡ αἴτησις παρὰ τοῦ διακόνου.

His peractis, Hebdomadarius aduocatur; qui assumpta stola, & suffitu thuribulo iniecto: de more benedictionem præmittit. Nos vero incipimus: Ter Sanctus. Sanctissima Trinitas. Pater noster. Quia tuum est. *Et consuetos Modulos, videlicet.* Cum spiritibus iustis. *Et reliquos: ad normam quæ in sæcularium exequiis præscripta fuit. Postulatio nempe à Diacono.*

Ἡ εὐχὴ παρὰ τοῦ ἱερέως, καὶ ἀπόλυσις.

Oratio à Sacerdote dicitur. Et fit dimissio.

Καὶ μετὰ τοῦτο ἄραντες, οἱ ἀδελφοὶ τὸ λείψανον, ἀποκομίζουσιν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, 2 καὶ εἰ μὲν ἱερεύς ἐστιν ὁ ἐκδημήσας ἀδελφὸς, τίθεται τὸ τούτου λείψανον ἐν τῷ μέσῳ τοῦ ναοῦ. εἰ δὲ ἰδιώτης, ἐν τῷ νάρθηκι. Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ καιρὸς τοῦ ᾆσαι τὸν ἐξόδιον ὕμνον ἐπὶ τὸ λείψανον, ἀπέρχεται 3 ὁ κανδηλάπτης, 4 καὶ κρούει ταῖς βαρείαις 5 ἐπὶ τὸ σιδηροῦν, ποιῶν στάσεις τρεῖς, καὶ οὕτως συνάγονται πάντες οἱ ἀδελφοί. Καὶ διανέμει τούτοις κηρία ὁ σκευοφύλαξ, καὶ ἅπτοντες, καὶ τοῦ διακόνου τὸ, Εὐλόγησον δέσποτα, ἐκφωνήσαντος. εὐλογεῖ ὁ ἱερεύς. Καὶ ἀρχόμεθα τὸ, ὁ κατοικῶν ἐν βοηθείᾳ τοῦ ὑψίστου. Ἀλληλούϊα. ἦχος πλ. δ'. Καὶ, στίχος Μακάριος ὃν ἐξελέξω, καὶ προσελάβου κύριε. στίχος. Καὶ τὸ μνημόσυνον

Tum vero Fratres cadauer efferentes ad Ecclesiam deportant: & si quidem Sacerdos fuerit, qui migrauit Frater, corpus eius in Ecclesiæ gremio deponitur: si Laicus, in Vestibulo, instante vero funereos Hymnos cantandi tempore, secedit accendendis luminibus præfectus, tardisque & interpolatis ictibus ferreum signum tribus factis interstitiis pulsat: atque ita Fratres omnes conueniunt; quibus cereos diuidit Sacrista, subinde accendendos. Et Diacono. Benedic Domine, *exclamante: benedicit Sacerdos, nos vero Psalmum:* Qui habitat in adiutorio Altissimi; *incipimus.* Alleluia. *Tonus obliquus quartus, & Versiculus* Beatus quem elegisti, & assumpsisti, Domine. *Versiculus,* Et memoria

eius in generatione & generationem. *Moduli. Tonus idem.* Sapientiæ profundo. Gloria. *Modulus idem.* Et nunc.

In Deiparam. Murum, portum, & interpellatricem, erga eum quem genuisti Deum, habemus te, Deipara, nuptiarum expers, fidelium salus.

Et confestim. Benedictus es, Domine, doce me iustificationes tuas. Beati immaculati in via. Benedictus es, Domine. *Et per versus recitatur Psalmi Immaculati* (id est 118.) *prima statio, vsque ad* Tuus sum ego. *Hinc namque in duas stationes illum partimur. In vtroque vero Versu, finem Versus primæ stationis repetimus, scilicet,* Benedictus es, Domine. *Cum vero ad vltimum Versum peruenerint, nempe,* In æternum non obliuiscar iustificationes tuas; *tertio illum cantant. Atque ita postulatio à Diacono subiungitur, & à Sacerdote Oratio, secreto, & exclamatio. Eaque terminata, secundam stationem hoc pacto incipimus.* Iustificationes tuas exquisiui. Tuus sum ego, saluum me fac. Tuus ego sum, saluum me fac. *Et in vniuscuiusq; versus fine: alterius Versus finem subiungimus.* Tuus sum ego, saluum me fac. *Cum vero inceperimus.* Respice in me, *Psalmum hunc cantamus Tono tertio. In fine vero cuiuscumq; versus adiungimus.* In regno tuo, Domine, memento serui tui. *Et vltimum Versum nempe,* Viuet anima mea. *Terque repetitur. Et confestim Benedictiones: & pariter à Diacono postulatio pronuntiatur: & à Sacerdote Oratio prout præscriptum est. Post cuius exclamationem, Modul. Ton. obliquus* 1. Da requiem, Saluator noster. Gloria. *Mod. idem.* Et nũc. *In Deiparam.* Qui è Virgine ortus es. *Cuncta hæc ordine debito disposita, reperies in sæcularium exequiis. Post Deiparæ Modul. Psal. 50. dicimus: & sic Antiph. exordimur.*

Antiphonum primum. Tonus primus.

Exaudi meos gemitus, dum affligor, Domine, ad te clamo.

Solitariis à mundi vanitate seiunctis, indefessum rerum diuinarum desiderium innascitur. Gloria. Et nunc.

Sancto Spiritui honor & gloria, sicut & Patri, simul & Filio debita est. Canmus idcirco, Trinitati vnum sit imperium.

Deinde Versus similares S. Theophanis. Tonus primus.

Celebrandi Martyres.

Diuino tuo suauique consortio defunctum hunc, Saluator, dona, & in tabernaculis iustorum colloca, in sanctorum tuorum mãsionibus, in cœlestibus

αὐτοῦ εἰς γενεὰν καὶ γενεάν. Τροπάρια ἦχος. ὁ αὐτός. Ὦ βάθει σοφίας. Δόξα. Τὸ αὐτό. Καὶ νῦν.

Θεοτόκιον. Σὲ τεῖχος καὶ λιμένα ἔχομεν, καὶ πρέσβιν εὐπρόσδεκτον πρὸς ὃν ἔτεκες θεόν· θεοτόκε ἀνύμφευτε, τῶν πιστῶν ἡ σωτηρία.

Καὶ εὐθύς. Εὐλογητὸς εἶ κύριε, δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου. Ἄμωμοι ἐν ὁδῷ. Εὐλογητὸς εἶ κύριε. Καὶ στιχολογεῖται ἡ πρώτη στάσις τοῦ ἀμώμου, ἕως τοῦ· σός εἰμι. Εἰς δύο γὰρ στάσεις ποιούμεν τοῦτον ἐνταῦθα. ἐν ἑκάστῳ δὲ τέλει στίχου τῆς πρώτης στάσεως, ἐπιλέγομεν τό, εὐλογητὸς εἶ κύριε. Ὅταν δὲ ἔλθωσιν εἰς τὸν τελευταῖον στίχον, ἤγουν τό. Εἰς τὸν αἰῶνα οὐ μὴ ἐπιλάθωμαι τῶν δικαιωμάτων σου ψάλλουσιν αὐτὸν ἐκ τρίτου. Καὶ οὕτως ἡ αἴτησις παρὰ τοῦ διακόνου, ἡ εὐχὴ μυστικῶς παρὰ τοῦ ἱερέως, καὶ ἡ ἐκφώνησις. Καὶ μετὰ τὴν ἐκφώνησιν ἀρχόμεθα τῆς δευτέρας στάσεως, οὕτως. Τὰ δικαιώματά σου ἐξεζήτησα. Σός εἰμι ἐγώ, σῶσόν με. Σός εἰμι, ἐγὼ σῶσόν με, καὶ ἐν ἑκάστῳ τέλει στίχου, σός εἰμι ἐγώ, σῶσόν με. Ὅταν δὲ ἀρξώμεθα τό ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμέ, ψάλλομεν τὸν ψαλμὸν τοῦτον εἰς ἦχον γ. εἰς δὲ τὸ τέλος ἑκάστου στίχου, ἐπιλέγομεν. Ἐν τῇ βασιλείᾳ σου κύριε, μνήσθητι τοῦ δούλου σου. Καὶ τὸν τελευταῖον στίχον ἤγουν, τό. Ζήσεται ἡ ψυχή μου, ἐκ τρίτου. Καὶ εὐθὺς τὰ εὐλογητάρια, καὶ ἡ αἴτησις ὡσαύτως παρὰ τοῦ διακόνου, καὶ ἡ εὐχὴ ὡς ἀνωτέρω εἴρηται, παρὰ τοῦ ἱερέως. Καὶ μετὰ τὴν ἐκφώνησιν. Τροπάριον ἦχος πλ. α'. Ἀνάπαυσον σωτὴρ ἡμῶν. Δόξα· Τὸ αὐτό. Καὶ νῦν. Θεοτόκιον. Ὁ ἐκ παρθένου ἀνατείλας. Ταῦτα πάντα ἀκριβῶς εὑρήσεις ἐν τῷ τῶν κοσμικῶν ἐξοδιαστικῷ, μετὰ δὲ τὸ Θεοτόκιον, τὸν ν'. καὶ οὕτως ἀρχόμεθα τῶν ἀντιφώνων.

Ἀντίφωνον, α'. ἦχος. α'.

Ἐν τῷ θλίβεσθαί με εἰσάκουσόν μου τῶν ὀδυνῶν. κύριε σοὶ κράζω.

Τοῖς ἐρημικοῖς ἄπαυστος ὁ θεῖος πόθος ἐγγίνεται, κόσμου οὖσι τοῦ ματαίου ἐκτός.

Δόξα. καὶ νῦν.

Ἁγίῳ πνεύματι, τιμὴ καὶ δόξα, ὥσπερ πατρὶ, πρέπει ἅμα καὶ υἱῷ, διὰ τοῦτο ᾄσωμεν τῇ τριάδι μονοκρατορία.

Εἶτα στιχηρὰ προσόμοια, τοῦ ἁγίου Θεοφάνους, ἦχος. α'.

Πανεύφημοι μάρτυρες.

Σοῦ σῶτερ δεόμεθα τῆς σῆς γλυκείας μεθέξεως τὸν μεταστάντα ἀξίωσον, καὶ κατασκήνωσον ἐν σκηναῖς δικαίων, ἐν μοναῖς ἁγίων σου, τοῖς ἐπουρανίοις

σκηνώμασιν, τῇ εὐσπλαγχνίᾳ σου πρόσρουν αὐτοῦ τὰ πταίσματα, καὶ παρέχων αὐτῷ τὴν ἀνάπαυσιν.

Ὅμοιον.

Οὐδεὶς ἀναμάρτητος, οὐδεὶς τῶν ἀνθρώπων γέγονεν, εἰ μὴ σὺ μόνε ἀθάνατε. διὸ τὸν δοῦλόν σου, ὁ θεὸς οἰκτίρμων, ἐν φωτὶ κατάταξον, σὺν ταῖς χοροστασίαις ἀγγέλων σου, τῇ εὐσπλαγχνίᾳ σου ὑπερβαίνων ἀνομήματα, καὶ παρέχων αὐτῷ τὴν ἀνάστασιν. Ὅμοιον.

Ὑπὲρ τὰ ὁρώμενα τὰ σὰ, σῶτερ, ἐπαγγέλματα, ἃ ὀφθαλμὸς οὐ τεθέαται, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν οὐκ ἀνέβη δέσποτα· ὧν τῆς περισπουδαστάτης μεθέξεως τυχεῖν εὐδόκησον τὸν πρὸς σὲ μεταχωρήσαντα, καὶ παράσχε ζωὴν τὴν αἰώνιον. Δόξα. καὶ νῦν. ὅμοιον. Θεοτόκιον.

Χριστὸν ἐκδυσώπησον τὸν σὸν τόκον μῆτερ παρθένε, τὴν τῶν πταισμάτων συγχώρησιν δοῦναι τῷ δούλῳ σου, τῷ σε θεοτόκον εὐσεβῶς κηρύξαντι, καὶ λόγῳ ἀληθεῖ δογματίσαντι, καὶ τῆς λαμπρότητος τῶν ἁγίων καὶ φαιδρότητος ἀξιῶσαι ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ.

Ἀντίφωνον. β'. ἦχος. β'.

b Εἰς τὸν οὐρανὸν b τὰ ὄμματα, ἐκπέμπω μου τῆς καρδίας, πρὸς σὲ σωτήρ· σῶσόν με σῇ ἐπιλάμψει.

Ἐλέησον ἡμᾶς τοὺς πταίοντάς σοι πολλὰ καθ' ἑκάστην ὥραν Χριστέ μου, καὶ δὸς πρὸ τέλους τρόπους τοῦ μετανοεῖν σοι.

Δόξα. καὶ νῦν.

Ἁγίῳ πνεύματι τὸ βασιλεύειν πρέπει, τὸ ἁγιάζειν, τὸ κινεῖν τὴν κτίσιν. θεὸς γάρ ἐστιν, ὁμοούσιος πατρὶ, καὶ λόγῳ.

Στιχηρὰ προσόμοια. ἦχος, β'. Ὅτε ἐκ τοῦ ξύλου νεκρόν.

Ῥώμην τοῦ θανάτου, καὶ φθορὰν σου τῷ ζωηφόρῳ θανάτῳ καθεῖλες δέσποτα, πᾶσι δὲ ἐπήγασας ζωὴν αἰώνιον, καὶ νεκρῶν ἐξανάστασιν θνητοῖς ἐδωρήσω. ὅθεν σου δεόμεθα, σῶτερ, ἀνάπαυσον πιστὸν τὸν πρὸς σὲ μεταστάντα, καὶ τοῦ γλυκυτάτου σου κάλλους τοῦτον κατάξίωσον, φιλάνθρωπε.

Ὅμοιον.

Ἵνα τοὺς ἀνθρώπους κοινωνοὺς, θείας βασιλείας ἐργάσῃ, σταυρὸν ὑπέμεινας, θάνατον ἑκούσιον καταδεξάμενος. διὰ τοῦτο δεόμεθα τῆς σῆς εὐσπλαγχνίας μέτοχον ἀνάδειξον, τῆς βασιλείας σου πιστὸν τὸν πρὸς σὲ μεταστάντα, καὶ τοῦ γλυκυτάτου σου κάλλους τοῦτον κατάξίωσον φιλάνθρωπε.

tentoriis: nec clementia tua ad eius delicta respicias; sed requiem ei præbe.

Similis.

Nullus peccati expers, inter homines natus est, nisi tu solus immortalis: propterea seruum tuum, Deus misericors, cum Choris Angelorum tuorum in lumine colloca; iniquitates eius tua clementia supera, & resurrectionem largire. *Similis.*

Visibilia hæc cuncta superant, Saluator, tua pollicita, quæ oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascenderunt, Domine, quorum iucunda communione ad te mundo decedentem perfrui complaceat tibi, & ei vitam æternam præbe.

Gloria. Et nunc *Similis. In Deiparam.*

Deprecare Christum tuum natum, Mater Virgo, vt seruo tuo te deuotè Deiparam profitenti, & Verbo verò confitenti delictorum veniam largiatur; & splendore gaudiisque sanctorum in regno suo illum perfrui iubeat.

Antiph. secundum. Tonus secundus.

Cordis mei oculos in cœlum ad te, Saluator, tendo: illustratione tua salua me.

Miserere nostri, Christe, qui singulis horis in pluribus offendimus: & ante finem pœnitentiæ modum concede.

Gloria. Et nunc.

Sancto Spiritui regnare, sanctificare, mouere creaturam omnem competit: Deus enim est Patri & Verbo consubstantialis.

Versus similares. Tonus secundus.

Cum è ligno mortuum.

Mortis robur, corruptionemque, viuifica tua morte destruxisti, Domine: vitam verò æternam in cunctos effudisti, & mortuorum resurrectionem mortalibus largitus es: vnde rogamus te, Saluator, da requiem fideli qui ad te migrauit, & suauissima vultus tui specie, illum perfrui concede, ô benigne.

Similis.

Vt mortales diuini tui regni participes efficeres, mortem spontaneam amplexus crucem sustinuisti: clementiam tuam idcirco rogamus; compotem fac regni tui fidelem qui ad te migrauit, & suauissima vultus tui specie, illum perfrui concede, ô benigne.

Similis.

Tremore horrendo & expauescendo concussi, iustam tuam sententiam expectant, à sæculo mortui tribunali tuo astantes, & æquum ibi iudicium excipiunt. Parce tunc Domine, fideli seruo tuo qui ad te migrauit: & deliciis tuis æternis, & beatitudine illum perfrui concede.

Gloria Et nũc. *In Deiparam. Similis.*

Protoparentis Euæ debitum, ô pura, exegisti concipiens Deum, immortalitatem & resurrectionem fidelibus largientem, & æterna gloria te collaudantes coronantem: quem deprecari ne desistas, vt hunc in splendoris sui lumine collocet.

Antiphonum tertium. Tonus tertius.

Captiuitatem Sion è Babylone exemisti: è tormentis etiam ad vitam me eripe, ô Verbum.

In austro seminantes diuinas lachrymas: spicas gaudii perennis vitæ metent. Gloria. Et nunc.

In Spiritu Sancto liberalitas omnis, æque ac in Patre, & Filio elucet: & in eo cuncta viuunt, & mouentur.

Tonus tertius. Crucis figura.

Tuam pretiosam veneror crucem, per quam vita & voluptatis fruitio fide & charitate te celebrantibus concessa est, misericors. Propterea tibi, Christe Deus, canimus: ei qui à nobis discessit, da requiem; vbi lætantium omnium in te est habitatio, vt tuũ numen celebret.

Similis.

Solus misericors & clemens, cuius est immensum bonitatis pelagus, quique humanam naturam à te conditam cognoscis; te rogamus, Christe Deus, ei qui à nobis discessit, da requiem: vbi lætantium omnium in te est habitatio, vt tuum numen celebret. *Similis.*

Obdormiens, velut homo, in sepulchro; inuicta tua virtute excitasti in sepulchris dormientes, nusquam taciturũ hymnũ tibi oblaturos. Propterea, tibi Christe Deus, clamamus; ei qui à nobis discessit, da requiem, vbi lętãtium in te habitatio est, vt numen tuum celebret. Gloria. Et nũc. *In Deiparã. Similis.*

Te lampadem spiritalem accepisse, cuius lumen erat diuinitas humanæ substantiæ coniuncta, cuncti nouimus, Deipara. Tuum propterea precare Filium & Deum, vt defuncto huic in voluptatis loco det requiem, vbi lætantium habitantio est, ô pura, vt te illibatam celebret.

Ὅμοιον.

Τρόμῳ τῷ φρικτῷ καὶ φοβερῷ βήματι τῷ σῷ παρεστῶτες, οἱ ἀπ' αἰῶνος νεκροὶ, ψῆφον ἀναμένουσι τὴν σὴν δικαίαν σωτὴρ, καὶ τὴν θείαν ἐκδέχονται δικαιοκρισίαν. τότε φεῖσαι δέσποτα σῶτερ, τοῦ δούλου σου πιστοῦ τοῦ πρὸς σὲ μεταστάντος, καὶ τῆς ἀϊδίου τρυφῆς σου, καὶ μακαριότητος ἀξίωσον. Δόξα. Καὶ νῦν. Θεοτόκιον. ὅμοιον.

Εὔας τῆς προμήτορος ἁγνὴ, σὺ τὴν ὀφειλὴν συλλαβοῦσα θεὸν ἀπήτησας, τὸν τὴν ἀφθαρσίαν τε καὶ τὴν ἀνάστασιν τοῖς πιστοῖς χαριζόμενον, καὶ τῇ αἰωνίᾳ δόξῃ στεφανοῦντα τοὺς σὲ μεγαλύνοντας, ὃν νῦν δυσωποῦσα μὴ παύσῃ, τοῦτον ἐν φωτὶ κατατάξαι τῆς αὐτοῦ λαμπρότητος, θεόνυμφε. Αντι. γ'. Ηχος. γ'.

Τὴν αἰχμαλωσίαν Σιὼν, σὺ ἐξείλου εἰς Βαβυλῶνος, κἀμὲ ἐκ τῶν παθῶν, πρὸς ζωὴν ἕλκυσον, λόγε.

Ἐν τῷ νότῳ οἱ σπείροντες δάκρυσιν ἐνθέοις. θεριοῦσι στάχυας, χαρᾶς ἀϊζωΐας.

Δόξα. Καὶ νῦν.

Ἁγίῳ πνεύματι, πᾶσα ἀγαθοδωρεία, ὡς πατρὶ καὶ υἱῷ συναστράπτει, ἐν ᾧ τὰ πάντα ζῇ καὶ κινεῖται. Ηχος γ'. τῷ τύπῳ τοῦ σταυροῦ.

Δοξάζω τὸν σταυρόν σου τὸν τίμιον, δι' οὗ ζωὴ δεδώρηται, καὶ τρυφῆς ἡ ἀπόλαυσις τοῖς ἐν πίστει καὶ πόθῳ σε ὑμνοῦσι, μόνε πολυέλεε. διὸ βοῶμέν σοι Χριστὲ ὁ θεὸς, τὸν μεταστάντα ἐξ ἡμῶν ἀνάπαυσον ἔνθα πάντων ἐστὶν εὐφραινομένων ἡ κατοικία, ἐν σοὶ, δοξάζειν σου τὴν θεότητα. Ὅμοιον.

Ὁ μόνος ἐλεήμων καὶ εὔσπλαγχνος, ὁ ἔχων ἀκατάληπτον ἀγαθότητος πέλαγος, καὶ γινώσκων τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων ἣν ἐδημιούργησας. σὲ ἱκετεύομεν Χριστὲ ὁ θεὸς, τὸν μεταστάντα ἐξ ἡμῶν ἀνάπαυσον, ἔνθα πάντων ἐστὶν εὐφραινομένων ἡ κατοικία, ἐν σοὶ, δοξάζειν σου τὴν θεότητα. Ὅμοιον.

Ὑπνώσας ἐν τῷ τάφῳ ὡς ἄνθρωπος δυνάμει ἀηττήτῳ σου, ὡς θεὸς, ἐξανέστησας τοὺς ἐν τάφοις ὑπνοῦντας ἀσιγήτως ὕμνον σοι προσφέροντας. διὸ βοῶμέν σοι, Χριστὲ ὁ θεὸς, τὸν μεταστάντα ἐξ ἡμῶν ἀνάπαυσον, ἔνθα πάντων ἐστὶν ἡ κατοικία εὐφραινομένων, ἐν σοὶ, δοξάζειν σου τὴν θεότητα.

Δόξα. Καὶ νῦν. Θεοτόκιον. Ὅμοιον.

Λαμπάδα νοητὴν σε βαστάζουσαν τὸ φέγγος τῆς θεότητος ὁμιλοῦσαν παχύτητι τῆς ἀνθρώπων οὐσίας θεοτόκε, πάντες ἐπιστάμεθα· διὸ τὸν σὸν δυσώπει υἱὸν καὶ θεὸν, τὸν μεταστάντα ἐν τρυφῇ ἀναπαῦσαι, ἔνθα πάντων ἐστὶν εὐφραινομένων ἡ κατοικία, ἁγνὴ, δοξάζειν σε τὴν πανάμωμον.

Αντίφωνον. δ'. Ηχος. δ'.

d Ἐκ νεότητός μου, πολλὰ, πολεμεῖ με πάθη, ἀλλ' αὐτὸς ἀντιλαβοῦ, καὶ σῶσον σωτήρ μου.

Οἱ μισοῦντες Σιὼν, αἰσχυνθῆτε ἀπὸ τοῦ κυρίου, ὡς χόρτος γὰρ πυρὶ ἔσεσθε ἀπεξηραμμένοι.

Δόξα. καὶ νῦν.

Ἁγίῳ πνεύματι πᾶσα ψυχὴ ζωοῦται, καὶ καθάρσει ὑψοῦται· λαμπρύνεται τῇ τριαδικῇ μονάδι ἱεροκρυφίως.

Στιχηρὰ προσόμοια. ἦχος. δ'. Ἔδωκας σημείωσιν.

Ὄντως φοβερώτατον τὸ τοῦ θανάτου μυστήριον. πῶς ψυχὴ ἐκ τοῦ σώματος βιαίως χωρίζεται, ἐκ τῆς ἁρμονίας, καὶ τῆς συμφυΐας; ὁ φυσικώτατος δεσμὸς θείῳ βουλήματι ἀποτέμνεται. διό σε ἱκετεύομεν, τὸν μεταστάντα ἀνάπαυσον ἐν σκηναῖς τῶν δικαίων σου, ζωοδότα φιλάνθρωπε.

Ὅμοιον.

Ὕπνος μᾶλλον δέδεικται τῶν πιστευόντων ὁ θάνατος τῷ θανάτῳ τοῦ τεθέντος ἐν μνήματι, τοῦ πάντων δεσπόζοντος, καὶ τὸ τοῦ θανάτου κράτος λελυκότος, καὶ καταργήσαντος αὐτοῦ τὴν δυναστείαν τὴν πολυχρόνιον. διό σε ἱκετεύομεν, τὸν μεταστάντα κατάταξον ἐν σκηναῖς τῶν ἁγίων σου, ἐν δικαίων λαμπρότησιν.

Ὅμοιον.

Σὺ δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς ἡμῖν γέγονας, καὶ ψυχῶν ἀπολύτρωσις. πατρὶ γὰρ προσήγαγες δεδικαιωμένους καὶ λελυτρωμένους, ἀναδεξάμενος ἡμῶν τὸ ὀφειλόμενον ἐπιτίμιον. καὶ νῦν ἐκδυσωποῦμέν σε, τὸν μεταστάντα ἀνάπαυσον, ἐν χαρᾷ καὶ φαιδρότητι, εὐεργέτα σῶτερ ἡμῶν.

Δόξα. καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Ῥήσεσιν ἑπόμενοι τῶν θηγόρων πάναμωμε, θεοτόκον φρονοῦμέν σε, θεὸν γὰρ γεγέννηκας σεσωματωμένον ἀπερινοήτως, τὸν λυτρωσάμενον ἡμᾶς τοὺς αἰχμαλώτους τοῖς παραπτώμασι. διὸ νῦν δυσωποῦμέν σε, τὸν μεταστάντα οἰκέτην σου ταῖς οἰκείαις ἐλλάμψεσι καταυγάσαι, πανάχραντε.

Ηχος. πλ. α'.

e Ἐν τῷ θλίβεσθαί με, Δαυιτικῶς ᾄδω σοι σωτήρ μου ῥῦσαί μου τὴν ψυχὴν ἐκ γλώσσης δολίας.

Τοῖς ἐρημικοῖς ζωὴ μακαρία ἐστὶ θεϊκῷ ἔρωτι πτερουμένοις. Δόξα.

Ἁγίῳ πνεύματι περικρατεῖται πάντα τὰ ὁρατά τε σὺν τοῖς ἀοράτοις. αὐτοκρατὲς γὰρ ὂν, τῆς τριάδος ἐστὶν ἀψευστως.

Antiphonum quartum. Tonus quartus.

A iuuentute mea multæ me expugnant calamitates; at tu suscipe, & libera me, Saluator.

Confunduntor à Domino qui oderunt Sion; vt fœnum enim calore exsiccatum, fietis.

Gloria. Et nunc.

A Spiritu Sancto omnis anima viuificatur, purgatione extollitur: & trina vnitate sacrate, secretoque effulget.

Versus similares. Tonus quartus.

Dedisti signum.

Verè tremendum est mortis mysterium; quomodo anima è corporis compage, & nexu illo violenter auellitur, & à natura insitus ille ordo diuino nutu rescinditur? Propterea te rogamus, defuncto da requiem in tabernaculis iustorum, benigne vitæ largitor.

Similis.

Vt somnus habetur fidelium mors, propter mortem omnium Domini in monumento repositi, mortis robur dissoluentis, & à sæculis firmatam eius potentiam dissipantis. Propterea te rogamus, in tabernaculis sanctorum, in splendoribus iustorum defunctum colloca. *Similis.*

Tu iustitia & sanctificatio nobis factus es, & animarum redemptio: Patri etenim iustificatos & redemptos debita nobis in te pœna suscepta, obtulisti. Rogamus te propterea, in gaudio & lætitia, defuncto huic da requiem, benefice, Saluator noster.

Gloria. Et nunc. *In Deiparam.*

Diuinorum præconum dicta sequuti, Deiparam te credimus: Deum enim incomprehense incarnatum, delictis captiuos nos liberantem, genuisti. Te nunc propterea rogamus, defunctum famulum tuum, vt propriis tibi fulgoribus illustres, illibata.

Antiphonum 5. Tonus obliquus primus.

Dum affligor, Dauidis more tibi decanto: libera, Saluator, animam meam à lingua dolosa.

Beata semper vita manet solitarios diuino amore in alta sublatos.

Gloria.

Sancto Spiritu cuncta visibilia simul cum non visis conseruantur. Verè etenim quod vnum est in Trinitate supremum dominium habet.

Versus similares. Tonus obliquus 2.

Vere Religiosorum gaudes.

Splendore vultus tui, Christe, defunctum vt misericors illustra, in loco amœno illum constitue, ad puræ tuæ & diuinæ quietis fluenta, in desideratis Abraham primi parentis sinibus, vbi lumen tuum manifestè cernitur, & suauitatis fontes effluunt, vbi circa tuam bonitatem chorum agunt, lætantes iustorum cœtus, cum quibus sedem habere famulum tuum magna ex misericordia concede.

Similis.

Voce valdè sonora tuam potentiam celebrantem, defunctum hunc, translatum à rebus vanis, ad te omnium Dominum clementissimum, concede tuæ pulchritudinis venustate effulgere, & suaui iucundoque tuo consortio perfrui, & purius deliciari largire, vbi circa thronum tuum choros ducunt Angeli, & sanctorum cœtus lætanter circumeunt, cum quibus seruo tuo requiem, & magnam misericordiam præbe.

Similis.

Vbi Prophetarum chorus, Apostolorum & Martyrum omniumque à sæculo salutari tuo sanguine & passione, qua captiuum hominem redemisti, iustificatorum elucent ordines: ibi fideli mortuo requiem præbe, vt misericors remittens delicta, solus enim in terra sine peccato conuersatus es, solus sanctus & solus inter mortuos liber. Propterea seruo tuo requiem, & magnam misericordiam confer.

Gloria. Et nunc. *In Deiparam. Similis.*

Peccati lege nos in seruitutem missos liberasti, Domine, Legislatorem Regemque Christum, cuius beneficio & gratia iusti reddimur, sola mater & Virgo in vtero concipiens: illum deprecare, vt te Dei genitricem laudantium animas, in vitæ libro describat; & ope tua saluati, desideratam Filij tui redemptionem consequamur: adorantes illum qui magnam mundo largitur misericordiam.

Antiphonum sextum. Tonus obliquus 2.

In cœlum oculos meos ad te Verbum, attollo: miserere mei, vt tibi viuā.

Miserere nostri abiectorum velut accommoda tibi vasa nos reparans, ô Verbum.

Στιχηρὰ ὅμοια. ἦχος πλ. β'.

Χαίροις ἀσκητικῶν ἀληθῶς.

Αἴγλη τοῦ σοῦ προσώπου Χριστέ, τὸν μεταστάντα, ὡς οἰκτίρμων καταύγασον, σκηνώσας εἰς τόπον χλόης, ἐπὶ ὑδάτων τῆς σῆς ἀκραιφνοῦς καὶ θείας ἀναπαύσεως, ἐν τοῖς ὀρεκτοῖς κόλποις Ἀβραὰμ τοῦ προπάτορος, ἔνθα τὸ φῶς σου καθαρῶς ἐποπτεύεται, καὶ προχέονται αἱ πηγαὶ τῆς χρηστότητος, ἔνθα περιχορεύουσι τερπνῶς ἀγαλλόμεναι αἱ τῶν δικαίων χορεῖαι περὶ τὴν σὴν ἀγαθότητα, μεθ' ὧν κατατάξαι τὸν οἰκέτην σου, παρέχου τὸ μέγα ἔλεος.

Ὅμοιον.

Ὑψηλῇ πολυαρμονίῳ φωνῇ δοξολογοῦντα τὸ σὸν κράτος εὐδί[illegible]σον, οἰκτίρμον, τὸν μεταστάντα ἐκ τῶν προσκαίρων πρὸς σὲ τὸν δεσπότην πάντων καὶ φιλάνθρωπον. δίδου ὡραιότητος σου κάλλους ἐκλάμπεσθαι καὶ τῆς γλυκείας καὶ τερπνῆς μετουσίας σου, ἀπολαύειν τε, καὶ τρυφᾶν καθαρώτερον, ἔνθα περὶ τὸν θρόνον σου χορεύουσιν ἄγγελοι, καὶ τῶν ἁγίων οἱ δῆμοι χαρμονικῶς περιέπουσι· μεθ' ὧν τῷ σῷ δούλῳ τὴν ἀνάπαυσιν παράσχου, καὶ μέγα ἔλεος.

Ὅπου τῶν προφητῶν ὁ χορός, τῶν ἀποστόλων καὶ μαρτύρων τὰ τάγματα, καὶ πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνος δικαιωθέντων τῷ σῷ σωτηρίῳ πάθει καὶ αἵματι, δι' οὗ ἐξηγόρασας τὸν αἰχμάλωτον ἄνθρωπον, ἐκεῖ τὸν πιστῶς κοιμηθέντα ἀνάπαυσον, ὡς φιλάνθρωπος, συγχωρῶν καὶ τὰ πταίσματα. μόνος γὰρ ἀναμάρτητος ἐν γῇ πεπολίτευσαι, ἅγιος μόνος, καὶ μόνος ἐν τεθνεῶσιν ἐλεύθερος. διὸ τῷ σῷ δούλῳ τὴν ἀνάπαυσιν παράσχου, καὶ μέγα ἔλεος.

Δόξα. καὶ νῦν. Θεοτοκίον. Ὅμοιον.

Νόμου τῆς ἁμαρτίας ἡμᾶς δεδουλωμένους ἠλευθέρωσας δέσποινα, ἐν μήτρᾳ τὸν νομοθέτην καὶ βασιλέα Χριστὸν συλλαβοῦσα, μόνη μητροπάρθενε, δι' οὗ δικαιούμεθα δωρεᾷ τε καὶ χάριτι, ὃν νῦν δυσώπει τὰς ψυχὰς τῶν ὑμνούντων σε θεομήτορα, κατατάξαι ἐν βίβλῳ ζωῆς, ὅπως τῇ μεσιτείᾳ σου σωθέντες [illegible], τῆς τοῦ υἱοῦ σου. εὐκταίας ἀπολυτρώσεως τύχωμεν αὐτὸν προσκυνοῦντες, τὸν παρέχοντα τῷ κόσμῳ τὸ μέγα ἔλεος.

Ἀντίφωνον ς'. ἦχος. πλ. β'.

Ἐν τῷ οὐρανῷ τοὺς ὀφθαλμούς μου αἴρω πρὸς σὲ λόγε, οἰκτείρησόν με, ἵνα ζῶ σοι.

Ἐλέησον ἡμᾶς τοὺς ἐξουθενημένους, καταρτίζων εὔχρηστα σκεύη σου, λόγε.

Δόξα. Καὶ νῦν.

Ἁγίῳ πνεύματι πανσωστικὴ αἰτία. εἴ τινι τοῦτο κατ' ἀξίαν πνεύσῃ, ταχὺ ἐξαίρει τῶν τῆς γῆς, πτεροῖ, αὔξει, τάττει ἄνω.

Στιχηρὰ προσόμοια ἦχος πλ. β'.

Ὅλην ἀποθέμενοι.

Ἔχων ἀκατάληπτον τὴν εἰς ἡμᾶς εὐσπλαγχνίαν καὶ πηγὴν ἀκένωτον θείας χρηστότητος πολυέλεε, τὸν πρὸς σὲ, δέσποτα, μεταβεβηκότα ἐν γῇ ζώντων κατασκήνωσον εἰς τὰ σκηνώματα τὰ ἀγαπητὰ καὶ ποθούμενα κατάσχεσιν δωρούμενος τὴν διηνεκῶς διαμένουσαν. σὺ γὰρ ὑπὲρ πάντων ἐξέχεας τὸ αἷμά σου Χριστὲ, καὶ ζωηφόρῳ τιμήματι κόσμον ἠλευθέρωσας.

Ὅμοιον.

Νέκρωσιν ὑπέμεινας ζωοποιὸν ἑκουσίως, καὶ ζωὴν ἐπήγασας, καὶ τρυφὴν ἀΐδιον τοῖς πιστοῖς δέδωκας, ἐν ᾗ κατάταξον τὸν κεκοιμημένον ἐπ' ἐλπίδι ἀναστάσεως, τὰ τούτου πλημμελήματα πάντα συγχωρῶν ἀγαθότητι, ὡς μόνος ἀναμάρτητος, μόνος ἀγαθὸς, καὶ φιλάνθρωπος. ἵνα διὰ πάντων ὑμνῆταί σου τὸ ὄνομα Χριστὲ, καὶ σεσωσμένοι δοξάζωμεν τὴν φιλανθρωπίαν σου.

Ὅμοιον.

Ζώντων κυριεύοντα, θεαρχικῇ ἐξουσίᾳ, καὶ νεκρῶν δεσπόζοντά σε Χριστὲ, γινώσκοντες ἱκετεύομεν τὸν πιστὸν δοῦλόν σου, τὸν πρὸς σὲ τὸν μόνον εὐεργέτην ἐκδημήσαντα, αὐτὸν ἀνάπαυσον σὺν τοῖς ἐκλεκτοῖς σου φιλάνθρωπε, ἐν τόπῳ ἀναψύξεως, ἐν ταῖς τῶν ἁγίων λαμπρότησι. θελητὴς ἐλέους ὑπάρχεις γὰρ, καὶ σώζεις ὡς θεὸς, οὓς κατ' εἰκόνα σου ἔπλασας, μόνε πολυέλεε.

Δόξα. Καὶ νῦν. Θεοτοκίον.

Ὤφθης ἐνδιαίτημα θεοπρεπὲς πανάγια· θεὸν γὰρ ἐχώρησας, καὶ θεὸν ἐγέννησας, ἀπειρόγαμε, ἐν δυσὶν οὐσίαις, ἐν μιᾷ τῇ ὑποστάσει δὲ, αὐτὸν δυσώπησον, τὸν μονογενῆ καὶ πρωτότοκον, τὸν σὲ παρθένον ἄμωμον, καὶ μετὰ τὸν τόκον φυλάξαντα, ψυχὴν ἀναπαῦσαι τοῦ πιστοῦ κοιμηθέντος ἐν φωτὶ, ἐν ἀκηράτῳ φαιδρότητι, καὶ μακαριότητι.

Ἀντίφωνον ζ'. ἦχος βαρύς.

8 g Τὴν αἰχμαλωσίαν Σιὼν ἐκ πλάνης ἐπιστρέψας, κἀμὲ σωτὴρ ζώωσον, ἐξαίρων δουλοπαθείας.

Ἐν τῷ νότῳ ὁ σπείρων θλίψεις νηστείας μετὰ δακρύων· οὗτος χαρᾶς δρέψεται δράγματα ἀειζωοτροφίας.

Gloria. Et nunc.

Spiritus Sancti est omnium salutatrix virtus. Si cuiuspiam itaque prout exigit mentem expirauerit, confestim à terrenis rapit, extollit, auget, in superis locat.

Versus similares. Tonus obliquus 2.

Omnem deponens.

Qui incomprehensa versus nos clementia, & bonitatis diuinæ fonte inexhausto gaudes eum qui ad te, Domine, transiit, terræ viuentium incolam renuncia, possessionem iugiter manentem in dilectis desideratisque tabernaculis ei largitus. Tu enim pro omnium salute sanguinem effudisti, Christe, & viuifico hoc pretio mundum redemisti.

Similis.

Mortem viuificam sponte sustinuisti, & vitam profudisti, æternasque delicias fidelibus tribuisti, in eis spe resurrectionis vita functum, delictis eius tua clementia remissis, colloca; vt solus sine peccato, solus bonus, & clemens: vt in omnibus tuum nomen celebretur Christe, & tuam clementiam salutem consequuti laudemus.

Similis.

Viuorum dominum, mortuisque suprema & diuina tua potestate imperantem profitentes, te Christe obsecramus, fideli seruo tuo ad te solum benefactorem migranti, cum electis tuis requiem præbe, benigne, in loco refrigerij, in splendoribus sanctorum. Tu enim misericordiæ amator es, & vt Deus ad imaginem tuam creatos saluas, solus misericors.

Gloria. Et nunc. *In Deiparam.*

Diuersorium Deo dignum extitisti, sanctissima: Deum etenim concepisti, & Deum in duabus naturis vnaque hypostasi genuisti, nuptiarum expers. Roga illum vnigenitum & primogenitum, te Virginem intemeratam etiam post partum custodientem, vt demortui fidelis animæ in lumine, in sincera lætitia, in beatitudine, det requiem.

Antiphonum septimum. Tonus grauis.

Captiuitatem Sion ab errore reduxisti: etiam me, Saluator, omni seruili affectu liberatum viuifica.

Seminans in austro ieiunij lachrymarum angustias, perpetuæ veræque satietatis cum gaudio manipulos decerpet.

Gloria. Et nunc.

A Spiritu Sancto cœlestis thesauri fons effluit, à quo sapientia, intellectus, & timor exundat: illi laus, gloria, honor, & potestas.

Versus similares. Tonus grauis.

Omnia despicientes.

Mortuus in cruce visus es, solus immortalis, hominesque mortis debito, corruptione, & ipsa morte exoluens, in sepulchro vt mortalis es repositus. Verum vt pelagus clementiæ inexhaustum, & bonitatis fons, anima serui tui, vita functi requiem confer.

Similis.

Sincera tua specie, & tuæ pulchritudinis venustate radiisque illustrari animam eius qui ad te transiit, concede: vt in immateriali irradiatione luminis à te emissi, circa te Dominatorem, & gloriæ Regem, & Dominum, choros ducat. *Similis.*

Vt inconsumpta beneficiorum penu, & indeficiente diuitiarum bonitatis thesauro gaudens, vt Deus clemens, ad te migrantem in electorum regione, in deliciarum loco, in gloriæ tuæ domo, in Paradisi voluptate, in virginum thalamis colloca.

Gloria. Et nunc. *In Deiparam.*

Legis complementum, Redemptorem in carne factum peperisti: non enim iustificatio iis qui sub lege erant, data est: at nunc Christus crucifixus gratiam nobis impertiuit. Vt omni ergo libertate gaudens, ceu Mater Filium tuum deprecare, vt deuotè vita functi animæ requiem præstet, celebranda.

Antiphonum 8. Tonus obliquus 4.

A iuuentute mea hostis me expugnat, voluptatumque ardore inflammat: ego vero in te confisus, Domine, in fugam illum vertam.

Fiant sicut fœnum arescens priusquam euellantur, illi qui Sion oderunt: Christus enim tormentorum excidio ceruices illorum concidet.

Gloria. Et nunc.

Spiritus Sancti est omnibus vitam largiri: lumen est ex lumine, Deus magnus, cum Patre & Verbo illum celebramus.

Versus similares. Tonus obliquus 4.

O mirandum portentum!

Regio more rubris coloribus, sãguine cruẽtatis & rubricatis digitis tuis meæ

Δόξα. Καὶ νῦν.

Ἁγίῳ πνεύματι πηγὴ τῶν θείων θησαυρισμάτων· ἐξ οὗ σοφία, καὶ σύνεσις, φόβος· αὐτῷ αἶνος, δόξα, τιμή, καὶ κράτος.

Στιχηρὰ προσόμοια. ἦχος βαρύς.

Καταφρονήσαντες πάντων.

Νενεκρωμένος ὤφθης ἐπὶ σταυροῦ, μόνε ἀθάνατε, καὶ ἐν τάφῳ ὡς θνητὸς ἐτέθης, νεκρώσεως καὶ φθορᾶς καὶ θανάτου τοὺς ἀνθρώπους λυτρούμενος. ἀλλ' ὡς πέλαγος εὐσπλαγχνίας ὑπάρχων ἀκένωτον, καὶ πηγὴ ἀγαθότητος, τὴν ψυχὴν τοῦ σοῦ δούλου τοῦ ἐξ ἡμῶν μεταστάντος, ἀνάπαυσον. Ὅμοιον.

Τῷ ἀκηράτῳ σου κάλλει, καὶ γλυκασμῷ τῆς σῆς ὡραιότητος, ἀκτῖσι ἐλλάμπεσθαι τὸν πρὸς σὲ μεταστάντα, ἀγαθέ, καταξίωσον. ἐν ἀΰλῳ φωτοχυσίᾳ τῆς φωτοφανείας σου, σὺν ἀγγέλοις χορεύοντα, περὶ σὲ τὸν δεσπότην καὶ βασιλέα τῆς δόξης, καὶ κύριον. Ὅμοιον.

Ὡς ἀδαπάνητον ἔχων τὴν δωρεὰν τὴν μεγαλοπρέπειαν, ὡς θησαυρὸν ἀνέλλιπῆ πλουσίας χρηστότητος, τὸν πρὸς σὲ μεταστάντα, ὡς θεὸς κατασκήνωσον ἐν τῇ χώρᾳ τῶν ἐκλεκτῶν σου, ἐν τόπῳ αἰνέσεως, ἐν τῷ οἴκῳ τῆς δόξης σου, ἐν τρυφῇ παραδείσου, ἐν τῷ τῶν παρθένων νυμφῶνι, ὡς εὔσπλαγχνος.

Δόξα. Καὶ νῦν. Θεοτοκίον.

Νόμου τὸ πλήρωμα τίκτεις, τὸν λυτρωτὴν σάρκα γενόμενον. οὐ γὰρ ἐγένετο τοῖς περὶ ἐν νόμῳ δικαίωσις· ἀλλ' ἡμᾶς ὁ Χριστὸς νῦν σταυρωθεὶς ἐδικαίωσεν. ὡς οὖν ἔχουσα παρρησίαν, ὡς μήτηρ ἱκέτευε τὸν υἱόν σου τὸν εὔσπλαγχνον, τὴν ψυχὴν ἀναπαῦσαι τοῦ εὐσεβῶς μεταστάντος, πανύμνητε.

Ἀντίφωνον η'. ἦχος πλ. δ'.

h Ἐκ νεότητός μου ὁ ἐχθρός με πειράζει ταῖς ἡδοναῖς φλέγει με, ἐγὼ δὲ πεποιθὼς ἐν σοὶ κύριε, τρέπομαι τοῦτον. h

Οἱ μισοῦντες Σιὼν γενηθήτωσαν δὴ πρὶν ἐκσπασθῆναι ὡς χόρτος, συγκόψει γὰρ Χριστὸς αὐχένας αὐτῶν τομῇ βασάνων.

Δόξα. Καὶ νῦν.

Ἁγίῳ πνεύματι τὸ ζῆν τὰ πάντα, φῶς ἐκ φωτός, θεὸς μέγας, σὺν πατρὶ ὑμνοῦμεν αὐτό, καὶ τῷ λόγῳ.

Στιχηρὰ προσόμοια. ἦχος πλ. δ'.

Ὢ τοῦ παραδόξου θαύματος.

8 Βασιλικῶς μοι περιέγραψας, ἐλευθερίας βαφαῖς ἐρυθραῖς τοὺς δακτύλους σου αἱματώσας

πάσας δέχεσθαι, καὶ φοινίξας σῷ αἵματι, καὶ νῦν σε πίστει καθικετεύομεν, τοῖς πρωτοτόκοις σου συναρίθμησον, καὶ τῶν δικαίων σου τῆς χαρᾶς ἀξίωσον ἐπιτυχεῖν, τὸν μεταφοιτήσαντα πρὸς σὲ τὸν εὔσπλαγχνον.

libertati subscripsisti, Domine, & nunc te fide precamur, primogenitis tuis annumera, & iustorum tuorum lætitiam assequi, concede illum qui morte ad te clementissimum migrauit.

Ὅμοιον.

Ἱεραρχήσας ὡς ἄνθρωπος, σφαγιασθεὶς σεαυτὸν, προσφορὰν προσενήνοχας τῷ πατρὶ, τὸν ἄνθρωπον τῆς φθορᾶς ἐξαιρούμενος. τὸν μεταστάντα οὖν, ὡς φιλάνθρωπος, ἐν τῇ τῶν ζώντων χώρᾳ κατάταξον. ἔνθα οἱ χείμαρροι τῆς τρυφῆς προχέονται· ἔνθα πηγαὶ τῆς ἀϊδιότητος ἀναβλυστάνουσιν.

Similis.

Teipso mactato, Pontificis partes vt homo egisti, hominemque corruptione exemptum, in victimam Patri obtulisti. Vt benignus itaque mortuum hunc in viuorum regione colloca, vbi voluptatis profluunt torrentes, vbi æternitatis fontes scaturiunt.

Ὅμοιον.

Βάθει σοφίας ἀρρήτου σου, ὁροθετεῖς τὴν ζωὴν, καὶ προβλέπεις τὸν θάνατον, καὶ πρὸς βίον ἕτερον μετοικίζεις τὸν ἄνθρωπον, ὃν προσελάβου τοίνυν κατάταξον ἐπὶ ὑδάτων τῆς ἀναπαύσεως ἐν τῇ λαμπρότητι τῶν ἁγίων φώτων σου, ἔνθα φωνὴ τῆς ἀγαλλιάσεως καὶ τῆς αἰνέσεως.

Similis.

Profunda inenarratæ sapientiæ tuæ dispositione vitæ terminos præfigis, mortem præuides, & in vitam aliam hominem transfers. Super aquas itaque quietis, in Sanctorum tuorum luminum splendore, vbi vox exultationis & laudis resonat, quem assumpsisti colloca.

Δόξα. Καὶ νῦν. Θεοτόκιον. Ὅμοιον.

Ὡς συλλαβοῦσα τὸν ἄναρχον λόγον θεοῦ καὶ θεὸν μητρικῇ παῤῥησίᾳ σου ἐκτενῶς ἱκέτευε κατατάξαι τὸν δοῦλόν σου, ἔνθα χορεία ἡ ἀκατάλυτος, εὐφραινομένων καὶ εὐφημούντων σε, ἔνθα λαμπρότητες αἱ διαιωνίζουσαι, καὶ ὁ γλυκὺς ἦχος ἑορταζόντος, θεογεννήτρια.

Gloria. Et nunc. *In Deiparam. Similis.*

Vt quæ causæ expertem, Deum & Dei Verbum concepisti, potestate materna sedulo precare; vt seruum tuum collocet vbi perennis est lætantium & laudantium te cœtus, vbi perpetui splendores, & festum agentium dulcis sonus, ô Dei genitrix.

Ὁ διάκονος.

Ἔτι καὶ ἔτι. Καὶ τὰ λοιπὰ, ὡς σύνηθες. καὶ μετὰ τὴν ἐκφώνησιν τὸ κοντάκιον. ἦχος πλ. α΄.

Μετὰ τῶν ἁγίων ἀνάπαυσον Χριστὲ τὴν ψυχὴν τοῦ δούλου σου.

Diaconus.

Adhuc & iterũ *Et reliqua pro more. Et post exclamatio. Breuiculũ. Ton. obliquus 1.*

Cum sanctis animæ serui tui, Christe, da requiem.

Ὁ οἶκος.

Αὐτὸς μόνος ὑπάρχεις ἀθάνατος, ὁ ποιήσας καὶ πλάσας τὸν ἄνθρωπον· οἱ βροτοὶ δὲ ἐκ γῆς διεπλάσθημεν, καὶ εἰς γῆν τὴν αὐτὴν πορευσόμεθα, καθὼς ἐκέλευσας ὁ πλάσας με, καὶ εἰπών μοι, ὅτι γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. ὅπου πάντες βροτοὶ πορευσόμεθα ἐπιτάφιον θρῆνον ποιοῦντες ᾠδὴν, τὸ ἀλληλούϊα.

Ædes.

Solus immortalitate gaudes factor & plasmator hominum; mortales nos è terra condit[i] sumus, & in terram reuertemur, prout iussisti formans me, & dicens: Quia terra es, & in terram reuerteris, in quam mortales omnes migrabimus, funebrem luctum plangentes. Alleluia.

Μετὰ τῶν ἁγίων. Καὶ εὐθὺς οἱ μακαρισμοὶ ἦχος, β΄. Ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι.

Μακάριοι οἱ πενθοῦντες. Μακάριοι οἱ πραεῖς. Μακάριοι οἱ πεινῶντες.

Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες.

Μνήσθητι εὔσπλαγχνε καὶ ἡμῶν, καθὼς ἐμνημόνευσας τοῦ λῃστοῦ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

Cum sanctis. *Et continuo beatitudines. Tonus secundus.* In regno tuo.

Beati pauperes spiritu.

Beati qui lugent. Beati mites.

Beati qui esuriunt.

Beati misericordes.

Memento etiam nostri, benigne, sicut latronis meministi in cœlorum regno.

Beati mundo corde.

Qui timent Dominum, ibi lætabuntur in ipso, in regno cœlorum.

Beati pacifici.

Exercitiis Monasticis, & recta fidei sententia tibi deseruientem, beatum fac, Christe, in cœlis.

Beati qui persequutionem patiuntur propter.

In fide, spe, & dilectione eum qui vt Deum decet, vixit in terra, beatum fac, Saluator, in cœlis.

Beati cùm vos exprobauerint.

Præbe requiem seruo tuo, cum Sanctis, vt Deus bonus, in regno cœlorum.

Gaudete & exultate.

Mundum deserentem, & in honesta conuersatione deuotè vitam agentem, beatum fac, Saluator in cœlis.

Gloria.

Fidem tenentes rectam Religiosi, vnum diuinum principium in tribus personis deuotè recolamus.

Et nunc. *In Deiparam.*

Beatam te dicimus cuncti, ô Virgo, absque virili enim consortio, Deum Regem cœlorum in carne peperisti.

Propositum.

Beata via qua progrederis hodie, Frater, quia tibi locus quietis est paratus.

Versiculus.

Conuertere anima in requiem tuam: quia Dominus.

Requiem Apostolum & Euangelium in secularium exequiis. Finito Apostolo & Euangelio, dicit Diaconus.

Miserere nostri Deus. *Et reliqua, vt moris est. Et Oratio sonora voce à Sacerdote recitatur, videlicet:* Deus spirituum. *Et post exclamationem datur osculum iuxta morem, & sequentes similares cantantur Tono secundo ad normam.*

Cùm è ligno te mortuum.

Adeste extremum vale, Deo gratias agentes, defuncto dicamus. Hic quidem Fratrum suo contubernio iam defecit, & ad sepulchrum tendit: nec amplius vanitatis aut tumultuosæ carnis curam agit. Vbi nunc affines & amici? Ab inuicem separamur. Illi Dominus requiem conferat, precemur.

Omnia nunc corporis membra inutilia & euanida conspiciuntur, tanta prius agendi facultate conspicua. Inefficacia sunt cuncta, emortua, sensu priuata. Occubuerunt oculi, pedes vincti sunt, quiescunt manus, inanis est auditus, lingua silentio tenetur, cuncta denique sepulchro clausa sunt. Verè humana cuncta sunt vanitas.

Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ.

Πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν θεὸν, ἐκεῖ εὐφρανθήσονται, ἐν αὐτῷ, ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

Μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοί.

Ἀσκήσει δουλεύοντά σοι, Χριστὲ, καὶ ὀρθοδοξίᾳ ἐπὶ τῆς γῆς δόξασον σωτὴρ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν.

Ἐν πίστει καὶ ἐλπίδι θεοπρεπῶς, καὶ ἀγάπῃ, ζήσαντα ἐπὶ γῆς, δόξασον σωτὴρ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Μακάριοί ἐστε ὅταν ὀνειδίσωσιν.

Ἀνάπαυσον τὸν δοῦλόν σου ὁ θεὸς, μετὰ τῶν ἁγίων, ὡς ἀγαθὸς, ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

Χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε.

Τὸν κόσμον λιπόντα καὶ ἐν σεμνῇ πολιτείᾳ ζήσαντα εὐσεβῶς δόξασον, σωτὴρ, ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Δόξα.

Μίαν θεαρχίαν οἱ εὐσεβεῖς ἐχόμενοι πίστεως ἐν τρισὶ προσώποις δοξάζωμεν εὐλαβῶς.

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Πάντες μακαρίζομέν σε ἁγνὴ, ἀσπόρως γὰρ ἔτεκες ἐν σαρκὶ θεὸν βασιλέα τῶν οὐρανῶν.

Προκείμενον.

Μακαρία ἡ ὁδὸς ᾗ πορεύῃ σήμερον, ἀδελφὲ, ὅτι ἡτοιμάσθη σοι τόπος ἀναπαύσεως.

Στίχος.

Ἐπίστρεψον ψυχή μου εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, ὅτι κύριος.

Ζήτει τὸν ἀπόστολον καὶ τὸ εὐαγγέλιον, ἐν τοῖς τῶν κοσμικῶν ἐξοδιαστικῶν. Μετὰ δὲ τὸν ἀπόστολον καὶ τὸ εὐαγγέλιον, λέγει ὁ διάκ.

Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ θεός. Καὶ τὰ λοιπὰ συνήθως. Καὶ ἡ εὐχὴ μεγαλοφώνως παρὰ τοῦ ἱερέως, ἤγουν. Ὁ θεὸς τῶν πνευμάτων. Καὶ μετὰ τὴν ἐκφώνησιν. γίνεται ὁ ἀσπασμὸς κατὰ τὴν τάξιν, καὶ ψάλλονται τὰ παρόντα προσόμοια, ἦχος, β΄. πρός.

Ὅτε ἐκ τοῦ ξύλου σε νεκρόν.

Δεῦτε τελευταῖον ἀσπασμὸν δῶμεν, ἀδελφοὶ, τῷ θανόντι, εὐχαριστοῦντες θεῷ. οὗτος γὰρ ἐξέλιπε τῆς ἀδελφότητος, καὶ πρὸς τάφον ἐπείγεται. οὐκ ἔτι φροντίζων τὰ τῆς ματαιότητος, καὶ πολυμόχθου σαρκός. ποῦ νῦν συγγενεῖς τε καὶ φίλοι; ἄρτι χωριζόμεθα· ὅνπερ ἀναπαῦσαι κύριος, εὐξώμεθα.

Πάντα τὰ τοῦ σώματος νυνὶ ὄργανα ἀργὰ θεωροῦνται. τὰ πρὸ μικροῦ κινητὰ πάντα ἀνενέργητα, νεκρὰ, ἀναίσθητα. ὀφθαλμοὶ γὰρ κατέδυσαν, ἐδεσμήθησαν πόδες, χεῖρες ἡσυχάζουσι, καὶ ἀκοὴ σὺν αὐτοῖς. γλῶσσα τῇ σιγῇ συνεκλείσθη, τάφῳ παραδίδονται. ὄντως ματαιότης πάντα τὰ ἀνθρώπινα.

Ποῖος χωρισμὸς ὦ ἀδελφοὶ, ποῖος κοπετὸς, ποῖος θρῆνος, ἐν τῇ παρούσῃ ῥοπῇ; Δεῦτε οὖν ἀσπάσασθε τὸν πρὸ μικροῦ μεθ' ἡμῶν· παραδίδοται τάφῳ καὶ καλύπτεται λίθῳ, σκότει κατοικίζεται, νεκροῖς συνθάπτεται, πάντες συγγενεῖς τε καὶ φίλοι ἄρτι χωριζόμεθα. ὑπὲρ, ἀνάπαυσαι κύριος, δεξώμεθα.

Οἵα ἡ ζωὴ ἡμῶν ἐστίν; ἄνθος καὶ ἀτμίς τε καὶ δρόσος ἑωθινὴ ἀληθῶς. Δεῦτε οὖν κατίδωμεν ἐπὶ τοὺς τάφους τρανῶς. ποῦ τὸ κάλλος τοῦ σώματος, καὶ ποῦ ἡ νεότης; ποῦ εἰσι τὰ ὄμματα, καὶ ἡ μορφὴ τῆς σαρκός; πάντα ἐξηράνθη ὡς χόρτος· πάντα ἠφανίσθησαν. Δεῦτε τῷ Χριστῷ προσπέσωμεν ἐν δάκρυσιν.

Ἄρτι ἡ τοῦ βίου πονηρὰ λύεται πανήγυρις πᾶσα τῆς ματαιότητος. πνεῦμα γὰρ ἐξέλιπεν ἀπὸ σκηνώματος, ὁ πηλὸς μεμελάνωται, τὸ σκεῦος ἐρράγη, ἄφωνον, ἀναίσθητον, νεκρὸν, ἀκίνητον, ὅπερ παραπέμποντες τάφῳ κύριον δεξώμεθα δοῦναι εἰς αἰῶνας τούτῳ τὴν ἀνάπαυσιν.

Δόξα καὶ νῦν. Θεοτοκίον.

Σῶζε τοὺς ἐλπίζοντας εἰς σὲ, μήτηρ τοῦ ἀδύτου ἡλίου θεογεννήτρια, αἴτησαι πρεσβείαις σου τὸν ὑπεράγαθον, ἀναπαῦσαι, δεόμεθα, τὸν νῦν μεταστάντα, ἔνθα ἀναπαύονται αἱ τῶν δικαίων ψυχαὶ, θείων ἀγαθῶν κληρονόμον δεῖξον ἐν αὐλαῖς τῶν δικαίων, μνημόσυνον, πανάμωμε, αἰώνιον.

Ἦχος. πλ. δ'.

Τὴν ἀστάραχον θάλασσαν τοῦ βίου διαδραμὼν, τῷ σῷ λιμένι προσέδραμε, τῇ πίστει ὁ μεταστάς· ἀλλ' ἐν τῇ σῇ γαλήνῃ καὶ ἀειζώῳ τρυφῇ, μετὰ τῶν ἁγίων καθοδηγῶν αὐτὸν, ἀνάπαυσον Χριστὲ τὴν ψυχὴν τοῦ δούλου σου.

Ἰδιόμελα ἦχος, δ'.

Ἡ ἀοίδιμος φωνὴ τοῦ θείου Δαβὶδ σήμερον πληροῦται, ἄνθρωπος λέγουσα, ὡσεὶ χόρτος αἱ ἡμέραι αὐτοῦ· ὡσεὶ ἄνθος τοῦ ἀγροῦ, οὕτως ἐξανθήσει. ὃν γὰρ πρὸ μικροῦ ἐβλέπομεν ζῶντα καὶ λαλοῦντα, ἰδοὺ πρόκειται νεκρὸς, ἀκίνητος, ἄπνους· ἐξῆλθε καὶ ἀπῆλθεν ἐκ τῶν ἐνθένδε ἐκεῖ ὅπου ὁ μισθὸς τῶν ἔργων ὑπάρχει, ἐκεῖ ὅπου ἡ χαρὰ πάντων τῶν ἁγίων. μεθ' ὧν ἀνάπαυσον τὸν κεκοιμημένον ὁ θεὸς, ὡς ἐλεήμων καὶ φιλάνθρωπος.

Ἦχος. πλ. δ'.

Παντοκράτορ κύριε, τὴν ψυχὴν τοῦ δούλου σου ἀνάπαυσον ἐν σκηναῖς τῶν δικαίων· ὅπου τὸ φῶς σου καταλάμπει πᾶσι τοῖς ἀξίοις, μόνε πολυέλεε.

Qualis diuisio, Fratres, qualis planctus; qualis luctus, hoc momento instat? Adeste igitur, & nuper versatum vobiscum amplexemini. Monumento traditur, lapide tegitur, tenebras inhabitat, mortuis consepelitur. Affines cuncti & amici hac hora separamur. Illi Dominus requiem conferat, precemur.

Qualis vita nostra est? Flosculus, vapor, matutinus ros. Adeste igitur, & sepulchra sedulo circumlustremus. Vbi corporis venustas? Vbi iuuentus? Vbi illa lumina? Vbi carnis species? Cuncta velut fœnum exaruerunt, euanuerunt omnia. Venite, & Christo cum lachrymis procidamus.

Omnis nunc vitæ vanitatisque malignus soluitur conuentus: tugurio suo spiritus deficit, obscuratum est lutum, vas confractum est, sine voce, sine sensu, mortuum, immotum superest. Illud ad sepulchrum deducentes, Dominum rogemus: vt illi per sæcula det requiem.

Gloria. Et nunc. *In Deiparam.*

Salua sperantes in te, Mater Solis occasum nescientis, Dei genitrix, optimum natum precibus tuis interpella, precamur, vt ei qui hinc migrauit, det requiem, vbi iustorum animæ quiescunt: diuinorum in aulis bonorum, iustorum hæredem illum constitue, in memoria æterna, ô immaculata.

Tonus obliquus quartus.

Procellosum vitæ mare transfretatus portui tuo appulit, qui hinc migrauit fidelis: verum in quietis serenitate, & & voluptate perenni, cum sanctis deductæ animæ serui tui, Christe, requiem confer.

Proprij cantus. Tonus quartus.

Diuini Dauid decantata vox hodie completur, dicens. Homo, sicut fœnum dies eius: sicut flos agri sic efflorescet. Quem enim nuper viuum & loquentem cernebant; ecce præ oculis iacet mortuus & immotus; sine flatu discessit, eoque migrauit, vbi operum retribuitur merces, vbi Sanctorum omnium lætitia, cum quibus illi vita functo, Deus requiem præbe, vt misericors & clemens.

Tonus obliquus quartus.

Omnipotens Domine, animæ serui tui requiem confer in iustorum tabernaculis, vbi benè de te meritis lumen tuum effulget, solus misericors.

Tonus obliquus quartus.

A cognatione mea defeci, vitam decessi, & ad te confugi, Domine, salua me.

Deiparæ precibus vitæ nostræ pacem confer: dum tibi clamamus; Gloria tibi, vitæ largitor.

Et absoluto salutationis officio, Modulos sequentes dicimus.

Cum spiritibus iustis perfectis. In requie tua. Tu es Deus qui in infernum descendisti. Sola pura & illibata Virgo.

Diaconus. Miserere nostri Deus, secũdùm magnam misericordiam tuam. Adhuc rogamus pro requie animæ. Vt ei condonetur. Vt Dominus Deus noster. Misericordias Dei, cœlorum regnum. Dominum precemur.

Sacerdos. Deus spirituum, & omnis carnis.

Exclamando. Quia tu es resurrectio.

Et fit dimissio. Mox lectum simul cum cadauere efferentes ad cœmeterium progredimur, Modulos proprij cantus in sæcularium funere notatos psallentes, videlicet: Quænam est vitæ voluptas: *Et reliquos omnes. Vsquedum vero ad cœmeterium peruenerimus, ter cadauer deponitur: & fit Postulatio & Oratio. Sepulchrum cùm attigerimus, in eo cadauer demittitur. Sacerdos verò batillo terram acceptam in crucis modum corpori supermittit, dicens.* Domini est terra. *Et oleum lampadis superinfundit, Modulum hunc recitans.* Crucis tuæ signo benigne, perempta est mors, infernus in prædam actus est, & ab antiquo mortui resurgentes laudes tibi obtulerunt. Tibi propterea clamamus, Christe Deus, ei qui à nobis migrauit, da requiem vbi lætantium habitatio est, vt in te tuam celebret Deitatem.

Atque ita tegunt, vt pro more est, sepulchrum, dicentes hos modulos.

A te primo Dei manu conditum, & in te matrem omnium, ô terra, iam reuertentem ore aperto, suscipe: quod enim ad imaginem suam erat, Creator penes se recepit: tu verò corpus te dignum complectere.

Quod Marthæ dixisti, Domine, Ego sum resurrectio, compleuisti opere dum ex inferno Lazarum reuocasti: Ita & seruum tuum ab inferis eripe, humane.

Ἦχος. πλ. δ'.

Ἐξέλιπον ἀπὸ τῆς συγγενείας μου, κατέλιπον τὸ λοιπὸν τῆς ζωῆς μου, καὶ πρὸς σὲ κατέφυγα, κύριε, σῶσόν με.

Εἰρήνευσον πρεσβείαις τῆς θεοτόκου τὴν ζωὴν ἡμῶν τῶν βοώντων σοι ζωοδότα, δόξα σοι.

Καὶ μετὰ τὸ πληρωθῆναι τὸν ἀσπασμὸν λέγομεν τὰ ἐντάφια ταῦτα.

Μετὰ πνευμάτων δικαίων τετελειωμένων. Εἰς τὴν κατάπαυσίν σου. Σὺ εἶ ὁ θεὸς ὁ καταβὰς εἰς ἅδην. Ἡ μόνη ἁγνὴ καὶ ἄχραντος παρθένος.

Ὁ διάκ. Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ θεὸς κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου. Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ ἀναπαύσεως τῆς ψυχῆς. Ὑπὲρ τοῦ συγχωρηθῆναι αὐτῷ. Ὅπως κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν. Τὰ ἐλέη τοῦ θεοῦ, τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὁ ἱερεύς. Ὁ θεὸς τῶν πνευμάτων καὶ πάσης σαρκός.

Ἐκφώνως. Ὅτι σὺ εἶ ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή.

Καὶ γίνεται ἀπόλυσις. Εἶτα ἄραντες τὴν κλίνην μετὰ τοῦ λειψάνου, ἀπερχόμεθα εἰς τὸ κοιμητήριον, ψάλλοντες τὰ ἰδιόμελα, ὥσπερ προγέγραπται ἐν τῇ ἐξοδιαστικῇ τῶν κοσμικῶν, ἤγουν. Ποία τοῦ βίου τρυφή· καὶ τὰ ἕτερα πάντα. Ἀποτίθεται δὲ τὸ λείψανον ἕως οὗ ἀπέλθωμεν εἰς τὸ κοιμητήριον, τρίς. Καὶ γίνεται αἴτησις καὶ ἡ εὐχή. Φθάσαντες δὲ τὸν τάφον, ἀποτίθεται μὲν τὸ λείψανον ἐν τῷ μνήματι. Ὁ δὲ ἱερεὺς χοῦν λαβὼν μετὰ τοῦ πτύου ἐπιρρίπτει τῷ λειψάνῳ σταυροειδῶς λέγων. Τοῦ κυρίου ἡ γῆ. Καὶ ἐπιχέει καὶ κανδήλαν λέγων τὸ παρὸν ἐντάφιον.

Τῷ τύπῳ τοῦ σταυροῦ σου φιλάνθρωπε, ὁ θάνατος νενέκρωται, καὶ ὁ ἅδης ἐσκύλευται, καὶ οἱ πάλαι θανόντες, ἀναστάντες, ὕμνον σοι προσέφερον. διὸ βοῶμέν σοι Χριστὲ ὁ θεός, τὸν μεταστάντα ἐξ ἡμῶν ἀνάπαυσον ἔνθα πάντων ἐστὶν εὐφραινομένων ἡ κατοικία ἐν σοί, δοξάζειν σου τὴν θεότητα.

Καὶ οὕτω καλύπτουσιν ὡς σύνηθες τὸν τάφον, λέγοντες τὰ ἐντάφια ταῦτα.

Γῆ χωνοῦσα ὑποδέξαι τὸν ἀπὸ σοῦ πλασθέντα χειρὶ θεοῦ τὸ πρότερον, πάλιν δὲ ὑποστρέφοντα πρὸς σέ, τὸν τεκοῦσαν· τὸ γὰρ κατ' εἰκόνα ὁ κτίστης προσελάβετο, σὺ δὲ ἀπόδεξαι τὸ σῶμα σου ἄξιον.

Καθὼς εἶπας κύριε τῇ Μάρθᾳ, ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις, ἔργῳ τὸν λόγον ἐπλήρωσας, ἐξ ἅδου καλέσας τὸν Λάζαρον, οὕτω καὶ τὸν δοῦλόν σου ἐκ τοῦ ἅδου ἔγειρον, φιλάνθρωπε.

Πνευματικοί μου ἀδελφοὶ, καὶ συνασκηταὶ, μή μου ἐπιλάθεσθε, ὅταν προσεύχησθε πρὸς κύριον· ἀλλ' ὁρῶντές μου τὸν τάφον, μέμνησθέ μου τῆς ἀγάπης, καὶ ἱκετεύσατε Χριστὸν ἵνα κατατάξῃ τὸ πνεῦμά μου μετὰ τῶν δικαίων.

Ο Διάκονος. Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ θεὸς, καὶ τὰ λοιπὰ καθεξῆς.

Ο ἱερεύς. Ο θεὸς τῶν πνευμάτων καὶ πάσης σαρκός.

Μετὰ δὲ τὴν ἐκφώνησιν, δόξα, καὶ νῦν, καὶ ἀπόλυσις.

Ποιούμεθα δὲ καὶ μετανοίας ιβ'. ὑπὲρ τοῦ κοιμηθέντος ἀδελφοῦ ἡμῶν. Ὅσοι παρατυγχάνομεν ἐν τῷ μνήματι, λέγοντες. Ἀνάπαυσον κύριε τὴν ψυχὴν τοῦ δούλου σου. Καὶ οὕτως ὑποχωροῦμεν 10 ἐν τοῖς κελλίοις ἡμῶν.

Fratres spirituales, & commilitones mei, ne mei in precibus vestris obliuiscamini: quin potius viso sepulchro, dilectionis meæ mementote; & vt spiritum in iustorum ordines recenseat, Christum rogate.

Diaconus. Miserere nostri Deus. *Et reliqua suo ordine.*

Sacerdos. Deus spirituum & omnis carnis.

Terminata exclamatione. Gloria. Et nunc. *Et dimissio.*

Humili vero corporis incuruatione demittimus nos propter Fratrem nostrum defunctum quotquot monumento astamus, dicentes. Da requiem Domine animæ serui tui. *Atque ita ad cellas secedimus.*

VARIÆ LECTIONES

a Ὁ Ἐπὶ τὸ κηδεύειν τεταγμένος μοναχός.] Diuersa est in vetustioribus Venetis residuæ huius rubricæ lectio.

Καὶ ῥάπτουσιν αὐτὸν μετὰ ῥάμματος ῥασίνου. εἶτα φέροντες σφαιδίον, δεσμοῦσιν αὐτὸν ἀπὸ ἄνωθεν τῆς κεφαλῆς ἕως τῶν ποδῶν, καὶ κατασταυρώσαντες ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ τοῦ στήθους, καὶ τῶν ποδῶν μετὰ σφαιδίου, καὶ τὸ λοιπὸν δεσμοῦσιν ἐπὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ. εἶτα κρούσαντες τὸ σιδηροῦν, καὶ συναχθέντες πάντες οἱ ἀδελφοὶ, ποιεῖ ὁ ἑβδομάριος εὐλογητὸν, λέγοντες. τὸ, Τρισάγιον. τὸ, Παναγία τριάς. τὸ, Πάτερ ἡμῶν. εἶτα τὸ τροπάριον. Μετὰ τῶν πνευμάτων δικαίων τῶν τετελειωμένων. Δόξα. Εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου κύριε, ὅπου πάντες οἱ ἅγιοί σου ἀναπαύονται. Καὶ νῦν. Η μόνη ἁγνὴ καὶ ἄχραντος παρθένος. λέγονται ἕως τέλους. Εἶτα λέγει ὁ ἱερεύς. Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ θεὸς κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου.

Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τῆς ἀναπαύσεως τῆς ψυχῆς τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ μνήμῃ γενομένου ἀειμνήστου δούλου τοῦ θεοῦ, ὁ δεῖνος.

Ὑπὲρ τοῦ συγχωρηθῆναι αὐτῷ πᾶν πλημμέλημα.

Ὅπως ὁ θεὸς ἡμῶν τάξῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. Τὰ ἐλέη τοῦ θεοῦ. Τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. καὶ ἡ εὐχή. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ο θεὸς τῶν πνευμάτων. Vt supra.

Ο τὸν θάνατον καταπατήσας, καὶ τὰ λ.

Καὶ λέγει ταῦτα ἕως τέλους, ἐκφώνως.

Ὅτι σὺ εἶ ἡ ἀνάστασις. Vt supra.

Εἶθ' οὕτως αἴρεται τὸ λείψανον, καὶ τίθεται ἐν κλίνῃ, ψαλλόντων τὸ, Ἅγιος ὁ θεὸς μεγαλοφώνως· μετὰ μέλους. καὶ τὸ, Μνήσθητι κύριε ὡς ἀγαθὸς τὴν ψυχὴν τοῦ δούλου σου ἔνθα. τίθεται δὲ τὸ λείψανον ἐν τῇ γῇ δὶς, ἕως ἂν ἀπέλθωσιν ἐν τῷ κοιμητηρίῳ, ἢ ἐν τῷ νάρθηκι, ἐν ᾧ μέλλει τεθῆναι τὸ λείψανον. καὶ λέγει ὁ ἱερεύς. Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ θεὸς, καὶ τὰ λοιπὰ, κατὰ τὴν τάξιν ὡς ἄνωθεν, καὶ τὴν εὐχήν. Ο θεὸς πάσης σαρκὸς καὶ τῶν πνευμάτων.

Μετὰ δὲ ἀποκομισθῆναι τὸ λείψανον ἐν τῷ νάρθηκι, ἢ ἐν τῷ κοιμητηρίῳ δίδονται κηρία τοῖς ἀδελφοῖς. ἅπτουσι δὲ καὶ ἐπὶ λειψάνου κηρία τέσσαρα. ἐπάνω δὲ αὐτοῦ τίθεται καὶ εἰκὼν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ·

Et consuunt eum laneo subtegmine grossiori. Producto deinde funiculo laneo à vertice ad pedes vsque colligant: ita tamen vt crucem forment, super caput, super pectus, & super pedes eodem fune laneo, cuius tota residua parte pedes vinciunt. Ferreo deinde signo tacto, congregatis fratribus tunctis Benedictionem exorditur Hebdomadarius, dicuntque. Ter sanctum. Sanctissima Trinitas. Pater noster. *Deinde modulum.* Cum spiritibus iustis perfectis. Gloria. In requie tua Domine, qua sancti omnes requiescunt. Et nunc. Sola pura & immaculata virgo. *Et dicuntur vsque ad finem. Tum dicit Sacerdos.* Miserere nostri Deus secundum magnam misericordiam tuam.

Adhuc rogamus pro quiete animæ serui Dei N. beata memoria iugiter recolendi.

Vt illi delictum omne condonetur.

Vt Deus noster animam eius collocet. Misericordias Dei Cœlorum regnum. *Sequitur oratio.* Dominum precemur.

Deus spirituum, &c.

Qui mortem conculcasti, &c.

Et elata voce hac dicit vsque ad finem. Exclam. Quia tu es resurrectio.

Hoc pacto cadauer effertur, & in lecto siue feretro ponitur, cantantibus cunctis, clara suauiterque resonante voce: Sancte Deus. *Et.* Memento Domine, vt clemens, animæ serui tui vbi, &c. *Cadauer autem bis in terram deponunt, priusquam ad cœmeterium, aut Ecclesiæ vestibulum, quo sepeliri debet, perueniant: & dicit Sacerdos.* Miserere nostri Deus, &c. *Iuxta ordinem superius positum: & orationem.* Deus omnis carnis & spirituum, &c.

Cum vero cadauer in Ecclesiæ vestibulum aut cœmeterium fuerit deportatum: fratribus cerei distribuuntur. Accenduntur vero iuxta corpus cerei quatuor: ac super eo Domini nostri Iesu Christi ponitur imago

& confestim mortuum suffumigat Diaconus in modum crucis dicens. Benedic Domine. *Et Sacerdos.* Benedictus Deus noster : *& incipiunt.* Ter sanctum. Venite adoremus. *Tertio: & psalmum quinquagesimum Deinde cantmus.* Immaculatum. *Psalmum* 118. *in vnoquoque versu dicentes.* Benedictus es Domine: doce me iustificationes tuas: *Deinde vero illud,* Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me: Deus meus, salua. *Cum autem ventum fuerit ad.* In æternum non obliuiscar: *dicimus illud vsque tertio. Et Sacerdos.* Adhuc & iterum: *& reliqua: cum exclamatione.* Quia tu es resurrectio. *Mox alterius chori cantor dicit.* In iustorum tabernaculis, in sanctorum mansionibus, quam assumpsisti animam colloca Domine. *Et deinceps vnicuique Versui additur.* Tuus sum ego, saluum me fac. Erraui sicut ouis quæ periit, *Hoc quidem dicitur : & deinde rursum.* Benedictus es Domine.

Καὶ εὐθέως θυμιᾷ ὁ διάκονος ἐπάνω τοῦ τεθνεῶτος ἀδελφοῦ ἡμῶν σταυροειδῶς, λέγων· Εὐλόγησον δέσποτα. καὶ ὁ ἱερεύς. Εὐλογητὸς ὁ θεὸς ἡμῶν. καὶ ἄρχονται τὸ Τρισάγιον, Δεῦτε προσκυνήσωμεν τρίς· καὶ τὸν πεντηκοστόν. εἶτα ψάλλομεν τὸν ἄμωμον· λέγοντες ἐν ἑκάστῳ στίχῳ, Εὐλογητὸς εἶ κύριε· δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου. εἶτα τό. Αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με καὶ ἔπλασάν με, θεέ μου, σῶσον. ἐὰν δὲ ἔλθωμεν. εἰς τὸν αἰῶνα οὐ μὴ ἐπιλάθωμαι. λέγομεν αὐτὸ ἐκ τρίτου καὶ ὁ ἱερεύς. Ἔτι καὶ ἔτι καὶ τὰ λοιπά μετὰ τῆς ἐκφωνήσεως. Ὅτι σὺ εἶ ἡ ἀνάστασις. Εἶτα ὁ ψάλτης τοῦ ἑτέρου χοροῦ λέγει. Ἐν σκηναῖς δικαίων ἐν μοναῖς ἁγίων, τάξον πανοικτίρμον ψυχὴν ἣν προσελάβου. καὶ καθεξῆς ἑκάστῳ στίχῳ. Σός εἰμι ἐγώ, σῶσόν με. καὶ τὰ λοιπά· μέχρι τέλους, ἤγουν. Ἐπλανήθην ὡς πρόβατον ἀπολωλός. τοῦτο δὲ λέγεται· εἶτα πάλιν. Εὐλογητὸς εἶ κύριε.

---

b Ἐν τῷ οὐρανῷ τὰ ὄμματα.] Veteres codices præfigunt hunc titulum. οἱ ἀναβαθμοὶ τοῦ δευτέρου ἤχου. ἦχος β΄. *Graduales secundi Toni. Tonus secundus.*

c Τὴν αἰχμαλωσίαν.] Iidem. οἱ ἀναβαθμοὶ τοῦ τρίτου ἤχου. ἦχος γ΄.

d Ἐκ νεότητός μου.] Titulus ibidem est. οἱ ἀναβαθμοὶ τοῦ τετάρτου ἤχου. ἦχος τέταρτος.

e Ἐν τῷ θλίβεσθαί με.) Iidem. οἱ ἀναβαθμοί. ἦχος πλ. α΄.

f Ἐν τῷ οὐρανῷ σύ.) Iidem. ἀναβαθμοί. ἦχος πλ. β΄.

g Τὴν αἰχμαλωσίαν Σιών.] Iidem. οἱ ἀναβαθμοί. ἦχος βαρύς.

h Ἐκ νεότητός μου.) Titulus ibidem est. οἱ ἀναβαθμοί. ἦχος πλ. δ΄.

i Πάντες μακαρίζομέν σε.] Legunt veteres codices.

Versus Tonus obliquus quartus.
Immensa tibi.

IMmortalis, misericors, Dominator viuorum & mortuorum, quem nunc è terra sustulisti, in Monachorum sanctorum libro, vt clemens & solus humanus, describe: vana enim gloria & voluptate & delectatione in terra derelictis ad te accessit clamans. Dominator Christe, ne confundas in tuo aduentu seruum tuum.

Similis.

Seruum tuum humeris iugum tuum quondam ferentem delictorum iugo libera, Misericors, morbus etiam deuotis assuetum, propriamque voluntatem, delectationem, voluptatem, dissolutionemque semper fugientem è tenebris libera, & da requiem clamanti: Domine Christe ne confundas in tuo aduentu seruum tuum.

Similis.

Ecce nunc lachrymarum tempus, tempus, inquam, recordandi serui tui, & genuum eius flexiones respiciendi. Vox soluta est, quieuit lingua irrequiete cantans, recordare per noctes insomnis, & tunsionum pectoris eius, exaudique clamantem: Domine Christe ne confundas in tuo aduentu seruum tuum.

Similis.

Propensionum naturæ mortificationes, ventris moderantiam, à mundo alienationem, corporis nuditatem, oculum demissum & tristem, manuum eleuationem, respice, Misericors, & ne prætereas: famuli tui doloribus attende, & audi suspiria in fide clamantis ad te: Domine Christe, ne confundas in tuo aduentu seruum tuum.

Gloria. *Similis.*

Verborum temere in colloquutionibus lapsorum ne recorderis, Optime, carnis motus in iudicium tuum ne induxeris: cogitationum species, mentisque debitum vt Clemens, condona: lapsibus inter canendum irrepen-

Στιχηρὰ ἦχος πλ. δ΄.
Ἀμέτρητά σοι.

ΑΘάνατε, οἰκτίρμον, καὶ τῶν νεκρῶν καὶ τῶν ζώντων, ὁ κύριος, βουλήσει θείᾳ ὃν ἐκ γῆς νῦν μετέστησας, γράψον μοναστῶν ἐν βίβλῳ, ὡς εὔσπλαγχνος καὶ μόνος φιλάνθρωπος· δόξαν γὰρ ματαιόφρονα, καὶ τρυφὴν καὶ ἀπόλαυσιν ἐπὶ γῆς καταλείψας προσῆλθε κραυγάζων σοι. Δέσποτα Χριστέ, μὴ καταισχύνῃς ἐν τῇ σῇ παρουσίᾳ τὸν δοῦλόν σου.

Ὅμοιον.

Ἐπ' ὤμοις τὸν ζυγόν σου ὡς ἀράμενον σῶτερ, τὸν δοῦλόν σου ζυγῷ πταισμάτων ἐλευθέρωσον εὔσπλαγχνε, ἤθεσι χρηστοῖς τραφέντα, ὁσίως τε ἐκ σκότους λύτρωσαι, θέλησιν καὶ εὐπάθειαν, ἡδονήν τε, καὶ ἄνεσιν ὡς μισήσαντα. ἔνθεν ἀνάπαυσον κράζοντα. Δέσποτα Χριστέ, μὴ καταισχύνῃς ἐν τῇ σῇ παρουσίᾳ τὸν δοῦλόν σου.

Ὅμοιον.

Ἰδοὺ καιρὸς οἰκτίρμον τῶν δακρύων, μνησθῆναι τοῦ δούλου καιρός, τοῦ βλέψαι πρὸς κάμψεις γονάτων τε. λέλυται φωνή, καὶ γλῶσσα ἡσύχασεν ἀπαύστως ἡ ψάλλουσα, μνήσθητι τούτου ὕψιστε, καὶ νυκτῶν τῶν ἀκοίμητον, καὶ τυγμῶν τοῦ στήθους ἐπάκουσον κράζοντα. Δέσποτα Χριστέ, μὴ καταισχύνῃς ἐν τῇ σῇ παρουσίᾳ τὸν δοῦλόν σου.

Ὅμοιον.

Νεκρώσεις προσπαθείας, καὶ γαστρὸς ἐγκρατείας ἐπίσκεψαι, ξενώσεις κόσμου, καὶ γυμνότητα σώματος, ὄμμα σκυθρωπόν, χειρῶν τε ὑψώματι, μὴ λάθῃ φιλάνθρωπε. πρόσχες δὲ τοῦ οἰκέτου σου πρὸς τοὺς μόχθους, καὶ ἄκουσον στεναγμῶν τοῦ ἐν πίστει ἀπαύστως βοῶντός σοι. Δέσποτα Χριστέ, μὴ καταισχύνῃς ἐν τῇ σῇ παρουσίᾳ τὸν δοῦλόν σου.

Δόξα, Ὅμοιον.

Ῥημάτων τῶν ἐν λόγοις μὴ μνησθῇς ἐσφαλμένων πανάγαθε, σαρκὸς κινήσεις μὴ εἰσάξῃς ἐν κρίσει σου, τύπους λογισμῶν, ἐννοίας ὀφλήματα, ὡς εὔσπλαγχνος συγχώρησον. ὕμνων σου ὀλισθήματα, καὶ αὐτῆς

παρεστάσεως συγχωρῶν, τὰς ἐκλάμψεις ἐπάκουσον κράζοντος· δέσποτα Χριστὲ, μὴ καταισχύνῃς ἐν τῇ σῇ παρουσίᾳ τὸν δοῦλόν σου.

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον. Ὅμοιον.

Φιλάνθρωπε, οἰκτίρμον, ἐλεήμον, καὶ μόνε μακρόθυμε, Χριστὲ κριτά μου ἐπουράνιε, ψάλλοντες ἰδοὺ σοὶ πάντες προσπίπτομεν, καὶ πίστει σοὶ κράζομεν ὡς ὄντως ὑπεράγαθος, σῆς μητρὸς ταῖς δεήσεσι, σὺ τοὺς πάντας οἰκτίρμων διάσωσον κράζοντας· δέσποτα Χριστὲ μὴ καταισχύνῃς, ἐν τῇ σῇ παρουσίᾳ τὸν δοῦλόν σου.

tibus, vel si minus Ecclesiam frequentauit, parce: genuflexiones exaudi clamantis: Domine Christe, ne confundas in tuo aduentu seruum tuum.

Et nunc. *Deipara. Similis.*

Humane, miserator, misericors qui solus longanimis es, Christe iudex meus supercælestis, en tibi omnes procidimus canentes, & fide clamamus; qui vere optimus es, matris tuæ precibus, tu cunctos serua clamantes: Domine Christe, ne confundas in tuo aduentu seruum tuum.

K Καὶ ὁ ἱερεὺς χοῦν λαβών.] Vetusti codices iidem.

Εἶτα θάπτουσι τὸ λείψανον. καὶ λαβὼν ἔλαιον ὁ ἱερεὺς μετὰ κανδήλας ἐπιχέει ἄνωθεν τοῦ λειψάνου ποιῶν τύπους σταυροῦ τρεῖς. λέγων καὶ τὸ, Ἀλληλούϊα τρίς. καὶ Τοῦ κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, ἅπαξ· καὶ οὕτω λέγει ὁ διάκονος. Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ θεὸς, καὶ τὰ λοιπὰ καθεξῆς. ὁ ἱερεύς. Ὁ θεὸς τῶν πνευμάτων.

Deinde sepelitur cadauer; & Sacerdos assumpto in lampade oleo infundit super cadauer tria crucis signa formans, & ter dicens. Alleluia. *Et.* Domini est terra & plenitudo eius. *semel: atque ita dicit Diaconus.* Miserere nostri Deus. *& reliqua suo ordine. Sacerdos* Deus spirituum.

Nullum extat in M.S. officium pro Monachis: sola est in Barberino S. Marci pro illis oratio huiusmodi.

Εὐχὴ εἰς κοιμηθέντας μοναχούς.

Δέσποτα κύριε, ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, ὁ ἀποκτείνων καὶ ζωοποιῶν, ὁ κατάγων εἰς ᾅδου καὶ ἀνάγων. σὺ τῇ σῇ σοφίᾳ πλάσας ἐκ γῆς τὸν ἄνθρωπον, καὶ πάλιν αὐτὸν εἰς γῆν ἀποστρέφεις. ἱκετευόμενος πρόσδεξαι τὴν ψυχὴν τοῦ δούλου σου, καὶ ἀνάπαυσον αὐτὸν εἰς κόλποις Ἀβραὰμ, Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ δὸς αὐτῷ τὸν στέφανον τῆς δικαιοσύνης, τὴν μερίδα τῶν σωζομένων εἰς τὴν δόξαν τῶν ἐκλεκτῶν σου. ἵνα ὑπὲρ ὧν ἐκοπίασεν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ διὰ τὸ ὄνομά σου, λάβῃ πλουσίαν τὴν ἀπόδοσιν, ἐν ταῖς μοναῖς τῶν ἁγίων σου. Χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ.

Oratio pro defunctis Monachis.

Dominator Domine, qui solus habes immortalitatem, lumen vere inaccessum, qui occidis & viuificas, qui deducis ad inferos & reducis. Tu sapientia tua formatum hominem è terra, in terram rursum conuertis: exoratus itaque à nobis animam serui tui suscipe, & ei in sinu Abraham, Isaac, & Iacob, da requiem, iustitiæ coronam, & in electorum gloria saluatorum partem illi redde: vt pro quibus in præsenti mundo propter nomen tuum laborauit, abundantem mercedem in sanctum tuorum mansionibus percipiat. Gratia & miseratione vnigeniti filij tui, &c.

IN OFFICIVM EXEQVIARVM MONACHORVM Notæ.

1 Ὅτι δεῖ λούεσθαι,] Non ex integro, ita vt nudetur, sed leuiter aqua respergitur & abstergitur mortuus Monachus: vt commendatus à tot sæculis Ecclesiæ mos obseruetur. Cum religione namque Christiana orta est mortuos lauandi, vestiendi, componendi, & solemniter efferendi consuetudo (Tabitham siquidem ex primis discipulis vita perfunctam lotamque, posuerunt, vestibus vtique opertam in cœnaculo) inualuitque deinceps, & per totam Ecclesiam noscitur esse peruagata. De Græcis habet Eusebius sermonem, vbi luem Alexandrinam describit lib. 7. cap. 17. τὰ σώματα τῶν ἁγίων ὑπτίαις χερσὶ καὶ κόλποις ὑπολαμβάνοντες, καθαιροῦντες τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ τὰ στόματα συγκλείοντες, ὠμοφοροῦντες καὶ διατιθέντες προσκολλώμενοι λουτροῖς τε καὶ περιστολαῖς κατακοσμοῦντες καὶ τὰ ἑξῆς. *Sanctorum corpora manibus erectis supinisque exceperunt, gremio reposuerunt, occluserunt oculos, obturauerunt ora, humeros cadaueribus supposuerunt, decenter occurrerunt, amplexi sunt, osculati sunt, accurate lauerunt, feralibusque inuolucris etiam ornarunt, &c.* Apud Latinos quoque viguisse

si non exempla quotidiana demonstrant, nullum antiquorum testimonium huic veritati confirmandæ sufficiat.

2 Εἰ μὲν ἱερεὺς ἐστὶ ὁ ἐκδημήσας.] Mortuis Sacerdotum corporibus propinquior ad altare concedi ut accessus, quam cuiuis ἰδιωτῶν è Laïcorum fratrum plebe: indicat id Dionysius de Eccles. Hierarc. cap. 7 Εἰ μὲν ἱερατικῆς ἐγεγόνει τάξεως ὁ κεκοιμημένος, ἐπίπροσθεν τοῦ θείου θυσιαστηρίου κατακλίνας αὐτὸν, ἀπάρχεται τῆς πρὸς Θεὸν εὐχῆς, καὶ εὐχαριστίας· εἰ δὲ τοῖς ἐναγέσι μοναχοῖς, ἢ τῷ ἱερῷ λαῷ κατετέτακτο παρὰ τὸ ἱερὸν ἱερατεῖον κατακλίνει, πρὸ τῆς ἱερατικῆς εἰσελεύσεως. *Deposito ante sacrum altare mortuo, si tamen sacro Sacerdotum charactere fuerit insignitus, statim Deum exorat Pontifex, eique gratias agit: si autem sanctis Monachis, sanctave plebi annumeratus erat, eum ad venerationem dignum sacrarium collocat, ad Sacerdotum introitum.* At ne quis existimet, ad altaris radices Sacerdotum corpora, Laicorum vero Monachorum, vel sæcularium, in medio chori, dum officium sepulturæ peragitur, collocari: obseruandum ex Pachymere, τὸ ἐπίπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου intelligi de loco è regione altaris, quem τύπος Euchologij dicit esse τὸ μέσον τοῦ ναοῦ, *templi meditullium*: per τίμιον ἱερατεῖον vero, vocibus augustis vbique Dionysius vtens, ipsam Ecclesiam, imo ipsum νάρθηκα *vestibulum* intelligit, ait Pachymeres. εἰ δὲ μοναχός ἐστι ἢ πιστὸς ἐκ τοῦ ἱεροῦ λαοῦ παρὰ τὸν νάρθηκα κατακλίνει. *Si vero Monachus est aut fidelis quispiam è sancta plebe, in vestibulo eum reclinat*: τὸ δὲ πρὸ τῆς ἱερατικῆς εἰσελεύσεως, δηλοῖ ὅτι ἐπίπροσθεν τῶν ψαλλόντων δεῖ κεῖσθαι. *Illud vero ante Sacerdotum ingressum, manifestat emortui corpus debere ad psallentium pedes iacere.*

3 Ὁ κανδηλάπτης.] Κανδήλα non est *candela*, vt vocum affinitate delusus Meursius interpretatur: neque vas cuius est vsus in liturgia. Quodnam enim sit illud vas, Theologus Batauus edisserat? sed *lampas* est vitrea in qua adiecto oleo lumen fouetur: vnde & intelligimus illud Epiphanij contra Meletianos κατεάξαι κανδήλαν *lampadem confringere*. Exinde quoque est κανδηλάπτης, non à *candelis*, vt paris erroris consors Gretserus ait, sed *à lampadibus accendendis*, qui sacro διαβάσει, non sacræ scripturæ, sed *piorum sermonum & homiliarum lectore*, τῷ ἐκκλησιάρχῃ *Ecclesiæ præfecto* subiicitur: idemque quia κρούει τὰ σήμαντρα *signa pulsat*, recte λαοσυνάκτης audit, & populi in Ecclesiam congregandi curam gerit.

4 Κρούει τὰς βαρέας ἐπὶ τὸν σιδηροῦν.] Tardius à Græcis admisso campanarum vsu; *lignis oblongis*, vel *metallicis laminis* ictis, populum quondam ad Ecclesiam conuocabant: illisque etiamnum hodie quantum patitur Turcarum tyrannis, vtuntur. Λαοσυνάγουσιν itaque, vel campanis, (in locis nimirum desertis, & à Turcarum animas sono deterreri arbitrantium auditu semotis) vel *signis ligneis* (ea vocant σήμαντρα perticas è ligno oblongas, & quadras, quæ variis locis malleolo percussæ varios edunt sonos) & tandem σιδηροῖς & χαλκοῖς, id est, *laminis ferreis vel æreis*, molliter recuruis, & è cathenis ad portam vestibuli hinc inde, vbi nos campanarias turres ædificamus, suspensis; atque in illis ἐπὶ τὸν σιδηροῦν, vel vt alii correctius legunt ἐπὶ τὸν σιδηροῦν κρούει ὁ κανδηλάπτης.

5 Τὰς βαρέας.] Interpolati longo spatio soni, & tædiosa lugubrique mora in signis percussi, sunt κεκρουσμένοι βαρέαι. Signorum autem sicut & sonorum in crepitaculis siue ligneis siue metallicis editorum, hæc tria genera statuit Balsamon meditato de illis composito, quod est vltimum lib. 7. Iuris Græco. τὸ μικρὸν, τὸ μέγα, καὶ τὸ σιδηροῦν, *paruum, magnum & ferreum*, τὸ μικρὸν, fit διὰ σημαντηρίου μικροῦ, καὶ οἷον ταπεινοτέρου καὶ σκοτεινοῦ. *Per signum exiguum & quasi humilius & obscurius*, antiquasque prophetias designat, & futurorum simulachra, quorum plurium euoluuntur in laudibus matutinis, quibus illud audiri solet. τὸ μέγα, vt resonans & late per aërem delatum, Euangelii sonus est, inquit ille, terram omnem peragrans: χάριν δὲ τῆς θεοφθόγγων εὐαγγελίων ἀνακηρύξεως, καὶ λοιπῶν πανηγυρικῶν βιβλίων ἱερᾶς ἀναγνώσεως, καὶ τῆς ὅλης ἀκολουθίας τοῦ ἁγιοπολίτου ἁπλῶς, τὸ μέγα σημαντήριον εὕρηται. *Propter diuinorum Euangeliorum prædicationem, & sacram reliquorum ad conuentus publicos pertinentium librorum lectionem, & propter vniuersum simpliciter sanctæ vrbis ciuis* (id est S. Sabæ Hierosolymitani) *ordinem, magnum signum inuentum est.* Quod autem fit διὰ χαλκοῦ σημαντηρίου *æreo crepitaculo* futurum nobis iudicium & tubam mortuos è monumentis ad maiorem conuentum euocaturam præfigurat. Campanarum porro receperant vsum Græci, ex quo, ab Vrso Patriciaco Venetorum Duce missas anno 895. Michael Imperator in pretio habuerat, & in turri ad S. Sophiam extructa collocarat; qui locus nunc Turcis est sacerrimus postquam deiecto turris illius fastigio, prophanus sacrorum suorum mystes, celebrata ibidem suo more Dei potentia in vrbis Regiæ expugnatione & direptione Mahumeticis ritibus locum illum & sanctam in maiorem Ecclesiam fecit consecratam. Cæterum pluribus in locis, solis ligneis crepitaculis ex alto vel ad Ecclesiæ portam pulsis, populum hodie ad sacra Græci conuocant, quorum vsus ex eo demonstratur antiquissimus, quod de illo Concilium septimum Act. 4. mentionem fecerit, his verbis. ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν Καισαρείᾳ γενόμενα ὑπὸ τοῦ ἁγίου καὶ τὸ δυνατὸν ἱστορήσωμεν. πλησιασάντων ἐν τῇ ἁγίᾳ πόλει τῶν ἁγίων λειψάνων, γνωστὸν γέγονε πάσῃ τῇ πόλει. καὶ εὐφροσύνης μεγάλης πλησθέντες, ἅπαντες ἀναστάντες τὰ ἱερὰ ξύλα σημάναντες συνηθροίσθησαν ἅπαντες, ἐν τῷ πανσέπτῳ ναῷ τῆς Θεοτόκου ἐπιλεγομένῳ τῆς νέας. *Age vero ea quæ Cæsarea Palæstinæ contigerunt* (in S. Anastasij Monachi apud Persas Martyrio coronati reliquiarum deportatione) *prout licuerit, enarremus. Vicinis iam sacris reliquiis rei fama per ciuitatem increbuit: vnde & lætitia perfusi omnes & gaudio exciti, sacra ligna tangentes, in venerando templo Deiparæ Nouæ nuncupato congregati sunt.*

6 Στιχολογεῖται ἡ πρώτη στάσις.] Vt in funeribus Psalmi decantentur, Christiana traditio est, scribente Hieronymo in vita S. Pauli. *Prolato foras corpore, Hymnos quoque & Psalmos, de Christiana traditione decantans Antonius, &c.* eosque Dionysius vocauit ψαλμικῶν λογίων ᾠδὰς *cantus Psalmorum verbis compositos*.

7 Ἀρχόμεθα τῶν ἀντιφώνων.] Antiphona hic dicta, vocantur in aliis codicibus ἀναβαθμοὶ, vt ex Gradualium verbis compositæ.

8 Βασιλικῶς ὑπέγραψας.] Alludit ad morem quo Imperatores literas, mandata, placitaque sua ἐρυθροῖς γράμμασι *rubeis characteribus*. parabant & obsignabant: de quo, si Deus iubeat, alibi plura obseruabimus.

9 Γῆ χανοῦσα] Cadaueris in terram resolutio communionis Ecclesiasticæ Græcis post mortem signum existit: hanc iubet Ecclesia de spiritus salute confisa vel quasi certior facta. Consulatur ad huius dicti pleniorem notitiam oratio soluendo ab excommunicatione defuncto perlegenda.

Εἰ

10 Ἐν τοῖς κελλίοις.] Latina vox est, *Cella*, à *cælando*, siue abscondendo deducta, quam Monachi speluncis, antris & latibulis assueti, sibi propriam fecerunt: de quibus Sozomenus lib. 6. cap. 31. τόπος ὄνομα κελλία, ἐν τούτῳ δὲ σποράδην ἐστὶ μοναχικὰ οἰκήματα πολλὰ, καθ᾽ ὃ καὶ τοιαύτης ἔλαχε προσηγορίας. *Locus*, (in Ægypto) *cui Cellia nomen. In eo sunt Cellæ Monachorum permultæ sparsim positæ, qua de causa hoc nomen habuit.* Et Palladius in Lausiacæ cap. 69. τὰ κελλία ἐκ διαστήματος ἔχουσι, ὡς καὶ μὴ διαγνωρίζεσθαι πόῤῥωθεν ὑφ᾽ ἑτέρου, μηδὲ ὁρᾶσθαι ταχέως, μηδὲ φωνῆς ἐπακούεσθαι. *Habent Cellas magno inter se interuallo disiunctas, vt nullus possit procul dignosci ab altero, neque cito videri, nec vox audiri.* κέλλαν etiam vocauit Palladius idem cap 18. μετὰ τὸ τελέσαι τὴν κέλλαν καὶ ἐν αὐτῇ οἰκῆσαι. *Postquam absoluit Cellam & in ea habitauit.* Et infra. καὶ ἀνοίξας τὴν θύραν τῆς κέλλης & *portam Cellæ aperiens*, &c. Siue κελλίον autem siue κέλλαν dicas: non potuit ita Monachorum propria fieri, quin Patriarchæ & Imperatores Orientis intimam Palatij sedem quam incolebant, κελλίον Monachorum deuotionem imitati, vocauerint. Nil mirum idcirco si priuatas cuiuscumque Monachi in Cœnobiis domunculas ordine continuo per gyrum inter se contiguas κελλία hodierna die nuncupant condita in illarum medio amplissima area; in cuius iterum spatio medio, ad instar insulæ, nulli ædificio coniunctæ, erecta est Ecclesia; negatoque propterea mulieribus in Monasteria virorum ingressu, nec in huiusmodi Ecclesias pedem licet vnquam inferre.

1 a

ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ ΝΕΚΡΩΣΙΜΟΣ ΕΙΣ ΙΕΡΕΑ τελευτήσαντα.

Ἐπειδὰν δέ τις τῶν ἱερέων ἐκδημήσῃ πρὸς κύριον ἀπέρχονται 2 τρεῖς ἱερεῖς, καὶ καταβιβάζουσιν αὐτὸν τῆς κλίνης, καὶ τιθέασιν ἐπὶ τῆς γῆς ἐν ψιαθίῳ. καὶ ἐπεὶ οὐ δεῖ λούεσθαι χρὴ γυμνούμενον παρὰ τῶν ἱερέων 3 ἀποσπογγίζουσιν αὐτὸν 4 μετ᾽ ἐλαίου καθαροῦ. εἶτα ἐνδύουσιν αὐτὸν 5 τὰ ἐξ ἔθους ἱμάτια. 6 εἶτα τὴν ἱερατικὴν στολὴν, ἅπασαν, καὶ 7 σκεπάζουσι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ μετὰ τοῦ ἀέρος. καὶ τιθέασιν τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον ἐπάνω αὐτοῦ. εἶτα ἀπέρχονται οἱ ἱερεῖς, ἐνδεδυμένοι τὰς ἱερατικὰς στολάς· ὁ δὲ προεστὼς, ποιεῖ εὐλογητόν. Τὸ τρισάγιον. Παναγία τριάς. Πάτερ ἡμῶν. Ὅτι σοῦ ἐστιν. Μετὰ πνευμάτων δικαίων τετελειωμένων. Στίχος. Τοῦ κυρίου ἡ γῆ καί. εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου κύριε. δόξα. Σὺ εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν καὶ νῦν. Ἡ μόνη ἁγνὴ καὶ ἄχραντος. εἶτα ὁ διάκονος μνημονεύει. καὶ ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχήν. Ὁ θεὸς τῶν πνευμάτων καί. Ὅτι σὺ εἶ ἡ ἀνάστασις. καὶ εὐθὺς αἴρουσιν οἱ ἱερεῖς τὸ λείψανον, καὶ φέρουσιν αὐτὸ ἐν τῷ νάρθηκι τοῦ ναοῦ, καὶ τιθέασι τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον ἐπάνω αὐτοῦ, ὡς προέφημεν, καὶ τὰ 8 μανουάλια σταυροειδῶς μετὰ λαμπάδων, καὶ ἄρχεται ὁ ψάλτης τοῦ ἀμώμου. εἶτα μνημονεύει ὁ διάκονος· καὶ ἡ εὐχὴ καὶ ἡ ἐκφώνησις.

Εἶτα 9 τὰ εὐλογητάρια.

ἦχος. πλ. α᾽.

Τῶν ἁγίων ὁ χορός. Ὁ παλάμῃ ἐκ μὴ ὄντων. Εἰκών εἰμι τῆς. Οἱ τὸν ἀμνὸν τοῦ θεοῦ.

OFFICIVM FVNEREVM IN SACERdotem vita functum.

Aliquo è Sacerdotum numero ad Dominum migrante, tres alij Sacerdotes conueniunt, eum è lecto deposituri, & super terram in storea demissuri. Cum vero corpus nudum à Sacerdotibus lauari nefas sit, oleo puro illud abstergunt, & mox consuetis illud amiciunt vestibus: tum vero Sacerdotali ornatu superinduunt, operta tamen eius facie calicis velo, & sacro ei Euangelio superimposito. His peractis Sacerdotes illi, sacris vestibus assumptis progrediuntur, & Præfectus à benedictione officium auspicatur. Ter Sanctus. Sanctissima Trinitas. Pater noster. Quia tuum est. Cum spiritibus iustis perfectis.

Versiculus. Domini est terra &. In requiem tuam Domine. Gloria. Tu es Deus noster. Et nunc. Sola pura & illibata. *Tum Diaconus defuncti memoriam agit: & subdit Sacerdos orationem.* Deus spirituum &. Quia tu es resurrectio. *Et confestim extollunt cadauer Sacerdotes, & ad templi vestibulum efferunt, & sacrum, prout præmissum est Euangelium ei superimponunt, & circum circa in modum crucis candelabra. Tum Cantor Psalmum,* Beati immaculati incipit: *& memoriam agit Diaconus, subditurque oratio, & in eius fine exclamatio. Deinde Benedictiones.*

Tonus obliquus primus.

Sanctorum chorus. Qui manu è non existentibus. Imago sum. Agnus Dei.

Angustam viam. Da requiem Domine seruo tuo. Gloria. Trifulgidum vnius. Et nunc. *In Deiparam.* Salue veneranda quæ Deum carne genuisti. Adhuc & iterum in pace. Adhuc rogamus pro beatitudine. Et vt ei condonetur. Vt Dominus Deus. Misericordias Dei. Quia tu es resurrectio. *Deinde Modulus.* Da requiem Saluator noster. Gloria. Et nunc. E virgine ortus. *Deinde graduales. Toni obliqui secundi.* In cœlum oculos meos. *Tum propositum. Tonus obliquus secundus.* Beata via qua progreditur. *Versiculus.* Conuertere anima mea in requiem. *Apostolus.* Fratres nolumus vos ignorare. 1. *Thess. c.* 4.

Quære Feria quinta secundæ hebdomadis.

Euangelium secundum Ioannem.

Mox Diaconus. Dominum precemur.

Et Sacerdos Orationem.

Dominator Domine Deus noster, solus immortalitate præstans, lucem habitans inaccessam, qui mortificas & viuificas, deducis ad inferos & reducis: tu sapientia tua hominem formatum repetito animæ debito in terram conuertis. Te rogamus ideo suscipe serui tui animam, & in finibus Abrahæ, Isaac & Iacob, iustitiæ corona, saluandorum parte ei donata, ad electorum tuorum gloriam, & requiem eum transfer: vt laborum propter nomen tuum toleratorum vberem in sanctorum tuorum mansionibus mercedem accipiat. Gratia & miserationibus.

Sessio. Tonus secundus.

A cognatione mea hodie diuidor, & ad te solum peccati expertem confugio: in tabernaculis iustorum cum electis tuis requiem præbe.

Tum vero dicimus vigesimum secundum Psalmum.

Dominus regit me & nihil mihi deerit. Alleluia, Alleluia, *Bis. Et reliqua Psalmi, adiuncto vniuscuiusque versus fini,* Alleluia.

Post hæc dicitur præsens Modulus. Tono secundo.

Quandoquidem cuncti ad idem tendimus diuersorium, & communem lapidem subibimus, nec aliud paulo post nisi puluis erimus, à Christo requiem defuncto huic exposcamus:

Οἱ τὴν ὁδὸν τὴν στενήν. Ἀνάπαυσον ὁ θεὸς τὸν δοῦλόν σου. Δόξα. Τὸ τριλαμπὲς τῆς μιᾶς. Καὶ νῦν. Θεοτόκιον. Χαῖρε σεμνὴ ἡ θεὸν σαρκὶ τεκοῦσα. Ἔτι καὶ ἔτι ἐν εἰρήνῃ. Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ μακαρίας. Καὶ ὑπὲρ τοῦ συγχωρηθῆναι αὐτῷ. Ὅπως κύριος ὁ θεός. Τὰ ἐλέη τοῦ θεοῦ. Ὅτι σὺ εἶ ἀνάστασις. Εἶτα τὸ τροπάριον. Ἀνάπαυσον σωτὴρ ἡμῶν. Δόξα. καὶ νῦν.

Ὁ ἐκ παρθένου ἀνατείλας. Εἶτα τοὺς ἀναβαθμοὺς τοῦ πλ. β. ἤχου. Ἐν τῷ οὐρανῷ τοὺς ὀφθαλμούς μου. Εἶτα προκείμενον. ἦχος. πλ. β. Μακαρία ἡ ὁδὸς ἣν πορεύεται. Στίχος. Ἐπίστρεψον ψυχή μου εἰς τὴν. Ὁ ἀπόστολος. Ἀδελφοὶ οὐ θέλομεν ὑμᾶς ἀγνοεῖν.

Ζήτει τῇ ε΄. τῆς β΄ ἑβδομάδος.

Τὸ εὐαγγέλιον κατὰ Ἰωάννην.

Εἶτα ὁ διάκονος. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Καὶ ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχήν.

Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, ὁ ἀποκτείνων καὶ ζωοποιῶν, ὁ κατάγων εἰς ᾅδου καὶ ἀνάγων· σὺ τῇ σοφίᾳ ἔπλασας τὸν ἄνθρωπον, καὶ πάλιν εἰς γῆν αὐτὸν ὑποστρέφεις, τὸ τῆς ψυχῆς χρέος ἀπαιτῶν· σὲ ἱκετεύομεν, πρόσδεξαι τὴν ψυχὴν τοῦ δούλου σου, καὶ ἀνάπαυσον αὐτὸν εἰς τοὺς κόλπους Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαάκ, καὶ Ἰακώβ, καὶ δὸς αὐτῷ τὸν στέφανον τῆς δικαιοσύνης σου, τὴν μερίδα τῶν σωζομένων εἰς τὴν δόξαν τῶν ἐκλεκτῶν σου. ἵνα ὑπὲρ ὧν ἐκοπίασεν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ διὰ τὸ ὄνομά σου, λάβῃ πλουσίαν τὴν ἀνταπόδοσιν ἐν ταῖς μοναῖς τῶν ἁγίων σου. Χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς.

Κάθισμα. ἦχος. β΄.

Σήμερον χωρίζομαι ἀπὸ τῆς συγγενείας, καὶ πρὸς σὲ καταφεύγω τὸν μόνον ἀναμάρτητον· ἐν σκηναῖς τῶν δικαίων μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν σου ἀνάπαυσον.

Εἶτα λέγομεν τὸν κβ΄. ψαλμόν.

Κύριος ποιμαίνει με, καὶ οὐδέν με ὑστερήσει, ἀλληλούϊα, ἀλληλούϊα. ἐκ β΄. καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ ψαλμοῦ καθ᾽ ἕκαστον στίχον τὸ ἀλληλούϊα.

Εἶτα τὸ παρὸν τροπάριον,

εἰς ἦχον β΄.

Ἐπειδὴ πάντες πρὸς τὴν αὐτὴν κατεπειγόμεθα μονήν, καὶ τὸν αὐτὸν ὑποδυσόμεθα λίθον, καὶ αὐτοὶ κόνις μετ᾽ ὀλίγον ἐσόμεθα, τῷ μεταστάντι τὴν ἀνάπαυσιν παρὰ Χριστοῦ αἰτησώμεθα.

τοιοῦτος γὰρ ἡμῶν ὁ βίος ἀδελφοί, τοῦτο ἐπὶ γῆς παίγνιον οὐκ ὄντας γενέσθαι, καὶ γενομένους ἀφαιρεθῆναι. ὄναρ ἐσμὲν οὐχ ἱστάμενον, φύσημά τι μὴ κρατούμενον, πτῆσις ὀρνέου παρερχόμενον, ναῦς ἐπὶ θαλάσσης ἴχνος οὐκ ἔχουσα. διὸ βοήσωμεν τῷ ἀθανάτῳ βασιλεῖ. κύριε τῆς ἀτελευτήτου σου μακαριότητος καταξίωσον αὐτόν.

Προκείμενον τοῦ ἀποστόλου.

Μακάριος ὃν ἐξε.

Πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολῆς.

Ἀδελφοί. ὥσπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε. καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος.

Τέλος.

Οὕτω καὶ ἡ χάρις βασιλεύσῃ διὰ δικαιοσύνης εἰς ζωὴν αἰώνιον, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν.

Εὐαγγέλιον ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην.

Εἶπεν ὁ κύριος πρὸς τοὺς ἐληλυθότας πρὸς αὐτὸν Ἰουδαίους. ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται.

Ζήτει τῇ δ'. τῆς β'. ἑβδομάδος.

Εἶτα ὁ διάκονος. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Εὐχαριστοῦμέν σοι κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὅτι σοῦ μόνου τὸ ζῆν ἀθάνατον, καὶ ἡ δόξα ἀκατάληπτος, καὶ ἡ φιλανθρωπία ἄφατος, καὶ ἡ βασιλεία ἀδιάδοχος, καὶ οὐκ ἔστι προσωποληψία παρά σοι. πᾶσι γὰρ ἀνθρώποις τὸ κοινὸν τοῦ βίου ἔταξας, τοῦ ὅρου τοῦ βίου πληρωθέντος. διὸ ἱκετεύομέν σε κύριε, τὸν δοῦλόν σου καὶ συλλειτουργὸν ἡμῶν γενόμενον, τὸν δεῖνα, τὸν ἐπ' ἐλπίδι ἀναστάσεως ζωῆς αἰωνίου κοιμηθέντα, ἐν κόλποις Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ἀνάπαυσον. καὶ ὥσπερ ἐπὶ τῆς γῆς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ λειτουργὸν αὐτὸν κατέστησας, οὕτως καὶ ἐν τῷ οὐρανίῳ σου θυσιαστηρίῳ ἀνάδειξον κύριε ἐπὶ ἀνθρώπων πνευματικῇ ἀξίᾳ κατακοσμήσας, ἐπὶ ἀγγέλων τῆς δόξης ἀναλαβεῖν προσδέξαι. αὐτὸς ἐπὶ τῆς γῆς τὴν ζωὴν αὐτοῦ ἐδόξασας, αὐτὸς δὲ καὶ τὴν ἔξοδον τοῦ βίου αὐτοῦ ἐν τῇ εἰσόδῳ τῶν ἁγίων σου δικαίων τὸ πνεῦμα αὐτοῦ μετὰ πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνός σοι εὐαρεστησάντων συναρίθμησον. Ὅτι σὺ εἶ ἡ ἀνάστασις ἡ ζωή.

Ἀντίφωνον α'. Τοῦ κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Ἀλληλούϊα ἐκ β'. καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ ψαλμοῦ. Δόξα. Ἀλληλούϊα.

Καὶ νῦν. Ἀλληλούϊα.

Τροπάριον. ἦχος β'.

Ἐν πίστει, καὶ ἀγάπῃ, καὶ ἐλπίδι, καὶ πραότητι, καὶ ἁγνείᾳ, καὶ ἐν τῷ ἱερατικῷ ἀξιώματι

huiusmodi etenim vita nostra est, Fratres, vt hic in terra velut ludus cernatur; vt è nihilo enascamur; mox nati è viuis tollamur. Somnium itaque minimè consistens, flatus irreuocabilis, auis transeuntis volatus, nauis quæ nullo vestigio mare pererrat, sumus. Æterno Regi propterea clamemus. Domine interminatæ tuæ beatitudinis illum consortem redde.

Propositum Apostoli.

Beatus quem elegisti.

Ad Romanos Epistola. Cap. 5.

Fratres. Sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, *&c.*

Finis.

Ita & gratia regnet per iustitiam, per Iesum Christum Dominum nostrum.

Euangelium ex Ioanne. Cap. 5.

Dixit Dominus venientibus ad se Iudæis. Pater meus vsque modo operatur. *Require illud Feria quarta secundæ hebdomadis.*

Deinde Diaconus dicit.

Dominum precemur.

Gratias tibi, Domine Deus noster, agimus, quia tui solius immortalis vita, gloria incomprehensa, humanitas inaudita, & regnum est interminatum, & apud te personarum acceptio non habet locum: omnibus enim hominibus communes terminos exacta vitâ constituisti. Rogamus te propterea, vt seruo tuo comministro nostro in spe resurrectionis æternæ vitæ defuncto, in finibus Abrahæ, Isaac, & Iacob, requiem præbeas: & sicut in terra Ecclesiæ tuæ Sacerdotem illum præstitueras, sic & super homines spirituali dignitate ornatum in altari tuo cœlesti commonstra, & cum Angelis gloriæ, indemnatum suscipe. Tu vitam eius in terris summo honore condecorasti, tu & in exitu eius, in sanctorum & iustorum tuorum introitu, spiritum eius cum omnibus qui à sæculo tibi placuerunt annumera. Quia tu es resurrectio & vita.

Antiphonum primum. Domini est terra, & plenitudo eius. Alleluia. *Secundò dicatur: tum reliqua Psalmi.*

Gloria. Alleluia.

Et nunc. Alleluia.

Modulus tonus secundus.

In fide, & dilectione, & spe, & mansuetudine, & simplicitate, & Sacerdotali

dignitate deuotè eluxisti, æterna memoria condecorande Frater, Deus propterea qui est ante sæcula, & cui obsequutus es, spiritum tuum in lucido & iucundo loco, vbi sancti requiescunt, collocabit, & in iudicio remissionem & amplam misericordiam à Christo consequeris.

Sessio. Tonus obliquus primus.

Nosti, Deus noster, quia in peccatis nati sumus: rogamus idcirco vt defuncto des requiem, & vt bonus eius peccata quæ vt mortalis homo commisit, minimè respicias: intercessionibus Deiparæ, qui solus clemens es.

Propositum.

Beatus quem elegisti.

Versiculus. Et memoria eius.

Ad Corinthios Epistolæ Pauli lectio.

Cap. 15.

FRatres: Notum vobis facio Euangelium quod prædicaui vobis, quod & accepistis.

Finis.

Siue enim ego, siue illi: sic prædicamus, & sic credidistis.

Alleluia. Beatus quem elegisti.

Euangelium ex Ioanne. Cap. 6.

Dixit Dominus credentibus in se Iudæis. Ego sum panis vitæ.

Quære Feria quarta tertiæ hebdomadis.

Deinde Diaconus.

Deinde precemur.

Et Sacerdos Orationem subiungit.

DOmine virtutum, afflictorum solatium, lugentium leuamen, & omnium animo depressorum auxiliator, his qui luctu ob mortuum præsentem affliguntur consolationem præbe, insitum cordis dolorem mitiga, & seruum tuum N. in spe resurrectionis vitæ æternæ in sinibus Abrahæ requiem adipisci concede.

Antiphonum secundum.

Quàm dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! Alleluia. *Bis dicitur.*

Et deinceps Psalmi reliqua.

Deinde Modulus. Tonus obliquus 2.

Fratres mei dilecti, ne mei obliuiscamini cùm Deum laudatis: sed amoris & affectus mei mementote, societatis præteritæ recordemini, & rogate Deum, vt mihi cum iustis requiem concedat.

εὐσεβῶς διέπρεψας ἀείμνηστε. διό σε ὁ προαιώνιος θεός, ᾧ καὶ ἐδούλευσας, αὐτὸς κατατάξει τὸ πνεῦμά σου, ἐν τόπῳ φωτεινῷ καὶ τερπνῷ, ἔνθα οἱ δίκαιοι ἀναπαύονται. ἐντεύξει τε καὶ παρὰ Χριστοῦ τῇ κρίσει τὴν ἄφεσιν καὶ τὸ μέγα ἔλεος.

Κάθισμα. ἦχος πλ. α'.

Γινώσκεις ὁ θεὸς ἡμῶν, ὅτι ἐν ἁμαρτίαις ἐγενόμεθα· διό σε ἱκετεύομεν, τὸν μεταστάντα ἐξ ἡμῶν ἀνάπαυσον, παρορῶν ὡς ἀγαθὸς τὰ πλημμελήματα, ἃ ὡς ἄνθρωπος θνητὸς ἐν βίῳ ἔπραξε, πρεσβείαις τῆς θεοτόκου μόνε φιλάνθρωπε.

Προκείμενον.

Μακάριος ὃν ἐξελέξω.

Στίχος. Καὶ τὸ μνημόσυνον.

Πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῆς.

ΑΔελφοί, γνωρίζω ὑμῖν τὸ εὐαγγέλιον ὃ εὐηγγελισάμην ὑμῖν, ὃ καὶ παρελάβετε.

Τέλος.

Εἴτε οὖν ἐγώ, εἴτε ἐκεῖνοι. οὕτω κηρύσσομεν καὶ οὕτως ἐπιστεύσατε.

Ἀλληλούϊα. Μακάριος ὃν ἐξελέξω.

Εὐαγγέλιον ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην.

Εἶπεν ὁ κύριος πρὸς τοὺς πεπιστευκότας πρὸς αὐτὸν Ἰουδαίους. ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς.

Ζήτει τῇ δ'. τῆς γ'. ἑβδομάδος.

Εἶτα ὁ διάκονος.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Καὶ ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχήν.

10 ΚΥριε τῶν δυνάμεων, ἡ τῶν θλιβομένων παραμυθία, καὶ πενθούντων παράκλησις καὶ πάντων τῶν ἐν ὀλιγοψυχίᾳ ἀντίληψις ὑπάρχων, τοὺς τῷ πένθει τοῦ κοιμηθέντος συνεχομένους τῇ σῇ εὐσπλαγχνίᾳ παραμυθήσας, τὴν ἄλγος ἐγκείμενον ἐν καρδίᾳ αὐτῶν θεράπευσον, καὶ τὸν δοῦλόν σου, τὸν δεῖνα, ἐπ' ἐλπίδι ἀναστάσεως ζωῆς αἰωνίου κεκοιμημένον ἐν κόλποις Ἀβραὰμ ἀνάπαυσον. 10

Fluxi mortalesque nascimur incorruptam imaginem sortiti, & diuino flatu anima immortali in natura mixta dotati. Cur vero mandatum Dei transgressi sumus? ô rem inauditam! quomodo vitæ cibo reiecto, cibum amarum mortis conciliatorem degustauimus? quomodo diuinæ vitæ exortes seducti fuimus? de cætero itaque clamemus: eum quem hinc extulisti, in aulis cœlestibus colloca.

In Deiparam.

Protectio tua, Deipara virgo, medica spiritualisque officina est, ad quam confugientes, animæ morbis liberamur.

Versus. Tonus obliquus secundus.

Intoleranda intemperanter viuentibus videtur mors: ibi dentium stridor, luctus à consolatione alienus, densa caligo, tenebræ exteriores, vigilans vermis, infructuosæ lachrymæ, & iudicium absque misericordia. Ante finem propterea clamemus, dicentes: Domine Christe, electo tuo, cum electis tuis requiem confer.

Similis.

Insonuit tuba, vt mortui vitæ cœlestis cupidi è somno exurgant. In te creatorem & dominum sperauerunt: ne seruos tuos condemnes: immortalis enim cum fores; propter nos mortalis factus es. Ante finem propterea clamemus, dicentes: Domine Christe electo tuo, cum electis tuis requiem confer.

Similis.

Ecce elementa, cælum & terra immutantur, & creatura omnis incorruptionem induit: corruptio ipsa dissoluitur, & tenebræ in aduentu tuo euanescunt. Cum gloria etenim, teste scriptura, iterum venturus es: vt, iuxta quod gessit, vnicuique retribuas: Domine Christe, electo tuo cum electis tuis requiem confer.

Στιχηρόν. Ἦχος πλ. δ'.

Θρηνῶ καὶ ὀδύρομαι ὅταν ἐννοήσω τὸν θάνατον, καὶ ἴδω ἐν τοῖς τάφοις κειμένην τὴν κατ' εἰκόνα Θεοῦ πλασθεῖσαν ἡμῖν ὡραιότητα ἄμορφον, ἄδοξον, μὴ ἔχουσαν εἶδος. ὢ τοῦ θαύματος; τί τὸ περὶ ἡμᾶς τοῦτο γέγονε μυστήριον; πῶς παρεδόθημεν τῇ φθορᾷ; πῶς συνεζεύχθημεν τῷ θανάτῳ; ὄντως Θεοῦ προστάξει, ὡς γέγραπται, τοῦ παρέχοντος τῷ μεταστάντι τὴν ἀνάπαυσιν.

Τῶν δυνάμεων.

Ῥευστοί πως γεγόναμεν ἄφθαρτον εἰκόνα φορέσαντες, καὶ ἐμφυσήματι θείῳ λαβόντες τὴν ἀθάνατον ψυχήν, μικτοὶ γενόμενοι, ὡς γέγραπται; πῶς δὲ παρέβημεν Θεοῦ τὰς προστάξεις; ὢ τοῦ θαύματος; πῶς τῆς ζωῆς τὴν βρῶσιν ἀφέντες, βρῶσιν ἐφάγομεν τὴν προξενοῦσαν θάνατον καὶ πικράν; πῶς ἠπατήθημεν στερηθέντες θείας ζωῆς; λοιπὸν ἐκβοήσωμεν, ὃν μετέστησας ἐν ταῖς αὐλαῖς κατασκήνωσον.

Θεοτόκιον.

Ἡ σκέπη σου, Θεοτόκε παρθένε, ἰατρεῖον ὑπάρχει πνευματικόν. ἐν αὐτῇ γὰρ καταφεύγοντες, ψυχικῶν νοσημάτων λυτρούμεθα.

Στιχηρά, ἦχος πλ. β.

Ἀμέτρητος ὑπάρχει τοῖς ἀσώτως βιοῦσιν ὁ θάνατος, βρυγμὸς ὀδόντων, καὶ κλαυθμὸς ἀπαράκλητος, γνόφος ἀφεγγής, καὶ σκότος ἐξώτερον, καὶ σκώληξ ἀκοίμητος, δάκρυα ἀνενέργητα, καὶ κρίσις ἀσυμπάθητος. διὰ τοῦτο πρὸ τέλους βοήσωμεν, λέγοντες. Δέσποτα Χριστέ, ὃν ἐξελέξω μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν σου ἀνάπαυσον.

Ὅμοιον.

Ἐφώνησεν ἡ σάλπιγξ, ὡς ὕπνου νεκροὶ ἐξανίστανται ζωὴν ποθοῦντες τὴν οὐράνιον δέξασθαι, ἤλπισαν εἰς σὲ τὸν κτίστην καὶ κύριον μὴ κρίνῃς τοὺς δούλους σου. θνητὸς γὰρ ὁ ἀθάνατος δι' ἡμᾶς ἐχρημάτισας. διὰ τοῦτο πρὸ τέλους βοήσωμεν, λέγοντες. Δέσποτα Χριστέ, ὃν ἐξελέξω μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν σου ἀνάπαυσον.

Ὅμοιον.

Ἰδοὺ καὶ τὰ στοιχεῖα, οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ ἀλλαγήσονται, καὶ πᾶσα κτίσις ἀφθαρσίαν ἠμφίασται, λέλυται φθορά, καὶ σκότος ἠφάνισται ἐν τῇ παρουσίᾳ σου. μέλλεις γὰρ πάλιν ἔρχεσθαι μετὰ δόξης, ὡς γέγραπται, ἀποδοῦναι ἑκάστῳ καθὼς διεπράξατο. Δέσποτα Χριστέ, ὃν ἐξελέξω μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν σου ἀνάπαυσον.

Θεοτόκιον. Ὅμοιον.

Φανεὶς ἐκ τῆς παρθένου, παρθενίας με λόγε ἀξίωσον, χορεὶ παρθένων, τὰς λαμπάδας ἀνάψαντες ψάλλουσιν εἰς σὲ, ποθοῦντες τὴν δόξαν σου, καὶ αὖθις συνεισέρχονται. ὥσπερ γὰρ εἰς οὐράνιον τὰ νυμφῶνα χορεύουσι ταῖς φρονίμοις παρθένοι φαιδρῶς συνεισέλθωμεν. ἀνάρχε τριὰς, ὃν ἐξελέξω μετὰ τῶν δικαίων ἀνάπαυσον.

Δόξα. Ἦχος πλ. β'.

Δεῦτε καὶ θεάσασθε ἅπαντες ξένον καὶ φρικτὸν θέαμα τοῖς πᾶσι γνωριζόμενον, τὴν εἰκόνα τὴν νῦν ὁρωμένην, καὶ μηκέτι φροντίζετε τὰ πρόσκαιρα. σήμερον ψυχὴ χωρίζεται τοῦ σώματος πρὸς αἰώνιον κόσμον μεθισταμένη. Εἰς ὁδὸν γὰρ ἀπάγει, ἣν οὐδὲ ποτε ὥδευσε· καὶ εἰς κριτὴν ἀπροσωπόληπτον, ὅπου παρίστανται ἀγγέλων τάγματα. Φοβερὸν γὰρ ἀδελφοί μου τὸ κριτήριον ἐκεῖνο, ὅπου πάντες γυμνοὶ παραστησόμεθα· οἱ μὲν αἰσχυνόμενοι, οἱ δὲ στεφανούμενοι. διὸ βοήσωμεν τῷ ἀθανάτῳ βασιλεῖ. ὅταν μέλλῃς ἐτάζειν τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων, φεῖσαι τοῦ δούλου σου, ὃν προσελάβου, κύριε φιλάνθρωπε.

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Πρεσβείαις τῆς τεκούσης. Εἶτα. Ἀγαθὸν τὸ ἐξομολογεῖσθαι. τὸ, τρισάγιον. Ἀνάπαυσον σωτήρ. Εἰς τὴν κατάπαυσίν σου. Μήτερ ἁγία ἡ τοῦ ἀφράστου. Ἐλέησον ἡμᾶς. Καὶ τὰ λοιπά. καὶ ἡ εὐχή. Ὁ θεὸς τῶν πνευμάτων.

Ὁ ἀσπασμός· καὶ ἀρχόμεθα τῶν τελευταίων ἦχος. β: Δεῦτε τελευταῖον: καὶ τὰ λοιπά, ὡς προεγεγράφησαν ἐν τῇ ἀκολουθίᾳ τῶν μοναχῶν. εἶθ' οὕτως. Δόξα. ἦχος. πλ. β'.

Ὁρῶντες με ἄφωνον καὶ ἄπνουν προκείμενον, κλαύσατε πάντες ἐπ' ἐμοὶ ἀδελφοὶ καὶ φίλοι, συγγενεῖς καὶ γνωστοί. τὴν γὰρ χθὲς ἡμέραν μεθ' ὑμῶν ἐλάλουν, καὶ ἄφνω ἐπῆλθέ μοι, ἡ φοβερὰ ὥρα τοῦ θανάτου. ἀλλὰ δεῦτε πάντες οἱ ποθοῦμενοί μοι, καὶ ἀσπάσασθέ με τελευταῖον ἀσπασμόν. οὐκέτι γὰρ μεθ' ὑμῶν πορεύσομαι, ἢ συλλαλήσω τοῦ λοιποῦ. Εἰς κριτὴν γὰρ ἀπέρχομαι ἔνθα προσωποληψία οὐκ ἔστι. δοῦλος γὰρ καὶ δεσπότης ὁμοῦ παρίστανται, βασιλεὺς καὶ στρατιώτης, πλούσιος καὶ πένης ἐν ἀξιώματι ἴσῳ. ἕκαστος γὰρ ἐκ τῶν ἰδίων ἔργων, ἢ δοξασθήσεται, ἢ αἰσχυνθήσεται. ἀλλ' αἰτῶ πάντας καὶ δυσωπῶ, ἀδιαλείπτως ὑπὲρ ἐμοῦ προσεύξασθαι Χριστῷ τῷ θεῷ. ἵνα μὴ κατατάξω κατὰ τὰς ἁμαρτίας μου εἰς τὸν τόπον τῆς βασάνου, ἀλλ' ἵνα με κατατάξῃ ὅπου τὸ φῶς τῆς ζωῆς.

In Deiparam. *Similis.*

E Virgine ortum virginitatis præmio dona me, ô Verbum: Chori Virginum lampadibus accensis ex affectu gloriam tuam canunt, & rursum conueniunt. Velut enim in cœlestibus in thalamis choreas ducunt prudentes: nos quoque lætanter conueniamus. Trinitas principij expers, electo tuo cum iustis requiem confer.

Gloria. *Tonus obliquus secundus.*

Adeste cuncti & inusitatum horrendumque spectaculum omnibus notum, formam hanc nobis obiectam circumspicite, neque vltra vanis rebus attendite. Anima in mundum alium æternum transferenda, à corpore hodie diuiditur. Via à se hucusque non trita, ad Iudicem minimè personarum acceptorem tendit, corā quo Angelorum ordines astant. Horrendum sanè tribunal illud est cui nudos, hos quidem verecundia perfusos, alios coronatos, nos astare necesse est. Æterno regi propterea clamemus: cùm veneris secreta hominum perscrutari: parce ei, quem assumpsisti, seruo tuo, humane Domine.

Et nunc. *In Deiparam.*

Intercessionibus genitricis tuæ. *Deinde.* Bonum est confiteri. Ter sanctus. Da requiem, Saluator. In requie tua. Ineffabilis Mater sancta. Miserere nostri. *Et reliqua cum Oratione.* Deus spirituum.

Mox datur osculum. Et vltimos Versus cantare incipimus. Tono secundo. Venite vltimum vale. *Et reliqua prout in Monachorum officio præscripta sunt.*

Deinde sic. Gloria. *Tonus obliquus 2.*

Iacentem, tacitum, & spiritu orbatum contemplati me, fratres & amici, affines & noti, super me plangite: hesterna siquidem die vobiscum confabulabar, & repentè mihi tremenda mortis superuenit hora. Adeste, desiderati, & vltimo amplexu vltimum etiam vale dicite: nec enim vobiscum deinceps versabor, aut de reliquo vobiscum colloquia miscebo. Ad Iudicem tendo personarum acceptione nusquam mouendum. Seruus enim & Dominus, Rex & miles, diues & pauper, æquali iudicij conditiono coram eo astant: & ex propriis operibus singuli quique, aut gloria aut confusione compensabuntur. Verum exposco vos omnes, & contestor, vt intermissè pro me Christum Deum deprecemini, ne iuxta delicta in gehennæ loco me condemnet: quin potius in vitæ lumine constituat.

Procedentes autem ad monumentum Sacerdotes. Tractus magni Canonis decantant. Ter ſanctus. In requie tua. Sola pura & illibata. Miſerere noſtri. *Et reliqua prout de more eſt.* Deus ſpirituum. *Et curatur corpus. Et fit perfecta & vltima dimiſſio.*

Ἀπερχόμενοι δὲ εἰς τὸν τάφον, ψάλλουσι οἱ ἱερεῖς II τοὺς εἱρμοὺς τοῦ μεγάλου κανόνος. Τὸ τρισάγιον. Εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου κύριε. Ἡ μόνη ἁγνὴ καὶ ἄχραντος. Ἐλέησον ἡμᾶς. καὶ τὰ λοιπὰ, ὡς συνήθως. Ὁ θεὸς τῶν πνευμάτων. καὶ κηδεύεται τὸ λείψανον. καὶ γίνεται τελεία ἡ ἀπόλυσις.

VARIÆ LECTIONES.

1 Ἀκολουθία νεκρώσιμος.] Vetuſti codices editi legunt τάξις γινομένη ἐπὶ τελευτήσαντι ἱερεῖ.

Nil proprium huiuſcemodi exhibent edita, vel M. S. ſolum eſt Cryptoſ. Beſſarionis in quo ſequens oratio reperitur.

Oratio pro mortuo Sacerdote.

Gratias agimus tibi Domine Deus noſter, &c.

Pax omnibus. Capita noſtra Domino inclinemus. *Sequitur oratio.*

DOmine Dñe Deus noſter, qui in ſapientia tua hominem de terra formatũ in terrã rurſus reuerti propter peccatum ſtatuiſti: qui deducis ad inferos, & reducis: qui occidis, & viuere facis: ſuſcipe animam ſerui tui N. & in ſinibus Abrahæ, requiem illi præbe, pro quibus laborauit: & quia te vt iuſſiſti ſequutus eſt, abundanti tua miſericordia mercedem illi repende: & ſi in aliquo velut homo offendit (tibi enim ſoli à culpa exemptum eſſe conuenit) vt clemens condona: & in ſanctorum manſionibus quietis illi locum largire. *Exclamando.* Gratia & miſerationibus & clementia &c.

Εὐχὴ ἐπὶ τελευτήσαντος ἱερέως.

Εὐχαριστοῦμέν σοι κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν. vt ſupra.

Εἰρήνη πᾶσι. Τὰς κεφαλὰς ἡμῶν τῷ κυρίῳ κλίνωμεν. Εἶτα ἡ εὐχή.

ΚΥριε κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐν τῇ σοφίᾳ σου πλάσας ἐκ γῆς τὸν ἄνθρωπον, καὶ πάλιν εἰς γῆν ἀποστρέφειν νομοθετήσας διὰ τὴν ἁμαρτίαν. ὁ κατάγων εἰς ᾅδου καὶ ἀνάγων· ὁ ἀποκτείνων καὶ πάλιν ζωοποιῶν· πρόσδεξαι τὴν ψυχὴν τοῦ δούλου σου· τοῦ δεῖνος, καὶ ἀνάπαυσον αὐτὸν ἐν κόλποις Ἀβραάμ, καὶ ἀνθ' ὧν ἐκοπίασε, καὶ ἀκολουθήσας σοι ὡς ἐνετείλω, ἄμειψαι αὐτὸν τοῖς πλουσίοις σου οἰκτιρμοῖς. καὶ εἴ τι ὡς ἄνθρωπος ἥμαρτε, σοὶ γὰρ μόνῳ τὸ ἀναμάρτητον πρέπει, συγχώρησον ὡς ἀγαθὸς, καὶ ἀνάπαυσιν ἐν ταῖς μοναῖς τῶν ἁγίων σου δώρησαι. Ἐκφώνως. Χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς.

Adde & è Barberino M.S. orationem aliam pro defuncto Epiſcopo legendam.

Oratio ſepulchralis pro Epiſcopis.

DOmine Ieſu Chriſte, Agne Dei qui tollis peccatum mundi, & afflictos in omni luctu ſubleuas: eſto tuarum ouium conſolator. Beatus eſt verè quem tu elegiſti & aſſumpſiſti, Paſtor noſter: pro paſtorali labore pietatis

Εὐχὴ ἐπιτάφιος εἰς ἐπισκόπους.

ΚΥριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ὁ παρακαλῶν τοὺς ὀλιγοψύχους ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει· αὐτὸς γενοῦ παραμυθία τῶν προβάτων σου. μακάριος ὡς ἀληθῶς ὃν ἐξελέξω, καὶ προσελάβου ποιμένα ἡμῶν. ἀπόδος αὐτῷ ἀντὶ τοῦ ποιμενικοῦ

κόπου μισθὸν εὐσεβείας. ἐξάγαγε αὐτὸν λαμπαδηφόρον εἰς τὸν οὐράνιόν σου νυμφῶνα. παράσχου αὐτῷ ἀγγελικὴν παρρησίαν· ἵνα ἀνεπαισχύντως παραστῇ τῷ ἀπροσίτῳ σου θρόνῳ· καὶ ἡμῶν δὲ περιποίησαι κύριε κατὰ τὸ πρέπον καὶ ἀρέσκον τῇ σῇ μεγαλειότητι. ὅτι σὺ εἶ ἡ ζωὴ, καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν· καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

mercedem illi repende. In cœlestem thalamum tuum, illum lampadem manu gestantem extolle: Angelicam libertatem illi tribue, vt inaccesso tuo throno inconfusus assistat. Nos vero, prout decet & magnitudini tuæ placitum est, tutare. Quia tu es vita, & spes nostra, & tibi gloriam rependimus: Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

IN OFFICIVM FVNEREVM IN SACERDOTEM mortuum. Notæ.

1 ΑΚολουθία νεκρώσιμος εἰς ἱερέα.] Nonnulla scribit Symeon Thessal. non huic modo, sed & aliis exequiarum officiis percipiendis idonea. Περὶ κηδείας τῶν ἱερέων, ἔτι δὲ καὶ μοναχῶν καὶ λαϊκῶν. *De cura pro mortuis Pontificibus, sed & Monachis adhuc, & Laicis habenda.* Τὸν δέ γε ἀρχιερέα μὲν ὄντα, καὶ ἱερέα χερσὶν ἱερέων οἰκονομεῖ ἡ ἐκκλησία, ὡς ἱερὸν ὅλον ὄντα. καὶ ἐνδύματα ἱμάτια τοῦ ἰδίου σχήματος τοῦτον ἐνδιδύσκουσι. πρότερον μὲν αὐτοῦ τὸ σῶμα ἀπονίπτοντες ὕδατι μόνῳ διὰ σπόγγου σταυροειδῶς, εἰς τύπον τοῦ ἱεροῦ βαπτίσματος· κατά τε τὸ μέτωπον καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς, τὰ χείλη τε, καὶ τὸ στῆθος, καὶ ἔτι τὰ γόνατα καὶ τὰς χεῖρας. εἶτα δὲ περιζωννῦντες αὐτὸν τὰ ἀρχιερατικὰ καὶ ἱερατικὰ περιβάλλουσιν ἄμφια, καὶ ὑποδήματα καινὰ ἐμβάλλουσιν εἰς τοὺς πόδας· εἰς τὰς χεῖρας δὲ τὸ ἱερὸν διδόασιν εὐαγγέλιον, ὃ δὴ καὶ πρότερον ἀναγινώσκεται ἐπ᾽ αὐτὸν, ὡς εὐαγγελικῶς ζήσαντα· ἅμα δὲ καὶ ἱλασμὸν καὶ ἁγιασμὸν αὐτοῦ ἐκ τῶν θείων λογίων. ἐπὶ τούτῳ δὲ καὶ ἅπασαν ἀκολουθίαν λεκτέον ἐπὶ τοῖς ἱερωμένοις. ἐπὶ δὲ μονάζουσι τὸ ψαλτήριον· ὃ καὶ φυλάσσεται παρὰ τοῖς πολλοῖς, ἔτι καὶ ἕως τοῦ νῦν λέγεται· καὶ οὕτω τῆς εὐχῆς ὡς ἔθος ἄρχεται σὺν τῷ τρισαγίῳ. καὶ τὸ θυμίαμα τῷ θεῷ προσαγόμενον εἰς ἱλασμόν ἐστιν ὑπὲρ τοῦ κειμένου, καὶ δεῖγμα τῆς εὐσεβείας αὐτοῦ καὶ ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ ζωῆς εὐωδεστάτης οὔσης καὶ καθαρᾶς. εἶτα αἴρουσι καὶ μετὰ λαμπάδων κομίζουσι τὸ θεῖον ἐκεῖνο καὶ ἀκατάπαυστον ἀντιτυποῦντες φῶς. εἰ δέ γε μοναχὸς ὁ τελευτήσας ἐστὶ, μετὰ τὸ ἀποσπογγίσαι σταυροειδῶς, τὰ τοῦ σχήματος ἐνδιδύσκουσι, καὶ τὴν μανδύαν ἄνωθεν ἐπιφάπλουσιν, ὡς καὶ ὡς τάφος ἐστὶν αὐτῷ· καὶ σταυροὺς ἄνωθεν ποιοῦντες διὰ τὸν Χριστὸν ᾧ ἐσταύρωται, καὶ εἰκόνα αὐτοῦ ὃν περ ἠγάπησεν ἐπάνω τιθέασιν. ὁμοίως καὶ ἐν λαϊκοῦ γίνεται. καθαρὰ γὰρ ἐνδύουσιν ἀπὸ τῶν συνήθων· ἄνω δὲ τούτων ἱερὸν τιθέασιν ἔπιπλον, σημαῖνον ὅτι πιστός τε καὶ ἱερὸς, καὶ ὑπὸ τὴν σκέπην τοῦ θεοῦ ἐστι. καὶ εἰκὼν ἐπάνω τούτου διὰ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν τίθεται, καὶ ὅτι τούτῳ παρέδωκε τὴν ψυχήν. ἐν τῷ ἐπάγεσθαι δὲ ἱερωμένοις καὶ λαϊκοῖς, ὁ τρισάγιος μετὰ μέλους ᾄδεται ὕμνος, ἤτι καὶ τῆς τριάδος οἱ τελευτῶντες δοῦλοι, καὶ ταύτην ἐκήρυξαν. καὶ ἐν αὐτῇ τετελείωνται, καὶ ἐν αὐτῇ πορεύονται, καὶ σὺν ἀγγέλοις ταχθήσονται τοῖς τὸν τρισάγιον ὕμνον ἀπαύστως ᾄδουσι. τίθενται δὲ ἐν τῷ ναῷ. ἀρχιερεῖς μὲν πρὸ τῶν ἁγίων θυρῶν, ἤτοι ἐγγυτέρω αὐτῶν· οὓς ὁ ἱερὸς Διονύσιος καὶ τοὺς ἱερεῖς εἰς τὸ θυσιαστήριον φησὶ τίθεσθαι, ἔνθα καὶ τὰ τῆς ὑπηρεσίας αὐτῶν. τοὺς λαϊκοὺς δὲ κατὰ μέσον τοῦ ναοῦ ὅπου καὶ τὴν τάξιν τῆς στάσεως ἔχουσιν. ἀλλ᾽ οὐχ οὕτω νῦν γίνεται· πάντας γὰρ τιθέασι μεσαίτατα τοῦ ναοῦ. *Pontificem quidem siue Sacerdotem, vt sacrum ex integro existentem, Sacerdotum manibus pertractari, & proprijs ordinis sui vestimentis indui præcipit Ecclesia. Et primo quidem spongia aqua sola impleta, in sacri baptismatis memoriam, in fronte, & in oculis, & in labiis, & in pectore, & in genubus, & in manibus cruciformiter abluunt. Mox Pontificiis siue Sacerdotalibus indumentis circumdant, & nouos calceos immittunt in pedes. Lectum deinde super illum sacrum Euangelium manibus eius tradunt; Euangelice siquidem vixit ille, & à diuinis verbis, tum sanctimoniam, tum Dei beneuolentiam comparauit. Ad hæc pro sacris viris integrum officium decurrendum est: pro Monachis quoque totum psalterium quod à plerisque obseruatur, & vsque hodie factitatur, recitandum. His peractis precibus dant initium, & Hymno ter sancto. Thus autem incensum iacentis nomine oblatum Deo, in animæ eius cum ipso reconciliationem, & in deuotæ rectæque eius fidei, & suaueolentis puræque vitæ argumentum cedit. Exinde diuinum illud & interminandum lumen repræsentantes, cum cereis corpus efferunt. Si vero vita functus fuerit Monachus, postquam in crucis modum abstersèrint aqua, Monachalibus eum circumdant vestibus, & Mandyam desuper, qui ei sepulchrum efficitur, consuunt: & propter Christum cui ipse fuerat crucifixus, plures efformant cruces, & eius quem dilexit imaginem superimponunt. Idem pariter in Laico obseruatur. Ex consuetis siquidem & nitidioribus illum ornant vestimentis, & in diuinæ protectionis signum, & quia sacer est effectus, sacrum quoque super eum velum extenditur: propterque fidem in eum prius habitam, & quia ipsi animam reddidit, ipsius illi sacra imago imponitur. Siue autem sacratos viros siue Laicos efferant, Ter sanctus Hymnus suaui voce modulantur; siue quia Trinitatis fuerint serui, vita functi, siue quia illam prædicauerint, & in illa fuerint consummati, & cum illa proficiscuntur, siue quia cum Angelis Ter sanctum Hymnum illum irrequiete concinentibus, sint aggregandi. Deponuntur autem in templo, Pontifices quidem ad sacras fores proxime, quos sicut & Sacerdotes ad altare vbi ministeria exercent locari Dionysius describit: Laicis ad templi medium, vbi stationis ordinem obtinent, locus conceditur. Nusquam autem id obseruatur, verum omnes ex æquo in medio templi deponuntur.* Hæc Symeon.

2 Τρεῖς ἱερεῖς καταβιβάζουσιν αὐτόν.) Nil mirum si Sacerdoti demortuo alii Sacerdotes vulgo iusta parentent: neque enim ipsi sanctimonia vitæ & ætate graues Episcopi, pietatis hoc officium mortuis persoluere sunt auersati. Macrinæ quidem

Araxius, & frater eius Gregorius Nyssenus, cum duobus de Clero selectioribus, ipso Gregorio ita scribente. ὑπέδυν τὴν κλίνην ἐγὼ κἀκεῖνον Ἀράξιον ἐπὶ τὸ ἕτερον μέρος προσκαλεσάμενος· ἄλλων τε δύο τῶν ἐν τῷ κλήρῳ τετιμημένων τὸ ὄπισθεν μέρος ὑπολαβόντων, καὶ τὰ ἑ. *Ego*, ait ille, *feretrum subiens Araxium Episcopum aduocaui, vt alteram partem sustineret: posteriores vero feretri partes subierunt de Clero duo alii insignes viri &c.* Paulæ vero viduæ ij de quibus Hieronymus ait. *Translata Episcoporum manibus, & ceruicem feretro subiicientibus, cum alii Pontifices cereos lampadesque præferrent, alii psallentium choros ducerent, in medio Ecclesiæ spelunca Saluatoris est posita.* Hoc idem initæ prius in vita societatis, & in eodem statu vnitatis argumentum ostentant illi ordines, qui Sacerdotes à Sacerdotibus, Laïcos à Laïcis aliis: pares denique à suis similibus funerea obsequia recipere suis institutis præscribunt: eoque fideliores in persoluendis his iustis & necessariis officiis se Græci præbent, vt etiam pestifera lue sublatis sacris viris ad tumulum efferendis Sacerdotes alij si non sponte oblati, saltem datis sortibus educti, nullatenus se possint subtrahere aut excusare.

3 Ἀποσπογγίζουσιν αὐτὸν μετὰ ἐλαίου.] Eam se Sacerdotum & Monachorum cadaueribus reuerentiam ex suis Synodalibus decretis debere existimant Græci, vt etiam ad lotionem nunquam illa denudent, similique erga parentes motus pietate Gregorius Nyssenus, vt ipse in Macrinæ vita de se testatur, illorum ossa nuda coram se vllo modo detegi, nusquam permisit.

4 Μετὰ ἐλαίου καθαροῦ.] Mortuorum corpora aqua emundata, nec non aromatibus & vnguentis delibuta sepulta fuisse à Christianis ex Tertulliani Apolog. contra gentes, ex Amphilochio in Basilij vita, ex S. Ephræm hunc cultum sibi post mortem exhiberi sollicite prohibentis testamento, & ex Baronio anno 310. colligere licet: at ne sacrum huiusmodi ritum abiecisse videantur Græci, Sacerdotis cuiuscumque corpus desuper linteo tectum, spongia oleo puro imbuta leuiter respergunt, & ad alia iusta persoluenda procedunt. Chrismate autem sacro vnctionem huiusmodi peractam fuisse, non ex antiqua modo traditione tenent, sed & Euchologium Cryptof. eidem consuetudini attestatur, vbi oleum vel Chrisma tumulo inijciendum scripsit superius fol. 543. sed & circa duodecimum sæculum apud Alexandrinam Ecclesiam adhuc viguisse manifestat Balsamon his verbis: ἀρχαῖον ἔθος εἰς τὴν τῶν Ἀλεξανδρέων ἐκράτησε χώραν τοὺς τελευτῶντας ἱερεῖς καὶ ἀρχιερεῖς διὰ ἁγίου μύρου χρίεσθαι, καὶ ἐνταφιάζεσθαι. *Vsus hic in Alexandrinorum regione ab antiquo inualuit, vt Sacerdotum & Pontificum mortuorum corpora sacro Chrismate vngerent, & tumulo reconderent*: eos vero quia μεγάλης κολάσεως ἀξίους, *non leui pœna dignos* pronunciat, ne suum ipse ritum damnaret, morem huiusmodi damnãdũ Græcos alios iam ab antiquo reliquisse testatur.

5 Ενδύουσιν αὐτὸν τὰ ἐξ ἔθους.] Consuetis Clericalibus indumentis Sacerdotes, sicut & Monachos vita functos propriis inuolui, tum recentia, tum antiqua exempla declarant. Studiosè vero hæc sibi ad sepulturam præparauisse veteres, Gregorij Nysseni de se ipso testimonium manifestat, qui vestiendæ sorori Macrinæ, (distractis in pauperes vestibus & facultatibus propriis) paratam suæ sepulturæ vestem protulit. Lampadiam enim Diaconissam virginum choro præfectam, & sorori post mortem curandæ, intentam, vbi interrogat, εἰ τὴν ἐμὴν πρὸς τὴν ταφὴν ἐπιμελείαν προσαγάγοι μοι; *Quid si ad funus ornandum ex iis quæ mihi parata sunt aliquid proferam?* Mox subdit: ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἔδοξε, καὶ ἔδει περιβαλεῖν ταῖς ἐσθῆσι ἱερὸν ἐκεῖνο σῶμα· ἐγὼ μὲν τὴν ἐσθῆτι τῶν ἐμῶν τινὶ προσαγαγεῖν ἐκελευσάμην. *Cum igitur ita visum esset, & sacrum illud corpus tegi vestibus oporteret, ego quidem imperaui cuidam ex meis vt vestem afferret.*

6 Εἶτα τὴν ἱερατικὴν στολὴν ἅπασαν.] Sacerdotes & Pontifices non nisi cum vestibus sacris quondam sepultos fuisse, ipsa eorum monumenta si aperiantur, clare certoque testarentur. Et Baronius quidem anno 310. de sancto Marco Alexandriæ Episcopo scribit, illum vestibus Sacerdotalibus albi coloris, colobio, & homophorio tectum, perinde ac viuentem in S. Marci Christi discipuli sede collocatum, odoribus incensis fumantibus, & delibutum vnguentis sepulturæ mandatum. Cutbertum quoque sanctum Pontificem, *vestimento Sacerdotali indutum*, mox fuisse sepultum, enarrat Beda apud Amalarium lib. 4. de off. cap. 42. De S. Martiano Presbytero idem refert Gregorius Turonensis. Hanc porro consuetudinem à Syluestro iniuriæ rebus sacris illatæ nomine damnatam, ob consuetum saltem vsum tolerandam acriter propugnat Suarez tom. 3. disp. 81. sect. 8. dicens. Certum esse si de vsu sit sermo, solere Sacerdotes & Pontifices vestibus benedictis indutos sepeliri, eamque consuetudinem licitam esse, & religioni & pietati satis consentaneam: nam actus sepeliendi defunctum actus pietatis est, & circa personam sacram potest esse actus religionis: ergo in hoc nihil est indecens minusue expediens. A sæcularium tamen corporibus remouent sacri Canones quascumque res sacras, maxime altaris Pallas: Decretum de Consecr. dist. 1. cap. Nemo. Antisiodorensis Concilij cap. 12. & Aruernensis cap. 3. Prohibet quoque Canon 83. Trullanus ipsis post mortem Euchatistiam communicari: quamuis Balsamon Pontificibus exhiberi scribat in eundem Can. τὸ μὲν τοι χειρίζεσθαι τοῖς ἀρχιερεῦσι μετὰ τελευτὴν τὸν ἅγιον ἄρτον καὶ οὕτως ἐνταφιάζεσθαι· νομίζω γίνεσθαι εἰς ἀποτροπὴν τῶν δαιμονίων, καὶ ἵνα δι' αὐτοῦ ἐφοδιαζόμενοι πρὸς οὐρανὸν ὁ τὸ μεγάλῃ καὶ ἀποστολικῷ καταξιωθεὶς ἐπαγγέλματι. *Quod sanctus panis post mortem Antistitibus tradatur, & sic sepeliantur, existimo fieri, ad auertendos dæmones, vt & per ipsum tanquam viaticum deducatur ad cœlum, qui magna & Apostolica professione dignus est habitus.*

7 Σκεπάζεται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ.) Defuncti Sacerdotis ex reuerentia studiosissime faciem tegunt Orientales, & velo maiori altaris, Aere dicto, obducunt. Quod factitatum olim à Latinis prohibet Concilium Aruernense anno 541. celebratum cap. 3. *De opertorio Dominici corporis seu palla altaris nunquam Sacerdotis corpus dum ad tumulum euehitur, obtegatur: quia sacro velamine vsibus suis reddito, dum honorantur corpora, altaria polluuntur.* Polluti tamen altaris suspicionem à se remouent Græci, Aerem dictum, eodem quo mortuum sepulchro recondentes.

8 Τὰ μανουάλια σταυροειδῶς.) Candelabra quatuor; ad pedes vnum, ad caput alterum, & duo hinc inde ad latera, crucem efficiunt.

9 Τὰ εὐλογητάρια.) Hæc & cuncta quorum initialia solum verba hic citantur, in superioribus officiis sunt requirenda.

10 Κύριε τῶν δυνάμεων) Quis sit huius orationis sensus & scopus nota 23. primi exequiarum officij exponitur.

11 Τοῖς εἱρμοῖς τοῦ μεγάλου κανόνος.) Magnus Canon, longior est Hymnus à B. Andræa Cretensi compositus, prima quadragesimæ hebdomade, iuxta Triodij ritum decantandus: cui Tractus præmissi, quia lugubres & cordis compunctionem cientes, legi præcipiuntur.

1 ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ ΝΕΚΡΩΣΙΜΟΣ ΕΙΣ κοσμικοὺς ἄνδρας.

Ὁ κατοικῶν ἐν βοηθείᾳ τοῦ ὑψίστου, ἀλληλούϊα. κανών.

Ὠδὴ α΄. ἦχος πλ. δ΄.

Ὑγρὰν διοδεύσας.

Τῶν ζώντων ὑπάρχων Χριστὲ ζωὴ, καὶ τῶν τεθνεώτων ἀνάστασις ἀληθῶς, τὸν πιστῶς θανέντα ἐπ' ἐλπίδι, τῆς αἰωνίου ζωῆς καταξίωσον.

Τῆς ἐν παραδείσῳ θείας τρυφῆς, καὶ τῆς μακαρίας τῶν ἀγγέλων διαγωγῆς νῦν ἀδόξον μέτοχον οἰκτίρμον, ὃν προσελάβου πιστὸν νῦν οἰκέτην σου.

Ὁ φύσει ὑπάρχων τῇ θεϊκῇ ἀθάνατος μόνος, τῶν θνητῶν δὲ τὸ ἀσθενὲς γινώσκων, τὸν δοῦλόν σου θανέντα ἀθανασίας μελλούσης ἀξίωσον.

Θεοτόκιον.

Ἡ μόνη κυήσασα ἐν σαρκὶ, πηγὴν ἀφθαρσίας, καὶ ἀνάστασιν, καὶ ζωὴν, ἀπαύστως δυσώπει ὑπὲρ πάντων, τῷ μεταστάντι δοθῆναι ἀνάπαυσιν.

Ὠδὴ γ΄. Οὐρανίας ἁψῖδος.

Οὐρανίου σου δόξης καὶ φωταυγοῦς λάμψεως, καὶ αἰωνιζούσης οἰκτίρμον, μακαριότητος, μέτοχον ποίησον τὸν ἐξ ἡμῶν μεταστάντα εὐσεβῶς οἰκέτην σου, ἐκδυσωποῦμέν σε.

Τὰς ἐμὰς ἁμαρτίας ἃς ἐν κρυφῇ ἔπραξα, καὶ τὰς χαλεπὰς ἀσθενείας ἃς ἐπλημμέλησα, παρίδε δέομαι, ὁ σὸς κραυγάζει οἰκέτης, δι' ἡμῶν τῶν δούλων σου, εὔσπλαγχνε κύριε.

Τέλος ἔχοντα τοῦ βίου καὶ ὑπὸ γῆν κείμενον τῆς ἀτελευτήτου σου δόξης κοινωνὸν ποίησον, δέσποτα κύριε, ὃν ἐξ ἡμῶν προσελάβου, ὀρθοδόξῳ πίστει σε, σῶτερ, λατρεύσαντα.

Θεοτόκιον.

Παναγία παρθένε, τὸ τοῦ θεοῦ σκήνωμα, ἡ τοὺς κευθμῶνας τοῦ ᾅδου τῷ θείῳ τόκῳ σου ἀναμοχλεύσασα, τῷ ἐξ ἡμῶν μεταστάντι τὴν διαιωνίζουσαν ἄφεσιν δώρησαι.

OFFICIVM FVNEREVM PRO VIRIS sæcularibus.

Qui habitat in adiutorio altissimi. Alleluia. *Canon.*

Canticum primum. Tonus obliquus quartus. Humidum sulcans.

Christe, qui viuorum vita, & mortuorum resurrectio es vere, fidelem defunctum in spe, æternæ vitæ consortem redde.

Diuinæ paradisi voluptatis, & beatæ Angelorum societatis participem fac, ô clemens, quem nunc assumpsisti famulum tuum fidelem.

Qui diuinâ tuâ naturâ solus immortalitatem obtines, & mortalium infirmitatem nouisti, seruum tuum defunctum immortalitate futura dona.

In Deiparam.

Quæ sola incorruptionis fontem & resurrectionem vitamque carne peperisti: iugiter pro cunctis exora, vt defuncto detur requies.

Canticum tertium. Cœlestis tabernaculi.

Cœlestis tuæ gloriæ, irradiantisque splendoris, & æternæ beatitudinis, participem fac, ô misericors, defunctum deuotum famulum tuum, te precamur.

Peccatis clam à me perpetratis, grauibusque quibus deliqui defectibus, ne attendas precor: per nos seruos tuos, tuus ad te clamat famulus, misericors Domine.

Finem vitæ nactum, sub terra iacentem, interminatæ tuæ gloriæ compotem redde, Dominator Domine, quem à nobis assumpsisti, recta semper fide obsequutum, Saluator.

In Deiparam.

Sanctissima Virgo, Dei habitaculum, quæ inferni antra diuino tuo partu depopulata es, huic à nobis profecto sempiternam remissionem largire.

Deinde memoria mortui agitur.

Sequitur Modulus.

Vere vana sunt omnia.

Canticum quartum. Audiui Domine.

Peccata iuuentutis, optime Saluator, & ignorantias meas ne memineris, clamat seruus tuus in sepulchro iacens supinus.

De humanæ conditionis infirmitate, Verbum apprime eruditum: serui tui peccatis non attendens, tuis sanctis eum aggrega.

Paradisi ciuem, & futuri tui splendoris participem fidelem tuum famulum effice, te precamur Domine.

In Deiparam.

Optima Domina, optimũ Dominum ex te natum deprecare, vt indemnatum in iudicio famulum tuum renunciet.

Canticum quintum. Vt quid me repulisti.

Vita negligenter transacta decessi, & nunc eloquio priuatus in sepulchro supinus iaceo, & quæ me suscitet, vltimam tubam expecto: ita defunctus exclamat. Verum Christum rogate amici, vt me ouibus à dextris annumeret.

Apostolorum, Sanctorum, Martyrum coronis inclitorum, te sacer cœtus exorat, Saluator, vt in Abrahæ sinu quem euocasti mortuum colloces: vbi lumen vultus tui splendescit, valde misericors Christe.

Qui compassionis affectu inferni portas contriuisti Domine, fidelem seruum tuum cum æternæ vitæ spe tua voluntate vita functum, in Abrahæ sinibus requiescere concede.

In Deiparam.

Sanctissima virgo, sanctissimi Verbi genitrix, in tabernaculis iustorum sanctorum interuentu, eum qui è terris migrauit requiescere expostula: tu quæ fidelium protectrix haberis.

Canticum sextum.

Propitius esto mihi Saluator.

E sæculi vita doloribus agitata migrantem, quem aduocasti fidelem, precibus omnium sanctorum certaminibus inclitorum Martyrum, doloribus exemptam sortem consequi, Christe, largire.

In multa negligentia vitam consumpsi, & nunc ex ea migrans tremendum præstolor tribunal: in eo incondemnatum me Iesu serua, exclamat seruus tuus.

Εἶτα μνημονεύει. καὶ ἰδιόμελον.

Ἀληθῶς ματαιότης τὰ σύμπαντα.

Ὠδὴ δ'. Εἰσακήκοα κύριε.

Ἁμαρτίας νεότητος, σῶτερ, καὶ ἀγνοίας μου ὑπεράγαθε, μὴ μνησθῇς κράζει ὁ δοῦλός σου μεταστὰς ἐν τάφῳ κατακείμενος.

Ἀνθρωπίνης ὑπάρξεως, λόγε, ἐπιστάμενος τὴν ἀσθένειαν, τοῦ σοῦ δούλου τὰ ἐγκλήματα παριδὼν ἁγίοις τοῦτον σύνταξον.

Παραδείσου ἀνάδειξον, κύριε, πολίτην καὶ τῆς μελλούσης σου, κοινωνὸν θείας λαμπρότητος, τὸν πιστόν σου δοῦλον δυσωποῦμέν σε.

Θεοτοκίον.

Ὑπεράγαθε δέσποινα, λόγον ὑπεράγαθον ὃν ἐκύησας, ἐκδυσώπει, τὸν οἰκέτην σου ἐν τῇ κρίσει δεῖξαι ἀκατάκριτον.

Ὠδὴ ε'. Ἵνα τί με ἀπώσω.

Ἀμελείᾳ συζήσας τέθνηκα, καὶ ἄφωνος τάφῳ κατάκειμαι, καὶ νῦν ἀναμένω τὴν ἐσχάτην ἐγεῖραί με σάλπιγγα, ὁ θανὼν κραυγάζει. ἀλλὰ Χριστὸν αἰτεῖσθε φίλοι, δεξιοῖς ἀριθμῆσαι προβάτοις με.

Ἀποστόλων, ἁγίων δῆμος, ἀθλοφόρων τε θεῖος κατάλογος, δυσωπεῖ σε σῶτερ, ἀναπαῦσαι πιστὸν ὃν μετέστησας Ἀβραὰμ ἐν κόλποις, ἔνθα τὸ φῶς τοῦ σοῦ προσώπου καταλάμπει Χριστὲ πολυέλεε.

Ὁ συντρίψας τὰς πύλας τῇ συγκαταβάσει σου τοῦ ᾅδου κύριε, Ἀβραὰμ ἐν κόλποις ἀναπαύεσθαι τοῦτον ἀξίωσον τὸν πιστόν σου δοῦλον, τὸν ἐπ' ἐλπίδι μεταστάντα αἰωνίου ζωῆς τῇ προστάξει σου.

Θεοτοκίον.

Παναγία παρθένε, ἡ τὸν ὑπεράγιον λόγον κυήσασα, ἐν σκηναῖς δικαίων μεσιτείαις ἁγίων σου αἴτησαι ἐπαναπαύσασθαι τὸν ἀπὸ γῆς νῦν μεταστάντα, προστασία τῶν πιστῶν χρηματίζουσα.

Ὠδὴ ς'.

Ἱλάσθητί μοι σωτήρ.

Τῆς ἐπωδύνου ζωῆς τοῦ βίου μεταχωρήσαντα, τῆς ἀνωδύνου Χριστὲ, ἀξίωσον λήξεως πιστὸν ὃν μετέστησας, ἱκεσίαις, πάντων τῶν ἁγίων ἀθλοφόρων σου.

Ἐν ἀμελείᾳ πολλῇ τὸν βίον μου κατηνάλωσα, καὶ μεταστὰς τὸ φρικτὸν προσαναμένω κριτήριον, ἐν ᾧ ἀκατάκριτον διατήρησόν με Ἰησοῦ, βοᾷ ὁ δοῦλός σου.

Ἐν

Ἐν συμπαθείᾳ πολλῇ δακρύσατέ με φιλόχριστοι, καὶ τὸν τῶν ὅλων θεὸν θερμῶς ἐξαιτήσασθε, τοῦ διαπαύσαι μετὰ τῶν ἁγίων, ὁ θανὼν βοᾷ οἰκέτης σου.

Θεοτόκιον.

Καὶ ζώντων καὶ τῶν νεκρῶν προστασία ἁγνὴ ὑπάρχουσα, δυσώπησον τὸν ἐκ σοῦ τεχθέντα θεὸν ἡμῶν τῆς μερίδος μέτοχον τῆς τῶν σωζομένων ἀπεργάσασθαι τὸν δοῦλόν σου.

Κοντάκιον. ἦχος πλ. δ'.

Μετὰ τῶν ἁγίων ἀνάπαυσον. ὁ οἶκος.

Αὐτὸς μόνος ὑπάρχεις ἀθάνατος, καὶ τοῖς λοιποῖς.

Ὠδὴ ζ'. Οἱ ἐκ τῆς Ἰουδαίας.

Ὁ ἐκ γῆς διαπλάσας τῶν βροτῶν τὴν οὐσίαν, τῆς οὐρανίου σου χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης κηρυγάζοντα τὸν πιστὸν μεταστάντα ἀνάπαυσον. ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν θεὸς εὐλογητὸς εἶ.

Ὁ ἀμέτρητον ἔχων εὐσπλαγχνίας οἰκτίρμον πέλαγος κύριε, τὸν δοῦλόν σου μὴ κρίνῃς· ἀλλ' οἴκτειρον καὶ δόξης μελῳδοῦντα ἀξίωσον. ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν θεὸς εὐλογητὸς εἶ.

Πλημμελήσας ἐν γνώσει καὶ ἀγνοίᾳ τοῦ βίου πέρας ἐδέξατο ὁ δοῦλός σου οἰκτίρμον, διὸ ἀτελευτήτου ζωῆς τοῦτον ἀξίωσον. ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν θεὸς εὐλογητὸς εἶ.

Θεοτόκιον.

Ἡ τὸν εὔσπλαγχνον λόγον ἀπορρήτῳ λοχείᾳ κυοφορήσασα, τρυφῆς τοῦ παραδείσου καὶ δόξης αἰωνίου μεταστάντα ἀνάπαυσον, ταῖς μητρικαῖς σου λιταῖς τὸν πιστὸν σου οἰκέτην.

Ὠδὴ η'.

Νικηταὶ τυράννου.

Ἡ ζωὴ τῶν ζώντων ὁ θανὼν, καὶ θάνατον νεκρώσας, σῶτερ, ζωῆς ἀϊδίου, καὶ φωτὸς τὸν δοῦλόν σου μέτοχον δεῖξον, οὗ ἀπέδρα λύπη, στεναγμὸς, καὶ δάκρυα, τοῦτον κατάταξαι, εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Ἀδελφοὶ, καὶ φίλοι, συγγενεῖς, καὶ γνώριμοι, ἐκδυσωπεῖτε τὸν θεὸν τῶν ὅλων παραδείσου δεῖξαί με τερπνὸν πολίτην, καὶ ἁγίων δήμοις νῦν συναριθμῆσαί με, κράζει ἀοράτως ὁ μεταστὰς τοῦ βίου.

Ὄμματα ἐσβέσθη, χεῖρες ἐφησύχασαν ὁμοῦ καὶ πόδες, ἀκοὴ καὶ γλῶσσα, πάλαι ῥητορεύουσα ἐπαυσεπαύσθη, καὶ ἐν τάφῳ πάντα κεῖται ἀνενέργητα. δεῦτε τὴν βροτείαν θρηνήσατε οὐσίαν.

Multo compassionis affectu deflete me, Christi amantes, & vt cum Sanctis nanciscar requiem, Deum omnium feruenter interpellate: ita mortuus exclamat famulus tuus.

In Deiparam.

Viuorum & mortuorum protectio es, ô pura, Deum nostrum ex te natum propterea exora, vt saluandorum partis consortem seruum tuum efficiat.

Breuiculum. Tonus obliquus quartus.

Cum Sanctis requiem præsta. *Ædes.*

Solus ipse immortalis existis. *Et reliqua.*

Canticum septimum. Qui è Iudæa.

Qui è terra mortalium condidisti substantiam, in cœlesti tuo gaudio & lætitia fideli tuo vita functo requiem præbe, dum clamat. Benedictus es Deus patrum nostrorum.

Qui immensa humanitatis & misericordiarum copia gaudes, Domine, seruum tuum ne damnes, quin potius miserere; & gloria tua dignum effice clamantem: Benedictus es Deus patrum nostrorum.

Ex scientia vel ignorantia peccans seruus tuus vitæ finem attingit, ô misericors, æternam illi idcirco vitam largire. Benedictus es Deus patrum nostrorum. *In Deiparam.*

Quæ secreto & incognito partu clementem Deum edidisti, maternis tuis precibus fideli famulo tuo in Paradisi voluptate, & gloria æterna requiem impetra.

Canticum 8.

Tyranni victores.

Viuorum vita, qui mortuus & mortem interimens, Saluator, visus es: æternæ idcirco vitæ, luminisque consortem seruum tuum effice: vnde abest tristitia, suspirium, lachrymæ, illum per cuncta sæcula colloca.

Fratres & amici, affines & noti, Deum omnium exorate, vt me lætum Paradisi ciuem renunciet, Sanctorumque cœtibus me nunc annumeret: clamat inuisibiliter qui è vita excessit.

Extincta sunt oculorum lumina, manus, pariterque pedes quieuere, auditus & eloquens quondam lingua iam siluit, & actibus suis orbata cuncta iacent in monumento: Adeste, & mortalem materiam plangite.

Misericordiæ amator, dilige quem assumpsisti seruum tuum, & ne damnatum à te remittas, iustam tuam legem si fortè neglectui habuit: nouisti enim misericors, mortalium infirmitatem inconfusè à te, ex Virgine assumptam.

In Deiparam.

Lucidissima porta, vt nosti, à Deo penetrata; famulo tuo cœlestes portas recludi efflagita, vt te in requie celebret, sola generis hominum protectio.

Canticum nonum.

Omnis auditus contremuit.

Mortuus est creaturæ legibus, sepulchrum lugubre incolit, vltimam Angeli tubam expectans, qui à nobis migrauit, Verbum Dei, propterea rogamus, vt dextra tua statione eum, Christe, velis honoratum.

Domine, solus Rex, cœlesti regno dona, quem è viuis fidelem famulum tuum euocasti, te rogamus: incondemnatum eum tunc præserua, cum singuli mortales tibi Iudici suo iudicandi adstabunt.

Corpus quidem terra sepelitur, anima vero incognitis sedibus locatur, futuram mortuorum expectans resurrectionem; in ea, benigne Saluator, seruum tuum gloria decoratum, Sanctis aggrega; & in finibus Abrahæ requiescere largire. *In Deiparam.*

Illibata & pura Domina, Filium tuum, Iudicem & Deum nostrum, pro defuncto seruo tuo feruenter exora, vt in terra viuentium, vbi nunquam lux occũbit, cum electis omnibus mansionẽ ei sempiternã præstet, perpetua Virgo.

Versus similares. Tonus obliquus 2.

Desperata.

A fratribus meis exclusus, & ab amicis diuisus, ex monumenti fœtore, spiritu inclamo. Ne delicta mea perscruteris in iudicij hora, ne lachrymas meas despicias, Angelorum gaudium: sed ei quem iussu tuo assumpsisti, Domine, propter magnam misericordiam tuam, requiem largire.

Peccatorum luto infixus, & rectorum habituum decore nudatus, ego vermium esca, spiritu inclamo. Ne me miserum à facie tua proiicias: ne me à sinistris colloces, Conditor meus: sed ei, quem iussu tuo mundo eduxisti, Domine, propter magnam misericordiam tuam, requiem largire.

Θελητὰ ἐλέους, θέλησον τὸν δοῦλόν σου ὃν προσελάβου, καὶ μὴ ἀποπέμψῃς σου καταμελήσαντα τοῦ νόμου δικαίου. οἶδας γὰρ οἰκτίρμον, τὴν βροτῶν ἀσθένειαν ταύτην ἐκ παρθένου φορέσας ἀσυγχύτως.

Θεοτόκιον.

Η φωτεινοτάτη πύλη ἣν διώδευσε θεός, ὡς οἶδας, πύλας οὐρανίους ἀνοιγῆναι αἴτησαι τῷ σῷ οἰκέτῃ, ὅπως σὲ δοξάζῃ, ἐπαναπαυόμενος. μόνη προστασία τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων.

Ωδὴ θ'. Εφριξε πᾶσα ἀκοή.

Τέθνηκε φύσεως θεσμοῖς, καὶ τὸν τάφον κατοικεῖ τὸν ἐπώδυνον, ἀπεκδεχόμενος τὴν δι' ἀγγέλου ἐσχάτην σάλπιγγα ὁ μεταστάς, λόγε θεοῦ διὸ δυσωπούμενοί σε, τῆς δεξιᾶς αὐτὸν καταξίωσον Χριστὲ θείας στάσεως.

Κύριε μόνε βασιλεῦ, βασιλείας οὐρανίου ἀξίωσον ὃν νῦν μετέστησας πιστὸν σου δοῦλον παρακαλοῦμέν σε, καὶ ἀκατάκριτον αὐτὸν τότε διατήρησον, ἡνίκα ἅπας βροτὸς παραστήσεται τῷ κριτῇ μέλλων κρίνεσθαι.

Τέθαπται σῶμα μὲν ἐν γῇ, ἡ ψυχὴ δὲ ἐν ἀδήλοις τοποθέτεται προσδοκαμένουσα τὴν ἐσομένην νεκρῶν ἀνάστασιν, ἐν ᾗ φιλάνθρωπε σῶτερ, λαμπρύνας τὸν δοῦλόν σου, ἁγίοις συνταξον, καὶ ἐν κόλποις Αβραὰμ διαναπαυσον.

Θεοτόκιον.

Αχραντε, δέσποινα ἁγνὴ, τὸν υἱόν σου καὶ κριτὴν καὶ θεὸν ἡμῶν ὑπὲρ τοῦ δούλου σου τοῦ μεταστάντος θερμῶς ἱκέτευσον, ἐν χώρᾳ ζώντων ἔνθα φῶς ὑπάρχει τὸ ἄδυτον, κατασκηνῶσαι αὐτὸν μετὰ πάντων ἐκλεκτῶν ἀειπάρθενε.

Στιχηρὰ προσόμοια. ἦχος πλ. β'.

Η ἀπεγνωσμένη.

Απηγορευμένος τοῖς ἀδελφοῖς μου, καὶ κεχωρισμένος τῶν προσφιλῶν μου κραυγάζω τῷ πνεύματι ἐκ τάφου δυσωδίας. μή μου τὰ πλαίσματα ἐτάσῃς ἐν τῇ κρίσεως ὥρᾳ· μή μου τὰ δάκρυα παρίδῃς, ἡ χαρὰ τῶν ἀγγέλων. ἀλλ' ἀνάπαυσον ὃν προσελάβου τῇ προστάξει σου κύριε, διὰ τὸ μέγα σου ἔλεος.

Βορβορωμένος ταῖς ἁμαρτίαις, καὶ γεγυμνωμένος κατορθωμάτων, κραυγάζω τῷ πνεύματι, ἡ βορὰ τῶν σκωλήκων· μή με τὴν τάλαιναν ἀπορρίψῃς ἀπὸ τοῦ σοῦ προσώπου· μή με ἐξ εὐωνύμων στήσῃς ὁ χερσί σου με πλάσας. ἀλλ' ἀνάπαυσον ὃν προσελάβου τῇ προστάξει σου κύριε, διὰ τὸ μέγα σου ἔλεος.

Γένος καὶ πατρίδα νῦν καταλείψας, μόνος ἐπορεύθην στενὴν τρίβον, καὶ τάφῳ ἐγκέχωσμαι, ὡς δυσώδης σαπρία· οἴμοι, οὐδεὶς ὁ βοηθῶν μοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ· ἀλλ' ἀνάπαυσον ὃν προσέλαβες τῇ προστάξει σου Κύριε, διὰ τὸ μέγα σου ἔλεος.

Δεῦτε καὶ θεάσασθε ἅπαντες.

Ζήτει εἰς τὸ τῶν ἱερέων.

Δεῦτε τελευταῖον ἀσπασμόν. Ποῖος χωρισμὸς ὦ ἀδελφοί, ποῖος κοπετός, ποῖος θρῆνος ἐν τῇ παρούσῃ ζωῇ. Δεῦτε νῦν α΄.

Ἄρτι ἡ τοῦ βίου πονηρά.

Ζήτει εἰς τὸ τῶν μοναχῶν.

Μέγας ὁ κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς, μέγας στεναγμὸς καὶ ἀνάγκη.

Βλέποντες προκείμενον νεκρόν.

Δεῦτε οἱ ἀπόγονοι Ἀδάμ.

Ὅτε ἐκ τοῦ σώματος ψυχή, μέλλει μετὰ βίας.

Δεῦτε ἐν τῷ τάφῳ ἀδελφοί.

Οὕτως ματαιότης καὶ φθορά, πάντα τὰ τοῦ βίου ἡδέα.

Πάντα τὰ τοῦ σώματος νυνὶ ὄργανα.

Σῶζε, τοὺς ἐλπίζοντας εἰς σέ.

Δόξα. Καὶ νῦν. Ἦχος. πλ. β΄.

Ὁρῶντές με ἄφωνον καὶ ἄπνουν. Προεγράφη εἰς τὴν ἱερέων, καὶ μετὰ τὸν ἀσπασμόν. Τρισάγιον, καὶ χρίεται ὁ κοιμηθεὶς παρὰ τοῦ ἱερέως λέγοντος. Ὁ πιστεύων εἰς πατέρα, υἱόν, καὶ ἅγιον πνεῦμα. Εἶτα τίθεται ἐν τῷ μνήματι. καὶ λαβὼν ἔλαιον ποιεῖ σταυρούς, γ΄. ἐπάνω αὐτοῦ ψάλλων τό, ἀλληλούϊα. καὶ τοὺς εἱρμοὺς τοῦ μεγάλου κανόνος. Ὁ Θεὸς τῶν πνευμάτων. εἶτα μικρὰ ἐκτενή. Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ Θεός. Μετὰ τὴν ἐκφώνησιν. Ὁ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν. Καὶ γίνεται τελεία ἀπόλυσις.

Genere & patria derelictis, insueta solus procedo semita, & sepulchro velut fimus fœtidus condor: heu, nullus illa in hora fert opem: sed ei, quem iussu tuo migrare fecisti, Domine propter misericordiam tuam, requiem largire.

Adeste & contemplemini omnes.

Require cætera in officio Sacerdotum.

Venite salutem vltimam. Qualis planctus, Fratres, qualis luctus, in præsenti vita. Adeste nunc &c.

Maligna modo &c.

Require in Monachorum officio.

Quam ingens luctus, quam ingens planctus, eiulatus & angustia, fol. 536.

Iacentem coram oculis mortuum *Ibidem.*

Adeste filii Adam *Ibid.*

Cum ab horrendis Angelis *Ibid.*

Adeste fratres, & in sepulchris *Ibid.*

Quæcumque iucunda, vel honore fol. 537.

Omnia nunc corporis membra *Ib.*

Salua sperantes in te *Ibid.*

Gloria. Et nunc. *Tonus obliquus sec.*

Iacentem, tacitum & spiritu orbatum contemplati. *Prout in officio pro Sacerdotibus præscriptum est. Et dato osculo.* Ter sanctus. *Et vngitur defunctus à Sacerdote dicente.* Credens in Patrem, & Filium, & sanctum Spiritum. *Tum monumento clauditur. Et accepto oleo ter in modum crucis superessundit dicens:* Alleluia, *& Tractus magni Canonis* Deus spirituum. *Additur protensa precatio minor.* Miserere nostri Deus. *Et post exclamationem.* Qui à mortuis surrexit. *Et fit perfecta dimissio.*

IN OFFICIVM FVNERVM VIRORVM SÆCVLARIVM Notæ.

1 Ἀκολουθία νεκρώσιμος εἰς κοσμικοὺς ἄνδρας.] Librorum Ecclesiæ Græcæ Venetiis edendorum præpositus, exploso antiquo discrimine in officiis funereis pro viris, mulieribus, & pueris defunctis reperto, vnum omnibus commune supra positum sola generis, id est sexus & ætatis, mutatione obseruata persoluendum censuerat, in annotatione ad calcem eiusdem officii adiecta: nunc memoriæ lapsum passus, officium antiquum viris proprium, in vetustis editis legendum, præcedentibus apposuit, muliebre omisit ex integro, quod vero puerorum est, totius Euchologici operis calci, Pœnitentia forsan ductus adiecit. Nos ne ista antiquitatis & relictæ pietatis monumenta pereant, præcedenti pro viris, aliud pro mulieribus ex vetustis codicibus huc transferendum, & quod puerorum est tandem, ex operis calce in locum proprium reponendum censuimus. Quamuis quod ad funereũ muliebre officiũ spectat, non valde antiquum opiner: cum illud omnino taceant M. S. cuncta, nec in eis vlla pro mortuis mulieribus oratio specialis occurrat.

CANON FVNEREVS PRO MVLIERIBUS DEFUNCTIS.

Canticum primum. Tonus obliquus secundi.
Quasi in terra.

QVam à nobis assumpsisti in tabernaculis iustorum aggrega, Saluator bone, nec eius delicta ab ea in vita commissa respicias.

Quam tremendum est mortis periculum, quam metuenda, quæ ibi est damnatio, Fratres: propterea nunc Christum rogemus, vt defuncta ista pacem reperiat & misericordiam.

O Iesu, quam sapienter peccati pretium mortem fidelibus in vitæ resurrectionem proferre fecisti? eius propterea quam è terra sustulisti, miserere, Saluator.

En qualia sunt huius vitæ pulcherrima & venustissima: cuncta illa velut vmbra prætereunt, & cito marcescũt. Contemplemur diligentius sepulchra in quibus ossa omnia nudata sunt, & caro omnis velut puluis exaruit.

In Deiparam.

Secrete & mystice imaginem tuam delineauit Moyses, illibata Deipara, dum te quondam viuam diceret columnam, & arcam auream in qua sancta quæque reponerentur.

Canticum tertium. In te Christe.

Mortalibus quondam vt peccare, ita & emori contigit, ô Verbum, tu vero peccati expers vt clemens & immortalis, à tremendo iudicio ancillam tuam libera, Saluator.

O quam horrendum est defunctam hanc in manus Dei viuentis incidere! Parce itaque, Domine, ancillæ tuæ ab intoleranda damnatione, & gloriæ tuæ participem eam effice.

Acerbus est certe tumuli lapis, sicut & quæ sub eo latent inferni tormenta, quandoquidem omnia corruptione & horrore plena sunt. Adeste itaque & quid deinceps euademus, contemplemur.

In Deiparam.

Scala quam in spiritu Iacob vidit, te prænunciabat, ô Virgo, in ea namque

ΚΑΝΩΝ ΑΝΑΠΑΥΣΙΜΟΣ ΕΙΣ κοιμηθείσας γυναῖκας.

Ὠδὴ α'. Ἦχος πλ. β'.
Ὡς ἐν ἠπείρῳ.

ΗΝ ἐξ ἡμῶν προσελάβου, ὡς ἀγαθὸς, ἐν σκηναῖς τῶν δικαίων σου, συναρίθμησον, σωτὴρ· παρορῶν τὰ πταίσματα αὐτῆς, ὅσα ἥμαρτε σωτὴρ, ἐν βίῳ τελοῦσα.

Ὡς φοβερὰ τοῦ θανάτου ἡ ἀπειλὴ, καὶ φρικτὴ ἡ κόλασις ἡ ἐκεῖθεν, ἀδελφοί· διὸ νῦν αἰτήσωμεν Χριστὸν, τὴν θανοῦσαν ἱλασμὸν εὑρεῖν καὶ ἔλεος.

Τῆς ἁμαρτίας τὴν λύσιν, τοῖς δὲ πιστοῖς Ἰησοῦ τὸν θάνατον πρὸς ἀνάστασιν ζωῆς ὡς σοφὸς ἐπήγασας· διὸ ἣν μετέστησας ἐκ γῆς σῶτερ ἐλέησον.

Ἰδοὺ τὰ κάλλη τοῦ βίου, καὶ τὰ φαιδρὰ ὡς σκιὰ παρέρχονται, καὶ μαραίνεται ταχύ· ἐν τοῖς τάφοις ἴδωμεν, ἐν ᾧ τὰ ὀστᾶ ἡμῶν γυμνὰ, καὶ πᾶσα σὰρξ ὡσεὶ χοῦς.

Θεοτόκιον.

Κρυφιομύστως ἐδήλου ὁ Μωϋσῆς, θεοτόκε ἄχραντε, τὴν εἰκόνα σου στῦλος, ὥσπερ σὲ πάλαι ἔμψυχόν ποτε, καὶ χρυσῆν τε κιβωτὸν, ἐν ᾗ τὰ ἅγια.

Ὠδὴ γ'. Ἐν σοὶ Χριστέ.

Βροτοῖς ἐπῆλθεν ἀπ' ἀρχῆς τὸ ἁμαρτάνειν λόγε, ὡς καὶ τὸ θνήσκειν πᾶσι βροτοῖς· σὺ δὲ ὁ ἀναμάρτητος, ὡς ἀγαθὸς ὑπάρχων καὶ ἀθάνατος, ῥῦσαι τῆς κρίσεως σῶτερ, τὴν δούλην σου.

Ὅπως ὑπάρχει φοβερὸν, τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας ζῶντος θεοῦ τὴν τεθνήξασαν. διὸ φεῖσαι τῆς δούλης σου, ἐκ τῆς ἀστέκτου, κύριε, κολάσεως, καὶ δόξης μέτοχον τῆς σῆς ἀνάδειξον.

Πικρὸς ὁ λίθος τῆς ταφῆς, καὶ τὰ ἐντὸς τοῦ ᾅδου, πολλῶν δακρύων γέμει σαφῶς ὅτι τὰ πάντα γέμει φθορᾶς καὶ φρίκης ἀνάμεστα, ὦ φίλοι· δεῦτε κατίδωμεν τί γενησόμεθα.

Θεοτόκιον.

Ἣν εἶδε κλίμακά ποτε ὁ Ἰακὼβ, προέφηνε, σὲ προεδήλου ἐν πνεύματι, ἐν ᾗ ἄγγελοι γε-

γέλων κάτω ἰόντων ἢ ἄνωθεν ἐλθόντων, τὴν θείαν γέννησιν προλειτουργοῦντα πιστῶς.

Τροπάριον. ἦχος πλ. δ'.

Ἐν κόλποις Ἀβραάμ, καὶ χώρᾳ τῶν ἐκλεκτῶν καταξίωσον Χριστὲ ὁ θεός, τὴν μεταστᾶσαν δούλην σου κατασκηνῶσαι, ὡς εὔσπλαγχνος, προσδεχόμενος κραυγάζω σοι. δεδοξασμένος εἶ, ὁ προστάξας τὴν ἐκ γῆς πορεύεσθαι.

Ὠδὴ δ'. Χριστός μου δύναμις.

Ἐν βίβλῳ ἔγγραφον τῶν ἐκλεκτῶν Χριστέ, τὴν ψυχὴν τῆς σῆς δούλης ὡς ἀγαθός, τὰ ἐν βίῳ πταίσματα συγχωρῶν νῦν, ὡς ἀγαθός, καὶ ὑπάρχων ἀναμάρτητος.

Τῆς ἄνω δόξης σου, καὶ τῆς ἀρρήτου τρυφῆς, ἔνθα ἑορταζόντων θεῖος χορὸς σε δοξολογεῖ Χριστέ, τὴν μεταστᾶσαν ἀπὸ γῆς ὡς οἰκτίρμων σὺ ἀνάπαυσον.

Ὁ τάφος γὰρ διασπορὰ συγγενῶν, χωρισμός τε φιλίας, καὶ τῶν τερπνῶν πάντων ἀλλοτρίωσις. ἰδοὺ ψυχή μου ταπεινή ποῦ πατὴρ, καὶ ἀδελφός τίς ἐστιν;

Θεοτόκιον.

Μυστικῶς πνεύματι παρθένε ἄχραντε Γεδεὼν, ἐν τῷ πόκῳ τὴν ἐπὶ σοὶ κάθοδον τοῦ λόγου, τρανῶς γὰρ νάμα δρόσου ἐμφανῶς εἰκονίζων σου τὴν σύλληψιν.

Ὠδὴ ε'.

Θείῳ φέγγει σου ἀγαθέ.

Ἐν χώρᾳ ζώντων ὡς ἀγαθός, καὶ ἐν ταῖς σκηναῖς τῶν ἐκλεκτῶν τὴν μεταστᾶσαν ἀξίωσον, καὶ μὴ καταισχύνῃς αὐτὴν, φιλάνθρωπε, ἐν ὥρᾳ ὅταν μέλλῃς κρίναι τὸν κόσμον σου.

Οὐκ ἔτι ᾅδης ὁ δυσμενὴς εἴργει τὰς ψυχὰς τῶν ἐκλεκτῶν τῆς παραβάσεως κρίματι· νῦν Χριστῷ γὰρ πάντες πιστῶς συμμορφωθέντες, αὐτοὶ τὸν θάνατον πρὸς θείαν ζωὴν ἀμείβουσι.

Φρικτὸς ὁ θρόνος σου ὁ θεός. ἄφεκτος ἡ κρίσις ἡ ἐκεῖ· καὶ ἡ ἐξέτασις ἄφυκτος· τότε ῥῦσαι λόγε θεοῦ τὴν δούλην σου τοῦ βίου τὰς εὐθύνας μὴ λογιζόμενος.

Θεοτόκιον.

Εἰσάγει νυμφίου σε ὁ Δαβὶδ, ὡς ὡραϊσθεῖσαν, κάλλει μὲν τοῦ θείου πνεύματος, πάναγνε, τοῦ νυμφίου λόγου προϋπογράφουσαν, τὰ σύμβολα τοῦ τόκου διδοὺς τοῖς ἔθνεσι.

Ὠδὴ ς'.

Τοῦ βίου τὴν θάλασσαν.

Αἰτοῦμαί σε κύριε ἐκτενῶς, ὑπὲρ πιστῆς γυν-

Angelorum descendentium susque remeantium progressio diuinæ filii tui natiuitati ministerium fidele pollicebatur.

Modulus. Tonus obliquus quartus.

In Abrahæ sinu, in electorum regione ancillam tuam vita iam functam commorari concede, Christe Deus, in te sperans exclamo. Benedictus es, qui iussisti, vt quæ è terra forent orta, in terram reuerterentur.

Canticum quartum. Christus virtus mea.

In electorum libro ancillæ tuæ animam, vt benignus, Christe, describe: condonatis omnibus vitæ delictis, vt pius, & absque peccato.

In superna gloria & nunquam enarranda voluptate, vbi sacer est festum agentium chorus, translatam ex hac vita te, Iesu, semper laudare, vt misericors concede.

Affinium disgregatio est monumentum, à iucundis & amicis separatio est, & ab omnibus alienatio: en abiecta anima, vbi hic pater aut frater est?

In Deiparam.

Verbi diuini illapsum in te, Virgo illibata, in spiritu vellere mystice repræsentat Gedeon, conceptu tuo roris stillicidio, adumbrato.

Canticum quintum.

Diuino fulgore ô bone.

In viuorum regione, & in tabernaculis iustorum vita functam, vt bonus colloca: & ne confundas eam, ô clemens, cum mundum tuum iudicaueris.

Non vltra transgressionis sententia hostiliter nobis infensus infernus iustorum animas coërcet: omnes namq; Christo configurati fideles, mortem in diuinam vitam commutant.

Tremendum est, ô Deus, tribunal tuum, intolerandum est iudicium illud, & examen ineuitandum: ancillæ tuæ animam tunc, ô Verbum, libera, nec ab ea pœnas pro vita sua exigas.

In Deiparam.

Vt venustam sponsi Verbi, & diuini Spiritus ornatam sponsam te purissima, Dauid inducit: figurasque & signa fœtus tui Gentibus cunctis profert.

Canticum sextum.

Vitæ mare.

Intense te Domine, pro fideli & vera

tua supplice precamur; vt ei commissarum in vita offensarum veniam dones, & dextræ iustorum sortis eam consortem renuncies.

Vitæ vulnera & omnium delictorum onus tua humanitate, ô bone subleua, in te namque confisa vita hæc functa, obdormiuit in pace.

Intentus de repente ingruens velut matutinum florem, vitam exiccauit & amarus sepulchri lapis charissima nostra contegit: vana sunt verè cuncta, quæ nobis iucunda in hac vita videntur. *In Deiparam.*

Nubem te, Virgo, Esaias manifeste vocauit, in qua Christus lux inaccessa corporaliter insedit; & inscitiæ meæ tenebras illustrauit.

Breuiculum. Tonus obliquus quartus.

Qui vitæ omnium mortisque potestatem habes, tuoque iussu cum placuerit, cunctos hinc educis, Domine, illi quam è mundo sustulisti, vt clemens, requiem præbe.

Ædes. Ipse solus existis *Require in officio Sacerdotum.*

Canticum septimum. Roriferum quidem.

Non est homo qui non delinquat, solus mundi Conditor, intente propterea te rogamus, fideli ancillæ tuæ, quæ in mortali vita peccauit, ô Deus condona.

Rigida mortis sententia præuisa, cuncti post mortem è terra translatæ vt veniam donet Christum deprecemur: quia nulla ei lex imposita est, sed sua suprema vtitur potestate.

Eius quam vocasti, vt diuinæ tuæ carnis & sanguinis particeps fieret miserere, Saluator, fide namque hanc seruauit, licet operibus in multis in vita sua deliquerit.

In Deiparam.

Conceptus & partus tui, diuinus Iacob fidem confirmaturus, lapide immutato mystice columnam erexit, vt fidelissimus testis incarnati ex te Verbi illibata Deipara, factus.

Canticum octauum.

E flamma sanctis.

Ne supplicantes pro anima ad te Deum clementem translatæ, licet à peccato immunis, nos despicias: vt tu, velut Deus & solus misericors, eam in regione iustorum constituas.

σίας σου ἱκέτιδος, τὴν δωρήσασθαι λύσιν ὡς ἀγαθὸς, εἰς σὲ ἐν βίῳ διήμαρτε, δεξιᾶς κληρουχίας τ' ἀξιῶσαι αὐτήν.

Τοῦ βίου τὰ στίγματα, καὶ τὸ ἄχθος τῶν πολλῶν ἁμαρτημάτων κύριε τῷ ἐλέει σου κούφισον, ἀγαθὲ, εἰς σὲ γὰρ ἐλπίζουσα ἡ θανοῦσα ἐν πίστει σῇ κεκοίμηται.

Περικύψας ὁ θάνατος ὥσπερ ἄνθος τὴν ζωὴν ἑωθινὸν ἐξήρανεν, ὁ λίθος ἐκάλυψεν ὁ πικρὸς ἡμῶν τὰ ποθούμενα, ὄντως μάταια πάντα τὰ τοῦ βίου τερπνά.

Θεοτόκιον.

Νεφέλην σε κέκραγεν Ἡσαΐας ἐμφανῶς, ἐν ᾗ Χριστὸς ἐκάθητο, τὸ ἀπρόσιτον σέλας σωματικῶς, παρθένε πανύμνητε, ὁ φωτίζει τὸ σκότος τῆς ἀγνοίας μου.

Κοντάκιον. Ἦχος. πλ. δ'.

Ὁ τῆς ζωῆς τῶν ἁπάντων, καὶ τοῦ θανάτου ἐξουσιάζων. μεταστέλλων δὲ πάντας σῷ προστάγματι, ὅταν θέλῃς· ἐλέησον κύριε, καὶ ὃν προσελάβου ἀνάπαυσον ὡς φιλάνθρωπος.

Ὁ οἶκος. Αὐτὸς μόνος ὑπάρχεις Ζήτει εἰς τὸ τῶν ἱερέων.

Ὠδὴ ζ'. Δροσοβόλον μέν.

Ἐν ἀνθρώποις μὲν οὐκ ἔστιν ὃς οὐχ ἥμαρτε, μόνος δημιουργὲ τοῦ παντὸς, διὰ τοῦτό σοι ἐκτενῶς δεόμεθα, πιστῇ τῇ δούλῃ σου, ἄφες ὁ θεὸς ὅσα ἐν βίῳ τῷ φθαρτῷ, σῶτερ, σοι ἥμαρτεν.

Τὸ ἀνήμερον βροτοῖς τὸ τῆς νεκρώσεως, προβλέποντες οὖν ἅπαντες, ἱκετεύσωμεν τῷ Χριστῷ δοθῆναι ἱλασμὸν, τὴν πίστει μετέστησεν ἐκ γῆς, ὅτι οὐ νόμος παρ' αὐτῷ· ἀλλ' ἐξουσία κρατεῖ.

Ἣν ἐκάλεσας, τῆς θείας σου νῦν μέτοχον γενηθῆναι σαρκὸς καὶ τοῦ αἵματος κοινωνὸν, ἐλέησον σωτὴρ, ὡς πίστει φυλάξασαν αὐτὴν, εἰ καὶ τοῖς ἔργοις πολλά σοι ἥμαρτεν.

Θεοτόκιον.

Τὸ παράδοξον τοῦ τόκου σου πιστούμενος, ἄχραντε θεοτόκε ἁγνὴ, ὁ θεσπέσιος Ἰακὼβ, τὸν λίθον μυστικῶς ἀμείψας ἀνήγειρε στήλην, πιστότατος ὡς μάρτυς ὢν, τοῦ σαρκωθέντος ἐκ σοῦ.

Ὠδὴ η'.

Ἐκ φλογὸς τοῖς ὁσίοις.

Μὴ παρίδῃς τοὺς αἰτοῦντας, ὡς ἀναμάρτητος, ὑπὲρ τῆς μεταστάσης πρὸς σὲ τὸ εὔσπλαγχνον. ὅπως ὡς θεὸς καὶ μόνος πολυέλεος ταύτην κατατάξῃς ἐν χώρᾳ τῶν δικαίων.

Ἡ ἡμέρα ἐκείνη μεστὴ κλαυθμοῦ ἐστι, καὶ ἡ ὥρα πικρίας καὶ φρίκης γέμουσα. πάντες γὰρ γυμνοὶ ἐκεῖ τότε παρίστανται· ἧς φεῖσαι καὶ ῥῦσαι τὴν δούλην σου οἰκτίρμων.

Ἀναπαύσεως κόλπου σῶτερ τὴν δούλην σου, καὶ τρυφῆς παραδείσου ταύτην ἀξίωσον. σὲ γὰρ ἐπὶ γῆς πιστῶς αὕτη ἐλάτρευσε. σὺ ἐπταισμένων παράσχου τὴν συγγνώμην.

Θεοπίκιον.

Ὁ ἐν γράμμασι νόμος τὴν κιβωτὸν σεμνύει, ὁ τῆς χάριτος λόγος τὴν θεοτόκον ὑμνεῖ, ὅθεν ὁ Χριστὸς σαρκωθεὶς ἐπεδήμησεν, ὃν ὑπερυψοῦμεν εἰς αἰῶνας.

Ὠδή. Θεοτόκιον. Σὲ μεγαλύνομεν.

Σὺ ὡς ἐπίστασαι τῆς φύσεως τὸ ἄτονον, τὴν συγγνώμην εὔσπλαγχνε σωτὴρ, τῇ σῇ πιστῇ οἰκέτιδι τῶν ἁμαρτημάτων παράσχου· καὶ πύλας τοῦ νυμφῶνος, καὶ τῆς τρυφῆς αὐτῇ διάνοιξον.

Ὢ ποία ἔτασις καὶ κρίσις ἀναμένει ἡμᾶς; ποῖος φόβος καὶ τρόμος, ἀδελφοί, ἐν ᾗ στοιχεῖα τήκεται, καὶ τρέμει ἡ κτίσις; νῦν δεῦτε προσπέσωμεν Χριστῷ τοῦ σῶσαι ἣν μετέστησεν.

Πῦρ μὲν τὸ ἄστεκτον, καὶ σκότος τὸ ἐξώτερον, καὶ σκώληξ εὐτρεπίζεται ἡμῖν ἁμαρτωλοῖς ἀκοίμητος ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀπαραιτήτου ἀνάγκης, τότε φεῖσαι ἣν δούλην σου μετέστησας.

Θεοτόκιον.

Σὲ προεφήτευσεν ἐσφραγισμένην πύλην σαφῶς ὁ Ἠσαΐας ὁ ἐν προφήταις θαυμαστὸς, ἐν ᾗ ὁ λόγος πνεύματι πατρὸς προεγράφη· ἣν πίστει ὡς θεοῦ μητέρα σέβω, καὶ μεγαλύνω, καὶ ἀνυμνῶ, τὴν ᾠδὴν ἐκπληρῶν.

Συναπτὴ μικρά· καὶ τὸ Ἐξαποστειλάριον.

Νῦν ἀνεπαυσάμην, καὶ εὗρον ἄνεσιν πολλήν. ὅτι μετέστην ἐκ φθορᾶς· καὶ μετετέθην εἰς ζωὴν, κύριε δόξα σοι.

Εἰς τοὺς αἴνους στιχηρά. ἦχος πλ. β'.

Ἡ ἀπεγνωσμένη.

Ζωοποιηθεῖσα ἡ ἐφθαρμένη τῇ σεπτῇ ἐγέρσει σου ζωοδότα βοᾷ σοι ἐκ μνήματος ἡ πρόξενος θανάτου, μή με τὴν ἄσωτον ἐκβάλῃς ἐξ Ἐδὲμ, ὡς τὸ πρότερον, μή μοι τὴν θύραν ἀποκλείσῃς, ὡς ἐν τῇ παραβάσει. ἀλλ' ἀνάπαυσον ἣν προσελάβου τῇ προστάξει σου κύριε, διὰ τὸ μέγα σου ἔλεος.

Ἡ ἐπαινουμένη ἐν εὐμορφίᾳ, καὶ κεκοσμημένη τοῖς χρυσοτεύκτοις, ἰδοὺ διαλέλυμαι ὡς πηλὸς ἐν τῷ τάφῳ. δεῦτε κατίδετε πατέρες, τὸ κάλλος

Dies illa dies planctus est, acerbitatis & horroris hora plena, omnes enim ibi nudi astant, ab ea parce, & vindica ancillam tuam, misericors.

Quietis sinu & Paradisi voluptate, ancillam tuam hanc, Saluator, dignam redde, te namque in vita fideliter coluit: tu delictorum veniam concede.

In Deiparam.

Scriptis lex exarata arcam suam, ô Veneranda celebrat; te vero Deiparam gratiæ sermo laudat, inde Christus incarnatus processit, quem superexaltamus in sæcula.

Canticum nonum. Te celebramus.

Tu qui naturæ nostræ infirmitatem nosti, Saluator benigne, delictorum veniam famulæ tuæ præbe: & thalami voluptatisque tuæ illi portas pande.

Quale examen iudiciumque, Fratres, quantus tremor, & horror nos manet? tabescent tunc elementa, omnisque creatura contremiscet: Adeste iam & Christo procidamus, vt quam è sæculo euocauit, saluet.

Intolerādus ignis, tenebræ exteriores, vermisque peccatoribus in die ineuitabilis angustiæ præparatur: in ea famulæ tuæ, quæ hinc decessit, veniam dona.

In Deiparam.

Te Esaias inter Prophetas mirandus agnouit, signatam portam in qua Patris Verbum Spiritu descriptum est, eius vero canticum adimplens, te fide vt Dei matrem colo, magnifico, & celebro.

Dicatur Collecta minor, & Amandatoriū.

Quiete iam perfruor & libertatem multam sortita sum, à corruptione namque decessi, & in vitam translata sum. Gloria tibi Domine.

Ad Laudes, Versus. Tonus obliquus 2.

Desperata.

Mortis conciliatrix mulier mortis corruptione fœtida, veneranda resurrectione tua vitæ iam reddita, è sepulchro exclamat: ne me prodigam vt prius, ex Edem eiicias: ne mihi, vt in transgressionis hora Paradisi portam occludas: sed ei quam mandato tuo è terra assumpsisti, propter magnam misericordiam tuam, Domine, requiem præbe.

Vultus specie decora, aureisq. vestibus prius compta, en vt lutum in sepulchro dissoluor. Adeste, patres, & venustatem extinctā contēplemini: adeste matres,

quomodo emarcessit caro, respicite; & cum lachrymis exclamate: Ei quam mandato tuo è terra extulisti, propter magnam misericordiam tuam, Domine, da requiem. *Similis.*

Impuberes puellæ, virgines, & vnigenitæ recenter nuptæ, morte ingruente ad sepulchrum deducuntur: cunctas ob culpam auctricis nostri generis corrumpit infernus cunctas ob protoparentis delictum lethum extingunt.

Verum ei quam mandato tuo è terra sustulisti, Domine propter magnam misericordiam tuam da requiem.

Gloria Et nunc. *In Deiparam.* Deum ex te incarnatum nouimus. *Et reliqui Versus.* Venite vltimum vale dicamus. *Et solitum officium, ordo, & dimissio peragitur, vt præscriptum est supra.*

CANON FVNEREVS PRO PVERIS vita functis.

Cticum primum. Tonus obliquus quartus.

Mare peragrans.

Domine puero da requiem.

VErbum Dei, egenum carne factum, cui absque mutatione infans fieri complacuit: in sinu Abrahæ precamur, quem assumpsisti puerum colloca.

Puer in terris visus es, qui ante sæcula existis: & pueris, vt bonus tuum regnum es pollicitus, illi præsentem puerum annumera.

Gloria.

Priusquam delectabilium terræ experimentum sumeret, innocentem puerum Christe Saluator, æternis cumulaturus bonis, vt benignus assumpsisti. *In Deiparam*

Sapientiam Verbumque Patris quæ peperisti, animæ meæ graue vulnus sana, & cordis mei dolorem tempera.

Canticum tertium. Cœlestis fornicis.

Ante omnia perfectum Verbum, perfectus puer visus es, imperfectum ætate ad te translatum puerum cum iustis omnibus tibi placitis colloca, solus humanus.

πῶς ἐσβέσθη. δεῦτε ἐμβλέψατε μητέρες, ἡ σὰρξ πῶς ἐμαράνθη, καὶ βοήσατε μετὰ δακρύων. τῇ προστάξει σου κύριε, ἣν προσελάβου, ἀνάπαυσον.

Ὅμοιον.

Θυγατέρες ἄνηβοι, καὶ παρθένοι ἐν νεογαμίαις, μονογενεῖς τε τῷ τάφῳ προπέμπονται, θανάτου ἐπελθόντος, πάσας λυμαίνεται ὁ ἅδης, διὰ τῆς ἀρχιγόνου, πάσας ὁ θάνατος μαραίνει, διὰ τοῦ πρωτοπλάστου. ἀλλ' ἀνάπαυσον ἣν προσελάβου, τῇ προστάξει σου κύριε, διὰ τὸ μέγα σου ἔλεος.

Δόξα. Καὶ νῦν. Θεοτόκιον. Θεὸν ἐκ σου σαρκωθέντα ἔγνωμεν. Καὶ τὰ λοιπὰ στιχηρά. τὸ, Δεῦτε τελευταῖον ἀσπασμόν. Καὶ ἡ συνήθης ἀκολουθία· καὶ ὁ τύπος, καὶ ἀπόλυσις· ὡς προεγράφησαν ἅπαντα.

ΚΑΝΩΝ ΑΝΑΠΑΥΣΙΜΟΣ ΕΙΣ ΝΗΠΙΑ τελευτήσαντα.

Ὠδὴ α'. ἦχος πλ. δ'.

Ὑγρὰν διοδεύσας.

Κύριε ἀνάπαυσον τὸ νήπιον.

Ο Σαρκὶ πτωχεύσας λόγε θεοῦ, καὶ βρέφος γενέσθαι εὐδοκήσας δίχα τροπῆς· Ἀβραὰμ ἐν κόλποις δυσωπούμενος, ὃ προσελάβου κατάταξον νήπιον.

Παιδίον ὡράθης ὁ πρὸ παντὸς αἰῶνος ὑπάρχων, καὶ παιδίοις ὡς ἀγαθὸς, τὴν σὴν ἐπηγγείλω βασιλείαν. ἧς τὸ παρὸν συναρίθμησον νήπιον.

Δόξα.

Πρὸ τοῦ τῶν ἡδέων τῶν ἐπὶ γῆς ἐν πείρᾳ γενέσθαι προσελάβου Χριστὲ σωτὴρ, τὸ ἀμέμπτον βρέφος, αἰωνίων καταξιῶν ἀγαθῶν, ὡς φιλάνθρωπος, Θεοτόκιον.

Σοφίαν καὶ λόγον τὸν τοῦ πατρὸς ἀφράστως τεκοῦσα, τῆς ψυχῆς μου τὸ χαλεπὸν θεράπευσον τραῦμα, καὶ καρδίαν τὴν ἀλγηδόνα κατάπραϋνον. Ὠδὴ γ'. Οὐρανίας ἀψίδος.

Ο προτέλειος λόγος, βρέφος ὤφθεις τέλειον, βρέφος ἀτελὲς ἡλικίᾳ πρὸς σὲ μετέστησας. ὅπερ ἀνάπαυσον μετὰ δικαίων ἁπάντων εὐαρεστησάντων σοι, μόνε φιλάνθρωπε.

Τὸν

Τῶν τοῦ κόσμου ἡδέων ἁρπαγέντα ἄγευστον, τῶν ὑπερκοσμίων οἰκτίρμον ἀγαθῶν μέτοχον δεῖξον δεόμεθα τὸ ἀδιάφθορον βρέφος. ὅπερ μετατέθηκας διὰ προστάξεώς σου.

Οὐρανίων θαλάμων, καὶ φωταυγοῦς λήξεως, καὶ ἱερωτάτης χορείας ἁγίων κύριε, μέτοχον ποίησον τὸ καθαρώτατον βρέφος, ὅπερ ὡς ηὐδόκησας σῶτερ μετέστησας. Θεοτόκιον.

Ἀπορήσας ἐκ πάντων, ἐπὶ τὴν σὴν, ἄχραντε δέσποινα, καὶ μόνην προσφεύγω σκέπην, βοήθει μοι. πολλὴν συνῆψα γὰρ τῆς ἁμαρτίας τὸν πλοῦτον, ἀρετῶν πτωχείᾳ δὲ, ὅλος πεπλήρωμαι.

Καὶ μνημονεύει ὡς ἔθος. Τροπάριον. Ἀληθῶς ματαιότης τὰ σύμπαντα.

Ὠδὴ δ΄. Εἰσακήκοα κύριε.

Μὴ τὰ νήπια κλαίωμεν. ἑαυτοὺς δὲ μᾶλλον ἀποδυρώμεθα, ἁμαρτάνοντες ἑκάστοτε. ὅπως τῆς γεέννης λυτρωθείημεν.

Τῶν ἐπιγείων ἐστέρησας, δέσποτα, τὸ νήπιον ἀπολαύσεων· οὐρανίων ἀγαθῶν αὐτὸ, ὡς δικαιοκρίτης, καταξίωσον.

Παραδείσου πολίτην σε δείκνυσι μακάριον ὄντως νήπιον. ὁ ἐκ γῆς σε προσλαβόμενος, καὶ ἁγίων κατατάττει σε.

Θεοτόκιον.

Θεοτόκον σε πάναγνε, οἱ πεφωτισμένοι πάντες γινώσκομεν· τὸν γὰρ ἥλιον ἐκύησας τῆς δικαιοσύνης ἀειπάρθενε.

Ὠδὴ ε΄. Ἵνα τί με ἀπώσω.

Τῇ δικαίᾳ σου κρίσει πρὸ τοῦ ἐκβλαστῆσαι τελείως ἐθέρισας, ἁπαλὴν ὡς χλόην, ὃ μετέστησας κύριε νήπιον· ἀλλὰ τοῦτο λόγε, εἰσαγαγὼν εἰς θεῖον ὄρος ἀγαθῶν αἰωνίων ἐμφύτευσον.

Ἁπαλὸν ὥσπερ κλάδον, ξίφος ἐπελθὸν τοῦ θανάτου σε ἔτεμε, μὴ λαβόντα πεῖραν κοσμικῶν ἡδονῶν, ὦ μακάριε. ἀλλ' ἰδοὺ Χριστός σοι τῶν οὐρανῶν πύλας ἀνοίγει, ἐκλεκτοῖς συναριθμῶν σε, ὡς εὔσπλαγχνος.

Ἐπ' ἐμὲ μὴ θρηνεῖτε, θρήνου γὰρ οὐδὲν ἐπετήδευσα ἄξιον· ἑαυτοὺς δὲ μᾶλλον ἁμαρτάνοντας πενθήσατε πάντοτε, συγγενεῖς καὶ φίλοι, τὸ τεθνηκὸς κραυγάζει βρέφος· ὅπως πεῖραν μὴ σχῆτε κολάσεως.

Θεοτόκιον.

Ἐμαυτὸν ἀπελπίζω, ὅταν πρὸς τὸ πλῆθος ἀπίδω τῶν ἔργων μου. ὅταν δὲ εἰς νοῦν σε παρὰ νοῦν τὴν τεκοῦσαν τὸν κύριον, θεομῆτορ, λάβω, ἐπαναψύχω τῇ ἐλπίδι. προστασίαν γὰρ μόνην σὲ κεκτήμεθα.

E mundo puerum raptum nulla eius delibata voluptate, ita incorruptum diuino tuo nutu ad te misericors, translatum supra mundanorum bonorum participem effice precamur.

Purissimum puerum, quem hinc migrare, Saluator, tibi complacuit: cœlestium thalamorum, & lucidæ sortis sacerrimæ Sanctorum choreæ consortem redde. *In Deiparam.*

Mente in omnibus perplexus ad tuam solamque illibata Domina, protectionem confugio: abundanti namque peccatorum aggregata copia, virtutum egestate vndique sum oppletus.

Memoriam agit Sacerdos, vt de more est.

Modulus. Verè vana sunt omnia.

Canticum quartum. Audiui Domine.

Ne pueros lugeamus, nosmeripsos potius quotidie delinquentes defleamus: vt à gehenna liberemur.

Terrenis, Domine, puerum ablactasti bonis, cœlestibus nunc, vt iustus Iudex, eum fœlicem redde.

Paradisi ciuem & verè beatum, qui te è terra puer, assumpsit, renunciat, & Sanctorum cœtui te aggregat.

In Deiparam.

Deiparam te, Purissima, nos omnes profitemur: solem enim iustitiæ peperisti, perpetua Virgo.

Canticum 5. Vt quid me repulisti.

Priusquam pullularet perfectè, velut teneram adhuc herbam puerum iusto tuo iudicio à te hinc translatum demessuisti, Domine: illum propterea bonis æternis complantatum in montem sanctum collige.

Ingruens mortis gladius te, mundi huius voluptatum inexpertum, velut tenerum ramusculum abscidit, beatule: en tamen vt reseratis cœlorum portis electorum numero Christus, vt benignus, te adiungit.

Super me nusquam plangatis, nihil namque planctu dignum egi: quin potius vos ipsos peccatores, affines & amici, indesinenter deflete; ne damnationem experiamini; ita vita functus puer eloquitur. *In Deiparam.*

Animo despondeo, si quandoque prauorum operum meorum multitudinem recenseam: mente vero ad te, Dei mater, Dominum meum quæ peperisti sublata, spe subleuor: te namque solam protectionem nostram sumus sortiti.

Canticum sextum. Orationem.

Ceu puer in præsepe repositus, vlnisque senioris traditus es, qui in matrum vteris infantes efformas, & priusquam perfectum suscipiant incrementum, in meliorem vitam eos transfers: propterea cum gratiarum actione te celebramus.

Apostolis, ô Verbum, vociferaberis: sinite puerulos ad me venire, hoc enim sensu natis regnum meum præparatur. Puerum itaque defunctum luce tua dignum esse concede.

Bonis terrenis puerum tuum orbum fecisti, vt eum cœlestium possessorem, ceu diuina tua mandata numquam prætergressum renuncies, immensam iudiciorum tuorum, ô Bone, profunditatem laudamus.

In Deiparam.

Vt refugij murum, consummatam animarum salutem, & bonorum cornu copiam te, Virgo, nacti sumus: in afflictionibus de lumine tuo semper lætamur: nunc quoque, ô Domina, à doloribus & periculis nos eripe. Ipse solus existis. *Sequentes etiam Æ[illegible] recitant.*

Nihil matre ad compassionem facilius, nihil magis patre affligitur: eorum namque viscera conturbantur, si quando pueros ad sepulchrum præmittunt. Quo doloris aculeo transfiguntur eorum corda, maxime si pueri iam verba perfecta effari inceperint, & balbutientis recordentur eorum loquelæ cum cantico, Alleluia?

Sæpius etiam è monumentorum aduerso vbera pulsantes eiulant. Fili mi, puer dulcissime, quid loquatur mater non attendis? en vterus qui te portauit, quare non vt prius loqueris, sed desistis nobiscum voce persoluere, Alleluia.

Deus, ô Deus, qui me vocasti, esto nũc domus meæ solamen, ingens namque illam planctus occupauit: cumque me vnigenitum haberent, in me omnium oculi conuertebantur. Sed tu Virginis vtero natus, matris meæ viscera solare, æstumque cordis paterni refrigera; per quem nunc auditur, Allel.

Breuicul. Cum Sãctis requiem præbe.

Canticum 7. Hebræorum pueri.

In saluandorum libro, vt humanus & misericors, puerum tuum describe, vt potentia gloriæ tuæ lætatus concinat: Benedictus es Deus patrum nostrorũ.

Vultus tui splendore fidelem puerum tuum, ô Verbum, illustra: & immatura ætate raptum, concinere tibi concede, Domine: Benedictus es Deus patrum nostrorum.

Ὠδὴ, ς. Τὴν δέησιν ἐκ.

Ὡς νήπιον ἐπὶ φάτνης ἐτέθης, καὶ ἀγκάλαις ἐπεδόθης πρεσβύτου, ὁ βρεφουργῶν ἐν κοιλίᾳ τὰ βρέφη, καὶ πρὸ τοῦ φθάσαι τελείαν εἰς αὔξησιν, μετάγεις τοῦτο πρὸς ζωήν· εὐχαρίστως διὸ σε δοξάζομεν.

Ἐβόας τοῖς ἀποστόλοις· ἄφετε τὰ παιδία πρός με ἔρχεσθαι, λόγε. ἡ γὰρ ἐμὴ βασιλεία τοῖς οὕτω γεγεννημένοις ὑπάρχει τὸ φρόνημα. τὸ νήπιον οὖν πρὸς σε μεταστάν, τοῦ φωτός σου ἀξίωσον.

Ἐστέρησας ἀγαθῶν ἐπιγείων τὸ σὸν βρέφος, ἵνα τῶν οὐρανίων σου ἀγαθῶν τοῦτο μέτοχον δείξῃς, μὴ παραβάντα τὸ θεῖον σου πρόσταγμα. δοξάζομέν σου ἀγαθὲ τῶν κριμάτων τὸ βάθος τὸ ἄπειρον.

Θεοτόκιον.

Ὡς τεῖχος καταφυγῆς κεκτήμεθα, καὶ ψυχῶν σε παντελῆ σωτηρίαν, καὶ πλατυσμὸν ἐν ταῖς θλίψεσι κόρη, καὶ τῷ φωτί σου ἀεὶ ἀγαλλόμεθα, ὦ δέσποινα, καὶ νῦν ἡμᾶς ἐκ παθῶν καὶ κινδύνων διάσωσον. Αὐτὸς μόνος ὑπάρ.

Καὶ τοὺς παρόντας οἴκους.

Οὐδέν ἐστι μητρὸς συμπαθέστερον, οὐδὲν ἐστὶ πατρὸς ἀθλιώτερον. τὰ γὰρ σπλάγχνα αὐτῶν συνταράττονται, ὅταν νήπιον ἔνθα προπέμπωσι. μέγα δὲ κέντρον ὥσπερ ἔχουσιν αἱ καρδίαι αὐτῶν διὰ τὰ παιδία, μάλιστα ἐὰν ὦσιν εὔλαλα· ἐνθυμούμενοι λόγους αὐτῶν μετ᾽ ᾠδῆς, ἀλληλούϊα.

Πολλάκις γὰρ τοῦ μνήματος ἔμπροσθεν τοὺς μαζοὺς συγκροτοῦσι, καὶ λέγουσιν· ὦ υἱέ μου καὶ τέκνον γλυκύτατον, οὐκ ἀκούεις μητρός σου τί φθέγγεται; ἰδοὺ καὶ ἡ γαστὴρ ἡ βαστάσασά σε, διὰ τί οὐ λαλεῖς, ὡς ἐλάλεις ἡμῖν· ἀλλ᾽ οὕτω σιγᾷς τοῦ λαλεῖν μεθ᾽ ἡμῶν, ἀλληλούϊα.

Ὁ θεὸς, ὁ θεὸς, ὁ καλέσας με, παραμυθία γενοῦ νῦν τῷ οἴκῳ μου· πένθος γὰρ μέγα συνέβη αὐτοῖς εἰς ἐμὲ γὰρ ἠτένιζον ἅπαντες, μονογενῆ με οὗτοι ἔχοντες. ἀλλ᾽ αὐτὸς ὁ τεχθεὶς ἐκ μήτρας παρθένου, τῆς μητρός μου τὰ σπλάγχνα ἀνάψυξον, καὶ δρόσισον καρδίας πατρὸς δι᾽ οὗ, ἀλληλούϊα.

Κοντάκιον. Μετὰ τῶν ἁγίων ἀνά.

Ὠδὴ ζ΄. Παῖδες ἑβραίων.

Γράψον ἐν βίβλῳ σωζομένων, ὡς φιλάνθρωπος οἰκτίρμων, τὸ σὸν βρέφος. ἵνα χαῖρον βοᾷ τῷ κράτει τῆς σῆς δόξης· εὐλογητὸς εἶ.

Αἴγλῃ τοῦ σοῦ, λόγε, προσώπου καταλάμπρυνον τὸ βρέφος τὸ σὸν, πιστῶς μεταστὰν νῦν πρὸς σὲ ἀώρῳ ἡλικίᾳ, καὶ μελῳδοῦν σοι κύριε ὁ θεὸς εὐλογητὸς εἶ.

Θλίψεως αἴτιος ἐδείχθη τοῖς ποθοῦσί σε νυνὶ ὁ χωρισμός σου, ἀλλὰ σὺ ἀληθῶς χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης κληρονομεῖς γὰρ, νήπιον, τὴν ζωὴν εἰς τοὺς αἰῶνας.

Θεοτόκιον.

Ἰδὲ τὴν θλίψιν μου, παρθένε, ἣν ἐπήγαγε τὸ πλῆθος τῶν κακῶν μου, καὶ πρὸ τοῦ ἀπελθεῖν διάψυξίν μοι δίδου, ταῖς μητρικαῖς δεήσεσιν ἱλεοῦσθαί μοι τὸ θεῖον.

Ὠδὴ η΄. Ἑπταπλασίως.

Τοῦ Ἀβραὰμ ἐν κόλποις σε ἐν σκηναῖς ἀναπαύσεως, ἔνθα ἡ χαρὰ ἑορταζόντων πάντοτε, ἐν τόποις αἰνέσεως, ἔνθα τὸ ὕδωρ ἐστὶ τὸ ζῶν, τάξαι σε Χριστὸς ὁ δι' ἡμᾶς νηπιάσας, βοῶντας αὐτῷ ἀπαύστως. ἱερεῖς αἰνεῖτε, λαοὶ ὑπερυψοῦτε.

Λύπης ἡμῖν πηγαῖος καὶ δακρύων ἀειμνήστων σου ὁ χωρισμὸς, ὡς ἀληθῶς γεγένηται. πρὸ τοῦ γὰρ σε γεύσασθαι τῶν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ τερπνῶν, ἔλιπες τὴν γῆν, καὶ γεννητόρων τοὺς κόλπους. ἀλλ' οὖν τοῦ Ἀβραὰμ σε ὑπεδέξατο κόλπος, ὡς νήπιον καὶ πάσης ἀμέτοχον κηλῖδος.

Τί με πενθεῖτε νήπιον μεταστάντα, ὁ κείμενος, κράζει ἀοράτως· οὐ γὰρ πέλω κλαύσιμος, νηπίοις γὰρ ὥρισται ἡ τῶν δικαίων πάντων χαρὰ ἄξια δακρύων μὴ ποιήσασι ἔργα. Χριστῷ γὰρ μελῳδοῦσιν. ἱερεῖς ὑμνεῖτε.

Θεοτόκιον.

Εἰς τὴν ἐμὴν βοήθειαν, θεοτόκε, ἀνάστηθι, πρόσχες τῇ δεήσει τῇ ἐμῇ καὶ ῥῦσαι με δεινῆς καταδικάσεως, τῆς χαλεπῆς ἐτάσεως, σκότους καὶ πυρὸς, καὶ τοῦ βρυγμοῦ τῶν ὀδόντων, δαιμόνων ἐπηρείας, ἀπὸ πάσης ἀνάγκης, ἐλπὶς ἀπηλπισμένων, ζωὴ ἀπεγνωσμένων.

Ὠδὴ θ΄. Ἐξέστη ἐπὶ τούτῳ.

Χριστὲ ὁ νηπιάσας δίχα τροπῆς, καὶ σταυρῷ ὁμιλήσας θελήματι, καὶ μητρικῶν πόνων τῆς τεκούσης σε καλῶν, τὴν ἀθυμίαν κούφισον, καὶ τὴν ἀλγηδόνα τὴν χαλεπὴν νυνὶ τοῦ θανόντος πιστῶς τῶν γεννητόρων. ἵνα δοξάζωμεν τὸ κράτος σου.

Ἐνετείλω ἐξ ὕψους παμβασιλεῦ, καὶ λαβὼν τὸ μακάριον νήπιον, ὡς καθαρὸν, ἄσπιλον, στρουθίον, πρὸς καλιὰς ἐπουρανίους ἔσωσας. τούτου ἐκ παγίδων πολυειδῶν τὸ πνεῦμα καὶ δικαίων τοῖς πνεύμασι συνάψας, καταξίωσον τῆς βασιλείας σου.

Luctus causa, amore te prosequentibus, discessus tuus extitit: quamuis gaudio & lætitia perfruaris; hæres enim, ô puer, æternæ vitæ factus es.

In Deiparam.

Respice afflictionem peccatorum meorum copia in me ingruentem, & priusquam vita fungar, solamen hoc mihi præbe, vt maternis tuis precibus mihi fiat Deus propitius.

Canticum octauum. Septuplicem.

In Abrahæ sinu, in quietis tabernaculis, vbi festum perpetuum agentium est gaudium, in amœnitatis locis, vnde vitæ fluenta emanant, collocet te Christus infans factus propter nos indesinenter ipsi clamantes: Sacerdotes celebrate, populi superexaltate.

Doloris & lachrymarum iugiter renouãdarum causa nobis discessus tuus verè factus est: nondum enim huius vitæ iucundis quibusque degustatis, terram, parentumque tuorum sinus reliquisti: verum vt infantem, & ab omni peccati macula immunem Abraham te sinus suscepit.

Quid me mortuum lugetis? (tacite puer iacens exclamat) non enim luctus sum materies & causa: Pueris siquidem lachrymis facinora nulla perpetrantibus, iustorum omnium gaudium designatur, vbi Christo concinunt, Sacerdotes celebrate, populi collaudate.

In Deiparam.

Exurge in auxilium meum, ô Deipara, attende deprecationi meæ, & à timenda condemnatione, ab examine periculoso, à tenebris & igne, à dentium stridore, dæmonum molestiis, & omni calamitate eripe me, desperatorum spes, proiectorum vita.

Cãticum nonum. Super hoc obstupuit.

Christe, qui absque tui mutatione, infans factus es, & crucem sponte passus maternos genitricis tuæ dolores attenta mente perspexisti, fidelium pueri huius mortui parentum tristitiam animique dolorem delini: vt potestatem tuam celebremus.

Mandasti ex alto, omnium Rex, & beatum puerum velut mundum passerculum ad cœlestes nidulos multiplicibus laqueis ereptum transtulisti, huius etiam spiritum iustorum spiritibus adiunctum, regno tuo perfrui concede.

Nihil promeritis infantibus cœlos incolere concedis, Verbum Dei, sic enim tibi complacuit, ô Bone; dolorem itaque tempera parentum, quibus facturam tuam, puerum nempe ad te profectum annumeras, vt perfectè misericors, & humanus.

In Deiparam.

Cordis oculum, ad te maternam authoritatem erga Filium sortitam, dirigo: te namque cuncti celebrant, Purissima, animæ vulnera compone, ad pœnitentiæ crepusculum excita me, Virgo, & tuo lumine illustra.

Collecta minor dicitur, & Amandatorium.

Nunc quieui & inueni.

Ad Laudes, Versus. Tonus obliquus 4.

O rem mirandam!

Quis non lugeat, fili mi, lugubrem tuum ex hac vita discessum, quo infans adhuc immaturus è maternis amplexibus auicula velocior euolasti, & ad omnium conditorem confugisti? O Fili, quis non lugeat, si rosa iucundiorem vultus tui speciem, nunc vero facile marcescentem conspiciat?

Quis non suspiret, Fili mi, & cum eiulatu corporis tui decorem morumque tuorum venustatem non defleat? velut enim nauis nullo sui relicto vestigio, ita velociter ex oculis nostris elapsus es. Adeste nunc mihi, amici, affines, & vicini, puerum ad tumulum deducentes, dicto vale, osculemur.

Mors pueris relaxatio est: vitæ siquidem huius malorum expertes visi sunt, & viuendi terminum attigerunt: cœlesti gaudio in Abraham sinibus exultant, sacrisque puerorum Sanctorum choris collætantur, sincerisque tripudiis festum agunt, quia à corruptione peccatis gaudente, liberi & puri euaserunt.

Gloria. *Tonus obliquus secundus.*

Antiqua ligni delibatio in Edem, vulnus Adam facta est, cum eructato veneno, serpens mortem genus omne hominum deuoraturam induxit: adueniens tamen Dominus dracone profligato requiem nobis est elargitus: ad eum itaque clamemus. Parce, Saluator, & eis quos è mundo euocasti, requiem concede.

Μηδὲν πεποιηκόσι λόγε θεοῦ, τοῖς νηπίοις παρέσχες τὴν οἴκησιν τῶν οὐρανῶν. οὕτω γὰρ ηὐδόκησας ἀγαθέ, οἷς ἀριθμεῖς τὸ πλάσμα σου νήπιον φοιτήσαντα νῦν πρὸς σέ· τὸ ἄλγος τῶν γονέων αὐτὸς ἐπικουφίζων, ὡς πανοικτίρμων καὶ φιλάνθρωπος.

Θεοτόκιον.

Τὸ ὄμμα τῆς καρδίας διαπαντὸς ἀτενίζω πρὸς σὲ τὴν μητρικὴν ἔχουσαν πρεσβείαν πρὸς τὸν ἐκ σοῦ. σὲ γὰρ ὑμνοῦσι πανάγνοι, ἴασαι τὰ πάθη μου τῆς ψυχῆς πρὸς ὄρθρον μετανοίας διέγειρέ με κόρη, καὶ τῷ φωτί σου καταλάμπρυνον.

Συναπτὴ μικρά, καὶ τὸ ἐξαποστειλάριον.

Νῦν ἀνεπαυσάμην καὶ εὗρον.

Εἰς τοὺς αἴνους στιχηρά, ἦχος πλαγίου δ'.

Ω τοῦ παραδόξου θαύματος.

Ω τίς μὴ θρηνήσει, τέκνον μου, τὴν ἐκ τοῦ βίου τούτου πενθηρὰν σου μετάστασιν, ὅτι βρέφος ἄωρον ἐκ μητρικῶν ἀγκαλῶν νῦν ὥσπερ στρουθίον τάχος ἐπέτασας, καὶ πρὸς τὸν κτίστην πάντων καταπέφυγες· ὦ τέκνον, τίς μὴ θρηνήσει βλέπων σου τὸ ἐμφανὲς πρόσωπον εὐμάραντον, τὸ πρὶν ὡς ῥόδον τερπνόν;

Ω τίς μὴ στενάξει, τέκνον μου, καὶ ἐν κλαυθμῷ βοήσει τὴν πολλήν σου εὐπρέπειαν, καὶ τὴν ὡραιότητα τῆς πολιτείας σου; ὥσπερ γὰρ ναῦς ἴχνος οὐκ ἔχουσα, οὕτως ὑπέδυς ἐξ ὀφθαλμῶν τάχυ. δεῦτε οἱ φίλοι μου, συγγενεῖς, καὶ γείτονες, ἅμα ἐμοὶ τοῦτον ἀσπασώμεθα τάφῳ ἐκπέμποντες.

Θάνατος νηπίοις ἄνεσις. τῶν γὰρ τοῦ βίου κακῶν ἀνεπίδεκτα ὤφθησαν, καὶ πρὸς λῆξιν ἔφθασαν, καὶ χαρὰν ἐπουράνιον. τοῦ Αβραὰμ τοῖς κόλποις ἀγάλλονται, καὶ τῶν νηπίων ἁγίων θείων χορῶν νῦν συνευφραίνονται, καὶ πιστῶς χορεύουσιν ὅτι φθορᾶς τῆς φιλαμαρτήμονος καθαροὶ ἀπεδήμησαν.

Δόξα. ἦχος πλαγίου β'.

Αλγος τοῦ Αδὰμ ἐχρημάτισεν ἡ τοῦ ξύλου ἀπόγευσις πάλαι ἐν ἐδὲμ, ὅτε ὄφις ἰὸν ἐξηρεύξατο. δι' αὐτοῦ γὰρ εἰσῆλθεν ὁ θάνατος παγγενῆ κατεσθίων τὸν ἄνθρωπον. ἀλλ' ἐλθὼν ὁ δεσπότης καθεῖλε τὸν δράκοντα, καὶ ἀνάπαυσιν ἡμῖν ἐδωρήσατο. πρὸς αὐτὸν οὖν βοήσωμεν. φεῖσαι, σωτὴρ, καὶ οὓς προσελάβου μετὰ τῶν ἁγίων ἀνάπαυσον.

Καὶ νῦν. Θεοτοκίον.

Μεταβολὴ τῶν θλιβομένων, ἀπαλλαγὴ τῶν ἀσθενούντων ὑπάρχουσα, Θεοτόκε παρθένε, σῶζε πόλιν καὶ λαόν, τῶν πολεμουμένων ἡ εἰρήνη, τῶν χειμαζομένων ἡ γαλήνη, ἡ μόνη προστασία τῶν πιστῶν.

Τὰ λοιπὰ τῆς ἀκολουθίας, καὶ ἀπόλυσις.

Et nunc. *In Deiparam.*

Deipara virgo, afflictorum solamen, infirmorum salus, bellis oppressorum securitas, fluctuantium tranquillitas, sola fidelium protectio, ciuitatem populumque serua.

Reliqua officij persoluuntur: & fit dimissio.

VARIÆ LECTIONES

In Canonem funereum pro puero mortuo.

KΑνὼν ἀναπαύσιμος.) Canonem quidem hunc in vllo MS. non legi: occurrat licet in Cryptoferratensi Bessarionis oratio illi adiungenda.

Εὐχὴ ἐπὶ τελευτήσαντος νηπίου.

Ὁ φυλάσσων τὰ νήπια κύριε ἐν τῷ παρόντι βίῳ, ἐν τῷ δὲ μέλλοντι διὰ τὸ τῆς γνώμης ἁπλοῦν καὶ ἀκίβδηλον τοῖς Ἀβρααμιαίοις κόλποις ἀποπληρῶν, καὶ φωτεινοῖς τόποις κατασκηνοῦν ἐν οἷς αὐλίζεται τῶν δικαίων τὰ πνεύματα· πρόσδεξαι ἐν εἰρήνῃ καὶ τοῦ δούλου σου, τοῦ δεῖνος, τὴν ψυχήν· αὐτὸς γὰρ εἶπας τῶν τοιούτων εἶναι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

Ἐκφώνως. Ὅτι σοῦ μόνου ἐστὶν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα.

Oratio pro infante mortuo.

Domine qui in sæculo hoc pueros custodis, illisque in futuro propter mentis simplicitatem & inculpatum statum Abraham sinus reples, & in splendidis locis quæ iustorum spiritus incolunt illos facis inhabitare: animam quoque serui tui N. in pace suscipe: Ipse namque dixisti, talium esse cœlorum regnum.

Exclamando. Quia tui solius est regnum, & virtus, & gloria, &c.

a

ΤΑΞΙΣ ΓΙΝΟΜΕΝΗ ΕΙ ΣΥΜΒΗι ΤΙ μιαρὸν οἷον δήποτε ἐμπεσεῖν εἰς φρέαρ ὕδατος.

b

Χρὴ πρῶτον ἐξαντλῆσαι ἐκ τοῦ φρέατος, κάδους τεσσαράκοντα· καὶ λαβὼν ἐκχέει ἔξω. εἶτα ἅψας· Ὁ ἱερεὺς κηρούς· Καὶ λαβὼν θυμιατὸν θυμιᾷ κύκλῳ τοῦ φρέατος. εἶτα βάλλει ὕδωρ τῶν ἁγίων θεοφανείων, σταυροειδῶς, ἐκ τρίτου. Καὶ οὕτω σταθεὶς κατ' ἀνατολάς. Ἐπεύχεται λέγων.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Κύριε ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων, ὁ πάντα καλὰ λίαν ποιήσας, ὁ καθαρίζων ἐν ὀνόματί σου πάντα μολυσμόν, καὶ ἀκαθαρσίαν· καὶ μετασκευάσας

ORDO SOLITVS OBSERVARI, SI CONTIGERIT aliquod execrandum qualecumque illud sit, in aquæ puteum incidere.

Oportet primum è puteo, situlas quadraginta exhauriri. Iisque foras effusis: Accendit Sacerdos cereos. *Et accepto thuribulo, per gyrum putei suffumigat: deinde. Ter sanctorum Theophaniorum aquam cruciformiter, in puteum immittit. Atque ita stans, & ad Orientem versus, precatur hoc pacto.*

Dominum precemur.

Domine Deus virtutum, qui cuncta valde bona condidisti, qui in nomine tuo fœditatem & immunditiam omnem expurgas, & immutas

cuncta sanctificas: ipse nunc Domine, in præsenti hora per signum crucis tuæ adsis, & puteum ex contracta ab eo immunditia, ob abominandum quippiam vel insectum in eum incidens, nostræ mentis imperfectioni & cogitationum infirmitati acquiescens purifica, nec nos quæ valde bona sunt minime capientes condemnes, quin potius ab omni carnis & spiritus colluuie emunda, & aquam sancto tuo Spiritu sanctifica. Quia tu es sanctificatio nostra, & tibi gloriam referimus; Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Dominum precemur.

Deus magnus & mirabilis, qui ineffabili tua bonitate, & locuplete prouidentia vitam hominum moderaris, & mundana nobis elargiris bona: qui Moysis tempore, amaram aquam in suauitatem transmutasti, & alias noxias sub Elisæo sale sanasti, qui Apostolo tuo per visum nihil commune aut immundum reputare sanxisti: ipse benigne Domine per sanctæ crucis signum aquam hanc ab omni colluuie expurga, & vt impolluta, & sine sorde sit, omnibus ex ea sumentibus, illam Spiritu sancto tuo sanctifica. Quia tu es Deus noster, benedicens & sanctificans cuncta: & tibi gloriam referimus; Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

ἁγιάζων τὰ πάντα· αὐτὸς καὶ νῦν δέσποτα ἐπίφανον ἐπὶ τῆς παρούσης ὥρας, διὰ τοῦ τύπου τοῦ σταυροῦ σου· καὶ καθάρισον τὸ φρέαρ τοῦτο ἐκ τῆς εὑρεθείσης ἐν αὐτῷ ἀκαθαρσίας, καὶ ἐκ τοῦ ἐμπεπτωκότος ἐν αὐτῷ μυσαροῦ, ἢ κνωδάλου, συγκαταβαίνων τῷ ἀτελεῖ τῆς διανοίας ἡμῶν, καὶ τῇ ἀσθενείᾳ τῶν λογισμῶν, καὶ μὴ κατακρίνῃς ἡμᾶς τὰ καλὰ λίαν μὴ χωροῦντας· ἀλλὰ καθάρισον ἡμᾶς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος· καὶ ἁγίασον τὸ ὕδωρ τοῦτο τῷ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ. Ὅτι σὺ εἶ ὁ ἁγιασμὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὁ Θεὸς ὁ μέγας καὶ θαυμαστὸς, ὁ ἀνεκδιηγήτῳ ἀγαθωσύνῃ καὶ πλουσίᾳ προνοίᾳ διεξάγων τὴν τῶν ἀνθρώπων ζωὴν, ὁ καὶ τὰ ἐγκόσμια ἡμῖν δωρησάμενος ἀγαθά σου. ὁ τὸ πικρὸν ὕδωρ ἐπὶ Μωϋσέως τῷ λαῷ εἰς γλυκύτητα μεταποιήσας, καὶ τὰ βλαβερὰ ὕδατα ἐπὶ Ἐλισσαίου ἅλατι θεραπεύσας. ὁ τῷ ἀποστόλῳ σου Πέτρῳ δι' ὀπτασίας νομοθετήσας, μηδὲν ἡγεῖσθαι κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον, αὐτὸς δέσποτα φιλάνθρωπε καθάρισον τὸ ὕδωρ τοῦτο, διὰ τῆς σημειώσεως τοῦ τύπου τοῦ σταυροῦ σου, ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ, καὶ ἁγίασον αὐτὸ τῷ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ τοῖς ἐξ αὐτοῦ μεταλαμβάνουσιν ἀρρύπωτον. Ὅτι σὺ εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ εὐλογῶν καὶ ἁγιάζων τὰ σύμπαντα· καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

VARIÆ LECTIONES.

a Τάξις γινομένη.) Cryptoferrat. Bessarionis legit. Εὐχὴ ἐπὶ μιαροῦ πεσόντος εἰς φρέαρ. Χρὴ πρῶτον ἀντλῆσαι ἐκ τοῦ φρέατος κάδους μ. καὶ ἐκχέαι, καὶ οὕτω βάλλειν ὕδωρ τῶν ἁγίων θεοφανείων σταυροειδῶς γ'. καὶ ἅψαι κηροὺς, καὶ θυμιάσαι πέριξ, καὶ οὕτως ἐπεύξασθαι. Ὁ θεὸς ὁ μέγας καὶ θαυμαστὸς, vt supra. *Oratio in execrandum aliquod quod in puteum inciderit. Quadraginta cados è puteo necesse est haurire, & effundere: atque ita aquam in Theophaniis benedictam in crucis modum ter immittere, tum cereos accendere, & circum circa thus adolere, & hoc pacto precari.* Deus magne & mirabilis, &c. Huius orationis exclamatio in eodem codice est. Ἴασις γὰρ ἡμῶν, ἁγιασμὸς ὑπάρχεις Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν. καὶ τὰ λ. Medela namque nostra, & sanctificatio nostra existis, Christe Deus noster: & tibi gloriam, &c.

Barberinum S. Marci ſcribit.

Εὐχὴ ἁγιάζουσα ὕδωρ, εἴτε ἐν φρέατι, εἴτε ἐν λάκκῳ, ἐμπεσόντος ἀκαθάρτου, ἢ θηρίου, ἢ οἵου δήποτε πράγματος.

Ἐκφώνως λέγων.

ΥΠεράγιε ἅμα υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, ἐπίβλεψον ἐπὶ ὕδατα ταῦτα εὐμενεῖ ὀφθαλμῷ, καὶ ἱλέῳ, καὶ γαληνῷ βλέμματι· καὶ ἀπόφαινε ἁγιασμὸν ψυχῶν καὶ σωμάτων. σὺ γὰρ ἅγιε καὶ ὑπεράγιε ἐν τῇ καταβολῇ τῆς κοσμοποιΐας τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον ἐπὶ τῶν ὑδάτων ἐπιφέρεσθαι πεποίηκας εἰς ζωογονίαν τῶν ἀνθρώπων. σὺ καὶ τὸν Ἰσραὴλ ἐξήγαγες ἐκ τῆς Αἰγυπτιακῆς δυναστείας, καὶ τῆς θαλάσσης τῆς ἐρυθρᾶς διήγαγες, εἰς τὸν Μωϋσῆν βαπτίσας, τοῦ Αἰγυπτιακοῦ ῥύπου ἀπήλλαξας· καὶ πάντας προσετάξας διὰ Μωϋσέως ὕδατι καθαρίζεσθαι. διὸ δεόμεθα καὶ ἱκετεύομέν σε δέσποτα ἐπίβλεψον ἐπὶ τὰ ὕδατα ταῦτα, καὶ ἁγίασον αὐτά. σὺ γὰρ τὸν Ἰορδάνην καθηγίασας, καὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὰς δυνάμεις ἐστερέωσας, καὶ πάντα τὰ βάθη ἐξερεύνησας, καὶ τῇ χειρὶ συνέχεις τὰ πάντα, καὶ πληρῶσαι ἁγιασμοῦ δημιουργὲ Χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν καὶ αἰτούμενοί σε καὶ δεόμεθά σου, ἐπίβλεψαι ἐπὶ τὰ ὕδατα ταῦτα, καὶ ἁγίασαι ταῦτα τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου σου πνεύματος, καὶ καθαρίσαι αὐτὰ ἀπὸ παντὸς ῥύπου καὶ πάσης ἀκαθαρσίας· ἵνα πάντες οἱ ἀρυόμενοι ἐξ αὐτῶν, εἴτε διὰ πόσεως, εἴτε διὰ οἵας δήποτε χρήσεως, ἔχοιεν αὐτὸ εἰς εὐεργεσίαν ψυχῶν καὶ σωμάτων διὰ τῆς σῆς φιλανθρωπίας. ὅτι σὺ εἶ ὁ ἁγιασμὸς τῶν ψυχῶν καὶ τῶν σωμάτων ἡμῶν· καὶ σοὶ τὴν δόξαν.

Oratio ad benedicendam aquam, ſiue in puteo, ſiue in ciſterna: cum immundum quippiam, ſiue animal, aut quodcumque aliud in eam inciderit.

Exclamat dicens.

QVi cum Filio, & ſancto Spiritu ſuper omnia ſanctus exiſtis, benigno ſuper aquas iſtas oculo reſpice, & propitio ſerenoque vultu animarum corporumque ſanctificationem illas fieri declara. Tu enim ſancte, & ſuper omnia ſancte in hominum propagationem Spiritum ſanctum tuum ſuper aquas ferri in mundani opificii exordio feciſti. Tu & Iſraël ex Ægyptiaca tyrannide eduxiſti, & per mare rubrum traductum per Moyſen baptizaſti, & ab Ægyptiacis ſordibus expiaſti, cunctoſque Moyſi voce aqua expurgari ſanxiſti. Idcirco rogamus precamurque te Domine, in aquas iſtas reſpice, illaſque ſanctifica Tu namque ordanem ſanctificaſti, & cœlorum virtutes firmaſti, omniaque profunda ſcrutatus es, & manu cuncta contines, & ſanctitate reples, opifex Chriſte, Deus noſter, petimus te, & rogamus te, reſpice ſuper aquas iſtas, & ſancti tui Spiritus virtute illas ſanctifica, & ab omni ſorde & omni immunditia expurga: vt omnes ſiue ad potum ſiue ad quemlibet alium vſum haurientes, per tuam humanitatem illas in animarum & corporum vſum habeant. Quia tu es ſanctificatio animarum & corporum noſtrorum: & tibi gloriam.

Barberinum autem ſecundum ita legit.

Εὐχὴ εἰς φρέαρ μιανθὲν, καὶ εἰς ὕδωρ.

ΧΡὴ πρῶτον ἀντλῆσαι ἐκ τοῦ ὕδατος τοῦ φρέατος κάδους μ′. καὶ εἶθ᾽ οὕτω βάλλειν ὕδωρ ἐκ τῶν ἁγίων θεοφανείων· καὶ μετὰ τοῦτο θυμιᾷ πέριξ τοῦ φρέατος, καὶ ποιοῦντος τοῦ διακόνου τὴν συναπτὴν ταύτην.

Ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης.

Oratio in puteum contaminatum & pollutum, nec non in eius aquam.

Oportet primum ex aqua putei ſitulas quadraginta hauriri: mox aqua Theophaniorum iniecta, circa putei gyrum ſuffumigat Sacerdos: & Diaconus ſequentem collectam pronunciat.

In pace Dominum precemur.

Pro ſuperna pace.

Vt virtute, operatione, & aduentu sancti Spiritus aquæ istæ sanctificentur: Dominum precemur.

Ὑπὲρ τοῦ ἁγιασθῆναι τὰ ὕδατα ταῦτα τῇ δυνάμει καὶ τῇ ἐνεργείᾳ, καὶ τῇ καταφοιτήσει τοῦ ἁγίου πνεύματος· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Vt Dominus Deus noster ad nos benedictionem Iordanis mittat, & aquas istas sanctificet: Dominum.

Ὑπὲρ τοῦ καταπέμψαι κύριον τὸν θεὸν ἡμῶν τὴν εὐλογίαν τοῦ Ἰορδάνου, καὶ ἁγιάσαι τὰ ὕδατα ταῦτα· τοῦ κυρίου.

Vt fons incorruptionis, & sanctitatis donum euadant: Dominum.

Ὑπὲρ τοῦ ἀναδειχθῆναι αὐτὰ πηγὴν ἀφθαρσίας, καὶ ἁγιασμοῦ δῶρον· τοῦ κυρίου.

Pro haurientibus & assumentibus in animarum & corporum sanctificationem: Dominum. Vt nos liberemur. Suscipe.

Ὑπὲρ τῶν ἀντλούντων καὶ ἀρυομένων εἰς ἁγιασμὸν ψυχῶν καὶ σωμάτων· τοῦ κυρίου. Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς. Ἀντιλαβοῦ.

Sanctissimæ. *Sacerdos dicit orationem.*

Τῆς παναγίας. Ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχήν.

Deus Deus noster, qui amaram aquam in suauitatem transmutasti, & noxiis aliis aquis Elisæi tempore remedium dedisti, & immaculata tua apparitione Iordanis fluenta sanctificasti: ipse quoque nunc aquam istam ope & aduentu sancti Spiritus sanctifica, Spiritus tuus sanctus super nos adueniat, & habitet in aquis istis sicut primum habitauit: aduentantium quoque sordes cura, & in cœleste tuum regnum infer. Quia tu es benedictus Deus noster: & tibi gloriam.

Ὁ θεὸς, ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τὸ πικρὸν ὕδωρ εἰς γλυκύτητα μεταποιήσας, καὶ τὰ βλαβερὰ ὕδατα ἐπὶ Ἐλισσαίου θεραπεύσας, καὶ τὰ Ἰορδάνια ῥεῖθρα ἁγιάσας τῇ ἀχράντῳ σου ἐπιφανείᾳ· αὐτὸς καὶ νῦν τὸ ὕδωρ τοῦτο ἁγίασον τῇ ἐνεργείᾳ καὶ ἐπιφοιτήσει τοῦ ἁγίου σου πνεύματος, καὶ ἐλθέτω τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον ἐφ' ἡμᾶς, καὶ κατασκηνωσάτω ἐν τῷ ὕδατι τούτῳ ὥσπερ κατεσκήνωσε τὸ πρότερον, καὶ τοὺς σπίλους τῶν προσερχομένων ἴασαι, καὶ εἰσάγαγε αὐτοὺς εἰς τὴν οὐράνιόν σου βασιλείαν. ὅτι εὐλογητὸς ὑπάρχεις ὁ θεὸς ἡμῶν· καὶ σοὶ τὴν δόξαν.

IN ORDINEM FIERI SOLITVM SI QVID IMMVNdum &c. Notæ.

1 TΑξις γινομένη εἰ συμβῇ.] Longe semper abfuerunt Græci (quamuis superstitiosi cultus notam, in Arcudianum Euchologium deblaterans, illis inurere conetur Catumsiritus) vt cum Hebræis credant puteos, vasa, cibos, ex animalis immundi illapsu, vel attactu, immunda pollutaque reddi; atque ita ad fictilia confringenda, & alia quæcumque defricanda, aqua eluenda, igne purganda, iuxta Leuitici præscriptum cap. 11. & 15. ex vana & superflua legis obseruantia se teneri existiment. Licet namque aliqua cum veteri Hebræorum ritu, communia nobis reliquerint Apostoli, qui *Testamenti veteris ita decreta distinxerunt*, ait Leo magnus serm. 2. de ieiunio septimi mensis, *vt quadam ex eis sicut erant condita Euangelica eruditioni profutura decerperent, & qua dudum fuerant consuetudinis Iudaica fierent obseruantia Christiana*: non ex Mosaicæ tamen legis obseruandæ necessitate, sed ex Euangelicæ tolerantiæ ad infirmitatem humanam condescensu puteum, ob illapsum mortuumue in illo animal, orationibus & aqua lustrali Ecclesia permittit expiandum, non quia legaliter pollutum, sed cum à quibusdam velut nefandis, nihil tamen quandoque noxium aut periculosum secum deferentibus cogitatio sensusque hominis abhorreat, illi sua industria benedictionisque cura medendum indicauit Ecclesia. ἔστι γὰρ πολλὰ τῶν πραγμάτων, inquit Chrysostomus Catechesi ad illuminandos, ἃ φύσει μὲν οὐκ ἔστιν ἀκάθαρτα, ἀπὸ δὲ τῆς ἀσθενείας τοῦ συνειδότος ἀκάθαρτα γίνεται. καθάπερ ἐπὶ τῶν παιδίων, τὰ προσωπεῖα καὶ τὰ λοιπὰ μορμολύκεια, φύσει μὲν οὐκ ἔστι φοβερὰ, φοβερὰ δὲ εἶναι τοῖς παιδίοις, διὰ τὴν τῆς φύσεως ἀσθένειαν· οὕτω καὶ ἐπὶ τούτοις οἷον τὸ νεκρῶν ἅψασθαι σωμάτων, φύσει δὲ οὐκ ἔστιν ἀκάθαρτον, ὅταν δὲ ἀσθενοῦς ἐπιλάβηται συνειδότος, ἀκάθαρτον ποιεῖ τὸν ἁψάμενον. *Nam multa res sunt, quæ natura quidem non sunt immundæ, sed imbecillitate conscientiæ efficiuntur immundæ. Vt namque in pueris contingit, vt personæ cæteraque laruarum genera natura quidem metum non incutiunt, ipsis tamen formidabiles conspiciuntur esse, idque imbecillitate naturæ contuentium: ad eum modum in his, puta si mortuum corpus contingatur; id suapte conditione immundum non est, verum si pusillanimi occurrit conscientiæ, iam reddit immundum eum qui contigit*: Proptereaque sanctificari creaturam Dei per verbum Dei & Orationem scripsit Paulus 1. ad Tim. cap. 4. id est vt Chrysostomus explicat, purificari per signi crucis virtutem, & Ecclesiæ inuocationem. Atque ideo quamuis nihil pollutum & immundum in iis, quæ Deus creauit valde bona, fateantur Græci, tamen eum, velut & plerique alij, suspiciosæ sint conscientiæ vel potius phantasiæ, vt ab animalibus impuris attacta, impura & infe-

cta quoque reputent, maxime si excrementum, reliquias, tetrumve afflatum post se reliquerint: ne propter cogitandi iudicandive debilitatem, τῷ ἀπελεῖ τῆς διανοίας, καὶ τῇ ἀσθενείᾳ τῶν λογισμῶν, vt ipsi eloquuntur, & dæmone insidiante κατὰ μεθοδείαν τοῦ διαβόλου, (ita loquitur Oratio super tritico contaminato) immunda, impura, & execranda penitus, semper reputent; expurgationibus, puta aquæ exhaustu, vasorum ablutione, & denium expiationibus & Orationibus subuenit Ecclesia: & ipse Sacerdos qui ea benedixit, & aquis lustralibus incensove thure expiauit, prior nauseæ reliquis tollendæ, ex eis aliquid delibat: & de cætero Ecclesiæ benedictione cuncta sana, & à periculo aliena censenda exemplo suo fore confirmat.

ΤΑΞΙΣ ΓΙΝΟΜΕΝΗ ΕΙ ΣΥΜΒΗ ΤΙ

μιαρὸν, ἢ ἀκάθαρτον, προσφάτως ἐμπεσεῖν εἰς ἀγγεῖον οἴνου, ἢ ἐλαίου, ἢ μέλιτος, ἢ ἄλλου τινός.

a Χρὴ τὸ ἐμπεσὸν ἀκάθαρτον, παραχρῆμα αἴρεσθαι, καὶ ῥίπτεσθαι ἔξω. Καὶ εἰς ἕτερον ἀγγεῖον, βάλλειν τὸν οἶνον, ἢ τὸ ἔλαιον· τὸ δὲ κενωθὲν ἀγγεῖον πλύνεσθαι ἔσωθεν, καὶ ἔξωθεν. Καὶ τὸν ἱερέα λαβόντα θυμιατὸν, θυμιάσαι τὸ πλυθὲν ἀγγεῖον ἔσωθεν· καὶ βάλλειν ἐν αὐτῷ ὕδωρ ἀπὸ τῶν ἁγίων θεοφανείων, ποιοῦντα σταυροῦ b τύπον. εἶτα, βάλλειν ἐν αὐτῷ τὸν οἶνον ἢ τὸ ἔλαιον, καὶ θυμιάσαντα ἐπεύχεσθαι οὕτως.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

c Ἅγιε κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τῇ σῇ εὐσπλάγχνῳ ἐπιδημίᾳ πᾶσαν ἀκαθαρσίαν τοῦ ἐχθροῦ καταργήσας. ὁ διαστειλάμενος μὴ τὰ εἰσπορευόμενα κοινοῦν τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ πάντα καθαρὰ εἶναι τοῖς καθαροῖς· ὁ διὰ τοῦ σκεύους τῆς ἐκλογῆς τοῦ σοῦ ἀποστόλου διδάξας ἡμᾶς πάντα τὰ ἀπὸ σοῦ κτισθέντα καλὰ εἶναι πιστεύειν, καὶ μηδὲν ἡγεῖσθαι ἀπόβλητον διὰ θείου λόγου καὶ τῆς πρὸς σὲ ἐντεύξεως ἁγιαζόμενα. αὐτὸς εὐλόγησον τὸν οἶνον τοῦτον, ἢ τὸ ἔλαιον, τῇ σῇ χάριτι διὰ τῆς ἐπιχύσεως τοῦ ἁγίου ὕδατος, καὶ πάντα μολυσμὸν ἢ δισταγμὸν, ἐκ τοῦ ἐν αὐτῷ ἐμπεσόντος ἑρπετοῦ κατὰ μεθοδείαν τοῦ πονηροῦ ἀπέλασον ἐκ τῆς διανοίας τῶν δούλων σου. Εἰς τὸ γενέσθαι πᾶσι τοῖς χρισομένοις αὐτὸ εἰς εὐφροσύνην, διδοὺς πᾶσι τοῖς ἐξ αὐτοῦ μεταλαμβάνουσιν ἐν ἁγιασμῷ καὶ ἐν καθαρᾷ συνειδήσει προσιέναι τοῖς ἀχράντοις σου μυστηρίοις.

Ὅτι σὺ εἶ ὁ εὐλογῶν καὶ ἁγιάζων τὰ σύμπαντα, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. d Εἶτα ἀπογεύεται πρῶτον ὁ ἱερεὺς ἐξ αὐτοῦ, καὶ ἀποδίδωσι καὶ τοῖς τοῦ οἴκου κυ-

ORDO SERVARI SOLITVS SI CONTIGERIT

gerit aliquid execrandum aut immundum in vini, olei, aut mellis, aut alterius cuiuscumque vas nuper incidisse.

Impurum illud quod incidit confestim tolli oportet, & foras proijci. Et in aliud vas, Vinum aut oleum mitti: Euacuatum autem vas, intus & foris ablui: Sacerdotem vero thuribulo accepto ablutum vas intus perfumigare: Et ter crucis efformato signo, Sanctorum Theophaniorum aquam in illud mittere necesse est: Tum vero vinum vel oleum. Et iterum thus adolentem, ita deprecari.

Dominum precemur.

Domine sancte Deus noster, qui benigno tuo aduentu omnem inimici immunditiem sustulisti, qui cibos hominis os subintrantes communes aut coinquinatos non existimari, sed omnia mundis esse munda sanxisti, qui per Apostolum, tuæ vas electionis, cuncta à te condita bona esse docuisti, nihilque quod diuino tuo verbo, vel præsentia sanctificatum foret, pollutum esse censendum: ipse gratia tua vino huic (vel oleo) per aquæ sanctæ infusionem benedic: omnemque impuritatem, vel eius suspicionem & opinionem propter reptile, quod diaboli nequitia, in illud incidit ortam, à seruorum tuorum mente repelle: vt omnibus ex eo vngendis in lætitiam fiat, cunctisque ex eo percepturis in sanctitate & conscientia pura ad illibata mysteria tua concedas accedere.

Quia tu benedicis & sanctificas omnia: & tibi gloriam referimus, cũ principij experte tuo Patre, & cum sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. *Deinde primus ex eo degustat Sacerdos, tum familiæ dominis degustandũ tra-*

dit. Si vero quod incidit immundũ diutius in vini aut olei vase commoratum corrumpi contigerit: foras hæc effundi conuenit: nec quenquam ex oleo aut vino delibare.

εἰοις. Εἰ δέγε συμβῆ τὸ ἐμπεσὸν ἀκάθαρτον χρονίσαν ἐν τῷ ἀγγείῳ τοῦ οἴνου, ἢ τοῦ ἐλαίου σαπῆναι, χρὴ ἐκχέεσθαι ταῦτα, τὸν οἶνον, ἢ τὸ ἔλαιον. e καὶ μηδένα τούτων ἀπολαύεσθαι.

VARIÆ LECTIONES.

a Χρὴ τὸ ἐμπεσὸν ἀκάθαρτον.] Consentit his Cryptoferratense Falascæ codex, leui Syntaxeos immutatione excepta.

Barberinum autem numero 88. signatum hoc pacto legit.

Oportet immundum animal quod incidit confestim auferri, & extra proijci: & aliud vas interius exteriusque lauari: quibus peractis immittit (Sacerdos, sanctorum Theophaniorum aquam, faciens in vase cruces tres: & è vase polluto in aliud lotum, vinum vel oleum transfunditur: atque ita adhibitis cereis accensis in candelabris, dicit Sacerdos orationem.

Domine Deus noster qui tua secundum carnem, &c.

Χρὴ τὸ ἐμπεσὸν ἀκάθαρτον ἀπαίρεσθαι τὸ ἀλλὰ χρῆμα, καὶ ῥίπτεσθαι ἔξω, καὶ ἕτερον ἀγγεῖον πλυνέσθαι ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν. καὶ μετὰ τοῦτο βάλλει ὕδωρ τῶν ἁγίων θεοφανείων ἐν τῷ ἀγγείῳ ποιῶν σταυροὺς τρεῖς. καὶ τότε μεταλλάγεται οἶνος ἢ ἔλαιον ἐκ τοῦ μιανθέντος ἀγγείου εἰς τὸ πλυθέν. καὶ εἶθ' οὕτως ἐνεχθῶσι μανάλια μετὰ κηρῶν ἁπτομένων, καὶ λέγει ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχήν.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ ἐν τῇ κατὰ σάρκα. Vt infra in secundo ab hinc officio.

b Καὶ θυμιάσαντα.) Ante verba hæc Cryptoferratense Falascæ scribit. τίθενται μανάλια δύο σὺν κηρίοις ἀπτομένοις. Cryptoferratense Bessarionis legit χρὴ βαλεῖν τὸν οἶνον ἢ τὸ ἔλαιον ἐκ τοῦ μιανθέντος ἀγγείου, καὶ ἄλλαι κηροὺς δύο καὶ θυμιάσαι, καὶ οὕτως ἐπεύξασθαι τῷ ἀγγείῳ.

c Αγιε κύριε.) Orationum ordo mutatus est in Cryptoferratensi: prima namque scribit hanc: ὁ θεὸς ὁ μέγας Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ ἐν τῇ κατὰ σάρκα inferius legendam.

d Εἶτα ἀπογεύεται.) Addit Cryptoferratense citatum. καὶ ἐκχέει ἐκ τοῦ ὕδατος τῶν ἁγίων θεοφανείων σταυροειδῶς τρεῖς ὡς μεταβληθὲν εἶδος. ὁ ἱερεὺς ψάλλει τὸ τροπάριον, καὶ λαμβάνει πρῶτος καὶ ἀπογεύεται ἐξ αὐτοῦ ἔμπροσθεν πάντων εὑρισκομένων. Cryptofer. aliud, καὶ ἐκχέει αὐτῷ ἐκ τοῦ ὕδατος τῶν ἁγίων θεοφανείων τρεῖς σταυροειδῶς· ἀπογευέσθω πρῶτος ὁ ἱερεὺς τὸν οἶνον.

e Μηδένα τούτων ἀπολαύεσθαι.) Cryptoferratense. Μηδένα τὸ σύνολον ἐξ αὐτοῦ ἀπογεύεσθαι.

ORATIO SVPER vase coinquinato.

Illud lauari necesse est: & in modum crucis aqua sancta in illud idem immissâ, hanc orationem recitari.

Dominum precemur.

Domine Deus noster, qui solus sanctus es: Vas hoc sanctificante tuo aduentu sanctum redde, & vt incoinquinatum sit in seruorum tuorum ministerio, illud expurga: & vt in Ecclesiis tuis sanctis in sanctitate preces iugiter offeramus, largire: vt à te vsquequaque custoditi, gloriam & cultum tibi referamus, Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

ΕΥΧΗ ΕΠΙ ΣΚΕΥΟΥΣ ΜΙΑΝΘΕΝΤΟΣ.

a Χρὴ αὐτὸ πλυνέσθαι. καὶ βαλλομένου ἁγιάσματος σταυροειδῶς b λέγει καὶ τὴν εὐχὴν ταύτην.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ μόνος ἅγιος, ἁγίασον τὸ σκεῦος τοῦτο τῇ ἁγιαστικῇ σου ἐπιφοιτήσει, καὶ καθάρισον αὐτὸ, τοῦ εἶναι εἰς ὑπηρεσίαν τῶν δούλων σου ἀμίαντον· καὶ δὸς ἡμῖν πάντοτε ἐν ἁγιωσύνῃ προσεύχεσθαι ταῖς ἁγίαις σου ἐκκλησίαις· ὅπως ὑπὸ σοῦ πάντοτε φυλαττόμενοι, δόξαν καὶ προσκύνησιν σοι ἀναπέμπωμεν, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

VARIÆ LECTIONES.

a Χρὴ αὐτὸ ἀποπλυνέσθαι.) Cryptoferratense Bessarionis legit : εἰ δὲ ἐν ἑτέρῳ σκεύει χαλκῷ ἐμπέσῃ μικρὸν· χρὴ ; &c.

b Λέγειν.) Idem γίνεται.

IN ORATIONEM SVPER VASE POLLVTO, Notæ.

1 Εὐχὴ ἐπὶ σκεύους.] Vasa prophana, vel quoquo modo polluta, sacro ritu expiandi non fuit ab Ecclesia Latina alienum opus: in libro namque Sacramentorum Grimoldi occurrit : *Oratio super vasa in loco antiquo reperta : dum quis ea suis vsibus aptare desiderat.* Omnipotens æterne Deus insere te officiis nostris, & hæc vascula arte fabricata Gentilium, sublimitatis tuæ potentia ita emundare digneris, vt omni immunditia depulsa, sint tuis fidelibus tempore pacis atque tranquillitatis vtenda. Per. &c.

21 a 1 ΕΥΧΗ ΕΠΙ ΣΙΤΟΥ ΜΙΑΝΘΕΝΤΟΣ, Η ΑΛΕΥΡΟΥ. ἢ εἴδους τινός.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐν τῇ κατὰ σάρκα σου οἰκονομίᾳ διαστειλάμενος μὴ τὰ εἰσπορευόμενα κοινοῦν τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ πάντα καθαρὰ εἶναι τοῖς καθαροῖς, ὁ διὰ τοῦ σκεύους τῆς ἐκλογῆς Παύλου τοῦ σοῦ ἀποστόλου διδάξας ἡμᾶς πάντα τὰ ὑπὸ σοῦ κτισθέντα καλὰ εἶναι πιστεύειν διὰ θείου λόγου τῆς πρὸς σὲ ἐντεύξεως ἁγιαζόμενα. αὐτὸς καὶ νῦν δέσποτα συμπαθῶν ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν εὐλόγησον τὸν σῖτον τοῦτον τῇ σῇ χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ διὰ τῆς τοῦ ὕδατος τούτου τοῦ ἐπὶ τῷ σῷ ὀνόματι ἁγιασθέντος εὐλογίας καὶ ἐπιῤῥαντίσεως, καὶ πάντα μολυσμὸν ἢ δισταγμὸν ἐκ τοῦ ἐν αὐτῷ ἐμπεσόντος ἀκαθάρτου κατὰ μεθοδείαν τοῦ διαβόλου ἀπέλασον ἐκ τῆς διανοίας τῶν δούλων σου. καὶ δὸς αὐτοῖς ἐλπίδι τῇ εἰς σὲ, καὶ πληροφορίᾳ τῶν σῶν οἰκτιρμῶν, τῆς τούτου μεταχεῖν μεταλήψεως ἐν εὐχαριστίᾳ τοῦ ἁγίου σου ὀνόματος, ἀκατακρίτους διαφυλαχθῆναι. Ὅτι σὺ εἶ ὁ εὐλογῶν καὶ ἁγιάζων τὰ σύμπαντα, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

ORATIO SVPER frumento, farina, aut alia quauis specie; coinquinata.

Dominum precemur.

Domine Deus noster, qui tua in carne dispensatione, quod intrat in hominem non eum pollutum reddere, sed omnia mundis esse munda præcepisti, qui per Apostolum tuum Paulum, vas electionis cuncta à te condita bona credenda esse, & verbo & aduentu tuo sanctificata docuisti: ipse & nunc Domine mentis nostræ infirmitati compatiens, tua gratia & humanitate, per huius aquæ nomine tuo consecratæ benedictionem & aspersionem immunditie ab impuro animali in illud nequitia diaboli, incidente relicta, frumentum hoc expurga, eiusque vt polluti suspicionem à seruorum tuorum mente tolle: & eos fiducia in te, & miserationum tuarum copia, huius participes effectos, in tui sancti nominis gratiarum actione perseuerantes inculpatos conseruari concede. Quia tu benedicis & sanctificas omnia, & tibi gloriam referimus cum principij experte tuo Patre, & cum sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

VARIÆ LECTIONES.

a Ἐπὶ σίτου μιανθέντος.) Barberinum MS. numero 88. notatum, valde diuersam Orationem hanc posuit, Ἐπὶ παντὸς εἴδους μιανθέντος. *Super omni vase polluto.*

Domine, qui solus bonus & humanus existis, qui solus sanctus & in sanctis requiescis, qui Petro Apostolorum tuorum Coryphæo per visum ei manifestatum nihil quod in cibum aut vsum hominum creatum est, vt commune duceret, & per vas electionis Paulum omnia munda mundis esse sanxisti: ipse quoque nunc, optime Domine, tremendi & immaculati tui nominis inuocatione, & pretiosæ tuæ crucis signo, ab omni reptili venenoso, ab omni dæmone maligno, ab omni super terrã fero animali, ab omni phantasiæ praua opinione & vanitate, ab omni morbo & infirmitate, ab omni astutia & insidiis aduersarij diaboli speciem istam purga & benedic: nos autem indignos cunctosque ex hac specie degustantes ob omni malo & peccato præserua, omnipotens Domine: & incontaminatos immaculatosque ad supremos vsque dies, horam & halitus nostros ab omni hostis superstitione custodi. Quia conuenit tibi omnis gloria, honor, &c.

Κύριε ὁ μόνος ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος, ὁ μόνος ἅγιος καὶ ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενος, ὁ τῷ κορυφαίῳ τῶν ἀποστόλων σου Πέτρῳ διὰ τῆς φανείσης αὐτῷ ὀπτασίας μηδὲν κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον ἡγεῖσθαι τῶν ὑπὸ σοῦ δημιουργηθέντων εἰς ἀποτροφὴν καὶ ἀπόλαυσιν τῶν ἀνθρώπων, καὶ διὰ τοῦ σκεύους τῆς ἐκλογῆς Παύλου πάντα καθαρὰ τοῖς καθαροῖς νομοθετήσας· αὐτὸς καὶ νῦν, δέσποτα πανάγιε, τῇ ἐπικλήσει τοῦ φοβεροῦ καὶ ἀχράντου ὀνόματός σου, καὶ τῷ τύπῳ τοῦ τιμίου σταυροῦ σου, εὐλόγησον καὶ καθάρισον τὸ εἶδος τοῦτο ἀπὸ παντὸς ἑρπετοῦ ἰοβόλου, καὶ παντὸς πονηροῦ δαιμονίου, ἀπὸ παντὸς θηρίου ἐπὶ γῆς, ἀπὸ πάσης μανίας καὶ ματαιότητος, ἀπὸ πάσης νόσου καὶ μαλακίας, ἀπὸ πάσης ῥαδιουργίας καὶ παγίδος τοῦ ἀντικειμένου διαβόλου· ἡμᾶς δὲ τοὺς ἀναξίους, καὶ πάντας ἐκ τούτου τοῦ εἴδους μεταλαμβάνοντας φύλαξον, δέσποτα παντοδύναμε, ἀπὸ πάσης κακίας καὶ ἁμαρτίας συντηρῶν ἀσπίλους καὶ ἀμώμους, ἀπὸ πάσης περιεργίας τοῦ ἀντικειμένου μέχρι τῆς ἐσχάτων ἡμῶν ἡμέρας, καὶ ὥρας, καὶ ἀναπνοῆς. Ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμή, καὶ τὰ ἑξῆς.

IN ORATIONEM SVPER FRVMENTVM AVT FARINAM, &c. Notæ.

1 Ἐπὶ σίτου μιανθέντος.] Species huiusmodi ab immũdis animalibus conspurcatas precibus & aqua lustrali expurgabat in antiquitus Ecclesia Latina vt excerptum Gregorij 1. cap. 40 testatur. *Si in farina, aut aliquo sicco cibo, aut in melle, aut in oleo, aut in lacte coagulato, mus aut mustella mortua inueniuntur, quod circa corpora est, proiiciatur, reliqua aqua conspersa, sana sumantur mente.* Alias autem, *qui comederit vel biberit sordidatum à cane vel à mure, quinquaginta psalmos cantet: sæcularis tres dies pœniteat. Qui postea nouerit quod talem potum biberit, psalterium cantet: sæcularis tres dies pœniteat.*

ORATIO IN FVNdamento domus ponendo.

Domine Deus omnipotens, qui sapientia tua cœlos condidisti, & terram super stabilitatem suam fundasti, tu creator, & cunctorum

a ΕΥΧΗ ΕΠΙ ΘΕΜΕΛΙΟΥ ΟΙΚΟΥ.

Ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν ἐν συνέσει, καὶ θεμελιώσας τὴν γῆν ἐπὶ τὴν ἀσφάλειαν αὐτῆς, ὁ κτίστης καὶ δημιουργὸς

τῶν ἁπάντων, ἔπιδε ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου, τόνδε, τὸν ἑλόμενον ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος σου. ἔγειρε οἶκον εἰς κατοικίαν, καὶ τῷ κτίσματι αὐτὸν ἀνεγεῖραι. ἵδρυσον αὐτὸν ἐπὶ τὴν στερεὰν πέτραν, καὶ θεμελίωσον κατὰ τὴν σὴν θείαν ἐν εὐαγγελίοις φωνήν, ἣν οὐκ ἄνεμος, οὐχ ὕδωρ, οὐχ ἕτερόν τι καταβλάψαι ἰσχύσει. Εὐδόκησον αὐτὸν εἰς τέλος ἀχθῆναι, καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ μέλλοντας κατοικεῖν, ἐκ πάσης ἐπιβουλῆς τοῦ ἀντικειμένου ἐλευθέρωσον. Ὅτι σὸν τὸ κράτος, καὶ σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα. τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

opifex ad seruum tuum potestatis tuæ ope domum habitationi commodam extruere, & eam ædificio superstructo in altum erigere, statuentem respice, super firmam petram illam stabili, & iuxta diuinam Euangelij tui vocem, quam non ventus, non aqua, non aliud quid deijciat, eam loca: ad finem eam perducere tibi cōplaceat, & ab omnibus aduersarij insidiis, habitaturos in ea libera Quia tua est potentia, & tuū est regnum, & virtus, & gloria: Patris, & Filii, & Spiritus sancti: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

VARIÆ LECTIONES.

a Ἐπὶ θεμελίου οἴκου.) Barberinum S Marci huic orationi præmittit titulum εὐχὴ ἐπὶ οἰκοδομούντων οἶκον. *Oratio super domum ædificantes.*

a 1

a 1 ΕΥΧΗ ΟΤΑΝ ΜΕΛΛΕΙ ΕΙΣΕΛΘΕΙΝ ΕΙΣ οἶκον νέον.

Ὁ Θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ὁ καταξιώσας ὑπὸ τὴν σκηνὴν τοῦ Ζακχαίου εἰσελθεῖν, καὶ σωτηρία αὐτῷ, καὶ παντὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ γενόμενος, αὐτὸς καὶ νῦν τοὺς ἐνταῦθα οἰκεῖν βουληθέντας, καὶ δι' ἡμῶν τῶν ἀναξίων τὰς δεήσεις σοι, καὶ ἱκεσίας προσάγοντας, ἀπὸ πάσης βλάβης τήρησον ἀτρώτους, εὐλογῶν αὐτῶν καὶ τὴν ἐνταῦθα κατοικίαν, καὶ ἀνεπιβούλευτον αὐτῶν ζωὴν διαφυλάττων. Ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

ORATIO CVM aliquis domum nouam ad habitandum ingressurus est.

Deus & Saluator noster, qui Zachæi domum, vt ei & toti eius domui fieres salus, ingredi dignatus es: ipse nunc, habitationem hîc sibi deligentes, & per nos indignos, preces & supplicationes tibi offerentes, ab omni noxa conserua incolumes: benedic eis, & habitationi eorum, vitamque eorum ab omnibus penitus insidiis liberam custodi. Quia tibi conuenit omnis gloria, honor, & adoratio, Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

VARIÆ LECTIONES.

a Εὐχὴ ὅταν μέλλει, &c.) Barberinum S. Marci scribit εὐλογία οἴκου. Cryptof. Bessarionis εὐχὴ ἐπὶ εὐλογίᾳ οἴκου. Habet & aliam Orationem Barberinum S. Marci.

Εἰς οἶκον.

Οἴκων ἁγιαστὰ, καὶ ψυχῶν λυτρωτὰ, εὐλόγησον, ἁγίασον, πλήρωσον παντὸς ἀγαθοῦ τοῦτον οἶκον, καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν αὐτῷ εὐλόγησον, καὶ

In domum.

Domorum sanctificator, & animarum redemptor, benedic, sanctifica, domum istam omni bono reple, nec non habitantes in ea benedic, & con-

serua, viamque salutis & pacis illis largire: ab omni insultu molestiaque diaboli protege illos, & nos cum eis in regno tuo saluos fieri dignare. Quia clemens existis Deus noster, & vnigenitus Filius tuus, & Spiritus sanctus in sæcula.

διαφύλαξον, καὶ διόρθωσαι αὐτοὺς ὁδὸν σωτηρίας καὶ εἰρήνης. σκέπασον αὐτοὺς ἀπὸ πάσης ἐνεργείας καὶ ἐπηρείας τοῦ ἀντικειμένου, καὶ ἡμᾶς σὺν αὐτοῖς σῶσαι καταξίωσον εἰς τὴν βασιλείαν σου. Ὅτι φιλάνθρωπος ὑπάρχεις ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ ὁ μονογενής σου υἱός, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα εἰς τοὺς αἰῶνας.

IN ORATIONEM CVM QVIS DOMVM NOVAM ingressurus est; Notæ.

1 Ὅταν μέλλει, &c.) Prophano cultu & execrando Neronianam domum olim dedicatam legimus apud Suetonium: Sanctiori vero ritu populi sui habitacula voluit Deus esse consecrata, vbi Deuteron. 20. cernitur scriptum *Quis est homo qui ædificauit domum, & non dedicauit eam?* Ità quisque cœlestem sibi gratiam vendicare putabat; & fœlix Moysi votum ad se allicere, quo dicitur: *Benedictus tu in ciuitate.* Laudatissimo itaque cultu Ecclesia vtraque domos nouas benedicit, & dedicat: & sicut in Græcis, ita & in Latinis ritualibus cernuntur, *benedictiones domorum nouarum*, & *benedictiones locorum*. Commendatque ideo Concilium Mediolanense 5. sub S. Carolo Borromæo habitum. *Veterem illum ædibus atque ædificiis benedicendi morem, ritumque ex sanctæ Ecclesiæ instituto introductum, ac decreto Prouinciali quod in Concilio quarto confecimus restitutum: vt Parochi & reliqui animarum Curatores, ad quos religiosæ illius benedictionis munus pertinet, pie sancteque obseruent: & Laici quorum ædificiis domiciliisque benedicendum est, spiritualia inde commoda captant: hæc in illis benedicendis ratio sit:* & quæ sequuntur ad benedictionis seriem perficiendam sancita.

ORDO SOLITVS OBSERVARI IN FVNDAMENTO Ecclesiæ ponendo.

21

ΤΑΞΙΣ ΓΙΝΟΜΕΝΗ ΕΠΙ ΘΕΜΕΛΙΩι ἐκκλησίας.

1

Fundamentis dispositis, extruendi templi: Illuc proficiscitur Pontifex: Et Stola Pallioque impositis: dicit. Benedictus Deus noster: vbique, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Sanctissima Trinitas. Pater noster. Quia tuum est. *Et Pontifex effossa fundamenta in gyrum perfumigat. Cantores vero dimissorium sancti cuius nomine extruendum est templum, vel alios quos Præfectus voluerit, Modulos occinunt. Deinde Pontifex stans in loco, quo altare figendum est. Dicit orationem.*

Τῶν θεμελίων εὐτρεπισθέντων τοῦ μέλλοντος ἀνεγείρεσθαι ναοῦ. 2 Παραγίνεται ἐκεῖσε ὁ ἀρχιερεύς. 3 Καὶ βαλὼν ἐπιτραχήλιον, καὶ τὸ ὠμοφόριον αὐτοῦ. Λέγει. Εὐλογητὸς ὁ θεὸς ἡμῶν πάντοτε, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Τό, Παναγία τριάς τὸ, Πάτερ ἡμῶν. Ὅτι σοῦ ἐστιν. Καὶ ὁ μὲν ἀρχιερεύς, 4 θυμιᾷ τοὺς θεμελίους κύκλῳ. Οἱ δὲ ψάλται λέγουσι τὸ ἀπολυτίκιον τοῦ ἁγίου εἰς οὗ ὄνομα ὁ ναὸς μέλλει ἀνεγείρεσθαι. Καὶ ἕτερα τροπάρια οἷα βούλεται ὁ προεστώς. εἶτα, στὰς ἐν τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ τὸ ἅγιον πήγνυσθαι μέλλει θυσιαστήριον. Λέγει τὴν εὐχήν.

2 3 4

Dominum precemur.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Domine Deus noster, qui etiam in hac petra ædificari tibi templum voluisti: ipse tua ex tuis donis offerentes, respice, & pro reparata vel extructa ad laudes tuas domo, in supercœ-

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ ἐρασθεὶς καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομηθῆναί σοι ἐκκλησίαν, αὐτὸς τὰ σὰ ἐκ τῶν σῶν σοὶ προσκομίζοντας ἔπιδε, καὶ τοῦ πρὸς τὴν σὴν δοξολογίαν ἀνοικοδομουμένου ἢ κτιζομένου οἴκου, ἐν πλήθει τῶν σῶν ἐπουρανίων

ἀγαθῶν ἀντάμειψαι, καὶ τοὺς ὑπουργοῦντας ἐνίσχυσον ἀβλαβεῖς διαφυλάττων, τὰ θεμέλια αὐτοῦ ἐρραγῆ καὶ ἀσάλευτα διατήρησον, καὶ τέλειον ἀνάδειξον οἶκόν σου, ὡς ἂν καὶ ἐν αὐτῷ, πολυφήμοις ᾠδαῖς καὶ δοξολογίαις ἀνυμνοῦμέν σε τὸν ἀληθινὸν θεὸν ἡμῶν. Ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις. τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι. νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Καὶ μετὰ τὴν εὐχήν.

5 Ποιεῖ ἀπόλυσιν. 5 εἶτα λαβὼν ἕνα τῶν λίθων. καὶ χαράξας δι' αὐτοῦ σταυρόν. Αὐτὸς, ταῖς ἰδίαις χερσὶ τίθησιν αὐτὸν ἐν τῷ θεμελίῳ, λέγων. Ἐθεμελίωσεν αὐτὴν ὁ ὕψιστος· ὁ θεὸς ἐν μέσῳ αὐτῆς, καὶ οὐ σαλευθήσεται· βοηθήσει αὐτῇ ὁ θεὸς τὸ 6 πρὸς πρωΐ. 6 Καὶ οὕτως οἱ τεχνῖται τῆς οἰκοδομῆς ἄρχονται.

lestium bonorum tuorum copia mercedem retribue: opifices eius incolumes conseruatos corrobora, fundamenta eius inconuulsa & inconcussa custodi, & vsque ad perfectionem domum tuam deduc, vt in ea celebribus canticis, & glorificationibus, te, verum Deum nostrum collaudemus. Quia conuenit tibi omnis gloria, honor, & adoratio, Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Oratione terminata, facit dimissionem.

Tum lapidem accipit, illoque crucem efformans: Proprijs eum manibus in fundamento locat, dicens: Fundauit eam altissimus: Deus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eam Deus mane diluculo. *Atque ita opus aggrediuntur artifices.*

VARIÆ LECTIONES.

a TAξις γινομένη ἐπὶ θεμελίῳ.) Barberinum S. Marci legit, ἐπὶ θεμελίου τιθεμένου. Mox adiuncta Oratione, Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ ἐραστὴς, nihil aliud continet, quod ad præsens Officium spectet. Cryptoferratense Bess[ari]onis pariter post titulum. εὐχὴ ἐπὶ θεμελίου ἐκκλησίας, καὶ ἐπὶ σταυροπηγίου eandem solam Orationem subiungit. Allatianum vero integrum officium habet ab editis diuersum.

Εὐχὴ λεγομένη εἰς θεμέλιον ἐκκλησίας ὅπερ καὶ σταυροπήγιον τινὲς ὠνόμασαν.

Ἔρχεται ὁ ἀρχιερεὺς ἐν τῷ τόπῳ ἐν ᾧ μέλλει κτίζεσθαι ὁ ἅγιος ναὸς, καὶ φορεῖ φελώνιον, ἢ καὶ πολλάκις ἐπιτραχήλιον. Ἄρχεται εὐλογητόν. τρισάγιον. καὶ τὸ ἀπολυτίκιον τοῦ ἁγίου ἐν ᾧ κτίζεται ὁ ναός. εἶτα λέγει. Εἰρήνη πᾶσι. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐραστὴς, vt supra.

Εἶτα λαμβάνει ὁ ἱερεὺς τρεῖς λίθους ῥίπτων ἐν τῷ θεμελίῳ· εἰς ὄνομα πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος. Ὁ δὲ μαΐστωρ ἄρχεται κτίζων. εἶτα πάλιν ὁ ἀρχιερεὺς λέγων τὴν εὐχὴν ταύτην.

Ὁ θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ὁ καταξιώσας ὑπὸ τὴν σκηνὴν Ζακχαίου εἰσελθεῖν, καὶ σωτηρία αὐτῷ τε καὶ παντὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ γενόμενος κατὰ τὴν σὴν ἄχραντον καὶ ἀθάνατον φωνὴν τὴν ὑπὸ τῶν εὐαγγελιστῶν τῇ οἰκουμένῃ ἀληθῶς κηρυχθεῖσαν· αὐτὸς καὶ νῦν τὸν παρόντα ἁγιαζόμενον οἶκον παρ' ἡμῶν τῶν ταπεινῶν καὶ ἁμαρτωλῶν, τὰς δεήσεις προσαγόντων εὐλόγησον· εὐλαβῆ καὶ ἀσινῆ αὐτὸν ποίησον, διὰ τῶν σῶν ἀφθόνων δωρεῶν,

Oratio in fundamento Ecclesiæ ponendo dicenda, quam & quidam crucis defixionem vocauerunt.

Accedit Pontifex ad locum vbi extruendum est templum, & Casulam, frequentius vero stolam induit. A benedictione auspicatur. Ter sanctus dicitur: & dimissorium sancti cuius nomini templum erigitur. Deinde dicit. Pax omnibus. Dominum precemur.

Domine Deus noster, qui ex amore &c.

Tum vero tres lapides acceptos mittit in fundamentum Sacerdos dicens: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. *Mox architectus opus aggreditur: rursumque hanc orationem Pontifex recitat.*

Deus & Saluator noster, qui iuxta tuum immaculatum & immortale Verbum ab Euangelistis in orbe vniuerso vere prædicatum, in Zacchæi tabernaculum, vt ipsi totiq; eius domui salus fieres, ingredi dignatus es: ipse quoque nunc ædem hanc à nobis humilibus & peccatoribus preces offerentibus consecratam tua benedictione comple: abundanti tuo dono, deuotam & à noxa immunem illam

redde: vt & in ea glorificetur sanctissimum nomen tuum: Patris: & quæ deinceps.

Et fit ab Archipresbytero, vel à quopiam Clericorum dimissio. Accipit deinde Pontifex ligneam crucem, & in eius medio crucem aliam stilo exarat: alius autem Clericorum perfecte illam exsculpit. Propria vero manu Pontifex illam crucem assumit: & in ædificandi templi medio illam collocat. Et fit dimissio: disceduntque. Singulis vero quibusque diebus incipit templum ædificari quousque absoluatur.

ὅπως καὶ ἐν αὐτῷ δοξάζηται τὸ πανάγιον ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τὰ ἑξῆς.

Καὶ γίνεται παρὰ τοῦ πρώτου ἱερέως ἀπόλυσις, ἢ καὶ ἑνὸς τῶν κληρικῶν. Εἶτα λαμβάνει ὁ ἀρχιερεὺς σταυρὸν ξύλινον, ἐγχαράττων μέσον σταυρόν· καὶ εἷς τῶν κληρικῶν ἀπογλάφει αὐτόν. καὶ λαμβάνει αὐτὸν ἀρχιερεὺς, οἰκειοχείρως· πήγνυσι δὲ αὐτὸν μέσον τοῦ κτιζομένου ναοῦ. καὶ γίνεται ἀπόλυσις· καὶ ἀναχωροῦσι. ὁ δὲ ναὸς ἄρχεται κτίζεσθαι καθ' ἑκάστην ἕως τέλους.

In Cryptoferr. Bessarionis habetur.

Altera oratio in Ecclesiæ fundamento.

Domine Deus noster, qui sanctum tuum sanguinem in Ecclesiæ tuæ fundamentum substrauisti: nunc quoque humili nostra prece supplicamus, vt ædificandi in hoc loco templi sancti tui Spiritus gratiam subiicias, atque illud concinnes & perficias, & gloriæ tuæ habitaculum esse manifestes: vt in psalmis & canticis tuam in eo magnitudinem celebrantes, à te qui cœlum & terram reples, bonorum abundantiam sibi repensam percipiant. Remunera quoque illos qui ex tuis tua tibi ad ædificandum illud, reliquumve in illo ædificio gloriæ tuæ cultum augendum offerunt: eos autem qui in eo ministrant, cum bonorum animæ corporique conducentium complemento, in præsenti sæculo sine noxa custodi, & in futuro tua fruitione dignos effice: Vt glorificetur sanctissimum nomen tuum: Patris &c.

Εὐχὴ ἑτέρα ἐπὶ θεμελίῳ ἐκκλησίας.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τὸ σὸν ἅγιον αἷμα ὑποβαλλόμενος θεμέλιον τῇ ἁγίᾳ σου ἐκκλησίᾳ. δεόμεθά σου καὶ νῦν διὰ τῆς τεταπεινωμένης ἡμῶν δεήσεως ὑποβάλλειν τὴν χάριν τοῦ ἁγίου σου πνεύματος τοῖς θεμελίοις τοῦ μέλλοντος ἀνοικοδομεῖσθαι σοι ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ ναοῦ, καὶ ἀπαρτίσαι καὶ τελειῶσαι, καὶ σκήνωμα τοῦτο δεῖξαι τῆς δόξης σου· ὅπως οἱ ἐν αὐτῷ ψαλμοῖς καὶ ᾠδαῖς τὴν σὴν δοξολογοῦντες μεγαλοσύνην, ἀντιλαμβάνωσι τῆς παρά σου χορηγίας τῶν ἀγαθῶν, τοῦ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν πληροῦντος. ἀμείψαι δὲ καὶ τοὺς τὰ σὰ ἐκ τῶν σῶν σοι προσκομίζοντας, ἔν τε τῇ οἰκοδομῇ αὐτοῦ καὶ τῇ λοιπῇ λατρείᾳ τῆς δόξης σου, καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ ὑπηρετοῦντας τῇ ἐκπληρώσει τῶν κατὰ ψυχὴν καὶ σῶμα συμφερόντων αὐτῶν, καὶ ἐν τῷ παρόντι ἀβλαβεῖς διατήρησον, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι τῆς σῆς καταξίωσον ἀπολαύσεως· ἵνα δοξάζηταί σου τὸ πανάγιον ὄνομα τοῦ πατρὸς.

IN ORDINEM SERVARI SOLITVM, CVM FVNDAMENTVM Ecclesiæ ponitur. Notæ.

1 Ἐπὶ θεμελίῳ ἐκκλησίας.) Quam sit antiquus manu Pontificia Ecclesiam fundandi ritus, ex iis quæ tum Esdras cap. c. lib. 3. tum Georgius Syncellus, tum Baronius, refert anno 401. dignoscitur. Post descriptam namque, cruce in sublime elata, psalmisque decantatis, à templo Irenes ad Marnii (templi idolorum destructi) locum, sacram populi processionem: & hortatu Episcopi à Ruffino architecto spatium Ecclesiæ gypso designatum: *cum precatus esset sanctissimus Episcopus, & genua flexisset, iussit populum fodere. Statim autem omnes vno animo, & eadem alacritate fodiebant, clamantes. Christus vicit &c. Sanctus rursus congregato Christi amante populo, multisque precibus & psalmodiis dictis in loco, ipse primus se succingens, cœpit portare lapides, & iacere fundamenta: deinde pii quoque Clerici, & omnes Laici lætantes, & magna voce psallentes,* &c. Baronius idem anno 241 nu. 3. prius retulerat, qua ratione sanctus Pontifex Fabianus sub Gordiano Romæ *fundabat* Ecclesias: quas pariter longe lateque ad eius instar Episcopi per orbem *erigebant*.

2 Παραγίνεται ἐκεῖσε ὁ ἀρχιερεύς.] Non solum Ecclesiam Episcopi licentia & authoritate ædificandam:

dam: ſed neque inchoandam edicunt antiquæ leges tum ciuiles tum Eccleſiaſticæ. Illæ quidem pluribus in locis, ſed maxime Authent. Coll. 9. tit. 6. *Si quis voluerit fabricare venerabile Oratorium aut Monaſterium, præcipimus non aliter inchoandam fabricam, niſi locorum Sanctiſſimus Epiſcopus orationem ibi fecerit, & venerabilem fixerit crucem.* Hæc autem in 3. de Conſ. diſt. 1. *Nemo Eccleſiam ædificet, antequam Epiſcopus ciuitatis veniat, & ibidem crucem figat, publice atrium deſignet, &c.* Et Balſamon Nomocanonis tit. 3. cap. 14. δεῖ θέλοντα εὐκτήριον, ἢ ἐκκλησίαν κτίσαι, ἐπίσκοπον, τὸ πρᾶγμα πᾶσι φανερώσαντα, δημοσίᾳ ἐκεῖσε παραγίνεσθαι, καὶ σὺν εὐχῇ πήγνυσθαι σταυρὸν, καὶ τότε τὸ ἔργον ἄρχεσθαι. *Oportet Oratorium vel Eccleſiam conſtruentem,* (& infra) *Epiſcopum rem omnibus manifeſtantem, illuc publice accedere, & cum oratione crucem figere, & tunc opus aggredi.*

3 Βαλὼν ἐπιτραχήλιον καὶ ὠμοφόριον.] Circa ritus huiuſce in vtraque Eccleſia conſenſum legendum Pontificale Romanum.

4 Θυμιᾷ τοὺς θεμελίους.] Hanc thuris in fundamentis fumigationem Symeon Theſſalonicenſis lib. de Sacra. exponit. τοὺς θεμελίους καὶ τὰ ὀρύγματα σταυροειδῶς εὐλογεῖ, πάντα τῷ θυμιάματι ἁγιάζων. τὴν χάριν γὰρ τυποῖ τοῦ πνεύματος, τὸ θυμίαμα· καὶ ὁ σταυρὸς τὸν Χριστόν. καὶ ἔτι πάσας θυμιᾷ ἐκεῖσε ὕλας, καὶ ἁγιάζει αὐτάς· εἶτα καὶ τοὺς παρατυχόντας θυμιάσας, καὶ πρὸς τὸ ἔργον εὐθύνας, καὶ ἁγιάσας, ἔρχεται ἐν τοῖς ἀνατολικοῖς θεμελίοις. ἔνθα δὲ τὸ θυσιαστήριον συστῆναι μέλλει· καὶ κατὰ τὸ μέσον στὰς τῆς ἀνατολῆς ὀρυγμάτων, ἔνθα τὸ τοῦ βήματος ἡμικύκλιον, εὐχὴν ἱερὰν ποιεῖται. *Fundamenta foſſaſque eorum in crucis modum cunctas thure ſanctificans, benedicit. Gratiam quippe Spiritus exprimit incenſum: crux vero Chriſtum ipſum. Maſſam quoque materiæ ibidem congeſtam ſuffumigat, & ſanctificat, cunctoſque pariter aſtantes, quos ad opus vrget. Et ſanctificatione huiuſmodi peracta, verſus Orientalem fundamenti regionem, vbi altare ſtatuendum eſt, tendit, & in medio foſſæ Orientalis ſtans, vbi Tribunalis ſacri ſemifornix eſt erigendus, precem ſacram facit.*

5 Λαβὼν ἕνα λίθον.] Prolixius deſcribit, & enucleatius explicat cærimoniam hanc Theſſalonicenſis Antiſtes loco citato. εἶτα δοξολογήσας αὐτὸς ταῖς χερσὶ λίθους λαμβάνει, καὶ ἄσβεστον, ἢ πηλὸν ὀργάνῳ τινὶ, καὶ κατελθὼν ἐν τοῖς θεμελίοις τίθησι τοὺς λίθους σταυροειδῶς σφραγίσας αὐτούς· δεικνὺς ὅτι τὸν Χριστὸν τὴν ἄσειστον πέτραν θεμέλιον τέθεικε. κατὰ δὲ τὸ μέσον τῶν λίθων ἐν σμικρῷ τινι λάκκῳ, οἷον ἐν τάφῳ κανδήλαν λαβὼν, καὶ ἐμβαλὼν ἔλαιον, καὶ ἀνάψας τίθησι. δεικνὺς διὰ μὲν τοῦ ἐλαίου τὸ ἔλεος τοῦ θεοῦ, ὡς ἐπὶ χορηγούμενος διὰ τοῦ ἀνεγειρομένου οἴκου. διὰ δὲ τοῦ φωτὸς τὸν ἄνωθεν φωτισμὸν παρὰ τοῦ φωτὸς τοῦ ἀληθινοῦ, καὶ αὐτὸ τὸ μόνον φῶς τὸν Χριστὸν ἐν τάφῳ τεθέντα δι᾽ ἡμᾶς· καὶ ἐν ἐλαίῳ, ὅτι ἤλειψεν ἡμᾶς τῷ ἐλαίῳ τῆς χάριτος· καὶ ὅτι δι᾽ ἐλαίου ἤτοι τοῦ μύρου ὁ οἶκος τελειωθήσεται· καὶ ὅτι φῶς ὁ Χριστὸς μεθ᾽ ἡμῶν ἐστι, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ κατοικήσει ἐξ ὕψους ἀνατολή. *Mox laudibus Deo redditis, manibus petras apprehendit, & calcem, aut cæmentum aliquo inſtrumento, & in foſſam fundamenti deſcendens, lapides cruce conſignatos, in crucis figuram componit, vt Chriſtum petram immobilem in fundamentum ſe poſuiſſe profiteatur. In ipſorum vero lapidum medio, in foueola, velut in ſepulchro, lampadem acceptam infuſo deſuper oleo, accenſam ponit: Oleo quidem Dei miſericordiam in æde conſtructa ſuppeditatam, lumine vero, ſupernam à vero lumine illuſtrationem, ipſumque Chriſtum, lumen præcipuum & vnicum propter nos in monumento poſitum, repræſentans: & in oleo rurſus, quia gratiæ oleo nos vnxit, & quia per oleum, id eſt Chriſmatis vnguentum, ædes tota conſecrabitur, & quia Chriſtus, qui lumen noſtrum eſt, & oriens ex alto in illa æde habitabit.*

6 Καὶ οὕτως οἱ τεχνῖται τῆς οἰκοδομῆς ἄρχονται.] Pontificis orationem artificum opus ſequitur. Precatur hoc pacto, & officium hoc omne percurrit S. Epiphanius apud Metaphraſtem, & eos feſtim operarios adhibet: ἐποίησεν τὴν εὐχὴν, καὶ πᾶσαν τὴν ἀκολουθίαν τοῦ τόπου, καὶ παρέστησεν τεχνίτας. Conſtituendis itaque non euertendis templis Patres antiqui deſignarunt preces. Iuſtinianum in errorem edocuit Callinicus Patriarcha hunc Eccleſiæ ritum, à quo cum rogaretur authore Theophane & Paulo Diacono hiſt. lib. 19. orationem præmittere, *vt deſtrueret Eccleſiam ſanctæ Dei genitricis iuxta Palatium ſitam, volens in loco ſiſtere phialam* (id eſt locare fontem aquas eiaculantem) *& baſes conſtruere vulgi, vt illic Imp. ſuſciperent: Patriarcha reſpondit. Orationem quidem ad Eccleſiam ſtatuendam habemus, deſtructionem vero Eccleſiæ non ſuſcipimus. Cogente autem eum Imp. & omnimodis exigente orationem, dixit Patriarcha. Gloria Deo qui iugiter ſuſtinens nos patitur: nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen. Quo audito deſtruxerunt Eccleſiam, & fecerunt Phialam, &c.*

a 1 ΠΕΡΙ ΣΤΑΥΡΟΠΗΓΙΟΥ.

2 ΤΟ δὲ σταυροπήγιον γίνεται οὕτως. Αναφέρεται τῷ πατριάρχῃ περὶ τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ, καὶ γίνεται γράμμα προστακτικὸν πρὸς τὸν ἔξαρχον αὐτοῦ, ἢ πρὸς τινὰ τῶν ἀρχιερέων ἐπὶ τῷ θεμελιωθῆναι, καὶ καθιερωθῆναι, καὶ τὸν ναὸν τελεσθῆναι ἐπὶ σταυροπηγίῳ πατριαρ-

DE CRVCIS DEFIXIONE.

CRucis defixio, hoc pacto perficitur. De ædificio templi huiuſmodi, ſermo fit cum Patriarcha: Et literis datur facultas Viſitatori, aut Pontificum cuipiam, vt fundetur, & conſecretur, perficiaturque templum, ſub Patriarchali crucis defixione.

Crux autem lignea mandatur fieri. In qua Patriarchæ Notarij scribunt.

In vna quidem eius facie hoc pacto.

Crucis defixio Patriarchalis in sancti N. nomine consecrata, in custodita à Deo ciuitate N. in prouincia N. assentiente N. sanctissimo & œcumenico Patriarcha.

In aduersa autem parte.

Regnantibus piissimis Imperatoribus N N. mense N. anni N. *Et mittitur crux huiusmodi, sub qua templum ædificandum est; quam qui recipit, supra positum in fundanda Ecclesia officium celebrat. Cum vero consecrationem peregerit: Retro sacram mensam disposito elato quopiam aut è lapidibus, aut ferro, aut ære, ædificiolo loculum habente, crucem collocat, prout in magna Ecclesia conspicitur.*

Oratio pro crucis defixione.

Domine Deus omnipotens, qui Moysis virgam, in pretiosæ & viuificæ crucis dilecti Filij tui Domini nostri Iesu Christi figuram designasti, benedic ipse & sanctifica locum istum, virtute & operatione pretiosi, viuifici, & illibati ligni crucis, in dæmonum & omnis aduersarij expulsionem, custodiens locum hunc & ædem istam & animas omnium in ea commorantiũ: Intercessionibus super omnes gloriosæ dominæ nostræ Deiparæ, & semper Virginis Mariæ. Quia benedictum est, & glorificatum regnum Patris, & Filij, & Spiritus sancti: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

χικῷ. Κελεύει δὲ γίνεσθαι καὶ σταυρὸν ξύλινον. Ἐν ᾧ γράφουσι οἱ πατριαρχικοὶ γραμματικοί. Ἐν τῷ ἑνὶ μέρει, οὕτως.

3 Σταυροπήγιον πατριαρχικὸν, ἀνατεθὲν ἐπ' ὀνόματι τοῦ ἁγίου, τοῦδε, ἐν τῇ θεοσώστῳ πόλει, τῇδε, ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ, τῇδε, ἐν τῷ ἰδίῳ θελήματι, παρὰ τοῦδε τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου.

Ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ μέρει.

Ἐπὶ τῆς βασιλείας τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων ἡμῶν, τῶνδε, κατὰ μῆνα, τόνδε, ἐν ἔτει, τῷδε. καὶ πέμπεται ὁ σταυρὸς, ἐν ᾧ ὁ ναὸς μέλλει οἰκοδομηθῆναι. εἶτα, ὁ προσδεξάμενος ποιεῖ τὴν ἄνωθεν ἀκολουθίαν ἐπὶ τῷ θεμελίῳ. Ὅταν δὲ ποιήσῃ τὴν καθιέρωσιν· Πήγνυσι καὶ τὸν σταυρὸν, ὄπισθεν τῆς ἁγίας τραπέζης, ὑποτεθέντος τινὸς ἀνωφεροῦς οἰκοδομήματος λάκκον ἔχοντος, ἢ διὰ λίθων, ἢ διὰ σιδήρου, ἢ διὰ χαλκοῦ. ὡς ὁρᾶται ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ.

Εὐχὴ ἐπὶ σταυροπηγίου.

Κύριε ὁ θεὸς παντοκράτωρ, ὁ προτυπώσας τὴν ῥάβδον τοῦ Μωϋσέως, εἰς τὸν τίμιον καὶ ζωοποιὸν σταυρὸν τοῦ ἀγαπητοῦ σου υἱοῦ, κυρίου δὲ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, αὐτὸς εὐλόγησον καὶ ἁγίασον τὸν τόπον τοῦτον, τῇ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ καὶ ἀχράντου ξύλου τοῦ σταυροῦ εἰς ἀποτροπὴν δαιμόνων καὶ παντὸς ἐναντίου, φυλάττων καὶ τὸν τόπον, καὶ τὸν οἶκον τοῦτον, καὶ τὰς ἐνοικούσας ψυχὰς τῶν ἐνταῦθα κατοικούντων. πρεσβείαις τῆς ὑπερενδόξου δεσποίνης ἡμῶν, θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. Ὅτι ηὐλόγηται καὶ δεδόξασταί σου ἡ βασιλεία, τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

VARIÆ LECTIONES.

a Περὶ σταυροπηγίου.) Solum Allatij M. S. est, in quo præsens officium reperitur, ab editis omnino diuersum.

Officium crucis defixionis.

Crucem ligneam præparant: & in altaris media testudine locant illam. Pontifex autem hanc crucis defixionis recitat orationem.

Pax omnibus.

Ἀκολουθία τοῦ σταυροπηγίου.

Ποιοῦσι σταυρὸν ξύλινον· καὶ βάλλουσιν αὐτὸν ἐν τῷ μέσῳ τῆς κόγχης. ὁ δὲ ἀρχιερεὺς λέγει τὴν εὐχὴν τοῦ σταυροπηγίου ταύτην.

Εἰρήνη πᾶσι.


Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Προσκυνοῦμέν σε Ἰησοῦ Χριστέ, ὁ τῷ σταυροῦ τῇ δυνάμει τὸν κόσμον καταφωτίσας, καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ πεπλανημένους διὰ τῆς δυνάμεως τοῦ σταυροῦ σου ἐπιστρέψας, καὶ ἐξαγοράσας ἡμᾶς τῆς δουλείας τοῦ ὄφεως, ἧς κατεδούλωσε τὸν πρωτόπλαστον ὁ μισόκαλος καὶ μισόθεος ἐχθρός· διὰ τοῦτο καὶ τῷ σῷ θελήματι σάρκα φορέσας, ἐκ τῆς παρθένου τεχθεὶς, καὶ σταυρὸν ὑπομείνας, καὶ πάντα τὰ ἔθνη ἀνακαλεσάμενος εἰς τὴν ἁγίαν σου ἐκκλησίαν. ὁ διὰ σταυροῦ τὰς πύλας τοῦ ᾅδου ἀνοίξας, καὶ τὸν ἐχθρὸν θανατώσας, ὁ διὰ τοῦ λουτροῦ παλιγγενεσίας πάντας ἡμᾶς ἀνακαινίσας τῇ δυνάμει τοῦ σταυροῦ σου. διὸ καὶ τοῦτον εἰς τὸ ὄνομά σου πηχθέντα, σταυρὸν εὐλόγησον, ἁγίασον, ὡς ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ σου πάθους, καὶ ὡς εἶπεν ὁ προφήτης, ὅτι ἠγίασται ξύλον δι' οὗ γέγονε σωτηρία τοῦ κόσμου, καὶ βοήθεια τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, καὶ πάντας τοὺς προστρέχοντας τῷ τύπῳ τοῦ σταυροῦ σου ὡς καρποὺς τελεσιουργήσας, φονοκτόνων δαιμόνων ἐφόδους ἀπόστρεψον, χηρῶν καὶ ὀρφανῶν βοηθὸς γενέσθαι εὐδόκησον ὁ θεὸς καὶ πατὴρ, καὶ φωστὴρ ἀδιάδοχος, ὁλοκλήρους εἰς τὴν ἁγίαν σου ἐκκλησίαν, καὶ εἰς τὴν δευτέραν σου παρουσίαν ἀνάδειξον αὐτούς.

Δυνάμει τοῦ τιμίου σου σταυροῦ. Ὅτι σοὶ τῷ θεῷ ἡμῶν πρέπει δόξα, σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου πατρί· καὶ τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

Εἶτα γράφει οὕτως ἐπὶ τὸν ξύλινον σταυρόν.

Σταυροπήγιον γενόμενον τῇ χάριτι τοῦ παναγίου πνεύματος, παρὰ τοῦ ταπεινοῦ ἐπισκόπου Ἀμαθοῦντος, καὶ Ρωμαίων πόλεως Νεμεσοῦ, καὶ ἐπιτεθὲν ἐν τῷ πανσέπτῳ ναῷ, τοῦ δεῖνι, τοῦ δεῖνος χωρίου, ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ εὐσεβεστάτου κυρίου, τοῦ δεῖνος Παλαιολόγου, ἐν μηνὶ τῷ δεῖνι, τῆς ἐγχρονείας, καὶ ἰνδικτιῶνος τόσης.



Dominum precemur.

Adoramus te Domine Iesu Christe, qui crucis virtute mundum illuminâs, eiusdem quoque crucis opere errantes in eo reduxisti, & à serpentis seruitute qua primo conditum hominem boni aduersarius & Dei hostis subegit, nos redemisti: sponte tua propterea humana carne induta, ex virgine natus, & crucem passus, gentes pariter cunctas in sanctam Ecclesiam tuam reuocasti. Qui per crucem inferni portas aperuisti,& hostem morte damnasti, qui crucis virtute omnes per regenerationis lauacrum renouasti. Eapropter crucem hanc nomine tuo defixam benedic, & sanctifica, sicut tremendæ tuæ passionis tempore, prout asserit Propheta: Quia benedictum est lignum, per quod salus mundo aduenit, & hominum generi auxilium est datum: omnes quoque ad crucis tuæ signum velut fructus concurrentes perficiens & consummans, homicidarum dæmonum insultus auerte: & viduarum pupillorumque auxiliatorem fieri tibi complaceat. Deus & Pater, lumen cui non succedit aliud in sancta tua Ecclesia, & in secundo tuo aduentu incolumes illos conserua.

Virtute pretiosæ crucis. Quia tibi Deo nostro conuenit gloria, cum principij experte tuo Patre, & sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper: & in sæcula.

Deinde figuram huiusmodi in lignea cruce sculpit: mox scribit.

Crucis defixio Sanctissimi Spiritus gratia facta ab humili Amathuntis & Nemesi Græcorum ciuitatis Episcopo, & in honorando templo N. loci N. apposita, regnante piissimo Domino N. Palæologo, mense N. annorum computationis, & Indictionis talis.

OBSERVATIONES
CIRCA CRVCIS FIXIONEM.

1 Περὶ σταυροπηγίου.) Ignorato vocis σταυροπηγίου seu σταυροπηγίας vero & germano sensu, toto cœlo aberrant à recto scopo illi, qui putant crucis defixionem, de qua hic est sermo ad præcedens officium, quo primarius lapis Ecclesiæ ponitur, pertinere: quæ certe multum inter se dissident. Nam licet crux in ponendo fundamento figatur, vt ex titulis variarum lectionum occurrit annotare, & vt loquitur Balsamon ibi citatus. δεῖ σὺν εὐχῇ πηγνῦναι σταυρὸν καὶ τότε τὸ ἔργον ἄρχεσθαι. & iterum in Can. 7. Synodi 7. ἡ πῆξις τοῦ θεμελίου διὰ εὐχῆς μόνης καὶ σταυροπηγίου τοῦ κατὰ χώραν ἐπισκόπου γίνεται. Fundamenti positio fit per solam orationem, & Episcopi regionis illius crucis fixionem. hoc tamen de quo agimus σταυροπήγιον, in Ecclesia iam à multis annis perfecta & consummata fieri potest. Crux illa fundandæ ecclesiæ das initium, hæc eius perfectio est: illa præsentis Episcopi ministerio figitur; hæc a Patriarcha etiam absente cōceditur, & nusquā ita dici minus communis Episcoporum probari potest, quin imo consueto Episcoporum iuri aduersatur. Verum monēdus prius lector est, ne vbi offendit Gretserus to. 1 de sancta cruce lib. 2. cap. 8. impingat, si cum eo crediderit, σταυροπήγιον esse crucem à Patriarcha benedictam, & ad Episcopos missam, figendam & constituendam nomine Patriarchæ, in loco Ecclesiæ ex edificandæ. Nam cum fixio crucis, ait ille, quæ ex Canonum & legum præscripto fieri debet ab Episcopo, cum ecclesia aut Monasterium ædificatur, [illegible] σταυροπήγιον successit tamen temporis accidit, vt qui Ecclesiam aut oratorium extædificare statuissent, contenti non essent, vt à loci illius Episcopo aut Metropolitano crux consecraretur & erigeretur, sed volebant vt id fieret nomine & authoritate Patriarchæ Constantinopolitani, aut alterius. Crux ergo Patriarchæ mandato erecta, aut simpliciter σταυροπήγιον, aut cum addito σταυροπήγιον πατριαρχικὸν appellabatur. Hæc Gretseri perfecta mens, sed imperfectus omnino σταυροπηγίου sensus, quem quidem facilius exprimere non possumus, quam si ob oculos posuerimus illas ecclesias in Occidentis partibus, Apostolico priuilegio ab Episcoporum iurisdictione & visitatione exemptas, quas proinde proprio vocabulo Græco, σταυροπήγια, possemus appellare: ecclesiæ namque & loca quæuis à Diœcesani potestate à Patriarchis vindicata, sibique nullo medio subiecta, à suis tantum Exarchis & Visitatoribus visitanda, σταυροπήγια sunt: quæ vt tali iure, etiam signo ad oculum manifesto, gaudere cognoscantur; placuit retro altare crucem in locis illis exemptis defigi, illāque σταυροπηγίου nomen sortiri. Hinc, (vt vere ita subdit Gretserus) Episcopi ægre admodum ferebant, hanc crucium figendarum potestatem, quam Patriarchæ sibi vendicabant; quasi aduersaretur Apostolorum canoni, qui ita habet. εἴ τις πρεσβύτερος καταφρονήσας τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου χωρὶς συνάγαγη, καὶ θυσιαστήριον ἕτερον πήξῃ καθαιρείσθω ὡς φίλαρχος. τύραννος γάρ ἐστι. *Si quis Presbyter contempto proprio Episcopo seorsum congregationem fecerit, & altare fixerit, deponatur, vt imperium obtinendi cupidus: est enim tyrannus.* Hæc canone. (Sacerdotes inferiores, non Patriarcham perstringente) *freti Metropolitani & Episcopi*, (ait ibidem Balsamon) *murmurant aduersus eos, qui curant vt cruces Patriarchales σταυροπήγια πατριαρχικὰ, in suis regionibus figantur: & adeo sæpe quoque nonnulli Imperatoris aut Patriarchæ aures obtuderunt, quærentes vt Patriarchalium crucium concessio auferretur* ζητοῦντες περιαιρεθῆναι τὴν δόσιν τῶν πατριαρχικῶν σταυροπηγίων. *Et cum postularent proferri Canones qui crucium huiusmodi figendarum concessionem permitterent: sanctissima Ecclesiæ pars, eorum instantiam reiecit, propter longam non scriptam Ecclesiasticam consuetudinem, quæ pro Canonibus seruata est, tanto tempore quanti memoria haberi non potest, & in hodiernum vsque diem viget. Scias autem* (subiungit idem Balsamon in supplemento, mini fol. 1120 posito) *quod post præsentis Canonis interpretationem, cum aliquot Antistites conuenissent qui ægre ferebant, sibi missa fuisse à Patriarcha σταυροπήγια, tanquam id præter Canones factum esset, in suis diœcesibus animaduerti hac iure & Canonice fieri, & Episcopo frustra queri. A diuinis enim Canonibus nec Metropolitano nec Archiepiscopo, nec Episcopo, data est regio* (in qua superiorem non agnoscat) *sed quinque Patriarchis distributa sunt regiones orbis terrarum, & ideo à cunctis qui sunt in ipsis nomina referuntur. Cū autem ipsi, eos Antistites qui earum curam gerunt iudicent & Canonice corrigant: iure etiam dabunt ius figendi cruces in eorum ciuitatibus & Parochiis.* Hæc Balsamon. Vt vero indubiè pateat σταυροπηγίου nomine locum Iurisdictioni Patriarchali per crucis fixionem reseruatum designari, obseruandus est solum titulus illius decreti lib. 2. Iuris Orient legendi. Σιγίλλιον τοῦ παναγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ Πατριάρχου κυρίου Γερμανοῦ ἐπὶ τοῖς Παραλαυρείοις τῶν πατριαρχικῶν μονῶν. τίνι αὖ διαφέρειν ὀφείλουσι. *Sigillum sanctissimi & Oecumenici Patriarchæ Domini Germani de Paralauriis* (id est adiacentibus maiorum Monasteriorū nomine Lauræ vocatorum) *Patriarchalium Monasteriorum, ad quem pertinere debeāt?* Responsio est ἡ ἀναφορὰ τοῦ πατριαρχικοῦ ὀνόματος ἐν ἐκείνοις μόνοις, καὶ κρατεῖ, καὶ ἐκφωνεῖται προφανῶς, ἐν οἷς ἡ ἀνέγερσις διὰ σταυροπηγίων πατριαρχικῶν ἐγένετο, κἂν μοναστήρια ὦσι, κἂν ἐκκλησίαι καθολικαί, κἂν εὐκτήριοι οἶκοι, κἂν τοῖς τοιούτοις μηδὲν εἶναι μεθεκτὸν τῷ κατὰ χώραν ἀρχιερεῖ, εἴτε εἰς ἱεροπραξίαν, εἴτε εἰς ἡγουμένων σφραγῖδα, εἴτε εἰς ψυχικῶν σφαλμάτων ἀνάκρισιν. οὐδ' ἄλλο, οὐδὲ ὅπωσοῦν, μέχρι καὶ αὐτῶν τῶν κανονικῶν εἰσφορῶν ἀπαιτήσεως οὗ γὰρ οἱ ἱερᾶσθαι ἐν τούτοις λαχόντες, πατριαρχικοί, καὶ εἰσὶ καὶ ὀνομασθήσονται· καὶ τῷ τῶν πατριαρχικῶν δικαίων ἐξάρχῳ ὑποκείσονται καὶ τὰ συνήθη κανονικὰ πρὸς αὐτὸν ἀποτίσουσιν, ὁ δὲ αὐτός, καὶ τοὺς ἑξῆς ἱερᾶσθαι μέλλοντας διὰ τῶν κατὰ μέρος βαθμῶν, εἰς τοῦτ' αὐτὸ προβιβάσει μετὰ τῶν νομιζομένων μαρτυριῶν τοῦ τε βίου, καὶ τῆς ἡλικίας αὐτῶν, καὶ πάσης τῆς [illegible] κανονικῆς παρατηρήσεως. ἔτι γε μὴν καὶ τῶν γαμικῶν συναλλαγμάτων ἐπισκέψει προστροπῇ καὶ ἀποτροπῇ, καὶ οἱ τῶν λογισμῶν τε ἀναδέχοι πνευματικοὶ πατέρες, ἐν τοῖς πατριαρχικοῖς δικαίοις προσκαθήμενοι παρ' αὐτοῦ, καὶ δοκιμασθήσονται καὶ τὸ ἔνδοσιμον λήψονται. *Patriarchalis nominis appellatio in illis solum obtineat & manifeste inclametur, in quibus ædificij sacri extructio per Patriarchales crucium fixiones, siue Monasteria*

sint, siue Ecclesiæ perfectæ (vox καθολικὸς perfectum moderna lingua, antiqua vniuersale denotat, & ἐκκλησία καθολικὴ est Parochia ad quam viri & mulieres conueniunt, cum ad Monasteria & Ecclesias Monachorum soli viri, & ad Monialium solæ mulieres aditum habeant: quæ ideo nec vniuersales, nec perfectæ habendæ sunt) *siue Oratoria: & in huiusmodi nihil sit commune regionis Antistiti, siue ad sacrorum celebrationem, siue ad superioris per signum crucis institutionem, siue ad delictorum animæ disquisitionem, neque ad aliud quidquam, etiam ad Canonicorum censuum exactionem. Etenim & ij, qui Ordines sacros suscipient Patriarchales erunt & nominabuntur, & Patriarchalium Iurium exactori, id est Visitatori subijcientur; eique Canonica Iura persoluent. Ipse autem Visitator eos qui in posterum sacris initiabuntur per gradus singulos ad id promouebit, cum legitimis tam vitæ quam ætatis ipsorum testimoniis, & omni alia canonicè præscripta obseruantia. Nuptialibus præterea contractibus permittendis, aut vetandis præerit, & ratiociniorum auditores, spirituales patres, in Patriarchicis Iuribus assidentes ab eo promouebuntur, & facultatem accipient.* ἔνθα δὲ μὴ καταβληθῇ πατριαρχικὸν σταυροπήγιον, ὁ κατὰ χώραν ἀρχιερεὺς ἐκεῖσε ἐξουσιάσει, κἂν προάστειον ἢ τὸ μοναστήριον, κἂν παραλαύριον, κἂν οἶκος εὐκτήριος. καὶ αὐτῷ ἔσται ἡ ἀναφορὰ, ἡ σφραγὶς, ἡ ἐξέτασις, ἡ πρόοδος τῶν κανονικῶν αἱ χειροτονίαι, αἱ ἐνδύσεις, καὶ ἡ κώλυσις τῶν συναλλαγμάτων καὶ εἴ τι ἄλλο προσόμιον ἐπισκοπικόν. *Vbi autem Patriarcha crucifixio præstructa non fuerit, regionis Antistes illius potestatem habebit Monasterii siue eius suburbanum sit, siue Paralaurium, siue domus Oratoria, & ad illum erit recursus, illius erit crucis signatio, ad constituendos videlicet Monasteriorum præfectos, inquisitio Iuridici census, ordinationes, facultates, & prohibitiones contractuum: & si quod sit aliud Episcopale priuilegium.* His perspectis clare liquet Gretserum Turcogræciæ authorem immerito reprehendere, qui in Scholio epist. 8. lib 4. inquirens quid σταυροπήγιον; scite his verbis respondet. Πατριάρχου μοναστήριον πλὴν κείμενον ἐν ἄλλῃ ἐπαρχίᾳ· ὡς ἐν Ναυπλίαις Ἀθήναις, ἢ ἀλλαχοῦ *Monasterium* (siue Ecclesia) *Patriarchæ subiectum* (immediate) *verumtamen in alia prouincia, Nauplii puta, Athenis aut alibi.* Differunt enim inter se Ecclesia ἐνοριακὴ & σταυροπηγιακὴ, quia illa est τῆς μητροπόλεως κυριεύεται δηλαδή: hæc vero, ἡ ὁ πατριάρχης. Hincque Callistus Rhodi Metropolita in Turcogræcia eadem ad Patriarcham scribit: ὧδε ὑπάρχει σταυροπήγιον ἓν, τῆς σῆς παναγιότητος. Dum tamen, verum nequit fateri Gretserus, cuncta hæc falsa asserit, & se nescire vnde hæc Crusius acceperit. Respondeo Gretsero, hæc eadem me in Oriente didicisse. Quin & ipse Gretserus, ipso veritatis testimonio conuictus scribit. *Illud negandum non videtur Patriarcham, per σταυροπηγίαν in aliquo templo constitutionem, iuris aliquid* (ius integrum dixisset) *comparare solitum: ita vt pensionis nomine exigere aliquid ab illo possit* (quin potius per Exarchum siue Visitatorem censum omnem superiori debitum ibidem Patriarcha colligit) at hæc contra Gretserum sufficiant. Cæterum quanto grauius à vero Meursius aberrauerit, in explicanda hac voce, ipsis eiusdem verbis constat: dum ait σταυροπήγιον, *est Diœcesis vniuersa Episcopi, in qua ille crucis figendæ Ius habebat.* Quam inconsiderate, Meursi, σταυροπήγιον in crucem egisti, illudque ignaræ expositionis ficto sensu confixisti? Quin potius nullum ibi in figenda cruce Episcopi ius enarratur, nisi vt sententiæ Patriarchalis executoris Patriarchæ debita exigentis, vt Ecloga LL. Leonis & Constantini titul. 3. ab ipso Meursio citata demonstrat: τῷ Κωνσταντινουπόλεως προέδρῳ ἔξεστι καὶ ἐν ταῖς τῶν ἄλλων θρόνων ἐνορίαις, ἐν οἷς οὐκ ἔστιν καθιέρωσις ναοῦ, σταυροπήγια διδόναι. *Constantinopolis Præsuli licet etiam in aliorum Thronorum* (Patriarchalium) *districtu, in quibus non est praconsecratio, crucis fixiones largiri.* De his plura Iuris Græcoromani paginis 232. 233. & 283.

2 Σταυροπήγιον γίνεται οὕτως.] Crux Patriarchæ authoritate in Ecclesia defixa, seu potius dictio σταυροπήγιον, plura ad eam pertinentia denominat. Ipsa enim crux figenda, solemnitas qua figitur, Ecclesia deinde in qua crux fixa est, synecdochicôs velut totum à parte magis conspicua, & tande in priuilegium ex cruce donata ortum, σταυροπήγιον est. Hic autem solum ritum talis crucis figendæ denotat.

3 Σταυροπήγιον πατριαρχικόν.] De cruce Patriarchali authoritate defixa, ita Matthæus Blastares scribit titulo: ὅτι μόνῳ τῷ πατριάρχῃ δίδοται Κωνσταντινουπόλεως σταυροπήγια πανταχοῦ πέμπειν. *Soli Patriarchæ Constantinopolitano concessum esse, quocumque Stauropegia mittere:* μόνῳ τῷ πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως ἐκ συνηθείας ἐφεῖται μακρᾶς, σταυροπήγιά τε διδόναι, καὶ τὴν ἀναφορὰν, καὶ μνήμην τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ ἔχειν, οὐ μόνον ἐφ' οἷς κέκτηται ἰδίοις χωρίοις, ὁπουδήποτε κειμένοις, καὶ τοῖς ἀκινήτοις κτήμασι τῶν ὑποκειμένων τούτῳ μοναστηρίων· ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς τῶν μητροπόλεων αὐτοῦ ἐνορίαις, ἔνθα ἂν παρὰ τοῦ τὸν νεὼν ἀνεγείροντος δηλαδὴ προσκληθείη. *Soli Constantinopoleos Patriarchæ antiqua consuetudine permittitur Stauropegia concedere, relationemque & memoriam sui nominis in eo facere, non tantum in iis locis, quæ vbicumque posita, peculiariter possidet, & in Monasteriorum immobilibus bonis; sed & in Metropoleon districtibus; vbi his à noui templi fundatore rogetur.* Et cap 9. τοῦ Π. στοιχείου. τῷ Κωνσταντινουπόλεως προέδρῳ ἔξεστιν, inquit, καὶ ἐν ταῖς τῶν ἄλλων θρόνων ἐνορίαις ἐν αἷς οὐκ ἔστι προκαθιέρωσις ναῶν, σταυροπήγια διδόναι. *Constantinopolis Præsuli in aliorum Thronorum districtibus, in quibus nulla præcesserit consecratio Crucium defixiones licet concedere:* quo tamen supremo iure reliquis Patriarchis easdem concedendi facultas non aufertur, cum etiam Germanus Amathuntis Antistes cuius potestas Patriarchalem authoritatem Latinorum regum ætate aliquatenus in Cypro referebat, σταυροπηγίων concedendorum formam, vt supra vidimus, edere non fuerit veritus.

ORDO SERVARI SOLITVS, SI MOTA fuerit sacra Mensa.

SI quando debet mota sacra mensa, iterum stabiliri: Ab idoneis ad hoc opus, ante Missam disponitur Ceromastice cum marmore trito, in olla noua, eo quod mota sacræ mensæ Ceromastice vetustate dissoluta sit: nec in ea possit iterum firmari. Sublata vero sacra mensa, & deposita siquidem Inthronizationis litteræ sartæ tectæ sint in Altaris columnis, ita remanent: si vero corruptæ sint, renouantur. Accipiunt autem ad hoc præstituti chartas ex pergameno, & complicant, geminantque: (prout in Inthronizatione dedicationis peragitur) non ex æquo ad inuicem, sed interiorem partem breuiorem, exteriorem vero paulo magis extensam aptant, ita vt vnamquamque columnam vno digito superet: Illas autem funiculis, ter inferius, & ter superius ductis, constringunt; & tandem duobus extremis vinculi ad inuicem relatis, ita connectunt, vt in anteriori parte crux ex eis efformetur, in medio vinculorum extremorum. Tali autem pacto, & tam stricte componunt & communiunt cum columnis chartas, vt nulla rima possit inferius Ceromastice defluere. Tum Missa incepta, & magno Introitu à Pontifice celebrato: Ceromastice feruens profertur, & columnis infunditur donec labrum repleat. Ipsa vero paululum frigefacta, sacram mensam apprehendunt, Pontifex & assistentes ei Sacerdotes, & è Clero aliqui: si quidem grandis illa fuerit: & columnis eam imponunt, cantantes. Exaltabo te, Deus meus rex.

Tum gloriam Deo reddunt, cum Ceromasticem eradunt, & cùm mensam abstergunt, psallunt: Dominus pascit me. *Et hoc terminato, gloriam iterum reddunt: & Pontifex inquit.*

Benedictus Deus noster, vbique, nūc & semper, & in sæcula sæculorum.

ΤΑΞΙΣ ΓΙΝΟΜΕΝΗ ΕΠΙ ΣΑΛΕΥΘΕΙΣΗΣ ἁγίας τραπέζης.

a 1 ὍΤαν μέλλῃ ἡ σαλευθεῖσα ἁγία τράπεζα καθιδρυθῆναι. Πρὸ τῆς λειτουργίας, ἑτοιμάζεται παρὰ τῶν ἐπιτηδείως ἐχόντων εἰς τοῦτο. Κηρομάστιχον μετὰ τετριμμένου μαρμάρου, ἐν χύτρᾳ καινῇ διὰ τὸ εἶναι τὸ παλαιὸν κηρομάστιχον τῆς σαλευθείσης ἁγίας τραπέζης ξηρόν. Καὶ μὴ δύνασθαι πάλιν αὐτὴν ἐν αὐτῇ καταρτισθῆναι. Καὶ τῆς ἁγίας τραπέζης αἰρομένης, καὶ κατατεθειμένης, Εἰ μόνον φυλάττονται 2 τὰ τοῦ ἐνθρονιασμοῦ χαρτία 3 ἐν τοῖς κίοσι σῶα καὶ ὑγιῆ, μένουσιν οὕτως· εἰ δὲ διεφθάρησαν ἐναλλάττονται. Λαμβάνουσι γὰρ, οἱ εἰς ταῦτα τεταγμένοι, χαρτία 4 ἀπὸ b πιττακίου. Καὶ διπλοῦσιν αὐτὰ, εἰς δύο, κατὰ καὶ ἐν τῷ ἐνθρονιασμῷ, οὐκ ἐπίσης, ἀλλὰ τὸ μὲν ἔσωθεν μέρος ὀλίγον, τὸ δὲ ἔξωθεν πλεῖον, ὥστε ὑπερέχειν ἑκάστου κίονος, ἕνα δάκτυλον. Καὶ δεσμοῦσιν αὐτὰ μετὰ σφικώματος, ἄνω, τρίτον, καὶ κάτω, τρίτον. Καὶ οὕτως c ἀντιφέροντες μιγνύουσι τὰ δύο ἄκρα τοῦ σφικώματος. Καὶ συνδέουσιν, ὥστε. Ἔμπροσθεν ἀποτελεῖσθαι σταυρόν. d Ἐν μέσῳ τῶν δύο. Εἶτα κατασφαλίζονται, ὡς ἂν ἵνα μὴ ἡ 5 κηρομάστιχος ἐκρυῇ κάτω διά τινος ὀπῆς. Καὶ οὕτως τῆς λειτουργίας ἀρχομένης· Καὶ τῆς εἰσόδου μετὰ τοῦ ἀρχιερέως γινομένης. Κομίζεται ἡ κηρομάστιχος ζέουσα. Καὶ ἐπιχεῖται τοῖς κίοσιν, ἕως οὗ πληρωθῶσι τὴν χείλωσιν. Μικρὸν δὲ αὐτῆς ψυχρανθείσης, ἐπιλαμβάνονται τῆς ἁγίας τραπέζης ὅ, τε e Ἀρχιερεὺς, καὶ οἱ συμπαρόντες αὐτῷ ἱερεῖς. καὶ ἕτεροί τινες τοῦ κλήρου, εἴπερ εἴη μεγάλη. καὶ τίθησιν αὐτὴν ἐπὶ τὴν κίονα. f Ψάλλοντες, τό. Ὑψώσω σε ὁ θεός μου ὁ βασιλεύς μου.

Εἶτα, δοξάζουσι, ἐν τῷ ξέεσθαι τὴν κηρομάστιχον. Καὶ σπογγίζουσι τὴν τράπεζαν, g ψάλλοντες, τό. Κύριος ποιμαίνει με. Καὶ μετὰ τὴν πλήρωσιν τούτου. Δοξάζουσι. Καὶ λέγει ὁ ἀρχιερεύς.

Εὐλογητὸς ὁ θεὸς ἡμῶν, πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Καὶ πιέζουσι ταῖς χερσὶ τὴν τράπεζαν, ὥστε συναρμοσθῆναι ταύτην καλῶς. εἶτα λαβὼν ὁ ἀρχιερεὺς τὸ θυμιατὸν, θυμιᾷ κύκλωθεν αὐτήν.

Καὶ οὕτως ἔμπροσθεν αὐτῆς ἱσταμένου.

Λέγεται παρὰ τοῦ διακόνου ἡ συναπτή.

Ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης.

Ὑπὲρ τοῦ ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν, τοῦδε. καὶ τοῦ ἔργου τῶν χειρῶν αὐτοῦ, καὶ τῶν συμπαρόντων ἱερέων, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ ἁγιασθῆναι τὸν οἶκον τοῦτον, καὶ τὴν ἐν αὐτῷ θείαν τράπεζαν καθιδρυθῆναι τῇ ἐπιφοιτήσει, καὶ δυνάμει, καὶ ἐνεργείᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῆς πόλεως ταύτης, πάσης πόλεως, χώρας, καὶ τῶν πιστῶν.

Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς ἀπὸ πάσης θλίψεως.

Ἀντιλαβοῦ, σῶσον, ἐλέησον, καὶ διαφύλαξον.

Τῆς παναγίας ἀχράντου.

Ἐν ὅσῳ δὲ λέγει ὁ διάκονος τὴν συναπτὴν, λέγει ὁ ἀρχιερεὺς h τὴν εὐχὴν μυστικῶς.

h Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Εὐχαριστοῦμέν σοι κύριε ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων, τῷ τὴν σὴν χάριν ἐκχέαντι ἐπὶ τοὺς ἁγίους σου ἀποστόλους καὶ τοὺς ὁσίους ἡμῶν πατέρας, ὅτι ἠξίωσας διὰ τὴν πολλήν σου φιλανθρωπίαν, καὶ μέχρις ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ ἀχρείων δούλων σου ταύτην ἐκτεῖναι. καὶ δεόμεθά σου δέσποτα πολυέλεε, πλήρωσον δόξης καὶ ἁγιασμοῦ καὶ χάριτος τὸ ἁγιαστήριον τοῦτο, εἰς τὸ μεταποιεῖσθαι τὰς ἐν αὐτῷ προσφερομένας σοι ἀναιμάκτους θυσίας τοῦ ἀχράντου σώματος, καὶ τοῦ τιμίου αἵματος τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, καὶ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πρὸς σωτηρίαν παντὸς τοῦ λαοῦ σου, καὶ τῆς ἡμῶν ἀναξιότητος.

Σὺ γὰρ εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί. i Καὶ μετὰ τὸ ἀμήν.

i

k Ἄρχονται οἱ ψάλται τοῦ τρισαγίου. Καὶ k τελεῖται ἡ ἀκολουθία τῆς λειτουργίας, ὡς σύνηθες.

Et manibus mensam calcant, donec firmiter coaptetur: deinde accepto thuribulo, Pontifex circa illam thus adolet.

Et tandem eo coram illa stante.
Dicitur à Diacono Collecta.

In pace Dominum precemur.

Pro superna pace.

Pro Archiepiscopo nostro N. & pro manuum ejus opere, & pro Sacerdotibus ei assistentibus: Dominum precemur.

Vt sanctificetur domus hæc, eiusque diuina mensa rite stabiliatur, aduentu, virtute, & operatione Spiritus Sancti: Dominum precemur.

Pro ciuitate hac, omni alia ciuitate, regione, & fidelibus.

Vt ab omni angustia liberemur.

Suscipe, salua, miserere, & custodi.

Sanctissimæ, immaculatæ, &c.

Recitata à Diacono Collecta, dicit interim Pontifex secreto Orationem.

Dominum precemur.

GRatias tibi agimus, Domine Deus virtutum, qui super Apostolos tuos sanctos, & beatos Patres nostros gratia tua primùm effusa, vsque ad nos peccatores & inutiles seruos tuos magna tua benignitate illam extendere dignatus es: rogamus ideo valdè misericors Domine, gloria, sanctitate, & gratia altare hoc reple: vt oblatæ in illo incruentæ hostiæ illibati Corporis, & pretiosi Sanguinis vnigeniti Filij tui, & Saluatoris nostri Iesu Christi, in populi tui nostræque indignitatis salutem transmutentur.

Tu enim es Deus noster, & tibi gloriam referimus Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, nunc & semper, *&c.*

Et responso, Amen

Incipiunt Cantores, Ter Sanctus. *Et pro more, Missæ officium terminatur.*

VARIÆ LECTIONES.

a OΤαν μέλλῃ ἡ σαλευθῆναι ἁγία τράπεζα.] Allatianum M. S. legit ὅταν μέλλῃ ἡ τοῦ θεοῦ τράπεζα.
b Πιτακίου.] Cryptoferr. Bessarionis, & Allatianum habent πιττακίου.
c Αντιφέροντες.] Cryptof. ἀντιπρέφοντες.
d Εν μέσῳ τῶν δύο.] Addit hic Allatianum: ἐν μέσῳ τῶν δύο σταυρῶν τὰ ἄκρα διὰ τοῦ πεποιημένου μαρμάρου γύρωθεν τὰ χαρτία καταασφαλίζοντες, ὡς αὐ &c.
e Αρχιερεύς.] Vbicumque in editis vox ἀρχιερεὺς hic ponitur: Allatianum scribit, ἐπίσκοπος.
f Ψάλλοντες τὸ, ὑψώσω.] Allatianum, ψάλλοντες τὸ ρμδ΄. ψαλμόν. Υψώσω,
g Ψάλλοντες τὸ, κύριος.] Allatianum idem. ψάλλοντες τὸν κϛ΄. κύριος.
h τὴν εὐχὴν μυστικῶς.] Allatianum. εἶτα λέγει τὴν εὐχὴν εἰς ἐπήκοον. εὐχή.
i Καὶ μετὰ τὸ, ἀμήν.] Allatianum, καὶ τοῦ λαοῦ, ἀμὴν λέγοντος.
k Τελεῖται ἡ λειτουργία.] Cryptoferr. καὶ τελεῖται καθεξῆς ἡ ἀκολουθία πάσης τῆς λειτουργίας. Et sequitur in eodem.

Alius ordo, cum sacra mensa mota est, obseruandus.

ANte sanctæ mensæ exordium, siue lapicida siue aurifaber mittitur, columnas quibus sancta mensa incumbit abstersurus, easque proprijs sibi locis repositurus Post hæc dimotas iuncturas implet ceromastice, siue illam quouis instrumento, siue manu ad instar ceræ, siue alias quauis arte, prout libet & valet, emolliat. Tum chartas ligneas, id est papyros circumponit, & ad ceromastices custodiam (ne effluat) nouo ligamine connectit. His peractis cum Sacerdotibus & Diaconis Pontifex ingreditur, & coram sancta mensa sistit. Et dicente Archidiacono. Benedic Domine. *Exclamat ille.* Benedictum regnum Patris, & Filij. *Et responso*, Amen, *dicit Archidiaconus collectam hoc pacto.*

In pace Dominum. Pro superna pace.
Pro pace vniuersi.
Pro sancta hac domo.
Pro Archiepiscopo nostro N. & opere manuum eius, feruentius vero pro eo, & adstantibus ipsi Sacerdotibus, Dominum precemur.
Vt domus hæc sanctificetur, &c.
Pro piissimis &c.
Vt cum eis pugnet &c.
Vt liberemur. Sanctissimæ &c. *Collecta hoc pacto ab Archidiacono dicta: recitat Sacerdos orationem sequentem.*

Gratias tibi agimus Domine &c.
Et Archidiacono dicente, In pace procedite. *Reliquis vero respondentibus*, In nomine Domini. *Pontifex hac ratione benedictionem subiungit.*

Αλλη τάξις γινομένη ἐπὶ σαλευθείσης ἁγίας τραπέζης.

ΠΡὸ τῆς ἀρχῆς τῆς θείας λειτουργίας, ἀποστέλλεται εἴτε λιθοξόος, εἴτε χρυσοχόος, καὶ τοὺς σαλευθέντας κίονας οἷς βαστάζεται ἡ ἁγία τράπεζα ἀποσπογγίζει, καὶ κοιτάζει εἰς τοὺς ἰδίους τόπους· καὶ μετὰ τοῦτο γεμίζει τὰς ἁρμονίας τὰς σαλευθείσας κηρομαστίχῃ, εἴτε μετ᾽ ἐργαλείου τινὸς, εἴτε μαλάσσει αὐτὴν ὡς κηρὸν, εἴτε ἄλλως, ὡς ἂν ἐγχωρεῖ. εἶτα περιτίθησι ξυλοχάρτια, καὶ δεσμεῖ αὐτὰ μετὰ σφικώματος καινοῦ πρὸς περιφύλαξιν τῆς κηρομαστίχης· καὶ τούτων γινομένων εἰσέρχεται ὁ ἀρχιερεὺς, ἅμα τοῖς πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις καὶ ἵσταται ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας τραπέζης. καὶ λέγοντος τοῦ ἀρχιδιακόνου τὸ. εὐλόγησον δέσποτα. ἐκφωνεῖ. Εὐλογημένη ἡ βασιλεία τοῦ πατρὸς, τοῦ υἱοῦ. Καὶ μετὰ τὸ, ἀμὴν λέγει ὁ ἀρχιδιάκονος τὴν συναπτὴν τοιούτως.

Εν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου. Υπὲρ τῆς ἄνωθεν.
Υπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ σύμπαντος.
Υπὲρ τοῦ ἁγίου οἴκου τούτου.
Υπὲρ τοῦ ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν τοῦ δεῖνα, καὶ τοῦ ἔργου τῶν χειρῶν αὐτοῦ, ἐκτενέστερον ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ τῶν συμπαρόντων αὐτῷ ἱερέων· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.
Υπὲρ τοῦ ἁγιασθῆναι τὸν οἶκον. Vt supra.
Υπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων. Vt alibi.
Υπὲρ τοῦ συμπολεμῆσαι. ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι. τῆς παναγίας. οὕτω τῆς συναπτῆς παρὰ τοῦ ἀρχιδιακόνου γινομένης· ποιεῖ ὁ ἀρχιερεὺς τὴν εὐχὴν ταύτην.

Εὐχαριστοῦμέν σοι κύριε. Vt supra.
Καὶ τοῦ ἀρχιδιακόνου λέγοντος τὸ, ἐν εἰρήνῃ προέλθετε, τῶν τε λοιπῶν ἀποκρινομένων τὸ, ἐν ὀνόματι κυρίου. ἐπεύχεται ὁ ἀρχιερεὺς οὕτως.

Χειρὶς

Χειστὸς ὁ ἀληθινὸς θεὸς ἡμῶν. Vtalibi.

Καὶ μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῆς ἀκολουθίας, εἰσέρχεται ὁ ἀρχιερεὺς εἰς τὸ διακονικὸν, καὶ ἀναπαύεται· καὶ ὅτε ὁ καιρὸς ἔλθῃ τῆς θείας μυσταγωγίας, εἷς τῶν πρεσβυτέρων, καὶ εἷς τῶν διακόνων λαμβάνουσι καιρόν· καὶ ψαλλομένων τῶν ἀντιφώνων, εἰσοδεύει ὁ ἀρχιερεὺς, καὶ γίνεται τελεία λειτουργία.

Christe verus Deus noster &c.

Finito tandem officio, ingreditur Pontifex Sacristiam, & quiescit: instante vero sacrorum mysteriorum tempore, vnus Sacerdotum, & pariter Diaconorum vnus, captant tempus: & decantatis Antiphonis, celebrat Ingressum Pontifex, & completa missa perficitur.

IN ORDINEM SERVARI SOLITUM QVANDO SANCTA mensa mota est. Notæ.

1 Σαλευθεῖσα ἡ ἁγία τράπεζα.] Monendo altari, & denuo consecrationis opem habituro, sufficit eius à sua structura inferiori siue stipite qualitercumque facta diuisio: ex ipso siquidem vtriusque ad inuicem nexu & coniunctione, Altaris integritas exurgit: cuius sola mensa superior Consecrationem non suscipit (quodnam enim alias inter Altare portatile fixumve discrimen) sed tota illius, cum sibi coniuncto stipite, moles & structura coalescens: cuius partibus à se disiunctis, sicut apud Latinos consecratio excidit, ita & apud Græcos aliqua reparatione & restauratione solemni, (non enim dedicationem integram hic agnoscunt, sed eam illius partem quæ locando Altari satis est: de qua consulendum dedicationis officium) indiget. Hæc est in vtriusque Ecclesiæ conuenientia: diuersas obseruanda. Græci quippe Altare motum si stabiliatur, non consecrant: Latini vero ceu perdita consecrationis sanctitudine, & quasi infecta eius solemnitate, denuo illud dedicant; nullo diuisionis solius, aut integræ destructionis & ruinæ delectu habito: cum tamen Græci solo nexu & glutini inter partes attento defectu, Altare non ἐγκαινίζεσθαι, καθιεροῦσθαι, aut ἀφοσιοῦσθαι: sed tantum καθιδρύεσθαι, in suo loco reponi, partiali & proprio consecrationis ritu, pronuncient: & sicut Latini, Altari moto, non totam Ecclesiam consecrandam sentiunt, quamuis Hygini Pontificis decretum de Consec. dis. 1. sanciat, vt *si motum fuerit Altare denuo consecretur Ecclesia*: eo quod Ecclesiæ nomine solum Altare plerumque intelligendum occurrat, vt Iuris Pontificij Doctores docent; ita illi consecrationem deperditam abunde se reparare, partiali tantum consecratione, Altari nimirum Episcopi manibus suo loco restituto, existimant.

2 Τοῦ ἐνθρονιασμοῦ.] Vocem hanc Codini cap. 1. num. 13. obuiam sibi factam, potestatem Enthronismi, & deinde Comment. lib. 1. cap. 7. num. 2. Ius collocandi Patriarcham in Throno, Gretserus, à vero eius sensu aberrans, interpretatur. Cum enim in ritibus quibusdam, ὁ ἱερομνήμων, *sacer suggestor*, pone Patriarcham, κρατεῖ τὸν ἐνθρονιασμὸν, *Enthronismum tenet*, quis æqui iudicij asserat, eum Ius collocandi Patriarcham in Throno tenere, Patriarcha iam diu dignitatis locum possidente, in quem, non ab Hieromnemone, sed ab Heracleæ Antistite (ob subiectum olim Heracleensi Throno Byzantium) ab antiquo subuehatur? Dicendum potius, quod cum Altare sit βῆμα, καὶ θρόνος θεοῦ. *Tribunal & Thronus Dei*, & vt Mystagogus Germanus scribit, θρόνος ἐν ᾧ περ ὁ παμβασιλεὺς Χριστὸς προκάθηται. *Thronus, in quo, Imperator omnium Christus sedet*: & iterum, θρόνος θεοῦ, ἐν ᾧ ὁ ἐπουράνιος θεὸς ὁ ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ ἐποχούμενος ἀνεπαύσατο, *Thronus Dei, in quo, cælestis Deus Cherubinis vectus requieuit*: cumque præterea soleant eo dedicato sacræ Martyrum reliquiæ ibidem *reponi*, ἐνθρονίζεσθαι: & Pontifex ipse retro altare sedens *Pontificium Thronum obtinere*, ἐνθρονίζεσθαι dicatur: Ecclesiæ hac de causa, vel Altaris dedicatio ἐνθρονισμὸς, seu mauis dicere ἐνθρονιασμὸς nuncupatur; suadente id Balsamone in Can. 7. Synodi 7. ἡ καθιέρωσις γίνεται μετὰ τὸν ἀπαρτισμὸν τοῦ ναοῦ, ὅτε τελοῦνται τὰ ἐγκαίνια, τὰ ἀνοίξια, καὶ ὁ ἐνθρονιασμὸς, καὶ ὁ ἅπας τούτου ἀπαρτισμὸς, τοῦ ἁγίῳ μύρῳ χριομένου, καὶ λείψανα μαρτυρικὰ ὑποδεχομένου. *Consecratio fit post templi consummationem, quando fiunt Encænia, & Apertiones, & Inthronizatio, & vniuersa eius perfectio, templi videlicet sacro Chrismate inuncti, & Martyrum reliquias suscipientis*. Vnde si teneat Hieromnemon ἐνθρονιασμὸν, non potestatem inthronizandi, sed *literas testimoniales, Breue Patriarchicum, instrumenta dedicationis*, penes Patriarcham tenere censendus est.

3 Ἐν τοῖς κίοσι.] Altare, in quo Dominicæ Cœnæ mysterium quotidie renouatur, & in quo Christus cælestis animarum immortalium cibus sumendus apponitur, ἁγία τράπεζα est, sancti conuiuij mensa, illudque ideo ad instar mensæ suis fultæ columnis, erigunt Græci: in quo licet Martyrum reliquiæ recondantur, non tamen vnquam in ea sunt copia, vt capsa vel quadrato sepulchro Romano indigeant (ab antiquo namque thecis ab Altari separatis & ornatis affabre, asseruari solitæ fuerunt, prout de Euphemiæ ossibus scriptum reliquit Euagrius lib. 2. Hist. cap. 3. ἀπόκειται λείψανα ἔν τινι σορῷ ἐξ ἀργύρου εὖ μάλα σοφῶς πεποιημένῃ: *reliquiæ Martyris in capsa ingeniose ex argento confecta condita sunt*, & pariter Cedrenus S. Martyris Demetrij cineres fuisse Thessalonicæ in tuto ἐν θήκῃ *in loculo*, repositos testatur: & Maximus Cytherensis in vitis SS. *in loculis* item quæ κιβώτια vocat, quæque ideo satis apte *monumenta* interpretatur Meursius) Græci itaque in columnis illis sacras condunt reliquias, (prout & Romæ in subterraneis capellis S. Cæciliæ, concha, columnæ assidens, Altaris superpositi reliquias asseruat) vel certe in effosso ipsius sanctæ mensæ lapide, & sepulchro eas includunt: vbique fere tamen apertum est, & liberum sacræ mensæ spatium suppositum, vt idcirco facile percipiatur, qui Alexandrinæ sedis Anti-

ſtes Alexander apud Socratem lib. 1. cap. 25. pro Eccleſia ab alij, moleſtiis vindicanda εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσελθὼν, ὑπὸ τὴν ἱερὰν τράπεζαν ἑαυτὸν ἐπὶ στόμα ἐκτείνας, εὔχεται δακρύων: *ad Altare progreſſus, & ſub ſancta menſa in faciem proſtratus, cum lachrymis orauit*: & quo rurſus pacto Syneſius aſſerat vltimis Cataſtaſis verbis περιφύσομαι τῶν κιόνων τῶν ἱερῶν, αἳ τὴν ἄσυλον ἀπὸ γῆς ἀνέχουσι τράπεζαν. *Sacris columnis menſam aſylum nullo aduerſo conamine temerandam è terra ſuſtollentibus complexu adhærebo.* Reuocanda ſunt inſuper in memoriam, quæ de lauacro ſub altari conſtructo διακονικοῦ nomine, & veſtimentis τοῦ μεγαλοσχήμου exinde accipiendis, ſcripta ſunt fol. 15. & 518. Conſulantur etiam dicenda in dedicationis officio.

4 Ἀπὸ πιττακίου] πιττάκιον *papyrus* eſt, cortex Ægyptiacæ arboris ſcripturæ capax, quem ſupra inter variis lectiones ξυλοχάρτιον *chartam è ligno*, ad differentiam χαρτίνου χάρτου *canabina charta*, nuncupari legimus: vel etiam πιττάκιον *pergamenum*, chartam pecoream ſignificat, cuius vocis originem referens Moſchopulus, ſcribit. πιττάκια δωρικῶς τὰ λεπτὰ περιτμήματα τῶν δερματίων (σημαίνει) ἀφ' οὗ ἡμεῖς τὰ πιττάκια λέγομεν. *Pettycia Dorice dicuntur minuta illa è pellibus ſegmenta: vnde nos Pittacia nominamus.* Pelles autem aliæ ſcriptis exarandis non ſunt idoneæ, quam membranæ Pergamenæ. Hinc Synecdochicῶs continente, pro re contenta aſſumpto, *inſtrumentum omne, breue Regium vel Apoſtolicum, & Pontificium, diploma*, πιττάκιον à materia, in qua legitur, vocari poteſt: quod pariter de voce πιττάκιον, χάρτης & χαρτίον: itemque de vocabulo διφθέρα, quod vere πιττάκιον eſt, intelligi oportet.

5 Κηρομάστιχος.] Cera, maſtyci, trito marmori, reliquiarumque particulis admixta, pretioſum tenaxque Altaris & columnarum gluten, eſt κηρομάστιχος.

ORATIO TARASII Patriarchæ, in apertione ſeu reconciliatione Eccleſiæ ab Hæreticis prophanatæ. Dominum precemur.

Dominator Domine Deus noſter, te ſuper peccatis noſtris propitium & clementem rogamus, exaudi ſeruorum tuorum preces: & ſi quæ ex Hæretico auſu vel attractu inflicta eſt ſancto altari tuo labes, vt bonus & humanus eam dele.

Vt coram ſancta gloria tua inculpare aſtantes, in illo ſacrificare, & incruentas hoſtias veri noſtri cultus, æterna bona diligentibus te præparata conſequuturi, offerre mereamur.

Quia tu es ſanctificatio noſtra, & tibi gloriam rependimus: Patri, & Filio, & ſancto Spiritui: nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

a 1 ΕΥΧΗ ΕΠΙ ΑΝΟΙΞΕΙ ἐκκλησίας 2 ἀπὸ αἱρετικῶν βεβηλωθείσης, 3 Ταρασίου πατριάρχου. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, σὲ δυσωποῦμεν τὸν ἵλεων καὶ εὐμενῆ ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, εἰσάκουσον τῆς δεήσεως τῶν δούλων σου, καὶ εἴ τις ἐξ αἱρετικῆς ἐγχειρήσεως προσετρίβη λώβησις τῷ ἁγίῳ σου θυσιαστηρίῳ, περίελε αὐτὴν, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος.

Ὅπως ἀκατακρίτως παριστάμενοι κατενώπιον τῆς ἁγίας δόξης σου λειτουργεῖν ἐν αὐτῷ καὶ προσφέρειν σοι τὰς ἀναιμάκτους θυσίας τῆς ἀληθινῆς ἡμῶν λατρείας καταξιωθῶμεν, καὶ τυχεῖν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν, ὧν ἡτοίμασας τοῖς ἀγαπῶσί σε κύριε.

Ὅτι σὺ εἶ ὁ ἁγιασμὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

VARIÆ LECTIONES.

a Εὐχὴ ἐπὶ ἀνοίξει ἐκκλησίας.] Ritum hunc integrum clarius deſignat Allatij Euchologium.

Ἀκολουθία ἐπὶ λύσεως ναοῦ ὑπὸ αἱρετικῶν μιανθέντος.

Εὐχὴ λεγομένη ἔξω πυλῶνος τῆς ἐκκλησίας.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, δυσωπούμενός σε τὴν ἵλεων καὶ εὐμενῆ ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, καὶ τὴν ἐκκλησίαν διὰ τῶν ἁγίων σου ἀποστόλων παραστήσαντα καθαρὰν καὶ ἄμωμον, μὴ ἔχουσαν σπίλον ἢ ῥυτίδα, πρὸς τὸ πάντας τοὺς μετερχομένους μεταλαμβάνειν τοῦ ταύτης ἁγιασμοῦ, καὶ εὐπροσδέκτους τὰς θυσίας ἡμῶν, καὶ τὰς δεήσεις γίνεσθαι ἐν τοῖς καθιδρυμένοις ἐν αὐτῇ ναοῖς. καὶ νῦν εἰσάκουσόν μου τοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ ἀχρείου δούλου σου, καὶ τὴν ἐξ αἱρετικῆς ἐγχειρήσεως ἐπιτελεσθεῖσαν αὐτῇ, καὶ τῷ ἁγίῳ αὐτῆς θυσιαστηρίῳ μώμησιν περίελε τῇ χάριτι τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, καὶ τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· δι' ἧς παντὸς ῥύπου ἐλυτρώθη τὸ ἀνθρώπινον γένος, καὶ καθηγιάσθη τῇ αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς κενώσει· δι' ἧς καὶ υἱοθεσίας ἠξιώμεθα, διὰ τῆς τοῦ λουτροῦ παλιγγενεσίας, καὶ τῆς ἐπιφοιτήσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος. Ἐκφώ. Σὺ γὰρ εἶ ὁ ἁγιασμὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν.

Λέγει καὶ τὴν εὐχὴν ταύτην, ἐπάνω, καὶ ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας τραπέζης.

Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, δυσωπούμενοί σε τὴν ἵλεων &c. Vt supra.

Oratio in solutione, id est reconciliatione templi ab Hæreticis polluti.

Oratio extra vestibulum Ecclesiæ dicenda.

Domine Deus noster, te propitium & clementem super peccatis nostris, Ecclesiamque per sanctos Apostolos mundam & immaculatam, non habentem maculam aut rugam iampridem constituentem (vt eius sanctitatis cuncti eam intrantes fierent participes, & acceptabiles forent hostiæ nostræ, & erectis in ea templis preces haberentur) precamur. Nunc itaque exaudi me peccatorem & indignum seruum tuum, & inustam ipsi sanctoque eius altari hæreticis ausibus oblationem expurga: gratia vnigeniti Filii tui & Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, qua cunctis à sordibus ereptum est humanum genus, illiusque in nos effusione sanctificatum est: qua per regenerationis lauacrum & Sancti Spiritus aduentum, adoptionem nacti sumus. *Exclam.* Tu enim es sanctificatio nostra, & tibi gloriam.

Adiungit & hanc orationem, super, & coram sancta mensa.

Dominator Domine Deus noster, te propitium rogamus &c.

IN ORATIONEM CVM APERITVR ECCLESIA AB Hæreticis violata. Notæ.

1 Ἐπὶ ἀνοίξει ἐκκλησίας.] Templa in quibus sacra facere licet, *aperiri*, in quibus autem nefas est, *claudi*, dicuntur. Hinc Gregorius lib. 3. dialo. cap. 30. *Arianorum*, inquit, *Ecclesia, in regione vrbis illa, quæ Suburra dicitur, cum clausa vsque ad biennium permansisset, &c.* & Nicephorus lib. 7. cap. 39 refert Ioniniani edicto Ecclesias Dei rursum apertas. Græcorum autem, id est idololatrarum templa clausa: αἱ μὲν οὖν ἐκκλησίαι τοῦ θεοῦ ἠνοίγοντο· τὰ δὲ ἱερὰ τῶν ἑλλήνων αὖθις ἐκλείοντο.

2 Ἀπὸ αἱρετικῶν βεβηλωθείσης.] Hæreticorum quacumque iniuria & insolentia, sacra templa non prophanari seu violari, Iuris Ecclesiastici decretum abunde testatur, quod propter solam eorum sepulturam illa reconcilianda esse sancit cap. Prouidisti de Consecr. [illegible] ltaris vel Ecclesiæ in 3. Vt dubiam idcirco violationem ex Hæretico contactu, & nefanda quacumque actione & insolentia, ratus Tarasius Patriarcha sanctissimus orat. εἴ τις ἐξ αἱρετικῶν ἐγχειρήσεως προσγεγένηται λώβησις. Tollendo nihilominus horrori in mente relicto, ex prauis Hæreticorum ausis, preces non recusat Ecclesia adhibere: sicque de Consec. dis. 1. cap. 23. legimus: *Agapitum Papam*, qui sexto sæculo floruit, *Altaris sedisque velamina sacrilegis Anthemii infecta fabulis, suis catholicis precibus deleuisse*: id est expurgasse.

3 Ταράσιου] Sanctus vir Tarasius laceram, conspurcatam, & violatam coætaneorum sibi Hæreticorum sacrilegiis Ecclesiam conspicatus, illam precibus à se compositis probatisque expiationibus reparandam, lustrandam, reconciliandamque statuit. Is autem in locum Pauli Patriarchæ, seipsum præsulatu abdicantis, Constantinopoli suffectus, temporibus Constantini & Irenes floruit: postque multos labores exantlatos, pluraque egregie scripta, anno 806. obiit. Festum diem eius agit Ecclesia Græca 25. Februarij.

ORATIO IN APERIENDO SIUE RECONCILIANDO TEMPLO à Gentibus, sed & ab Hæreticis prophanato.

DOmine Deus noster, qui per aduentum viuifici tui Spiritus, & pretiosam vnctionem Prophetas & Apostolos sanctificantem, templum hoc, in habitaculum tuum elegisti, deinde propter peccata nostra illud prophanari, & immaculatum altare tuum ab impiis Gentibus quibus celebrandum & magnificum gloriæ tuæ nomen non est agnitum, pollui permisisti: ipse rursus benigno vultu suscipiens nos sincera fide ad te accedentes, & cum agnitione & pœnitentia peccata nostra confitentes, & puras incruentasque hostias in eo offerre cupientes, à relicta ei labe absterge illud & expurga, priorique illud puritate repletum ostende, vt qui solus ipsa sanctitas & substantialis puritas existis, ipse quoque solus corde ad te conuersos sanctificare, & à conscientia praua, omnique dubio & hæsitatione nos eximere vales. Quia tu es sanctificatio nostra, & tibi gloriam referimus, Patri, & Filio.

Dicitur autem hæc oratio etiam in reconciliatione templi ab Hæreticis prophanati: & à Pontifice paululum verba immutantur: & à dictione (ab Altare) *dicitur hoc pacto.*

A conturbantibus & diuidentibus Ecclesiam, per abrogationem & contumeliam intemeratorum Euangeliorum, & Apostolicarum, & Paternarum, & Canonicarum traditionum. *Adiungit consequenter vt supra, ab his verbis*: Ipse rursus benigno vultu &c.

ΕΥΧΗ ΕΠΙ ΑΝΟΙΞΕΙ ΝΑΟΥ, ΒΕΒΗΛΩΘΕΝΤΟΣ ἀπὸ ἐθνῶν, [a] ἀλλὰ δὴ καὶ αἱρετικῶν.

ΚΥριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τὸν ναὸν τοῦτον ἀναδείξας εἰς κατοικητήριον σὸν διὰ τῆς ἐπιφοιτήσεως τοῦ ζωοποιοῦ σου πνεύματος ἐν τῷ τιμίῳ χρίσματι τῷ ἁγιάσαντι προφήτας καὶ ἀποστόλους· εἶτα διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν βεβηλωθῆναι συγχωρήσας αὐτὸν, καὶ τὸ πανάμωμόν σου χραινθῆναι θυσιαστήριον, παρὰ τῶν ἀθέων ἐθνικῶν, οἷς τὸ πολυύμνητον καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομα τῆς σῆς οὐ γινώσκεται δόξης. αὐτὸς πάλιν ἱλέῳ προσδεχόμενος ἡμᾶς ὄμματι μετὰ πίστεως προσερχομένους εἰλικρινοῦς, καὶ τὰς ἡμετέρας ἐξομολογουμένους ἁμαρτίας ἐν γνώσει καὶ μετανοίᾳ, θυσίας τὰς καθαρὰς καὶ ἀναιμάκτους ἀναφέρειν ἐν τούτῳ σοι θέλοντας, ἀπόσμηξον αὐτὸν τῆς ἐπιτεθείσης κηλῖδος, καὶ τῆς προτέρας ἔμπλεον ἀνάδειξον καθαρότητος, ὡς μόνος ὢν αὐτοκαθαρότης καὶ οὐσιώδης ἁγιασμὸς, μόνος τε δυνάμενος ἁγιάζειν, τοὺς ἐπιστρέφοντας καρδίαν ἐπὶ σὲ, καὶ καθαρίζειν ὁλοτελῶς ἡμᾶς, ἀπὸ συνειδήσεως πονηρᾶς, καὶ παντὸς ἐνδιασμοῦ καὶ ἀμφιβολίας. Ὅτι σὺ εἶ ὁ ἁγιασμὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν· τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ.

Λέγεται δὲ ἡ τοιαύτη εὐχὴ, καὶ ἐπὶ ἀνοίξει ναοῦ ἀπὸ αἱρετικῶν καθυβρισθέντος, ἐναλλάττοντος μικρὸν τοῦ ἀρχιερέως, ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου. Καὶ λέγοντος οὕτω.

Παρὰ τῶν ἐκταρασσόντων καὶ σχιζόντων τὴν ἐκκλησίαν ἐν ἀθετήσει καὶ ὕβρει τῶν ἀχράντων εὐαγγελίων, καὶ τῶν ἀποστολικῶν καὶ πατρικῶν, καὶ κανονικῶν παραδόσεων. Ἐπισυνάπτει λοιπὸν ἑξῆς ἀπὸ τοῦ, αὐτὸς πάλιν ἱλέῳ προσδεχόμενος ὄμματι.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Ἀλλὰ δὴ καὶ αἱρετικῶν.] Addit Allatianus codex καθυβρισθέντος. Et ad huius officij calcem subnectitur

Ἑτέρα εὐχὴ λεγομένη ὑπὸ ἀρχιερέως ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας τραπέζης ἐν ᾗ ἐλειτούργησαν αἱρετικοί.

Εἰρήνη πᾶσι. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τοῦ ζωοποιοῦ πνεύματος δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ θέμενος ἡμᾶς ἐν τῇ διακονίᾳ ταύτῃ· εὐδόκησον δὴ κύριε τοῦ γενέσθαι ἡμᾶς διακόνους τῆς καινῆς σου διαθήκης, καὶ λειτουργοὺς τῶν ἁγίων σου μυστηρίων· πρόσδεξαι ἡμᾶς προσεγγίζοντας τῷ ἁγίῳ σου θυσιαστηρίῳ, καὶ ἐπὶ τῇ ἁγίᾳ σου τραπέζῃ κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους σου· ἵνα γενώμεθα ἄξιοι προσφέρειν σοι τὴν λογικὴν ταύτην λατρείαν ἐπὶ ταύτῃ τῇ ἁγίᾳ σου τραπέζῃ ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων, καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων· καὶ ἀντικατάπεμψον ἡμῖν τὴν χάριν τοῦ παναγίου σου πνεύματος. Ἐκφω. Ὅτι εὐλόγηται τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ.

Altera oratio dicenda à Pontifice super sancta mensa in qua celebrarunt Hæretici.

Pax omnibus. Dominum precemur.

Domine Deus noster, qui nos viuifici Spiritus virtute & operatione in ministerio isto statuisti: complaceat tibi Domine noui tui testamenti sanctorumque tuorum mysteriorum ministros fieri: ad sanctum tuum altare sanctamque tuam mensam accedentes secundum misericordiæ tuæ multitudinem nos suscipe: Vt rationabilem hunc cultum super hac sancta tua mensa pro peccatis nostris & populi ignorantiis offerre digni simus: & ad nos sanctissimi tui Spiritus gratiam vicissim mitte. *Exclam.* Quia benedictum est nomen Patris, & Filij &c.

a 1 a 1 ΕΥΧΗ ΛΕΓΟΜΕΝΗ ΕΝ ΤΗι ΕΙΣΟΔΩι ΠΡΟ ΤΗΣ συνήθους, ἐπὶ ἀνοίξει ναοῦ 2 ἐν ᾧ συνέβη θανεῖν ἄνθρωπον βιαίως.

2

Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ διὰ τὴν πολλήν σου καὶ ἄφατον ἀγαθότητα καταξιώσας ὀνομασθῆναι τὸν ναὸν τόνδε, τῆς σῆς ἀπροσίτου καὶ ἀπεριγράπτου σκήνωμα δόξης, διὰ τῆς τοῦ παναγίου καὶ ζωοποιοῦ σου πνεύματος ἐνεργείας ἁγιασθέντα, νῦν δὲ διὰ νῦν τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων πληθὺν παραχωρήσας μολυνθῆναι τοῦτον. Ἀπὸ συμπτώματος βιαίου θανάτου γεγονότος εἰς ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα πλασθέντα σὴν, ἐξ ἐπηρείας τοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἀνδροκτόνου διαβόλου. Αὐτὸς πάλιν διὰ τὸ πολὺ καὶ ἀμέτρητον ἔλεός σου, τὴν ἡμῶν, τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ ἀχρείων δούλων σου αἴτησιν προσδεχόμενος, ἐξ εἰλικρινοῦς προσαγομένην σοι πίστεως, καθάρισον τὸν οἶκον τοῦτον, καὶ τὸ ἐν αὐτῷ θυσιαστήριον διὰ τῆς ἐπιφοιτήσεως τοῦ ἁγίου σου πνεύματος, καὶ τὴν προτέραν αὐτῷ χάριν ἐγκαίνισον εἰς δοξολογίαν ἀπρόσκοπον, εἰς προσφορὰν εὐπρόσδεκτον τῆς ἀναιμάκτου θυσίας, εἰς δόξαν καὶ ἔπαινον τῆς σῆς ἀγαθότητος. Ναὶ δέσποτα τῶν ἁπάντων, ὁ μόνος φύσει καθαρὸς καὶ

ORATIO DICENda in Introitu Missæ, ante solitam, in reconciliatione Ecclesiæ, in qua hominem violenter mori contigerit.

Dominator Domine Deus noster, qui per plurimam & ineffabilem bonitatem tuam, templum hoc sanctissimi & viuifici tui Spiritus virtute sanctificatum, inaccessæ & incircumscriptæ gloriæ tuæ tabernaculum vocari voluisti, & nunc propter peccatorum nostrorum colluuiem contaminari casu mortis violentæ homini ad imaginem tuam formato, diaboli ab initio homicidæ nequitia illatæ, permisisti. Ipse rursus propter multam & immensam misericordiam tuam susceptis nostris peccatorum & inutilium seruorum tuorum sincera fide precibus oblatis; domum hanc, eiusque altare, per sancti tui Spiritus aduentum emunda, & priorem in eo renoua gratiam, ad nomen tuum inoffense celebrandum, ad incruentæ hostiæ oblationem acceptabilem, ad bonitatis tuæ laudem & gloriam. Ita Dominator omnium, qui solus natura purus es, &

ſanctiſſimus, & verbo cuncta ſanctificas, nos quoque te corde requirentes, ab omni carnis & ſpiritus pollutione, propter cogitationum perplexitatem, & conſcientiam quæſtionibus ſuſpenſam, expurga. Quia tu es ſanctificatio noſtra, & tibi gloriam referimus: Patri, & Filio, & ſancto Spiritui: nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum.

Hæc eadem oratio dicitur in reconciliatione templi in quo irrationale animal ſecundum legem antiquam immundum, & à Sacrificiis alienum; aut mortuum aut enixum eſt. Immutante paululum verba Pontifice. Ab hinc. Mortis violentæ homini &c. Diaboli ab initio homicidæ &c *Et dicente in cæde quidem irrationalis, hoc pacto.* Diabolica nequitia, irrationalis animalis iuxta antiquam ſanctam tuam legem à ſacrificiis repulſi & immundi morte illud pollui permiſiſti. *Tum vero ſubinferente.* Ipſe rurſus propter multam. *Et reliqua. Cum vero animal parturierit, ait.* Diabolica nequitia, irrationalis animalis iuxta antiquam ſanctam tuam legem à ſacrificiis repulſi, & immundi partu, illud pollui permiſiſti. *Tandem vero ſubiungit.* Ipſe rurſus.

Et reliqua vſque ad Orationis finem.

πανάγιος, ὁ ἁγιάζων πάντα τῷ λόγῳ σου, καὶ ἡμᾶς τοὺς ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ζητοῦντάς σε, καθάρισον ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος διὰ λογισμῶν ἀμφιβόλων καὶ συνειδήσεως ἐξεταζούσης. Ὅτι σὺ εἶ ὁ ἁγιασμὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Λέγεται δὲ ἡ τοιαύτη εὐχὴ, καὶ ἐπὶ ἀνοιξίᾳ ναοῦ, ἐν ᾧ ζῶον ἄλογον κατὰ τὸν νόμον τὸν πάλαι ἀκάθαρτον καὶ ἄθυτον, ἢ ἔθανεν, ἢ ἐγέννησεν. Εναλλάσσοντος μικρὸν τοῦ ἀρχιερέως. Ἀπὸ τοῦ, Ἀποσυμβάντος βιαίου θανάτου. Ἀπ' ἀρχῆς ἀνθρωποκτόνου διαβόλου. Καὶ λέγοντος. ἐπὶ μὲν τοῦ διαφθαρέντος ἀλόγου οὕτω. Παραχωρήσας μολυνθῆναι τοῦτον ἐξ ἐπηρείας διαβολικῆς ἀλόγου θανάτῳ ζώου, κατὰ τὸν πάλαι σου ἅγιον νόμον ἀθύτου, καὶ ἀκαθάρτου. Εἶτα ἐπιφέροντος τό. Αὐτὸς πάλιν διὰ τὸ πολύ· καὶ τὰ ἑξῆς ἐπὶ δὲ τοῦ γεννήσαντος ζώου οὕτως. Παραχωρήσας μολυνθῆναι τοῦτον ἐξ ἐπηρείας διαβολικῆς ἀλόγου γεννήσει ζώου κατὰ τὸν πάλαι σου ἅγιον νόμον ἀθύτου καὶ ἀκαθάρτου. Εἶτα ἐπισυνάπτοντος, τό.

Αὐτὸς πάλιν, καὶ τὰ ἑξῆς ἕως τέλους τῆς εὐχῆς.

VARIÆ LECTIONES.

a Εὐχὴ λεγομένη ἐν τῇ εἰσόδῳ] Allatianum M.S. legit: Εὐχὴ λεγομένη ἐπὶ ἀνοίξει ναοῦ, οὗ συνέβη ἄνθρωπον βιαίως ἀποθανεῖν, ἤγουν ἐξαίφνης· ἢ ζῶόν τι ἄλογον ἀκάθαρτον, καὶ ἄθυτον κατὰ τὸν παλαιὸν νόμον ἐναποθανεῖν, ἢ γεννῆσαι, καὶ ἂν τι ζῶον λογικὸν κἂν τι ἄλογον. *Oratio dicenda in apertione templi, quo violenter hoc eſt repente hominem mori contigit, vel irrationale animal immundum & ex antiqua lege à ſacrificiis reiectum, interiit, aut genitum eſt: quodcumque animal fuerit; ſine ratione præditum, aut illa priuatum.*

IN ORATIONEM DICENDAM IN INGRESSV, &c. NOTÆ.

1 Εὐχὴ λεγομένη ἐν τῇ εἰσόδῳ.] De Eccleſia violata certiores facti Latini nullas ſolemnes in ea faciunt orationes: Primordiales tamen liturgiæ preces, (in Ingreſſu enim ſiue maiori Offertorio reconciliationem præſtant) Græci non verentur præmittere: hoc enim eſt Eccleſiam reconciliari in Ingreſſu peculiari, ante ſolemnem illum, de quo in Chryſoſtomi liturgia, faciendo.

2 Ἐν ᾧ συνέβη θανεῖν.] Ius Pontificium de Conſec. diſt.1 cap 20. violenta hominis morte, (qua etiam ſubitam intelligunt Græci) & damnato ſeminis profluuio Eccleſiam pollui decernit. Hæc tamen Oratio, quæ tum prædictam, tum alias inſuper Violationis Eccleſiæ cauſas memorat, nullam de impuritate ob effuſum ſemen contracta, mentionem egit: quo nihilominus argumento eam inter violandæ Eccleſiæ rationes nequaquā recenſendā, non eſt aſſerendum. Qui enim mulieres menſtruis ſordidas ab Eccleſiæ limine repellunt, & eas cum viris in locis adiunctis, puta Veſtibulis, Catechumenæis, &c. habitare prohibent, iuxta Can. 93. Trullanum; prohibitum quoque concubitum, aut libidinoſam quamcumque ſeminis egeſtionem, tanquam à non violata per illam Eccleſia, nequaquam poterunt excuſare. Cur vero cauſam hanc referre Patres antiqui omiſerint, ſuggerit Balſamon in loco laudatum: καλῶς δὲ οὐκ ἐμνήσθησαν τῆς ἐκκλησίας. τὸ γὰρ καταμένειν μετὰ γυναικὸς ἐν ἐκκλησίᾳ ἀσεβέστατόν ἐστι· καὶ οὐδὲ εἰς ἐνθύμησιν ἦλθε τοῖς πατράσι τολμηθῆναι ὅλως παρά τινος τοιοῦτον ἀσέβημα. *Recte Eccleſias memoria non tenuerunt Patres: cum mulieribus enim in Eccleſia habitare impiiſſimum eſt, & ideo neque illis in mentem venit, tam grande ſcelus ab aliquo vnquam perpetrari.*

3 Ἡ ἐσθίειν ἢ ἐκβύνασιν.] Recentioris Ecclesiæ Orientalis Iuris est, vt Ecclesia in qua (secundum legem antiquam) immundum animal moritur aut enascitur, polluta censeatur. Ex qua namque origine procedat, vt ædes sacra violata reputetur, necne, cum sit Ecclesiasticæ potestatis sententiam ferre; merito potuerunt Præsules Græci, ex animalis immundi morte, quo indecens & vitandus ille casus, hominum prouidentia auertatur & ex eius ortu, propter immunditiem, quam cuiuslibet animalis partus secum vehit, immundam & sacrificiis non vltra idoneam declarare: violationem nihilominus huiusmodi, ex mundi animalis vel nati vel morientis casu, nusquam contingere, vel contrahi voluerunt: quia quod in sancta adduci, mactari, & ipsi Deo licuit aliquando offerri; huius fortuitum ortum, vel interitum improuisum, præteriti sui status memor Ecclesia potuit tolerare.

ΤΑΞΙΣ ΓΙΝΟΜΕΝΗ ΤΗ͂Ι ΜΕΓΑΛΗ͂Ι ΠΕΜΠΤΗ͂Ι

1 1 ἐν τῇ ἐκπλύσει τῆς ἁγίας τραπέζης.

2 Μετὰ τὸ ψάλλειν 2 τὴν τριτέκτην. Κατέρχεται 3 ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης 4 4 ἐν τῷ μιτατωρείῳ, ἤγουν τῷ διακονικῷ. Καὶ ἐξέρχεται εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον, ἐκ τοῦ μέρους τοῦ δεξιοῦ, καὶ γίνεται ἔκπλυσις τῆς ἁγίας τραπέζης, οὕτως. Ἱσταμένου τοῦ πατριάρχου ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας τραπέζης, ἐξέρχεται 5 ὁ χαρτοφύλαξ. ἅμα τῷ ὑπομνηματογράφῳ, καὶ τῷ 6 ἱερομνήμονι. 6 Προοδοποιούντων αὐτοῖς τῶν νοταρίων, καὶ καλοῦσι τοὺς μητροπολίτας, καὶ ἀρχιεπισκόπους. Καὶ εἰσέρχονται εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον, μετὰ φελωνίων. Καὶ προσκυνοῦντες τὸν πατριάρχην, ἵστανται κύκλῳ τῆς ἁγίας τραπέζης. Σὺν αὐτοῖς δὲ καὶ οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ διάκονοι. Θυμιᾷ δὲ πρῶτον ὁ πατριάρχης τὴν ἁγίαν τράπεζαν, καὶ σφραγίζει. Εἶθ' οὕτω λέγει καθ' ἑαυτὸν τὴν εὐχὴν ταύτην τῆς ἀπαμφιάσεως.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τῷ ζωοποιῷ σου θανάτῳ τὸν θάνατον νεκρώσας, καὶ ἡμᾶς τῶν παθῶν τῆς ἁμαρτίας ἀναστήσας· αὐτὸς καὶ νῦν κυκλουμένους ἡμᾶς τοῦ σωτηρίου τάφου τὸν τύπον, καὶ διὰ τῆς ὀφειλομένης ἱερᾶς ὑπηρεσίας τὸν πόθον ἀφοσιουμένους, πρόσδεξαι κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου, καὶ τοῦ μυστικοῦ δείπνου κοινωνοὺς λαβεῖν καταξίωσον, καὶ μετόχους τῆς ἐπουρανίου σου βασιλείας ἀξίωσον, καὶ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἀπολαύσεως, καὶ τῆς ἀθανάτου δόξης. Ὅτι παρὰ σοί ἐστιν ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

ORDO FIERI SOLITVS MAGNA FERIA quinta in ablutione sanctæ mensæ.

Cantatis tertia & sexta Odis. Sanctissimus Patriarcha in Metatorium, id est Sacristiam, vel iuxta Diaconorum sedem descendit. Et è dextra parte, ad altare procedit & ablutio sanctæ mensæ perficitur, hoc pacto. Stante coram sancta mensa Patriarcha, Chartophylax egreditur simul cum Commentariensi, & sacro Suggestore, præcedentibus eos Notariis, Metropolitasque & Archiepiscopos vocant. Qui ad altare Casulis ornati ingrediuntur: Et salutato Patriarcha, Stant in sacræ mensæ circuitu, Et cum illis, Presbyteri & Diaconi. Incenso vero primùm sanctam mensam suffumigat Patriarcha, & eam signat. Deinde tacitus dicit Orationem denudandi altaris, in hunc modum.

Domine Deus noster, qui viuifica tua morte mortem interemisti, & nos à peccati passionibus exemisti: ipse nunc salutaris tui sepulchri figuram nos circumstantes, & cordis affectum debito ministerio consecrantes, secundum multitudinem miserationum tuarum suscipe, & mysticæ tuæ cœnæ conuiuas assumere, & cœlestis regni, bonorumque omnium beatitudinis & gloriæ immortalis partici pes nos efficere dignare. Quoniam à te est fons vitæ, & tibi gloriam referimus, cum principii experte tuo Patre: & cum sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

Et dicto, Amen. *Sanctam mensam denudat, manum ei præbentibus Metropolitis Archiepiscopis, Presbyteris, & Diaconis: Et cum deuotione Psalmum quinquagesimum remisse canentibus, videlicet:* Miserere mei Deus. *Deinde Psalmum vigesimum quintum recitant.* Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum. *Tum Psalmum octogesimum tertium.* Quam dilecta tabernacula tua, Domine. *Quibus expletis: Profert sacrista, Spongias & discos, Testacea vulgo dictos siue catinos. Et abstergitur sancta mensa. Mox promit Chartularius, Vrceolum, Caldariam communiter vocatum, & ait.* Benedic Domine. *Et aquam feruentem sanctæ mensæ infundit. Distribuuntur autem à Patriarcha Metropolitis, & Archiepiscopis & Presbyteris mappulæ lineæ, Quibus sanctam mensam perfricant. Tandemque spongias impertitur iisdem. Et aquam rosaceam infundit. Illi autem spongiis eam detergunt. Tum vero velamen, Ad carnem dictum, altari apponunt. Et alia deinceps operimenta, Patriarcha hanc Orationem faciente.*

O clemens & misericors Deus, qui ineffabili tua bonitate, ad sancti & illibati altaris tui ministerium inutilitatem nostrã assumpsisti: Ipse quoq; nũc in multitudine misericordiarum tuãrum in nos respice, & nostrum inutile obsequium à nobis circa sanctam tuam mensam cum timore & tremore astantibus præstitum, tibi acceptum fieri concede, & per factam in ea illibatam ablutionem ab omni carnis & spiritus impuritate nos emunda, à sordidis peccatis sensus omnes nostros perpurga, & tremendo diuinoque sacrificio viuifici sanguinis & corporis tui, (immortalitatis nobis comparandæ gratia in sepulchro depositi, & cum gloria die tertia resurgentis, & sanctissimum sepulchrum tuum, tanquam inexhaustum vitæ & incorruptionis fontem nobis efficientis) sine labe & macula, nos assistere largire, in eo namque morte deuicta, & peccato eius stimulo deleto, diuina tua potestate & virtute, conuiuificati sumus & consurreximus, te resurrectionis nostræ primitias, pro nobis crucifixum, mortuum, & resurgentem glorificantes. Tu es enim Deus noster, & resurrectio, & salus, & tibi gloriam.

Καὶ μετὰ τό, ἀμήν. Ἀπαμφιάζει τὴν ἁγίαν τράπεζαν. Συλλαμβανομένων αὐτῷ καὶ τῶν μητροπολιτῶν, καὶ ἀρχιεπισκόπων, πρεσβυτέρων τε, καὶ διακόνων. Ψαλλόντων ἐν συντριβῇ αὐτῶν τὸν ν΄ ἤγουν τό, Ἐλέησόν με ὁ θεός. Εἶτα λέγουσι τὸν κε΄ ψαλμόν. Κρῖνόν με κύριε, ὅτι ἐγὼ ἐν ἀκακίᾳ μου ἐπορεύθην. Εἶτα ψαλμὸν πγ΄. Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου κύριε. Ὧν δὴ ψαλμῶν λεγομένων· Κομίζει ὁ σκευοφύλαξ 7 μούσας τε καὶ δισκάρια τὰ κοινῶς 7 λεγόμενα τέστα, ὃ λέγεται λεκάνη, καὶ ἀποσπογγίζεται ἡ ἁγία τράπεζα. Ἔπειτα φέρει ὁ χαρτουλάριος 8 ὀρκιώλιον, τὸ κοινῶς λεγόμενον, 8 θερμάριον, καὶ λέγει. Εὐλόγησον δέσποτα, καὶ ἐπιχέει τοῦτο τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ. Ἐπιδίδονται δὲ παρὰ τοῦ πατριάρχου, τοῖς μητροπολίταις, καὶ ἀρχιεπισκόποις, καὶ πρεσβυτέροις. 9 Ἐγχείρια λινά, 9 καὶ μετὰ τούτων τρίβουσι τὴν ἁγίαν τράπεζαν. εἶτα διανέμει τοὺς σπόγγους. Ἐπιχέων τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ ῥοδόσταγμα. Καὶ μετὰ τῶν σπόγγων ἐκμάσσουσιν αὐτήν. εἶτα τίθεται 10 τὸ μετὰ σάρκα. 10 Καὶ μετὰ τοῦτο 11 ἐνδυταῖς ἐνδύουσι, ποιοῦντος 11 τοῦ πατριάρχου τὴν εὐχὴν ταύτην.

Ὁ ἐλεήμων καὶ οἰκτίρμων θεός, ὁ δι᾽ ἄφατον ἀγαθότητα πρὸς λειτουργίαν τοῦ πανάγνου καὶ ἀχράντου σου θυσιαστηρίου, τὴν ἡμῶν ἀχρειότητα προσλαβόμενος· αὐτὸς καὶ νῦν ἐπίβλεψον ἐφ᾽ ἡμᾶς, ἐν τῷ πλήθει τῶν οἰκτιρμῶν σου, καὶ καταξίωσον δεκτὴν γενέσθαι τὴν διακονίαν ἡμῶν τῶν ἀχρείων, ἣν ἐπὶ τῇ ἁγίᾳ σου τραπέζῃ ἐπιτελοῦμεν σήμερον μετὰ φόβου καὶ τρόμου παρεστῶτες αὐτῇ ἀχράντου πλύσεως, ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, ἀνακάθαιρον ἡμῶν πάσας τὰς αἰσθήσεις τῆς ῥυπώδους ἁμαρτίας, καὶ παράστησον ἡμᾶς ἀμώμους καὶ ἀσπίλους τῇ φρικτῇ καὶ θείᾳ ἱερουργίᾳ τοῦ ζωοποιοῦ αἵματος καὶ τοῦ σώματός σου τοῦ ὑπὲρ τῆς ἡμῶν ἀφθαρσίας ἐν τάφῳ κατατεθέντος, καὶ μετὰ δόξης ἀναστάντος τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ πηγὴν ἀκένωτον ζωῆς καὶ ἀφθαρσίας τὸν πανάγιον τάφον ἡμῖν ἀποτελέσαντος. ἐν αὐτῷ γὰρ τοῦ θανάτου καταπατηθέντος, καὶ τοῦ κέντρου αὐτοῦ τῆς ἁμαρτίας ἐξαφανισθέντος ἀπὸ τῆς σῆς θεϊκῆς ἐξουσίας καὶ δυνάμεως συνεζωοποιήθημεν, καὶ συνανέστημέν σοι, δοξάζοντές σε τὸν ἀπαρχὴν τῆς ἡμῶν ἀναστάσεως, τὸν ὑπὲρ ἡμῶν σταυρωθέντα καὶ ταφέντα καὶ ἀναστάντα. Σὺ γὰρ εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν καὶ ἡ ἀνάστασις, καὶ ἡ σωτηρία, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμ-

ἀναπέμπομεν, σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου πατρί, καὶ τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ἔπειτα θυμιᾷ κύκλῳ τὴν ἁγίαν τράπεζαν, Καὶ 12 σφραγίζει 12 μετὰ πτωίων. Καὶ οὕτω μεθίσταται 13 καὶ 13 διανέμει τοὺς σπόγγους τῷ λαῷ. Ἐξελθὼν δὲ πάλιν ἐκ τοῦ δεξιοῦ μέρους, κατέρχεται 14 διὰ τοῦ δεξιοῦ ἐμβόλου εἰς τὸν νάρθηκα· 15 Καὶ τῶν βασιλικῶν πυλῶν κεκλεισμένων οὐσῶν, ἵσταται ἔμπροσθεν τῶν μεγάλων πυλῶν, Τετράποδον μετὰ ἐνδυτῆς. Ἄνωθεν δὲ τοῦ τετραπόδου, τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον. Ἔνθεν δὲ κἀκεῖθεν μανουάλια. Εἶτα θυμιᾷ καὶ σφραγίζει ὁ πατριάρχης μετὰ πτωίων. Τὰ αὐτὰ δὲ πτωία πήγνυνται εἰς τὰ ῥηθέντα μανουάλια, καὶ μετὰ τοῦτο λέγει ὁ ἀρχιδιάκονος. Εὐλόγησον δέσποτα, Καὶ ὁ πατριάρχης. Εὐλογημένη ἡ βασιλεία τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Καὶ ἄρχονται τοῦ ἑσπερινοῦ, καὶ τῆς ἀκολουθίας τοῦ νιπτῆρος.

rependimus: cum principij experte tuo Patre, & cum sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

Postmodum sanctam mensam per circuitum thurificat Pontifex, & cereis pinnatis signat. Atque ita inde se transfert, & spongias in populum distribuit. Rursumque dextra parte egressus, Ambulacro siue fornice Ecclesiæ dextro in vestibulum se transfert: Et portis Regiis clausis, è regione portæ maioris mensa tapete, seu mappa aperta statuitur: Et supra mensam, Sanctum Euangelium locatur: Atque hinc & inde candelabra. Deinde thus adolet, & cereis crucis signum exprimit Patriarcha. Huiusmodi vero cerei siue pinnæ candelabris infiguntur. Tum vero Archidiaconus dicit. Benedic Domine. *Subiungit Patriarcha.* Benedictum regnum Patris, & Filij, & Spiritus sancti: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen. *Mox incipiunt Vesperæ, & Lauipedij officium.*

VARIÆ LECTIONES.

a Τάξις γινομένη.] Præter Cryptoferratense Bessarionis M.S. nullum aliud à me visum, præsens Officium exhibet: titulus autem in eo huiusmodi est: Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ πέμπτῃ. Εὐχὴ γινομένη εἰς τὰ ἀπόμυρα τῆς ἁγίας τραπέζης. Hunc absque medio sequitur Oratio. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ τῷ ζωοποιῷ σου. Mox: εὐχὴ μετὰ τὴν ἔκπλυσιν. Ὁ ἐλεήμων καὶ οἰκτίρμων θεὸς, &c. Vt supra.

IN ORDINEM MAGNA FERIA QVINTA OBSERVARI solitum in lotione sanctæ mensæ. Notæ.

1 Ἐν τῇ ἐκπλύσει τῆς ἁγίας τραπέζης.] Cœnobiorum religiosæ societatis, & sacri quilibet Ecclesiarum conuentus, altaria lauandi consuetudinem antiquissimâ credit Ecclesia, & Christi Domini si nō verbo, exemplo saltem institutam, qui dum letho proximus viuentium templorum, id est discipulorum pedes abluit, reciprocam pedes abluendi, simulque Altaria templaque inanima lustrandi, formam exhibuit. Hæc fuit mens S. Eligij Nouiomensis Episcopi homil. 8. de Cœna Domini, ante mille & centum circiter annos, annuam altarium emundationem ad discipulorum lotionem à Christo susceptam reuocantes: *Et propter humilitatis, inquit, formam commendandam, eo die pedes eorum lauit: & hinc est quod eodem die altaria, templique parietes, & vasa purificantur.* Vbi obseruo voces (*hinc est, &c.*) exemplar deductum à forma primigenia, tanquam riuum à fonte, referre: quibus consonat Isidorus eiusdem fere tempestatis scriptor, lib. 1. de Offic. Eccl. cap. 28. qui post laudatam Christi in Apostolorum pedibus lauandis humilitatem, subdit. *Hinc est*, ait, *quod eodem die altaria, templique parietes, & pauimenta lauantur, vasaque purificantur, quæ sunt Domino consecrata:* quasi prima lotio, alterius esset origo; propterea que vna alteri, coniuncta est in Ecclesia: vnde & Græci πληρωθείσης τῆς ἁγίας τραπέζης ἐκπλύσεως, in calce Officij, confestim huius præcipiunt initium dari ἀκολουθίας τοῦ νιπτῆρος, id est, *Officij lotionis pedum.*

2 Τετράποδον.) Tertium & sextum Canticum Canonis in Matutinis cantati, hicque tertiam inter & sextam horam repetendum in Ecclesia, τετράποδον est.

3 Ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης.] Crescit cum tempore, si non personarum, saltem nominum dignitas & amplitudo: vnde & Metropolitas prius ἱερωτάτους vocare contentos, πανιερωτάτους postmodum Græci nuncuparunt; & Patriarcham ἁγιώτατον olim dictum, nunc παναγιώτατον, vocare non sunt veriti. Sic nominibus Αὐγούστου. σεβαστοῦ, σεβαστοκράτορες, πανυπερσέβαστοι, contemptis; Alexius Comnenus, ait Zo-

naras in eius vita prodigiosam appellationem παντάφροσθάσου, culmen omne honoris transcendentem adinuenit.

4 Εν τῷ μιτατωρίῳ.] Alia edita μιτατωρίῳ legunt, quod aptius Cedrenus μιτατώριον, vel vt alij volunt, μιτατώριον, scripsit; & Florentius à Costa, μιτατώριον, apud quem, sicut & Meursium hæc vox, Palatij Patriarchalis *aulam* recipiendis peregrinis ἀπὸ φιλοξένων ἀρχιερέων, vel salutantibus admittendis destinatam significat, sicut in Synodi 6 Acti.11. μιτάτον, siue vt alia lectio habet μινάτον, *hospitium* vel *domum* monasterio annexam: eandem vero vt διακονικῷ synonymam & διακονικοῦ, sensu vbique vsurpandam, censent alij; quasi μιτατώριον, à voce Latina Mutatorium, apud Græcos deriuatum fuerit. Literis perceleberi, & ex affectu mihi notissimo Leoni Allatio Græco, lectio μενσατώριον retinenda iudicatur, quasi Mensatorium sit; locus nimirum ad Australe latus altaris, in quo Mensa panem & cibos alios Cantoribus & Ecclesiæ ministerio nonnunquam nimis laborioso pertæsis exhibet, Allatij menti plurimum fauet Codinus in Ori. C P. de S. Sophiæ ædificio à Iustiniano Imp. extructo scribens: ἔκτισε καὶ τὰ πλησιάσαντα τῷ Μιτατείῳ (sic enim legit ille) ἵνα ἐκεῖσε παραμένῃ μετὰ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ καὶ πολλάκις ἐσθίῃ. *Condidit & quacumque Mitario proxima, vt ibi sæpe cum aulicis suis maneret, & cibum sumeret*, eoque loci, vitandæ turbæ opprimentis gratia, aditum ad sacrum Tribunal facilem hic reperit Patriarcha. Mihi certe verba Euchologij attentius examinanti, nec tamen Allatij sententiam respuenti dicta vox sonat hic idem quod διακονικὸν, *Sacristiam*, aut coniunctum omnino locum: nam & dextrum altaris locum tenet, & ab eo ad sacrum Tribunal, sicut è Diaconico, non longa & impedita est via. Ibidem illud assignat Cedrenus in vita Leonis, Basilij Macedonis filij: qui cum à Nicolao Patriarcha ob quartam vxorem ductam (tales enim nuptias vt incontinentiæ prolem, & illegitimas repudiant Græci, de quibus Arcudius lib.7. de Sacram.) communione fidelium eiectus esset: διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ὁ πατριάρχης εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰσέρχεσθαι ἐκώλυε. ὅθεν διὰ τοῦ δεξιοῦ μέρους διήρχετο εἰς τὸ μιτατώριον. *Ob hoc factum, Patriarcha illi introitu templi interdicente, per dextram templi partem* (alam intellige) *in Mitatorium ire cogebatur*. Ibidem etiam orationi vacabat, & sacris mysteriis vtcumque intereat: τοῦ βασιλέως δημοσίαν πρόοδον ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ποιησαμένου, κἀν μιτατωρίῳ εἰσελθόντος, ἐν ᾧ ηὔχετο τότῳ. *Imperator publico comitatu stipatus in magnum templum ingressus, in Mitatorium, vbi precabatur, se contulit*.

5 Ο χαρτοφύλαξ ἅμα τῷ ὑπομνηματογράφῳ, καὶ τῷ ἱερομνήμονι.] Hi tres præ aliis, Scriniorum videlicet præfectus à Commentariis, siue Commentariensis, & à Memoria, siue Suggestor sacer, Metropolitas & Archiepiscopos, ordine quemque suo aduocant, & præcedentibus Notariis (quorum etiam in Ordine Romano munus est cereos ferre) lumen è cereis gestantibus, sigillatim vnumquemque deducunt, & iuxta Patriarcham à dextra læuaque collocant. Prioribus namque duobus ex officio (Chartophylaci nimirum quia eius est, ἐν ταῖς χειροτονίαις τῶν ἀρχιερέων προσφέρειν τὸν χειροτονούμενον, *in Episcoporum ordinationibus Ordinandum quemque Patriarchæ præsentare*: ideoque vt archiuiorum Patriarchalium custos, vniuscuiusque tempus & ordinem memoria tenet: Commentariensis vero qui καθεζόμενος ἐστὶ εἰς ψήφους ἐπισκόπων, *vbi suffragia habent Episcopi*, inquit M.S. Allatianum, *locum etiam tenet*, & Χαρτοφύλακος ὑπηρέτης ἐστί. *Subminister eius est*, ait Balsamon Meditato de Chartophylace lib. 7. Iuris Græcoromani, nonnihil in locis assignandis Scriniorum præfectum iuuare potest) antiquitatem, dignitatem, & ordinem Pontifici cuique debitum indicare, incumbit. Hieromnenon porro illis comes additur, vt qui in eorum medio vicinus Patriarchæ, preces cunctis recitandas suggerere teneatur: est enim, εἰς τὸ βλέπειν τὰς εὐχὰς ὄπισθεν τοῦ ἀρχιερέως, *vt retro Pontificem preces recitandas prauideat*.

6 Προσδοποιοῦντων αὐτοῖς τῶν νοταρίων.] Reciproco iure, sicut prius à Græcis Romani, ita plures voces, à Latinis mutuati sunt Græci. Et licet in scribendo compendiis vtens, vt breuibus paucisque figuris magnam verborum & sententiarum copiam comprehendat, atque Græcis σημειογράφος, ac Latinis *Notarius* diceretur: placuit tamen seruata vocis apud vtrosque similitudine, vt linguarum ignaro dubium tolleretur, sensum etiam apud vtrosque eiusdem vocis esse. E Lectorum vero collegio solebant Episcopi Notarios & Scribas deligere, vel pueris literas & Notas edocendis magistros præficere: vnde & cum Lectorum gradu, gestandorum etiam in Ecclesia cereorum onus suscipiunt: (duos enim cereos quos tenent duo Notarij in lib. Sacra. D. Gregorij in Sabbati sancti officio legimus) atque insuper cum Scriniorum præfecto, Commentariensi, & Hieromnemoni, in scribendo subseruiant, notasque & ordinem Pontificum non ignotum habeant, nil mirum si eis aduocandis & deducendis, cereos deferentes, viam sternere, & præire describantur.

7 Μούσας.] Spongiarū vsum alibi manifestauimus in Liturgicis: cū præsertim videtur indicasse Chrysostomus hom.3. in Epis. ad Ephes. ὥσπερ σπογγιᾷ περιπλύνωμεν τὴν ἐκκλησίαν, ἵνα ἐν καθαρᾷ ἐκκλησίᾳ πάντα προτιθῆ, ἵνα μηδεὶς ᾖ σπίλος μηδὲ ῥυτίς. *Tanquam Spongia lauemus Ecclesiam vt in munda Ecclesia cuncta proponantur: vt nulla sit macula, nulla ruga.* Spongias autem & Discos ex officio profert ὁ σκευοφύλαξ, vtpote σκευῶν & κειμηλίων, *vasorum & suppellectilis* cunctæ custos.

8 Ο Χαρτουλάριος.] Chartularium idem Romæ gessisse officium, ac Constantinopoli Chartophylaca, coniicio ex Ioanne Diacono in vita D. Gregorij lib. 2. cap. 55. vbi Castorium Diaconum & Chartularium dicit, qui fuit Chartophylax: & deinde altam & sublimem officij dignitatem arguit apud Ioannem eundem lib. 1. cap. 45. vox eadem Chartularius, in sæcularium statu, *Maurentium* enim *Chartularium magnificum & Dominum* vocat, qualis est Græcorum Chartophylax siue in Palatio Regio, siue in Patriarchali; cum tamen Chartularius illi tantum subseruiat, & laborem cum eo diuidat: vt testatur Balsamon Medit. nuper memorato: πόσους ἔχει ὁ Χαρτοφύλαξ χαρτουλαρίους καὶ συμμετόχους, οὐκ ἔστι λέγειν καιρός. *Quot habeat Scriniorum præfect[u]s Chartularios laboris consortes, non est tempus dicere*. Quia vero in Ecclesia Græca sunt ex illo Deputatorum numero, qui ignem in altari prouident, & τὸ ζέον *Calidam* in liturgia præparant; hic propterea φέρει ὀρκιόλιον, à Latino *Vrceolo*, vel melius Græce θερμάριον, καὶ ἐπιχέει ὕδωρ τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ.

9 Εγχείριον.] Germanus in Mystagogia: ἀπομάξαι τὰς χεῖρας λέντιον dicit esse ἐγχείριον. *Mappulam nimirum tergendis manibus* aptam, καὶ ἀπόπτυσμα ἐστί τῷ ἀπομάξαντι τὰς χεῖρας, καὶ ἀθῷος εἶναι ἐκφωνοῦντι.

+ Valos. ad Theodor. Lect. p. 165. a.

typum refert (Pilati) *manus abstergentis, dicentisque: innocens ego sum.*

10 Τὸ κτ' σάρκα.] Indusium primum siue interula ad carnem induta, κτ' σάρκα est, & metaphorice *prima mappa, altaris tobalea*. Meursium propterea corriges in voce ἐνδυτὴ· ἀντιμήνσιον primo sanctæ mensæ substerni asserentem, ante κτ' σάρκα: hoc enim præ cunctis Antimensiis interius esse dignoscitur. Et si velis cunctam indumentorum Græci altaris supellectilem ordine contemplari, verba mentemque Thessalonicensis Antistitis, consules in Liturgica expositione superius fol. 215. & 216.

11 Ἐνδυτοῦς.] Typicum Sabæ τὴν ἐνδυτὴν in fœmineo legit sicut & alia vetustiora edita: vtrobique tamen τραπεζόφορον, Mantile siue mappam altaris maiorem sonat.

12 Μετὰ πινίων.] Ita ignotus est, hoc in loco, vocis huius sensus, vt in eo proferendo etiam ipsi Græci, vel alij doctiores viri facile hallucinati sint. Error quorumdam qui *fusum vel pannum* interpretati sunt, ex se patet: quid enim cum fuso, sacris commune? aut quid sibi altaris obsignatio cum pannis mystice portenderet? & quamuis non minus Græci quam Itali quibusdam in locis pannos quosdam longiores, & in suprema parte crispatos, è candelabris suspensos, ornatus gratia in Ecclesia gestent, de quibus posset nonnihil intelligi, quod infra subditur αὐτὰ τὰ πινία πήγνυνται εἰς τὰ μανουάλια, *figuntur in candelabris* πινία: quia tamen noua esset & inusitata benedictio hic insinuata, si pannis à Pontifice perficiatur σφραγίζει μετὰ πινίων *signat altare cum Pennis*, nulla penitus ratione memoranda est. Vero rectoque multo similius, omni literarum genere excultus Leo Allatius, relictis Suidæ & Stephano significationibus aliis, asserit πινία hîc indicare *duos cereos*, quorum vnum δικήριον aliud τρικήριον à Græcis nuncupatur, quibus inter sacros ritus Pontifex sæpius vtitur, illisque accensis frequentius populo benedicit, σφραγίζει: sacramque ideo mensam iam lotam & abstersam Patriarcha obsignat, μετὰ πινίων *cum cereis Pontificalibus*, & recte inferius πινία hæc, πήγνυνται εἰς τὰ μανουάλια intelliguntur. Biceps autem & triceps cerei πινία, quasi *Pinnata* vocantur, quasi *Pinnarum* more gerant ramos acutos: vel cum πινίον antiquis ἄτρακτον *fusum* sonet, eorum singuli quique rami speciem quandam fusi exhibeant. Figuram eorum habes fol. 114. Cæterum illis obsignat Pontifex: cuius mentem & institutio-222. & 223 reperies.

13 Διανέμει τοὺς σπόγγους.] Velut ἁγιον ἔλαιον siue ἔλεος, de quo supra fol. 34. Spongias mensam sacram abstergentes in benedictionem populo diuidit Patriarcha, vt quæ ex attactu ad altare, sanctitatem virtutemque diuinam contraxisse credantur.

14 Κατέρχεται εἰς τ̃ νάρθηκα.] Vt inibi nulla mora interposita, νιπτῆρος *Lotionis pedum*, officium aggrediatur.

15 Διὰ τ̃ δεξιοῦ ἐμβόλου.] Pluribus dictionis huius sensibus relictis, nihil hic aliud sonare putanda est, præter porticum, siue tectum ambulacrum, quo magna Ecclesia, nulli adhærens ædificio ambitur, & ad tutandos ab imbre, luto, & aliis iniuriis illuc se recipientes, commodum ambulationis spatium præbet, atq; ad muros exterioris Ecclesiæ, tessellato opere variisque coloribus sacræ totius historiæ deuotum simul & iucundum exhibet spectaculum. Illo, ceu via commodiori; plebe nimirum totum hoc die templum opplente & se supra modum comprimente, ab altari iam abluto, & parte templi superiore, ad inferiorem Narthecem videlicet, quo Lauipedij ritus instat peragendus, digreditur Patriarcha. Huiusce δεξιοῦ ἐμβόλου, mentionem facit Synodus septima: aliorum Codinus in Originibus C P. ἐσκέπασαν ἐπάνω τὰς ἀψῖδας ἀμφοτέρων τ̃ μερῶν τ̃ ἐμβόλων. *Xystorum siue ambulacrorum ex vtraque parte erectorum fornices operuerunt.* Erant præterea variis per vrbem locis & foris extructi Emboli, de quibus Nicetas & Cedrenus occasione data meminerunt.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΤΡΑΠΕΖΗΣ ΗΣ ΤΑ ΑΜΦΙΑ διεφθάρησαν.

Περὶ δὲ τῆς ἁγίας τραπέζης, ἧς τὰ ἄμφια διεφθάρησαν παλαιωθέντα, Ἀπέρχεται ὁ ἀρχιερεὺς, καὶ ἐνδύεται πᾶσαν τὴν στολὴν αὐτοῦ, συνόντων αὐτῷ καὶ τῶν τοῦ κλήρου πρεσβυτέρων, καὶ διακόνων. Καὶ πρῶτον θυμιᾶ σταυροειδῶς· Εἶτα σωρεύει συνεργούντων αὐτῷ καὶ τῶν ὑπηρετῶν τὰ ἐπικείμενα τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ, εἴτε παλαιὰ ἄμφια, εἴτε κονιορτὸν, καὶ βάλλουσι ταῦτα ἐν ἀγγείοις καινοῖς. Καὶ λοιπὸν γὰρ, ἡ ἔκπλυσις καὶ ἡ ἀμφίασις, κτ̀ τ̃ τύπον

DE SACRA MENSA CVIVS PALLÆ COMPUTRUERUNT.

Circa sacram mensam cuius pallæ præ vetustate computruerunt ita agendum est. Aduenit Pontifex, & omnem sacrum induitur ornatum, assistentibus illi è Clero, Presbyteris & Diaconis: Et primò in modum crucis, thus adolet. Deinde coaceruat in vnum coadiuuantibus eum ministris, cuncta in sacra mensa reposita, siue Pallas, siue etiam pulucrem: Et in vasa noua, illa conijciunt. Et de reliquo, ablutio, & vestium, seu pallarum impo-

sitio, celebratur, iuxta ritum in magna Ecclesia, à Patriarcha, magna Feria quinta obseruandum: qui & superius scriptus est. Dictis etiam Orationibus & Psalmis quæ ibi annotantur, à Pontifice vero eodem die Missa ibidem celebratur.

S. VNGVENTI Officium.

Sancta & magna Feria quinta, Hymni Cherubici vice dicimus: Cœnæ tuæ mysticæ. *Cùm videlicet à Propositionis mensa ad medium altare mysteria sacra deportantur. Defert autem Archipresbyter, (sacra mysteria præcedens) Vnguentum in Alabastro, calicis velo tectum: Subsequentibus retro hinc & inde Diaconis, Flabellorum paria septem deferentibus, præcedentibus autem Domestico, & Diaconis aliis, cum cereis accensis; & ad sacras fores cunctis aduenientibus: Duo quidem Flabella pro more recepto, intus sacrum Tribunal penetrant: Alia verò, à sacris foribus vsque ad Altare, stant hinc & inde combinata. Archipresbyter autem Vnguentum deferens, Patriarcham præstolatur, ad sacras fores. Et occurrens Patriarcha, recipit ab eo Alabastrum, & in sacræ mensæ sinistro latere, infrà secundum calicem deponit: Atque ita de reliquo sancta ingrediuntur suo ordine. Mox Diaconus in Ambone stans, exclamat.* Orationem nostram compleamus. *Postquam verò Patriarcha dixerit:* Et concede nobis vno ore. Et erunt misericordiæ magni Dei. *Diaconus quidem in Ambone stat tacitus. Patriarcha verò conscensa sacræ mensæ crepidine, sanctum Vnguentum detegit; & ter illud signat; subiiciens secreto Orationem huiusmodi.*

Domine misericordiarum, & Pater luminum, à quo munus omne bonum & donum omne perfectum prouenit, præbe etiam nobis indignis gratiam, in ministerium magni huius & viuifici mysterii, quam Moysi fideli tuo fa-

τὸν γινόμενον κατὰ τὴν μεγάλην πέμπτην ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ παρὰ τοῦ πατριάρχου, ἣ καὶ ἀνωτέρω ἐγράφη, λεγομένων καὶ τῶν εὐχῶν καὶ τῶν ψαλμῶν ὡς ἐκεῖ διείληπται. Γίνεται δὲ λειτουργία κατ᾽ αὐτὴν τὴν ἡμέραν παρὰ τοῦ ἀρχιερέως.

a ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ b τοῦ ἁγίου μύρου.

1 Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ ε΄. 2 Ἀντὶ τοῦ Χερουβικοῦ, λέγομεν, 3 Τοῦ δείπνου σου τοῦ μυστικοῦ, Ερχομένων τῶν ἁγίων μυστηρίων ἀπὸ τῆς προθέσεως ἐπὶ τὴν μέσην τράπεζαν 4 Βαστάζοντος τοῦ πρωτοϊερέως, 5 τὸ μύρον μετὰ τοῦ ἀλαβάστρου 6 κεκαλυμμένον μετὰ τοῦ ἀποκαλύμματος ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων μυστηρίων. Καὶ ὀψικευομένου ὑπὸ τῶν διακόνων ἔνθεν κἀκεῖθεν. Βασταζόντων 7 ῥιπίδια ζυγὰς ζ΄. 8 προηγουμένου καὶ δομεστίκου καὶ τῶν διακόνων μετὰ λαμπάδων. Καὶ ὅτε ἔλθωσιν ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν, τὰ μὲν δύο ῥιπίδια, εἰσέρχονται κατὰ τὸ σύνηθες. Τὰ δὲ ἄλλα ζυκτὰ ἵστανται ἕως τῆς ἁγίας τραπέζης ἀπὸ τῶν ἁγίων θυρῶν 9 ἔνθεν κἀκεῖθεν. Ὁ δὲ πρωτοϊερεὺς κρατῶν τὸ μύρον ἐκδέχεται τὸν πατριάρχην. Πρὸ τῶν ἁγίων θυρῶν, μετὰ τοῦ μύρου. Καὶ ἐρχόμενος ὁ πατριάρχης λαμβάνει ἐξ αὐτοῦ τὸ ἀλάβαστρον, καὶ τίθησιν εἰς τὸ ἀριστερὸν μέρος τῆς ἁγίας τραπέζης, 10 κάτωθεν 11 τοῦ δευτέρου ποτηρίου. Καὶ οὕτως εἰσέρχονται 12 κατὰ τὸ λοιπὸν τὰ ἅγια. εἶθ᾽ οὕτως ὁ ἐν τῷ ἄμβωνι διάκονος λέγει. 13 Πληρώσωμεν τὴν δέησιν ἡμῶν τῷ κυρίῳ. Μετὰ δὲ τὸ εἰπεῖν τὸν ἀρχιερέα. Καὶ δὸς ἡμῖν ἐν ἑνὶ στόματι. 14 Καὶ ἔσται τὰ ἐλέη τοῦ μεγάλου θεοῦ. 15 Ὁ μὲν ἐν τῷ ἄμβωνι διάκονος, ἵσταται σιγῶν, Ὁ δὲ πατριάρχης, ἀνέρχεται ἐν τῇ τῆς ἁγίας τραπέζης κρηπῖδι, 16 καὶ ἀποσκεπάζει τὸ ἅγιον μύρον. 17 καὶ σφραγίζει αὐτὸ γ΄ ἐπιλέγων μυστικῶς τὴν εὐχὴν ταύτην.

Κύριε τοῦ ἐλέους, καὶ πατὴρ τῶν φώτων, παρ᾽ οὗ πᾶσα δόσις ἀγαθή, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον δίδοται· παράσχου ἡμῖν τοῖς ἀναξίοις χάριν εἰς τὴν διακονίαν τοῦ μεγάλου τούτου καὶ ζωοποιοῦ μυστηρίου, ὡς ἔδωκας Μωϋσῇ τῷ πιστῷ σου θερά-

ποντι, καὶ τῷ δούλῳ σου Σαμουὴλ, καὶ τοῖς ἁγίοις σου ἀποστόλοις, καὶ κατάπεμψον τὸ πανάγιόν σου πνεῦμα ἐπὶ τοῦτο τὸ μύρον. ποίησον αὐτὸ χρίσμα βασιλικὸν, χρίσμα πνευματικὸν, ζωῆς φυλακτήριον, ἁγιαστικὸν ψυχῶν καὶ σωμάτων, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως, τὸ προδιαλάμψαν μὲν ἐν νόμῳ, ἐκλάμψαν δὲ ἐν καινῇ διαθήκῃ· c ἐν 18 ᾧ ἔχρισαν, ἱερεῖς τε καὶ ἀρχιερεῖς, 19 προφήτας, καὶ πάντας τοὺς διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας ὑπ' αὐτῶν καὶ τῶν καθεξῆς ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων ἀναγεννηθέντας ἕως τῆς σήμερον. καὶ δέσποτα θεὲ παντοκράτωρ, ἀνάδειξον αὐτὸ τῇ ἐπιφοιτήσει τοῦ ἁγίου καὶ προσκυνητοῦ σου πνεύματος ἔνδυμα ἀφθαρσίας, καὶ σφραγῖδα 20 τελειοποιὸν, ἐντυποῦσαν τοῖς τὸ θεῖόν σου λουτρὸν δεχομένοις τὴν 21 θείαν σου ὀνομασίαν, καὶ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἐνώπιόν σου 22 γνωστοὺς οἰκείους, καὶ πολίτας, δούλους σου καὶ παιδίσκας, ἡγιασμένους ψυχῇ καὶ σώματι, ἀπηλλαγμένους πάσης κακίας, καὶ πάσης ἁμαρτίας λελυτρωμένους, τῇ περιβολῇ τοῦ ἐνδύματος τῆς ἀχράντου σου δόξης ἐπιγινώσκεσθαι διὰ τῆς ἁγίας ταύτης σημειώσεως ὑπὸ τῶν ἁγίων ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων, καὶ ὑπὸ πάσης ἐπουρανίου δυνάμεως, καὶ φοβεροὺς πᾶσιν ὑπάρχειν τοῖς πονηροῖς καὶ ἀκαθάρτοις δαίμοσιν, ἵνα ὦσι λαὸς περιούσιος, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, ἐσφραγισμένοι διὰ τοῦ ἀχράντου σου μυστηρίου τούτου, καὶ τὸν Χριστόν σου ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, εἰς κατοικητήριόν σου τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἐν ἁγίῳ πνεύματι. Ὅτι ἅγιος εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ ἐν ἁγίοις ἐπαναπαύῃ, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εἶτα ὁ ἀρχιερεύς. Εἰρήνη πᾶσι.

Ὁ διάκονος.

Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ κυρίῳ κλίνατε.

Ἐπεύχεται ὁ πατριάρχης.

Σοὶ τῷ θεῷ τῷ ὅλων καὶ βασιλεῖ τὸν αὐχένα τῆς καρδίας εὐχαριστοῦντες ἐκλίναμεν, ἀνθ' ὧν ἀξίους ὄντας ἡμᾶς διακόνους γενέσθαι τῶν θείων σου τούτων κατηξίωσας μυστηρίων, καὶ τὸν ἔλεον κηρύττομεν ὃν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως ἐξέχεας, δέξασθαι τὸν ἁγιασμὸν παρὰ σοῦ, ὡς μύρον ἐπὶ κεφαλῆς ἱκετεύομεν. διότι μύρον ἐκκενωθὲν ὄνομα τῷ μονογενῆ σου υἱῷ Χριστῷ τῷ θεῷ ἡμῶν, ἐν ᾧ σύμπας ὁ κόσμος εὐωδιάζεται ὅσος ὁρατὸς, καὶ

mulo, & Samueli seruo tuo, & sanctis tuis Apostolis tuis elargitus es, & in Vnguentum hoc Sanctissimum Spiritum tuum emitte. Fac illud regale Vnguentum, spirituale Vnguentum, vitæ præsidium, animarum & corporum sanctificatiuum, oleum exultationis, quod in lege quidem præcessit, effulsit autem in nouo Testamento: quo Reges, Pontifices, Prophetas, & omnes ab eis deinceps & subsequentibus Episcopis & Presbyteris per iteratæ natiuitatis lauacrum, vsque hodie regeneratos vnxerunt. Ita, Domine Deus omnipotens, fac illud aduentu Sancti & adorandi tui Spiritus esse incorruptionis indumentum, signaculum perfectiuum; lauacro tuo insignitis diuinam tuam, & vnigeniti Filij tui, & Sancti Spiritus appellationem imprimens, vt per sanctam hanc obsignationem germani, familiares, ciues, serui, & ancillæ, anima corporeque sanctificati, ab omni nequitia alieni, omni peccato exempti, illibatæ gloriæ tuæ, ceu vestimenti amictu coram te à sanctis Angelis & Archangelis, & ab omni cœlesti virtute agnoscantur, malignis autem & impuris dæmonibus formidandi appareant: vt sint acquisitus & peculiaris populus, Regale Sacerdotium, gens sancta, & illibato hoc mysterio signati, Christum in cordibus suis, in habitaculum tuum, Dei & Patris, in Spiritu Sancto ferant. Quia sanctus es, Deus noster, & in Sanctis requiescis: & tibi gloriam referimus, Patri, & Filio, & Sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Deinde Pontifex ait, Pax omnibus.

Diaconus.

Capita vestra Domino inclinate.

Subiungit Orationem Patriarcha.

Tibi omnium omnium Deo & regi, cordis ceruicem gratias agentes inclinauimus, eo quod nos dignos diuinorum istorum istorum mysteriorum fieri ministros voluisti: misericordiã tuam idcirco prædicamus, quam abundè super nos effudisti, & vt sanctificationem recipiat, & operetur, sicut Vnguentum capiti superessusum, precamur: quia Vnguentũ effusum est nomen vnigenito Filio tuo Christo Deo nostro, in quo mũdus omnis visibilis & inuisibilis bo-

no repletur odore. Tu enim adorandus vbique es & glorificatus, & tibi gloriam & cultum referimus: Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

Illud deinde cruce signatum operit: Et conuersus, qui in Ambone stat Diaconus, ait. Omnium sanctorum memoriam recolentes. *Stant autem Flabella donec dicatur.* Repleatur. *Cum vero sancta proferri debent, stante coram sacris foribus Archipresbytero, Assumit Patriarcha Vnguentum, delatumque Archipresbytero tradit. Et tunc mouentur Flabella. Et in altum tolluntur. Proceduntque Diaconi eo quo venerunt cum Flabellis ordine. Atque ita contentum Alabastro Vnguentum, in vas vbi Nardus asseruatur, ab Archipresbytero reponitur.*

ὅσος ἀόρατος. Σὺ γὰρ προσκυνητὸς ὑπάρχεις καὶ δεδοξασμένος, καὶ σοὶ τὴν δόξαν καὶ προσκύνησιν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Εἶτα, 23 σφραγίσας, καλύπτει αὐτό. Καὶ τότε προσβαπεὶς ὁ ἐν τῷ ἄμβωνι διάκονος, λέγει. Πάντων τῶν ἁγίων μνημονεύσαντες. Τὰ δὲ ῥιπίδια ἵστανται μέχρι τοῦ, Πληρωθήτω. 24 Ὅτι 24 δὲ μέλλουσιν ἐξέρχεσθαι τὰ ἅγια, ἱσταμένου τοῦ πρωτοϊερέως ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν, Λαμβάνει ὁ πατριάρχης τὸ μύρον, καὶ ἐπάρας, ἐπιδίδωσιν αὐτὸ τῷ πρωτοπαπᾷ, Καὶ ἔκτοτε 25 διακινοῦσι τὰ ῥιπίδια, Καὶ αἴρονται καὶ οἱ διάκονοι· καὶ ἀπέρχονται καθὼς ἦλθον μετὰ τῶν ῥιπιδίων. Καὶ ἐμβάλλεται παρὰ τοῦ πρωτοπαπᾶ δὲ τῷ ἀλαβάστρῳ μύρον, εἰς τὸ ἀγγεῖον ἔνθα ἐνι 26 τὸ 26 νάρδον.

VARIÆ LECTIONES.

a Ἀκολουθία τοῦ ἁγίου μύρου] Diuersum est omnino in editis, & in M.S. hoc officium; atque ideo maioris lucis afferendæ gratia, separatim exemplar vnumquodque proferendum est. Barberinum hoc pacto legit.

Oratio, id est Vnguenti confectio sancta feria quinta maioris hebdomadæ à solo Episcopo obeunda.

Tota sacra missa ordine suo celebrata, & sanctis donis ad sacram mensam deportatis, cum eis quoque præuie Vnguentum à Sacerdote affertur: à quo in sacra mensa iuxta primum discum (alibi calicem) à sinistris deponitur: tum sanctam oblationem Pontifex absoluit, quoadusque exclamet. Et erunt misericordiæ magni Dei, & Patris nostri (fol. 79) *Responso vero*, Amen, *neque portæ aperiuntur, neque Diaconus in Ambone stans mediam orationem adoritur (fol. 79. li. 36.) Sed silentio facto, exurgit Pontifex: & Archidiacono in sancto sacrario dicente.* Attendamus. *Altaris crepidinem conscendit, terque Vnguentum signat, rursumque digressus, & inclinatus, orationem orditur hoc pacto.*

Domine misericordiæ &c.

Mox erectus exclamat. Quia tu sanctus es Deus noster &c.

Εὐχὴ ἤγουν ποίησις μύρου γινομένη τῇ ἁγίᾳ πέμπτῃ τῆς μεγάλης ἑβδομάδος ὑπὸ μόνου ἐπισκόπου.

Γινομένης ἀκολούθως πάσης τῆς ἱερᾶς λειτουργίας, καὶ εἰσαχθέντων τῶν ἁγίων δώρων ἐν τῇ θείᾳ τραπέζῃ, ἄγεται ὑπὸ αὐτοῖς ἔμπροσθεν ὑπὸ πρεσβυτέρου τὸ μύρον, καὶ ἀποτίθεται καὶ αὐτὸ, ἐν τῇ θείᾳ τραπέζῃ πλησίον τοῦ πρώτου δίσκου ἐξ εὐωνύμων, καὶ ποιεῖ πᾶσαν τὴν ἁγίαν ἀναφορὰν ὁ ἀρχιερεὺς, ἕως τοῦ ἐκφωνῆσαι. καὶ ἔσται τὰ ἐλέη τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ πατρὸς ἡμῶν. Μετὰ δὲ τὸ, ἀμὴν, οὔτε τῶν πυλώνων ἡ ἄνοιξις γίνεται, οὔτε ὁ διάκονος ἄρχεται ὁ μέλλων ἐν τῷ ἄμβωνι ποιῆσαι τὴν μέσην εὐχήν· ἀλλὰ σιωπῆς οὔσης ἀνίσταται ὁ ἀρχιερεὺς, καὶ τοῦ ἀρχιδιακόνου. ἐν τῷ θείῳ ἱερατείῳ λέγοντος, Πρόσχωμεν· αἴρεται εἰς τὴν κρηπῖδα τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ σφραγίζει τὸ μύρον τρεῖς, καὶ πάλιν κατέρχεται, κλινόμενος ἄρχεται τῆς εὐχῆς οὕτως.

Κύριε τοῦ ἐλέους. Vt supra.

Εἶτα ἀνιστάμενος. ἐκφωνεῖ. ὅτι ἅγιος εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν. Vt supra.

Καὶ μετὰ τὸ, ἀμὴν, λέγει. Εἰρήνη πᾶσι.

Καὶ τοῦ ἀρχιδιακόνου λέγοντος. Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ κυρίῳ κλίνατε. ἐπεύχεται ὁ ἱερεὺς, καὶ λέγει.

Σοὶ τῷ θεῷ τῶν ὅλων. Vt ſupra.

Καὶ μετὰ τὸ, ἀμὴν, γίνεται ἡ τῶν πυλῶν ἡ ἄνοιξις· καὶ ὁ διάκονος τῆς μέσης ἀρχόμενος κλίνεται πάλιν ὁ ἱερεὺς, καὶ ἐπάγει προσαναπληρῶν τὰ ἑπόμενα τῆς θείας προσκομιδῆς.

Dictoque, Amen, ait: Pax omnibus. Et Archidiacono dicente. Capita veſtra Domino inclinate. Adiungit orationem Sacerdos: & dicit.

Tibi omnium Deo &c.

Reſponſo, Amen, fit portarum ſacrarum reſeratio: Diacono vero mediam orationem incipiente, inclinat rurſum Sacerdos, & reſidua ſacræ oblationis proſequitur.

Cryptoferratenſe M.S. Beſſarionis ſic habet.

Εὐχὴ ἐπὶ ποίησει μύρου γινομένου τῇ μεγάλῃ πέμπτῃ.

Εἰσαγομένων τῶν ἁγίων δώρων ἐν τῇ θείᾳ τραπέζῃ εἰσάγεται ὑπὸ τοῦ πρωτοπρεσβυτέρου τὸ ἀλάβαστρον τοῦ μύρου, καὶ τίθεται πλησίον τοῦ δίσκου ἐν τῷ εὐωνύμῳ μέρει· καὶ μετὰ τὸ ἐκφωνῆσαι τὸ, καὶ ἔσται τὰ ἐλέη. μὴ γινομένης πέως τῆς τῶν πυλῶν ἀνοίξεως, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐν τῷ ἄμβωνι διακόνου σιγῶντος, τοῦ ἀρχιδιακόνου ἐν τῷ ἱερατείῳ λέγοντος, Πρόσχωμεν. ἀνέρχεται ὁ ἀρχιεπίσκοπος εἰς τὴν κρηπῖδα, καὶ σφραγίσας τρίτον τὸ μύρον, κατέρχεται καὶ κλινόμενος ἄρχεται.

Κύριε τοῦ ἐλέους καὶ πατήρ. Vt ſupra.

Σοὶ τῷ θεῷ τῶν ὅλων. Vt ſupra.

Καὶ τότε δίδωσι χεῖραν τῷ ἐν τῷ ἄμβωνι εἰπεῖν· καὶ γίνεται τῶν πυλῶν ἄνοιξις, καὶ προσαναπληροῖ ὁ ἀρχιερεὺς τὰ ἑπόμενα τῆς θείας προσκομιδῆς.

Oratio in confectione Vnguenti magna feria quinta componendi.

INductis ad ſacram menſam ſanctis donis, Vnguenti quoque alabaſtrum ab Archipresbytero affertur, & iuxta diſcum in parte ſiniſtra collocatur. Et poſt exclamationem. Et erunt miſericordiæ; *nondum facta portarum reſeratione, ſed & Diacono, qui ſtat in Ambone ſilentium tenente, Archidiacono vero in ſacrario dicente.* Attendamus. *Crepidinem altaris Pontifex conſcendit: mox Vnguento ter conſignato digreditur, & inclinatus incipit.*

Domine miſericordiæ, & Pater, &c.
Tibi omnium Domino, &c.

Tum vero ſignum dat Diacono in Ambone ſtanti dicendi: & portis reſeratis adimplet Pontifex ſanctæ oblationis reſiduum.

M.S. Ipſum quo Patriarcha modernus vtitur, cuius fragmentum à Georgio Coreſio Chienſi accepi, ita legit.

ΤΗι μεγάλῃ πέμπτῃ εἰς τὴν λειτουργίαν ὁπόταν μέλλῃ γίνεσθαι ἡ εἴσοδος τῶν θείων δώρων, λαμβάνει τὸν θεῖον μύρου κρατῆρα, ὁ πρῶτος τῶν πρεσβυτέρων, καὶ προήκει καὶ τοῦ δεσποτικοῦ αἵματος, καὶ κύκλωθεν τούτου οἱ διάκονοι μετὰ ῥιπιδίων, ἔχοντες τὰς κεφαλὰς τῶν ῥιπιδίων ἡρμοσμένας πρὸς ἀλλήλους, ὡς εἶδος στέγης ἀποπληροῦν. καὶ οὕτως εἰσάγεται ἐντὸς τοῦ βήματος, καὶ κατατίθεται ὑπὸ τοῦ πατριάρχου ἐπὶ τῆς θείας τραπέζης μετὰ τῶν θείων δώρων. ὅταν οὖν εἴπῃ ὁ διάκονος, πρόσχωμεν· καὶ ἐκφωνήσῃ

IN magnæ feriæ quintæ miſſa, cum ſanctorum donorum peragendus eſt ingreſſus, ſacri Vnguenti vas Presbyterorum primus accipit, & Dominicum ſanguinem præcedit, & circumquaque procedunt Diaconi cum Flabellis: capita Flabellorum huiuſmodi tali pacto ad inuicem compoſita tenentes vt tecti formam adimpleant: atque ita in Tribunal inducitur, & cum ſacris donis in ſacra menſa, à Patriarcha deponitur. Cum itaque Diaconus dixerit. Attendamus: *& exclamauerit*

Patriarcha: Sancta sanctis. *Moschus, Balsami oleum, & Ambar aqua rosacea proba in quodam vase ad hoc disposito bene diluta Patriarchæ traduntur: illaque accepta infundit in vas, mouetque & consueto Cochleari commiscet ad inuicem. Deinde duas orationes recitat: & post orationes exclamat.* Tu enim adorandus es, & tibi gloriam referimus. *Et dicto,* Amen, *sanctum Vnguentum signat, sublatoque vase discedit, & sanctum Vnguentum in eo contentum, in alia disposita vasa infundit, atque ita perficiuntur & consecrantur cuncta præter ipsum Nardi vas.*

ὁ Πατριάρχης. Τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις. ἐπιδίδοται τῷ Πατριάρχῃ, ὁ μόσχος, τὸ βαλσαμέλαιον, τὸ ἄμπαρ, ἀλλοιωμένα καλῶς μετὰ ῥοδοστάγματος καλοῦ, αὐτὰς ἐπ' ἀγγείου τινὸς πρὸς τοῦτο τεταγμένου, καὶ λαβὼν ἐκχέει αὐτὰ εἰς τὸν κρατῆρα, καὶ ἀνακινεῖ ταῦτα, καὶ ταράσσει μετὰ τοῦ συνήθους λαβίδος. εἶτα λέγει εὐχὰς δύο, καὶ μετὰ τὰς εὐχὰς, ἐκφωνεῖ. σὺ γὰρ προσκυνητὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν. καὶ μετὰ τὸ, ἀμὴν, σφραγίζει τρίτον τὸ ἅγιον μύρον, εἶτα αἴρει τὸν κρατῆρα, καὶ ἀπέρχεται, καὶ ἐκχέει τὸ ἐν αὐτῷ ἅγιον μύρον εἰς τὰ ἐπιτήδεια τῆς ὑποδοχῆς ἀγγεῖα, καὶ οὕτως τελειοῦται καὶ ἁγιάζεται πάντα πλὴν τοῦ ἀγγείου τοῦ νάρδου.

Allatianum M.S. ritum eumdem describit, hoc pacto.

Magna feria quinta, cum missa incipienda est, officij sui Clericalis Pontifex vestimenta mutat, & conueniunt cuncti, vbi repositum est opus (Vnguenti.) Et Pontifex dicit orationes: à vasorum autem custode ad sanctam oblationem tectum defertur: & supra sanctam mensam in dextra parte deponitur. Sacerdos vero precatur hoc pacto. Pax omnibus: Dominum precemur. *Oratio.*

Humanæ nostræ naturæ redemptor & Domine, qui tollis & purgas mundi peccata, Agnus Dei cœlestis & rationalis Dominator Christe Deus noster, qui typico Paschate in sacro cœnaculo cum discipulis celebrato & extincto, vero autem & animabus salutari Pascha sacro ritu instituto, ex impetu quo Deus immolandus erat, in hostiam Deo & Patri te ipsum obtulisti, propriaque carne prælibata, & mundum liberaturo sanguine discipulis propinato, ad aduentum vsque tuum Sacramentum hoc celebrari præcepisti, qui columbam oliuæ ramum in reconciliationem & salutis Symbolum in ore ferentem in arca emisisti, vt per illam gratiæ mysterium præsignificares, qui oliuæ fructum in sanctorum mysteriorum consummationem suppeditasti, qui per illum Spiritu sancto antiquos in lege replesti, & eos qui sub gratia sunt, perficis: ipse Vnguentum istud benedic, & virtute, & operatione; & aduentu sancti Spiritus sanctifica: vt omnibus ex eo vngendis incorruptionis vnctio, iustitiæ armatura, spiritus & animæ renouatio,

ΤΗ μεγάλῃ πέμπτῃ, ὅτε μέλλει ἡ λειτουργία ἄρχεσθαι, ἀλλάσσει ὁ ἀρχιερεὺς τὰ τοῦ κλήρου, καὶ ἔρχονται ἔνθα καὶ τὸ ἔργον κεῖται καὶ λέγει τὰς εὐχάς. βαστάζεται δὲ παρὰ τοῦ σκευοφύλακος σκεπασμένον παρὰ ἁγίας ἀναφορᾶς· τίθεται ἄνω ἐκ δεξιῶν τῆς ἁγίας τραπέζης. ὁ δὲ ἱερεὺς ἐπεύχεται οὕτως. Εἰρήνη πᾶσι. τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Εὐχή.

Ὁ τῆς ἡμετέρας φύσεως κύριος καὶ λυτρωτής, ὁ αἴρων καὶ καθαίρων τοῦ κόσμου τὰς ἁμαρτίας, ὁ οὐράνιος καὶ λογικὸς ἀμνὸς τοῦ θεοῦ, δέσποτα Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐν τῷ ἱερῷ ὑπερῴῳ τυπικὸν πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν συντελέσας, καὶ καταπαύσας; τὸ δὲ ἀληθὲς καὶ σωσίψυχον πάσχα μυσταγωγήσας ἑκουσίως, καὶ πρὸς τὴν θεοκτόνον ἐπιδρομὴν εἰς θυσίαν σεαυτὸν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ προσενέγκας, καὶ τῆς ἰδίας σαρκὸς καὶ τοῦ κοσμορρύτου αἵματος τοὺς σοὺς μαθητὰς ἀπογεύσας, καὶ τοῦτο διηνεκῶς μέχρι τῆς σῆς ἐπελεύσεως ποιεῖν ἐπιτάξας, ὁ τὴν ἐν τῇ κιβωτῷ Νῶε περιστερὰν ἐξαποστείλας, κάρφος ἐλαίας φέρουσαν ἐπὶ τοῦ στόματος καταλλαγὴν καὶ σύμβολον σωτηρίας τε τῆς ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ, καὶ τὸ τῆς χάριτος μυστήριον δι' ἐκείνων προτυπώσας, ὁ καὶ τῆς ἐλαίας τὸν καρπὸν εἰς ἀποπλήρωσιν τῶν ἁγίων μυστηρίων χορηγήσας, ὁ δι' αὐτοῦ καὶ τοὺς ἐν νόμῳ πνεύματος ἁγίου πληρώσας, καὶ τοὺς ἐν χάριτι τελειῶν. αὐτὸς εὐλόγησον καὶ τοῦτο τὸ μύρον, ἁγίασον αὐτὸ τῇ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ, καὶ ἐπιφοιτήσει τοῦ ἁγίου πνεύματος· ὥστε γενέσθαι αὐτὸ χρίσμα ἀφθαρσίας, ὅπλον δικαιοσύνης, ἀνακαινισμὸν ψυχῆς καὶ σώματος, πάσης διαβο-

διαβολικῆς ἐνεργείας ἀποτρόπαιον, εἰς ἀπαλλαγὴν κακῶν πάντων τοῖς χριομένοις ἐξ αὐτοῦ εἰς δόξαν σήν, καὶ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Καὶ πάλιν λέγει. Εἰρήνη πᾶσι. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ο θεὸς ὁ μέγας καὶ ὕψιστος, ὁ ὑπὸ πάσης τῆς κτίσεως προσκυνούμενος, ἡ τῆς σοφίας πηγὴ καὶ τῆς ἀγαθότητος ἄβυσσος, τὸ τῆς εὐσπλαγχνίας ἀπερίοριστον πέλαγος· αὐτὸς φιλάνθρωπε δέσποτα, ὁ τῶν αἰώνων καὶ θαυμασίων θεός, ὃν οὐδεὶς ἐννοῶν ἰσχύει καταλαβέσθαι· ἐπίβλεψον, καὶ εἰσάκουσον ἡμῶν τῶν δούλων σου, σὲ ἱκετευόμενοι καὶ σὲ παρακαλοῦμεν καὶ δεόμεθα, κατάπεμψον τὸ ἅγιόν σου πνεῦμα καὶ ἁγίασον τὸ μύρον τοῦτο, καὶ ποίησον αὐτὸ μύρον ἀγαλλιάσεως πνεύματος ἁγίου, μύρον ἀναγεννήσεως, χρίσμα ἁγιασμοῦ, ἔνδυμα βασιλικόν, θώρακα δυνάμεως, πάσης διαβολικῆς ἐνεργείας ἀποστροφήν, σφραγῖδα ἀνεπιβούλευτον, ἀγαλλίαμα καρδίας, εὐφροσύνην αἰώνιον· ἵνα ἐκ τούτου χριόμενοι ἐκλάμποντες ὡς οἱ φωστῆρες τοῦ οὐρανοῦ τῇ φαιδρότητι μὴ ἔχοντες σπῖλον ἢ ῥυτίδα καταδεχθῶσιν εἰς τὰς αἰωνίους ἀναπαύσεις, καὶ δέξωνται τῆς ἄνω κλήσεως. χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ, σὺν τῷ παναγίῳ. Καὶ μετὰ τὸ, ἀμήν, βαστάζεται παρὰ τοῦ σκευοφύλακος, καὶ τίθεται ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ· εἶτα ἄρχεται ἡ λειτουργία· μέχρις ὅτου εἰπεῖν τοὺς ψάλτας τὸ ἀπολυτίκιον καὶ τὸ κοντάκιον. καὶ μετὰ τοῦτο εἷς τῶν ἀρχόντων ἄρχεται τῆς εὐφημίας [ἐστεφανώθης ἔργον, ἤδη ἐτελειώθης.] καὶ μετὰ τὴν εὐφημίαν, κειμένου τοῦ μύρου ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ· λέγει ὁ διάκονος· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. καὶ ὁ ἀρχιερεύς· ὅτι ἅγιος εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν. Καὶ ψάλλεται, ὁ τρισάγιος ὕμνος. ὁ ἀπόστολος. καὶ τὸ εὐαγγέλιον. ὅτε δὲ μέλλουσιν εἰσοδεύειν, καὶ ψάλλειν τὸν χερουβικὸν ὕμνον. βαστάζει καὶ ὁ σκευοφύλαξ τὸ ἅγιον μύρον· καὶ εἰσοδεύει μετὰ τῶν ἁγίων δώρων.

omnis diabolici conatus expiatio, & malorum liberatio fiat; in laudem tuam, & vnigeniti Filij tui, & sancti Spiritus: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. *Et rursum dicit.* Pax omnibus. Dominum precemur.

Deus magnus & excelsus, qui ab omni creatura adoraris; sapientiæ fons, & bonitatis abyssus, immensum clementiæ pelagus: ipse benignè Domine sæculorum & mirabilium Deus, quem nullus contemplans potest comprehendere: respice & exaudi nos seruos tuos te rogamus supplicamus & precamur: Sanctum Spiritum tuum mitte; & Vnguentum hoc sanctifica: fac illud Vnguentum exultationis Spiritus sancti, regenerationis Vnguentum, sanctitatis vnctionem, regium indumentum fortitudinis thoracem, omnis diabolici insultus propulsionē, signaculum insidiis liberum, cordis alacritatem, lætitiam sempiternam: vt ex eo vncti sicut luminaria cœli splendore præfulgentes, non habentes rugam aut maculam, in æterna requie suscipiantur, & supernam accipiant vocationem. Gratia & miserationibus, & humanitate vnigeniti Filij tui, cum quo benedictus es, cum sanctissimo. *Et responso*, Amen, *à vasorum custode defertur, & in sancta mensa deponitur: & missa incipit, quousque dimissorium & Breuiculum à cantoribus dicatur. Post hæc Clericorum præcipuorum vnus acclamationem incipit* [coronatum es opus, iam perfectum es] *& post acclamationem, manente in sancta mensa Vnguento, dicit Diaconus.* Dominum precemur. *Et Pontifex.* Quia sanctus es Deus noster. *Et cantatur Ter sanctus hymnus. Apostolus & Euangelium. Cum vero peracturi sunt Ingressum & Cherubicum hymnum cantaturi, portat vasorum custos sanctum Vnguentum, & cum sanctis donis procedit.*

b Τοῦ ἁγίου μύρου.] Alia edita inserunt. καὶ μεγάλη.

c Εν ᾧ ἐχείρισαν ἱερεῖς τε.] Alia edita legunt. ἐν ᾧ ἐχείρισαν ἱερεῖς τε καὶ ἀρχιερεῖς, προφῆται, καὶ βασιλεῖς· δι' οὗ καὶ αὐτὸς ἔχρισας τοὺς ἁγίους σου ἀποστόλους, καὶ πάντας τοὺς διὰ λουτροῦ &c.

d Τῶν αἰώνων, ἀμήν.] Alia edita. ὁ λαός, ἀμήν.

IN OFFICIVM SANCTI VNGVENTI. Notæ.

1 Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ πέμπτῃ.] Sancta & magna feria quinta, qua vt *multiplicibus mysteriis honorata* iuxta authorem de vnctione Chrismatis diuinæ sanctitatis abundantius in Ecclesia, homines fiunt participes, sanctum etiam, & præ cunctis magnum Vnguentum communi vtriusque Orientalis & Occidentalis partis consensu consecratur. Quemquidem vsum quamuis nullo nisi dubio Fabiani testimonio fultus, Apostolicum vocet Suarez in q.72. 3. p. D. Tho. vim nimiam facere Concilij primi Toletani Can. 20. verbis non est negandus: dum *Chrisma omni tempore Episcopo fieri concessum* hac feria quinta solummodo conficiendum, ex illis verbis non minus quam ex Concil. Meldensi cap. 46. colligere se posse confidit.

2 Αντὶ Χερουβικοῦ.] Χερουβικοῦ ὕμνος in Offertorio maiori canitur, vt videre est in liturgia Chrysostomi fol.72. vnde patet inter missarum solemnia in vtraque Ecclesia confici sacrum Chrisma. Sanctiores quippe & augustiores Ecclesiæ ritus, diuini illius sacrificij sanctitate perficiuntur, & eam in se traducere gaudent; vt innuit Augustinus à Pamelio citatus in Liturgicis. Sanctum autem Chrisma lecto Euangelio, & Offertorio tempore ad consecrationem obtinendam delatum, videtur innuisse Dionysius li. 4. de Eccles. Hierar. videlicet cum περιαγιασθέντος τοῦ ἱεράρχου ... πᾶν τὸ ἱερὸν ... περιαγωγῆς, καὶ τῆς ψαλμικῆς ἱερολογίας, καὶ τῆς τῶν ἱερωτάτων λογίων ἀναγνώσεως. *Præcedente Pontifice circa totum templum odoribus sed Pontifice processu & circuitu* (quasi diceret ... qua & templum circumire, & thus adolere soliti sunt Græci) *& Psalmorum sacra recitatione* (quæ sub Ecclesiæ primordiis communiores erant preces) *& diuinorum verborum lectione*, (dum nempe legitur Euangelium) εἶτα τὸ μύρον ὁ ἱεράρχης λαβὼν &c. *tunc Vnguentum Pontifex suscipit, &c.* Et quamuis Allatianum Euchologium Chrismalem de qua loquimur Consecrationem prima facie videatur ante missam describere, aduertendum nihilominus ritum quemcumque ibi dispositum ad consecrationem ipsam nullatenus pertinere, sed tantum vt ipsi præambulam, ad ampliorem sanctificationem suo tempore obtinendam præmitti, quod & ex cærimoniarum & Orationum diuersitate manifestatur abunde, & ex vltimis ibidem exaratis verbis καὶ εἰσοδεύει μετὰ τῶν ἁγίων δώρων, coniicio deferendum Chrisma in Introitu cum sanctis donis, vt nimirum iuxta cunctorum Euchologiorũ ordinem confestim peracto Offertorio consecretur. De pari procedendi more, diuerso licet missæ tempore Pontificale Romanum loquitur, vbi de Chrismatis consecratione.

3 Τοῦ δείπνου σου τοῦ μυστικοῦ.] Hymnus hic, in aliis liturgiis Postcommunionis locum obtinens, vrgente mysterii repræsentandi celebritate, hac die sub liturgiæ principio canitur: cuius instituti authorem Iustinum Imperatorem refert Cedrenus in eius vita, ἐπὶ τούτου ἐτυπώθη ψάλλεσθαι τῇ μεγάλῃ πέμπτῃ, τὸ δείπνου σου τὸ μυστικοῦ. *Sub eo feria quinta magna cani cœpit Hymnus:* τὸ δείπνου σου *vtpote cuius* verba, mysterio tali die peracto, congruentissima sint.

Ἐρχομένων τῶν ἁγίων μυστηρίων] Ordine descripto in liturgicis fol. 74. & 11. quo fit secundum Dionysii verba, ἱεράρχης ἐπὶ πᾶν τὸ ἱερὸν εὐώδεσι περιαγωγῆ, *Pontificia circa totum templum incensis referta processio.*

4 Βαστάζοντος τοῦ πρωτοπαπᾶ.] Archypresbyter Vnguenti sacri vasculum in Ingressu magno ante Diaconum panem sanctum deferentem, portat, tum ampliorisilli honoris deferendi gratia (Protopapas enim ille inter omnes Ingressum celebrantes præeminet) tum etiam quia Vnguenti illius vsus hodie ad Græcos Sacerdotes, annuentibus Episcopis, transiit. Hæc, & cuncta hucusque pianissime tersius multo, profundiusque videtur explicuisse Symeon Thessalonicensis: τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ πέμπτῃ, εἰσάγεται τοῦτο τὸ μύρον ἐν κρατῆρι ἰδίῳ ὅπερ καλεῖται ἀλάβαστρον εἰς τύπον τοῦ ἐκχυθέντος τῇ κεφαλῇ τοῦ Ἰησοῦ παρὰ τῆς πόρνης μύρου, ἢ τῆς ἀδελφῆς τοῦ Λαζάρου Μαρίας, καὶ διὰ καλύμματος ἱεροῦ ... ἐν τῷ σκευοφυλακίῳ τίθεται ... τῆς θείας λειτουργίας ... ἀρχόντων ... τοῦ πνεύματος ... εἶτα ὁ πρῶτος τῶν ἱερέων κατέχων τὸ ἀλάβαστρον τὸ μύρον τοῖς χερσὶν ... τοῦ πνεύματος· διὰ τοῦτο γὰρ ὁ πρῶτος τοῦτο κατέχει ὡς τελειότερος ὤν. *Sancta & magna feria quinta, inducitur Vnguentum hoc in cratere sibi proprio cui nomen Alabastrum, adinstar effusi illius super caput Iesu, à meretrice vel à sorore Lazari Maria, vnguenti; & sacro velamine opertum in Sacristia deponitur. Primo vero Offertorio peracto, & diuina missa principium preteruecta, finito etiam magno Ingressu: prior quidem cærimoniarum Præfectus progreditur, deinde Lectores ferentes cereos, & diuinum splendorem figurantes, tum vero Sacerdotum supremus, manibus alabastrum tenens, & Spiritus gratiam processu manifestans, sequitur; propterea siquidem primus omnium, vt cæteris perfectione præcedens, illud tenet.*

5 Τὸ μύρον μετὰ τοῦ ἀλαβάστρου.] Vasculum Vnguenti, Alabastrum vocari testantur cuncta exemplaria superius in variis lectionibus adducta. κρατῆρα tamen illud nuncupat Allatianus codex, cui lucem affert Thessalonicensis nuper citatus, vbi & cur Alabastrum dictum sit, rationem edicit: εἰσάγεται τοῦτο τὸ μύρον ἐν κρατῆρι ἰδίῳ, ὅπερ καλεῖται ἀλάβαστρον, εἰς τύπον τοῦ ἐκχυθέντος τῇ κεφαλῇ τοῦ Ἰησοῦ παρὰ τῆς πόρνης; Alabastrinam quoque fuisse ampullam Chrismatis, de qua à nefariis hominibus confracta, conqueritur Optatus Mileuitanus lib. 2. contra Parmen. coniicere licet ex his eiusdem verbis. *Eucharistiam iusserunt canibus infundi: & ampullam Chrismatis per fenestram, vt eam frangerent, proiecerunt:* sicut & ex Iuonis scriptis epist. memorantis, *vasculum Chrismale cuius forma artificibus nostris ignota erat:* non quia terrea, aut vitrea: sed quia forsan ex vetusto alabastro, vt minus vulgari, erat composita.

6 Κεκαλυμμένον.] Nullatenus vana est sacrum Vnguentum tegendi & aperiendi consuetudo. Ampulla enim Chrismatis, vt scribit Amalarius Fortunatus lib. 1. de Eccl. Offi. cap.21. *quodammodo*

corpus Domini ex Maria virgine assumptum significat, quod antequam transiret ad altare crucis aliquo tempore coopertum erat: quando ita fugit in Ægyptum regem Herodem, quasi non esset Rex regum, &c. In istis omnibus coopertus latebat, &c. Aliam notato frequenti profert rationem Symeon Thessalonicensis.

7 Ῥιπίδια ζεῦγος ἐνδ.] Flabella quidem sacrum Vnguentum velantia. Dionysius enarrat de Ecclesiast. Hierar. cap. 4 sed paria eorum, sex tantum enumerat: εἶτα τὸ μύρον ὁ ἱεράρχης λαβὼν ἐπιτίθησι τῷ θείῳ θυσιαστηρίῳ περικεκαλυμμένον ὑπὸ δυοκαίδεκα πτέρυξιν ἱεραῖς. *Vnguentum deinde acceptum sacro altari Pontifex imponit duodecim sacris alis obuelatum.* Totidem recenset Thessalonicensis, quæ hoc pacto, Dionysium sequutus, explicat. ἔμπροσθεν δὲ καὶ ἐκ πλαγίων τοῦ μύρου, καὶ ὄπισθεν διάκονοι ἕξ, δώδεκα κατέχοντες πτέρυγας, ὥς ὁ μέγας Διονύσιός φησι, τοῦτ᾽ ἔστι ῥιπίδια. δηλοῦσι δὲ ταῦτα τὰς θείας ἀγγελικὰς δυνάμεις, καὶ τὸ νοερὸν αὐτῶν, καὶ ἀσώματον. ἐπεὶ καὶ τὰ Σεραφεὶμ ἐν πτέρυξι, καὶ τὰ Χερουβεὶμ τοῖς προφήταις ὤφθη· καὶ ὥσπερ ἐκεῖνα συστέλλεται τὴν χάριν δεχόμενα, καὶ ἡμεῖς ὀφείλομεν τοῦτο ποιεῖν. *Ante Vnguentum vero, & à lateribus eius, & retro Diaconi sex, duodecim alas, vt magnus inquit Dionysius, id est flabella tenentes adstant. Angelicas autem sacras virtutes & intellectualem incorporeamque eorum naturam significant: Seraphim siquidem & Cherubim prophetis sub alarum symbolo manifestata sunt: ac velut illa dum gratiam accipiunt, se contrahunt, hoc & nos præstare debemus.* Et post quædam de aligeris Angelorum figuris, deque duorum Seraphinorum alis senariis arcam obuelantibus: subdit δώδεκα δὲ πτέρυγες, καὶ διὰ τὴν δωδεκάδα τῶν μαθητῶν, οὓς ἡ χάρις τοῦ πνεύματος ἐξ ἀρχῆς ἐτελείωσε, καὶ διὰ τὰ δύο Χερουβεὶμ τῇ σκηνῇ παρεστάμενα δώδεκα πτέρυγας ἔχοντα· ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνὶ· καὶ ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνί. *Duodecim etiam alæ propter Apostolos à principio Spiritus gratia perfectos adhibentur: & propter duas Cherubinorum figuras tabernaculo adstantes, quorum alæ duodenarium numerum complebant: sex etenim alæ vni; & sex alæ alteri.* Binarium autem aliud flabellorum addiderunt moderni, ne detractis duobus, quæ velando altari sint necessaria, vt ex S. Germano contemplati sumus fol. 136. completa dodecas velando semper Vnguento destinata, minueretur, vel minus apte significatum primo obtentum exprimeret.

8 Ἔνθεν κἀκεῖθεν.] οἱ διάκονοι (inquit MS Constantinopolitanum) ἔχοντες τὰς κεφαλὰς τῶν ῥιπιδίων ἡρμοσμένας πρὸς ἀλλήλους, ὡς εἶδος στέγης ἀποπληροῦν. *Capita Flabellorum ad inuicem coniuncta (& inclinata) tenent: ita vt tecti speciem adimpleant.* Vbi Symeon laudatus. ὥσπερ οὖν ἀμέλει, εἰσέλθωσιν οἱ κατέχοντες διάκονοι τὰς πτέρυγας ἵστανται ἑκατέρωθεν τοῦ μύρου κατέχοντος πρεσβυτέρου, τιμὴν αὐτῷ νέμοντες, καὶ οἷον ἐπισκιάζοντες. *Ingressis Lectoribus, tenentes alas Diaconi stant ex vtroque latere Sacerdotis Vnguentum portantis, honorem ei impertientes, & quasi eum obumbrantes.*

9 Περιηγουμένου τοῦ Δομεστίκου.] Primus Diaconorum Domesticus eorum est iuxta Ioannis Citri Episcopi expositionem. ἡ τοῦ Δομεστίκου προσηγορεία κατὰ Λατίνους τὸν ἐξάρχοντα, τὸν προηγούμενον, τὸν ἐπιστάτην δηλοῖ. *Domestici appellatio secundum Latinos principem, præfectum, præsidem sonat* Hinc in aula Imperatoria, Δομέστικος τῶν σχολῶν *exercitus princeps*, quem hodie ducem supremum, siue Generalem dicerent, & Δομέστικος τῶν ψαλτῶν, qui ἀρχηγὸς καὶ ἐπιστάτης τῶν μελῳδῶν τε καὶ τῶν ὑμνῳδῶν. *Præfectus scholæ Cantorum.* Omnium autem Diaconorum primus est Oeconomus: propterea Domesticum & Oeconomum eundem esse oportet; quem Chrismati delato præire rubrica commemorat, eo quod eius distribuendi per prouincias & Episcopatus, curam gerit.

10 Κάτωθεν τοῦ λυτήρου ποτηρίου.] Plures calices vrgente solemnitatis necessitate consecrat etiamnum hodie Orientalis Ecclesia: quem pariter vsum familiarem olim habuit Ecclesia Latina, prout Ordo Romanus meminit. De his Germanus κρατῆρες, inquit, ἐμφαίνουσι καὶ οἱ μαζοὶ τῆς θεοτόκου. *Crateres interpretamur vbera virginis Deiparæ*: primum namque calicem velut Christi latus sanguine profluens, alios autem vt virginis vbera è quibus sanguinem corpulentamq; substantiam Christus hausit, contemplatur.

11 Τοῦ λυτήρου ποτηρίου.] Symeon Thessalonicensis: ὁ πατριάρχης κατέρχεται τῆς κρηπῖδος τῆς ἱερᾶς, καὶ λαμβάνει τὸ μύρον ἐκ χειρὸς τοῦ πρεσβυτέρου, καὶ τῇ ἱερᾷ ἐπιτίθησι τραπέζῃ· μείζονα καὶ τῶν δώρων τῶν ἀτελέστων ἔτι, διδοὺς τῷ μύρῳ τὴν τιμὴν, ἅτε ὡς ἐπὶ πλέον ἡγιασμένον ταῖς προσευχαῖς· καὶ γὰρ ἡγιασμένα μὲν καὶ τὰ δῶρα καὶ ἀνατεθειμένα θεῷ, ἀλλ᾽ ἔτι ἀτέλεστα καὶ ἀντίτυπα ἐστι· τὸ μύρον δὲ, εἰ καὶ οὕτω τετελεσμένον οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ δὶς τὰς εὐχὰς ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως ἐδέξατο. καὶ εὐλογηθὲν ὑπ᾽ αὐτοῦ ἦν ὡς ἀναγκαῖον· ἐμοὶ δοκεῖ διὰ τί προηγεῖται ἀμβαίνει τὸ μύρον τῆς κοινωνίας, πρῶτον μὲν γὰρ τῷ μύρῳ χριόμεθα, ἔπειτα κοινωνοὶ μὲν τῶν μυστηρίων· καὶ τὸ θυσιαστήριον πρῶτον μὲν τῷ μύρῳ καθαγιάζεται· ἔπειτα δὲ ἐν αὐτῷ τὰ τῆς ἱερουργίας τελεῖται. δεῖ γὰρ πρῶτον ἁγιασθῆναι ἡμᾶς· καὶ ἔπειτα τὰ ἅγια ὑποδέξασθαι. *Sacra altaris crepidine digressus Patriarcha Vnguentum de manu Sacerdotis accipit, & sacra mensa imponit: maioremque illi quam sanctis donis adhuc inconsecratis impertit honorem, vtpote quod pluribus sanctificatum hucusque fuit precibus. Sanctificata quippe iam sunt dona & Deo dicata; verum inconsecrata manent adhuc, & solummodo figuræ rationem obtinent. Vnguentum vero licet pariter inconsecratum sit, bis iam tamen Pontificis Orationes suscepit:* (Orationes illæ iam ex parte supra adductæ sunt ex Allatiano MS. & amplius in sequenti titulo producentur) *& ab eo benedictum est: & recte quidem; vt mihi videtur: quia communionem, Vnguentum hoc præcedere necesse est. Prius namque Vnguento vngimur: & deinde mysteriorum participes efficimur. Et altare Vnguento prius sanctificatur, quam in eo sacrificij opus peragatur. Sanctificari etenim primo nos conuenit: & deinde ad sancta suscipienda pregredi.*

12 Κατὰ τὸ λοιπόν.] Qualiter res sacræ, & quo Ordine in Ingressus processu deferantur (connotant enim illum hæc verba, κατὰ τὸ λοιπὸν τὰ ἅγια) declaratum est vbi illum sumus contemplati, fol. 131. vbi & diximus in illo nunquam procedere Pontificem, sed vt hîc quoque contigit, de manibus aliorum sancta suscipere.

13 Πληρώσωμεν τὴν δέησιν ἡμῶν.] In missa Chrysostomi fol. 73. in fine.

14 Καὶ ἔσται τὰ ἐλέη.] In missa pariter Chrysostomi fol. 79.

15 Ὁ ἐν τῷ ἄμβωνι διάκονος.] E pluribus in solemniori missa ministrantibus Diaconis, ille qui tempus orandi precumque seriem populo denunciaturus est, conscendit ambonem. Hoc autem loco cum prolaturus esset πάντων τῶν ἁγίων, vt in missa fol. 79. apparet, (quæ verba μέσην εὐχὴν MS Barberinum vocat eo quod Canonis medio inserta sit) subsistit in silentio ἵσταται σιγῶν locum & tempus Vnguenti consecrationi daturus.

16 Ἀποκεπάζει τὸ ἅγιον μύρον.] Post detectum Vnguentum sacrum à Pontifice, & exclamatum ab

Archidiacono: πρόσχωμεν. *Attendamus.* Iuxta superius allata M S. Pontifex iuxta Patriarchale M S. subiungit hic, τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, *Sancta Sanctis.* Et speciebus odoratis nouis oblatis, & Vnguento sacro cochleari admixtis, ad orandum & consecrandum Vnguentum se accingit.

17 Σφραγίζει τρίς.] Post cruce obsignatum Vnguentum, Barberinum & Cryptoferr. M S. iubent Pontificem duas sequentes Orationes recitaturum, è crepidine altaris descendere, & inclinatum preces fundere.

18 Ἐν ᾧ ἔχρισαι ἱερεῖς.] Nullo vnquam tempore dicendi sunt Græci in ordinandis Sacerdotibus vnctionem adhibuisse, quamuis eam celebrare videatur Gregorius Theologus apud Arcudium, ac insuper ius Græcoromanum paginis 175. 176. 219. 444 & 445. ea tamen spiritualiter quoad Spiritus sancti in animam aduentum, (quem propterea ἁγιωσύνης χρίσμα vocauit pagina 446) vel quæ quondam in legalibus Sacerdotibus, vel nunc apud Occidentales adhiberi solet intelligenda est, iuxta sanam Arcudii doctrinam lib. 6. cap. 1. quam licet sugillet, non tamen euertit Catumsiritus vbi Elencho 1. Accus 81. falso & frustra Græcos Sacerdotalem vnctionem semper obseruasse, probare molitur. Qui cum mendacium sibi exprobrandum persentiret, baptismales vnctiones tum manuum, tum verticis commentus est ad Ordinem Sacerdotesque longe præambula sanctificatione consecrandos, pertinere: cuius sententia communi & obuio cuique Ecclesiæ sensu refellitur; baptismi enim non Ordinis proprias credit & docet, nec magis illis puerorum quam puellarum, à sacris interdictarum, manus sacras reddi aut ad communionem contrectandam, aut eam aliis impertiendam, prædicat. Ab omni tamen in Catumsiritum ferendo iudicio abstinemus, quandoquidem iam Romæ iudicatus est, & sententiam mutare, & doctrinam corrigere coactus.

19 Πορφύρας.] Post dictionem hanc addunt M S. & antiqua edita, καὶ βασιλεῖς, quod verbum iniuriæ à suis Euchologiis Græci moderni abraserunt. Meminisse siquidem debent suos Imperatores sacro hoc Vnguento quondam consecratos: nunc vero etiam Francorum reges, non minus à Chrismate quam à religione CHRISTIANISSIMI, sacro cælitusque dato liquore oleagino vnctionis vices & effectum in Clodouæi baptismate olim adepto, vsque in hodiernum diem initiantur: de quo Francorum annales, & Surius in S. Remigij vita.

20 Τελειωτικὴν σφραγίδα.] Sic Eusebius lib 3. cap. 17. vocat Confirmationem τέλειον φυλακτήριον, σφραγῖδα κυρίου, *perfectam custodiam, & Domini sigillum.* Vasa enim perfecta, sigillo notant artifices; & res domi custodiendæ, domini signantur annulo. Propterea que Ambrosius lib. 3. de Sacra. cap. 2. *Sequitur,* inquit, *spirituale signaculum, quia post fontem sequitur vt perfectio fiat: quando ad inuocationem Sacerdotis Spiritus sanctus infunditur:* quod Cyprianus epis. ad Iubaianum, *signaculo Domino consummari*, scripsit.

21 Τὴν θείαν ὀνομασίαν] Vt à Chrismate, *Christi*, iuxta Damascenū li. 4. de fide cap. 10. *Sic Vncti Domini*, apud Cyprianum epis. vlt. lib. 1. *Christiani* denique, iam ab Euangelicæ religionis incunabulis, & χριστώνυμος λαὸς, dicimur. Imo & ante Chrismatis signationem, nullum Christiani nomen nos mereri asserit Cyrill. catech. 3 τοῦ ἁγίου Χρίσματος καταξιωθέντες, καλεῖσθε χριστιανοί· ἐπαληθεύοντες τῇ ἀναγεννήσει, καὶ τὸ ὄνομα. πρὸ γὰρ τοῦ καταξιωθῆναι ὑμᾶς ταύτης τῆς χάριτος, οὐκ ἦτε ἄξιοι ἀληθῶς τῆς προσηγορίας ταύτης, ἀλλὰ προβαίνοντες ὁδὸν ἦτε τοῦ εἶναι Χριστιανοί. *Sancti Chrismatis dono accepto, meritò appellamini Christiani: veram efficientes appellationem in ipsa regeneratione: ante enim quam hæc gratia vobis donata foret, non eratis propriè digni eo nomine, sed pergentes eo vsque progressi estis, vt efficeremini Christiani.*

22 Οἰκείους καὶ πολίτας, δούλους σου.] ἔνδυμα & σφραγὶς supra, σημείωσις infra dicitur Confirmatio: vt σημειώσεως insigne est, γνωρίζει οἰκείους, domesticos dignoscendos reddit: vt ἔνδυμα, eiusdem ciuitatis πολίτας, incolas distinguit: vt σφραγὶς nota, δούλους καὶ παιδίσκας, *Diuini domini subditos*, manifestat. Sic seruos *literatos, & notis inustis insignes*, dixit Plinius lib. 18. cap 3. & *Romanos gentem togatam*, à subiectis populis discreuit Virgilius lib. 6. Æneid. nullaque gens, tribus, aut familia est, quæ à signo sibi proprio nobilitatis decus, & gloriam non aucupetur: Torquati à torque hosti detracto, equites Romani ab Annulo; Franci à florum principe, Lilio, &c.

23 Σφραγῖσι καλύπτεις] Detectum hoc vsque Vnguentum consecrationem cruce suscepit: τὴν γὰρ πληρωθὲν τὸ μύρον ἤδη δέχεται, καὶ οὐ δεῖ κεκαλυμμένον εἶναι, ἀλλ' αὐτὸ καθαρῶς τε καὶ ἀμέσως τὴν τελετὴν ὑποδέξασθαι. *Consecrationem Vnguentum iam accipit*, inquit Thessalonicensis, *neque tunc opertum illud esse oportet: sed clare & aperte, & sine medio initiari*

24 Ὅτε μέλλουσιν ἐξέρχεσθαι τὰ ἅγια.) Communionis populo impertiendæ gratia.

25 Ἀποκινοῦσι τὰ ῥιπίδια.] Non lationis & localis, sed agitationis trepidationisque motu, emicare Flabella sunt intelligenda; dum modo dextris, modo sinistris alis, Vnguento sacro incumbere velle videntur: cuius motionis rationem exprimit Dionysius de Eccl. Hier. cap. 4. vbi humanam Iesu naturam velut εὐῶδες κάλλος, *venustatem fragrantem* contemplatur; & circumstipantia Seraphim τὴν ἐπωνυμίαν καλοῦντα ἐκ τῆς κατὰ θείαν καὶ ἀένναον ζωὴν διαπύρου καὶ ὑπερζέοντος, *nomen assequuta ex ignescente & efferuente circa diuinam & perpetuo pulsu agitatam vitam animo*: propterea que ἀνακινητικὴν ἔχουσι δυνάμεις εἰς ἐκφάνσιν, καὶ δεκτικωτέρων ἀτμῶν διάδοσιν ἐκκαλυφθείσας, *excitatrices possident virtutes, & quæ Vnguentum istud ad sui diffusionem, & efficacissimorum odorum communicationem prouocent.*

26 Τὸ νάρδιον.] Νάρδος aut Νάρδιον, vt infra referemus è M S. Patriarchico, ἀγγεῖον ὅπερ ἐστι ὃ οὐχ ἁγιάζεται ἀλλὰ τηρεῖται εἰς ἰατρικὴν χρείαν. *Vas quod non consecratur*, (id est quod prophanum semper manet) *sed medico vsui asseruatur* id est quo solent vti medici: & in hoc Nardio Vasculum aliud sacri Chrismatis vtpote sanctum, reconditur: quamuis non inficias ierim ipsam Vnguenti materiem nondum consecratam νάρδον in sequentibus vocari, consecratam autem μύρον.

Η ΔΕ ΥΛΗ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΥΡΟΥ ΕΧΕΙ οὕτως.

Εἰς μάτλαρα ἐλαίου δώδεκα, καὶ οἴνου ὅσα μέτρα ἱκανά εἰσιν ἐπὶ τὸ βράζεσθαι μετὰ τοῦ ἐλαίου, ὥστε εἶναι ὑποκάτω τοῦ ἐλαίου τὸν οἶνον πάντοτε, καὶ μὴ ἐκκαίεσθαι τὸ ἔλαιον· 4 κόστου λίτρας β΄. 5 ξυλοβαλσάμου λίτρας γ΄. 6 ἐχινάνθης λίτρας β΄. 7 πεπέρεως λίτρας ε΄. 8 σμύρνης λίτρας δ΄. 9 στύρακος λίτραν α΄. 10 πεπέρεως μακροῦ λίτρας β΄. 11 ξυλοκασσίας λίτρας γ΄. 12. φύλλου ἰνδικοῦ λίτρας γ΄. 13 καρποβαλσάμου λίτρας β΄. 14 κυπέρεως λίτρας ε΄. 15 μυτζοκόκκια λίτρας γ΄. 16 κελτικοῦ λίτραν α΄. 17 κασσίας μελαίνης λίτρας β΄. 18 καρυοφύλλων λίτρας γ΄. 19 κάχρεων λίτρας β΄. 20 κινναμώμου λίτρας ϛ΄. 21 ἀσάρου λίτρας β΄. 22 μάκερος λίτραν α΄. 23 τερεβινώθης λίτρας ϛ΄. 24. πέτιτου λίτρας ϛ΄. 25 μυροβαλάνου λίτρας β΄. 26 σαμψύχου λίτραν α΄. 27 λαδάνου λίτρας ε΄. 28 λιβάνου λίτρας ε΄. 29 στάχου λίτραν α΄. 30 τζιντζιβέρεως λίτρας δ΄. 31 ζουτωμπᾶ λίτρας β΄. 32 βοτάνης ξενονικῆς ταύτης ἀκόρου λίτρας β΄. 33 ἑλενίου λίτρας β΄. 34 ἀριστολοχίας λίτραν α΄. 35 ἴρεως λίτραν α΄. 36 βόχου λίτραν α΄. 37 ξυλαλόης λίτραν α΄. 38 βαλσαμελαίου ὅσον δίδωσιν ἡ εὐπορία· ἐν ᾧ καὶ 39. μόσχου. 40. ἐξάγια β΄. Καὶ ταῦτα περὶ τοῦ ἡμετέρου μύρου.

Τὸ δὲ πιστικὸν μύρον, ὅπερ ὁ Μωϋσῆς προφήτος παρὰ θεοῦ κελευσθεὶς ἐποίησε διὰ τὴν τῶν ἀρχιερέων χρῖσιν καὶ τῶν ἱερέων· περὶ οὗ οἶμαι καὶ Δαβὶδ λέγει. ὡς μύρον ἐπὶ κεφαλῆς τὸ καταβαῖνον ἐπὶ πώγωνα, τὸν πώγωνα τοῦ Ἀαρών· ὅπερ ἦν συντεθειμένον ἐξ εἰδῶν τεσσάρων, σμύρνης, ἄνθους κινναμώμου, εὐώδους ἴρεως, καλάμου εὐώδους, καὶ ἐλαίου. πιστικὸν δὲ εἴρηται, ἢ μυστικόν· ὅτι ἐπὶ τοῦτο ἀνθρώπους ἐπιστήμονας σοφοὺς ἔστησεν ἐργάζεσθαι αὐτὸ, καὶ μόνον ὁ Μωϋσῆς μυστικῶς τοῦτο διασκευαζόμενος. τὸ δὲ ἀλάβαστρον, ἀγγεῖον ὑέλινον ἐστὶν ἄνευ λαβῆς πεποιημένον τινός. 41 ἡ δὲ βυχίον οὑτωσὶ λέγεται.

MATERIA VERO SACRI VNGVENTI est huiuſmodi.

In matulas olei duodecim, & vini menſuras, quot neceſſariæ ſunt vt cum oleo decoquantur: ita tamen vt ſemper oleo ſubſideat vinum, ne oleum exuratur. Immitte Hyperici, (ſiue coſti) libras duas: ligni balſami, libras tres: albæ ſpinæ, (ſiue iunci aromatici,) libras duas: piperis, libras quinque: myrrhæ, libras quatuor: ſtyracis, libram vnam: piperis longi, libras duas: caſſiæ ligneæ, (ſiue ligni acaciæ,) libras tres: foliorum Indicorum, libras tres: fructus balſami, libras duas: cyperici, libras quinque: granorum viſci, libras tres: ſaliuncæ, libram vnam: caſſiæ nigræ, libras duas: caryophyllorum, libras tres: ſeminis roris marini, libras duas: cinnamomi, libras ſex: aſari, libras duas: maceris, libram vnam: terebinthi, libras ſex: patiti, libras ſex: glandium vnguentariarum, libras duas: maioranæ, libram vnam: ladani, libras quinque: thuris, libras quinque: ſtachyos, libram vnam: zingiberi, libras quatuor: zedoariæ, libras duas: folia peregrina & ea quidem, calami aromatici, libras duas: inulæ, libras duas: ariſtolochiæ, libram vnam: iridis, libram vnam: bdellij libram vnam: agallochi, libram vnam: opobalſami, quantum vbertas concesſerit: in quo & moſchi tertia pars vnciæ miſceri debet. Et hæc quidem de Vnguento noſtro.

Piſticum vero Vnguentum quod Moyſes à Deo iuſſus, propter Pontificum & Sacerdotum vnctionem compoſuit, de quo Dauid, vt reor, ait: ſicut Vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron; quod è quatuor ſpeciebus conflatum erat: myrrha, flore cinnamomi, bene olente iride, & bene olente calamo, & oleo; Fidele dicitur, & Myſticum: eo quod illi componendo, expertos artifices præfecit, nec ſine myſterio Moyſes ſolus illud inſtituit. Alabaſtrum vero, vas vitreum eſt, ſine anſa vlla fictum: quod & Ampulla, vel Baucalium, nuncupatur.

VARIÆ LECTIONES.

a Ἡ δὲ ὕλη τοῦ μύρου ἔχει οὕτως.) Species cunctas sanctum Vnguentum componentes M. S. cuncta diuersimode ab editis exemplaribus recensent, simulque varium illud decoquendi modum enunciant; sigillatim ideo eorum vnumquodque inspiciendum.

Barberinum itaque breuius cæteris, componendum & decoquendum Chrisma edocet, hoc pacto.

AD decem olei libras, adde Cypereos libram vnam, Iridis libram vnam, rasdi mediam libram, asphalati libram vnam. Oportet hæc in minuta concidi ad tessellarum modum, & in vase terreo sandaraca obducto simul per duos dies immergi: post hæc adhiberi oleum, & simul infundi, & per diem integrum decoqui.

Cum secundò decoquitur, adhibe Amomi libram vnam, ligni Caryophyllorum, vncias octo, Myrobalani vncias sex, cangami vncias sex, Cassiæ vncias sex, Terebynthi vncias duas, Myrrhæ vnciam vnam, balsami probati vncias duas; hæc simul infunde, & decoque; præter Terebynthum Myrrham & Balsamum: hæc enim prius coqui oportet.

EIς τὰς δέκα λίτρας τοῦ ἐλαίου, 1 κυπέρεη, λίτραν μίαν. 2 ἴριν, λίτραν μίαν. 3 ῥάσδη, λίτραν μέσην. 4 ἀσπαλάθου λίτραν μίαν. χρὴ ταῦτα κόπτεσθαι λεπτὰ, ὡς ἐπὶ ψηφίου μέτρους, καὶ ἀποβρέχειν εἰς ὕδωρ ὁμοῦ ἡμέρας δύο, εἰς κάκαβον γανωτὸν καὶ μετὰ ταῦτα εἰσέρχεσθαι τὸ ἔλαιον, εἰς αὐτὸ ἀποβρέχεσθαι, καὶ 5 ἡψεῖσθαι δι᾽ ὅλης τῆς ἡμέρας.

Η ψῆσις δευτέρα 6 ἀμώμον, λίτραν μίαν. 7 ξυλοκαρεοφύλλον, οὐγγίας ὀκτώ. 8 μυροβάλανον, οὐγγίας ἕξ. 9 καγγαμον, οὐγγίας ἕξ. 10 κασίαν, οὐγγίας ἕξ. 11 τερεμινθου, οὐγγίας δύο 12 σμύρναν, οὐγγίαν μίαν. βαλσάμου καλὸν, οὐγγίας δύο. ταῦτα ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἀπόβρεχε, καὶ ἥψησον ἔξω τῆς τερεμινθης, καὶ τῆς σμύρνης, καὶ τοῦ βαλσάμου. ταῦτα γὰρ προεψοῦνται.

Ortographia hic, verborumque ingenua proprietas omissa est: & ne correctio transcripti fidelitatem violaret, barbaras potius quam emendatas dictiones, edere maluimus: quod & præstamus in sequenti transsumpto, ex Euchologio Constantinopolitano, compositionis Chrismalis & decoctionis eiusdem totam seriem accuratiùs describente. Si quæ vero ibi occurrunt ignotæ voces, in sequentibus notis illustrantur.

De magni Vnguenti compositione in magna Ecclesia Constantinopolitana.

COmponentium quæque species infra quadragesimam magnam coaceruantur, & à feria secunda hebdomadis Palmarum incipiunt tundi & cribrari. Lazari vero Sabbato (cum Lazari legitur Euangelium) ad præstitutum in quo Vnguentum excoquendum est locum, Dominica palmarum deportatur. Et oleum quidem in vas infunditur, vt quantum sit eius pondus exploretur. Vini autem in alio cacabo quasi mensuræ decem deferuntur: immittuntur vero & ex plantis sequentes. Myrti folia, lauri, roris marini, maioranæ, costi, balsami, & cum illis decoquuntur. Cū vero sufficiens fuerit per feruorē decoctio immittitur vinū,

Περὶ τῆς τοῦ μεγάλου μύρου κατασκευῆς ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως.

ENτὸς τῆς μεγάλης τεσσαρακοστῆς συνάγονται τὰ εἴδη, καὶ ἀπὸ τῆς δευτέρας τῆς ἑβδομάδος τῶν βαΐων κοπανίζεται καὶ κοσκινίζεται. τῷ δὲ σαββάτῳ τοῦ Λαζάρου καὶ τῇ κυριακῇ τῶν βαΐων ἀποκομίζεται εἰς τὸν τεταγμένον τόπον, ἐν ᾧ μέλλει ἑψηθῆναι τὸ μύρον, καὶ τὸ μὲν ἔλαιον εἰσάγεται εἰς τὸ κακάβιον καὶ σταθμίζεται, ὁπόσον ἐστίν. ἀπὸ δὲ τοῦ οἴνου εἰσάγεται εἰς τὸ ἕτερον κακάβιον, ὅσον δέκα μέτρα. ἐμβάλλονται δὲ καὶ ἀπὸ τῶν βοτανῶν ταῦτα. μυρσινῆς φύλλα, δάφνης, δενδρολιβάνου, σαμψύχου, κόστου, βαλσάμου καὶ βράζει μετ᾽ αὐτῶν. καὶ ὅταν ἀρκοῦσα γένηται ἡ βράσις αὐτῶν, ἐμβάλλεται ὁ οἶνος

καὶ σακκελίζεται, καὶ ἐμβάλλεται εἰς τὸ μέγα κακάβιον ὅπου λέγεται εἶναι τὸ ἔλαιον.

Τῇ δὲ μεγάλῃ δευτέρᾳ τὸ πρωῒ ἑτοιμάζεται παρὰ τῶν ὑπηρετῶν, κάτωθεν τοῦ κακαβίου φρύγανα, πρὸς ἄναψιν τοῦ πυρὸς ἐπιτήδεια· καὶ τοῦ πληρωθέντος τοῦ ὄρθρου εἰσέρχεται ἐκεῖ ὁ Πατριάρχης, μετὰ τῶν κληρικῶν καὶ τοῦ λαοῦ.

Καὶ γὰρ εὐλογητὸς παρ' αὐτοῦ, καὶ λέγεται, ἅγιος ὁ θεὸς τρεῖς καὶ, παναγία τριάς. μετὰ τοῦ, Πάτερ ἡμῶν, καὶ τὸ τροπάριον τῆς ἡμέρας, καὶ τὸ κοντάκιον, καὶ ἀπόλυσις.

Τούτων δὲ ψαλλομένων θυμιᾷ ὁ Πατριάρχης σταυροειδῶς τὸ κακάβιον. εἶτα λαμβάνει λαμπάδα ἡμμένην, καὶ ἀνάπτει τὰ ὑποκάτωθεν τοῦ κακαβίου φρύγανα, καὶ αὐτὸς μὲν καὶ ὁ λαὸς ἅπαξ ἐξέρχονται. οἱ δὲ εἰς τοῦτο τεταγμένοι ἀνάπτουσι πυρὰν ὅση εἶναι ἀρκετὴ πρὸς ἕψησιν τοῦ ἐλαίου. βράζει δὲ καὶ τὸ ἕτερον κακάβιον μετὰ τοῦ οἴνου καὶ τῶν βοτανῶν, καὶ τότε ὁ οἶνος εἰσάγεται ὀλίγος, ὀλίγος, εἰς τὸ μέγα κακάβιον. ὀφείλει δὲ συνεχῶς βλέπεσθαι τὸ ἔλαιον, μήποτε κενωθέντος τοῦ εἰσαγομένου ὑγροῦ, κατέλθῃ εἰς τὸν πάτον τοῦ κακαβίου τὸ ἔλαιον. ὀφείλει γὰρ τὸ ἔλαιον ἀεὶ εὑρίσκεσθαι ἐπάνω πέντε δακτύλων τοῦ οἴνου. ὀφείλει δὲ ἑψῆσθαι δευτέρα, τρίτη, καὶ τετάρτη.

Τῇ δὲ τετάρτῃ τὰ εἴδη ταῦτα. τὸ λίβανον 13 τὸ 15 λάδανον, τὸ μαστίχιον, καὶ ὁ 14 πατίτης, καὶ ὁ 15 στύραξ εἰσάγονται εἰς ἕτερον κακάβιον μικρὸν μετὰ ἐλαίου, καὶ παραλλοιωθέντα βράζονται, καὶ σακκελλίζονται· καὶ εἰσάγεται τὸ ὑγρὸν ἐντὸς τοῦ μεγάλου κακαβίου. Εἶτα εἰσάγονται καὶ τὰ ἕτερα εἴδη ἐντὸς τοῦ μεγάλου κακαβίου, καὶ καλῶς συνταράσσονται· καὶ ἵστανται μέχρι τριῶν ὡρῶν, ἢ καὶ πλέον. Εἶτα ἔρχονται οἱ πρὸς τοῦτο τεταγμένοι, καὶ ἐκφέρουσι τὸ μύρον ἀπὸ τοῦ κακαβίου, καὶ σακκελλίζουσιν αὐτὸ, καὶ εἰσφέρουσι, καὶ πληροῦσι τὰ τεταγμένα ἀγγεῖα εἰς τὴν ὑποδοχήν. ἀναβιβάζουσι δὲ καὶ εἰς Πατριαρχικὸν κελλίον, εἰσβάλλουσιν εἰς ἕτερον ἀγγεῖον, ὅπερ οὐχ ἁγιάζεται, ἀλλὰ τηρεῖται εἰς ἰατρικὴν χρείαν, ὅπερ ὀνομάζεται Νάρδον. Εἶτα ἐμπληροῦσι καὶ τὸν κρατῆρα ἐν ᾧ μέλλει εἰσέρχεσθαι τὸ μύρον, καὶ οὕτω παρέρχεται ἡ μεγάλη τετράς.

& colantur hæc: & in maiori cacabo vbi dictum est esse oleum injciuntur.

Magna porro feria secunda manè, à ministris sub cacabo præparantur sarmenta igni concipiendo idonea: & Laudibus completis, cum Clericis & populo aduenit Patriarcha.

Auspicatur ille à benedictione, & dicitur vsque tertio: Sanctus Deus: & Sanctissima Trinitas: vna cum, Pater noster & diei modulus proprius, & Breuiculum: & fit dimissio.

His cantatis, cacabum in crucis modum suffumigat Patriarcha: mox cerco accenso arrepto sarmentis cacabo subiectis apponit ignem: atque ita tum ipse, tum populus omnis egreditur. Ministri vero ad hoc præfecti pyrā quantū oleo coquēdo sufficiat, accendunt. Excoquitur autē & alius cum vino & plantis cacabus: & tunc vinum modice, modice id est stillatim & fluxim in magnum cacabum adjicitur. Ita vero debet attente circumspici oleum, nequando decocto & euanescente reliquo humido, ipsum in cacabi fundo subsideat. Quinque siquidem digitis dicto liquori oleum semper supernatare necesse est. Excoquendum est vero feria secunda, tertia & quarta.

Quarta porro coquuntur hæ species. Thuris, ladani, masticis, potiti, gummia: ac styrax in alio minori cacabo cum oleo præparatur, & simul mixta coquuntur & colantur: eorumque liquor maiori cacabo infunditur. Deinde in eundem maiorem cacabum ceteræ species inferuntur, & studiose commiscentur: & stant simul vsque ad tres & amplius horas. Incipiunt tandem ministri ad hoc deputati, & Vnguentum è cacabo educunt, colantque illud, transfunduntque, & ordinata ad suspiciendum illud vasa implent: deferuntque ad Patriarchæ domum: & in aliud vas non consecratum, sed ad medicinalem vsum seruatum, Nardumque vocatum effundunt. Implent quoque vas in quo Vnguentum deportandum est: atque ita feria quarta magna elabitur.

Post hæc coniunctum sequitur consecrationis Vnguenti Officium à nobis suprà positum fol. 528. Et tandem subditur.

Species vero Vnguentum componentes sunt istæ. Caryophylla, iuncus aromaticus, Cynnamomum cynnamomi, flos, piper, piper longum, Indicum folium, macer, Zintziber, herba Lactaria, stachys, crocus, roris marini maius & minus semen, piper album, asarum, aloes lignum, muscatæ nuces, mastix, thus, ladanum, potites, styrax, maschus, ambar, Balsami oleum, myrtus, laurus, maiorana, ros marinus, costus, & Balsamum.

ΤΑ δὲ εἴδη τοῦ μύρου εἰσὶ ταῦτα. 16 καρυόφυλλα, 17 σχοινάνθη, 18 κιννάμωμον, ἄνθος κινναμώμου, 19 πέπερι, μακροπέπερι, 20 φύλλον ἰνδικὸν, 21 μάκερ, 22 τζιντζίβερ, 23 γαλαγκάς, 24 στάχυς, κρόκος, 25 κάγχρεον μικρὸν καὶ κάγχρεον μέγαν, 26 λευκοπέπερι, 27 ἄσαρ, 28 ξυλαλόη, 29 μοσχοκάρυα, 30 μαστίχη, λίβανον, λάδανον, πατίτης, στύραξ, μόσχος, 31 ἄμπαρ βαλσαμέλαιον, μυρσίνη, δάφνη, σάμψυχον, δενδρολίβανον, κόστος, καὶ βάλσαμος.

Sequitur nunc ex Allatiano Euchologio M.S.

Ordo seruandus ad faciendum & præparandum sanctum Vnguentum.

Τάξις γινομένη εἰς τὸ ποιῆσαι καὶ κατασκευάσαι τὸ ἅγιον μύρον.

Hæc sunt concurrentia in portionem materiæ totius compositionis.

Ταῦτά ἐστι τὰ δίαρμα τῆς κατασκευῆς.

Vinum redolens, & aqua pro olei quantitate in prima decoctione præmittitur: simulque oleum coniicietur. Atque ita caminum succendi oportet. Adhibe myrti folia, rorem marinum, lauri folia, ladanum, aspalathum, elenium irin, aristolochiam, cassiam, balsamum, balsami lignum, nardi stachyn, iunci aromatici florem, eius lignum, folia stachyos recentia, caryophylla sicca, terebynthum nardum vocatum.

Οἶνος εὐώδης κατὰ τὸ πρῶτον ἕμψημα ἐμβάλλεται, καὶ ὕδωρ κατὰ τὸ ποσὸν τοῦ ἐλαίου. καὶ μετὰ τοῦτο ἐμβάλλεται τὸ ἔλαιον. καὶ οὕτω δεῖ ὑποαναφθῆναι τὴν κάμινον. Μυρσινόφυλλα, 32 δενδρολίβανον, δαφνόφυλλα, 33 λάδανον, 34 ἀσπάλαθον, ἐλένιον, ἴριν, 35 ἀριστολόχειαν, κασίαν, βάλσαμον, ξυλοβάλσαμον, ναρδοστάχυν, σχοίνου ἄνθος, καὶ ξύλον, ἀρτιφυλλοστάχυς, βόχον, ξηροκαρυόφυλλα, καὶ τερέβινθον, ὃς λέγεται νάρδος.

Et dum hæc fuerint excocta, prout præfectus operis iuxta quantitatem & qualitatem admixtarum specierum iudicauerit expedire: tum ignis extinguitur. Opere vere tepefacto, & è cacabo educto: rursum & secundò redolens vinum cum aqua tepida, simulque cum superius memoratis condimentis præcoctum oleum immittitur: cui adiunguntur & species aliæ, in minuta segmenta pro operis quantitate succisæ. Piper, cynnamomum, cynnamomi lignum, cardamomum, gladiolum, piper longum, cachreon, viscum, zinziber siccum, asarum, cyperim caryophylla, nucem muscatam & in decoctionis fine styracem, potitem & ladanum: & post alteram horam moschum purum, & aloes lignum apponunt.

Καὶ μετὰ τὸ ἑψηθῆναι ταῦτα καθ' ὅσον καιρὸν ὁ μαΐστωρ ἐπικρίνει πρὸς τὸ ποσὸν καὶ ποιὸν τῶν ἐμβαλλομένων εἰδῶν· σβεννύει τὴν κάμινον. καὶ τοῦ ἔργου χλιανθέντος, καὶ ἐκφορηθέντος ἀπὸ τοῦ κακάβου· πάλιν ἐκ δευτέρου ἐμβάλλεται οἶνος εὐώδης σὺν χλιαρῷ ὕδατι ἅμα καὶ τὸ προεψηθὲν ἔλαιον, σὺν τοῖς ἀνωτέρω εἰρημένοις ἀρτύμασιν, ἔχον καὶ εἴδη ἕτερα κοπανισμένα εἰς λεπτότητα, πρὸς τὸ ποσὸν τοῦ ἔργου. πέπερι, κιννάμωμον, ξυλοκιννάμωμον, 36 καρδάμωμον, ἴριν κελτικὴν, μακροπέπερι, κάγχρεον, μιτζόκοκκον, ξηροτζιτζίβερ, ἄσαρ, σμύρναν, κύπερι, καρυόφυλλα, κάρυον ἀρωματικόν· καὶ ἐν τῷ τέλει τοῦ ἑψήματος, στύρακα, 37 ποτίτην καὶ λάδανον. καὶ μετὰ ὥραν μίαν μόσχον ἄκρατον, καὶ ξυλαλόην.

Δεῖ

Δεῖ δὲ τὸν ἐπιστατοῦντα ἀεὶ ἐγρηγορέναι, καὶ μὴ ἐπινυστάζειν, ἀλλ' ἐπαγρυπνεῖν· καὶ κατὰ διαδοχὰς ἑτέρους ὑπηρέτας νηφαλέους ἐγκαθιστᾶν, διαταράττοντας τὸ ἔργον, καὶ ἀτενῶς ἐπὶ τὴν ἄνω βράσιν ἐπιβλέποντας, ἵνα μὴ τοῦ ἐν τῷ κακάβῳ σημείου ἀθεάτου γεγυμνημένου ὑπεραναβράσῃ τὸ ἔργον, καὶ πάντας σὺν τῷ ἐπιστάτῃ κατακαύσῃ, καὶ ὑπερχυθῇ· ἀλλὰ τοὺς τῆς καμίνου ὑπηρέτας δεῖ παραγγέλλειν τὴν κάμινον ὑπερφλογιζομένην δροσίζειν μετὰ ὕδατος ψυχροῦ, καὶ τὸ ἔργον ὑπεραναβαῖνον διὰ χλιαροῦ ὕδατος ταπεινοῦν.

Καὶ ἡ δευτέρα δὲ ἔμψησις εἰς τὴν τοῦ μαΐστωρου κεῖται ἐπίκρισιν, ἁπλῶς εἰπεῖν, πρὸς τὸ ποσὸν τοῦ ἐλαίου, καὶ τῶν ἐμβαλλομένων εἰδῶν.

Ἡ δὲ τῆς ἐμψήσεως τελετὴ ἄρχεται ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν τετάρτην τῶν νηστειῶν ἑβδομάδα· κατὰ γὰρ τὴν παρασκευὴν καθ' ἣν εἴωθεν ἡ τῶν τιμίων ἄρσις γίνεσθαι· ζήτει μετὰ τὴν λειτουργίαν ἐννάτης τελουμένης.

Quædam hic deesse videntur.

Εἶτα ὁ ἀρχιερεὺς τρεῖς παπύρους λαβὼν, καὶ πύτους ἐν ὕδατι ἐμβάψας. Εἶτα τοῦ τρισαγίου τὸν τίμιον σταυρὸν ἀπομαξάμενος, καὶ τὸ μὲν ἁγίασμα συντηρεῖται ὡς τὴν αὔριον, ὡσαύτως καὶ οἱ πάπυροι, καὶ ἀπολύσεως γενομένης πάντες ἐν τῇ ἰδίᾳ ἀναπαύσει ἀπέρχονται.

Καὶ καθ' ἑσπέραν ἤδη σαββάτου καθ' ἣν ὁ λυχνικὸς ὕμνος τελεῖται, ὁ τῆς ἐκκλησίας ἐκείνης σκευοφύλαξ μετὰ τῶν ὑπ' αὐτοῦ χαρτουλαρίων καὶ οἱ χαρτουλάριοι μετὰ τῶν ὑπ' αὐτῶν θεωρῶν, ἀπέρχονται ἐν τῷ ἐμψητηρείῳ· καὶ μετὰ τῶν φελωνίων ἵστανται. καὶ τῆς εὐλογητοῦ διδομένης παρὰ τοῦ ἐξ ἔθους ἱερέως, ἔχοντος τὴν προσκομιδὴν ἐκπληροῦν, ἄρχονται τοῦ τρισαγίου. καὶ ἐν τῇ ἐκπληρώσει, τὸ μὲν ἁγίασμα παρὰ τοῦ μεγάλου σκευοφύλακος ἐμβάλλεται ἐν τῷ κακάβῳ εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

Οἱ δὲ προμνημονευθέντες πάπυροι ὑπὸ τοῦ μεγάλου σκευοφύλακος ὑπαναφθέντες ὑπὸ τῶν τριῶν κηρῶν ὑπανάπτονται· οἵτινες καὶ ἐν τῇ καμίνῳ ἐμβάλλονται, παρὰ τοῦ μαΐστωρος τοιούτου ἔργου, εἰς ὑπάναψιν τῆς ἐκκειμένης ἐκ ξύλων ὕλης. καὶ ὁ μὲν σκευοφύλαξ ὑποχωρεῖ· ἀφίησι δὲ τοὺς χαρτουλαρίους, καὶ τοὺς πεῖραν ἔχοντας ἕνεκεν τοῦ τοιούτου ἔργου κατασκευῆς, καὶ τελειώσεως· καὶ ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας ἅπτεται μέχρι τῆς πρώτης φυλακῆς τῆς νυκτὸς, ἤτοι τετάρτης ὥρας. εἶθ' οὕτω σβέννυται, ὡς τῶν δουλευτῶν ἁπάντων εἰς ὕπνον τρεπομένων. Καὶ ἐν ὄρθρῳ

Operis vero præfectum oportet vigilem esse, nec dormire, sed apertis oculis attendere: aliosque ministros sedulos & sobrios opus inceptum commouentes, superæque ebullitioni iugiter oculos aduertentes præponere: vt signo in cacabo bullitibus cooperto nec amplius extante, totum supra modum efferueat opus, cunctosque cum præfecto consumat, & effundatur. Ignis itaque ministros monere oportet, vt fornacem nimis accensum frigida compescant & extinguant, & si quando opus ipsum superauerit factum in cacabo signum, aqua tepida adiecta retundatur.

Secunda decoctio penes artificis iudicium stabit, vno verbo, pro quantitate olei, concurrentiumque & admixtarum specierum numero.

Decoctionis autem cærimonia incipit in fine quartæ ieiuniorum hebdomadis, feria nempe sexta qua solet venerandorum exaltatio celebrari: quære post missæ finem nona hora iam absoluta. In Menæo videlicet.

Pontifex deinde papyros tres sumit, eosque aqua benedicta intingit: mox ter sancto hymno decãtato pretiosam crucem in aquam immergit, & eductam abstergit: & aqua quidem benedicta in crastinum reseruatur, simul & papyri, & dimissione facta cuncti ad proprias sedes secedunt.

Sabbati autem Vespere, cum lucernarius terminatur hymnus, Ecclesiæ illius vasorum custos cum subiectis sibi Chartularijs, & Chartularij cum subditis pariter sibi Vigilibus ad coctorium proficiscuntur. Et stant casulis ornati. Et benedictione præmissa à Sacerdote cui iuxta consuetudinem hebdomada illa oblationem perficere incumbit, incipiunt hymnum ter sanctus, vt compleatur opus: Aqua vero sancta à magno vasorum custode in cacabum immittitur, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Præfati vero papyri à magno vasorum custode tribus cereis appositis succenduntur; & ab artificij præfecto immittuntur in pyram, ad inflammandam totam lignorum struem: & vasorum quidem custos digreditur, ministrosque suos Chartularios ibi dimittit, aliosque huiusmodi operis & artificij componendi & absoluendi experientiam nactos. Et ignis quidem ardet ab illa hora, vsque ad primam noctis vigiliam, id est vsque ad quartam horam. Mox extinguitur ministris cunctis ad somnum diuersuris. In laudibus autem

profunda nocte celebrandis surgunt omnes diuinos hymnos persoluturi : & opus illud tota die Dominica curatur, adiuncta prima noctis vigilia : tum ad matutinum vsque crepusculum quieti se componunt fornace nimirum penitus extincto.

Circa secundam vero dici horam, Nardum tepidum existentem adueniunt operis curatores transfusuri, & in scapham missuri. Et cacabo loto, vinum aliud rursum infunditur, & aqua tepida adijcitur: priore videlicet eiecta, & in inuio loco cum omni exusta materia, eiecta. A nona autem hora feriæ secundæ incipit decoctio fieri cum speciebus in alia secunda decoctione superius descriptis. Absoluitur autem cum Deo huiusmodi opus circa mediam noctem illucescentis feriæ tertiæ, & vsque ad horam diei tertiam intactum & inexhaustum opus totum manet. Post prandium autem magnus vasorum Custos & Chartularij & qui sub eis sunt Vigiles, cum ministris, gloriam Deo rependunt hoc pacto.

Pax omnibus. Dominum precemur.

Gratias tibi agimus Domine Deus omnipotens, æterne, & Domine Iesu Christe, vnigenite, splendor Patris, & Spiritus à Patre procedens, & in Filio manens, qui omnia consummas & sanctificas in tribus personis vnitas, natura indiuisa : quia opus istud ad finem nos deducere fecisti, ad sanctificationem & gloriam fidelium Christianorum. Intercessionibus super omnes gloriosæ Deiparæ, immaterialium ministrorum tuorum, sanctorum & valde celebrium Apostolorum, & omnium sanctorum tuorum, qui à sæculo tibi placuerunt. *Populus*. Amen.

Et responso, Amen, *Vnguenti sancti artifex præcipuus in auditu omnium suaui & sonora voce intonat.* Coronatum es opus, iam absolutum es. *Et populo idem reboante : dicit rursus artifex.* Precibus super omnes sanctæ Deiparæ. *Populus*. Coronatum es opus, iam absolutum es. *Et acclamatione dimissioneque facta, cuncti ad propria diuertunt.*

Feria tandem quarta nardum è cacabo educunt, & in vasa sandaraca Iuniperi bene vncta infundunt : & vsque ad magnam feriam quintam custoditur.

βαθεῖ ἐγείρονται πάντες θείας ὑμνῳδίας ἐπιτελοῦντες, καὶ τοῦ ἔργου ἐπιμελούμενοι μέχρι καὶ ὅλης ἡμέρας κυριακῆς, σὺν τῇ πρώτῃ φυλακῇ τῆς νυκτός. εἶτα ἀναπαυσάμενοι μέχρι πρωΐας ὡς τῆς καμίνου πάσης σβεσθείσης.

Περὶ δὲ δευτέραν ὥραν τῆς ἡμέρας ἔρχονται οἱ τοῦ ἔργου ἐπιμεληταὶ ἐκφορεῖν τὸν νάρδον χλιαρὸν ὄντα, καὶ ἐμβάλλειν αὐτὸν ἐν τῇ σκάφῃ. καὶ τοῦ κακάβου ἀποπλυθέντος, πάλιν ἐκ δευτέρου οἶνος ἕτερος ἐμβάλλεται, σὺν ὕδατι χλιαρῷ· ὡς τοῦ προτέρου κενωθέντος καὶ ἐν ἀβάτῳ τόπῳ ἀποχυθέντος μετὰ τῆς κεκαυμένης ἐκείνης ὕλης. καὶ τῆς ἑψήσεως ἀρχομένης, ἀπὸ ὥρας ἐννάτης τῆς δευτέρας, μετὰ καὶ εἰδῶν τῶν ἐν τῇ δευτέρᾳ ἑψήσει προγεγραφέντων. τελοποιεῖται δὲ τὸ τοιοῦτο σὺν θεῷ μέχρι καὶ μεσονυκτίου τῆς τρίτης ἐπιφαινούσης, καὶ μένει τὸ ἔργον μέχρι καὶ ὥρας τρίτης ἀνέξαντλητον. καὶ μετὰ τὸ ἄριστον, ὅτε μέγας σκευοφύλαξ, καὶ οἱ χαρτουλάριοι, καὶ οἱ ὑπ' αὐτῶν φρουροὶ μετὰ τῶν ὑπηρετῶν δόξαν ἀναπέμπουσι θεῷ τοιάνδε.

Εἰρήνη πᾶσι. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Εὐχαριστοῦμέν σοι δέσποτα θεὲ παντοκράτορ αἰώνιε, καὶ κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, μονογενὲς, ἀπαύγασμα τοῦ πατρὸς, καὶ πνεῦμα ἅγιον ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ ἐν υἱῷ διαμένον, τὸ τὰ πάντα τελειοποιοῦν καὶ ἁγιάζον, τρισυπόστατε μονὰς, φύσις ἀδιαίρετε, ὅτι κατηξίωσας ἡμᾶς τελειῶσαι τὸ ἔργον τοῦτο, εἰς ἁγιασμὸν καὶ καύχημα τῶν ὀρθοδόξων χριστιανῶν. πρεσβείαις τῆς ὑπερενδόξου θεοτόκου, τῶν ἀΰλων σου λειτουργῶν, τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, καὶ πάντων σου τῶν ἁγίων, τῶν ἀπ' αἰῶνος σοι εὐαρεστησάντων. ὁ λαὸς, ἀμήν.

Καὶ μετὰ τὸ, ἀμήν, ἄρχεται ὁ μαΐστωρ τοῦ ἁγίου μύρου, ἐμμελεῖ καὶ διατόρῳ φωνῇ εἰς ἐπήκοον πάντων, διατρανοῖ τὸ, ἐστεφανώθης ἔργον, ἤδη ἐτελειώθης. καὶ τοῦ λαοῦ ἀντᾴδοντος τὸ αὐτό· πάλιν ὁ μαΐστωρ λέγει· διὰ πρεσβειῶν τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου. καὶ ὁ λαός· ἐστεφανώθης ἔργον, ἤδη ἐτελειώθης. καὶ τῆς εὐφημίας γενομένης, καὶ γενομένης ἀπολύσεως, πάντες ἐπὶ τὰ οἰκεῖα ἀπαίρουσιν.

Καὶ κατὰ τὴν τετράδα ἐκφέρουσι τὸν νάρδον ἐκ τοῦ κακάβου, καὶ ἐμβάλλουσιν αὐτὸν ἐν ἀγγείοις ἀλειφθείσοις· καὶ παραφυλάττεται μέχρι τῆς μεγάλης πέμπτης.

DE MATERIA SACRI CHRISMATIS.

1 Ἡ δὲ ὕλη τοῦ μύρου ἔχει οὕτως.] Latinorum opinioni, quæ Balsamum esse de necessitate materiæ remotæ Sacramenti Confirmationis affirmat, mirum in modum fauent Græci: at dum in Chrismate illo sancto componendo, tot alias species odoriferas admiscent, non minor in eis, vt reor, perquirendis sollicitudo est adhibenda, quam legentibus earum vocabula iisque rectè percipiendis labor est exquisitus subeundus. Præter balsamum itaque & oleum, quæ sola Patres aut qui Latini, Chrismati componendo requirunt, plures alias bene olentes species adiungunt Græci, de quibus nedum dicam Latini, sed nec etiam eorum maiores verba diserte fecerunt. Exinde tamen non moueor, vt plurium aromatum mixtionem in Chrismate conflando, recentiorum modernum inuentum esse teneam, aut odoratarum specierum numerosam copiam iam à prioribus sæculis in Confirmationis materia præparanda, Græcos accumulasse diffitear. Præterquam quod enim de sacri Vnguenti compositione, nihil scriptis mandatum, cuncta traditioni secretæ commissa, Basilius affirmat de sancto Spiritu cap.27. Ipsamet vox μύρου, quam ἀπὸ τοῦ ἐλαίου diuersam statuit Cyrillus Catech. 3. plurium sibi ad inuicem admixtorum congeriem sonat: illique πηκῷ & probato de quo Mosaica institutio Exodi 30 ex copioso rerum bene-olentium numero conflato, succedit: eademque est Iustini aduersus Tryphonem mihi pagina 313. doctrina, qui χρῖσμα *simplicem vnctionem* ex oleo vel stacte fieri, μύρον vero nonnisi ἐκ τῆς τῶν χρισμάτων συνθέσεως, ex plurium aromatum simplicium compositione coalescere subindicat: eamque propterea Dionysius de Eccl Hierar. cap.4. συναγωγήν τινα εὐπνόων ὑλῶν, ἐν ἑαυτῇ πλουσίως ἔχουσαν ποιότητας εὐόσμους, *rerum bene olentium coacervationem in vnum collectam, qualitates fragrantes in se vbertim & abunde complexam*, appellat: quæ verba equidem de vna solummodo aut altera specie suaue olente accipienda esse, nullus æqui iudicij lector, prima fronte, asserere poterit: alias namque τοὺς μετέχοντας εὐωδιαζομένους κατὰ τὴν ἀναλογίαν τοῦ ποσοῦ τῆς ἐγγινομένης αὐτοῖς εὐώδους μεθέξεως, *eius participes odorem ex se bonum efflare, ex proportione fragrantis insitæ communionis*, non affirmaret: nec iterum Christum ipsum μύρον mysticum, ceu πηγὴν ὄντα τῶν θείων εὐωδῶν ἀφθόνως ὅλον, *fontem copiosum è quo suauitates diuinorum odorum, variarum scilicet gratiarum efflant*, huic alteri Vnguento compararet, iuxta cuius effectum fit μέθεξις εὐωδῶν διαδόσεων, *redolentium largitionum ampla, numerosa, copiosa participatio.* Nusquam tamen inficias iero, ex iam nominatis aromatibus quædam, vel prout nupera eorum inuentio vel vsus commendata reddebat, aut repertu facilia erant, de nouo fuisse, à moderni temporis Orientalibus assumpta: nam & Moschum antiquitas ignotum habuit, & vocum quarumdam hic positarum barbaries, nouitatem ipso suo sono arguit: vnde ortum putat Arcudius lib.2. cap.5. vt cum species illæ aromaticæ in exiguis & remotis ciuitatibus minus essent in promptu, & difficile magnoque pretio comparandæ: Constantinopoli vero vt vrbium regina, & obuiæ passim, & copiosæ reperirentur, quod pridem cœperant illi Orientales temporibus Fabiani Pontificis (si tamen Fabiani manu exarata fuerit illa epistola) balsami penuriam causati, vt à Chrismate consecrando abstinerent, successores eorum simili penitus causa inducti sensim primum, & tandem ex integro consecrationem eandem omitterent: atque deinceps è regia vrbe, & à Patriarcha promptius illud subministrante, ita propria suadente inopia, vel consecrandi negligentia emendicauerint. Quodquidem modernum esse à Patriarcha Ius assumptum, aut vi dolove vsurpatum, nullatenus asserendum est, cum longe ante deplorandam Photij diuisionem, id iuris sibi Patriarcha reseruauerit: & ipsa Photij eiusdem historia referat, Bulgaros prius ab eius Sacerdotibus Chrismate sacrilego vnctos, denuo vel potius ritè primum à Nicolai primi summi Pontificis legatis confirmatos fuisse, eo quod Pontificalis Iuris & potestatis exors, nec Chrisma consecrandi, nec illud ad alienas prouincias mittendi priuilegium vsquam fuisset assecutus. Cæterum quamuis tantum aromatum numerum agglomerent in Chrismate Græci, à sacra Catholicæ Ecclesiæ sententia, oleum balsamo admixtum veram illius conficiendi materiam asserentis, ne latum quidem vnguem recedere arbitror: cætera namque ad veram materiam accedere, & illi accidere, non vero propriè & germanè constituere censent: quacumque propterea in prædictis aromatibus facta mutatione nusquam oleum vel balsamum omitterent, quæ in quantitate maiori, & ὅσον δίδωσιν ἡ εὐπορία consueti sunt apponere: quod argumento est ex necessitate illa desiderari, alia vero ex decentia, & significandi aptitudine adhiberi posse vel etiam penitus omitti.

2 Τοῦ ἐλαίου ματκλαία.] Olearium vas vel potius mensura, est ματκλαῖον: quod *Matulam* interpretatur Meursius, Catonis authoritatem sequutus, qui 10. de re rustica, inter vasa ad Oliuetum necessaria, *Matulam* quoque recenset.

3 Οἴνου μέτρα.] Maior vini mensura est μέτρον duodecim nostratibus pintis replenda.

4 Κόρου.] Putarem cum Georgio Coresio, in medica facultate laureato, & hodierno Ecclesiæ magnæ doctore legendum κόστου; cuius & M S. cuncta superius allata meminerunt: mirumque foret si κόστος, *costus*, quicumque sit, Arabicus aut peregrinus, tam suauem odorem exhalans in componendo Chrismate locum non reperiisset, quem Dioscorides laudat lib.1. cap.15. Si vero lectio κόρου retineatur, nihil in ea periculi est, nam quamuis κόρον in Dioscoride non legatur, memorat tamen ille κόριον & κόριν, vocem quæ sicut genera diuersa, ita & terminationes varias admittit. De Cori scribit esse, θάμνον εὔστομον, δριμὺ, εὐώδη, *fruticem ori gratum, acrem & Odoratum*, congenerem præterea hyperico, Gallice *mille-pertuis* vocato, cuius flos est luteus; ἄνθος μήλινον ita lib.3. cap 153. & 156. iuxta translationem Gallicam: in Latina siquidem vel etiam originali textu Græco, capitum series & numerus omnino diuersus est. Plinius de illo lib.2. cap.26. *Est aliud hypericon*, ait, *quod alij Corin appellant: odoratum, palmo altius, leuiter suaue, aculeatum.*

5 Ξυλοβαλσάμου] Sarmenta, surculos, fragmenta *ligni balsami* intellige; de quo Dioscorides lib.1. cap.18. τὸ δὲ ξύλον ὃ καλεῖται ξυλοβάλσαμον, δόκιμον ἐστὶ

τὸ σέσαρτον, καὶ λεπτόκαρφον, καὶ πυῤῥὸν, εὐώδες, βραχὺ, ποιὸν ἐπεξηταμένου. *Lignum vero quod xylobalsamum vocant: probatur recens, sarmento tenui, rufum, odoratum, quadamtenus ad balsami liquorem accedens, & illum referens.*

6 Ἐχινάδης.] Echinum tam terrestrem quam marinum inter animalia, non plantas, recenset Dioscorides. Matthæus tamen Syluaticus lexico Physico Venetiis anno 1498. impresso fol. 77. plantam esse scribit *lentiscum*, videlicet: *& secundum librum antiquum de simpli. medicina dicitur spina alba, & puto sic dici*, ait, *eo quod capitellum habet simile echino marino.* Hæc ille non aliena à Dioscoridis sensu, qui echinum plantam, vt dixi, non agnoscit: ἄκανθαν tamen λευκὴν memorat ἧς κεφαλὴ ἐστὶν ἀκανθώδης ἐχίνῳ θαλασσίῳ ἐμφερής· καὶ τὰ ἄνθη πορφυρᾶ: *cuius in cacumine caput est spinosum echini maris æmulum & flores purpurei.* Flores autem illi licet ἐχινάδης nomen obtinerent; nil tamen componendo Vnguento profuturi essent: ἐχῖνος, namque, siue ἄκανθα λευκὴ, planta syluestris est, contempta, nulloque nisi graui odore celebris, atque adeo à consideratione nostra penitus aliena, sicut & conflando μύρῳ inepta. Relicta itaque Syluaticis planta syluatica, audiendus Georgius Coresius Chiensis, τῆς μεγάλης ἐκκλησίας καὶ ἰατρικῆς διδάσκαλος, qui de his in Euchologio memoratis simplicibus, frequentibus à me literis sollicitatus, vt apprime tum rituum Græcorum, tum physiologiæ doctrina dotatus respondit, non ἐχινάδη, sed potius σχινάδη, hic legendum esse: qua voce σχῖνος ἀρωματικὸς, *iuncus aromaticus* est intelligendus, cuius meminit Dioscorides lib. 1. cap. 16. eius vero florem ἔμπυρον, πολυανθὲς, εὐπρεπὲς, καὶ ῥοδίζον τῇ εὐωδίᾳ, *summe rufum, copiosum, purpurascentem, & rosacei odoris*, deligendum esse scribit & admonet.

7 Πεπέρεως.] Vsu satis notum est *piper*: de illo plurima Dioscorides lib. 2. cap. 153. & Matthiolus ibidem.

8 Σμύρνης.] Myrrha fama notissima est, de qua Dioscorides idem lib. 1. cap. 67.

9 Στύρακος] στύραξ, vt Dioscorides lib. 1. cap. 68. scribit, δάκρυόν ἐστι δένδρου τινὸς ὁμοίου κυδωνίᾳ. *Styrax lachryma est arboris cuiusdam cotoneæ malo similis:* ἐπιδιαμένει δὲ τῇ εὐωδίᾳ, *quam diutissime in sua odoris gratia permanet.* Styracem etiam *Calamitam* vocat loco Dioscoridis citato Matthiolus, *à calamis*, in quibus odori facilius conseruando includebatur, sic nuncupatam.

10 Πεπέρεως μακροῦ.] Siliqua, ex qua processu temporis matura iam grana piperis promuntur, *piper longum est.* Dioscorides lib. 2. cap. 189. πέπερι δένδρον ἱστορεῖται φυόμενον ἐν Ἰνδίᾳ βραχὺ, καρπὸν δὲ ἀνίησι κατ' ἀρχὰς μὲν πρόμηκες, καθάπερ λοβοὺς· ὅπερ ἐστὶ μακρὸν πέπερι, ἔχον τι ἐντὸς κέγχρῳ παραπλήσιον, τὸ μέλλον ἔσεσθαι τέλειον πέπερι. *Piper breuis esse arbor traditur, in India nascens, quæ quidem fructum promit inter initia oblongum, siliquarum instar, quod longum piper est. Is habet intus aliquid tenue, ac milio simile, quod tandem in perfectum piper euadit.*

11 Ξυλοκασσίας.] Quod Græcis κασσία & ξυλοκασσία est, id Latinis *cassia, & cassia lignea*, scribit Dalecampius lib. 18. historiæ plantarum cap. 9. & Dioscorides lib. 1. cap. 13 κασσίας, inquit, ἐστὶ πλείονα εἴδη περὶ τὴν ἀρωματοφόρον Ἀραβίαν γεννώμενα· ἔχει δὲ ῥάβδον ἀρωματίζουσαν, οἰνίζουσα τῇ ὀσμῇ. *Cassiæ plura sunt genera, quæ circa feracem aromatum Arabiam gignuntur, habet autem sarmentum aromaticum odore vineo.* Corrigit tamen lectionem hanc Georgius Coresius citatus: & è MS Euchologicis aliis ξυλοκασίας, reponendum iubet, *lignum acaciæ*, quod inter εὐώδεις plantas, vel succos reponit Dioscorides lib. 1. cap. 115. vel secundum editionem aliam cap. 133.

12 Φύλλου ἰνδικοῦ.] Obseruandum attente quod Dioscorides lib. 1. cap. 11. monuit, non esse nimirum, folium Indicum, cum Malabathro confundendum. μαλάβαθρον ἔνιοι ὑπολαμβάνουσιν εἶναι τῆς Ἰνδικῆς νάρδου φύλλον, πλανώμενοι ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν ὀσμὴν ἐμφερείας. *Malabathrum nonnulli Nardi Indicæ folium arbitrantur, odoris quadam cognatione decepti.* Huiusmodi itaque folium Indicum, non Malabathri est, sed Nardi Indicæ, de qua laudatus toties Physiologus cap. 6. lib. eiusdem. Νάρδου ἐστὶ δύο γένη, inquit, ἡ μὲν γάρ τις καλεῖται Ἰνδικὴ· ἡ δὲ Συριακή. Et post pauca: τῆς Ἰνδικῆς ἡ ὀρεινοτέρα, εὐωδεστέρα, κολοβόσταχυς, κυπειρίζουσα, κατὰ τὴν εὐωδίαν. *Nardi duo sunt genera, vna siquidem Indica est, & altera Syriaca nominatur. Ex Indica vero genere, quæ in editiore montis parte legitur, odoratior est, pusillasque habet spicas, iucundumque cyperi odorem æmulatur.*

13 Καρποβαλσάμου.] Optimus balsami fructus est quem Dioscorides lib. 1. cap. 18. describit ξανθὸν, πλήρη, μέγαν, βαρὺν, δάκνοντα τὴν γεῦσιν, καὶ πυρώδη, μετρίως προσπνέοντα τοῦ ὀποβαλσάμου. *Flauum, plenum, grandem, ponderosum, gustu mordentem, & feruentem in ore, modice opobalsamon*, (verum nempe balsami succum) *redolentem.*

14 Κυπέρεως.] Reperio κύπειρον & κύπειρος (Gallice *souchet* vocamus) apud Dioscoridem lib. 1. cap. 4. apud quem eius radices inter se cohærentes, nigræ, rotundæ, odoratæ, amarulentæ, maxime laudantur. ῥίζα δὲ ἀρίστη ἐστὶν ἡ βαρυτάτη, καὶ πυκνὴ, καὶ ἀθραυστος, δυσθραυστος, τραχεῖα, εὐώδης, μετά τινος δριμύτητος. *Optima radix, quæ grauissima est, densa, plena, ægre fragilis, aspera, & odorata, cum quadam acrimonia.*

15 Μυτζόκοκκα.] Vox peregrina, recens apud Græcos, barbara, vel saltem corrupta, si mentem literatissimi Coresii eam explanantis sequaris: nusquam itaque μυτζόκοκκα, sed μυξόκοκκα, *Visci grana*, legendum ille decernit. μύξα; namque *Viscum* est, quem Dioscorides lib. 3. cap. 87. ἰξὸν vocat: eius autem speciem quandam Matthiolus recenset πολύκοκκον Camerario medico dictam. Admiscetur vero Vnguento Viscus, quo condensetur facilius, & coagulandis simul omnibus aromaticis speciebus, aliquatenus Viscosum reddatur.

16 Κελτικόν.] Etiam suo nomine bonum odorem spirat Nardus Celtica, siue Gallica: quæ Gallica nihilominus interpretatione caret, vt quæ in extraneis Galliæ Transalpinæ, Liguriæ, & Istriæ locis enascitur. *Saliunca* Latinis dicitur de qua Poëta.

Puniceis humilis quantum saliunca rosetis, &c.

Et Dioscorides lib. 1. cap. 7. ἡ δὲ Κελτικὴ νάρδος γεννᾶται μὲν ἐν τοῖς κατὰ Λιγυρίαν Ἄλπεσιν, ἐπιχωρίως ὀνομαζομένη Ἀλιούγγια. γεννᾶται δὲ, καὶ ἐν τῇ Ἰστρίᾳ· ἧς ἄνθος μήλινον, μόνον δὲ τῶν καυλῶν ἐστὶ, καὶ τῆς ῥίζης χρῆσις, καὶ ἡ εὐωδία. *Celtica Nardus nascitur quidem in Liguriæ Alpibus, vernaculo sermone Aliungia dicta: sed & in Istria prouenit. Flore luteo est: caulium dumtaxat, & radicum eius vsus est frequens: odoris autem suauitas commendatur.*

17 Κασσίας μελαίνης.] Plura superius cum Dioscoride lib. 1. cap. 12. diximus esse Cassiæ genera. Nigra de qua hic sermo, secundum eius genus est, quæ primæ ibidem memoratæ comparata, μετὰ ταύτης ἐστὶν ἡ μέλαινα, καὶ ἐμπόρφυρος, παχεῖα, ῥοδίζουσα τῇ ὀσμῇ: *illi præfertur nigra hac, purpurascens simul*

& crassa, tanquam rosarum odorem spirans. Illam porro à solutiua, quæ nobis familiaris est & nota, valdè distinctam, asserit Dalecampius lib.1. hist. de plantis, cap. 24. eamque *cassiam fistulam* vocat.

18. Καρυόφυλλα.] Fruticem, florem, fructumque vna vox hæc significat: cùm tamen rari sint duo primi: fructus autem communissimus, nonnisi de illo præsens vox intelligitur: quæ Dioscoridi ignota, mercatorum diligentia, notissima reddita est. Pluribus de illa Garsias, lib. 1 de aromatibus Iudicis, cap. 21. & Dalecampius, lib. 18. hist. 18. de plantis cap. 12.

19 Κάχρεων.] In genitiuo multitudinis legendum censeo, à voce κάχρεις, quàm κάγχρυ, cum Ms. superius adductis pronunciat Dioscorides lib. 3. c. 87. de qua tamen nihil ille aptè refert ad nostrum propositum, qui fragrantes odores venamur, & aromatica inquirimus. Fauent amplius Dalecampius lib. 1. cap. 1. & Matthiolus in Dioscoridem citatum, dicentes paucis: frugiferi roris marini, fragrans semen esse, quamquidem interpretationem Coresius Chiensis, alibi memoratus confirmat.

20 Κινναμώμου.] Nomine & vsu notissimum est: de eo Dioscorides abundè lib. 1. cap. 13.

21 Ασάρου.] De Asaro (Gallis dicto *cabaret*) Plinius hæc lib. 21. cap. 6. *Asaron à Græcis inuenio vocitari* (tanquam ἀστέφανον) *quoniam in coronis non additur.* Apte quidem. Nam Dioscorides lib. 1. cap. 9. ἄσαρον, inquit, ὃ νάρδον ἀγρίαν καλοῦσιν; ἄνθος μεταξὺ τῶν φύλλων πρὸς τῇ ῥίζῃ ἔχει. *Asaron sylvestrem Nardum* (propter odorem nempe quem exhalat) *appellant: & florem inter folia iuxta radicem habet*: quæ ratio est, vt non nisi extremo vngue decerpi, & nusquam corollis inseri possit.

22 Μακέρος.] Cum tamen μάκερος potius, iuxta præfatum Coresium, & superius allegata Ms. legi debeat: de quo pauca Dioscorides: plurima laude digna Dalecampius lib. 18. cap. 23 & præter alia, eam esse plantam asserit, *quam Malabarici sinus incolæ, arborem sancti Thomæ: Lusitani, arborem sanctam, alij infideles, ab Angelis saluti hominum prouidentibus demonstratam* (ipsemet apud Indos ex auditu testis) refert. Galenus autem ab eo lib 7. simplicium citatus inter odoriferas arbores, etiam Macerem recenset.

23 Τερεβινθίνης.] Dioscorides τέρμινθον scribit, lib. 1. cap. 76. & est, ait, γνώριμον δένδρον, *arbor nota*, Orientalibus nimirum. Resina verò eius est, quæ hic laudatur: de qua author idem, ἡ ῥητίνη διαφέρει διαυγεστέρα οὖσα, λευκή, ὑαλίζουσα τῷ χρώματι, καὶ κυανίζουσα, εὐώδης, πνέουσα. φέρεται δὲ πασῶν τῶν ῥητινῶν ἡ τερμινθίνη. *Resina eius præfertur magis pellucida, candida, vitreo colore, & in caruleum vergente, odorata, ac terebinthum olens. Resinas porrò cunctas antecedit terebinthina.*

24. Πεπίτου.] Corrupta omnino lectio: pro qua κονδίτου vel πατίτου restituendum est; pro Ms. varietate: quorum quædam primam, alia secundam dictionem legendam exhibent. κονδῖτον autem possumus interpretari *vinum cum cinnamomo, & aliis aromatibus temperatum*, de quo Athenæus, quod nos Hippocraticum nuncupare solemus, quodque vernacula Græcorum lingua etiam hodie, κονδῖ, & correctius κνδῖ nuncupatur. Verum quia vinum pondere non metimur; hic autem κονδίτου libras sex, admiscere Chrismati iubet typus: diuersa, & vero similior expositio inquirēda est. Anxiè satis Coresius citatus eam profert, cum Theodorum Medicum Lusitanum scribit, ποτίτου vocabulo, intelligere plantam quandam odoratam, antiquis ignotam scriptoribus, modernis Græcis μεσχολάχανον, Latinis *caulem muscatam siue odoratam* dictam, & ex aquis enasci solitam. Placeret certè etiam & mihi hæc interpretatio: nisi in Ms. quibusdā πτίπου vice, legerem πατίτου: & nisi πατίτου voce quandam gummæ speciem intelligerem. Confirmat meum hunc sensum Officium Dedicationis infra suo loco ponendum, in quo πάτιτες iunctus aloë, myrrhæ, thuri, & ladano describitur in olla liquefieri: ἃ τινα dicit typus, ἐν χύτρᾳ συμψηθέντα ἀναλύονται. Nullo vero pacto vinum aut herba liquefiunt, cum illud iam sit liquidum; hæ autem exsiccentur, & non resoluantur in liquorem. Idem innuit Ms. Constant. duobus in locis quibus aliis gummis, & arborum succis Brunselsius iungit πάτιτον. qui qualis sit succus, vel gumma pretiosa, diuinare non possum: Quamuis enim πάπιν Otho Brunselsius interpretetur *fundum cœnosum* ceromati admixtum, certè cœnum aut excrementum ceræ non potest esse πάτιτες, qui myrrhæ, aloe, ladano, & aliis succis pretiosis commisceri describitur. Eum tamen vt magis ignotum, in vltimis Chrismatis consecrationibus appositum non fuisse scribit Coresius citatus: species enim illæ aromaticæ pro loci temporisque opportunitate, apponi vel detrahi possunt: cùm nihil essentiale in Chrismatis compositione secum afferre iudicentur à Græcis.

25 Μυροβαλάνου] Myrobalanos Indicos, Medicorum scholis communissimos, quorum genera, & vires, absque tamen vlla odoris, vel fragantiæ commendatione refert Matthiolus in Dioscoridis lib. 4. cap. 154. à Græcis hac voce expositos, εὐωδίας defectu, in mentem inducere nequeo: quin potius oleum esse censeo βαλάνου μυρεψικῆς, *glandis vnguentariæ*, de quo laudatus Dioscorides· ᾧ εἰς τὰ πολυτελῆ μύρα ἀντ᾽ ἐλαίου χρῶνται, *eo in pretiosis vnguentis conflandis pro oleo vtuntur.*

26. Σαμψύχου.] De maiorana vt fragrantissima & suo odore notissima, Dioscorides lib. 3. cap. 40. Matthiolus ibidem sic Latinis dictam putat, quod maiori præ cæteris cura propter odoris excellencellentiam excolatur.

27 Λαδάνου.] Gummæ genus est è foliis ladani fruticis enatæ, vel erasæ: quidam enim, inquit Dioscorides lib. 1. cap. 110. σχοινία ἐπισύρουσι τοῖς θάμνοις, καὶ τὸ προσπλασθὲν αὐτοῖς λίπος ὑποξύοντες, ἀναπλάσσουσι. κράτιστον δὲ αὐτοῦ ἐστι, τὸ εὐῶδες, ὑπόχλωρον, &c. *attractis per frutices funiculis inhærentem iis pinguedinem deradunt, & in offas cogunt: maximè verò probatur odoratum, subuiride,* &c.

28 Λιβάνου.] De thure idem author lib. 1. cap. 70.

29 Στάχυ.] στάχυ etiam in tertia declinatione legit Ms. Constantinopolitanum, Allatianum verò στάχος, στάχος, in prima contractorum: & tandem Dioscorides lib. 3. cap. 103. στάχυς, στάχυς, inquit, πλεῖστα φύλλα ἀραιὰ ἔχων, ὑπόδασέα, σκληρά, εὐώδη, λευκά: *stachys folia proferens numerosa, dura, odoris iucundi, candida.*

30 Τζιντζιβέρεως.] Vsu notissimum *gingiber*, & à Dioscoride libro secundo, capite 143. ζιγγίβερις scribitur.

31 Ζιτωμπᾶ.] ζερωμπᾶ correctius legendum occurreret: habent enim Persæ & Turcæ *Zerumba*, Arabes, *Zerumbet*, plantam fragrantissimam, omni aromaticæ compositioni accommodam, ex Dalecampio lib. 18. cap. 54. & Matthiolo in Dioscoridis lib. 2. cap. 154. Zedoariam eam vocitantibus, quibus & Coresius citatus annuit.

32 Ἀκόρου.] Inter odoratas plantas statim initio lib 1. cap.2. Dioscorides enumerat ἄκορον, vitiose namque legimus hic ἄκορον: quem *calamum aromaticum* interpretantur Matthiolus, & Dalecampius lib 15. cap.32. communi suffragio fragrantiam eius commendantes. Gallis vernacule dicitur, *flamme-bastarde*, sed is est communis: ξενικὸς autem vel ξενονικὸς vt hic legitur, *peregrinus* nimirum, Ponticus est & Bithynicus: & apud authores eosdé velut componendo Chrismati idoneus commendatur: è Bithynica vero sua peregrinatione ad Matthiolum misisse Acori plantam in Cæsareos hortos ornaturam scribit Gislenius Busbequius in Epist. quarta præsertim, sub finem.

33 Ἑλενίου.] *Inulam*, Latini, Galli *aulnée*, *herbe de l'aulne* dicunt. Eius radicem laudat Dioscorides lib.1 cap 27. ὑπόκιρρον, εὐώδη, μεγάλην, quæ nempe *subrufa est*, *odorata*, *grandis*.

34 Ἀριστολοχίας.] Tres eius species enumerat, & ample describit Dioscorides lib.3.cap.4. *masculam*, *fœmineam*, *& longam*. Masculæ ἄνθος δυσῶδες, *flos est graueolens*, fœmineæ φύλλα εὐώδη μετὰ δριμύτητος, *folia cum acrimonia sunt odorata*: longæ, ῥίζαι μακρότεραι, λεπταί, φλοιὸν ἔχουσαι παχὺν, καὶ ἀρωματίζοντα, ἰδίως χρησιμεύουσαι μυρεψοῖς εἰς τὰς τῶν μύρων σύνθεσεις, *radices longiores*, *tenues*, *crasso*, *aromaque redolente cortice vestitæ: quæ priuatim vnguentariis ad vnguentorum spissamenta conducunt*. Galli aristolochiam vocant *rattelon*, *sarrazine*.

35 Ἴρεως.] Iridis radicem bene spirare, τὴν ὀσμὴν εἰλικρινῆ, καὶ μὴ νοτίζουσαν, καὶ φθορᾶς ἀλλοτρίαν [?] εὐώδη: *per quam odoratam esse*, *odore sincero*, *quæque situm non redolet*, & corruptionem abigere, cum Dioscoride lib. 1. cap 1. docet experimentum quotidianum. Gallis dicitur *flambe*, *glaieul*. Latinis, gladiolus. Quamuis hic non ἴρεως; sed [illegible] voce intelligi posse putem, *calamum* cassiæ *bene olentem*, ex quo iuxta Exodi textum 30 cap. Chrisma Sacerdoti magno vngendo conficiebatur.

36 Βόχου.] Correctius ex Dioscoride lib.1. cap.69. scriberetur βδέλλου, quæ dictio Bdellium vertitur: & δάκρυόν ἐστι δένδρου Σαρακηνικοῦ εὐῶδες ἐν τῇ θυμιάσει, *lachryma est arboris Saracenicæ*, (Saraca Arabiæ ciuitas est) *in suffitione admodum odorata*. Vtramque lectionem respuit Coresius, & è M S suo, βότρυος reponendam affirmat. βότρυος enim & βότρυς optimum aroma est, de quo Dioscorides lib. 3. cap. 114. vel iuxta Græcam editionem cap.130. βότρυος σπέρμα τὸ σύμπαν εὐῶδες ἱκανῶς· διὸ καὶ ἱματίοις συντίθεται. *Botri semen suauiter admodum olet: quamobrem vestibus etiam interponitur*. Huius autem (addit idem Coresius) sicut & aceris, elenij, aristolochiæ, & iridis debent esse βοτάναι ξενονικαί, *plantæ pergrinæ*, eo quod domesticis fragrantiores multo sint.

37 Ξυλαλόης] Matthiolus in Dioscoridis lib.1. cap.21. Agallochon inquit, à Græcis & Latinis recentioribus, sicuti ab Afris, lignum aloés appellatur. Optime. Vbi namque Dioscoridis codex habet περὶ ἀγαλλόχου, scribitur in margine: τὸ νῦν ξυλαλόη. Subdit Matthiolus. Optimum à Lusitanis è Calecut emporio ad nos conuehitur: etsi Venetias, ex Alexandria, præstantissimum asportetur: siquidem igni accensum suauissimum ac periucundum spirat odorem. Vnde & adhuc in Oriente è xylaloe, zucchæro, & aqua rosacea pigmentum fit, quod per Ecclesias in ignem coniectum fragrantia cunctos adstantes reficit.

38 Βαλσαμελαίου.] Alias *opobalsamum*, succus nempe ex incisa balsami arbore distillans.

39 Ἐξάγια.] Vnciæ sexta pars ἐξάγιον est.

40 Μόσχου.] De moscho quamplurima Matthiolus in Dioscoridis lib. 1. cap. 20. & Gesnerus de quadrupedibus: de Moschi capreolo.

1 Βυκίον.] *Ampullam*, proprie reddere possumus: vas nempe rotundum, bullæ spumeæ in aquis enatæ simile, & sine manubrio ἄνευ λαβῆς: Latini enim Chrismaticum vas, *Ampullam vocant*: hinc sacra Remensis *Ampulla*, Chrismatis locum in Clodouæi regis baptismate adepta. Optatus etiam Mileuitanus lib.2. aduersus Parmenia. *Ampullam quoque Chrismatis*, inquit, *per fenestram vt frangerent, iactauerunt. Et cum casum adiuuaret abiectio, non defuit manus Angelica quæ Ampullam salutari subnectione deduceret: proiecta casum sentire non potuit, Deo muniente, illæsa inter saxa consedit*. Alabastrum quoque dicitur propter vas à Magdalena effractum super caput Iesu; hoc namque alias ἀγγεῖον, ὑάλινον est: de quo Synaxarion feria 3. maioris hebdomadæ. συνέτριψε καὶ ἡ Μάρκος ἐπὶ τὸ ἄγγος συντετρῖφθαι ὑπὸ τῆς σπουδῆς ἡ γυνὴ, εἰπὼν στενότερον ὂν καὶ ἀλάβαστρον ὀνομάζει. ἔστι δὲ τοῦτο τὸ ἀγγεῖον ὑάλινον, ὡς φησὶν ὁ ἱερὸς Ἐπιφάνιος ἄνευ λαβῆς πεποιημένον τινός· ὃ δὴ βυκίον οὕτωσὶ λέγεται. ἦν δὲ τὸ μύρον ἐκεῖνο συντεθειμένον ἐξ εἰδῶν μὲν καὶ ἄλλων πολλῶν μάλιστα δ' ἐκ τούτων σμύρνης ἄνθους, κινναμώμου εὐώδους, ἴρεως, καλάμου ἀρωματικοῦ, καὶ ἐλαίου. *Addit & Marcus mulierem vas confregisse, præ festinatione, quod oris nimium angusti foret. Alabastrum vero illud appellat, & est vitreæ materiæ, vt sacer Epiphanius dicit, & absque ansa vlla formatum, quod & Baucalium, sic dicitur*, (Gallice bocal.) *Vnguentum porro istud compositum erat ex speciebus aliis plurimis: ex myrrhæ maxime flore, cinnamomo bene olente, iride, calamo aromatico, & oleo*: Ex quibus aliam, à superius præmissis, rationem colligis, cur Græci specierum odoratarum tantam copiam, Vnguento Chrismatico conficiendo, in vnum congerant: vt nimirum vnguenti Nardi Pistici pretiosi, quo Christum vnxit Magdalena, compositionem imitentur: illud enim Chrismatis nostri typum obtinuisse, non est solus Matthæus Blastarius, immerito propterea ab Arcudio reprehensus, qui asserat: sed & communi suorum doctorum sensu, videtur moderna Orientis Ecclesia profiteri.

Superſunt & aliquæ voces in MS. cum editis exemplaribus collatis occurrentes, quæ cùm illuſtratione egerent, in hunc vſque locum reiectæ ſunt. Et hæ quidem ſunt quæ in Barberino MS. negotium faceſſere poſſunt.

1 Κυπέρι.] Pro qua κύπερι legendum. Vide notas ſuperiores numero 14.

2 Ιερν.] Vide numerum 35.

3 Ρέσδον.] Vox incognita, niſi forſan ex commercio cum Turcis poſuerint vocem Arabicam ῥαζὲν, quæ eiuſdem eſt ſenſus cum Græca ἐλένιον, de qua ſupra num. 33.

4 Ασπαλαθᾶ.] Pro qua legendum ἀσπάλαθον, qui ſpinoſa planta eſt pigmentariis ex Dalecampio lib. 18. cap. 48. vtiliſſima: de qua, & eius odore latius Dioſcorides diſſerit lib. 1. cap. 19. his verbis: ἀσπάλαθος, οἱ δὲ ἐρυσίσκηπτρον, θάμνος ἐστὶ ξυλώδης, ἀκάνθας πολλὰς κεκτημένος, γεννώμενος ἐν Ἴστρῳ καὶ Νισύρῳ, καὶ Συρίᾳ καὶ Ῥόδῳ· ᾧ χρῶνται οἱ μυρεψοὶ εἰς τὰς τῶν μύρων στύψεις. *Aſpalathus aliis eryſiſceptrum frutex eſt ligno-ſus, ſpinis crebris aculeatus. Naſcitur in Iſtro, Niſyro, Syria, & Rhodo: eoque vnguentarij ad ſpiſſandum vnguenta vtuntur:* & probatur qui maxime odoratus eſt.

5 Ηψεῖσθαι.] Legendum ἑψεῖσθαι.

6 Αμῶμιν.] Legendum ἄμωμον, quod ἐνῶδες ἱκανῶς ex Dioſcoride lib 1. cap. 14.

7 Ξυλοκαρεόφυλλον.] Legendum ξυλοκαρυόφυλλον, lignum Caryophyllorum, de quo Dalecampius lib. 18. cap. 12.

8 Μυρομάλανον.) Conſule ſuperiores notas num. 25.

9 Κάσσαμον.) Pro quo forſan legendum κάγκαμον, quod quidem iuxta Dioſcoridem lib. 1. cap. 23 δάκρυόν ἐστιν Ἀραβικοῦ ξύλου σμύρνῃ προσεοικός· ᾧ πρὸς τὰς θυμιάματι χρῶνται, *eſt arboris Arabicæ lachryma, myrrham quadamtenus referens, qua quidem tanquam ſuffimento vtuntur.*

10 Κασίαν) Vide notas ſuperiores num. 17.

11 Τερεμίνθω.) Legendum τέρμινθον, aut τερέβινθον, vide num. 23.

12 Σμύρναν.) Numero 8.

In ſequenti M. S. Conſtant. occurrunt hæ aliæ magis abſtruſæ voces elucidandæ.

13 Λάδανον.) Vide notas ſupr apoſitas num. 27.

14 Πατίτης.] Vide numerum 24.

51 Στύραξ.) Numerum 9.

16 Καρυόφυλλα.] De illis prolixe Dalecampius lib. 18. cap. 12.

17 Σχοινάνθη.) Conſule memoratas notas num. 6.

18 Κιννάμωμον.) Num. 20.

19 Πέπερι.] Numero 7.

20 Μακροπέπερι.) Num. 10.

21 Ζιντζίβερ.) Num. 30.

22 Φύλλον Ινδικόν.) Num. 12.

23 Γαλαχάς.) Terminus hic vt iacet cunctis authoribus ignotus eſt. At ſi modernæ Græcorum linguæ formationem ſpectemus, quæ ab accuſatiuis perfectorum nominum, alia in nominatiuo formare ſolet per litteræ ſigma adiectionem, vt à πατέρα, deriuat πατέρας Pater: à σωτῆρα pariter σωτῆρας Saluator &c. ab accuſatiuo vocis γάλαξ, à γάλακα nimirum, recte ὁ γαλακὰς formabitur. Eſt autem γάλαξ apud Dalecampium lib. 4. cap. 58. herba lactaria, eadem quæ γλὰξ & γλαὺξ de qua Dioſcorides lib. 4. cap. 141. qui tamen ei nullam fragrantiæ laudem attribuit.

24 Στάχος.) Vide dicta ſuperius num. 29.

25 Κάγχρον.) Vide num. 19.

26 Λευκοπέπερι.] Piper eſt immaturum: matureſcens enim nigreſcit. Conſule Dalecampium lib. 18. cap. 35.

27 Ασαρ.) Vide num. 21.

28 Ξυλαλόη.) Num. 37.

29 Μοσχοκάρυα.] Dicitur & μοσχοκαρύδιον, κάρυον μυρεψικὸν, κάρυον ἀρωματικὸν, nux muſcata, bene olens & aromatica. Dioſcoridi ignota, de qua ample tractat Dalecampius lib. 18. cap. 32.

30 Μαστίχη.] Lentiſci reſina in ſola Chio inſula reperta, ſuaue fragrans eſt & in pretio habetur. De qua Dalecampius lib. 1. cap. 19.

31 Αμπαρ.] Bituminis genus odoratiſſimum & pretioſiſſimum in quibuſdam Indiæ fontibus enatum colligitur. Vide Matthiolum in cap. 20. lib. 1. Dioſcoridis.

In Allatij M. S. voces iam alibi explicatæ occurrunt, ſunt præterea paucæ quæ lectorem remorari poſſunt.

32 Λαύδανον.] Corrupte pro λάδανον de quo ſupra num. 27.

33 Δενδρολίβανον.] Ros marinus eſt, de quo Dioſcorides lib. 1. cap. 87.

34 Αριστολόγχιω.] Corrupte pro ἀριστολοχίαν. de qua ſupra.

35 Σπάλαθον.) Vox in capite truncata: vice ἀσπάλαθον: de qua ſupra in hac appendice numero 4.

36 Καρδάμωμον.) De eo ſcribit Dioſcorides lib. 1. cap. 5. quod μίγνυται εἰς τὰς τῶν μύρων στύψεις καὶ ἔτι ἐς ἀντιδότους: *ad Vnguentorum ſpiſſamenta, & alias antidotos additur.*

37 Τοφίτης.) Vox penitus ignota: niſi forſan corrupte ſcripta ſit vice ποπίτης de quo ſuperius abunde.

ORDO FIERI SOLITVS IN ANTIMENSium consecratione.

Postquam Sacerdotes Antimensia sacræ mensæ imposuerint, Pontifex illis è vino condito quantum sufficiat, infundit: dum dicitur Psalmus. Asperges me hyssopo & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor. *Hoc autem ter repetito, subiungit, & Psalmi reliquâ. Et gloriam reddens Deo, ait:* Benedictus Deus noster, vbique, nunc, & semper: & in sæcula sæculorum. Amen.

Deinde magni Vnguenti vase accepto, & Diacono dicente: Attendamus. *Illo tres cruces efformat: medium quidem vnum, & vtrinque duos: interim dicitur Psalmus.* Ecce quàm bonum, & quàm iucundum: *vsque ad finem. Et dum gloriam Deo reddunt, dicit Pontifex.* Gloria tibi sancta Trinitas, Deus noster in sæcula. *Mox Pontifici thuribulum traditur: & thus adolens, ait.* Iudica me, Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum. *Et Diacono dicente.* Dominum precemur: *subiungit Orationem Pontifex hoc pacto.*

Domine cœli & terræ, qui sanctam Ecclesiam tuam ineffabili sapientia fundasti, & Angelici in cœlis ministerii Ordinem Sacerdotalem exemplar esse in terris disposuisti: suscipe nos nunc supplicantes, non quasi digni simus, pro talibus deprecari, sed vt bonitatis tuæ in nobis demonstretur excessus: neque enim variis cessas humanum genus afficere beneficiis, summam etiam beneficiorum tuorum Vnigeniti tui in carne præsentiam contulisti: qui in visus, & salutis lumen in tenebris considentibus effulgens, seipsum pro nobis hostiam obtulit, & nobis propriæ resurrectionis sociis redditis, ipse communis vniuersi orbis factus est reconciliatio: atque inde in cœlos assumptus, Discipulos suos & Apostolos, provt pollicitus fuerat, induit ex alto virtute, quæ est Spiritus Sanctus, adorandus & omnipotens, qui à te Patre procedit: quo, illi verbo & opere potentes effecti, Baptismum contulerunt adoptionis, Ecclesias sta-

1 ΤΑΞΙΣ ΓΙΝΟΜΕΝΗ ἐπὶ καθιερώσει ἀντιμινσίων.

2 Τῶν ἱερέων ἐπιθέντων τῇ τραπέζῃ τὰ ἀντιμίνσια τούτοις ἐκ τῆς 3 οἰνάνθης τὸ ἀρκοῦν τρὶς ὁ ἀρχιερεὺς ἐπιχέει, λεγομένου ψαλμοῦ, Ῥαντιεῖς με ὑσσώπῳ καὶ καθαρισθήσομαι· πλυνεῖς με καὶ ὑπὲρ χιόνα λευκανθήσομαι. Τοῦτο δὲ τρίτον εἰπὼν, ἐπισυνάπτει τὰ ἑξῆς τοῦ ψαλμοῦ. 4 Καὶ δοξάζων λέγει. Εὐλογητὸς ὁ θεὸς ἡμῶν, πάντοτε νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εἶτα λαμβάνων 5 τὸ ἀγγεῖον τοῦ μεγάλου μύρου, καὶ τοῦ διακόνου εἰπόντος. Πρόσχωμεν. Ποιεῖ δι' αὐτοῦ σταυροὺς τρεῖς· μέσον ἕνα, καὶ ἑκατέρωθεν δύο, λεγομένου ψαλμοῦ. 6 Ἰδοὺ δὴ τί καλὸν, ἢ τί τερπνόν. Ἕως τέλους. Καὶ δοξάζοντες λέγει ὁ ἀρχιερεύς. Δόξα σοι ἁγία τριὰς ὁ θεὸς ἡμῶν εἰς τοὺς αἰῶνας. Εἶτα δίδοται τῷ ἀρχιερεῖ θυμιατήριον, καὶ θυμιῶν λέγει. Κρῖνόν με κύριε, ὅτι ἐγὼ ἐν ἀκακίᾳ μου ἐπορεύθην. Καὶ τοῦ διακόνου εἰπόντος. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Εὔχεται ὁ ἀρχιερεὺς οὕτως.

Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὁ τὴν ἁγίαν σου ἐκκλησίαν ἀῤῥήτῳ σοφίᾳ θεμελιώσας, καὶ ἀντίτυπον τῆς ἀγγελικῆς ἐν οὐρανῷ λειτουργίας τὴν τῆς ἱερωσύνης τάξιν ἐπὶ τῆς γῆς συστησάμενος, σὺ δέσποτα μεγαλόδωρε, πρόσδεξαι καὶ νῦν δεομένους ἡμᾶς, οὐχ ὡς ἀξίους ὄντας περὶ τηλικούτων αἰτεῖν, ἀλλ' ἵνα τὸ ὑπερβάλλον δειχθῇ τῆς σῆς ἀγαθότητος· οὐ γὰρ ἐπαύσω τὸ ἀνθρώπινον γένος πολυτρόπως εὐεργετῶν, κεφάλαιον δὲ ἐδωρήσω τῶν σῶν εὐεργεσιῶν τὴν ἐν σαρκὶ τοῦ μονογενοῦς σου παρουσίαν, ὃς ἐπὶ γῆς ὀφθεὶς, καὶ λάμψας τοῖς ἐν σκότει φῶς σωτηρίας, ἀνήνεγκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν θυσίαν, καὶ γέγονε τοῦ κόσμου παντὸς ἱλαστήριον, κοινωνοὺς ἡμᾶς τῆς ἰδίας ἀναστάσεως, ποιησάμενος· καὶ ἀναληφθεὶς εἰς οὐρανοὺς ἐνέδυσε τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς καὶ ἀποστόλους καθὼς ἐπηγγείλατο δύναμιν ἐξ ὕψους, ἥ τίς ἐστι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ προσκυνητὸν, καὶ παντοδύναμον, τὸ ἐκ σοῦ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἐκπορευόμενον, δι' οὗ γενόμενοι δυνατοὶ ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ, βάπτισμα παρέδωκαν υἱοθεσίας, ἐκκλησίας ἀνέστησαν,

ἵδρυσαν

ἱδρυσθῆν θυσιαστήρια. ἱερατείας ἔθηκαν κανόνας
καὶ νόμους, ὧν ἡμεῖς οἱ ἁμαρτωλοὶ κατέχοντες τὴν
παράδοσιν, προσπίπτομέν σοι τῷ αἰωνίῳ θεῷ, καὶ
δεόμεθά σου εὔσπλαγχνε, τὸν πρὸς σὴν ὑμνῳ-
δίαν οἰκοδομηθέντα τοῦτον ναὸν τῆς θείας σου πλή-
ρωσον δόξης, καὶ τὸ παρὸν θυσιαστήριον ἅγιον ἁγίων
ἀνάδειξον· ὥστε ἡμᾶς παρεστῶτας αὐτῷ, ὡς τῷ
φρικτῷ τῆς βασιλείας σου θρόνῳ ἀκατακρίτως
ἀναπέμπειν, καὶ τὴν ἀναίμακτον θυσίαν τῇ σῇ
προσφέρειν ἀγαθότητι. εἰς ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων
ἁμαρτημάτων συγχώρησιν, εἰς κυβέρνησιν βίου,
εἰς ἀγαθῆς πολιτείας κατόρθωσιν, εἰς πλήρωσιν
πάσης δικαιοσύνης. Ὅτι ηὐλόγηταί σου τὸ πανά-
γιον ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου
πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν
αἰώνων, ἀμήν.

Ὁ ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσιν. Ὁ διάκονος.
Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ κυρίῳ κλίνατε.
Καὶ ὁ ἀρχιερεὺς λέγει τὴν εὐχήν.

Εὐχαριστοῦμέν σοι κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὅτι τὴν
ἐξέχεας χάριν ἐπὶ τοὺς ἁγίους σου ἀποστόλους, καὶ ἐπὶ
τοὺς ὁσίους ἡμῶν πατέρας, ἠξίωσας διὰ πολλὴν
σου φιλανθρωπίαν, καὶ μέχρις ἡμῶν τῶν ἁμαρτω-
λῶν καὶ ἀχρείων δούλων σου ἐκτεῖναι· διὸ δεόμε-
θά σου δέσποτα πολυέλεε, πλήρωσον δόξης καὶ
ἁγιασμοῦ καὶ χάριτος, τὸ θυσιαστήριον τοῦτο, ὥστε
μεταποιεῖσθαι τὰς ἐν αὐτῷ προσφερομένας σοι
ἀναιμάκτους θυσίας εἰς τὸ ἄχραντον σῶμα καὶ τὸ
τίμιον αἷμα τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν
Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, πρὸς σω-
τηρίαν παντὸς τοῦ λαοῦ σου, καὶ τῆς ἡμῶν ἀναξιότη-
τος. Σὺ γὰρ εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀνα-
πέμπομεν τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ
πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώ-
νων.

7 Εἶτα 7 προσαγομένων τῶν λειψάνων καὶ
8 8 ἐμβαλλομένων τῇ κηρομαστίχῃ. Ἐπιχέει
τούτοις ὁ ἀρχιερεὺς μύρον. καὶ ἐνθέμενος αὐ-
τὰ ὄπισθεν τοῦ ἀντιμινσίου, ἐν τῇ ἑτοιμασθείσῃ θή-
κῃ. καὶ ἀσφαλισάμενος καλῶς, εὔχεται τὴν εὐ-
χὴν ταύτην.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ καὶ ταύτην τὴν δόξαν τοῖς
ὑπὲρ σου ἀθλήσασιν ἁγίοις μάρτυσι δωρησά-
μενος, τὸ σπείρεσθαι ἐν πάσῃ τῇ γῇ τὰ λείψανα
αὐτῶν ἐν τοῖς ἁγίοις οἴκοις σου, καὶ καρποὺς ἰαμάτων
βλαστάνειν αὐτὸς δέσποτα, ὁ πάντων τῶν ἀγαθῶν
χορηγὸς ὑπάρχων, πρεσβείαις τῶν ἁγίων ὧν

fuerunt, erexerunt altaria, Sacerdotij decreta legesque sanxerunt: à quibus nos traditione accepta, tibi æterno Deo procidimus, & te benigne rogamus, vt hoc ad laudes tuas celebrandas templum erectum tua gloria repleas, & præsens altare Sanctum Sanctorum efficias: vt ipsi astantes tanquam tremendo regni tui throno gloriam inculpate rependamus, & in sponte vel non sponte offensarum commissarum remissionem, in rectæ conuersationis dispositionem, & in omnis iustitiæ complementum incruentas tuæ bonitati hostias offeramus. Quia benedictum est sanctissimum nomen tuum, Patris, & Filij, & Sancti Spiritus: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Pontifex. Pax omnibus. *Diaconus.* Capita vestra Domino inclinate.
Et Pontifex dicit Orationem.

Gratias tibi, Domine Deus noster, quod plurima tua clementia, quam super sanctos Apostolos tuos, & beatos Patres nostros gratiam effundere dignatus es, eam quoque ad nos vsque peccatores & inutiles seruos tuos extendisti: propterea te, Domine valdè misericors, rogamus, altare hoc gloriâ sanctitate & gratia reple, vt oblatæ tibi in eo incruentæ hostiæ, in corpus illibatum, & sanguinem pretiosum magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi Vnigeniti Filii tui, ad omnis tui populi & nostræ indignitatis salutem conuertantur. Tu enim es Deus noster, & tibi gloriam referimus: Patri, & Filio, & Sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

Prolatis deinde reliquiis & ceromastice immixtis: Vnguento sacro superfundit illas Pontifex, & in posteriori parte Antimensii in disposito loculo iisdem positis, & rectè inclusis, sequentem Orationem recitat.

Dominum precemur.

DOMINE Deus noster, qui etiam decertantibus pro te Martyribus gloriam hanc contulisti, vt in sanctis ædibus tuis per vniuersam terram dispergerentur eorum reliquiæ, vt sanationum fructibus scaturirent: ipse, Domine, bonorum omnium administrator, intercessionibus Sanctorum

quorum depositionem reliquiarum in venerando hoc altari fieri voluisti; in eodem incruentam hostiam inculpate nos offerre concede, & omnia saluti congrua postulata largire, mercede etiam in hoc pro sancto nomine tuo decertantibus repensa, vt nostræ salutis gratia per eos noua miranda operis. Quia tuum est regnum, & virtus, & gloria: Patris, & Filij, & sancti Spiritus: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Et confestim sancta missa celebratur.

εὐδόκησας τὴν ἀπόθεσιν τῶν λειψάνων ἐν τούτῳ τῷ σεπτῷ θυσιαστηρίῳ σου γενέσθαι, ἀξίωσον ἡμᾶς ἀκατακρίτως τὴν ἀναίμακτόν σου προσενεγκεῖν ἐν αὐτῷ θυσίαν, καὶ δώρησαι ἡμῖν πάντα τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτήματα, ἀντάμειψιν παρέχων καὶ ἐν τούτῳ τοῖς ἀθλήσασιν ὑπὲρ τοῦ ἁγίου ὀνόματός σου, τὸ θαυματουργεῖν δι' αὐτῶν πρὸς ἡμετέραν σωτηρίαν. Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Καὶ εὐθὺς ψάλλεται ἡ θεία λειτουργία.

VARIÆ LECTIONES.

a Τάξις γινομένη ἐπὶ καθιερώσει ἀντιμινσίων.) Nullum est tale officium in M. S. antiquis dedicationis Ecclesiæ ritum continentibus: e quod non sine Consecratione Antimensiorum noua soleat Ecclesia Consecrari, & in illius officio aliud istorum comprehendi cernatur: Allatianum solum M. S. Euchologium Antimensiorum & Ecclesiæ καθιερώσεις distinctas complectitur. Eam porro quæ est Antimensiorum, ita ab editis diuersam habet, vt potius exscribere denuo quam cum editis ipsis conferre valeamus.

Ordo seruandus circa Antimensia.

DIcit Pontifex. Benedictum regnum Patris, & Filij, & sancti Spiritus: nunc & semper, & in sæcula.

Et incipit Diaconus dicens.

In pace Dominum precemur.
Pro superna.
Pro pace totius.
Pro sancta hac domo.
Pro Episcopo.
Pro pientissimis.
Vt cum eis prælietur.
Pro ciuitate.
Pro temperie.
Pro nauigantibus.
Vt liberemur.
Sanctissimæ &c.

Et Pontifex dicit. Pax omnibus.
Et Sacerdos. Dominum precemur.
Mox dicit. Pontifex hunc orationem.

Oratio.

QVi naturæ cunctæ dominaris, cunctæ creaturæ conditor, qui cuncta iugiter in bonum & salutem hominum operaris & præstas: qui fundasti terram super stabilitatem suam, & facis mirabilia

Τάξις γινομένη περὶ Αντιμινσίων.

ΛΕγει ὁ ἀρχιερεύς. Εὐλογημένη ἡ βασιλεία τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.
Καὶ ἄρχεται ὁ διάκονος λέγων.
Εν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.
Υπὲρ τῆς ἄνωθεν.
Υπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ σύμπαντος.
Υπὲρ τοῦ ἁγίου οἴκου.
Υπὲρ τοῦ ἐπισκόπου.
Υπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων.
Υπὲρ τοῦ συμπολεμῆσαι.
Υπὲρ τῆς πόλεως.
Υπὲρ εὐκρασίας.
Υπὲρ πλεόντων.
Υπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι.
Τῆς παναγίας.
Καὶ ὁ ἀρχιερεὺς λέγει. Εἰρήνη πᾶσι.
Καὶ ὁ ἱερεύς. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.
Καὶ λέγει ὁ ἀρχιερεὺς τὴν εὐχὴν ταύτην.

Η εὐχή.

ΟΠάσης φύσεως δεσπότης, καὶ κτίσεως ἁπάσης δημιουργὸς, ὁ πάντα ποιῶν πάντοτε καὶ πραγματευόμενος ἐπ' εὐεργεσίᾳ καὶ σωτηρίᾳ τοῖς γένεσι τῶν ἀνθρώπων· ὁ θεμελιώσας τὴν γῆν ἐπὶ τὴν ἀσφάλειαν αὐτῆς, καὶ ποιῶν θαυμάσια

σὺ δέσποτα κατὰ πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν ἱδρύσας τὰς ἐκκλησίας σου, πήξας ἐν αὐταῖς θυσιαστήρια, καὶ προσφορὰς λογικὰς καὶ ἀναιμάκτους προσφέρεσθαι τῷ ὀνόματί σου ἐκέλευσας εἰς σωτηρίαν τοῖς γένεσι τῶν ἀνθρώπων. Αὐτὸς καὶ νῦν Δέσποτα ἐξαπόστειλον τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον, καὶ ἁγίασον τὰ θυσιαστήρια ταῦτα, εἰς ἐλπίδα πίστεως καὶ σωτηρίαν παντὶ προσιόντι τῇ σῇ μεγαλότητι, εἰς ἀνανέωσιν ψυχῆς, καὶ σώματος εὐαρέστησιν. Ἐκφώ. Ὅτι ηὐλογημένον καὶ δεδοξασμένον ὑπάρχει τὸ πανύμνητον ὄνομά σου, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεί.

Εἰρήνη πᾶσι.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Κύριε παντοκράτορ, ὁ μέγας καὶ ἰσχυρὸς καὶ δυνατὸς, ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ, καὶ δεδοξασμένος ὑπὸ τῶν Σεραφὶμ, ὃν ἀδιαλείπτως ὑμνοῦσιν ἄγγελοι, ἀρχάγγελοι, καὶ πᾶσαι ὑπερκόσμιαι δυνάμεις, ἐν ἡσυχίᾳ πολλῇ καὶ εὐταξίᾳ· δεόμεθα σου θεὲ παντοκράτορ, παντοδύναμε, δέξαι ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν δέησιν· καὶ εἰσελθέτω ἐνώπιόν σου ἡ προσευχὴ ἡμῶν τῶν ταπεινῶν, καὶ παράκλησις ἡμῶν ἀναξίων δούλων σου, καὶ ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου καὶ τὴν ἀλήθειάν σου ἐπὶ τὸ ἅγιον θυσιαστήριόν σου τοῦτο, τὸ χρισθὲν τῷ μύρῳ τῶν πιστῶν σου, ἐν ᾧ ἔχρισας ἱερεῖς καὶ προφήτας, βασιλεῖς καὶ ἀποστόλους καὶ πᾶσαν ψυχὴν πιστὴν, καὶ ἁγίασον αὐτὸ, ὁ ἁγιάσας θυσιαστήριον ἐν ὄρει Σινὰ ἐπὶ Μωϋσέως καὶ Ἀαρὼν, καὶ χαρίτωσον αὐτὸ τῇ σῇ δυνάμει, καὶ καταπέμψον αὐτῷ τὴν χάριν τοῦ ἁγίου καὶ ζωοποιοῦ πνεύματος τοῦ Χριστοῦ σου, καὶ χάρισαι ἡμῖν ἔλεος καὶ μέρος καὶ κλῆρον μετὰ πάντων τῶν ἁγίων σου. Χάριτι τοῦ Χριστοῦ σου μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ σὺν τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εἶτα χρίει αὐτὸ ὁ ἀρχιερεὺς τῷ μύρῳ σταυροειδῶς, καὶ λέγει. Ἀλληλούϊα.

Στίχος. Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου κύριε τῶν δυνάμεων.

Εἶτα λέγει ὁ ἀρχιερεύς. Εἰρήνη πᾶσιν.

Ὁ ἱερεύς. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ἡ εὐχή.

Κύριε ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων εὐχαριστοῦμέν σοι διὰ πάντος, ὅτι τὴν ἐξέχεας χάριν ἐπὶ τοὺς ἁγίους σου ἀποστόλους, καὶ πάντας τοὺς πατέρας ἡμῶν, οὐκ ἀνέστειλας, οὐδὲ ἐκώλυσας

Tu, Domine, in omni ciuitate & vrbe Ecclesias tuas statuisti, & altaria in eis erexisti, & rationales incruentasque hostias pro generis humani salute nomini tuo præsentari voluisti: Ipse, quoque nunc, Domine, Spiritum Sanctum tuum mitte, & altaria hæc sanctifica ad spem fidei, & salutem omnis ad tuam maiestatem accedentis, ad animæ renouationem, & ad corporis gratiam obtinendam: *Exclam.* Quia benedictum & glorificatum est nomen tuum, Patris, & Filii, & Sancti Spiritus: nunc & semper.

Pax omnibus.

Dominum precemur.

Omnipotens Domine, magnus, fortis, & potens, qui sedes super Cherubim, & à Seraphim glorificaris, quem indefessè in quiete multa & ordine celebrant Angeli, Archangeli, & omnes supramundanæ virtutes: rogamus, Deus omnipotens nostram peccatorum orationem suscipe, & nostras humilium preces, & indignorum seruorum tuorum supplicationes veniant coram te, & in altare istud fidelium tuorum Vnguento (quo Sacerdotes, Prophetas, Reges Apostolos, & omnem animam fidelem vnxisti) illitum, lumen tuum & veritatem tuam mitte: sanctifica illud qui Moysi tempore altare in monte Sina sanctificasti, virtute tua gratum & placitum illud redde, sancti & viuifici Spiritus Christi tui gratiam in illud transfer, & tandem nobis misericordiam, sortem, partemque cum Sanctis tuis omnibus largire. Gratia Christi, cum quo benedictus es: cum sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Deinde in crucis modum Pontifex illud vngit: & dicit Alleluia.

Versus. Quàm dilecta tabernacula tua, Domine virtutum!

Tum dicit Pontifex. Pax omnibus.

Sacerdos. Dominum precemur.

Oratio.

DOMINE Deus virtutum, gratias tibi in omnibus reddimus, quia gratiam quam super sanctos tuos Apostolos, & omnes Patres nostros effudisti, non coërcuisti, neque pro-

hibuisti à nobis, sed ad finem vt benignus & misericors eam effudisti, & gratiam istam & excellentiam quam à te petimus, nobis largitus es: adimple nos & accumula in nobis gratiam tuam, rogamus: & initiato huic altari cum conscientia bona & pura, immaculatos nos adstare concede, vt in eo rationalem & incruentam hostiam, ad sanctæ tuæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ ædificationem, & populi tui augmentum profectumque offeramus. *Exclama.*

Quia benedictum est nomen tuum, glorificatum est regnum tuum, Patris, & Filii, & Sancti Spiritus: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Et Antimensia manu signat, dicens.

Ecce sanctificatum, & consummatum est, & factum est altare, Sancta Sanctorum: in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: nunc & semper.

Et dicit Sacerdos Psalm. 92. Dominus regnauit. *Deinde protensam Orationem.* Adhuc & intensè, in pace Dom. prece.

Pro salute & peccatorum remissione, & auxilio Episcopi nostri N. Dominum precemur.

Pro peccatorum remissione, & omnium delictorum nostrorum venia. Dominum precemur.

Vt liberemur ab omni.

Sanctissimæ. *Et dicit Psalmum* 107. Confitemini Domino. *Et Episcopus Orationem hanc dicit.*

Oratio.

DOmine cœli & terræ, qui Ecclesiam tuam, *&c.*

Pax omnibus. Capita nostra.

Dominator Domine Deus noster, qui per Apostolos tuos nos illuminasti, & ad sanctum istum & salutarem diem dispensationis sanctorum altarium tuorum nos deduxisti, sanctifica illa cuncta, vt ad illa accedentibus altare consummatum, omnis morbi cura, vitæ arrha, futuri sæculi hæreditas, iuxta sancta tua pollicita fiant, & nos indignos concede fieri ministros idoneos & prædestinatos in ministerium & sanctum hoc sacrificium, in reconciliationem & salutem populi tui. *Exclam.* Quia tu es Deus pacis & salutis, & conuenit tibi gloria: Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

ἀφ' ἡμῶν; ἀλλ' ὡς χρηστὸς καὶ ἐλεήμων ἐξέχεας αὐτὴν μέχρι τέλους, καὶ παρέχες ἡμῖν ἀναξίοις ταύτην τὴν χάριν καὶ μεγαλοσύνην ἣν αἰτώμεθα. πλήρωσον ἡμᾶς τοῦ ἁγιασμοῦ σου παρακαλοῦμεν, καταξίωσον ἡμᾶς ἀμώμους καὶ καθαροὺς παρίστασθαι τῷ τελεωθέντι τούτῳ θυσιαστηρίῳ, καὶ μετὰ συνειδήσεως καθαρᾶς καὶ ἀγαθῆς, ἐν αὐτῷ σοι προσφέρειν τὴν λογικὴν καὶ ἀναίμακτον θυσίαν, εἰς οἰκοδομὴν τῆς ἁγίας σου καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, καὶ αὔξησιν καὶ προκοπὴν τοῦ λαοῦ σου. Εκφων.

Οτι ηὐλόγηταί σου τὸ ὄνομα, δεδόξασταί σου ἡ βασιλεία, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Καὶ σφραγίζει τὰ Αντιμίνσια τῇ χειρὶ λέγων. Ιδοὺ ἡγίασται, καὶ τετελείωται, καὶ γέγονε θυσιαστήριον, ἅγια ἁγίων· ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεί.

Καὶ λέγει ὁ ἱερεὺς ψαλμὸν ϟβ'. Ο κύριος ἐβασίλευσεν. Εἶτα ἐκτενῆ. Ετι καὶ ἔτι ἐκτενῶς ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Υπὲρ σωτηρίας, καὶ ἀφέσεως, καὶ ἀντιλήψεως τοῦ ἐπισκόπου ἡμῶν τοῦ δεῖνος. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Υπὲρ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν, καὶ συγχωρήσεως πάντων τῶν πλημμελημάτων ἡμῶν· Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Υπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς πάσης.

Τῆς παναγίας. Καὶ λέγει ψαλμὸν ριζ'.

Εξομολογεῖσθε τῷ κυρίῳ· καὶ ὁ ἐπίσκοπος λέγει τὴν εὐχὴν ταύτην.

Εὐχή.

ΚΤίστα τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὁ τὴν ἐκκλησίαν σου. Vt supra.

Εἰρήνη πᾶσι. Τὰς κεφαλὰς ἡμῶν.

Δέσποτα κύριε, ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ διὰ τῶν ἀποστόλων σου φωταγωγήσας ἡμᾶς, καὶ ὁδηγήσας εἰς τὴν ἁγίαν ταύτην καὶ σωτήριον ἡμέραν τῆς οἰκονομίας τῶν ἁγίων σου θυσιαστηρίων, πάντα ἁγίασον, εἰς τὸ γενέσθαι τοῖς προσιοῦσι τοῦτο τὸ τελεωθὲν θυσιαστήριον, λυτήριον παντὸς νοσήματος, ἀῤῥαβῶνα ζωῆς, κληρονομίαν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος κατὰ τὰς ἐπαγγελίας σου τὰς ἁγίας, καὶ ἱκάνωσον ἡμᾶς τοὺς ἀναξίους τοὺς προωρισμένους, εἰς διακονίαν, καὶ ἁγίαν σου ἱερουργίαν, καὶ ἱλασμὸν, καὶ σωτηρίαν τοῦ λαοῦ σου. Εκφων. Οτι θεὸς εἰρήνης καὶ σωτηρίας ὑπάρχεις· καὶ πρέπει σοι ἡ δόξα· τῷ πατρὶ, τῷ υἱῷ, καὶ τῷ πνεύματι ἁγίῳ.

Καὶ εὐθὺς προκείμενον. Θεὸς κύριος καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν· συστήσασθε ἑορτὴν ἐν τοῖς πυκάζουσι ἕως. στίχος. Τότε ἀνοίσουσιν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριόν σου μόσχους.

Ὁ Ἀπόστολος.

Ἀδελφοί. Ἔχομεν θυσιαστήριον ἐξ οὗ ἐξουσίαν. ἕως τοῦ, τοιαύταις γὰρ θυσίαις εὐαρεστεῖται θεός. Ἀλληλούϊα.

Τότε εὐδοκήσεις θυσίαν δικαιοσύνης.

Εὐαγγέλιον. Ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου ἀνάγνωσμα.

Εἶπεν ὁ κύριος. Πᾶς ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῆ. ἕως τοῦ. τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου.

Ἐκτενὴ καὶ ἀπόλυσις.

Et confestim dicitur Propositum. Deus Dominus & illuxit nobis: constituite diem solemnem in condensis vsque. *Versus.* Tunc offerent super altare tuum vitulos.

Apostolus.

Fratres habemus altare, ex quo comedere potestatem, *vsque ad*, talibus enim hostiis promeretur Deus. Alleluia.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ.

Euangelium. Ex eo quod est secundum Matthæum, sancti Euangelij lectio.

Dixit Dominus. Omnis qui irascitur fratri suo frustra. *Vsque ad*, Tunc veniens offer munus tuum.

Protensa oratio: & dimissio.

IN ORDINEM OBSERVARI SOLITVM IN ANTIMENSIORUM Consecratione. Notæ.

1 Ἐπὶ καθιερώσει Αντιμηνσίων.] Altaria Episcopi benedictione Consecrata cuicumque sacris operanti necessaria esse, vnanimi Orientalis Ecclesiæ, & Occidentalis consensu, statutum est. Non dedicatis autem Oratoriis quamplurimis cum abundet Orientis plaga, nec lapideis Altaribus huc illuc deportandis se facilem reddiderit; quibusdam pannis, Altarium ritu & vice Consecratis vti, iam à multis sæculis decreuit; quorum Consecrationem præsens Officium exhibet: & ἀντιμήνσια siue ἀντιμίνσια dictione Græci pariter & Latini idiomatis participe, nuncupat: de qua voce quæstio est Iuris Græco-Romani lib. 5. in responsionibus Ioanni Citri Episcopi. Τί ἀντιμήνσια σημαίνει ἑλληνικῶς, καὶ πῶς δεῖ γράφεσθαι, διὰ ἦτα, ἢ διὰ ἰῶτα; *Quid Græce significent ἀντιμήνσια, & quomodo scribendum sit, per ita, an per iota?* Respondet. Ἡ προσηγορεία αὕτη παράγεται ἀπὸ τοῦ Μίνσου, τοῦ καθ᾽ ἕλληνας μὲν, τὸ κανοῦν δηλοῦντος, κατὰ δὲ τὴν Ἰταλῶν γλῶσσαν, τὸ πεπραγματευμένον τοῖς ὀψοποιοῖς ἔδεσον· κατὰ τοῦτο γὰρ τὰ ἐν ταῖς τραπέζαις ἐφαπλούμενα ὀθόνια Μινσάλια λέγονται· εἰς πρὸς κόσμον τῆς τραπέζης, καὶ τῶν Μίνσων πρόθεμα· κατὰ κοινολεξίαν δὲ Αντιμήνσια λέγονται, ὥσπερ ἐν τοῖς ἱματισμοῖς τὰ ἀντίπανα, καὶ ὅσα ἐκ τῆς κατὰ ἀνάκλασιν ἐνεργείας, τὴν τοιαύτην ἐν τοῖς τοιούτοις προσηγορείαν εἰλήφασιν· ἐν ἐκείναις δὲ ταῖς ἁγίαις τραπέζαις ταῦτα τίθενται, ἃς καθιέρωσις οὐχ ἡγίασεν· ἐκ τῶν Αντιμηνσίων γὰρ αὐτή τε ἡμῖν καθιερωθεῖσα τράπεζα, καὶ ἱερουργημένη προσφορὰ λαμβάνει τὸν ἁγιασμόν. ἡ γάρ τοι ἁγιασθεῖσα, ἀφ᾽ ἑαυτῆς ἁγιάζει τὰ δῶρα· οὐ γὰρ οἴκοθέν εἰσιν ἅγια. *Appellatio ipsa deducitur à Minso, quod secundum Græcos significat Canistrum, & secundum Italicam linguam præparatum à coquis edulium. Hac enim ratione, & in mensis explicatæ mappæ, Mensalia dicuntur, ad ornatum puta mensæ, & Minsorum, id est ferculorum posita. Vulgari autem sermone dicuntur Antimensia, vt in vestimentis Antipana* (praue interpres vertit fimbrias ante pannos, cum potius pannos subductos vestibus vox significet, sicut ἀντίδερον est cuticula sub cute crassiori, quam Suidas dixit τοῦ δέρματος δέρμα) *& quæcumque propter effectus reflexionem, sunt appellationem sortita. Hæc autem in sanctis ponuntur mensis, quas Consecratio non sanctificauit. Nam ex Antimensiis ipsa nobis Consecrata mensa, & sacrificata oblatio, sanctificationem sumunt. Quæ enim sanctificata est, ex seipsa sanctificat dona: cum per se non sint sancta:* εἰ γοῦν, pergit ille, ἀκαθιέρωτός ἐστιν ὁ ναός· τὸ ἐλλεῖπον τούτου ἀναπληροῖ ἡ ἁγιαστικὴ τοῦ Αντιμηνσίου δύναμις· ὅθεν οὐδὲν ἔξεστιν ἐν ἀκαθιερώτῳ ναῷ χωρὶς Αντιμηνσίου ἱερουργίαν γενέσθαι ποτέ. πῶς γὰρ τὸ θυσιαστήριον ἁγιάσει τὸ δῶρον, μὴ μετέχον ἁγιότητος; καὶ τῷ τολμήσαντι τοῦτο ἱερεῖ, προστιμόν ἐστιν, ἡ καθαίρεσις. *Si igitur haud dedicatum est templum, quod ei deest, sanctificatoria Antimensij vis implet: ideoque templo nondum Consecrato, sacris operari sine Antimensio, nunquam concessum est. Quonam enim modo altare sanctificabit donum, si sanctificationis non fuerit particeps? Et Sacerdoti qui hoc vsus fuerit, pœna erit depositio.* Vtrum autem per ita, an per iota, Αντιμήνσιον sit scribendum, explicat idem Citrensis: sed insulse nimis. Correctius propterea Balsamon infra citandus. Ita in Antimensio scribendo est vsus, voce μίνσιον à *mensa*, non à *minso* deducta, quasi Αντιμίνσιον sit *mensa* sanctæ mensæ *vicaria*. Quærit porrò laudatus Balsamon in 7. Can. Synodi 7. vtrum in Oratoriis in quibus vt inconsecratis solorum Antimensiorum est vsus, liceat Episcopo, sicut & Sacerdoti, sacra facere? Scitu dignam profert ille responsionem: τὰ γινόμενα παρὰ τῶν ἀρχιερέων Αντιμίνσια, καθ᾽ ὃν καιρὸν ἡ καθιέρωσις τοῦ ἁγίου ναοῦ γίνεται, διδόμενα εἰς εὐκτηρίους οἴκους, ἀρκοῦσιν ἀντὶ καθιερώσεως, ἤτοι ἐγκαινισμοῦ, καὶ ἀνοιξίων, καὶ ἐνθρονισμοῦ. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ Αντιμίνσια ἐκλήθησαν, ἤτοι ἀντιπρόσωπα, ἀντίτυπα τῶν ἄλλων τοιούτων μινσῶν, τῶν καταρτιζόντων τὴν ἁγίαν δεσποτικὴν τράπεζαν. οἱ μέντοι ἀρχιερεῖς οὐ ποιοῦσιν ἱεροτελεστίας εἰς εὐκτηρίους ἀνενθρονίστους ναούς· διότι τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα ὑποβιβάζεται τοῦ θρόνου μὴ ὄντος αὐτίκα, εἰς ὃν ἀποστολικὸς ἐπίσκοπος καθιδρύεται, μηδὲ τῶν ἄλλων τῶν συνεστώτων τὴν τοῦ ναοῦ καθιέρωσιν, καὶ εὐπρέπειαν. *Perfecta à Pontificibus Antimensia eo tempore quo Dedicatio templi peragitur, per Oratorias domos distributa loco Dedicationis*

sufficiunt, id est encaniis, apertione, & reliquiarum inthronizatione. (Voces has alibi habes explicatas: Vide Onomasticon.) *Propterea enim Antimensia vocantur, vicaria nimirum & formam referentia multorum ferculorum quæ sacram dominicam mensam perficiunt. Pontifices autem sacra non celebrant in Oratoriis, templis non dedicatis: quia nimis demittitur Præsulatus dignitas, vbi non adest thronus, in quo Apostolicus Episcopus constituitur: & desunt alia, quæ templi Consecrationem decoremque componunt.* Legatur hic dedicationis Officium suo ordine infra ponendum.

2 Τῶν ἱερέων ἐπιδέντων τῇ τραπέζῃ.] A Sacerdotibus præparantur Antimensia ipsis solis deseruitura: vt iam iam docuit Balsamon. Dedicato autem templo, & non alias, consecrantur Antimensia. οὐκ ἔχει γὰρ χώραν ὅλως καθ' ἕτερον τρόπον ἄνευ καθιερώσεως νέου ναοῦ, τὸ γίνεσθαι ἀντιμήνσια. *Nullo enim pacto receptum est, vt Antimensia aliter fiant, quam in noui templi dedicatione.* Ita Ioannes Citri memoratus: Belæ vero Antistes in eodem Iuris Græco-Romani volumine. Ἀντιμήνσια ἴσμεν γινόμενα ἐπὰν ὁ ἱερεὺς δι' ἑαυτοῦ ἐνεργήσῃ τὸν ἐγκαινισμόν· καὶ ἐκ τοῦ παλιοῦ τοῦ ὑποστρώσαντος, καὶ περιβαλόντος τὴν τράπεζαν εἰς βραχέα τμηθέντα, καὶ χαραχθέντα τοῖς ἱερεῦσι δίδοσθαι. *Antimensia fieri nouimus quando Episcopi opera, perfecta fuerit templi Dedicatio: & è substrato panno sacramque mensam inuoluente in frusta dissecto, & depicto Sacerdotibus distribuuntur.*

3 Οἰνάνθης.] Vbi deinde conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ habendum est; ibi primum οἰνάνθη, non *vinum è labruscis expressum*, prout in medicorum schola intelligitur οἰνάνθινος οἶνος, neque flos vini, vt literæ vim respicientibus quibusdā placuit, sed Ecclesiæ οἰνάνθη, seu potius, vt Symeon Thessalonicensis exponit, οἶνος εὐώδης conditum aromatibus vinum effunditur.

4 Καὶ δοξάζων.] Dicens, δόξα σοι ὁ θεὸς ἡμῶν, δόξα σοι. vel εὐλογητὸς ὁ θεὸς ἡμῶν, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ita exponit Dedicationis officium.

5 Τὸ ἀγγεῖον τοῦ μεγάλου μύρου.] Sine quo iuxta Conciliorum Canones non consecratur Altare, quod ταῖς τοῦ ἱερωτάτου μύρου παναγίαις ἐπιχύσεσι. *Sanctissimi Vnguenti sacra effusione*, sanctum reddi testatur Dionysius de Eccl. Hierar. cap. 14.

6 Ἰδοὺ δὴ τί καλόν.] Plura simul consecrantur Antimensia, & Vnguentum per primum in substrata diffuso, à se, in illa sanctificationem communicat: velut vnguentum in capite, quod descendit &c. Et hæc est ratio decantati huius Psalmi: nisi malis aliam, ex his secundæ Orationis verbis proponere. ἣν ἐξέχεας χάριν ἐπὶ τοὺς ἁγίους σου ἀποστόλους, καὶ ἐπὶ τοὺς ὁσίους ἡμῶν πατέρας· ἠξίωσας διὰ πολλὴν σου φιλανθρωπίαν, καὶ μέχρις ἡμῶν ἁμαρτωλῶν καὶ ἀναξίων σου δούλων ἐκτεῖναι.

7 Περσαρομένων τῶν λειψάνων.] Ex quo sub altari Dei auditæ sunt voces occisorum pro Dei nomine, sumpsit Ecclesia morem, suis sub altaribus, & in Basilicis, Martyrum corpora sepelire. κατὰ γὰρ τὴν ἔγγραφον καὶ ἄγραφον θεσμοθεσίαν οὕτω κρατεῖν. *Ita firmiter secundum Ecclesiæ sancita, tam scripto, quam non scripto iure ad nos vsque delapsa, tenendum:* ait Canon septimus Synodi 7. vt propterea mereatur deponi, qui sanctam hanc consuetudinem prætergressus fuerit. ὁ γὰρ ἄνευ ἁγίων λειψάνων καθιερῶν καθαιρείσθω, ὡς παραβαίνων τὰς ἐκκλησιαστικὰς παραδόσεις: atque insuper altaria in quibus nullæ erant Martyrum reliquiæ, Concilium Carthaginense 5. sub Anastasio Imperatore, euerti iussit. Sacrum hunc morem Paulinus epist. 11. ad Paulinum scriptis illustrat, qui equidem non fuit tantum, vt sub altari, verum etiam in secretiori pauimento sacra quæcumque pignora reponerentur: qualia Romæ in S. Helenæ Oratorio Basilicæ S. Crucis, gressibus mulierum, hac de causa, nisi semel in anno Dedicationis die nunquam conculcando, adorantur: in muris etiam aliquando inclusas fuisse, Massiliense S. Victoris templum, beatorum exuuiis non tam abundans quam redundans, manifestat. Tecta tandem, columnas, & Trullam Ecclesiæ Constantinopolitanæ coagmentata, vt ita dicam, sanctorum reliquiis scribit Codinus in Orig. Constant. his vulgaribus suæ linguæ verbis. ἤρξατο νὰ κτίσῃ τὴν τροῦλλαν, καὶ ἔθηκαν δώδεκα, βώσαλα, καὶ εὐθὺς ἐποίουν οἱ ἱερεῖς εὐχὴν, καὶ πάλιν δώδεκα καὶ πάλιν εὐχὴν ἐποίουν. ὕστερον κατὰ δώδεκα βώσαλα, ὀπὴν, καὶ εἰς τὰς ὀπὰς, ἔβαλλοι πάντα καὶ ἅγια λείψανα διάφορα, ἕως οὗ ἐπληρώθη ἡ τρούλλα. *Trullam (Iustinianus) ædificare cœpit, & collocabant artifices duodecim lateres, & mox Sacerdotes orationem habebant: & rursum duodecim lateres, & iterum pariter orationem hi faciebant. Positis autem duodecim lateribus foueolam excauabant artifices, & in foueolis venerandas & sanctas diuersas reliquias reponebant, quousque tota perfecta est Trulla.* Et infra: ἐν γὰρ ἑκάστον κιόνιον τῶν ἄνω καὶ κάτω ἐμβόλων, ἅγιον λείψανον συνέχει ἐνδρωνιασμένον. *Singula columna tam superi quam inferi ordinis, sacras reliquias Dedicationis ritu inclusas tenent*: & sanctorum propterea quorum pignora seruabant, nomine celebres & venerandæ à cunctis habebantur.

8 Ἐμβαλλομένων τῇ κηρομαστίχῃ.] Ne facile in puluerem abeant, & deperdantur leuiora reliquiarum fragmenta, ceromastice admiscent: moxque sacro perfundunt Chrismate: cuius ratio tum ex textu officij, tum ex dicendis in Dedicationis ritu constare potest. Minus autem sufficit Antimensiis consecrandis, reliquiarum in eis inclusio, ritusque à nobis hucusque perlectus: nisi per septem dies super iis missa celebretur. Vltimam hanc conditionem requirit Matthæus Blastares Nomocanonis primo Elemento περὶ ἀντιμηνσίων. τὰ ἀντιμήνσια τῆς ἁγιαστικῆς μετέχουσι δυνάμεως, ἣν αὐτοῖς ἡ τῆς καθιερώσεως τῶν νεωστὶ ἀνεγειρομένων ναῶν ἀκολουθία, καὶ ἡ ἐπὶ ἑπτάημερος ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ κειμένοις ἱερουργία χαρίζεται. *Antimensia sanctificationis virtutem participant, eamque illis templorum nuper Consecratorum Officium, & septemdiale in altari Sacrificium elargitur*, &c.

a ΕΥΧΗ ΕΠΙ ΤΩΝ ΠΡΟΣΦΕΡΟΝΤΩΝ ΑΠΑΡΧΑΣ ὀπώρας.

Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, τὰ σὰ ἐκ τῶν σῶν προσφέρειν σοι κατὰ τὴν πρόθεσιν ἑκάστῳ κελεύσας, καὶ τῶν αἰωνίων σου ἀγαθῶν τούτοις ἀντάμειψιν χαριζόμενος, ὁ τῆς χήρας τὴν κατὰ δύναμιν προσφορὰν εὐαρέστως δεξάμενος, πρόσδεξαι καὶ τὰ νῦν προσκομισθέντα παρὰ τοῦ δούλου σου, τοῦ δεῖνος, καὶ τοῖς αἰωνίοις σου θησαυροῖς ἐναποθέσθαι ταῦτα καταξίωσον, δωρούμενος αὐτῷ καὶ τῶν ἐγκοσμίων σου ἀγαθῶν ἄφθονον τὴν ἀπόλαυσιν σὺν πᾶσι τοῖς διαφέρουσιν αὐτῷ. Ὅτι ηὐλόγηταί σου τὸ ὄνομα καὶ δεδόξασταί σου ἡ βασιλεία, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

ORATIO PRO OFFERENTIBVS PRIMITIAS fructuum Autumnalium.

Dominator Domine Deus noster, qui vnumquemque iuxta voluntatis propositum tua ex tuis offerre iussisti, & singulos bonorũ æternorum mercede compensas, qui viduæ iuxta facultatem eius oblationem habuisti gratam, delata etiam à seruo tuo N. suscipe, & in æternis thesauris ea recondi dignare, abundanti mundi huius fruitione, illi reliquisque ad eum spectantibus retributa

Quia benedictum est nomen, & glorificatum est regnum, Patris, & Filij, & Spiritus sancti: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

VARIÆ LECTIONES.

a Εὐχὴ ἐπὶ τῶν προσφερόντων ἀπαρχάς.) Non dissentiunt ab editorum lectione, Cryptoferratense Bessarionis, & S. Marci M. S. addit tamen hoc, etiam aliam Orationem.

Εὐχὴ ἐπὶ προσφερόντων καρπὸν νέον.

Εὐχαριστοῦμέν σοι κύριε ὁ θεὸς, καὶ προσφέρομεν ἀπαρχὴν καρπῶν, οὓς ἔδωκας ἡμῖν εἰς μετάληψιν, τελεσφορήσας διὰ τοῦ λόγου σου, καὶ κελεύσας καρποὺς παντοδαποὺς εἰς εὐφροσύνην καὶ τροφὴν τοῖς ἀνθρώποις, καὶ παντὶ ζώῳ ἐν πάσῃ γῇ· ὑμνοῦμέν σε ὁ θεὸς ἐν πᾶσιν οἷς εὐέργησας ἡμᾶς, καὶ πᾶσαν κτίσιν παντοίοις καρποῖς διὰ τοῦ παιδός σου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν· δι᾽ οὗ, καὶ σοὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εὐλογοῦνται δὲ καρποὶ τοιοῦτοι· σταφυλαὶ, σῦκα, ῥόα, ἔλαια, μῆλα, ῥοδάκινα, περσικά, δαμασκηνά.

Oratio pro offerentibus fructum nouum.

Gratias tibi agimus Domine Deus, & fructuum quos ad maturitatem verbo tuo deductos varie enatos, in lætitiam & cibum hominibus & omni animali in orbe vniuerso percipiendos nobis dedisti, primitias offerimus: laudamus te Deus in omnibus quibus nos affecisti bonis, & omnem creaturam fructibus variis donasti, per Filium tuum Iesum Christum Dominum nostrum, per quem est tibi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Hi porro fructus benedicuntur: vuæ, ficus, mala granata, oliuæ, poma, mala Persica, prunæ.

Quia vero non fructus nouos tantum, sed etiam quoscumque alios, vel soluendi voti gratia, vel in gratiarum actionem Deo illorum largitori conuenit offerre: aliam idcirco adiungit M. S. idem orationem, & est.

Oratio pro iis qui fructum seu rem quamuis offerunt.

Fons bonorum, Domine rex, & operum tuorum benefactor, N. & N. oblationes iuxta bonitatem tuam suscipe: penum eorum omni bono adimple, & ab omni tentatione eos & cunctos ipsis coniunctos eripe, & in tua cognitione eos illumina: vt tibi placentes æterna & incorruptibilia bona consequantur. Quia benedictum est nomen tuum Patris, &c.

Εὐχὴ ἐπὶ τῶν καρποφορούντων.

Πηγὴ τῶν ἀγαθῶν, δέσποτα βασιλεῦ, καὶ εὐεργέτα τῶν σῶν ποιημάτων, πρόσδεξαι κατὰ τὴν σὴν ἀγαθότητα τὴν καρποφορίαν τοῦ, δ., καὶ τοῦ, δ., εἰς ὀσμὴν εὐωδίας· καὶ ἐμπλῆσον τὰ ταμεῖα αὐτῶν παντὸς ἀγαθοῦ, καὶ ῥῦσαι αὐτοὺς ἀπὸ παντὸς πειρασμοῦ, μετὰ πάντων τῶν αὐτοῖς προσηκόντων, καὶ φώτισον αὐτοὺς ἐν τῇ γνώσει σου· ἵνα εὐαρεστήσαντές σοι καταξιωθῶσι τῶν αἰωνίων καὶ ἀφθάρτων σου ἀγαθῶν, ὅτι ηὐλόγηται τὸ ὄνομά σου τοῦ πατρὸς.

Non desunt tamen etiam inter Græcos Monachi, qui orationem hanc pro villicis Ecclesiæ, vel Monasterio fruges debitas soluentibus, recitari asserant, vel pro iis qui munere quocumque Ecclesiam ditare conantur.

IN ORATIONEM PRO IIS QVI FRVGVM PRIMITIAS offerunt. Notæ.

1 Ἐπὶ τῶν προσφερόντων ἀπαρχάς.] Iidem sunt illi ac καρποφοροῦντες, pro quibus Ecclesia orat ἐν εἰρηνικοῖς, (de quibus index Onomastici V. καρποφοροῦντες) inquit Matthæus Blastares, στοιχείῳ κ. περὶ καρποφορίας τῆς εἰς τοὺς θείους ναούς. Frugum autem & animalium primitias, & decimas sacerdotibus decerni, atque ita Deo præsentari Apostolicæ Constitutiones apud Clementem lib. 2 cap. 25. & 7. cap. 30. iubent. Ni factum ita fuerit, furti transgressores condemnat Concilium Hispalense Can. 11. ἐπὶ τῇ θυσίᾳ tamen, in morem hostiæ, vel super ea, quasi accessorium eius vel appendicem, quidquam offerri religiose & seuere tertius Canon Apostolicus vetat: πλὴν νέων χίδρων ἢ σταφυλῆς τῷ καιρῷ τῷ δέοντι· πλὴν οὐχ ὡς θυσίας ταῦτα προσφέρεσθαι, ἀλλ' ὡς ἀπαρχὰς ὡραίων καρπῶν: *præter nouas fruges vel botros, suo tempore: verumtamen non vt Sacrificia isthæc offerri, sed vt primitias tempestiuorum præcociumque fructuum*: ait Zonaras: & vt addit Balsamon. ἵνα λαμβάνοντες αὐτὰ ὑπὸ τῶν χειρῶν τῶν ἱερέων μετ' εὐλογίας εὐχαριστίαν τῷ Θεῷ ἀναπέμπωμεν τῷ οἰκονομήσαντι τὰ πρὸς ζωάρκειαν καὶ θεραπείαν ἡμῶν. διὰ γὰρ τοῦτο ὡς ἔοικε καὶ σταφυλὰς ὁ Πατριάρχης προσφέρει ἐν τῷ θείῳ θυσιαστηρίῳ τοῦ θείου ναοῦ τῶν Βλαχερνῶν μετὰ τὴν ἱεροτελεστίαν, κατὰ τὴν ἑορτὴν τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. *Vt ea ex manibus Sacerdotis cum benedictionibus accipientes, Deo gratias agamus, qui ea nobis suppeditat, quæ ad victum nostrum & sustentationem sufficiunt. Et ideo, vt est verisimile, Patriarcha quoque vuas offerunt in sancto altari sacræ ædis Blachernarum, peracto sacro, in festo dormitionis Sanctissimæ Deiparæ.* De quocumque autem fructu quartus Canon sancit. ἡ ἄλλη πᾶσα ὀπώρα εἰς οἶκον ἀποστελλέσθω ἀπαρχὴ τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις· ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ θυσιαστήριον. *Aliorum decimæ, primitiæue fructuum omnium, in domum mittantur Episcopo, ac Presbyteris: & non super altare.* Priorem legem, cultu religioso etiamnum hodie Græci obseruant: sexto enim Augusti ficus & βότρυν ἀπωρανῆ *præcocem vuam*, in altaribus maxime Monasteriorum benedicunt, & liturgicis sacris ad finem perductis, in vestibulo Ecclesiæ fructus benedictos, modico vini haustu addito, distribuunt: posteriorem autem infringunt vbi fructus alios in variis nuper lectionibus indicatos, in Ecclesia, benedictione sacrant: & in vsum offerentium, modico ex iis delibato, restituunt. Græcum porrò benedicendorum primo maturescentium fructuum ritum, recens ac antiquus simul Latinus approbat: de nouo enim vt taceam, vetus est Oratio in D. Gregorij Sacramentario his concepta verbis. *Domine, qui cælum & terram, & omnia creasti, te supplices quæsumus vt hunc fructum nouum benedicere & sanctificare digneris, & multiplicare abundanter offerentibus tibi: vt repleas eorum cellaria, cum fortitudine frumenti & vini: vt lætantes in eis referant tibi Deo omnipotenti laudes & gratias.* Morem porrò primarum fructus hoc pacto benedicendi Baronius anno 28[illegible] numero 15. Eutychiano Pontifici ascribit, vt quas à malo principio productas asserebant Manichæi, Ecclesia sua benedictione bonas esse confirmaret: Verum non nisi Paulus Apostolus huius instituti author habendus; qui nihil esse reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur, scripsit 1. ad Tim. cap. 4. sanctificatur enim per Verbum Dei & Orationem, id est vt Chrysostom. ait, purificatur per signi crucis virtute & Ecclesiæ inuocationem: vnde Iulianus non minus veritatis, quam fidei desertor, arguitur, scribens primitias frugum offerendi opus sibi Christianos à Paganis transsumpsisse.

a ΕΥΧΗ ΕΠΙ ἅλωνα.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ἡ πηγὴ τῶν ἀγαθῶν, ὁ κελεύσας τῇ γῇ ἐξενεγκεῖν καρπὸν διὰ τὴν σὴν εὐσπλαγχνίαν καὶ ἀγαθότητα, εὐλόγησον καὶ πλήθυνον καὶ τὴν ἅλωνα ταύτην, καὶ τὴν καρποφορίαν τῶν δούλων σου, ἔμπλησον τὰ ταμεῖα αὐτῶν παντὸς ἀγαθοῦ καρποῦ, σίτου, οἴνου, καὶ ἐλαίου· καὶ φύλαξον αὐτοὺς ἀπὸ παντὸς πειρασμοῦ μετὰ πάντων τῶν προσόντων αὐτοῖς· καὶ φώτισον αὐτοὺς ἐν ἐπιγνώσει σου· ἵνα εὐάρεστοί σοι γενόμενοι καταξιωθῶσι τῶν αἰωνίων σου ἀγαθῶν. Ὅτι ηὐλόγηταί σου τὸ ὄνομα, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

ORATIO SVPER area.

Domine Deus noſter, fons bonorum, qui per clementiam & bonitatem tuam ſuos fructus producere terram iuſſiſti, benedic & multiplica aream iſtam & vbertatem ſeruorum tuorum, cellas eorum reple omni bono fructu, vino, & oleo: & ab omni moleſtia, illos & quoſcumque ad eos ſpectantes, cuſtodi: in agnitione tua illos illumina, vt tibi bene placentes æternis bonis digni inueniantur. Quia benedictum eſt nomen tuum, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum. Amen.

VARIÆ LECTIONES.

a Εὐχὴ ἐπὶ τὴν ἅλωνα.] Titulum hunc nulla præfert Oratio in MS. à me viſis; ſequentem profe-runt Cryptoferr. & Barberinum.

Εὐχὴ ἐπὶ θέρους.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ διὰ πολλὴν σου εὐσπλαγχνίαν ἀγαγὼν ἡμᾶς εἰς τὸν καιρὸν τοῦτον, καὶ εὐλογήσας τὸν κύκλον τοῦ ἐνιαυτοῦ, καὶ στεφανώσας αὐτὸν τῇ καρποφορίᾳ, ὁ κελεύσας τὴν γῆν διὰ τὴν μεγάλην σου ἀνεξικακίαν ἐξενεγκεῖν ἡμῖν καρπὸν εἰς διατροφήν· σὺ κύριε προσκυνητὲ παράσχου τοῖς δούλοις σου τὴν μετάληψιν τῶν πρώτων γεννημάτων εἰρηνικὴν, καὶ τὴν παρακομιδὴν τοῦ θέρους μεθ' ὑγείας καὶ ὁμονοίας γενέσθαι, καὶ πᾶσαν εὐθυνίαν παντοίων ἀγαθῶν δώρησαι ἡμῖν. Σὺ γὰρ εἶ ὁ χορηγὸς τῶν ἀγαθῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι.

Oratio in Meſſe.

Domine Deus noſter, qui propter plurimam tuam clementiam ad præſens tempus nos deduxiſti, & anni circulo benedixiſti, quem & fructuum abundantia coronaſti, qui propter magnam tuam bonitatē terram nobis fructum in cibum iuſſiſti proferre: tu Domine adorande, primorum geniminum pacificam delibationem, & meſſis deportationem cum ſalute & concordia perfici concede, & omnium bonorum nobis copiam præbe. Tu enim es bonorum dator, & tibi gloriam referimus: Patri, & Filio, & ſancto Spiritui.

Hanc eandem Orationem habet Allatianum MS. ſed ab ea modice variantem, in titulo namque ſcribit: Εὐχὴ ἐπὶ θέρους κοινοῦ, καὶ καλαμίου. Meſſis autem communis, frumenti eſt; voce vero καλαμίου granum quodcumque in culmis enaſcens, quale eſt auena, hordeum, & eiuſmodi meſſoria falce decerpenda, intelligerem: καλάμιον enim, *arundinetum*, etiam zuccharinum nullus interpretabitur, qui arundineti frumentique communem non eſſe meſſem, nec ideo communem vtriuſque Orationem, putarit. In ipſo porro Orationis textu, vbi hic legimus, διὰ τὴν μεγάλην σου ἀνεξικακίαν: Allatianum ſcribit, διὰ τὴν μεγάλην σου φιλανθρωπίαν καὶ ἀγαθότητα. Et tandem vbi hic habemus μετάληψιν τῶν πρώτων γεννημάτων: habet illud, μετάληψιν τῶν γεννημάτων τοῦ καλαμίου τούτου, quæ verba ſenſum καλαμίου nuper prolatum confirmant: quaſi culmos granorum è terra natos, quam eorum meſſem, παρακομιδὴν τοῦ θέρους, prius Eccleſia conſideraret.

IN ORATIONEM SVPER AREA NOTÆ.

1 Εὐχὴ ἐπὶ ἅλωνος.] Mentem Ecclesiæ in Area benedicenda vbertim exprimunt tum Græcæ, tum paris Latinæ Orationis verba quæ in antiquo Grimoldi sacramentario legitur. *Multiplica Domine super nos misericordiam tuam, & preces nostras propitius exaudire dignare: & sicut exaudisti famulum tuum regem Dauid, qui te in Area hostias offerendo placauit, ita veniam quæsumus super hanc aream speratæ benedictionis vbertas, vt repleti frugibus tuis, de tua semper misericordia gloriemur.*

ORATIO COLYBORUM siue leguminum decoctorum.

Domine qui cuncta verbo tuo ad perfectionem adducis, & in vsum cibosque nostros, varios fructus terram producere iubes: qui solis leguminibus enutritos tres pueros & Danielē, mollius in Babylone educatis fortiores ostendisti: ipse optime rex, etiā semina hæc cum variis adiunctis fructibus benedic, & omnes ex eis degustantes sanctifica. Quia in gloriam tuam, & in laudem sancti N. oblata sunt hæc à seruis tuis, & in memoriam fidelium defunctorum: præbe etiam præparantibus hæc, & commemorationem agentibus cuncta ad salutem postulata, & æternorum bonorum tuorum fruitionem. Intercessionibus intemeratæ dominæ nostræ Deiparæ & semper Virginis Mariæ, sancti N. cuius memoriam celebramus, & omnium sanctorum tuorum. Quia tu benedicis & sanctificas omnia Deus noster, & tibi gloriam referimus, principio experti Patri, cum vnigenito Filio tuo, & sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

a 1 ΕΥΧΗ ΤΩΝ κολύβων.

Ὁ Πάντα πλεσφορήσας τῷ λόγῳ σου κύριε, καὶ κελεύσας τῇ γῇ παντοδαποὺς b ἐκφύειν καρποὺς c εἰς ἀπόλαυσιν καὶ τροφὴν ἡμετέραν· ὁ τοῖς σπέρμασι d τοὺς τρεῖς παῖδας καὶ Δανιὴλ, τῶν ἐν Βαβυλῶνι ἀβροδιαίτων λαμπροτέρους ἀναδείξας· αὐτὸς παντάγαθε βασιλεῦ, καὶ τὰ σπέρματα ταῦτα, e σὺν ὁ τοῖς διαφόροις καρποῖς εὐλόγησον, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν μεταλαμβάνοντας ἁγίασον. Ὅτι εἰς δόξαν σὴν, καὶ εἰς τιμὴν τοῦ ἁγίου, τοῦδε, ταῦτα προετέθησαν παρὰ τῶν σῶν δούλων, f καὶ εἰς μνημόσυνον τῶν ἐν εὐσεβείᾳ πίστει πλαγιασθέντων. παράσχου δὲ ἀγαθὲ τοῖς εὐτρεπίσασι ταῦτα καὶ τὴν μνήμην ἐπιτελοῦσι πάντα τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτήματα, καὶ τῶν αἰωνίων σου ἀγαθῶν τὴν ἀπόλαυσιν. g πρεσβείαις τῆς παναχράντου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, τοῦ ἁγίου, τοῦδε, οὗ καὶ τὴν μνήμην ἐπιτελοῦμεν, καὶ πάντων σου τῶν ἁγίων. Ὅτι σὺ εἶ ὁ εὐλογῶν καὶ ἁγιάζων τὰ σύμπαντα ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν τῷ ἀνάρχῳ πατρὶ, σὺν τῷ μονογενεῖ σου υἱῷ, καὶ τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

VARIÆ LECTIONES.

a Εὐχὴ τῶν κολύβων.] Scribit Cryptoferratensis codex M.S. εὐχὴ ἐπὶ κολύβοις μνήμης ἁγίου, nec temere. Cum enim Colyba, tum in sanctorum festis tum in defunctorum commemorationibus in Ecclesia offerantur: habet dictus codex diuersas pro illis, variis diebus offerendis Orationes; quas in vnam solam contrahunt edita hæc exemplaria, quæ & in sancti alicuius honorem simul & in mortuorum subsidium, illa quandoque præsentari & benedici commonstrāt. Barberinum vero M S. titulum habet, εὐχὴ εἰς κούκια ἅγιον. κούκιον autem (cum alias κόκκον aut κόκκιον correctius scriberetur) apud corruptæ linguæ Græcos *faba* est, aut *granum* quodcumque, ac propterea in eiusdem M S. calce, oratio alia est vetustate obliterata, cui in frōte titulus præfixus est: εὐχὴ τῶν κολύβων, ἤγουν τῶν κουκουδίων, *Colyborum*, *id est granorum Oratio*. Colyba enim κουκούδιον, *granorum* collectio est, in sancti vel defuncti memoriam oblatā.

b Ἐκφύειν.] Cryptoferratense M S. ἐκφέρειν.

c Εἰς ἀπόλαυσιν καὶ τροφὴν.] Cryptof. εἰς τροφὴν ἡμετέραν καὶ εὐφροσύνην.

d Τοὺς τρεῖς παῖδας.] Cryptof. τοὺς ἐν Βαβυλῶνι παῖδας λαμπροτέρους ἀποφήνας τῶν ἁβροδιαίτων.

e Σὺν τοῖς διαφόροις καρποῖς.] Desunt hæc in Cryptoferr.

f Καὶ εἰς μνημόσυνον, &c.] Desunt etiam hæc, ob rationem nuper assignatam; sicut & alia hæc, καὶ τὴν μνήμην ἐπιτελοῦσι.

g Πρεσβείαις τῆς παναχράντου.] Horum vice subdit Cryptof. codex: ὅπως καὶ αὐτοὶ σὺν ἡμῖν δοξάσωσι τὸ πανάγιόν σου ὄνομα. Ἐκφων. Ὅτι σὺ εἶ ὁ εὐλογῶν, &c.

Huic autem orationi plura addit M. S. Allatianum, hoc pacto.

Εὐλογητὸς εἶ δέσποτα κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς καὶ τῆς ἀφθαρσίας, ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, ἡ ἄβυσσος τῶν χαρισμάτων, ἡ παντουργικὴ δύναμις, ἡ αὐτοαγαθότης, ὁ πάντα τελεσφορήσας τῷ θείῳ καὶ παντοκρατορικῷ λόγῳ σου κύριε, καὶ κελεύσας τῇ γῇ παντοδαποὺς ἐκφύειν καρποὺς, εἰς τὴν ἀπόλαυσιν καὶ τροφὴν ἡμετέραν. ὁ τοὺς ἀοιδίμους τοὺς ἐν Βαβυλῶνι πανσέπτους καὶ ἀοιδίμους σου παῖδας, καὶ τὸν προφητικώτατον Δανιὴλ λαμπροτέρους τῶν ἁβροδιαίτων ἀποφήνας· αὐτὸς παναγαθὲ βασιλεῦ, καὶ τὰ σπέρματα ταῦτα σὺν τοῖς διαφόροις καρποῖς τῆς γῆς σου εὐλόγησον, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν μεταλαμβάνοντας ἁγίασον. ὅτι εἰς τὴν δόξαν τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς τὴν μνήμην τοῦ ἁγίου ὁ, ταῦτα πάντα προσετέθηκαν, καὶ εἰς μνημόσυνον τῶν ἐν εὐλαβείᾳ καὶ πόθῳ τελειωσάντων. Παράσχου δὲ ἀγαθὲ κύριε ἡμῖν τε, καὶ τοῖς εὐτρεπίσασι ταῦτα, πάντα πρὸς σωτηρίαν αἰτήματα, καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν τὴν ἀπόλαυσιν. σοὶ γὰρ τῷ μόνῳ ἀγαθῷ, καὶ φιλανθρώπῳ, καὶ ἀληθινῷ θεῷ ἡμῶν, ἡμεῖς οἱ ἁμαρτωλοὶ καὶ ἀνάξιοι δοῦλοί σου, οἱ ἐμπλησθέντες τῶν ἀμετρήτων καὶ ἀνεκδιηγήτων σου δωρεῶν τὴν εὐχαριστίαν προσάγοντες, ἱκετεύομεν ὁλοκαρδίως τὴν σὴν ἀγαθότητα, ἔπιδε κύριε ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τὸν, ὁ, τὸν τὴν ἱερὰν ταύτην θυσίαν, διὰ τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον συγκροτήσαντα, καὶ εὐωχήσαντα ἡμᾶς καὶ πρόσδεξαι ταῦτα ὡς τὰ δῶρα τοῦ Ἄβελ, ὡς τὴν φιλοξενίαν τοῦ Ἀβραὰμ. ὡς τὴν θυσίαν τοῦ Μελχισεδὲκ, καὶ ὡς τὴν δικαιοσύνην τοῦ Νῶε, καὶ ὡς τῶν ἁγίων σου πατριαρχῶν Ἀβραὰμ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ· καὶ ἀντιλαβοῦ ταύτην εἰς ἅγιον, καὶ ἐπουράνιον, καὶ νοερόν σου θυσιαστήριον· καὶ δὸς κύριε τῷ οἴκῳ τούτῳ ἀπαλλοτρίωσιν παθῶν πολυτρόπων, ἀπαλλαγὴν τῆς παντοίας αἰσθητῆς τε καὶ νοητῆς τοῦ ἀντικειμένου ἐπιβουλῆς, ἔμπλησον αὐτὸν ἀπὸ σίτου, οἴνου, καὶ ἐλαίου, καὶ ἀπὸ πάντων ἀγαθῶν· τὸν δὲ ἐν αὐτῷ κατοικοῦντα δοῦλόν σου τὸν ὁ, σὺν παντὶ γένει καὶ μέρει, ἀβλαβῆ φύλαξε ἀφ' ἁμαρτιῶν, αὐτῷ βράβευσον εἰρήνην, καὶ μακροημερίαν αὐτῷ χάρισαι. εὐλόγησον αὐτοῦ εἰσόδους καὶ ἐξόδους, ἔμπλησον ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ ἄνωθεν, καὶ ἀπὸ τῆς πιότητος τῆς γῆς κάτωθεν, καὶ ἐν τοῖς περισσεύμασι τῆς τραπέζης ταύτης πρυτάνευσον, τοὺς κεκλημένους φιλοχρίστους, καὶ τέκνα ἡμῶν πρωτοϊερεῖς, ἱερεῖς, ἱερομονάχους, καὶ εὐλαβεστάτους διακόνους, καὶ τὸν λοιπὸν πάντα λαὸν τὸν συγκαθισθέντα ἐν ταύτῃ τῇ εὐωχίᾳ εἰς δόξαν σου, καὶ εἰς τὴν τιμὴν τῶν ἁγίων σου, ἐκ πάσης ἐπηρείας αἰσθητῆς τε, καὶ νοητῆς κραταιᾷ σου χειρὶ διαφύλαξε, καὶ ἡμᾶς πάντας ἐλέησον. Πρεσβείαις τῆς ἀσπόρως καὶ ὑπερφυῶς, ὑπὲρ νοῦν τε καὶ λόγον ἀποτεξάσης σε, ἀχράντου, ἀσπίλου, ἀμώμου, ὑπερευλογημένης, ἁγνῆς δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας· δυνάμει τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ, &c.

Benedictus es Dominator Domine Iesu Christe, Deus patrum nostrorum, vitæ & incorruptionis origo, qui solus habes immortalitatem, lumen habitans inaccessum, abyssus gratiarum, omnia operans potentia, tui ipsius bonitas, qui omnipotenti tuo verbo cuncta ad perfectum adducis, & omnis generis fructus in vsum & cibum nostrum terram proferre iussisti: qui honoratos & celebres pueros Danielemque sublimi prophetia dotatum laute viuentibus venustiores, seminibus reddidisti: ipse Rex optime semina hæc cum variis terræ tuæ frugibus benedic, & cunctos ex illis aliquid delibantes sanctifica. Quia in gloriam Domini & Dei nostri Iesu Christi, & in memoriam sancti N. & in commemorationem eorum qui cum pietate relicto sui desiderio defuncti sunt, cuncta obtulerunt. Nobis itaque & iis qui ista præparauerunt, postulata cuncta saluti conducentia, & bonorum æternorum fruitionem ô bone concede. Tibi enim soli bono, & humano, & vero Deo nostro, peccatores nos & indigni serui tui immensis & inenarrabilibus tuis bonis cumulati gratias agimus, & bonitatem tuam ex integro corde rogamus: respice super seruum tuum N. sacram hanc hostiam propter nomen tuum coaceruantem, & nos conuiuio excipientem. Suscipe illa velut Abel dona, Abrahæ hospitalitatem, Melchisedech hostiam, Noé iustitiam, & sanctorum tuorum Patriarcharum Abraham Isaac & Iacob: & iube perferri in sanctum & supercœleste & intellectuale altare. Concede Domine huic domui malorum omnis generis exemptionem, & ab omnibus sensibilibus & intellectualibus aduersarij insidiis securitatem: frumento, vino, oleo, & omnibus bonis illam reple: seruum vero tuum N. in ea habitantem cum omni familia & affinitate illæsum præserua: pacem illi confer, & annorum diuturnitatem. Ingressus exitusque eius benedic: de rore cœli desuper, & de terræ pinguedine terræ deorsum illum cumula, in mensæ huius reliquiis dominatum manifesta (*superiorum enim est cibi reliquias benedicere*) Christum amantes inuitatos filiosque nostros Archipresbyteros, Sacerdotes, Monachos quoque Sacerdotes, & piissimos Diaconos reliquumque ad gloriam tuam & sanctorum tuorum honorem in hoc conuiuio considentem populum ab omni molestia sensus vel spiritus potenti tua manu conserua. Intercessionibus eius quæ te sine semine, supra naturam, super intellectum cogitationemque genuit, immaculatæ, illibatæ, intactæ, super omnes benedictæ, purissimæ dominæ nostræ Deiparæ, & semper Virginis Mariæ: virtute pretiosæ & viuificæ crucis, &c.

At cum Crytoferrat M. S. pro Colybis in mortui alicuius die annuo offerendis & benedicendis, ſeparatam orationem ponat: operæ pretium eam hic adiungere.

Oratio ſuper defunctorum Colybis.

DOmine Deus noſter, omnium te inuocantium, & ſanctiſſimum nomen tuum agnoſcentium ſpes, ſemina in memoriam defuncti ſerui tui N. in templo ſancto tuo oblata benedic: & eum propter quem illa ſunt oblata in ſinibus Abraham, & in lætantium regione, remiſſione, & delictorum venia illi conceſſa habitare concede. Fiat Domine, qui humanam infirmitatem & eius lubricam ad malum facilitatem noſti, ne intres in iudicium cum eo qui in fide & ſpe ad te migrauit: da nobis quoque in ſanctitate mandata tua adimplere, & eis qui poſt huius defuncti obitum iuſta perſoluunt, mercedem condigne repende. *Exclam.* Quia tu es defunctorum requies, & tibi gloriam.

Εὐχὴ ἐπὶ κολύβοις κοιμηθέντων.

ΚΥριε ὁ θεός ἡμῶν, ἐλπὶς πάντων ἐπικεκλημένων σε, καὶ ἐπεγνωκότων σου τὸ πανάγιον ὄνομα, τὰ εἰς μνήμην ἀναπαυσαμένου δούλου σου, ὃ, ἐν τῷ ἁγίῳ ναῷ σου προστεθέντα σπέρματα εὐλόγησον, καὶ τὸν δι᾽ ὃν ταῦτα προσηνέχθησαν ἐν κόλποις Ἀβραάμ, καὶ ἐν τῇ χώρᾳ τρυφώντων κατασκήνωσον, ἄφεσιν αὐτῷ καὶ τῶν ἐπταισμένων συγχώρησιν παρεχόμενος. ναὶ δέσποτα, ὁ τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν εἰδώς, καὶ τὸ ταύτης εὐόλισθον, μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ ἐν πίστει εἰς σὲ, καὶ ἐλπίδι μεταφοιτήσαντος· δίδου καὶ ἡμῖν ἐκτελεῖν ἐν ἁγιωσύνῃ τὰς ἐντολάς σου, καὶ τοῖς τὴν αὐτοῦ κοίμησιν ἐκτελοῦσι τὰς ἀξίως τῆς προαιρέσεως ἀμειβόμενος.
Ἐκφων. Ὅτι σὺ εἶ τῶν κεκοιμημένων ἀνάπαυσις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν.

Solent etiam Græci non Coliba tantum, ſed & carnes, & panem, & vinum, ab Eccleſia benedicta, pauperibus ſancti alicuius redeunte die ſacro elargiri: quorum hæc eſt Oratio.

Oratio in ſancti memoria, per carnium, vini, panis, & Colyborum largitionem.

CHiſte Deus noſter, qui Abrahæ hoſtiam benedixiſti, & Eliæ holocauſta ſuſcepiſti, qui tuis beneficiis vicem animi noſtri propoſito rependis, imo & ampliorem quam bona quæcumque opera noſtra mereantur retribuis mercedem: iſta in ſanctorum tuorum honorem & in pauperes diſtribuenda, tibique oblata benedic: hæc inquam offerentium genimina, velut Abel hoſtiam multiplica: ouilia & armenta illorum ſemper fœta, boueſque illorum pingues in tua bonitate redde: illiſque animæ ſalutem eo quod populi tui pauperum recordati ſunt in iuſto tuo iudicio retribue: vt cuncti quod ſibi ſatis eſt aſſecuti in omne bonum & tibi placitum opus abundent, glorificantes ſanctiſſimum nomen tuum Patris &c.

Εὐχὴ ἐπὶ μνήμῃ τοῦ ἁγίου διαδόσεως κρεῶν, οἴνου, ἄρτου, καὶ κολύβων.

Ο Εὐλογήσας τὴν θυσίαν τοῦ Ἀβραὰμ Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ προσδεξάμενος τοῦ Ἡλίου τὰς ὁλοκαρπώσεις, ὁ τῇ προθέσει ἡμῶν ἀντιμετρῶν τὰς εὐεργεσίας σου, μᾶλλον δὲ πλείους τὰς ἀμοιβὰς τῶν εὐτελῶν ἡμῶν ἀγαθοεργιῶν παρεχόμενος· εὐλόγησον ταῦτα τὰ εἰς τιμὴν τῶν ἁγίων σου προσαχθέντα, καὶ εἰς πενήτων διανομὴν προσενηνεγμένα, ταῦτα ὡς τὴν τοῦ Ἄβελ θυσίαν πλήθυνον, τὰ γεννήματα τῶν προσενηνοχότων καὶ τὰ ποίμνια αὐτῶν καὶ βουκόλια πολύτοκα, καὶ τοὺς βόας παχεῖς ἐν τῇ σῇ ἀγαθότητι ποίησον. καὶ αὐτοῖς σωτηρίαν ψυχῆς ἀνθ᾽ ὧν μέμνηνται τῶν πτωχῶν τοῦ λαοῦ σου ἐν τῇ δικαιοκρισίᾳ σου δώρησαι. ἵνα πάντες αὐτάρκειαν ἔχοντες εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν, καὶ σοὶ εὐάρεστον περισσεύσωσι, δοξάζοντες τὸ πανάγιον ὄνομά σου, τοῦ πατρὸς.

IN COLYBORVM ORATIONEM NOTÆ.

1 **E**Ὑχὴ τ̃ κολύϐων.] Excoquunt quandoque leuiter fru(m)entum Græci, lacibusque aceruatim impositum, frugibus variis, pisis puta, tusis auellanis, cortice nudatis amygdalis, nucibus minutim sectis, Corinthiacæ vuæ, & malogranatorum granis in distinctas petroselini foliis velut radiis areolas & figuras, ordinatis respergunt: aceruumque huiusmodi præfata arte elaboratum κόλυϐα vocant: quæ quidem, vel in sancti alicuius honorem, vel in defunctorum animarũ memoriam, aut cum instante magnæ quadragesimæ initio communes suas, pro mortuorum animabus preces renouant, propinquorum sepulchris imposita, in Sacerdotis & ministrorum vsus postmodum cessura solent offerre. Religiosum hunc morem commendat Athanasij apud Balsamonem in Can. 4. Apost. authoritas. ὅπως δὲ τὰ ἐπὶ ταῖς μνήμαις τ̃ ἁγίων ϗ τ̃ κατοιχομένων προσφερόμενα ϗ κοινίσκια λεγόμενα, διὰ πολυειδῶν ὀπωρῶν κοσμούμενα, τῷ θυσιαστηρίῳ προσφέρονται, μαθήσῃ ἀπὸ τ̃ εἰς τοὺς κεκοιμημένους λόγου τ̃ μεγάλου Ἀθανασίου. *Quomodo autem quæ in memorijs sanctorum & mortuorum offeruntur, & κοινίσκια*, (sic dona amicis oblata, quamuis pretiosa, humilitatis gratia, quasi *communia* quædam, nuncupant: etsi forsan κανίσκια *à canistro*, in quo deferuntur dicenda forent) *appellantur omni genere fructuum ornata ad altare offerantur, disces ex oratione magni Athanasii, de ijs qui dormierunt.* Interim, dum à nobis hæc Athanasij oratio desideratur, consuetudinis κολύϐων ortum refert Nectarius, Synaxarii Græci author, & eo recentior Nicephorus Callistus lib. 10. cap. 12. Cum nimirum imperante Iuliano fidei desertore, nulli panes, nulla edulia, nulli fructus in foro vænales per Orientem exponerentur, qui non prius vel sacrificiorum vetitorum sanguine, vel cultu prophano lustrarentur, vt à Christianis superstitiosi cultus ignaris coempti deinceps comederentur: Theodorus Martyr Tyro dictus, per visum Euzoïam Euchaitarum Episcopum admonuit: vt populum à cibis nefandis sibi comparandis arceret, vtque eius necessitati famique prouideretur, frumentum & legumina in cibum, panis aliorumque eduliorum vice, excoqui iuberet. Frumentum vero illud coctum, quo deinceps vitam sustentabant Christiani, ἃ Εὐχαΐταις Κόλυϐα εἰώθασι λέγειν, *apud Euchaïtas Colyba vocare consueuerunt.* Et tandem id quo viuentium necessitati Theodoro monitore, quadragesimæ tempore, primum est consultum, non illaudanda pietate, religiosius in defunctorum memoriam & subsidium cessit. τοῦτο δὲ ἐκέλευε Θεόδωρος κτ̀ τὴν μεγάλην τῆς νηστείας ἡμέραν· ὃ δὴ ϗ ἐξ ἐκείνου ἡ ἐκκλησία τὴν μνήμην ἀνανεουμένη τ̃ πεπραγμένου εἰς δεῦρο προφήτει πανηγυρίζουσα. *Hæc quidem iussit Theodorus iuxta magnam ieiunij quadragesimalis diem, quod ex eo tempore ad hanc vsque diem, eius facti memoriam refricans, & conuentum agens Ecclesia iugiter obseruauit.* Hæc Nicephorus. Synaxarion vero de Theodoro Martyre 17 Feb. scribit. τελεῖται ἡ αὐτ̃ σύναξις ἐν τῷ σαϐϐάτῳ τῆς πρώτης τῶν νηστειῶν ἑϐδομάδος, ὅτε ϗ τὸ θαῦμα γέγονε παρ' αὐτ̃ τ̃ κολύϐων, ῥυσαμένου τὸν ὀρθόδοξον λαὸν ἐκ τῆς μεμιασμένης βρώσεως τ̃ εἰδωλοθύτων. *Eius memoria recolitur Sabbato prima ieiuniorum hebdomadis quando ab eo Colyborum miraculum est editum, & fidelem populum à contaminato Idolothytorum cibo liberauit.* Quod porrò dicunt Græci, superinspersa Colybis εἴδωματα sanctorum vel mortuorum virtutes repræsentare, leuis est momenti, ita vt quod ad ornatum vel oris gustum apponitur, religiosius ipsi ad virtutes referendas sine authoritate transferant. Satius multo est laudatam Christianorum antiquorum contemplari consuetudinem, iuxta quam panes, dapes, vinum, defunctorum sepulchris apposita commemorat Augustinus contra Faustum: non vt Manes eorum, ita Manichæis falso insimulantibus, placarentur; sed vt pauperes vel Ecclesiæ ministri, illis recreati, ad preces pro mortuis fundendas mouerentur: eandemque vsque hodie tanto cultu à Græcis obseruatam videmus, vt Colybis in pauperes & Ecclesiæ quoscumque ministros dispergendis, lautioribusque iisdem, conuiuiis præparatis Ecclesia ipsa, benedictionum & orationum suarum suffragia non deneget, vt quæ charitatis exercendæ gratia, in sanctorum honorem, & animarum leuandarum finem instaurata sunt, non nisi religiose in Ecclesia offerri, vt legere est apud Busbequium epist. 1. & depasci oporteat. Percurre, Lector, amabo secundam & quartam ex orationibus lectionum varietati interiectis, & præter sanctorum cultum mortuis opem præstitam in reficiendis pauperibus & sacris viris curam adhibitam; etiam verba hæc, vt Deus ἐν περισσεύμασι τῆς τραπέζης πρυτανεύειν dignetur deprecantia, animaduerte. In Monasteriis siquidem *qui Refectorio instaurando præest* τραπεζάρης; non prius quæ supersunt, cibo sumpto, fragmenta panis colligere audet; quam benedictione à superiore obtinendæ prius dicat, εὐλόγησον δέσποτα τὰ περισσεύματα τ̃ κλασμάτων. *Benedic Domine fracti panis reliquias*: Responsumque postmodum audiat. δι' εὐχῶν τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ θεὸς ἡμῶν ἐλέησον ἡμᾶς: pari itaque modestia & sobrietate refectionem condiri postulat oratio, vt Deus ipse, epulo sincerus, & mensæ censor ἐν περισσεύμασι τῆς τραπέζης πρυτανεύειν non auersetur. Et si velis adijciam, quod in austera & parca mensa frequenter factitant Græci Monachi, vt non nisi benedictione à superiore obtenta calicem labris contingant, & superiori se ad primum poculum ebibendum disponenti, confestim assurgant cuncti; & sibiipsis bene precentur hac voce. δι' εὐχῶν τ̃ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν ἐλέησον ἡμᾶς· si vero Præsulem cum eis cibum sumere contigerit, dicant δι' εὐχῶν τ̃ ἁγίου δεσπότου ἡμῶν κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν ἐλέησον ἡμᾶς· & τ̃ δεσπότην ϗ ἀρχιερέα ἡμῶν κύριε φύλαττε εἰς πολλὰ ἔτη: id pariter sæculo obstrictos factitare, constat, eosdem mores, verba eadem vsurpare, vt iuxta orationis sententiam, videatur Deus, cibum, potum, & vtriusque reliquias moderari ἐν περισσεύμασι τῶν κλασμάτων πρυτανεύειν. Nil mirum itaque si cum tãta reuerentia & religione, amicam præsente aliquo Ecclesiæ ministro compotationem ineant, aut Monachi communes cibos sumant: etiam conuiuia à diuitibus viris in sanctorum gloriam aut piam defunctorum recordationem instaurata, pari animi compositione corporisque modestia peragant. Sed nec humilioris fortunæ viri à simili erga mortuos debito se immunes constituunt: panem enim in fragmenta longiora concisum, vinoque tinctum transeunti cuilibet & degustare non detrectanti offerunt, vt eo sumpto repensam Orationis vicem

mortuis parentibus suis accipiant, desiderata hac voce audita: ὁ θεὸς μακαρίση τοὺς hoc est αὐτοὺς *beatos illos Deus faciat*. Panemque ita oblatum ψυχόπιτον appellant quasi *placentam animarum nomine oraturis*, pro eis, oblatam. De Colybis & defunctorum in Græca Ecclesia habenda memoria, plura Matthæus Blastares propediem lucem aspecturus in Nomocanone verbo παρασκευή.

ORATIO SVPER Pœnitentiam agentibus, & seipsos iuramento astringentibus.

Dominator Domine Deus noster, Vnigenite Fili, & Verbum Patris, qui cuncta peccatorum nostrorum vincula tua passione dirupisti, & in facies Apostolorum tuorum insufflasti, dicens: Accipite Spiritum sanctum: quorum dimiseritis peccata, dimittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Tu Domine per sanctos Apostolos tuos Sacerdotibus pro tempore in Ecclesia tua sancta repertis dimittendi peccata, & ligandi atque soluendi omne vinculum iniquitatis, facultatem concessisti. Rogamus itaque nunc pro fratre nostro N coram te astante, solutis eius vinculis tuam misericordiam impende, & si quid ex inscitia, aut ex inaduertentia protulit, aut pre animi fragilitate commisit, tu qui humanam nosti infirmitatem, vt humanus & bonus Dominus, omnia sponte, vel voluntate obluctante, ab eo delicta perpetrata remitte. Quia tu compeditorum misereris, & confractos erigis, desperatorum fiducia, iacentium requies, existis, & seruum tuum hunc à peccatorum vinculo libera. Quia glorificatum est sanctissimum nomen tuum Patris, & Filij, & Spiritus sancti: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

1 ΕΥΧΗ ΕΠΙ ΤΩΝ ΕΝ ΕΠΙΤΙΜΙΟΙΣ ΟΝΤΩΝ καὶ ἑαυτοὺς ὅρκῳ δεσμούντων.

Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος τοῦ πατρὸς, ὁ πάντα δεσμὸν ἁμαρτίας ἡμῶν τῷ σῷ πάθει διαῤῥήξας, καὶ ἐμφυσήσας εἰς τὰ πρόσωπα τῶν σῶν ἀποστόλων, καὶ εἰπών· λάβετε πνεῦμα ἅγιον, ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς· ἄν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται. σὺ δέσποτα διὰ τῶν ἁγίων σου ἀποστόλων ἐχαρίσω τοῖς κατὰ καιρὸν ἱερουργοῦσιν ἐν τῇ ἁγίᾳ σου ἐκκλησίᾳ ἐπὶ γῆς ἀφιέναι τὰς ἁμαρτίας, καὶ δεσμεῖν καὶ λύειν πάντα σύνδεσμον ἀδικίας. δεόμεθα οὖν καὶ νῦν ὑπὲρ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν, τοῦ δεῖνος, τοῦ παρεστηκότος ἐνώπιόν σου, ἐπιχορήγησον αὐτῷ τὸ σὸν ἔλεος, διαῤῥήξων αὐτοῦ τὸν δεσμὸν τῶν ἁμαρτιῶν, εἴτι ἐν ἀγνωσίᾳ ἢ ὀλιγωρίᾳ ἐλάλησεν; ἢ ὑπὸ μικροψυχίας ἔπραξεν, εἰδὼς τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν, ὡς φιλάνθρωπος καὶ ἀγαθὸς δεσπότης, πάντα τὰ ἑκούσια καὶ τὰ ἀκούσια ἁμαρτήματα συγχώρησον αὐτῷ. Ὅτι σὺ εἶ ὁ ἐλεῶν τοὺς πεπεδημένους, ὁ ἀνορθῶν τοὺς κατεῤῥαγμένους, ἡ ἐλπὶς τῶν ἀπηλπισμένων, ἡ ἀνάπαυσις τῶν πεπτωκότων, καὶ τὸν δοῦλόν σου τοῦτον ἐλευθέρωσον ἀπὸ τοῦ δεσμοῦ τῶν ἁμαρτημάτων. Ὅτι δεδόξασταί σου τὸ πανάγιον ὄνομα, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

IN ORATIONEM PRO IIS QVI IVRAMENTI VINCVLO obstricti pœnis aliquibus seipsos subiecerunt. Notæ.

1 Ευχὴ ἐπὶ τῶν ἐν ἐπιτιμίοις ὄντων.] Censura, pœna, seu pœnitentia, quam secundum Canonum seriem subire tenentur ij quorum crimen Ecclesiasticis illis regulis condemnatur: ἐπιτίμιον & ἐπιτίμια, voce propria & antiqua nuncupata est: *pœnam* illam siue peccati *satisfactionem*, moderni Græci κανόνα, vtpote iuxta Canonum seriem impositam, vocant. Cum vero bene agendi lex, sit humana ratio, illa eadem ductus quilibet, non viuendi tantum modum, sed etiam delicti transgressionisque mulctam sibimetipsi imponere & infligere sponte potest. Hinc ille, si taxillis luserit; centum pauperibus erogare promittit: iste, si prostitutæ limen adierit; longinquam peregrinationem susce-pturum se, vel denique nisi pacem cum inimico composuerit, tridui ieiunium vouet, & ad hæc

præstanda, etiam iusiurandum vel votum quo se obstrictum sentiat, addit. Eleemosyna illa, vt probe conicis, peregrinatio, ieiunium pœnæ sunt, promissi vel iuramenti violati, si minus seruari contigerit: & ἐπιτίμια eorum transgressionem mulctantia. qualia quoque sunt ea, quibus vt vinculo iniquitatis, semet vinciunt illi, qui irati, si vnquam inimico beneficium præstiterint, dæmonis se potestati permittunt, si filio culpam agnoscenti pepercerint, diris se deuouent. Tales itaque ἐν ἐπιτιμίοις εἰσὶ, *spontanei pœnis se subiecerunt*, quas etiam iuramento vel voto addito subituros se, potuerunt prius profiteri: ἑαυτοὺς ὅρκῳ ἐδέσμευον. Cum igitur erronea plurimorum conscientia iusiurando contra ius prolato se astrictam sentiat & asserat; vel finē legitimum adimplere nequiuerit, continuis remorsuum stimulis eam agitari necesse sit: ne iusiurandum huiusmodi vinculum sit iniquitatis, aut intolerandum onus imbecillis animis imponat; illius quidem rigorem dispensatione relaxare, huius vero euanidam, imaginariam, nullam vim esse declarare solet Ecclesia, atque insuper animi cuicumque dubio tollendo vel agitationi sedandæ, Orationem hanc quasi scrupuli cuiuscumque medelam vltimam apponere: atque ita non rogat præsens Oratio, *pro iis qui pœnitentia publica, delictis publice commissis satisfaciunt*, vt quidam minus recte sentiunt, quæ namque est pœnitentiæ publicæ cum iuramento vel voto affinitas, aut cur vna sola Oratione (cum plurimis aliunde abundet Ecclesia Græca) vtriusque vinculum solueretur? Rectius itaque, & vero multo similius dicemus præsentem Orationem pœnam quidem tollere, sed eam tantum ad quam se sponte ex ignorantia vel animi imbecillitate obstrinxit, vtriusque pondus & vim nullatenus expertus. quæ proinde vel Ecclesiæ authoritate, vel saltem eius precibus, vt error omnis auferatur, relaxari debeat. Confirmant sensum hunc ipsius Orationis contextus, quo σύνδεσμον ἀδικίας, *vinculum iniquitatis*, δεσμὸν τῶν ἁμαρτιῶν, *peccati nodum*, tollere se profitetur Ecclesia, eum videlicet, qui iurantis ἀγνοίᾳ ἢ ὀλιγωρίᾳ colligatus est, & quem ὑπὸ μικροψυχίας à se tollere non potuit pœnitens, aut saltem præ *animi imbecillitate*, id est ex conscientia erronea infregit. His tamen attentis, breuiorem multo & forsan verbis magis accommodum sensum huic titulo afferri posse non diffiteor, si Matthæi Blastaris verba in Nomocanone στοιχείῳ ε. περὶ ἐπιορκίας acute inspiciantur. Iusiurandi inconsideratè prolati, inquit ille, ἡ ὑβριστὴς κολάσει μὲν οὐχ ὑπόκειται· μετρίαν δὲ πρὸς τοῦ ἐπισκόπου τὴν ἐπιτιμίαν δέξεται, *infractio nulli pœnæ subiecta est* (ex iure scripto) *moderatam tamen ab Episcopo recipiet pœnam*. Pœnam ergo suscipiet iuramenti vel fracti reus: eaque soluetur, si Episcopus aut Sacerdos pro eo faciat Orationem quæ est ἐπὶ τῶν ἐν ἐπιτιμίοις ὄντων καὶ ἑαυτοὺς ὅρκῳ δεσμούντων. Quoquidem ritu peragatur Gregoras lib. 4. periuri Michaëlis Palæologi pœnitentiam referens, describit: τῷ Ἰωσὴφ πατριάρχῃ τοὺς λογισμοὺς ἐξηγόρευεν ὁ βασιλεὺς Μιχαήλ· διὸ καὶ πρῶτος τὴν ἱερὰν ἐκτετελεκότι μυσταγωγίαν ξὺν τοῖς ἄλλοις ἀρχιερεῦσι προσελθὼν πίπτει πρηνὴς ἐπὶ τῶν προθύρων τοῦ ἱεροῦ βήματος, διαρρήδην ἐπὶ δυσὶν ἁμαρτήμασιν ἐγκαλῶν ἑαυτῷ, τῷ τε τῆς ἐπιορκίας φημὶ, καὶ τῷ τῆς τοῦ υἱοῦ τοῦ βασιλέως τυφλώσεως· καὶ ἐπὶ τούτοις αἰτεῖται συγχώρησιν. πρῶτος μὲν οὖν ὁ πατριάρχης ἐπιστὰς αὐτῷ κειμένῳ συγχωρήσεως ἔγγραφόν τινα διεξήει λόγον· καὶ μετ' αὐτὸν ἕκαστος τῶν ἀρχιερέων κατὰ τὴν ἑκάστῳ προσήκουσαν τάξιν διαδεχόμενοι ἀνεγνώσαν ἅπαντες ἐφεξῆς ἐπ' αὐτῷ τὸν εἰρημένον τῆς συγχωρήσεως λόγον. καὶ οὕτως ἀπῄει χαίρων ὁ βασιλεὺς ὁμοῦ τῇ τοιαύτῃ συγχωρήσει, καὶ θεὸν αὐτὸν εὐμενῆ καὶ ἵλεων αὐτῷ καταστῆναι οἰόμενος. *Ioseph Patriarchæ animi secreta reuelare solitus erat Michael Imperator. Ille hac de causa primum Patriarcha instituto sacrificium cum Pontificibus aliis celebranti, pronus ad sacri Tribunalis limina, duo sua peccata, periurium dico, & filij Imperatoris excæcationem, aperta claraque voce confessus, procidit: sibique veniam donari petit. Primus igitur Patriarcha illi in terra prostrato condonationis ex scripto legit orationem: ac post eum Pontifices reliqui suo quisque ordine successiue eandem indulgentiarum orationem recitarunt. Ita lætus discedit Imperator, tam ob indulgentiam obtentam, quam quod Deum etiam sibi placatum & reconciliatum existimabat.* Alias σταυρωπατῶν vel σταυροπάτης habitus periurus nimirum qui crucem inter iurandum prolatam & tactam, vel signi loco in scriptis contractibus exaratam, vel duobus indicibus in transuersum actis efformatam & osculo in iuramenti præstiti testimonium exceptam, conculcasset ac contempsisset, & communi totius populi odio maledictisque iugiter fuisset impetitus. Vide Ius Græcoromanum pag. 224.

ΕΥΧΗ ΛΕΓΟΜΕΝΗ ΠΡΟ ΤΟΥ ΥΠΝΩΣΑΙ καὶ εἰς ἐνυπνιαζόμενον.

ORATIO DICENDA ANTE SOMNVM, ET in illusionem passum.

α Ι Πολυύμνητε κύριε, ἀκήρατε, ἀμόλυντε, μόνε ἀναμάρτητε, καθαρόν τὸν δοῦλον σου, ἄσπιλον ἀνάδειξον διὰ τῆς χάριτος τοῦ Χριστοῦ ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος· καὶ ἁγίασόν με τῇ ἐπιφοιτήσει τοῦ ἁγίου σου πνεύματος· ἵνα ἀνανήψας ἐκ τῆς ὁμίχλης τῶν ἀκαθάρτων φαντασιῶν τοῦ διαβόλου καὶ

Domine qui solus es laudandus, purus, impollutus, & absque peccato: expurga seruum tuum ab omni carnis & spiritus pollutione, & incoinquinatum per Christi tui gratiam renuncia, & Spiritus tui sancti aduentu me sanctifica: vt post caliginem immundarum cogitationum dia-

boli & omnis tentationis, serenitate mentis recuperata, tempore debito accedere & timenda tremendaque tua mysteria delibare valeam. Quia tu benedicis & sanctificas omnia Christe Deus noster, & tibi gloriam referimus cum Patre, & sancto Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

παντὸς πειρασμοῦ, 2 καταξιωθείην ἐν καιρῷ εὐθέτῳ προσελθεῖν καὶ ἀπογεύσασθαι τῶν φρικτῶν σου καὶ φοβερῶν μυστηρίων. Ὅτι σὺ εἶ ὁ εὐλογῶν καὶ ἁγιάζων τὰ σύμπαντα Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, σὺν τῷ πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

VARIÆ LECTIONES.

a Ἐπὶ τῇ λεγομένῃ πρὸ τοῦ ὑπνῶσαι, καὶ εἰς ἐνυπνιαζόμενον.] Cryptoferratensis Basilij Falascæ codex, sicut & Barberinum S. Marci legunt solummodo, ὅτι ἐνυπνιάζεται ἀδελφός: *Cum frater in somnis passus est pollutionem.*

IN ORATIONEM ANTE SOMNVM, ET IN EVM qui turpi obiecto in somnis delusus est. Notæ.

1 Εἰς ἐνυπνιαζόμενον.] Hæc Oratio paululum aucta, prolixiorque facta, authorem agnoscit Basilium infra titulo citato εἰς ἱερέα ἐνυπνιασθέντα. Dictio vero hæc ἐνυπνιαζόμενος non quemcumque in somnis delusum, sed eum maxime Ecclesia Græca intelligit qui visæ interdiu mulieris phantasmate inter dormiendum obiecto, & libidinem prouocante, voluptuosa venerei humoris eiectione inquinatur, qui & ὀνειρώσσων ab Aristophanis Scholiaste in Nubibus dicitur. Hac illuuie & sordidus, cum propria sententiam ferente conscientia, se sacris percipiendis indignum putet, & immundus à plerisque habeatur; delictum coram Sacerdote confessus, hic prece fusa & animæ salutem & corporis munditiem recuperat.

2 Καταξιωθείην ἐν καιρῷ εὐθέτῳ.] Tanti faciunt corporis immunditiem Græci, vt insons penitus & à culpa liber seminis profluuio inquinatus, à sacris attingendis apud eos arceatur. Huic qualicumque opinioni, hæc Oratio dum medelam confert: arguit ex parte alia ὁ σώφρων Zonaras (ita namque illum Balsamon cognominat) illos, qui Iudaïco supercilio elati, in innoxios infirmitatem huiusmodi passos tam acerbam ferunt sententiam, vt eos à Sacramentorum consortio longe existiment amouendos: εἰ αὐτομάτως ἡ φαντασία ἐπῆλθε, καὶ ἡ τῆς γονῆς ἔκρυσις, ἢ ἐξ ἐπηρείας σατανικῆς ἐπηνέχθη, κατὰ τοὺς θείους πατέρας, τοῦ δυσμενοῦς τοῖς ἀσκηταῖς ἐνεδρεύοντος, οὐ μιμήσομαί σου τὴν ἀνευλαβῆ περὶ ταῦτα εὐλάβειαν. ἡ μὲν γὰρ σὰρξ οὐ μεμίανται τῇ ἐκκρίσει τοῦ σπέρματος. πᾶν γὰρ κτίσμα Θεοῦ καλὸν, καὶ Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν ἐν τοῖς σωζομένοις, κατὰ τὸν μέγαν ἀπόστολον. εἰ δὲ καὶ ὁ λογισμὸς τοῦ ὀνειρωχθέντος ἐμπαθείας ἐκτὸς, κἀκεῖνος ἀμίαντος. τί τοίνυν τὸν τοῦ ἀνθρωπον ἀπεῖρξον εἰς τὰ ἅγια προσελεύσεως, εἰ μήτε λογισμὸς ἐξ ἐμπαθοῦς ἐπιθυμίας, μήτε ἡ σὰρξ ῥανθεῖσα τῷ ἐκκριθέντι σπέρματι κέχρανται. *Quod si in eo qui genitalem fluxum passus est, imaginatio vltro incessit, & seminis fluxus ex ea satanica tentatione illatus est secundum sanctos patres, inimico religiosis insidiante, non imitabor in his irreligiosam tuam religionem, caro enim seminis excretione polluta non est: Bona enim Dei creatura omnis, & Christi bonus odor sumus, in iis qui saluantur, iuxta magnum Apostolum. Quod si etiam in somno delusi somnium libidinosum extra concupiscentiam fuit, erit & ille impollutus. Quid igitur hominem à sanctorum aditu arcebit, si nec cogitatio libidinosa desiderio, nec caro semine excreto, coinquinata est?* A communione tamen vtcumque propter pollutionem prohibito veniam deprecatur hæc oratio: ἵνα καταξιωθῇ ἐν καιρῷ εὐθέτῳ προσελθεῖν, καὶ ἀπογεύσασθαι τῶν φρικτῶν καὶ φοβερῶν μυστηρίων: vel certe non spontaneè illam passo conscientiæ formidinem tollit, & ad sacra percipienda, Sacerdotali benedictione expiato, animi fiduciam restituit: Sine Pœnitentia namque, etiam quauis ratione inquinatum, sanctorum fieri participem maiores nostri Latini vsque ad annum circiter 840. quo Gregorius tertius Canonis sequentis author floruit, nullatenus permiserunt. *Si quis*, ait, *per impugnationem mentis violenter coinquinatus est, septem dies pœniteat, vel quousque cogitatio vincatur, qui in somnis voluntarie pollutus est, surgat, cantetque genua flectendo septem psalmos pœnitentiales, & in mane triginta psalmos cantet.*

ΕΥΧΗ ΕΙΣ ΠΟΛΕΜΟΝ πορνείας.

Ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, ὁ ἰώμενος πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ, ἱλάσθητι τοῖς δούλοις σου, καὶ μὴ δῷς ἀνθρώπῳ καὶ δαίμονι κοινωνίαν. ἐπιτίμησον τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι, συνέτριψον τὸν σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας τῶν δούλων σου· ἐγκαίνισον αὐτοὺς τῷ ἁγίῳ σου πνεύματι, ἕνωσον αὐτοὺς τῇ ἁγίᾳ σου ἐκκλησίᾳ, καὶ πάσης ἐνεργείας τοῦ ἀντικειμένου λυτρωσάμενος, προσάγαγε τῷ ἁγίῳ σου θυσιαστηρίῳ, καὶ τῶν ἐπουρανίων σου καὶ ζωοποιῶν μυστηρίων ἀξίωσον. Ὅτι σὺ εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν, θεὸς τῶν μετανοούντων, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εὐχὴ ἑτέρα ὁμοία.

Κύριε ὁ θεὸς τῆς δικαιοσύνης, ἰσχύς μου καὶ βοήθεια, καὶ καταφυγή μου ἐν ἡμέρᾳ κακῇ, ὁ σώζων ἐν καιρῷ θλίψεως. σῶσόν με ὅτι εἰσήλθοσαν ὕδατα ἕως ψυχῆς μου, ἐνεπάγην εἰς ἰλὺν βυθοῦ, καὶ οὐκ ἔστιν ὑπόστασις ἀπὸ προσώπου ἐχθροῦ καταδυναστεύοντος. ὅτι κατεδίωξε τὴν ψυχήν μου, καὶ κατεπάτησεν εἰς γῆν ζωήν μου, ὅλην τὴν νύκτα πολεμῶν ἔθλιψέ με. εὐδόκησον κύριε τοῦ ῥύσασθαί με ἐκ χειρὸς παρανομοῦντος καὶ ἀδικοῦντος, ὅπως ἂν μὴ ἁμάρτω σοι, ὅτι φόβος θανάτου ἐπέπεσεν ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐκάλυψέ με σκότος. ἕως τίνος κεκράξομαι κύριε, καὶ οὐκ εἰσακούσῃ μου; βοήσομαι πρὸς σὲ ἀδικούμενος, καὶ οὐ μὴ σώσῃς; ἐπίβλεψον ἐξ οὐρανοῦ κύριε, καὶ ἴδε ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ ἁγίου σου καὶ τῆς δόξης σου. ποῦ ἐστὶ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου κατὰ τὸ ἔλεός σου, ὅτι ἀνέχου ἡμῶν; κύριε ἡμῶν, κύριε δίκασον τοὺς ἀδικοῦντάς με· μὴ ἔσο ὡς ἄνθρωπος ὑπνῶν, καὶ ὡς ἀνὴρ μὴ δυνάμενος σώζειν. Ὅτι ἐλεήμων καὶ φιλάνθρωπος θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν· τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

ORATIO IN LVCTAM FORNICATIONIS.

DEus virtutum, qui omnem morbum & omnem infirmitatem in populo sanas, propitius esto seruis tuis, vt nulla sit homini dæmonique societas. Spiritus immundos increpa, contere satanam sub seruorum tuorum pedibus. Renoua illos Spiritu tuo sancto, sanctæ tuæ Ecclesiæ illos coniunge: & omnibus aduersarij machinamentis ereptos, sancto altari tuo admotos, cœlestibus tuis & viuificis mysteriis dignos redde. Quia tu es Deus noster, pœnitentium Deus, & tibi gloriam referimus, Patri, & Filio & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Alia similis Oratio.

DOmine Deus iustitiæ, virtus mea & auxilium, & refugium meum in die malo, Saluator in tempore tribulationis, salua me quoniam intrauerunt aquæ in animam meam: infixus sum in limo profundi, & non est substantia à facie inimici opprimentis me, quia persecutus est animam meam, & conculcauit in terra vitam meam: tota nocte decertans anxietatem intulit: complaceat tibi Domine vt eripias me de manu contra legem agentis & iniqui, ne forte peccem tibi, quia mortis timor cecidit super me & contexerunt me tenebræ. Vsquequo clamabo Domine & non exaudies, clamabo ad te iniuriã passus, & non saluabis? Respice Domine, & vide de domo sancta tua de cœlo, & de gloria tua. Vbi est numerus humanitatis tuæ secundum misericordiam tuam, quia sustinuisti nos? Domine noster, Iudica Domine iniuste mecum agentes, & ne fias sicut homo somno sopitus, & sicut vir qui non valet eripere. Quia misericors & humanus Deus existis, & tibi gloriam referimus, Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO CVM Quis imposita pœnitentia liberatur.

BEnigne Domine, bone & humane, qui propter miserationes tuas in mundum, vnigenitum Filium tuum misisti, vt quod erat aduersum nos chirographum peccati deleret, & constrictorum peccatis vincula dirumperet, & captiuis libertatem prædicaret: tu Domine etiam seruum tuum N. impositi ei vinculi nexu tua bonitate libera, & vt sine peccato omni tempore ad maiestatem tuam accedat, & cum fiducia, & pura conscientia, abundantem à te misericordiam exposcat, concede. Quia misericors & hominum amator Deus existis, & tibi gloriam rependimus, Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

a I ΕΥΧΗ ΕΠΙ ΤΩΝ ΕΞ ἐπιτιμίων λυομένων.

ΕΥσπλαγχνε κύριε, ἀγαθὲ καὶ φιλάνθρωπε, ὁ διὰ τοὺς σοὺς οἰκτιρμοὺς ἐξαποστείλας τὸν μονογενῆ σου υἱὸν εἰς τὸν κόσμον, ἵνα διαῤῥήξῃ τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον τῶν πλημμελημάτων, καὶ λύσῃ τὰ δεσμὰ τῶν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας πεπεδημένων, καὶ κηρύξῃ αἰχμαλώτοις ἄφεσιν· σὺ δέσποτα καὶ τὸν δοῦλόν σου, τὸν δεῖνα, τῇ σῇ ἀγαθότητι ἐλευθέρωσον τοῦ ἐπικειμένου αὐτῷ δεσμοῦ, καὶ δώρησαι αὐτῷ ἀναμαρτήτως ἐν παντὶ καιρῷ καὶ τόπῳ παρεστάναι τῇ σῇ μεγαλειότητι μετὰ παῤῥησίας καὶ καθαροῦ συνειδότος αἰτεῖν τὸ παρὰ σοῦ πλούσιον ἔλεος. Ὅτι ἐλεήμων καὶ φιλάνθρωπος θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

VARIÆ LECTIONES.

a Εὐχὴ ἐπὶ τῶν ἐξ ἐπιτιμίων λυομένων.] Alias orationes censuris post exactam pœnitentiam soluendis commodas, Allatianum exhibet: de quarum inter se discrimine aut conuenientia iudicium in Notis proferetur.

Officium dictum hora: cum Sacerdotem censuris subiectum Pontifex absoluit.

VEspere præcedente preces Vespertinas consueto more peragit: insuper & matutinas. Pontifex deinde Psalterio dicto, missam celebrat. Qua completa, Pontificali stola adhuc ornatus, Canonem in Christi Domini honorem editum cantat: eoque terminato vndecim Euangelia matutina (de quibus infra) *recitat: Isque finitis, super veniam suscepturi caput, sequentem orationem dicit.*

Pax omnibus. Dominum precemur.

Deus tremendus & humanus, potens & benignus, qui propter miserationes tuas vnigenitum tuum misisti, &c.

Et violentorum vinculorum nexus,

Ἀκολουθία λεγομένη, ὥρα· ἡνίκα ἂν ἀρχιερεὺς λύσῃ ἱερέα ἀφορισθέντα.

ΠΟιεῖ ἀφ' ἑσπέρας ἑσπερινὸν συνήθως· ἔτι δὲ καὶ τὸν ὄρθρον. Εἶτα πληροῖ ὁ ἀρχιερεὺς μετὰ τῆς ψαλτῆρος, καὶ τὴν θείαν λειτουργίαν. καὶ μετὰ τὸ πληρῶσαι ταύτην, ἔτι ὢν ἐνδεδυμένος τὴν ἀρχιερατικὴν στολὴν, ψάλλει τὸν κανόνα τοῦ δεσπότου Χριστοῦ· καὶ πληρωθέντος τοῦ κανόνος λέγει, καὶ τὰ ια' ἑωθινὰ εὐαγγέλια, καὶ τούτων πληρουμένων λέγει τὴν εὐχὴν ταύτην ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ μέλλοντος λαμβάνειν συγχώρησιν,

Εἰρήνη πᾶσι. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὁ θεὸς, ὁ φοβερὸς, καὶ φιλάνθρωπος, ὁ δυνατὸς καὶ εὔσπλαγχνος, ὁ διὰ τοὺς σοὺς οἰκτιρμοὺς ἐξαποστείλας, τὸν μονογενῆ σου. Vt supra.

Post verba hæc tamen ἐλευθέρωσον τοῦ ἐπικειμένου αὐτῷ δεσμοῦ. Addit codex Allatian. Καὶ διάσπασον στραγγαλιὰς βιαίων συμπλο-

κτῶν· ὁ πάντα ποιῶν καὶ μετασκευάζων ὡς βούλῃσαι, δυνάμει, καὶ τῇ ἰσχύι σου· αὐτὸς πανάγαθε διάλυσον καὶ τὸν δοῦλόν σου τὸν ὁ ἱερέα, καὶ ἄκυρον ποίησον πάντα λόγον δεσμοῦ καὶ ἀναθεματισμοῦ, πᾶσαν κατάραν καὶ ἀφορισμὸν, ὅσα ἐπετέθη αὐτῷ· καὶ ἐλευθέρωσον εἰς ζωὴν αἰώνιον. Σὺ γὰρ εἶπας κύριε τῷ πρωτοκορυφαίῳ τῶν ἀποστόλων Πέτρῳ, ὅτι σοι δίδωμι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ ὅσα ἂν λύσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένα καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Αὐτὸς οὖν κύριε πανάγαθε βασιλεῦ εὐδόκησον λυθῆναι καὶ τὸν δοῦλόν σου τὸν δεῖνα, ἱερέα διὰ τῆς ἐμῆς ἀναξιότητος, παντὸς δεσμοῦ καὶ ἀναθεματισμοῦ, πᾶσαν κατάραν καὶ ἀφορισμὸν ἄκυρον ποίησον κατ' αὐτοῦ· διὰ τῆς πρεσβείας τῆς ἀειπαρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας, τῆς ἀσπόρως καὶ ὑπὲρ φύσιν ὑπὲρ λόγον τεκούσης σε, τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων σου, καὶ πάντων σου τῶν ἁγίων. ἀξίωσον πάλιν παραστῆναι ἐνώπιον τοῦ φρικτοῦ βήματός σου, καὶ ἔμπροσθεν τοῦ θρόνου τῆς δόξης σου, τοῦ προσφέρειν σοι ὁσίως καὶ καθαρῶς καὶ εὐπροσδέκτως τὰς ἀναιμάκτους θυσίας. Ὅτι σὺ εἶ ὁ ἐλεήμων καὶ φιλάνθρωπος θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου πατρὶ, καὶ σὺν τῷ ἁγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ καί.

Καὶ οὕτω γίνεται ἀπόλυσις τῆς ἱερᾶς μυσταγωγίας ἐπάνω τῆς κεφαλῆς τοῦ λυθέντος ἱερέως. καὶ ἐπιτιμᾷ αὐτὸν τὸ ἀρκετὸν, καθὼς δύναμις αὐτῷ. Καὶ ἀπέρχεται λελυμένος, καὶ ἀπὸ θεοῦ.

qui cuncta virtute tua, prout vis operaris & immutas: ipse clementissimè seruum tuum N. Sacerdotem absolue: omnemque vinculi & anathematis vim, maledictionem omnem, & excommunicationem ipsi inflictam; irritam & inanem redde: atque illum in vitam æternam libera. Tu enim Domine. Apostolorum Protocoryphæo Petro dixisti: claues tibi cœlorum committo, & quæcumque ligaueris super terram erant ligata & in cœlo. Tibi itaque optime Domine Rex seruum tuum N. Sacerdotem omni vinculo & anathemate per meam indignitatem solui complaceat, & omnem excommunicationem aduersus eum latam, irritam fac. Intercessionibus perpetuæ Virginis & Deiparæ Mariæ, quæ te sine semine, super naturam & rationem genuit, sanctorum & celebrium Apostolorum tuorum, & omnium sanctorum: vt coram tremendo tuo altari, & coram throno gloriæ tuæ, tibi sancte, & pure, & grate hostias incruentas offerat, illum adstare concede. Quia tu es misericors & clemens Deus noster, & tibi gloriam referimus, Domino nostro Iesu Christo, cum principij experte tuo Patre, & sancto & bono & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper.

Atque ita super Sacerdotis absoluti caput fit sacrorum mysteriorum missæ dimissio: pœnitentiamque idoneam quam perficere possit, Pontifex ei iniungit. Et discedit, ab ipso quoque Deo absolutus.

Ἀκολουθία εἰς λύσιν ἀφορισμοῦ ἱερέως ἐπὶ κοσμικόν τινα δεσμευθέντα παρ' αὐτοῦ τοῦ ἱερέως ἕνεκα ὕβρεως.

Ποιεῖ τὴν προγεγραμμένην ἀκολουθίαν ἀνελλιπῶς χωρὶς τῶν ἑωθινῶν εὐαγγελίων. Πληρωθέντος δὲ τοῦ ὄρθρου ἄρχεται ὁ ἱερεὺς τῆς λειτουργίας, καὶ μετὰ τὸ τέλος, πρὶν τοῦ ποιῆσαι ἀπόλυσιν, ἔτι φορεμένος ὢν λέγει ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ δεδεμένου τοιαύτην εὐχήν.

Εἰρήνη πᾶσι. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Εὔσπλαγχνε κύριε ἀγαθὲ &c. Vt supra.

At post verba τοῦ ἐπικειμένου αὐτῷ δεσμοῦ subdit, καὶ ἀφορισμοῦ; καὶ λῦσες αὐτῷ τὸν ἐπιτεθέντα δεσμὸν καὶ ζυγὸν, καὶ δώρησαι αὐτῷ τελείαν συγχώρησιν, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος·

Officium ad excommunicationem Sacerdotalem soluendam, cum à Sacerdote contumeliæ causa sæcularis fuerit illa innodatus.

Officium suprascriptum, absque matutinis tamen Euangeliis ex integrò exequitur. Matutinis vero finitis missam incipit Sacerdos: qua finita, priusquam dimissionem faciat, sacris adhuc ornatus, super irretiti caput orationem huiusmodi recitat.

Pax omnibus. Dominum precemur.

Clemens Domine benigne &c.

relaxa vinculum, & iugum illi impositum, & vt bonus & clemens remissionem integram illi concede: &

ne segreges eum à sancta tua Catholica & Apostolica Ecclesia, puro rationalium tuarum ouium gregi illum consocia: & rursus regni tui hæredem illum cōstitue. Quia tu dixisti: Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Vitam à peccato immunem illum agere, & illibati tui corporis, & dispensationis pretiosi tui sanguinis participem esse concede. Intercessionibus super omnes immaculatæ dominæ nostræ Deiparæ, & semper Virginis Mariæ, venerandi Præcursoris & Baptistæ Ioannis, sanctorum & in orbe vniuerso celebrium Apostolorum, & omnium sanctorum. Exorare Domine: integra venia illum dona, ab omni vinculo solue, maledictionem omnem & excommunicationem irritam declara, & ad tuam maiestatem cum fiducia & conscientia pura illum accedere, & copiosam misericordiam à te postulare permitte. Quia tu clemens & misericors es Christe Deus noster, & tibi conuenit gloria in sæcula. Amen.

Atque ita missæ dimissionem super caput eius perficit & eum dimittit.

καὶ μὴ χωρήσῃς αὐτὸν τῆς ἁγίας σου καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας· συνάψον αὐτὸν τῇ καθαρᾷ σου ποίμνῃ τῶν λογικῶν προβάτων· καὶ ἀξίωσον αὐτὸν πάλιν τῆς βασιλείας σου γενέσθαι κληρονόμον. ὅτι σὺ εἶπας, οὐ θέλω θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν. Δώρησαι αὐτῷ ἀναμαρτήτως πορεύεσθαι· καὶ ἀξίωσον αὐτὸν μεταλαβεῖν τοῦ ἀχράντου σώματός σου, καὶ τοῦ τιμίου αἵματός σου τῆς οἰκονομίας σου. Διὰ τῶν πρεσβειῶν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, τοῦ τιμίου προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ Ἰωάννου, τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, καὶ πάντων σου τῶν ἁγίων. Παρακλήθητι κύριε, καὶ συγχώρησον αὐτῷ τελείαν συγχώρησιν, καὶ παντὸς δεσμοῦ λῦσον, πᾶσαν κατάραν καὶ ἀφορισμὸν ἄκυρον ἅπαντα ποίησον, καὶ δώρησαι αὐτῷ μετὰ παρρησίας καὶ καθαροῦ συνειδότος παρεστάναι τῇ σῇ μεγαλότητι, καὶ αἰτεῖσθαι παρά σου τὰ πλούσιά σου ἐλέη. Ὅτι φιλάνθρωπος καὶ οἰκτίρμων ὑπάρχεις Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ πρέπει δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

Καὶ οὕτω τελεῖ τὴν ἀπόλυσιν τῆς λειτουργίας ἐπάνω τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, καὶ ἀπολύει αὐτόν.

Oratio altera ad relaxandam pœnam excommunicato inflictam.

Pax omnibus. Dominum precemur.

DOmine Deus noster, qui ad sanctos discipulos tuos & Apostolos ianuis clausis ingressus es, & pace illis data, dixisti. Quorum remiseritis peccata ab ipsis perpetrata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Ipse & nunc clementissime Domine, exorare pro famulo tuo N. & peccata eius dissolue, & maculas sordesque animæ eius expurga. In peccatum siquidem lapsus ad te solum facile placabilem recurrit: Vt quondam itaque meretrices & publicanos integra remissione illis data absoluisti, ita & ex inflicto excommunicationis vinculo seruum tuum. N. absolue. Quia tu omnes homines saluari desideras, & in agnitionem veritatis venire. Quia misericors & clemens Deus existis: & tibi gloriam referimus in sæcula. Amen.

Εὐχὴ ἑτέρα εἰς τὸ ἀπολῦσαι κανόνα εἰς ἀφορισθέντα.

Εἰρήνη πᾶσι. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

ΚΥριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ παραγενόμενος ἐπὶ τοὺς ἁγίους σου μαθητὰς καὶ ἀποστόλους, τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, καὶ τὴν εἰρήνην σου δοὺς αὐτοῖς, λέγων. ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἀφ' ἑαυτῶν γενομένας ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς· ἄν τινων κρατῆτε κεκράτηνται. αὐτὸς καὶ νῦν δέσποτα πολυεύσπλαγχνε, παρακλήθητι ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τὸν δεῖνα, καὶ λῦσον τὰ ἁμαρτήματα αὐτοῦ· καὶ τὴν κηλῖδα καὶ τὸν σπίλον τῆς ψυχῆς αὐτοῦ καθάρισον. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν πλημμελείαις περιπεσὼν πρὸς σὲ κατέφυγε τὸν μόνον εὐδιάλλακτον· καὶ ὡς ἔλυσας τοὺς προημαρτηκότας πόρνας καὶ τελώνας, καὶ ὡς ἔδωκας αὐτοῖς τελείαν συγχώρησιν· οὕτως λῦσον καὶ τὸν δοῦλόν σου, τὸν δεῖνα, ἐκ τοῦ ἐγκειμένου δεσμοῦ τοῦ ἀφορισμοῦ. ὅτι σὺ εἶ ὁ θέλων πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. ὅτι ἐλεήμων καὶ φιλάνθρωπος θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

IN ORATIONEM QVÆ FIT SVPER EOS QVI CENSVRIS inflictis & pœnitentiis impositis liberantur. Notæ.

a Εὐχὴ ἐπὶ τῶν ἐπιτιμίων.] Cum ἐπιτιμίων, si de illis ample satis & communiter fiat sermo, duo sint prima genera; vnum quidem, quo non tantum Sacramentorum & precum consortio cuncto quis priuaretur, & ab Ecclesia velut membrum putridum exularet, sed etiam pœnitentium cœtu eiectus, percussus anathemate, diris deuoueretur, &, vt in excommunicatione maiori nunc dicta, satanæ traderetur: aliud vero quod in pœnitentium numerum reos aggregabat, sed vel eos primò crimina diu in Ecclesiæ vestibulo, ἐν τάξει *in ferula & mulcta loco*, plangere sineret, vel Dei Verbum audire permitteret, vel certe deijceret precibus & manuum impositioni substernendos, aut tandem inter fideles eis daret orationis locum, non tamen offerendi vel Sacramenta suscipiendi potestatem faceret: quæri meritò potest, quibus ex hisce pœnis tollendis hæc oratio proficua sit? Respondeo, quod cum absque vllo discrimine ἐπιτίμια in numero multitudinis connotet eius titulus, etiam omni penitus pœnæ abrogandæ illam apud antiquos suffecisse. At cum pœnitentiæ publice ineundæ mos inoleuerit, & è quatuor eius gradibus numeratis, quartus tantum superstes sit apud Græcos, quo etiamnum hodie ab Eucharistiæ sumptione peccatores quosdam arcent; vt eius sumendæ iuri illos restituant, illam eandem orationem robur omne suum hucusque conseruasse, eamque adhuc vim habere, vt ea lecta excommunicatus Ecclesiæ reconciliari possit dicendum est: quamuis huic proposito accommodatiores videantur quæ inter varias lectiones se offerunt, quarum prima absoluendo ab Episcopo Sacerdoti, aliæ vero duæ cuicumque alij à Sacerdote relaxando idoneæ conspiciuntur: licet qui ex Episcoporum indulgentia, vel precibus Martyrum, vel tempore ad præsciptum terminum deuoluto ab onere pœnitentiæ sibi impositæ liberabantur; non nisi Episcopi iussu, præsentia, precibus & manus admotione solenniter & publice Ecclesiæ restituerentur iuxta Canonem Concilij Carthaginensis apud Balsamonem septimum: τὸ καταλλάξαι εἰς δημοσίαν λειτουργίαν, ἐπισκόπων ἐστί. *In publica missa pœnitentes reconciliare, Episcoporum est*: & iuxta Leonem Papam epist. 91. his verbis scribentem. *Mediator Dei & hominum homo Iesus Christus, hanc præpositis Ecclesiæ tradidit potestatem, vt & confitentibus actionem pœnitentiæ darent; & eosdem salubri satisfactione purgatos ad communionem Sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent.* Reconciliationem autem illam publicam fuisse in publice pœnitentibus declarat Hieronymus dialogo aduersus Luciferianos paulo post initium. *Sacerdos quippe* (Episcopum intelligit) *pro Laico offert oblationem, suam imponit manum subiecto, reditum sancti Spiritus inuocat: atque ita eum qui fuerat traditus satanæ in interitum carnis vt spiritus saluus fieret, indicta in populum oratione altario reconciliat: nec prius vnum membrum restituit sanitati, quam omnia simul membra confleuerint.* De quibus alij plura: Nos etiam recentiores Græcorum vsus exponere meditati, quod iam notauimus, è quatuor pœnitentium gradibus, postremum qui *consistentium* est, seuerissime obseruari animaduertimus, paucaque effluxerunt sæcula ex quo Arsenius Michaëlem Palæologum si non diris deuouit, nec nomen eius è Diptychis obliterauit, à Sacramentis tamen percipiendis repulit: ὁ δὲ μετρίως τὴν ἐπιτίμησιν ἐνεγκὼν ἐφ' ἱκαναῖς ταῖς ἡμέραις ἀποπεπτωκότι διέμενε χαμαίζηλος σχήματι, καὶ λύσιν τῆς ἐπιτιμήσεως ἀνέμενεν. *At ille mulctam moderate ferens, compluribus diebus in supplici gestu & habitu perseuerauit, & censuram enodandam præstolatus est.* Hunc quoque pœnitentiæ rigorem subiisse Leonem cognomine Sapientem ius Græcoromanum refert pagina 104. Hanc eandem sacram disciplinam hucusque obseruatam plura loca Iuris Græcoromani testantur paginis 181. 184. 214. 342. 306. 396. Blastares cap. 9. τοῦ Δ στοιχείου: & capp. 6. 7. & 8. τοῦ Φ στοιχείου.

a ΕΥΧΗ ΕΠΙ ΤΩΝ ΠΡΟΠΕΤΩΣ ΟΜΝΥΟΝΤΩΝ.

Ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ, ὁ τῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως τὸ εὐάλωτον, καὶ ἀσθενὲς ἐπιστάμενος, καὶ τοὺς τῶν ἐννοιῶν ἡμῶν διαλογισμοὺς σαφῶς ἐπιγινώσκων τὰς ἐκ προπετείας ἡμῶν γινομένας ἐνθυμήσεις, ἀμνησίκακος ὤν, παριδεῖν καταξίωσον. καὶ τοῖς προσλήψει ὅρκου συσχεθεῖσι, συγχώρησον. σὺ γὰρ ἐπίστασαι τὰ

ORATIO SVPER PROCLIVE IVRANTES.

Deus & Pater Domini nostri Iesu, qui hominum naturæ debilitatem & infirmitatem nosti, & mentis nostræ cogitationes dilucide penetras, primas animi apprehensiones ex impetu vel naturæ inclinatione natas malorum immemor ipse negligere non digneris; & iuramenti impræmeditata prolatione præoccupatis parce, tu

enim absconditа cordium nostrorum nosti; rogamus itaque, vt ipsis & nobis propter ineffabilem bonitatem tuam veniam præbeas Quia benedictum est nomen tuum: Patris, & Filij, & Spiritus sancti: nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

κρύφια τῶν καρδιῶν ἡμῶν. δεόμεθά σου οὖν συγγνώμην, αὐτοῖς τε καὶ ἡμῖν, διὰ τὴν σὴν ἄρρητον ἀγαθότητα παράσχου. Ὅτι ηὐλόγηταί σου τὸ ὄνομα. τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

VARIÆ LECTIONES.

a Εὐχὴ ἐπὶ τῶν προπετῶς ὀμνυόντων.] Pro vno singulari fit hæc Oratio in Barberino S. Marci codice, ἐπὶ τῶν προπετῶς ὀμνύοντα: tam in ipso vero quam in Cryptoferratensi Bessarionis & Allatiano, ab Orationis textu expuncta sunt illa verba, καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

ORATIO SVPER EXECRANDOS ET vetitos cibos comedentes.

Dominator Domine Deus noster: qui in excelsis habitas & humilia respicis, qui in sanctis requiescis, laus Israël: inclina aurem tuam, & nos deprecantes exaudi: & famulo tuo huic inuito vetitum & execrandum cibum comedenti, carnes, aut huiusmodi immundum, cuius degustatio in sancta tua lege prohibita est delibanti, veniam præbe: condona ex his non sponte sumenti, & tremendorum mysteriorũ pretiosi corporis & sanguinis tui participem & indemnatum eum esse concede: vt in posterum immunda omni comestione & actione liber, diuinis tuis mysteriis delectatus, sancta & mystica tua mensa, & immortalibus mysteriis delectatus, & nobiscum in sancta tua Ecclesia custoditus, excelsum nomen tuum omnibus diebus vitæ suæ laudet & glorificet. Quia tuum est regnum, & virtus, & gloria, Patris, & Filij, & sancti Spiritus: nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

a 1 ΕΥΧΗ ΕΠΙ ΤΩΝ ΜΙΑΡΟΦΑΓΗΣΑΝΤΩΝ.

Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορῶν, ὁ ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενος, ὁ ἔπαινος τοῦ Ἰσραήλ· κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπάκουσον ἡμῶν δεομένων σου, καὶ παράσχου συγγνώμην τῷ σῷ οἰκέτῃ, τῷδε, μιαροφαγήσαντι, καὶ γευσαμένῳ κρεῶν, ἢ τοιούτων βρωμάτων μὴ καθαρῶν, 2 ὧν τὴν βρῶσιν ἀπηγόρευσας ἐν νόμῳ ἁγίῳ σου· τούτων δὲ ἀβουλήτως μεταλαβόντι συγχώρησον, καὶ καταξίωσον αὐτὸν ἀκατακρίτως μεταλαβεῖν τῶν φρικτῶν μυστηρίων τοῦ τιμίου, σώματός τε καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ σου. ὅπως ῥυσθεὶς τοῦ λοιποῦ πάσης ἀκαθάρτου μεταλήψεως καὶ πράξεως, ὡς ἐντρυφῶν τοῖς θείοις σου μυστηρίοις, καὶ ἀπολαύων τῆς ἁγίας σου καὶ μυστικῆς τραπέζης, καὶ τῶν ἀθανάτων μυστηρίων, καὶ διαφυλαττόμενος σὺν ἡμῖν ἐν τῇ ἁγίᾳ σου ἐκκλησίᾳ, αἰνῶν καὶ δοξάζων τὸ ὄνομά σου τὸ ὕψιστον πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ. Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα· τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

VARIÆ LECTIONES.

a Ἐπὶ τῶν μιαροφαγησάντων.] Barberinum S. Marci, Cryptoferratense Bessarionis, & aliud Barberinum numero 88. aliam nullis in editis extantem præmittunt orationem.

Εὐχὴ ἐπὶ τῶν ἐν βρώμασι σκανδαλισθέντων.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τῷ κορυφαίῳ τῶν ἀποστόλων Πέτρῳ δι' ὀπτασίας καὶ φωνῆς νομοθετήσας μηδὲν κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον ἡγεῖσθαι τῶν ὑπό σου δημιουργηθέντων εἰς ἀπόλαυσιν τῶν ἀνθρώπων· καὶ διὰ τοῦ σκεύους τῆς ἐκλογῆς Παύλου πάντα καθαρὰ τοῖς καθαροῖς κηρύξας· αὐτὸς καὶ τοὺς δούλους σου τούτους τοὺς βαρβαρικαῖς ἀνάγκαις περιπεσόντας, καὶ οὐ κατὰ πρόθεσιν ἀκαθάρτων ὡς ἐνόμισαν γευσαμένους, σκανδαλισθέντας δέ, τὰς κηλίδας τῆς συνειδήσεως αὐτῶν ἀπόσμηξον, καὶ τὰ σὰ προστάγματα βεβαίωσον ἐν αὐτοῖς, ναὸν αὐτοὺς ἀμόλυντον τοῦ ἁγίου πνεύματος κατασκευάζων εἰς ὑποδοχὴν τῶν ἀχράντων σου μυστηρίων. Ὅτι ηὐλόγηται καὶ δεδόξασται τὸ πάντιμον, καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου.

Oratio pro illis qui in cibis scandalum passi sunt, & offenderunt.

Domine Deus noster, qui Coryphæo Apostolorum Petro, per visionem & vocem, nihil eorum quæ à te creata sunt in hominum cibum, commune aut immundum ducere sanxisti: & per vas electionis Paulum, omnia munda mundis esse prædicasti; ipse seruis tuis barbarica vi circumuentis & compulsis, & non ex proposito, prout rentur, immunda degustantibus, & scandalum inde passis cunctas conscientiæ maculas absterge: & deinceps in illis velut in impolluto sancti tui Spiritus templo ad immaculatorum tuorum mysteriorum susceptionem præparatis, mandata tua confirma Quia benedictum & glorificatum est honorandum, & magnificum nomen tuum.

IN ORATIONEM PRO IIS QVI PROHIBITA & immunda comederunt. Notæ.

Ἐπὶ τῶν μιαροφαγησάντων.] Creaturam quamcumque humanis deputatam vsibus & concessam, post animæ anxietatem à Petro diuina voce sublatam, nullus communem & immundam, homo censeat: quamuis Spiritui sancto & Apostolis sub Ecclesiæ primordiis placuerit, alienigenis ad Christi fidem conuersis, quædam Mosaicæ legi præcepta conformia tradere vel consulere, vt nec, ecu prius, ab eis Iudæi abhorrerent, nec ipsi Iudæis magis coniuncti longius ab idolorum cultu deterrerentur; ex quibus illud fuit præcipuum, vt ab immolatis, sanguine, & suffocato abstinerent: quod quidem vnanimi consensu Orientis pariter atque Occidentis inuiolatum conseruauit Ecclesia; de Latinis siquidem scribebat Tertullianus Apolo. aduersus gentes cap. 8. *Erubescat error vester, qui ne animalium quidem sanguinem in pabulis habemus: qui propterea quoque suffocatis & sanguine abstinemus, ne quo sanguine maculemur, vel intra viscera sepulto. Denique inter testamenta quoque Christianorum botulos etiam cruore distentos admouetis: certissimi scilicet illicitum esse penes illos, per quod exorbitare eos vultis.* Recentius Concilium Aurelianense secundum anno 536. habitum iubet ab Ecclesiæ cætibus arceri, *qui bestiarum morsibus extincto, vel quolibet morbo aut casu suffocato, vescuntur.* Ducentis deinde exactis annis Gregorius tertius inter Canones pœnitentiales cap. 30. reposuit, *vt qui morticinia comederit inscius 20. dies pœniteat: sciens, 40. & qui comederit vel biberit sordidatum à cane vel à murice 50. psalmos cantet: sæcularis tres dies pœniteat. Qui postea nouerit quod talem potum biberit, psalterium cantet: sæcularis tres dies pœniteat.* Vormatiensis etiam Synodus ante 800. annos celebrata ca. 64. & 65. cuiuscumque *suffocati carnem abijciendam præcipit.* Nec ita diu est, vt annotat Pamelius in locum Tertulliani relatum, quod Christiani vescuntur suffocato, & morticina carne. Nam Beda presbyter, & Rabanus in Pœnitentiario, sed & quotquot de hac re supra quadringentos annos scripserunt, (vt videre licet tum in Halitgarij Pœnitentiali Mænardi notis in Gregorium adiuncto, tum in Canonibus Pœnitentialibus Augustini Tarracon.) certum pœnitentiæ tempus præscribunt huius Apostolicæ sanctionis transgressori. Orientalium autem sedulum & religiosum legis huius cultum referre, omnino superfluum est: neque etenim pisces nisi sanguine illorum diligenter abluto contingere audent: & ad hanc, aiunt, prouocantur obseruantiam Canone Apostolico 63. Gangrensis Concilij secundo, & Leonis Philosophi Imperatoris edicto: qui additis etiam publicationis bonorum, verberum, & exilij pœnis in eos qui vænum exponant, aut emere attentent quæ à Deo vetantur, etiam ipse prohibuit: hæc propterea Origenes lib. 8. contra Celsum *Dæmonum cibos*, vt illis quondam offerri solitos vocat: quamuis non hac causa ab illis abstinere, se Græci adstrictos censeant, sed vt quod terræ est, terræ reddant, & sanguinem animalis è terra natum, vice repensa mercedis, terræ refundant. Ab hac tamen consuetudine religiosius obseruanda iam olim quosdam Latinos deflexisse ostendit Augustinus lib. 32. contra Faustum cap. 13. *Et si hoc tunc*, ait, *Apostoli præceperant vt animalium sanguine abstinerent Christiani, ne præfocatis*

carnibus vescerentur: elegisse mihi videntur pro tempore rem facilem, & nequaquam obseruantibus onerosam, in qua cum Israelitis etiam Gentes propter angularem illum lapidem duos parietes in se condentem, aliquid communiter obseruarent: simul & admonerentur in ipsa arca Noe quando Deus hoc iussit, Ecclesiam omnium Gentium fuisse præfiguratã: cuius facti prophetia iam Gentibus ad fidem accedentibus incipiebat impleri. Tum sancto vero illo tempore quo duo illi, vnus ex circumcisione, alter ex præputio venientes, quamuis in angulari lapide concordarent, tamen suis quibusdam proprietatibus distinctius eminebant. At vbi Ecclesia Gentium talis effecta est vt in ea nullus Israelita carnalis appareat, quis iam Christianus obseruat, vt turdos vel minutiores auiculas non attingat, nisi quarum sanguis effusus est? aut leporem non edat, si manu à ceruice percussus nullo cruento vulnere occisus est? & qui forte pauci adhuc contingere ista formidant, à cæteris irridentur. Timorem præterea legalem cunctũ, ante octingentos annos Nicolaum primum sustulisse docet eius epist. ad consulta Bulgarorum cap. 43. quamuis Genebrardi Chronologia ad annum vsque 1114. sanguine & suffocato vulgo abstinuisse Occidentales, enarret. *Historici namque*, inquit, *scribunt tempore Callisti Pontificis, Pomeranis tum ad fidem conuersis iniunctum ne quid immundum comederent, non morticinum, non suffocatum, non sanguinem animalium, &c.*

2 Ὧν τὴν βρῶσιν ἀπηγόρευσας ἐν νόμῳ.] Non Mosaicæ sed Ecclesiasticæ legis studio, ab immundis degustandis sibi cauent Orientales, quibus etiam olim Canon septimus Ancyranus ne propriis licitisque cibis in Gentilium festis vescerentur, præceperat, περὶ τῶν συνεστιαθέντων ἐν ἑορτῇ ἐθνικῇ, ἐν τόπῳ ἀφωρισμένῳ τοῖς ἐθνικοῖς ἴδια βρώματα ἐπικομισαμένων καὶ φαγόντων, ἔδοξε, διετίαν ὑποπεσόντας δεχθῆναι. *De iis qui in festo ethnico, in loco Gentilibus deputato, conuiuati sunt; & proprios cibos attulerunt & comederunt: visum est, vt cum biennio substrati pœnitentiam egerint, esse recipiendos.* Proindeque à Iudaico ritu obseruando, dum Ecclesiæ obseruant traditiones, longe alienos se præstant: quicquid in aduersum garriat, & falso imputet Caturisyritus, qui vt Euchologij Cryptoferratensis, quo primum vsus est Bessarion, & vltimo Arcudius, fidem minuat, Iudaicum illud infami verbo vocare non veretur: atque in vniuersam Græcorum gentem vt Iudaizantem, ipse Italo-Græcus, quasi sententia è tribunali lata, deblaterat. De præcepto tamen abstinentiæ à suffocatis & sanguine plurima literis Pontificus aduersa scripsit Altisiodorensis lib. 4. titulo 8.

ORATIO IN TVRPES COGITATIONES.

DOminator Domine Deus meus, in cuius manibus sortes meæ, suscipe me secundum misericordiam tuam: & me, in iniquitatibus meis perire, vel carnis aduersus spiritum concupiscentias voluntatem sequi, ne permittas. Creatura tua sum ego: opus manuum tuarum ne despicias Neauertaris à me, miserere; neque ad nihilum redigas me: ne abijcias me quia infirmus sum, & ad te confugi protectorem meum Deum. Sana animam meam quia peccaui tibi. Saluum me fac propter misericordiam tuam: quia in te proiectus sum à iuuentute mea. Erubescant qui me actibus inhonestis, cogitationibus indecoris, noxiis imaginibus à te separare moliuntur. Sordes omnes & malitiæ excessum à me amoue: quia tu solus sanctus, tu solus fortis, solus immortalis; solus virtute incomprehensa prædirus: & per te aduersum diabolum & eius exercitum virtus & robur conceditur. Quia conuenit tibi omnis gloria, virtus, & adoratio, Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

ΕΥΧΗ ΕΠΙ ΑΙΣΧΡΩΝ ΛΟΓΙΣΜΩΝ.

ΔΕσποτα κύριε ὁ θεός μου, ἐν οὗ χερσὶν οἱ κλῆροί μου, ἀντιλαβοῦ μου κατὰ τὸ ἔλεός σου, καὶ μὴ ἐάσῃς με συναπολέσθαι ταῖς ἀνομίαις μου, μηδὲ τῷ θελήματι ἐπακολουθῆσαι τῆς ἐπιθυμούσης σαρκὸς κατὰ τοῦ πνεύματος. πλάσμα σόν εἰμι, μὴ παρίδῃς ἔργον χειρῶν σου· μὴ ἀποστραφῇς, οἰκτείρησον· ἀλλὰ μὴ ἐξουδενώσῃς, μηδὲ ὑπερίδῃς με κύριε, ὅτι ἀσθενής εἰμι· ὅτι πρὸς σὲ κατέφυγον τὸν σκεπαστήν μου θεόν. ἴασαι τὴν ψυχήν μου, ὅτι ἡμάρτον σοι. σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου· ὅτι ἐπὶ σὲ ἐπερρίφην ἐκ νεότητός μου· αἰσχυνθήτωσαν οἱ ζητοῦντές με ἐξῶσαι ἀπό σου, διὰ πράξεων ἀσέμνων, διὰ λογισμῶν ἀπρεπῶν, δι' ἐνθυμήσεων ἀσυμφόρων. ἀπέλασον ἀπ' ἐμοῦ πᾶσαν ῥυπαρίαν, κακίας περίσσευμα. ὅτι σὺ εἶ μόνος ἅγιος, μόνος ἰσχυρός, μόνος ἀθάνατος, κατὰ πάντα ἔχων τὴν δυναστείαν ἀνείκαστον· καὶ διά σου δίδοται πᾶσιν ἡ κατὰ τοῦ διαβόλου καὶ τῆς αὐτοῦ στρατιᾶς ἰσχύς. Ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμή, καὶ προσκύνησις· τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

ΕΥΧΗ

ΕΥΧΗ ΕΠΙ ΜΕΤΑΝΟΟΥΝΤΩΝ.

Ὁ Θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ὁ διὰ τοῦ προφήτου σου Νάθαν μετανοήσαντι τῷ Δαβὶδ ἐπὶ τοῖς ἰδίοις πλημμελήμασιν ἄφεσιν δωρησάμενος, καὶ τοῦ Μανασσῆ τὴν ἐπὶ μετανοίᾳ προσευχὴν δεξάμενος, αὐτὸς καὶ τὸν δοῦλόν σου, τὸν δεῖνα, μετανοοῦντα ἐφ' οἷς ἔπραξε πλημμελήμασι πρόσδεξαι τῇ συνήθει σου φιλανθρωπίᾳ, παρορῶν πάντα τὰ αὐτῷ πεπραγμένα· ὁ ἀφεὶς ἀδικίας καὶ ὑπερβαίνων ἀνομίας. σὺ γὰρ εἶπας κύριε, οὐ θελήσει θέλω τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι, καὶ ζῆν αὐτόν. καὶ ὡς ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ ἀφιέναι τὰ ἁμαρτήματα· ἐπεὶ ὡς ἡ μεγαλωσύνη σου ἀνείκαστος, καὶ τὸ ἔλεός σου ἀμέτρητον. εἰ γὰρ ἀνομίας παρατηρήσῃς, τίς ὑποστήσεται; Ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεὸς τῶν μετανοούντων, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν· τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Ἑτέρα εὐχή.

Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, υἱὲ τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, ποιμὴν καὶ ἀμνὲ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ὁ τὸ δάνειον χαρισάμενος τοῖς δυσὶ χρεοφειλέταις, καὶ τῇ ἁμαρτωλῷ δοὺς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· αὐτὸς δέσποτα, ἄνες, ἄφες, συγχώρησον τὰς ἁμαρτίας, τὰς ἀνομίας, τὰ πλημμελήματα, τὰ ἑκούσια καὶ ἀκούσια, τὰ ἐν γνώσει, τὰ ἐν ἀγνοίᾳ, τὰ ἐν παραβάσει καὶ παρακοῇ, γινόμενα παρὰ τῶν δούλων σου τούτων· καὶ εἴτι ὡς ἄνθρωποι σάρκα φοροῦντες, καὶ τὸν κόσμον οἰκοῦντες, ἐκ τοῦ διαβόλου ἐπλανήθησαν, εἴτε ἐν λόγῳ, εἴτε ἐν ἔργῳ, εἴτε ἐν γνώσει, εἴτε ἐν ἀγνοίᾳ, εἴτε λόγον ἱερέως κατεπάτησαν, ἢ ὑπὸ κατάραν ἱερέως ἐγένοντο, εἴτε τῷ ἰδίῳ ἀναθέματι ὑπέπεσον, ἢ ὅρκῳ ὑπεβλήθησαν, αὐτὸς ὡς ἀγαθὸς καὶ ἀμνησίκακος δεσπότης τούτους τοὺς δούλους σου λόγῳ λυθῆναι εὐδόκησον, συγχωρῶν αὐτοῖς καὶ τὸ ἴδιον ἀνάθεμα καὶ τὸν ὅρκον κατὰ τὸ μέγα σου ἔλεος. ναὶ δέσποτα φιλάνθρωπε κύριε, ἐπάκουσον ἡμῶν δεομένων τῆς σῆς ἀγαθότητος ὑπὲρ τῶν δούλων σου τούτων. καὶ παρίδε ὡς πολυέλεος τὰ πταίσματα αὐτῶν ἅπαντα. ἀπάλλαξον αὐτοὺς τῆς αἰωνίου κολάσεως. σὺ γὰρ εἶπας δέσποτα, ὅσα ἂν δή-

ORATIO SVPER POENITENTES.

DEus Saluator noster, qui per Nathan prophetam Dauidi de propriis peccatis pœnitentiam agenti concessisti indulgentiam, & iterum Manasse orationem in pœnitentia exaudiuisti: ipse & seruum tuum N. de iis quæ perpetrauit peccatis pœnitentiam agentem solita tibi humanitate suscipe; ne respicias ad ea quæ egit, tu qui iniustitias dimittis, & præteris iniquitates. Tu enim dixisti Domine, Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat, & vt septuagies septies ren itterentur peccata: quoniam sicut incomprehensa est magnitudo tua, ita & misericordia: si enim iniquitates obseruaueris, quis sustinebit? Quia tu es pœnitentium Deus, & tibi gloriam referimus: Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Alia Oratio.

DOmine Iesu Christe, fili Dei viui, pastor & agnus qui tollis peccatum mundi, qui duobus debitoribus mutuo datum dimisisti, & peccatrici delictorum eius indulgentiam largitus es: ipse Domine, relaxa, remitte, condona peccata, iniquitates, delicta sponte & non libere, scienter vel ignoranter, ex transgressione vel inobedientia à seruis tuis istis commissa: & si vt homines carnis infirmitate circumdati & mundi incolæ à diabolo, siue in verbo, siue in opere, siue ex scientia, aut ignorantia decepti sunt, aut Sacerdotis verbum spreuerunt, aut eiusdem maledictioni subiecti sunt, aut in propriam suam execrationem inciderunt, vel iusiurando se astrinxerunt: ipse vt bonus & malorum immemor Dominus verbo absolui consentias, relaxato eorum anathemate vel iusiurando, secundum magnam misericordiam tuam. Ita fiat benigne Domine, exaudi nos, clementiam tuam pro famulis tuis deprecantes; & vt misericors valde cunctis eorum peccatis ne attendas. Ab æterna damnatione illos libera. Tu enim dixisti: Domine, Quæcumque ligaueritis

super terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcumque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlis. Quia tu solus es absque peccato, & tibi gloriam referimus · Patri, & Filio, & sancto Spiritui · nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

σητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένα ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ ὅσα ἂν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένα ἐν τῷ οὐρανῷ. Ὅτι σὺ εἶ μόνος ἀναμάρτητος, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

VARIÆ LECTIONES.

a Ἐπὶ μετανοούντων.] Allatianum MS. legit, ἐπὶ ἐξομολογουμένων

b Ὁ θεὸς καὶ σωτήρ.] Addunt Cryptoferr. Bessarionis & Barberinum S. Marci sequentem Orationem.

Super confessis.

DOmine Deus noster, qui Petro, & meretrici per lachrymas peccatorum remissionem largitus es, & publicanum propria fatentem scelera iustum reddidisti: confessionem serui tui N. suscipe: & si in aliquo facinore spontaneo vel inuoluntario, verbo, opere, vel cogitatione deliquit, vt bonus & misericors Deus remitte. Quia tu condonandi peccata potestate polles: & tibi gloriam referimus, cum principij experte tuo Patre, & cum bono & viuifico Spiritu · nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Ἐπὶ ἐξομολογουμένων.

ΚΥριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τῷ Πέτρῳ, καὶ τῇ πόρνῃ διὰ δακρύων, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν δωρησάμενος, καὶ τὸν τελώνην τὰ ἴδια ἐπιγνόντα σφάλματα δικαιώσας, πρόσδεξαι τὴν ἐξομολόγησιν τοῦ δούλου σου (τοῦ δεῖνος), καὶ εἴτι ἐπλημμέλησεν ἑκούσιον ἢ ἀκούσιον ἁμάρτημα, ἐν λόγῳ ἢ ἔργῳ, ἢ κατὰ διάνοιαν, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος πρὸς συγχώρησιν· σὺ γὰρ μόνος ἐξουσίαν ἔχων ἀφιέναι ἁμαρτίας· καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου πατρὶ, καὶ τῷ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Addit Allatianum.

Altera Oratio.

DEus qui propter nos homo effectus est, & totius mundi peccata tollit, ipse suauissima sua benignitate, cuncta hæc excipiet (*sc.* suscipiat) quæ coram indignitate mea enarrasti, frater, condonans tibi omnia, & in præsenti sæculo, pariter ac in futuro: & indemnatum coram tribunali suo te astare concedet, qui vult omnes homines saluari, & omnium salutem moderatur: qui est benedictus in sæcula sæculorum.

Εὐχὴ ἑτέρα.

ΟΘεὸς ὁ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσας, καὶ παντὸς τοῦ κόσμου τὰς ἁμαρτίας βαστάζων, αὐτὸς τῇ πολυαγάθῳ αὐτοῦ χρηστότητι καὶ ταῦτα πάντα ἀναδέξηται (in vetusto edito Thuanæ bibliothecæ legitur παραδέξηται) ὅσα ἐνώπιον αὐτοῦ τῇ ἐμῇ ἐξεῖπες ἀναξιότητι, ἀδελφὲ, συγχωρῶν σοι πάντα, καὶ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, καὶ ἀκατάκριτον ἔμπροσθεν τοῦ βήματος αὐτοῦ παραστῆναι καταξιώσῃ, ὁ θέλων πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ νέμων ἁπάντων τὴν σωτηρίαν· ὁ ὢν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Subiungunt vetusti codices Thuani.

Εὐχὴ συγχωρητικὴ ἐπὶ ἐξομολογουμένων.
Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὁ Θεὸς, ὁ συγχωρήσας διὰ Νάθαν τοῦ προφήτη Δαβὶδ τὰ ἴδια ὁμολογήσαντι ἁμαρτήματα, καὶ Πέτρῳ τὴν ἄρνησιν ὕστερον κλαύσαντι, καὶ πόρνῃ δακρυσάσῃ ἐπὶ τοὺς ἀχράντους αὐτοῦ πόδας, καὶ τελώνῃ, καὶ ἀσώτῳ· καὶ ὁ εἰπών· ἐξομολογεῖσθε ἀλλήλοις· καὶ, ἐὰν ἐξομολογῶμεν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, πιστός ἐστι καὶ δίκαιος, ἵνα ἀφήσῃ ἡμῖν πάντα, καὶ καθαρίσῃ ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας. αὐτὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, καὶ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς συγχωρήσαι σοι, πάντα ὅσα νῦν ἐνώπιον αὐτοῦ τῇ ἐμῇ ἐλαχιστότητι ὡμολόγησω, καὶ ὧν ἐπελάθου· ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, καὶ ἀκατάκριτόν σε ἔμπροσθεν αὐτοῦ παραστῆναι καταξιώσῃ. ὁ ὢν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

Oratio condonatoria super confessos.
Dominum precemur.

Deus, qui per Nathan, Prophetæ Dauid propria peccata confesso, & Petro negationem lugenti, meretrici quoque ad immaculatos pedes tuos lachrymanti, & publicano, & prodigo pepercisti: qui dixisti: Confitemini alterutrum: &, si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus vt omnia nobis dimittat, & ab omni peccato nos mundet. Ipse Saluator noster, & Dominus Iesus Christus remittat tibi omnia, quæ nunc coram mea tenuitate confessus es, & quorum memoriam non tenes, in præsenti & in futuro: & indemnatum coram se adstare te iubeat, qui est benedictus in sæcula. Amen.

Εὐχὴ ἑτέρα τοῦ Χρυσοστόμου.
Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Δέσποτα κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ συγχωρήσας διὰ Νάθαν τοῦ προφήτου τῷ θεοπάτορι Δαβὶδ τὰ πλημμελήματα αὐτοῦ ἅτινα εἰργάσατο, καὶ εἰπὼν αὐτῷ· καὶ ὁ κύριος ἀφείλετο τὸ ἁμάρτημά σου, διὰ τὸ εἰπεῖν· ἡμάρτηκα τῷ κυρίῳ· ὁ τῷ Πέτρῳ τὴν ἄρνησιν κλαύσαντι πικρῶς, καὶ ἐξομολογουμένῳ συμπαθήσας, καὶ προσδεξάμενος τὰ αὐτοῦ δάκρυα: ὁ καὶ τὴν πόρνην δακρύσασαν θερμῶς, καὶ καταβρέξασαν τοὺς ἀχράντους σου πόδας, καὶ ταῖς θριξὶν αὐτῆς ἐκμάξασαν προσδεξάμενος, καὶ εἰπὼν αὐτῇ· γύναι ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι. ὁ τὸν Μανασσῆν μετανοήσαντα ἐν Βαβυλῶνι, καὶ ἐν χαλκῷ ζωδίῳ ἐξομολογούμενόν σοι, ἐν τῇ Σιὼν πάλιν βασιλέα κατέστησας, ὁ τὸν ἄσωτον καταδαπανήσαντα πᾶσαν αὐτοῦ τὴν οὐσίαν μετὰ πορνῶν, καὶ δίκην τροφὴν χοίρων διαιτώμενον, ἐπιστρέφοντα καλῶς ἀπεδέξω θύσας τὸν μόσχον τὸν σιτευτὸν, καὶ καταφιλήσας αὐτὸν δακτυλίδιον τῇ χειρὶ ἐπιβαλών. ὁ τοῦ τελώνου τὴν μετάνοιαν καὶ τὴν ταπείνωσιν, ὑπὲρ τοῦ μεγαλαύχου Φαρισαίου ἀναδεξάμενος, καὶ δικαιώσας ῥήματι· ὁ καὶ τοῦ λῃστοῦ μετάνοιαν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ δεξάμενος, ὁ εἰπών· ἐξομολογεῖσθε ἀλλήλοις τὰ παραπτώματα ὑμῶν ἀμφοτέρωθεν. καθὼς ἐκάλεσας, πιστὸς ὑπάρχεις

Altera oratio Chrysostomi.
Dominum precemur.

Dominator Domine Iesu Christe, Deus noster, qui per Prophetam Nathan Deiparenti Dauidi peccata quæ perpetrauerat, pepercisti, & ipsi dixisti: Dominus quoque abstulit peccatum tuum; eo quod dixisset: Peccaui Domino: qui Petro negationem amare flenti, & confesso condonasti, eiusque lachrymas acceptas habuisti: qui & meretricem feruide lugentem, pedesque tuos immaculatos rigantem, & capillis eos tergentem suscepisti, eique dixisti: mulier remittuntur tibi peccata tua: qui & Manassem in Babylone pœnitentem, & in æreo animali tibi confitentem rursum in regem in Sion constituisti: qui & prodigum cum meretricibus omnem suam substantiam dilapidantem, & more porcorum deinceps siliquis pastum, ad te reuersum benigne amplexus es, & mactato vitulo saginato, annuloq; in manum eius immisso exosculatus es; qui publicani pœnitentiam & humilitatem præ superbo Pharisæo laudasti iustificatumque declarasti: qui & in cruce latronis pœnitentiam suscepisti, qui dixisti: Confitemini alterutrum peccata vestra: sicut vocasti, ita fidelis

1 Εὐχαὶ συγχωρητικαί.] Excommunicatis, & cuiuscumque maledicti gladio ab Ecclesia rescissis vita decedentibus posse deinde reconciliationem & communionem indulgeri, Iuris Pontificij sententia est Cap. A nobis, de sentent. excommun. *Qui morte præuentus, absolutionis non potuerit beneficium obtinere, quamuis absolutus apud Deum fuisse credatur: nondum tamen habendus est apud Ecclesiam absolutus. Potest tamen & debet ei Ecclesiæ beneficio subueniri: vt si de ipsius viuentis pœnitentia per euidentia signa constiterit, defuncto etiam absolutionis beneficium impendatur.* Confirmat id, exemplum Gregorij magni ab ipsomet dial. lib. 4. cap. 55. literis conscripto, qui Iustum Monachum proprietatis vitio damnatum, atque à reliquorum consortio sancti viri precepto eiectum, missis pro eo celebratis, & absolutione impensa, fidelium communioni restituit: eiusdemque actio altera id comprobat, *eum non mediocriter tristatū*, ait Ioannes Diaconus vitæ eius lib. 1. *quod antequam Fructuosus quidam Monachus exiret de hac vita, non soluerat eum ab excommunicationis Epitimio: scribens propterea Orationem in Pittacio, dedit Diacono cuidam supra fratrem, legendam. Erat autem Oratio soluens ab excommunicatione defunctum.* Illud idem S. Benedicti dial. lib. 2. cap. 33. declarat, qui Moniales duas propter morum petulantiam & linguæ procacitatem, ab Ecclesia Sacrificij tempore egredi visas, quod cum inter viuos degerent, excommunicationis gladio percussæ fuerant: oblatione pro eis facta, in communionem recipi voluit. De communione & precum societate nulli post mortem ab Ecclesia deneganda, plura Albaspinæus: sed præcipue lib. 2. Obseruat. cap. 11.

2 Εἰς πᾶσαν ἀρὰν ἢ ἀφορισμόν.] Pro variis communionis in Ecclesia gradibus, diuersa quoque fuerunt opposita excommunicationis genera: quibusdam Eucharistia sola negata, aliis etiam precum consortium, quibusdam ne alios prauo conuictu inficerent, etiam conuersatione humana interdictum, vt diris deuoti, & satanæ potestati traditi, temporaneæ afflictionis sensu, iacturam spiritus perpendere impellerentur: hi sunt quos, ἀρὰ maledictio; & ἀνάθεμα, Ecclesiæ summa indignatio, prosequitur: cæteros quos resipiscentia iam emendat, leuior pœna ἀφορισμοῦ insequitur.

3 Ἀναγινωσκόμεναι παρὰ τοῦ ἀρχιερέως.] Quo tempore Pœnitentes Ecclesia reconciliat, excommunicato etiam absoluendo, ἐν ἀφόδῳ, cum sacris donis (quod alias nunquam contingit, vt prius expositum est fol. 131. & sequentibus) extra cancellos procedit Pontifex: & genuflexus, mortuum suis precibus, in gratiam Dei & Ecclesiæ reuocat.

4 Ἀλλὰ τὸ σῶμα διαλυθῆναι.] Corporis humani in elementa, vnde conflatur resolutio, sicut peccati pœna est, ita mitigatæ versus peccatores auersionis diuinæ signum elucet, & beneficium est multis precibus nonnunquam obtinendum. Velut enim mortem sequuta corporis integritas, in iustis à peccati pœna exemptionem & immunitatem, sic & in flagitiosis, & ab Ecclesiæ communi conuictu segregatis, summam in eos Dei indignationem arguit. Græci itaque si quæ post mortem in terram non soluta corpora reperiant, hæc vel sanctorum reliquias, vel perditorum hominum & excommunicatorum horrenda cadauera opinantur. Reliquias quidem sacras, si suauem exhalent odorem, aliqua decoris luce præfulgeant, nec quidquam horroris præmonstrent: abominanda segregatorum cadauera, si vt ipsi aiunt, τυμπανιαῖα, *ad tympani morem turgentia*, nigra, deformia appareant. Nec iudiciis falluntur. Longa enim apud eos compertum est experientia, excommunicati cuiuslibet corpus post mortem non putrescere: plurcsque reperi de auditu & visu testes, cadauera huiusmodi incorrupta, in terram suam, absolutione accepta, sub omnium oculis mox vt ligone à Pontifice percussa fuerant, redacta fuisse, affirmantes. Id nec Latini Græcorum abusus, errores, & apocrypha alioqui subsannare soliti, vbi inter eos habitant, falsitatis arguunt: imo vt toleratæ in eis Ecclesiasticæ potestatis argumentum suspiciunt. Illud etiam excommunicationis à Pontifice latæ verba comminantur, eamque pœnam virtute à Deo mutuata, se infligere liquido declarant; vt quamdiu nimirum maledictionis vinculo quisquam irretitur, tamdiu corpus eius ἐκκλησιαστικοῦ δεσμοῦ ... , indissolutum perseueret. Huiusmodi sententiæ ex autographo penes Illustriss. & Reuerendiss. D. Episcopum Vabrensem reperiendo, mihique perhumane exhibito, desumptum exemplar subiicio.

Κύριλλος ἐλέῳ Θεοῦ Πάπας καὶ Πατριάρχης τῆς μεγαλοπόλεως Ἀλεξανδρείας καὶ ἐπιτηρητὴς τῆς οἰκουμενικοῦ θρόνου.

Cyrillus Dei gratia, Papa & Patriarcha metropolis Alexandriæ, & vniuersalis throni custos.

Sacerrime Nauplij & Argo Metropolita, venerande in sancto Spiritu dilecte frater, & comminister. Gratia tibi & pax à Deo. Præsentibus literis declaramus, vt quicumque

Ἱερώτατε μητροπολῖτα Ναυπλίου καὶ Ἄργους, καὶ ὑπέρτιμε ἐν ἁγίῳ πνεύματι ἀγαπητὲ ἀδελφὲ καὶ συλλειτουργέ· χάρις εἴη σοι καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ. Διὰ τοῦ παρόντος γράμματος ἀποφαινόμεθα, ἵνα ὡς

ὡς ἐκεῖνοι οἱ Χριστιανοὶ, οἱ παρακινοῦντες καὶ συμβουλεύοντες τὴν γυναῖκα τοῦ ἀποθανόντος Σταματίου τοῦ Χριστοφόρου, ἀθετῆσαι τὰ συμφωνικὰ καὶ ἐξισασμοῦ γράμματα, ἅπερ ἐποίησε μετὰ τῶν αὐταδέλφων αὐτῆς Κωνσταντῆ καὶ Δαμασκηνοῦ καὶ ἀρνηθῆναι τὰ ὅσα ἔλαβε παρ' αὐτῶν, ἄνδρες ὄντες καὶ γυναῖκες ἀφωρισμένοι εἰσὶν ἀπὸ θεοῦ παντοκράτορος, καὶ κατηραμένοι καὶ ἀσυγχώρητοι, καὶ μετὰ τὸν θάνατον ἄλυτοι, ἐν τῷ νῦν αἰῶνι καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, καὶ τυμπανιαῖοι· ὡς οὗ παύσονται τῶν σκανδάλων καὶ ἐάσωσι τὰ τοῦ ἐξισασμοῦ γράμματα ἔχειν τὸ κῦρος, καὶ ἀμετάτρεπτον ὀφειλούμενον παρ' αὐτῆς τῆς τοῦ Σταματίου γυναικὸς, καὶ ἐμμένειν ἐν τῷ ἐξισασμῷ αὐτῆς, καὶ μὴ σαλεῦσαι, καὶ ἀθετῆσαι τὰ γεγραμμένα καὶ ληφθέντα ἐν βάρει ἀλύτου καὶ αἰωνίου ἀφορισμοῦ, καὶ ἐξώσει τῆς ἐκκλησίας Χριστοῦ. Ὅσοι δὲ εὑρίσκονται μάρτυρες ἐν τῇ αὐτῇ ὑποθέσει, ἐὰν μὴ μαρτυρήσωσιν ἀπροσωπολήπτως τὴν ἀλήθειαν, ὅπου ἂν προσκληθῶσιν, ἀφωρισμένοι ἔστωσαν καὶ ἀσυγχώρητοι. ἡ δὲ τοῦ θεοῦ χάρις εἴη σοι.

sunt ij Christiani, qui commouent, & consulunt vxori Stanislai, filij Christophori defuncti, vt irritet conuenta & pacti scripta, quæ cum mariti sui fratribus Constante & Damasceno firmauit, & vt quæ ab eis accepit inficietur: siue viri sint, siue mulieres à Deo omnipotente sint excommunicati, maledicti, & incondonati, & post mortem inconsumpti, & indissoluti, in præsenti sæculo & in futuro, & Tympani more turgidi, quousque à dandis scandalis desistant, & pacti scripta suum robur & stabilitatem habere permittant, & ipsa suis conuentionibus firmet fidem, nec immutet aut irritet scripta, & accepta sub pœna indissoluendæ & æternæ excommunicationis, & ab Ecclesia segregationis. Quotquot vero in hoc negotio testes reperiuntur, nisi absque personarum acceptione testimonium perhibeant, vbicumque ad iudicium euocabuntur, excommunicati sint, & incondonati. Gratia vero Dei tibi sit.

Nec deest exemplum effectus maledicti huiusmodi, in Ecclesia Latina firmans fidem. Corpus enim Petri de Luna pseudopapæ, Benedicti 13. quondam vocati, Peninsulæ quidem vita functi, Igluecam tamen Arragoniæ oppidum postea translati, & intra arcem loco prophano repositi, vsque hodie incorruptum omnino perseuerat, ita narrante Ciaconio in eius vita, eo quod à Concilio Constantiensi Excommunicationis fulmine ictus, vt Ecclesiæ & Pontifici legitime electo rebellis, nullum cum vtroque reconciliationis in morte dare voluerit argumentum. Refert etiam Petrus Maffeius histo. Indicæ lib. 5. Anno 1509. sub Albuquercio Indiæ prorege militem naualis turbæ socium expirasse, qui in mare proiectus ingentem terrorem omnibus attulit: noctu quippe infra sentinam pulsus frequentes exaudiri cepti, quem ad strepitum cum arrepta scala vigiles descendissent, implexum carinæ sub ipso gubernaculo defuncti militis corpus offendunt. Re ad nauarchum delata dubium non fuit, quin cadauer translatum in littus humo contegerent: quo facto, postridie super ipsum sepulchrum rursus inhumatus apparuit. Ea re attoniti cuncti: at Franciscus quidam Monachus sagaci coniectura suspicatus est, hominem aliquo interdicti vel anathematis vinculo constrictum è vita excessisse, atque ita in terram egressus sanctissimi viri Benedicti Abbatis exemplo, è Pontificia formula conceptis verbis, animum demortui rite expiauit, vnde reddita pace mortuo, eo mysterio vaga ossa tandem in suo tumulo quieuere. Inter familiaria autem huiusmodi plura exempla, quibus abundant Græci, celeberrimum est illud quod Mehemet secundi, qui regiam Constantini vrbem & imperium expugnauit, tempore contigit. Is cum externarum gentium mores & religionem agnoscendi præter Turcarum morem, esset cupidissimus, de non consumptis Græcorum excommunicatorum cadaueribus, accepta notitia, nunciauit Patriarchæ, vt quæreret hominem communione Ecclesiæ exterminatum, ante longum tempus vita defunctum, in quo narrati miraculi probaret veritatem. Patriarcha tyranni imperio, & rei difficultate perterritus, à senioribus Clericis monitus est, corpus viduæ cuiusdam à Sacerdote relictæ, forma quidem suo tempore conspicuæ, propter manifestam autem vitæ libidinem à Gennadio præcessore, è sacro piorum grege eliminatæ incorruptum adhuc iacere, vt quæ paternorum monitorum impatiens, Patriarcham ipsum nefandi secum habiti commercij crimine infamasse non fuisset verita. Re à tyranno accepta, tetro cadaueri in morem Tympani inflato in Ecclesiam Pammacaristæ virginis elato, & in arca sigillis regiis munita incluso, Patriarcha benedictionem impertitur, literasque absolutionis illius quas ipse manu sua conscripserat, recitat. Rem dictu miram, compages corporis tunc inuicem separari in medio arcæ ita manifeste, vt astantes audirent strepitum, ossaque omnia carne in cinerem soluta denudari cœperunt, & reserata à ministris regiis arca, sola, disiuncta, puluereæ massæ intermixta, ab omnibus fuerunt visa. Quo nuncio à Mehemet principe accepto, Satrapam nomine suo dictum, Ameruthæ filium, qui eum de miraculo monuerat, laudato palam fidei nostræ cultu, chariorem deinceps habuit, quo suggerente didicerat, ὅτι ἐκεῖνον ὁποῦ ἀφορίσωσι δικαίως οἱ ἀρχιερεῖς καὶ ἱερεῖς τῶν Ῥωμαίων, ἡ γῆ δὲν τὸν λύει, ἂν δὲν λάβωσι συγχώρησιν. ἐὰν περάσωσι καὶ χίλιοι χρόνοι, *quem Antistites & Sacerdotes Græci sacro Ecclesiæ cœtu prohibuerint, humo non dissolui, nisi veniam à Deo impetrarit, licet mille anni præterierint.* Hæc cum pluribus aliis fidem relatis astruentibus historia

Constantinopolitana in volumine Turcogræciæ.

5 Ψυχικοῦ καὶ σωματικοῦ ἁμαρτήματος.] Balsamon in Can. 2. Concilij Nicæni, ψυχικὸν ἁμάρτημα, *peccatum animæ* censet, quod ei perniciem affert & interitum ἐπάγον τῇ ψυχῇ βλάβην, quod probaretur quidem, si nullum inter illud, & corporeum apponeretur discrimen; at cum vnum aduersum alteri refertur, acceptior est sententia à Balsamone reiecta, quæ per corporis peccatum vult illud intelligi, quod facultate corporea exercetur, καὶ ἐκ σωματικῆς ὀρέξεως δεξάμενον τὴν ἀρχήν, *& à corporis enascitur concupiscentia*; animæ vero vocat, τὸ ἐκ ψυχικῶν παθῶν τικτόμενον, οἷον ἐξ οἰήσεως, ἐξ ἀνηκοΐας καὶ ἑτέρων τοιούτων τικτόμενον, *quod ex animi perturbationibus, vt ex superbia, & inobedientia; & alijs eiusmodi ortum habet.*

ORATIO PRO QVACVMQVE infirmitate.

OMnipotens Domine, animarum corporumque medice, qui humilias & exaltas, qui castigas & iterum sanas, fratrem nostrum N. infirmum in misericordia tua sana: brachium tuum medela remediisque plenum extende, & eum è lecto & infirmitate erectum cura. Increpa spiritum infirmitatis: amove ab eo plagam omnem, dolorem omnem, omne flagellum, omnem febrem aut rigorem. Et si in eo aliquod delictum aut iniquitas est: relaxa, remitte, condona propter tuam benignitatem. Ita Domine, parce creaturæ tuæ, in Christo Iesu Domino nostro, cum quo benedictus es, cum sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

a ΕΥΧΗ ΕΠΙ ΠΑΣΑΝ ΑΡΡΩΣΤΙΑΝ.

ΔΕσποτα παντοκράτορ, ἰατρὲ ψυχῶν καὶ σωμάτων, ὁ ταπεινῶν καὶ ἀνυψῶν, ὁ παιδεύων καὶ πάλιν ἰώμενος, τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν τὸν δεῖνα, τὸν ἀσθενοῦντα ἐπίσκεψαι ἐν τῷ ἐλέει σου. ἔκτεινον τὸν βραχίονά σου τὸν πλήρη ἰάσεως καὶ θεραπείας, καὶ ἴασαι αὐτὸν ἐξανιστῶν ἀπὸ κλίνης καὶ ἀρρωστίας, 1 ἐπιτίμησον τῷ πνεύματι τῆς ἀσθενείας, ἀπόστησον ἀπ' αὐτοῦ πᾶσαν πληγὴν, πᾶσαν ἀλγηδόνα, πᾶσαν μάστιγα, πάντα πυρετὸν ἢ ῥῖγος· καὶ εἰ ἔστιν ἐν αὐτῷ πλημμέλημα, ἢ ἀνόμημα, ἄνες, ἄφες, συγχώρησον διὰ τὴν σὴν φιλανθρωπίαν. ναὶ κύριε φεῖσαι τοῦ πλάσματός σου, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ, σὺν τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

VARIÆ LECTIONES.

a EΥχὴ ἐπὶ πᾶσαν ἀρρωστίαν.] Cryptoferratense & Allatianum M.S. ἐπὶ παντὸς εἴδους ἀρρωστίας legunt, priuatam tamen orationem ἐπὶ πυρέσσοντι, Allatianum & Regium M.S. suggerit.

DOmine Deus noster, qui temporales & graues morbos solo verbo curas, qui Petri socrum sanasti: ipse & nunc Domine à detinente eum flagello seruum tuum cura, qui ex compassione castigas, & benigne mederis, quique infirmitatem & ægritudinem omnem abigere potes: à doloris lecto & malorum strato, misericordiæ tuæ remedio ipsi collato, erige: & perfectam medelam & salutem ei confer. Quia tu es medicus corporum & animarum nostrarum: & tibi gloriam referimus.

ΚΥριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τὰ χρόνια καὶ δεινὰ πάθη λόγῳ μόνῳ θεραπεύσας, ὁ τὴν πενθερὰν Πέτρου πυρέττουσαν ἰασάμενος· αὐτὸς καὶ νῦν δέσποτα ἴασαι τὸν δοῦλόν σου ἀπὸ τῆς συνεχούσης αὐτὸν μάστιγος· ὁ παιδεύων συμπαθῶς, καὶ ἰώμενος ἀγαθῶς, ὁ πᾶσαν νόσον καὶ μαλακίαν ἀφαιρεῖσθαι δυνάμενος· καὶ ἀνάστησον αὐτὸν ἀπὸ κλίνης ὀδυνηρᾶς, καὶ ἀπὸ στρωμνῆς κακώσεως, ἐπιθεὶς ἐπ' αὐτὸν τὸ φάρμακον τοῦ ἐλέους σου· παράσχου αὐτῷ τελείαν ἴασιν καὶ ὑγείαν. Ὅτι σὺ εἶ ὁ ἰατρὸς τῶν σωμάτων, καὶ τῶν ψυχῶν ἡμῶν· καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν.

Aliam quoque ex ſuo Euchologio M.S. miſit Georgius Coreſius Chienſis Eccleſiæ CP. Theologus.

Εὐχὴ εἰς ἀσθενοῦντα.
Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Δέσποτα κύριε σαβαὼθ ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ καθεζόμενος, καὶ ὑπὸ τῶν Σεραφὶμ αἰνούμενος, ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορῶν, ὁ ἀνατέλλων τὸν ἥλιον ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς, καὶ βρέχων ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, ὁ διακρατῶν, καὶ διακυβερνῶν ἀρρήτῳ δυνάμει καὶ σοφίᾳ πᾶσαν τὴν κτίσιν, καὶ πᾶσαν πνοήν, ὁ παιδεύων καὶ πάλιν ἰώμενος· δέξαι με προσερχόμενον τῇ σῇ ἀγαθότητι, καὶ μὴ βδελύξῃς με τὸν ἁμαρτωλόν, ἀλλ' ἐπάκουσόν μου τῆς φωνῆς τῆς δεήσεώς μου· καὶ ἐξαπόστειλον βοήθειαν ἐξ ἁγίου κατοικητηρίου σου σπλαγχνισθεὶς ἐπὶ τῷ πλάσματι τῶν χειρῶν σου. ὁ πάντων τὰς προσευχὰς ἐπακούων, καὶ ἴασαι τὸν δοῦλόν σου ὁ ἐκ τῆς συνεχούσης αὐτὸν ἀσθενείας. Σὸν γάρ ἐστι τὸ ἐλεεῖν καὶ σώζειν, Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν· καὶ σοὶ τὴν δόξαν, καὶ τὰ ἑξῆς.

Oratio in Infirmum.
Dominum precemur.

Dominator Domine Sabaoth Deus noſter, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſedes ſuper Cherubim, & à Seraphim celebraris, qui in excelſis habitas, & humilia reſpicis, qui oriri facis ſolem ſuper bonos & malos, & ſuper iuſtos & iniuſtos imbrem mittis, qui inenarrata virtute creaturam omnem & omnem ſpiritum contines & gubernas, qui caſtigas & rurſum ſanas: ſuſcipe me ad tuam bonitatem accedentem; & ne me peccatorem reſpuas, ſed exaudi vocem deprecationis meæ: & mitte auxilium de ſancto habitaculo tuo operis manuum tuarum miſertus. Qui omnium preces exaudis, ſana ſeruum tuum à detinente illum infirmitate. Tuum eſt enim miſereri & ſaluare, Chriſte Deus noſter: & tibi gloriam, &c.

IN ORATIONEM IN OMNEM MORBVM, Notæ.

1 Ἐπιτίμησον τῷ πνεύματι ἀσθενείας.] Hippocrates, Auicenna, Pomponatius, Leuinus, Lemnius, & alij dæmonum virtute & improbitate, ægritudines immitti negant. Aduerſam ſententiam probat D. Thomas 1. p q. 115. art. 5. & Martius Del Rio diſq. magic. lib. 3, part. 1. qu. 4. ſect. 5. in qua ſubtiliter totam hanc difficultatem enodat: cui ſoluendæ vnicum ſalutis humanæ moderatoris ſufficit teſtimonium, mulierem in terram incuruatam à mortis authore per octodecim annos fuiſſe alligatam aſſerentis.

a 1 ΕΥΧΗ ΕΠΙ ΟΡΥΞΕΙ ΦΡΕΑΤΟΣ.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ παντοκράτωρ, καὶ παντοδύναμος, ὁ ποιῶν πάντα καὶ μετασκευάζων μόνῳ τῷ βούλεσθαι· ὁ ἐν ἀπόροις πόρον εὑρίσκων ἀρρήτῳ καὶ ἀκαταλήπτῳ σοφίᾳ, ὁ ἐξ ἀκίκμου πέτρας ὑδάτων παραχῶν ῥυῆναι χειμάρρους καὶ διψῶντα τὸν σὸν ἐμπλήσας λαόν. αὐτὸς καὶ νῦν, δέσποτα τῶν ἁπάντων, ἐπάκουσον ἡμῶν τῆς δεήσεως τῶν ἀναξίων δούλων σου, καὶ χα-

ORATIO IN PVTEI EFFOSSIONE.

Domine Deus noſter omnipotens, qui ſola tua voluntate cuncta condis & transmutas, quique in inaquoſis ineffabili & incomprehenſa tua ſapientia fluenta inuenis, qui è ſicca petra aquarum torrentes ſitienti populo tuo ſatiando effluere iubes. Ipſe & nunc omnium Domine, indignorum ſeruorum tuorum preces exau-

di, & hoc in loco limpidam potuique aptam aquam nobis largire: abundantem quidem ad vsum, innoxiam vero ad potum: vt & in hoc collaudemus sanctissimum nomen tuum; Patris, & Filij, & sancti Spiritus: nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

εῖσαι ἡμῖν ὕδωρ ἐν τῷ τόπῳ τῷδε, διαυγές τε καὶ πότιμον· ἄφθονον μὲν εἰς χρείαν, ἀβλαβὲς δὲ πρὸς ἀπόλαυσιν· ὡς ἂν καὶ ἐν τούτῳ δοξάζωμεν τὸ πανάγιον ὄνομά σου, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

VARIÆ LECTIONES.

a Εὐχὴ ἐπὶ ὀρύξει φρέατος.] Addit Cryptæ Ferratæ codex, καὶ εὑρέσει ὕδατος.

IN ORATIONEM PRO PVTEI EFFOSSIONE.

Notæ

1 Ἐπὶ ὀρύξει φρέατος.] Orationis huius ritus, verba gestaque B Clementis Martyris imitatur. In Chersonesum enim ad marmora secanda relegatus, cum à sex milliaribus, aquam à Christianis eiusdem pœnæ sociis deportari audiisset, misertus laboris eorum, & fide plenus: *Precemur*, ait, *Dominum vt fidei suæ confessoribus fontem aquæ aperiat: & qui percussit petram in terra deserta Sina, & abunde fluxerunt aquæ, ipse copiosum nobis præstet fluentum in necessitatis angustia.* Mox loco effosso, limpidissima scaturiit aqua, & fluminis impetus Dei seruorum animas corporaque lætificauit.

ORATIO IN PLANTANDA VINEA.

DOmine Iesu Christe, qui vitis verus es Pater vero tuus agricola est: tu & Apostolos tuos vocasti palmites: tu quoq; Gentibus eiectis gratia tua Israël plantasti: ita & nunc Domine in vineam hanc adueni, & eam planta: profundasque in ea radices agat misericordia tua: opem tuam illi in custodem designa, prouidentia tua ingressus & egressus eius circumualla; ipsam & omnem eius ambitum à grandine, niue, & gelu violenter impacto, frigoribus horrendis, æstus spiritu, procellis, dæmonibus, & vt semel dicam visibilium & inuisibilium inimicorum appulsu liberam redde. Respice, & visita vineam istam tua dextera plantatam, vt in tempore & maturitate fructus proferat, & ex ea racemos in Christi tui sanguinem conuertendos decerpere, tibique offerre possimus. Tibi enim conuenit omnis gloria, honor, & adoratio, cum principij experte tuo Patre, & cum sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

a ΕΥΧΗ ΕΙΣ ΦΥΤΕΥΜΑ ΑΜΠΕΛΩΝΟΣ.

ΚΥριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ ἡ ἄμπελος ὑπάρχων ἡ ἀληθινὴ, καὶ ὁ πατήρ σου ὁ γεωργός, σὺ καὶ τοὺς ἀποστόλους ἐκάλεσας κλήματα, σὺ καὶ διὰ τῆς Ἰσραὴλ ἐξέβαλες ἔθνη, καὶ κατεφύτευσας αὐτόν· οὕτω καὶ νῦν δέσποτα, ἐπιφοίτησον ἐπὶ τὴν ἄμπελον ταύτην, καὶ ἐμφύτευσον· βάθυνον τὸ ἔλεός σου ἐπ᾽ αὐτήν. δὸς αὐτῇ φύλακα τὴν σὴν βοήθειαν, περιχαράκωσον τὰς εἰσόδους καὶ ἐξόδους αὐτῆς τῇ προνοίᾳ σου. λύτρωσαι αὐτὴν καὶ πᾶσαν περιοχὴν αὐτῆς ἀπὸ πάσης χαλάζης, ἀπὸ χιόνος, καὶ κρυστάλλου φερομένης βιαίως, ἀπὸ φρικτῶν κρυμῶν, καὶ πνευμάτων καύσεων, ἀπὸ καταιγίδος, καὶ δαιμόνων, ἀπὸ πάσης ἁπαξαπλῶς εἰπεῖν ἐφόδου ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ἐχθρῶν. ἔπιδε καὶ ἐπίσκεψαι τὴν ἄμπελον ταύτην, ἣν ἐφύτευσεν ἡ δεξιά σου· ἵνα ἀποδῷ ἐν καιρῷ τοὺς καρποὺς αὐτῆς εἰς ὥραν, καὶ καταξιωθῶμεν τρυγῆσαι καὶ 1 προσκομίσαι σοι ἐξ αὐτοῦ, εἰς τὸ μεταποιηθῆναι εἰς αἷμα τοῦ Χριστοῦ σου. σοὶ γὰρ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

VARIÆ LECTIONES.

Εὐχὴ εἰς φύτευμα ἀμπελῶνος.] Legit Cryptæ Ferratæ M. S. εἰς τὸ φυτεῦσαι ἀμπελῶνα. Hisque verbis incipit Oratio. Σὺ εἶ ἡ ἄμπελος Χριστὲ ἡ ἀληθινὴ &c.

IN ORATIONEM AD PLANTANDAM VINEAM NOTÆ.

1 Προσκομίσαι σοι ἐξ αὐτῶν.] Duplici ratione, qui vineam plantat, fructum ex ea Deo se promittit oblaturum: vuas nimirum præcoces, vt bonorum omnium authorem agnoscat, de quo iam actum est, vbi περὶ ἀπαρχῶν προσφερόντων καρπῶν ὀπώρας fuit consideratio: & vinum deinde in sacrificium, vt supremum Dei dominium profiteatur. Verba itaque hæc, quæ oblationem è vino solitam offerri connotant, simul etiam subindicant, Orationem hanc iam eo tempore editam fuisse, quo ex pane & vino à fidelibus oblatis, hostiæ deinde consecrandæ separarentur. Et quamuis doctissimus Albaspinæus quinta Obser. lib. I. existimet ex oblationibus nullam partem ad Eucharistiam conficiendam sepositam fuisse: in eum tamen militant Baronij dicta anno 57. num. 145. quibus adde tum ordinis Romani testimonium, tum quam sæpissime missales nostras Orationes secretas, vt hostiæ plebis Christianæ, tanquam Sacrificium (proprium dico & germanum) Deo sint acceptæ rogare instantius, & vt munera dicata, à populo nempe delata, sancta, imo vnigeniti Filij eius corpus & sanguis fiant &c. quam mentem equidem matronam illam Romanam non habuisse constat, de qua scribit Ioannes Diaconus in Gregorij vita, quod cum sancti Pontificis manu communionem sumeret, his sibi verbis ab eo dictis. *Corpus Domini nostri Iesu Christi conseruet animam tuam, lasciua subrisit. Ille dexteram ab eius ore conuertens partem illam Dominici corporis super altare deposuit. Expletis vero missarum solemniis coram populo inquisiuit, quamobrem corpus Dominicum sumptura ridere præsumpserit: quia panem*, inquit, *quem proprys manibus fecisse cognoueram, tu corpus Dominicum perhibebas.* Illa autem vt præmittit vitæ Gregorianæ scriptor, *celebranti solitas Oblationes obtulerat.* Superest itaque vt & oblationes illæ consecratæ deinceps fuerint, in Eulogias & pauperum necessitates plurima eorum parte seposita, potuisseque pro more recepto, azymas, si non cunctas, saltem sacrificio destinatas, præparari.

a ΕΥΧΗ ΕΠΙ ΤΡΥΓΗΣ ΑΜΠΕΛΟΥ.

Ὁ Θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ὁ εὐδοκήσας ἄμπελον κληθῆναι τὸν μονογενῆ σου υἱὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τὸν καρπὸν αὐτῆς ἀθανασίας πρόξενον ἀναδείξας, καὶ τῆς τοῦ πνεύματός σου χάριτος. αὐτὸς καὶ νῦν δέσποτα, καὶ τοῦτον τῆς ἀμπέλου τὸν καρπὸν εὐλόγησον, καὶ δὸς πᾶσι τοῖς μεταλαμβάνουσιν ἐξ αὐτοῦ, τὸν ἁγιασμὸν καὶ τὴν τῆς ψυχῆς προκοπήν· τὸν δὲ συγκαλέσαντα ἡμᾶς, τῆς ἀληθινῆς σου ἀμπέλου μέτοχον ποίησον διαπαντός· καὶ ἀνεπηρέαστον τὴν ζωὴν αὐτοῦ διαφύλαξον ταῖς αἰωνίοις σου καὶ ἀναφαιρέτοις δωρεαῖς κατακοσμῶν. χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ, σὺν τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

ORATIO PRO VINDEMIA.

Devs & Saluator noster, cui vnigenitum Filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum, vitem vocare, & eius fructum æternitatis, & gratiæ sancti Spiritus instrumentum fieri complacuit; ipse nunc Domine etiam hunc vitis fructũ benedic, & omnibus ex eo sumentibus sanctitatem & animæ profectum dona, & eũ qui nos vocauit veræ tuæ vitis participem esse concede, vitam & à malis liberam æternis & indireptis bonis ornatam redde. Gratia & humanitate vnigeniti Filij tui, cum quo benedictus es: cum sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

VARIÆ LECTIONES.

a Ἐπὶ τρύγης ἀμπέλου.] Barberinum M.S. legit εὐχὴ ἐπὶ τρυγώντων. at non immerito Cryptoferratense M.S. habet hic. εὐχὴ ἐν ἀρχῇ τρύγης κοινῆς. Animaduerto namque inter legendum varia Euchologia vindemiam posse dici communem, quam agunt omnes, dum propriæ vineæ racemos colligũt: priuatã vero aliã assignari posse, quam animi relaxãdi gratia Imperator in propriis prædiis habebat: ante vindemiam autem cum vuas præcoces & primo maturas decerpere & delibare soleant homines, huiusmodi præcocioris racemi decerptionem & degustationem obseruo Imperatori proprium, & ei quasi reseruatam: cæterum siue in vuæ delibatione priuata, siue communi; atque etiam in plebeia aut Regia vindemia, Ecclesiam suas interposuisse, imo præmisisse benedictiones & preces ex subiunctis officiis constat. Post hoc itaque vindemiæ communis occurrit Imperatoriæ officium, è Cryptoferratensi & Barberino M.S. desumptum.

Oratio à Patriarcha fieri solita: cum de more decima quinta Augusti, vindemiam adoritur Imperator in Blachernis. Diacono dicente, Dominum precemur. *Et reliquam collectam: precatur.*

Εὐχὴ γινομένη ὑπὸ τοῦ πατριάρχου, ὅτε πρὸς συνήθειαν ἐπιτελεῖ τὴν τρύγην ὁ βασιλεὺς τῇ ιε. Αὐγούστου ἐν Βλαχέρναις.

Τοῦ διακόνου λέγοντος, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν, καὶ συναπτήν· εὔχεται.

Deus & Saluator noster, cui vnigenitum Filium tuum, & Dominum nostrum Iesum Christum, vitem vocari; & per ipsum immortalitatis fructum nobis donari complacuit: ipse quoque benedic istum vitis fructum, & nos illius factos participes inculpatè gratias agere, & te datorem & authorem omnium bonorum ad nos cibandos, laudare concede: & seruos tuos, fideles Impp. nostros veræ vitis effice consortes; vitam illorum ab insidiis tutam conserua, æternis & inamissibilibus tuis bonis, pace in omnibus donata, illos exorna. Intercessionibus sanctæ Deiparæ, & omnium sanctorum, qui à sæculo tibi placuerunt. Benignitate & humanitate vnigeniti Filij tui: cum quo. *Et quæ sequuntur.*

Ὁ Θεὸς, ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ὁ εὐδοκήσας ἄμπελον ἀληθινὴν καλεῖσθαι τὸν μονογενῆ σου υἱὸν καὶ θεὸν, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ δι' αὐτοῦ καρπὸν ἀθανασίας ἡμῖν χαρισάμενος. αὐτὸς καὶ τοῦτον τὸν καρπὸν τῆς ἀμπέλου εὐλόγησον· καὶ ἡμᾶς τοὺς μεταλαμβάνοντας ἀξίωσον ἀκαταγνώστως εὐχαριστεῖν, καὶ δοξάζειν σε τὸν δοτῆρα καὶ χορηγὸν πάντων τῶν πρὸς διατροφὴν ἡμῶν ἀγαθῶν σου· καὶ τοὺς δούλους σου τοὺς πιστοὺς βασιλεῖς ἡμῶν, τῆς ἀληθινῆς ἀμπέλου μετόχους ποίησον· ἀνεπηρέαστον αὐτῶν τὴν ζωὴν διαφύλαξον, ταῖς αἰωνίοις σου ἀναφαιρέτοις δωρεαῖς αὐτοὺς καταχόσμησον, εἰρήνην διὰ παντὸς αὐτοῖς χαριζόμενος. πρεσβείαις τῆς ἁγίας θεοτόκου, καὶ πάντων τῶν ἁγίων τῶν ἀπ' αἰῶνός σοι εὐαρεστησάντων. ἀγαθότητι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, μεθ' οὗ. καὶ τὰ ἑξῆς.

Sacerdos. Pax omnibus. *Diaconus.* Capita vestra Domino inclinate.

Ὁ ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσι. Ὁ διάκονος. Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ κυρίῳ κλίνατε.

Domine virtutum, gloriæ Rex, terrenum regnum sub te moderantes in omni pietate & pace conserua, deduc illos ad tuæ voluntatis portum, bonorum cœlestium illis fruitionem largire, nosque nomen tuum inuocantes, in delibatione producti à te vitis fructus velut mundanorum etiam reconditorum bonorum tuorum participes effice. Tu enim es Rex gloriæ, & Saluator animarum nostrarum: & tibi gloriam &c.

Κύριε τῶν δυνάμεων, ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης, τοὺς τὴν ἐπίγειον βασιλείαν ὑπὸ σοῦ πιστευθέντας ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ εἰρήνῃ διατήρησον, ὁδήγησον αὐτοὺς ἐπὶ λιμένα θελήματός σου, δώρησαι αὐτοῖς τῶν ἐπουρανίων ἀγαθῶν τὴν ἀπόλαυσιν, καὶ ἡμᾶς τοὺς ἐπικαλουμένους τὸ ἅγιον ὄνομά σου ἐν μεταλήψει τοῦ ὑπὸ σοῦ τελεσφορηθέντος τῆς ἀμπέλου καρποῦ μετὰ τῶν ἐγκοσμίων καὶ τῶν ἀπορρήτων σου ἀγαθῶν καταξίωσον. σὺ γὰρ εἶ ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης, καὶ σωτὴρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν· καὶ σοὶ τὴν δόξαν.

1 Ex eodem Cryptæ Ferratæ M.S. ſequitur. Εὐχὴ εἰς μετάληψιν 1 σαφυλῆς.
2 Edita vero quædam addunt. 2 Τῇ ἕκτῃ τοῦ Αὐγούστου.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

ΕΥλόγησον κύριε τὸν καρπὸν τοῦτον τῆς ἀμπέλου τὸν νέον ὃν διὰ τῆς τοῦ ἀέρος εὐκρασίας, καὶ τῶν σαγόνων τῆς βροχῆς, καὶ τῆς τῶν καιρῶν γαλήνης εἰς ταύτην τὴν ὡριμωτάτην, στάσιν ἐλθεῖν εὐδόκησας· ἵνα ᾖ ἐν ἡμῖν τοῖς ἐξ αὐτοῦ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου μεταλαμβάνουσιν εἰς εὐφροσύνην, καὶ προσενέγκασι δῶρον εἰς ἐξιλασμὸν ἁμαρτιῶν, διὰ τοῦ ἱεροῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ σου, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ, σὺν τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Oratio in vuæ delibatione, ſexta Auguſti.
Dominum precemur.

FRuctum hunc vitis nouum aëris temperie, pluuiæ ſtillis, & temporum tranquillitate ad maturitatem tuo placito deductum, benedic Domine: vt nobis ex hoc vitis genimine deguſtantibus ſit in lætitiam, & illud in donum offerentibus in peccatorum propitiationem, per ſanctum corpus Chriſti tui, cum quo benedictus es, cum ſanctiſſimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum.

IN ORATIONEM IN DELIBATIONE VVÆ DIE ſexta Auguſti. Notæ.

1 EIς σαφυλῆς μετάληψιν.] Bottros recentes cum ſpicis non ſacrificij inſtituto, ſed grati animi affectu, pro receptis frugibus vitæ humanæ ſuſtentandæ neceſſariis; & indicio quod vinum botris expreſſum, paniſque è ſpicis educendus in ſacrificij materiam deſtinata ſint, Canon 3. Apoſtolicus in Eccleſia permittit offerri. Hæc eſt Canonis Trullani 28. ſententia; deſcribitque ἰδικῶς τοὺς ἱερεῖς εὐλογοῦντας τοῖς αἰτοῦσι ταύτης (σαφυλῆς) μεταδιδόναι πρὸς τὴν τοῦ δοτῆρος τῶν καρπῶν εὐχαριστίαν, δι' ὧν τὰ σώματα ἡμῶν κατὰ τὸν θεῖον ὅρον αὔξει καὶ ἐκτρέφεται: *ſeorſim Sacerdotes, vuam benedicere, & in eos qui petunt, diuidere: ad fructuum datoris gratiarum actionem, per quos corpora noſtra diuina diſpoſitione augentur & enutriuntur.*

2 Τῇ ἕκτῃ τοῦ Αὐγούστου.] Vbi præcoces ſunt fructus, ſexta Auguſti adiectis etiam σύκοις πρωτοφανέσι, *ficubus primo viſis*, ritus hic peragitur: in frigidiori vero regione, qualis eſt Conſtantinopolitana, 15 eiuſdem menſis Patriarchæ inter celebrandum fructus hi benedicendi offeruntur. Balſamon in Can. 3. Apoſt. citatum. διὰ γὰρ τοῦτο ὡς ἔοικε καὶ σαφυλὰς πατριάρχῃ προσφέρουσιν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ τοῦ θείου ναοῦ τῶν Βλαχερνῶν μετὰ τὴν ἱεροτελεστίαν κατὰ τὴν ἑορτὴν τῆς κοιμήσεως τῆς θεοτόκου. *Ideo Patriarchæ quoque vuas offerunt, in altari ſacræ ædis Blachernarum peracto ſacro, circa feſtum dormitionis ſanctiſſimæ Deiparæ.* Habet porro Eccleſia Latina benedictionem vuæ in lib Sacramentorum D. Gregorii etiam ſexta Auguſti faciendam his verbis. *Benedic Domine, & hos fructus nouos vuæ, quos tu Domine rore cœli, & inundantia pluuiarum, & temporum ſerenitate, atque tranquillitate, ad maturitatem perducere dignatus es, & dediſti eos ad vſus noſtros, cum gratiarum actione percipi, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

2 ΕΥΧΗ ΕΠΙ ΕΥΛΟΓΗΣΙΝ ΟΙΝΟΥ.

ΚΥριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ἀγαθὲ καὶ φιλάνθρωπε, ἔπιδε ἐπὶ τὸν οἶνον τοῦτον, καὶ ἐπὶ τοὺς μεταλαμβάνοντας ἐξ αὐτοῦ, καὶ εὐλόγησον αὐτὸ ὡς ηὐλόγησας τὸ φρέαρ τοῦ Ιακὼβ, καὶ τὴν κολυμβήθραν τοῦ Σιλωὰμ, καὶ τὸ ποτήριον τῶν ἁγίων σου ἀποσό-

ORATIO PRO VINO BENEDICENDO.

DOmine Deus noſter, benigne & clemens, reſpice vinum iſtud, & omnes ex eo delibantes, & benedic illud, ſicut puteum Iacob, & piſcinam Siloé, & poculum ſanctorum Apoſtolorum tuo-

rum benedixisti. Qui in Cana Galilææ aduenisti, & sex hydriis benedictis, & aqua in vinum conuersa, sanctis tuis Discipulis & Apostolis gloriam tuam manifestasti. Ipse quoq; nunc Domine Spiritum sanctũ tuum super vinum hoc mitte, & in nomine sancto tuo illud benedic. Quia tu benedicis & sanctificas, & multiplicas omnia Christe Deus noster, & tibi gloriam referimus, cum Patre, & Spiritu sancto: nunc & semper, & in sæcula sæcula sæculorum. Amen.

λων, ὁ παραγενόμενος ἐν Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας, καὶ εὐλογήσας τὰς ἓξ ὑδρίας, καὶ τὸ ὕδωρ εἰς οἶνον μεταβαλὼν, καὶ τὴν δόξαν σου φανερώσας τοῖς ἁγίοις σου μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις· αὐτὸς καὶ νῦν ἐξαπόστειλον κύριε τὸ ἅγιόν σου πνεῦμα ἐπὶ τὸν οἶνον τοῦτον, καὶ εὐλόγησον αὐτὸν ἐπὶ τὸ ὀνόματί σου τῷ ἁγίῳ. Ὅτι σὺ εἶ ὁ εὐλογῶν καὶ ἁγιάζων καὶ πληθύνων τὰ σύμπαντα Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν· τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

IN ORATIONEM PRO BENEDICTIONE VINI Notæ.

a Ἐπὶ εὐλόγησιν οἴνου.] Vino vuis expresso hac recitata Oratione benedicit Orientalis Ecclesia: proxima vero epotando alias habet superius positas.

ORDO SERVARI SOLITUS CIRCA AGRUM, vineam, aut hortum si ab insectis aut aliis animalium speciebus, eum deuastari contingat.

Missam celebrari decet. Et lampadem sancti Tryphonis, aut sancti Iuliani Africani, aut vero sancti Eustathij, aut certe vtriusque accendi. Et sacro misse completo, oleo è lampadibus illis sumpto, Et pariter aqua sanctorum Theophaniorum, aspergi conuenit à Sacerdote in crucis formam, agrum, vineam, aut hortum: Et orationes has recitari.

Dominum precemur.

Domine Deus noster, qui initio productionis omnium, cælum & terram condidisti, & cœlum quidem grandibus luminaribus vt terram illustrarent, & tu solus creaturæ opifex & Dominus agnosceris, adornasti; terram autem virore, herbis, variisque seminum generibus decorasti, & deinde benedictione illi data, etiam ad odorem spargendum innumeris eam compsisti floribus. Ipse quoque nunc Domine respice de sancto habitaculo [illegible] ædium hoc, & benedic illud. [illegible] fascino & incantatione,

1 ΤΑΞΙΣ ΓΙΝΟΜΕΝΗ ΕΙΣ ΧΩΡΑΦΙΟΝ, Η ΕΙΣ ἀμπελῶνα, ἢ ἐκ κῆπον, εἰ συμβῇ βλάπτεσθαι ἀπὸ ἑρπετῶν, ἢ ἄλλων εἰδῶν.

Χρὴ γίνεσθαι λειτουργίαν. 2 Καὶ ἅπτειν κανδήλας τοῦ ἁγίου Τρύφωνος, Η τοῦ ἁγίου Εὐσταθίου, ἢ τοῦ ἁγίου Ἰουλιανοῦ τοῦ Λίβυος, ἢ καὶ ἀμφοτέρων. Καὶ μετὰ τὴν θείαν λειτουργίαν 3 λαβεῖν ἔλαιον ἐκ τῶν κανδηλῶν. 4 Καὶ ὕδωρ τῶν ἁγίων θεοφανείων. Καὶ ἐπιρραίνειν σταυροειδῶς ὁ ἱερεὺς τὸ χωράφιον, ἢ τὸ ἀμπέλιον, ἢ τὸν κῆπον· Λέγει τὰς εὐχὰς ταύτας.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐν ἀρχῇ τῆς δημιουργίας σου ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ τὸν μὲν οὐρανὸν κατακοσμήσας διὰ τῶν μεγάλων φωστήρων, ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ θαυμάζεσθαι δι' αὐτῶν σε τὸν μόνον δημιουργὸν καὶ δεσπότην τῆς κτίσεως, τὴν δὲ γῆν κατακοσμήσας χλόῃ καὶ χόρτῳ, καὶ ποικιλίᾳ σπερμάτων ἀπείρων κατὰ γένος καὶ πᾶσιν αἴσθησιν μορφώσας εἰς εὐοσμίαν καὶ εὐλογήσας αὐτήν· αὐτὸς καὶ νῦν δέσποτα, ἐπίβλεψον ἐξ ἁγίου κατοικητηρίου σου ἐπὶ τὸ κτῆμα τοῦτο, καὶ εὐλόγησον αὐτὸ, φύλαξον ἀπὸ πάσης φαρμακείας, καὶ

καὶ ἐπαοιδίας, καὶ παντὸς κακοῦ, περιεργείας τε πονηρᾶς, καὶ πανουργίας ἀνθρώπων πονηρῶν· καὶ δὸς αὐτῷ προσφέρειν καρποὺς κατὰ καιρὸν πεπληρωμένους τῆς εὐλογίας σου. καὶ πᾶν θηρίον, καὶ ἑρπετὸν, καὶ πᾶσαν ὀργὴν, καὶ νόσον ἐπερχομένην βλαβερῶς ἀπόδιωξον ἐξ αὐτοῦ. ὅτι ἡγίασται καὶ δεδόξασται τὸ πάντιμον καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

ab omni malo, nefando magiæ opere aut malignorum hominum arte vafra & execranda, illud custodi: & vt benedictionis fructus suo tempore proferat, largire. Omne ferum animal, reptile, vel insectum, flagellum omne, labemque noxie ingruentem ab illo abige. Quia sanctificatum & gloriosum est, venerandum & magnificum nomen tuum: Patris & Filij, & sancti Spiritus: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

5 Εὐχὴ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Τρύφωνος, λεγομένη εἰς κήπους καὶ ἀμπελῶνας καὶ εἰς χωράφια.

Sancti Martyris Tryphonis oratio super hortos, vineas, aut agros dicenda.

ΟΝτος μου ἐν Καμψάδου κώμῃ, καὶ τὰς χῆνας ἐπιμελουμένου μου καὶ βόσκοντος, ὀργὴ κατῆλθεν ἀπὸ θεοῦ παντοκράτορος, οὐκ εἰς τὸν τόπον ἐκεῖνον μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰς κύκλῳ περιχώρους, τουτέστιν ὀργὴ πρὸς πᾶσαν ἄμπελον χώραν τε καὶ κῆπον, ἀθρόως τῶν φύλλων καὶ τῶν καρπῶν βειθομένων, μαραινομένων καὶ ἀφανιζομένων. ὁρῶν οὖν ἐγὼ ὁ ἐλάχιστος Τρύφων, οὕτως τηκομένους τοὺς καρποὺς, καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν δαπανωμένους τοὺς ἀνθρώπους τῷ παντελεῖ ἀφανισμῷ τῶν καρπῶν τῆς γῆς, τῶν τε χωραφίων, ἀμπέλων, κήπων, καὶ λαχάνων, καὶ παντοίων δένδρων τῷ τοιούτῳ ὀλέθρῳ παραδιδομένων, διαπονηθεὶς ἐδεήθην πρὸς τὸν κύριον καὶ θεόν μου, τοῦ γενέσθαι ἀφανῆ πάντα τὰ θηρία τὰ πρὸς ἀδικίαν καὶ φθορὰν ὑπάρχοντα τῶν τε κήπων, καὶ χωραφίων, καὶ ἀμπέλων, καὶ παντοίων δένδρων τε καὶ λαχάνων, καὶ μάλιστα τὴν τῆς κώμης ἐκείνης οἰκούντων τῆς παρακειμένης λίμνης, καὶ πρὸς ὑπόκλησιν καὶ πρόσκλησίν μου παραγινομένων. καὶ δὴ εἰς προσευχὴν κλίναντός μου τὸ γόνυ, καὶ τὰς χεῖρας πρὸς τὸν θεὸν ἐκπετάσαντος.

CVm in Campsade vico morarer, & anseres curarem, & pascerem, ingruit à Deo omnipotente flagellum, non in illam solammodo regionem, sed & in alias circum nationes; flagellum, inquam, quo folijs & fructibus excussis, arefactis, & de repente extinctis, vites, campi, & horti, deuastarentur cuncti. Cum itaque minimus ego Tryphon tabidos hoc pacto fructus, hocque eodem pacto consumptos homines viderem, ob perniciem in terræ fructus, agros, vites, hortos, olera, & omnis generis arbores huiusmodi lue depastus, circumquaque grassantem misericordia motus Dominum meum precatus sum vt insecta omnia quæ nocumentum & perniciem hortis, agris, vineis, arboribus, oleribusque afferrent, & maxime ea quæ vicum lacui adiacentem infestarent, ex quo cuncti ad me supplicandum inuocandumque conuenerant, cuncta de medio tollerentur. Genibus itaque flexis & manibus ad Deum expansis, oraui.

Ὁ εἰσακούων τῶν εἰς αὐτὸν πεποιθότων θεὸς, αὐτὸς ἐξαπόστειλον ἐξ ἑτοίμου κατοικητηρίου αὐτοῦ ἄγγελον, τοῦ πατάξαι πᾶν φῦλον καὶ πᾶν γένος κακούργων θηρίων τῶν ἀδικούντων τὴν ἄμπελον τὴν χώραν καὶ τὸν κῆπον τοῦ δούλου τοῦ θεοῦ, τοῦ δεῖνος, καὶ τῶν θηρίων τούτων τὰ ὀνόματα σαφῶς ἐπιστάμενος, ἔνθεν ἐρῶ. κάμπη, σκώληξ, σκωληκοκάμπη, σκάνθαρος, βροῦχος, ἀκρὶς, ἐπίμαλος, καλιγάρεις μακρόπους, μύρμηξ, φθεῖρα, ῥυγίτης, ψυλλίτης, καυσοκόπος, ἐρυσίβη, κοχλοὶ, ψαλίτης· καὶ εἴ τι ἄλλο προσφυσσιῶν καὶ μαραῖνον τὸν καρπὸν τῆς σταφυλῆς καὶ

Deus qui sperantes in te exaudis: ipse de præparato habitaculo tuo Angelum mitte, qui speciem genusque omne noxiorum animalium vineis, agris, hortis serui tui N. detrimentum afferentium percutiat. *Insectorum autem illorum nomina probe mihi nota sunt, quæ & ordine referam: Eruca, vermis, scolecocampe, scantharus, bruchus, locusta, villosus, calligaris, longipes, formica, pediculus, rigites, pulex, cimex, erusibe, cochleæ, forcicula: & si quod est aliud quod morsu suo afflet, &*

vitium, olerum seu quarumcumque aliarum specierum fructum exsiccet & perdat. Adiurando insuper astrinxi cuncta, ne loca innocentium me amplius calcarent aut in eis morarentur: sed ad inaccessa & deserta secederent. Adiuratio vero huiusmodi est.

Adiuro vos per Cherubim multis oculis, & per Seraphim sex alis conspicua, in circuitu throni volitantia, & clamantia: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus, Deus Sabaoth, in gloria Dei Patris, amen. Adiuro vos per sanctos Angelos, & omnem potestatem, per myriadum myriades, & per mille millia in conspectu gloriæ Domini cum tremore astantia: ne viti, agro, horto arborum vel olerum serui Dei N. noceatis, sed in desertos montes, in arbores infrugiferas, quas Deus in quotidianum pastum vobis dedit, abscedite. Adiuro vos per venerandum corpus & sanguinem Christi veri Dei & Saluatoris nostri, per quem salus & redemptio facta est, & in nomine cuius morituri sumus: ne campo, viti, horto, arbori frugiferæ aut infrugiferæ, vel etiam foliis olerum in ambitu & loco serui Dei N. iniuriam inferatis. Si vero non obaudieritis, sed quo vos adiuraui exorcismum transgressa fueritis; in me humilem & abiectum Tryphonem ausquam, quin potius in Deum Abraham, & Isaac, & Iacob viuos & mortuos iudicaturum insurgetis. Propterea in desertos montes vt sum præfatus, & in arbores infrugiferas conuolate. Si minus obaudieritis, benignissimum rogaturus sum Deum, vt Angelum insectis præpositum mittat, qui ferro & plumbo vos liget, & quia humilis Tryphonis adiurationem & preces feceritis irritas, penitus deleat: Sed & aues oratione mea immissæ vos delebunt. Adiuro vos adhuc per nomen magnum petræ inscriptum, nec ab ea, quin disrumperetur velut à facie ignis cera diffluit, sublatum. A nostris igitur ad ea, quæ assignaui loca inuia, inaquosa, & infrugifera secedite: à loco, inquam, & ambitu seruorum Dei, in auxilium opem & salutem suam me inuocantium discedite: vt in iis sanctissimum Patris, & Filii, & Spiritus sancti nomen laudetur, & humilis Tryphonis adimpleantur preces.

τῶν λοιπῶν εἰδῶν καὶ λαχάνων. οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐγὼ ὁρκίζω ὑμᾶς τοῦ μηκέτι τοῖς τόποις τῶν ἐμὲ προσκαλουμένων ἐπιβαίνειν, τούτοις καὶ διατρίβειν, ἀλλ' ἐπὶ ἀβάτους τόπους ἐπέταξα ἀπελθεῖν. Ὁ δὲ ὅρκος τοιοῦτός ἐστι.

Ὁρκίζω ὑμᾶς κατὰ τῶν ἁγίων πολυομμάτων Χερουβίμ, καὶ τῶν ἑξαπτερύγων Σεραφὶμ τῶν ἱπταμένων κύκλῳ τοῦ θρόνου καὶ κραζόντων, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος σαβαώθ, εἰς δόξαν τοῦ πνεύματος. ἀμήν. ὁρκίζω ὑμᾶς κατὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων καὶ πάσης δυνάμεως, καὶ τῶν μυρίων μυριάδων, καὶ χιλίων χιλιάδων τῶν φόβῳ πολλῷ ἱσταμένων κατενώπιον τῆς δόξης κυρίου, μὴ ἀδικήσητε τὴν ἄμπελον, μήτε τὸν χώραν, μήτε τὸν κῆπον, τῶν δένδρων τε καὶ λαχάνων τοῦ δούλου τοῦ θεοῦ, τοῦ δεῖνος, ἀλλὰ ἀπέλθετε εἰς τὰ ἄγρια ὄρη, εἰς τὰ ἄκαρπα ξύλα, εἰς ἃ ἐχαρίσατο ὑμῖν ὁ θεὸς τὴν καθημερινὴν τροφήν. ὁρκίζω ὑμᾶς κατὰ τοῦ τιμίου σώματος καὶ αἵματος Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν, δι' οὗ καὶ ἡ σωτηρία ἐδόθη ἡμῖν καὶ ἀπολύτρωσις, καὶ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ μέλλομεν ἀποθνήσκειν· μὴ ἀδικήσητε μήτε τὴν χώραν, μήτε τὴν ἄμπελον, μήτε τὸν κῆπον, μήτε πᾶν δένδρον καρπιμόν τε καὶ ἄκαρπον, ἢ φύλλον λαχάνων ἀδικήσητε ἐκ τοῦ περιορισμοῦ καὶ τόπου τοῦ δούλου τοῦ θεοῦ, τοῦ δεῖνος, εἰ δὲ παρακούσητέ μου, καὶ παραβῆτε τὸν ὅρκον ὃν ὥρκισα ὑμᾶς, οὐκ ἔχετε πρὸς ἐμὲ τὸν ταπεινὸν καὶ ἐλάχιστον Τρύφωνα, ἀλλὰ πρὸς τὸν θεὸν τοῦ Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαάκ, καὶ Ἰακώβ, τὸν ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· διὸ καθὼς προέφην ὑμῖν, ὑπάγετε εἰς τὰ ἄγρια ὄρη, εἰς τὰ ἄκαρπα ξύλα, εἰ δὲ μὴ ἀκούσητέ μου, ἱκετεύειν μέλλω τὸν φιλάνθρωπον θεόν, τοῦ ἀποστεῖλαι τὸν ἄγγελον αὐτοῦ τὸν ἐπὶ τῶν θηρίων, καὶ σιδήρῳ καὶ μολίβδῳ δήσει ὑμᾶς καὶ ἀποκτενεῖ, ἀνθ' ὧν τοῖς ὅρκοις καὶ τὴν προσευχὴν ἐμοῦ τοῦ ταπεινοῦ Τρύφωνος ἠθετήσατε. ἀλλὰ καὶ οἱ ὄρνιθοι πεμπόμενοι δι' ἐμῆς προσευχῆς καταφάγουσιν ὑμᾶς. ἔτι ὁρκίζω ὑμᾶς κατὰ τοῦ μεγάλου ὀνόματος τοῦ ἐπὶ τὰς πέτρας ἐπιγραφέντος καὶ μὴ βασταζάσης, ἀλλὰ διαρραγείσης ὡσεὶ κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρός· ἐξέλθετε τῶν καθ' ἡμᾶς εἰς οὓς προέφην ὑμῖν τόπους ἀβάτους καὶ ἀνύδρους καὶ ἀκάρπους. ἐξέλθετε ἀπὸ τοῦ τόπου καὶ περιορισμοῦ τῶν δούλων τοῦ θεοῦ τῶν κἀμὲ προσκαλουμένων εἰς βοήθειαν αὐτῶν, καὶ ἀντίληψιν, καὶ σωτηρίαν. ἵνα καὶ ἐν τούτοις δοξασθῇ τὸ πανάγιον ὄνομα, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. καὶ αἱ προσευχαὶ καὶ αἱ αἰτήσεις τοῦ ταπεινοῦ Τρύφωνος ἐκπληρωθῶσιν.

ὅτι τῷ θεῷ πρέπει δόξα καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εἰρήνη πᾶσι.

Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ κυρίῳ κλίνατε.

Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐν τῇ ἐνσάρκῳ σου οἰκονομίᾳ εὐλογήσας τὴν Βηθλεὲμ καὶ Γεθσημανῆ, καὶ πρῴην τὸν οἶκον Ἰακὼβ, ὃς καὶ εὐλογηθεὶς Ἰσραὴλ μετωνομάσθη, ὁ καὶ τὸν οἶκον Δαβὶδ εὐλογήσας, αὐτὸς εὐλόγησον καὶ τὸ κτῆμα τοῦτο, καὶ ποίησον αὐτὸ ἐπ' εὐλογίαις καρποφορεῖν. πρεσβείαις τῆς παναχράντου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, δυνάμει τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, τοῦ τιμίου ἐνδόξου προφήτου προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ Ἰωάννου, τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, τῶν ἁγίων καλλινίκων μαρτύρων, τῶν ἁγίων ἐνδόξων μεγάλων μαρτύρων, Τρύφωνος Εὐσταθίου, καὶ Ἰουλίττης τοῦ ἁγίου τοῦδε, καὶ πάντων σου τῶν ἁγίων. ὅτι σὺ εἶ ὁ εὐλογῶν καὶ ἁγιάζων τὰ σύμπαντα, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου πατρὶ, καὶ τῷ ζωοποιῷ σου πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

quia Deo conuenit gloria & virtus, in sæcula sæculorum. Amen.

Pax omnibus.

Capita vestra Domino inclinate.

Dominator Domine Deus noster, qui in humana tua dispensatione Bethleem & Gethsemani, & prius domum Iacob, vnde & benedictus Israël nomen accepit, & domum Dauid pariter benedixisti: tu ipse agrum hunc benedic, & fructibus abundare concede. Intercessionibus illibatæ dominæ nostræ & semper Virginis Mariæ, virtute pretiosæ & viuificæ crucis, venerandi gloriosi Prophetæ Præcursoris & Baptistæ Ioannis, & sanctorum gloriosorum & toto orbe celebrium Apostolorum, sanctorum Martyrum victoriis inclytorum, sanctorum gloriosorum & magnorum Martyrum Tryphonis, Eustathij, & Iulittæ, & sancti N. & omnium sanctorum. Quia tu benedicis & sanctificas omnia, & tibi gloriam referimus, cum principij experte tuo Patre, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

IN ORDINEM OBSERVARI SOLITVM CVM contigerit agrum &c. Notæ.

1 Τάξις γινομένη.] Communi vtriusque Ecclesiæ vsu receptum est, vt reptilia & insecta agris, vineis, hortis, perniciem inferentia, precibus eliminentur, & exorcismis exterminentur: Dei namque vindicta, aut dæmonis inuidia cum hæc animalia soleant immitti; si diuino nutu infestent homines, supplici prece ad Deum directa, flagello ingruenti occurrendum; sin à dæmone mota frugibus ruinam minentur, tunc Ecclesiæ potestas authorem mali dæmonem, non precibus, sed exorcismorum imperio compellit, vt irrationalibus his creaturis dispersis, ab intentando hominibus nocumento desistat. Et talis est, ait D. Thomas 2. 2. q 90. art. 3. modus adiurandi in Ecclesia exorcismis, per quos dæmonum potestas excluditur ab irrationalibus creaturis.

2 Ἅπτει κανδήλαν.] κανδήλια ponit vetus lectio in numero multitudinis, pro numero nempe sanctarum imaginum, coram quibus ardent. κανδήλαν autem sine κανδήλιον, neutiquam cum Meursio barbare *candelam*, interpreteris, sed lampadem pensilem oleo enutritam, ita Suidæ dictam, quod καὶ δῆλα, *clare lucet*. Trium autem sanctorum nomen, eorum cultis imaginibus hîc inuocatur: Tryphonis quidem, quod insecta suis exorcismis insectari docuerit: Eustathij, qui feris vorandus est obiectus; Iuliani tandem non Lybis, sed Cilicis ex Anazarbum vrbe, qui sacco cum serpentibus & venenatis aliis animalibus inclusus, in mare præcipitatus obiit.

3 Λαβὼν ἔλαιον ἐκ τῆς κανδήλων.] Non Martyrum reliquiæ tantummodo, loculi, imagines, sed & quæ in eorum impenduntur honorem, eandem nonnunquam edendi miracula facultatem sunt diuinitus assecuta, vt puta oleum quo accenso, eorum sepulchra vel imagines ex antiquo more excoluntur. Cuius rei experimentum sibi contigisse Theodoretus historiæ religiosæ cap. 21. narrat: dum à dæmone magicis ad se artibus & præstigiis misso, impetitus, nullatenus lædi potuit; eo quod μαρτύρων χορὸν φρουροῦντα *Martyrum chorum latera stipantem* haberet. Quis autem foret ille Martyrum chorus quem præstigiarum author malignus, & ferox executor, intelligeret: ipse Theodoretus exponit: συνῆκα τοίνυν ὡς χορὸν μὲν μαρτύρων ἔλεγε τὸ τοῦ ἐλαίου τῶν μαρτύρων λεκύθιον, ὃ παρὰ πολλῶν μαρτύρων συνειλεγμένην ἔχον τὴν εὐλογίαν, παρὰ τὴν ἐμὴν ἐκρέματο κλίνην. *Intellexi ergo Martyrum chorum ab eo dici lecythum olei Martyrum, qui collectam à multis Martyribus benedictionem continens, ad lectum suspensus erat.*

4 Καὶ ὕδωρ τῶν ἁγίων θεοφανίων.] Exorcismis pariter, olei, & aquæ lustralis respersione, dæmonem à Malbodiensis Monasterij prædiis S. Vrsmarum abegisse, memorat Surius Aprilis 18.

5 Εὐχὴ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Τρύφωνος.] Exorcismus est

non Oratio: eaque non Tryphonis Martyris, sed forsan ignoti nominis, & notissimæ rusticitatis viri, supposititius, adulter, & reprobandus omnino fœtus. Quamuis enim admissus sit in Ecclesiam noxiorum animalium exorcismis fugandorum sacer ritus: draconem namque ne homines infestaret, Apostoli Simon & Iudas apud D. Thomam quæst. citata, adiurarunt. Petrum præterea, Ioannem, Andream, & Thomam exorcismorum, de quibus est sermo, authores agnoscit Martinus del Rio lib. 3. part. 2 qu. 4. sect. 8. nec ab eis vnquam sancti viri abhorruerunt: quin & B. Guillelmus Lausanensis Episcopus, anguillas omnes è suæ potestatis limitibus, noxa ab eis recepta exorcismis fugauit. Iisdem S. Pruminius insulam S. Marci prope Constantiam vermium omnia corrodentium lue liberauit. Sicut tamen vana omnis & superstitiosa obseruatio, qua insecta accusationibus, litibus intentatis, iudiciariisque actibus condemnantur, & in exilium aguntur vitanda, sic & incertæ authoritatis & apocryphus, hic exorcismus, authori suo remittendus est: cum nec Tryphonis vitæ, aut historiæ Ecclesiasticæ authores, eum vllatenus commendarint: & magnum illud Dei nomen petræ insculptum, cuius characteribus exaratis, ipsa confracta est & contrita, fabulam redoleat. Propterea que exorcismum hunc Orationibus præcipuo cultu excipiēdis, temere à simplicis ingenij authore insertum puto: vt enim pridie, ita & nunc hodie, Græcia mendax in historiis plerumque fallit.

ORATIO SVPER SEMENTEM.

Domine Deus noster, ex illibata & diuite manu tua accepta, & oculis tuis obiectam seminum congeriem attulimus Domine, quam tibi commendatam esse rogamus. Non enim hæc inanimatis terræ finibus includere confisi sumus, nisi prius perpenso maiestatis tuæ præcepto, quo terram producere germina, & seminanti semen, & panem in cibum reddere iussisti. Et nunc precamur te, Deus noster, exaudi nos supplices, & thesaurum tuum amplum & bonum & cœlestem nobis aperi, & effusa tua benedictione, promissa tua à mendacio aliena esse confirmantibus, cuncta frugibus terræ noxia, pœnamque omnem iuste delictis nostris inflictam cohibe, & copiosas misericordias tuas in populum tuum mitte. Gratia & humanitate vnigeniti filij tui, cum quo benedictus es, cum sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

a ΕΥΧΗ ΕΠΙ ΣΠΟΡΟΥ.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ἐκ τῆς ἀχράντου καὶ παμπλούτου παλάμης σου τὴν προκειμένην πρὸ ὀφθαλμῶν σου τῶν σπερμάτων παροχὴν ἐκομισάμεθα δέσποτα, καὶ ταύτην σοι παρακαταθέσθαι δεόμεθα. οὐ γὰρ ἐθαῤῥήσαμεν τοῖς ἀψύχοις γῆς κόλποις ἐγκαθεῖρξαι ταῦτα, εἰ μὴ ἀφορῶντες εἰς τὸ πρόσταγμα τῆς σῆς μεγαλειότητος τὸ κελεῦον ἐκτεκεῖν καὶ βλαστῆσαι τὴν γῆν, καὶ δοῦναι σπέρμα τῷ σπείροντι καὶ ἄρτον εἰς βρῶσιν. καὶ νῦν δεόμεθά σου ὁ θεὸς ἡμῶν, ἐπάκουσον ἡμῶν δεομένων σου, καὶ ἄνοιξον ἡμῖν τὸν θησαυρόν σου τὸν μέγαν καὶ ἀγαθὸν καὶ οὐράνιον, καὶ ἔκχεον τὴν εὐλογίαν σου ἕως τοῦ ἰχνωθῆναι κατὰ τὰς ἀψευδεῖς σου ἐπαγγελίας, καὶ διαφύλαξον ἀφ' ἡμῶν ἅπαντα τὰ βιβρώσκοντα τὸν καρπὸν τῆς γῆς ἡμῶν, καὶ πᾶσαν παιδείαν δικαίως. ἐπαγομένην ἡμῖν διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ τοὺς πολλούς σου οἰκτιρμοὺς κατάπεμψον ἐπὶ πάντα τὸν λαόν σου. χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ, σὺν τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

VARIÆ LECTIONES.

a Ἐπὶ σπόρων.] Cryptæ Ferratæ M.S. legit, ἐν ἀρχῇ σπόρου: Barberinum, ἐν ἀρχῇ σπείρων, & aliam subnectit Orationem.

Ὁ ὢν δέσποτα, κύριε ὁ παντοκράτωρ, καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ κτίστης καὶ δημιουργὸς τῶν ἁπάντων, ὁ ποιήσας τὴν γῆν, καὶ τὸν ἄνθρωπον ἐξ αὐτῆς, ἐξ ἀρχῆς εἰπών· ἐξαγαγέτω ἡ γῆ τὴν βοτάνην χόρτου, καὶ σπέρμα κατὰ γένος καὶ ὁμοιότητα· καὶ μέχρι τοῦ νῦν διδοὺς τροφὴν πάσῃ σαρκί, ὁ ἐπιχορηγῶν σπέρμα τῷ σπείροντι, καὶ ἄρτον εἰς βρῶσιν· ἐπάκουσον τῆς δεήσεως ἡμῶν ὁ θεός, καὶ ἐξαπόστειλον τὴν εὐλογίαν σου ἐπὶ τὰ σὰ κτίσματα· εὐδόκησον πολυπλασίονα τὸν σπόρον γενέσθαι ἐν τῇ δυνάμει τοῦ Χριστοῦ· πλήθυνον τὰ γεννήματα τῆς γῆς· ἵνα ἐν παντὶ πλουτιζόμενοι οἱ σοὶ δοῦλοι, καὶ πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες περισσεύσωμεν εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν. Φιλανθρωπίᾳ καὶ οἰκτιρμοῖς τοῦ υἱοῦ σου· μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμή, καὶ προσκύνησις, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Dominator, Domine omnipotens, & Pater Domini, & Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi, conditor & opifex omnium, qui terram & hominem ex ea condidisti, & à principio dixisti: Educat terra herbam fœni, & semen iuxta genus & similitudinem, & vsque modo cibum omni carni præstas, & semen seminanti administras, & in nutrimentum, panem. Exaudi deprecationem nostram Deus, & in creaturas tuas benedictionem tuam mitte, in Christi virtute multiplicem fructum produci tibi placeat: vt in omnibus serui tui ditati omnemque copiam nacti, in omne bonum opus abundemus. Humanitate & miserationibus Filij tui: cum quo tibi gloria, honor, & adoratio: in sæcula sæculorum.

a ΕΥΧΗ ΕΙΣ ΤΟ ΕΥΛΟΓΗΣΑΙ ΔΙΚΤΥΑ.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐκ πέντε ἄρτων καὶ δύο ἰχθύων πεντακισχιλίους χορτάσας, καὶ ἐκ τῶν περισσευμάτων πλῆθος συναχθῆναι παρασκευάσας· αὐτὸς δέσποτα παντοδύναμε, καὶ τὰ προκείμενα δίκτυα εὐλόγησον διὰ πρεσβειῶν τῆς ὑπερευλογημένης ἐνδόξου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, τοῦ ἁγίου ἐνδόξου καὶ πανευφήμου Ἀποστόλου καὶ πρωτοκορυφαίου τῶν ἀποστόλων Πέτρου, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν μεταλαμβάνοντας ἰχθύων, ἐν εἰρήνῃ καὶ ὑγιείᾳ ψυχῆς καὶ σώματος διαφύλαξον. ὅτι σὺ εἶ ὁ δοτὴρ πάντων τῶν ἀγαθῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρί, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

ORATIO AD BENEDICENDA RETIA.

Domine Deus noster, qui quinque panibus & duobus piscibus hominum quinque millia satiasti, & è fragmentis residuis copiam non modicam colligi iussisti. Ipse Domine omnipotens, precibus super omnes benedictæ gloriosæ dominæ nostræ Deiparæ, & semper Virginis Mariæ, sancti gloriosi & percelebris Apostoli, Apostolorum protocoryphæi Petri, retia coram te posita benedic: & è piscibus per illa captis sumentes, in pace, & animæ corporisque salute conserua. Quia tu es bonorum omnium largitor, & tibi gloriam referimus, Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

VARIÆ LECTIONES.

a **E**ἰς τὸ εὐλογῆσαι δίκτυα.] In eandem mentem alia habet Orationem Allatianum MS.

Oratio in stagnum.

CLemens, facile donans, misericors Domine, in stagnum istud, domos adiacentes, & seruos tuos N N. hîc repertos, præsensque stagnum ingressibus & egressibus suis frequentantes respice; & ab omnibus hostis fallaciis, à prauorum hominum insidiis, ab inuidia, æmulatione, & oculorum fascinis libera: & benedictionem tuam in præsens stagnum mitte, & pisces velut astra cœli, & velut arenam quæ est in littore maris multiplica, vt in piscium istorum copia serui tui exhilarentur, & sicut in Petri reliquorumque Apostolorum retia tuam benedictionem misisti, in retia & in pisces lacus istius illam mitte. Ita fiat Domine, exaudi nos humiles & peccatores te deprecantes, & domos seruorum tuorum, & lacum istum benedic. Precibus super omnes benedictæ dominæ nostræ Deiparæ & semper Virginis Mariæ, sacrorum supercœlestium & incorporeorum Angelorum, venerandi gloriosi Præcursoris & Baptistæ Ioannis, Sanctorum & percelebrium Apostolorum, sancti Nicolai Myrensis in Lycia miraculorum operatoris; & omnium sanctorum. Quia tu es vitæ & curationum origo, & bonorum dator, & tibi gloriam.

Εὐχὴ εἰς λίμνην.

ΕΥσπλαγχνε, εὐσυμπάθητε, πολυέλεε κύριε, ἔπιδε τὴν πρόσοδον λίμνην, καὶ ἐπὶ τοὺς οἴκους τοὺς ἐνθάδε κειμένους, καὶ ἐπὶ τοὺς δούλους σου, ὁ, τοὺς εὑρισκομένους, καὶ εἰσιόντας καὶ ἐξιόντας εἰς τὴν πρόσοδον λίμνην· καὶ ῥῦσαι αὐτοὺς ἐκ πάσης πλάνης τοῦ ἐχθροῦ, καὶ ἐπιβουλῆς, καὶ ἐνέδρων κακοηθῶν ἀνθρώπων, καὶ ἀπὸ φθόνου, καὶ ζήλου, καὶ κακοῦ ὀφθαλμοῦ· καὶ κατάπεμψον εὐλογίαν σου ἐπὶ τῇ παρούσῃ λίμνῃ· καὶ πέμψον πλῆθος εἰς τοὺς ἰχθύας ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὡς τὴν ἄμμον παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης· ὅπως εὐφραίνωνται οἱ δοῦλοί σου ἐπὶ τὸ πλῆθος τῶν ἰχθύων τούτων· καὶ ὡς ἔστειλας τὴν εὐλογίαν σου ἐπὶ τὰ δίκτυα Πέτρου ἀποστόλου, καὶ ἐπὶ τὰ δίκτυα τῶν λοιπῶν ἁγίων ἀποστόλων, πέμψον καὶ τὴν εὐλογίαν σου ἐπὶ τοὺς ἰχθύας τῆς προσόδου λίμνης, καὶ ἐπὶ τὰ δίκτυα αὐτῶν. Ναὶ κύριε, ἐπάκουσον ἡμῶν τῶν ταπεινῶν καὶ ἁμαρτωλῶν τῶν δεομένων σου, καὶ εὐλόγησον τοὺς οἴκους τῶν δούλων σου, καὶ τὴν πρόσοδον λίμνην. Πρεσβείαις τῆς ὑπερευλογημένης δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, τῶν θείων ἐπουρανίων ἀσωμάτων, τοῦ τιμίου ἐνδόξου προδρόμου, καὶ βαπτιστοῦ Ἰωάννου, τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Νικολάου Μύρων τῆς Λυκίας τοῦ θαυματουργοῦ, καὶ πάντων τῶν ἁγίων. Ὅτι σὺ εἶ ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς, τῶν ἰαμάτων, καὶ δοτὴρ τῶν ἀγαθῶν. καὶ σοὶ τὴν δόξαν.

Altera Oratio.

DOmine Deus noster, qui sanctos tuos Discipulos & Apostolos vt in dexteram nauigij retia mitterent, & magnam piscium copiam inuenirent, iussisti: & dictum, factum: piscesque innumeri sunt comprehensi: sic retia & lacum istum benedic, & benedictionem tuam, vt sicut astra cœli, & arena in littore maris fiant, mitte. In nomine Patris, & Filij, & sancti Spiritus: nunc & semper & in sæcula sæculorum.

Ἑτέρα εὐχή.

ΚΥριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ὁρίσας τοὺς ἁγίους σου μαθητὰς καὶ ἀποστόλους, ἵνα ῥίψωσι τὰ δίκτυα εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ πλοίου καὶ εὑρήσωσι πολύ· καὶ ὁ λόγος ἔργον εὐθὺς ἐγένετο, καὶ ἐκλείσθησαν ἰχθύες πολλοί· οὕτως εὐλόγησον τὰ δίκτυα, καὶ τὴν λίμνην ταύτην· καὶ πέμψον τὴν εὐλογίαν σου εἰς αὐτά, ὥσπερ τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὥσπερ τὴν ἄμμον ἐπὶ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης· ἐπὶ ὀνόματος τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

ΕΥΧΗ ΕΙΣ ΤΟ ΚΑΤΑΣΚΕΥΑΣΑΙ πλοῖον.

Κύριε ὁ θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, ὁ ἐντειλάμενος Νῶε τῷ σῷ θεράποντι τοῦ κατασκευάσαι κιβωτὸν πρὸς σωτηρίαν τοῦ κόσμου, ὁ ἐκ πολλῶν ξύλων εὐδοκήσας αὐτὴν εἰς ξύλον γενέσθαι καὶ συναρμοσθῆναι· αὐτὸς δέσποτα τῶν ἁπάντων, ὁ εὐδοκήσας διὰ τῶν ἀψύχων ξύλων κυβερνᾶσθαι καὶ χειραγωγᾷ σου χειρὶ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων διασώζων· αὐτὸς καὶ νῦν δέσποτα καὶ τὸ πλοῖον τοῦτο διατήρησον. δὸς αὐτῷ ἄγγελον ἀγαθὸν, εἰρηνικὸν, τοὺς μέλλοντας πλέειν ἐν αὐτῷ διαφύλαξον. δὸς αὐτοὺς εἰς τὰ ἴδια ἀπερχέσθαι ὑγιαίνοντας, πρεσβείαις τῆς παναχράντου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, δυνάμει τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, τῶν τιμίων ἐπουρανίων νοερῶν δυνάμεων ἀσωμάτων, τοῦ ἁγίου ἐνδόξου προφήτου προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ Ιωάννου, τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, τοῦ ἁγίου τοῦδε, καὶ πάντων σου τῶν ἁγίων.

Οτι σὺ εἶ ὁ κυβερνῶν καὶ ἁγιάζων τὰ σύμπαντα, Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν, καὶ εὐχαριστίαν, καὶ προσκυνήσιν ἀναπέμπομεν· σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

ORATIO IN NAVI COMPINGENDA.

Domine Deus Patrum nostrorum, qui famulo tuo Noe pro mundi salute vt arcam fabricaret præcepisti, & è pluribus lignis velut lignum vnum eam voluisti compingi: ipse Domine omnium, cui per inanimata ligna potenti tua manu genus hominum saluandum gubernari complacuit, hoc quoque nauigium conserua: Angelum bonum & pacificum transfretantes in eo custoditurum concede: & vt ad propria salui & incolumes redeant, largire: precibus illibatæ dominæ nostræ Deiparæ, & semper virginis Mariæ, virtute pretiosæ & viuificæ crucis, venerandarum cœlestium intellectualium potestatum incorporearum, sancti gloriosi Prophetæ Præcursoris & Baptistæ Ioannis, sanctorum gloriosorum & percelebrium Apostolorum, sancti N. & omnium sanctorum.

Quia tu gubernas & sanctificas omnia Christe Deus noster, & tibi gloriam & gratiarum actionem, & adorationem referimus, cũ principij experte tuo Patre, & sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

ΕΥΧΗ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΕΠΤΑ ΠΑΙΔΩΝ ΕΙΣ ἀσθενῆ, καὶ μὴ ὑπνοῦντα.

Ο Θεὸς ὁ μέγας καὶ αἰνετὸς, ἀκατάληπτος, καὶ ἀνεκδιήγητος ὁ πλάσας τὸν ἄνθρωπον τῇ χειρί σου χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ τῇ εἰκόνι τῇ σῇ τιμήσας αὐτόν. Ιησοῦ Χριστὲ, τὸ ἐπιπόθητον ὄνομα, σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι ἐπιφάνηθι ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου, τόνδε, καὶ ἐπίσκεψαι αὐτὸν ψυχῇ καὶ σώματι, δυσωπούμενος ὑπὸ τῆς πανενδόξου δεσποίνης ἡμῶν θεο-

ORATIO SANCTORVM SEPTEM puerorum in ægrotum & insomnem.

Deus magnus & laudabilis, incomprehensus & ineffabilis, qui puluere è terra accepto hominem manu tua formatum imagine tua exornasti: Iesu Christe, desideratum nomen, cum principij experte tuo Patre, & sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu, manifestare super seruum tuũ N. & in anima & corpore eum visita, rogatus à gloriosa domina nostra Dei-

para, & semper virgine Maria, à sanctis cœlestibus virtutibus incorporeis, à venerando glorioso Propheta Præcursore & Baptista Ioanne, à sanctis gloriosis & percelebribus Apostolis, à sanctis Patribus nostris & vniuersi mundi doctoribus Basilio magno, Gregorio Theologo, & Ioanne Chrysostomo: Athanasio & Cyrillo, Nicolao Myræ Episcopo, Spyridione miraculorum patratore, & omnibus sanctis Pontificibus: à sancto Apostolo protomartyre & Archidiacono Stephano, sanctis gloriosis & præcipuis Martyribus Georgio trophæis inclyto, Demetrio vnguentis scaturiente, Theodoro exercituum duce, & omnibus sanctis Martyribus: à beatis & deiferis patribus nostris Antonio, Euthymio, Sabba sanctificato, Theodosio cœnobiarcha, Onuphrio, Arsenio, Athanasio Athensi, & omnibus beatis Monachis, à sanctis medicis mercede non conductis Cosma & Damiano, Cyro & Ioanne, Pantaleone & Hermolao, Sampsone & Diomede, Thalalæo & Tryphone & reliquis: à sancto N. & omnibus aliis sanctis: & somnum recreationis, somnum corporeum sanitatis, salutis, & vitæ, animæ corporisque valetudinem ei tribue. Et sicut quondam Abimelech seruum tuum in templo Agrippæ protexisti, & consolationis somnum ei immisisti; quo etiam consopitus nutriebatur, ne interim ruinam ciuitatis Hierusalem cerneret: eumque rursus temporis momento ad humanitatis tuæ gloriam excitasti: sed & sanctos septem gloriosos pueros, confessores & incarnationis tuæ testes in diebus Decij Imperatoris & Apostatæ renunciasti; eosdemque annis trecentis septuaginta duobus in spelunca consopitos, velut fœtus in matris vtero seruatos nullamque læsionem passos, in humanitatis tuæ laudem & gloriam & in regenerationis cunctorumque resurrectionis argumentum & confirmationem custoditos esse voluisti. Ipse pariter benigne Rex, adesto nunc per sancti Spiritus tui aduentum, & seruum tuum N. visita: & salutem, robur, firmamque valetudinem bonitate tua illi largire. Quia à te est omne datum optimum, & omne donum perfectum: tu enim es medicus animarum & corporum nostrorum, & tibi gloriam, & gratiarum actionem, & cultum referimus: cum principij experte tuo Patre, & cum sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

τόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, τῶν ἁγίων ἐπουρανίων δυνάμεων ἀσωμάτων, καὶ τοῦ τιμίου ἐνδόξου προφήτου προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου, τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, τῶν ἐν ἁγίοις πατέρων ἡμῶν καὶ οἰκουμενικῶν διδασκάλων Βασιλείου τοῦ μεγάλου, Γρηγορίου τοῦ θεολόγου, καὶ Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, Ἀθανασίου καὶ Κυρίλλου, Νικολάου τοῦ ἐν Μύροις, Σπυρίδωνος τοῦ θαυματουργοῦ, καὶ πάντων τῶν ἁγίων ἱεραρχῶν. τοῦ ἁγίου ἀποστόλου πρωτομάρτυρος καὶ ἀρχιδιακόνου Στεφάνου, τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ μεγαλομαρτύρων Γεωργίου τοῦ τροπαιοφόρου, Δημητρίου τοῦ μυροβλύτου, 2 Θεοδώρου τοῦ στρατηλάτου, καὶ πάντων τῶν ἁγίων μαρτύρων, τῶν ὁσίων καὶ θεοφόρων πατέρων ἡμῶν Ἀντωνίου, 3 Εὐθυμίου, 4 Σάββα τοῦ ἡγιασμένου, 5 Θεοδοσίου κοινοβιάρχου, Ὀνουφρίου, 6 Ἀρσενίου, 7 Ἀθανασίου τοῦ ἐν τῷ Ἄθῳ, καὶ πάντων τῶν ὁσίων, τῶν ἁγίων καὶ ἰαματικῶν ἀναργύρων, Κοσμᾶ καὶ Δαμιανοῦ, Κύρου καὶ Ἰωάννου, Παντελεήμονος καὶ Ἑρμολάου, Σαμψὼν καὶ Διομήδους, Θαλαλαίου καὶ Τρύφωνος, καὶ τῶν λοιπῶν· τοῦ ἁγίου τοῦδε, καὶ πάντων σου τῶν ἁγίων. καὶ δὸς αὐτῷ ὕπνον ἀνέσεως, ὕπνον σωματικὸν ὑγείας καὶ σωτηρίας, καὶ ζωῆς, καὶ ῥῶσιν ψυχῆς καὶ σώματος. καὶ 8 ὡς ἐπεσκέψω ποτὲ Ἀβιμέλεχ τὸν θεράποντά σου ἐν τῷ ναῷ τοῦ Ἀγρίππα, καὶ ἔδωκας αὐτῷ ὕπνον παραμυθίας, τοῦ μὴ ἰδεῖν τὴν πτῶσιν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τοῦτον κοιμήσας ὕπνον θρεπτικόν· καὶ πάλιν τοῦτον ἀναστήσας ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ, εἰς δόξαν τῆς σῆς ἀγαθότητος· ἀλλὰ καὶ τοὺς ἁγίους σου ἐνδόξους ἑπτὰ παῖδας ὁμολογητὰς καὶ μάρτυρας τῆς σῆς ἐπιφανείας ἀναδείξας, ἐν ταῖς ἡμέραις Δεκίου τοῦ βασιλέως καὶ 9 ἀποστάτου, καὶ τούτους κοιμήσας ἐν τῷ σπηλαίῳ ἔτη τριακόσια ἑβδομήκοντα δύο ὡσεὶ βρέφη θάλποντα ἐν τῇ νηδύϊ τῆς αὐτῶν μητρὸς, καὶ μηδ᾽ ὅλως ὑπομείναντα φθορὰν, εἰς ἔπαινον, καὶ δόξαν τῆς φιλανθρωπίας σου, καὶ εἰς ἔνδειξιν καὶ βεβαίωσιν ἡμῶν τῆς παλιγγενεσίας καὶ ἀναστάσεως πάντων. αὐτὸς οὖν φιλάνθρωπε βασιλεῦ πάρεσο καὶ νῦν διὰ τῆς ἐπιφοιτήσεως τοῦ ἁγίου σου πνεύματος, καὶ ἐπίσκεψαι τὸν δοῦλόν σου, τόνδε, καὶ δώρησαι αὐτῷ ὑγείαν ῥῶσιν καὶ εὐρωστίαν διὰ τῆς σῆς ἀγαθότητος. ὅτι παρὰ σοῦ ἐστὶ πᾶσα δόσις ἀγαθὴ καὶ πᾶν δώρημα τέλειον. σὺ γὰρ εἶ ὁ ἰατρὸς τῶν ψυχῶν καὶ τῶν σωμάτων ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν καὶ εὐχαριστίαν, καὶ προσκύνησιν ἀναπέμπομεν, σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

IN ORATIONEM SEPTEM PVERORVM, in infirmum insomnem. Notæ

1 Εὐχὴ τ̃ ἁγίων ἑπτὰ παίδων.] Vt variis morbis varia medici præparant remedia: sic variis infirmitatibus & angustiis sanandis aut sedandis, non vno Orationum genere contenta est Ecclesia. Hinc cum prolixioris & salubris somni munus acceperint septem fratres, *Dormientes* nuncupati, eorum idcirco habita memoria, ægrotis diuturna vigilia confectis, somni quietem, & è somno medelam, hæc postulat Oratio. An autem sit vera necne, septem Dormientium historia, in suis in Martyrologium notis die 27. Iulij merito Baronius ambigit: in quo quia eorum recensentur nomina, & de illis probati authores Latini Græcique fidem faciunt (adde quod & Ecclesia Romana reliquias eorum in S. Marci Basilica colit) inclinat ipse propterea in eam partem, quæ veram quidem esse, at non indubiam talem historiam, asserit.

2 Θεοδώρου τοῦ στρατηλάτου] Sanctos de nomine hac in Oratione recensitos, corporibus aduersa valetudine iactatis reparandis, Græcorum Ecclesia, ob frequentia ab eis edita miracula interpellat. De pluribus aliæ notæ notitiam suggerunt: præsentibus, innominatos hucusque cognoscendos exhibemus. Et Theodorus quidem hic ab alio diuersus est: hic enim στρατηλάτης magister equitũ: alius autem τυρων, *Tyro*, audit. Sub Licinio ὁ στρατηλάτης militauit, à quo propter idola spreta, capitali sententia mulctatus est. Obitum eius 8 Februarij: translationem 8. Iunij colunt Græci: qua die in sanctorum vitis Maximus Cytherensis scribit: τὸ μακάριον τοῦ σῶμα ἀναβλύζει ῥεῖθρα ἰαμάτων εἰς ἐκείνους ὅπου μὲ πίστιν προσπαγαίνουσιν εἰς αὐτόν. *Scaturit sacrum eius corpus curationum fluentis in eos qui cum fide ad illud accedunt.*

3 Εὐθυμίου.] Hunc 22. Ianuarij celebrant Græci: & vt de eo scribunt, χαλεπῶν νοσημάτων πολλοὺς ἀπήλλαξε.

4 Σάββα τοῦ ἡγιασμένου.] Hic, Euthimij fuit discipulus, at cur sanctificatus vocetur decantat Ecclesia Græca, quinta Decembris: ἐκ γαστρὸς ἡγιάσθης ὡς ἀληθῶς ἱερώτατε Σάββα, καὶ ἐπὶ γῆς ὡς ἄγγελος ἐβίωσας· τὴν γὰρ σάρκα ἐνέκρωσας, Εὐθυμίου τ̃ βίον ζηλώσας. *Ex vtero vere sanctificatus, sanctissime Sabba; velut Angelus in carne vixisti: carnem mortificasti, Euthymij vitam emulatus.* Melius tamen, sanctificatum alia verba declarant, ὡς ἀπὸ βρέφους τῷ θεῷ θυσία ἄμωμος προσηνέχθη δι' ἀρετῆς. *Quia à pueritia virtutis exercitiis velut hostia immaculata Deo est oblatus.*

5 Θεοδοσίου τοῦ κοινοβιάρχου.] Hic, sub Symeone Stylita eruditus, ὅτι πολλῶν γενήσεται θρεμμάτων ποιμήν, *quod multarum futurus esset ouium pastor*, prænunciatus est: hinc πολλῶν μαθητῶν καθηγητὴς γεγονώς, *plurium discipulorum dux factus*, κοινοβιάρχης est appellatus, ait Synaxarion Ianuarij vndecima.

6 Ἀρσενίου.] Diuersus est hic, ab Arsenio & Arcadij Honoriiq; Impp. præceptore: & vt θαυματουργοῦ memoria eius 3. Decembris recolitur.

7 Ἀθανασίου.] Hic Trapezunte natus sub Phoca Imperatore magna sanctitatis laude floruit. Cyminam Asitæ montem asperrimum primo coluit, quo relicto in Athon se contulit, vbi Imperatoris precibus perpetuam sedem fixit: illi comites adiuncti plures Monachi, à morum sanctitate, montem illum syluis horridum, & feris tantum peruium, ἅγιον ὄρος, dixerunt: & vsque hodie Athanasij antrum, & Ecclesia eius nomini dicata in prærupto saxi vertice niuibus vndique obsito visitur. Synaxarion: οὗτος ὁ ἅγιος ἔτι ἐν βίῳ περιών, θαύματα πολλὰ παράδοξα ἐκτετέλεκε, καὶ πρὸς κύριον ἐκδημήσας, ἀενάως τοῖς αἰτοῦσι ταῦτα παρέχει, καὶ μαρτυρεῖ τὸ σπήλαιον ἔνθα τὸ τίμιον αὐτοῦ καὶ ἅγιον κατάκειται λείψανον. *Superstes adhuc in vita miracula plurima edidit, & ad Dominum profectus iugiter illa petentibus exhibet: testaturque de illis spelunca, in qua, venerandum & sanctum eius corpus iacet.*

8 Ὡς ἐπιπέμψω ποτὲ Ἀβιμέλεχ.] Apocrypha sequutus huius Orationis (quæ recens est, nec in M.S. exemplar habet) author, sanctorum fama celebrium habita memoria, ignoti cuiusdam Abimelech è fabulosis libris nomen producit, vt somni longioris miraculose contingentis historiam fidemque astruat.

9 Καὶ ἀποστάτου.] Dictio delenda: Decium enim persecutorem, nõ fidei desertorem referũt historiæ.

ΕΥΧΗ ΕΠΙ ΑΛΑΤΟΣ.

Ὁ Θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ὁ παραγενόμενος ἐν Ἱεριχῶ ἐπὶ Ἐλισσαίου τοῦ προφήτου, καὶ τὰ βλαβερὰ ὕδατα ἅλατι θεραπεύσας, αὐτὸς εὐλόγησον τὸ ἅλας τοῦτο, καὶ μετάβαλε αὐτὸ 1 εἰς θυσίαν ἀγαλλιάσεως. σὺ γὰρ εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

ORATIO SVPER SALE.

Deus saluator noster, qui Elisæo prophetæ in Hiericho adfuisti, & noxias aquas sale curasti: ipse sali isti benedic; & in exultationis hostiam transmuta. Tu enim es Deus noster, & tibi gloriam referimus Patri, & Filio, & sancto Spiritui, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

IN ORATIONEM SVPER SALE. NOTA.

1 EIς θυσίαν ἀγαλλιάσεως] Cum nullum sacrificium sale non conditum offerri posset: orat nunc Ecclesia, vt eius post benedictionem hanc perceptio fiat in animæ iuge lætitiæ & gratiarum actionis hostia. Aptius tamen cum P. Francisco Combefis non præsentis minus subobscuri, quam plerorumque recognitorum sensuum circa eos quos in lucem edit, & quibus lucem confert authores interprete sagacissimo, reor dicendum: Ecclesiam Græcam panem vitiatum in missæ sacrificio consuetam offerre, prius fermento tingere, & sale respergere: quam consuetudinem ex Isaacio Armenorum Catholico disputatione secunda aduersus Armenos eosdem propediem publici iuris facienda animaduertit. Sal igitur velut condimentum pani admixtus, transit cum ipso pane in exultationis hostiam, cum Christiano more panis altaribus apponitur, vt ex eo sacrificium à Christo institutum celebretur: & id quod agit: ita peragi suis precibus Ecclesia postulat. De quibus fusius citatus author sermonem instituit.

OFFICIVM AD ADOPTIONEM obeundam.

Stat adoptandus filius, aut filia, intra sancti altaris fores: Et susceptor foris: Ambo cereos accensos tenentes. Sacerdos vero sacerdotali ornatu assumpto: Benedictionem præmittit. Ter sanctus. Sanctissima Trinitas. Pater noster. Quia tuum est. *Dimissorium diei. Tum Breuiculum sancti cuius est Ecclesia. Deinde Sacerdos Orationem sic habet.*

Dominum precemur.

DOmine Deus noster, qui per dilectum filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum adoptione & gratia omnipotentis & sancti tui Spiritus filios nos vocas, dicens: Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. Ipse benigne rex, respice de sancto habitaculo tuo super seruos tuos istos, & quos natura alienos à se inuicem produxit secundum carnem: hos tu in patrem & filium Spiritu sancto tuo coniunge. Confirma illos tua dilectione, consocia tua benedictione: in gloria tua benedic illis. Consolida illos in fide tua, vt rata sint quæ de labiis eorum processerunt pacta. Adsis mediator mutuæ eorum pollicitationis: vt stabile & inconuulsum adusque vitæ illorum finem seruent quod inierunt fœdus, viuentes in te solo viuo & vero Deo nostro, & regni tui hæredes

a 1 ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ ΕΙΣ ΥΙΟΘΕΣΙΑΝ. a 1

Ἵσταται ὁ μέλλων, ἀναγεννᾶσθαι υἱὸς, ἢ θυγάτηρ, ἔσωθεν τῆς πύλης τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου· Καὶ ὁ ἀνάδοχος, ἔξωθεν b Ἀμφότεροι κηροὺς κατέχοντες ἀπτομένους. Ὁ δὲ ἱερεὺς, φορῶν τὴν ἱερατικὴν στολὴν. Ποιεῖ εὐλογητόν. Τὸ τρισάγιον. Παναγία τριάς, τό, Πάτερ ἡμῶν. Ὅτι σοῦ, τό. Ἀπολυτίκιον τῆς ἡμέρας. Τὸ κοντάκιον τοῦ ἁγίου τῆς μονῆς. Εἶθ' οὕτως ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχὴν.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

ΚΥριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ διὰ τοῦ ἠγαπημένου σου παιδὸς, κυρίου δὲ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τέκνα καλέσας ἡμᾶς θεοῦ υἱοθεσίᾳ καὶ χάριτι τοῦ παντοδυνάμου καὶ ἁγίου σου πνεύματος, ὁ εἰπών· ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱόν. αὐτὸς φιλάνθρωπε βασιλεῦ, ἐπίβλεψον ἐξ ἁγίου σου κατοικητηρίου, ἐπὶ τοὺς δούλους σου τούτους, καὶ οὓς ἡ φύσις κατὰ σάρκα διεστηκότας ἀλλήλων ἐγέννησε, τούτους αὐτὸς εἰς πατέρα καὶ υἱὸν ἕνωσον τῷ ἁγίῳ σου πνεύματι. στήριξον αὐτοὺς τῇ ἀγάπῃ σου, συνδέσον αὐτοὺς τῇ εὐλογίᾳ σου· εὐλόγησον αὐτοὺς ἐν τῇ δόξῃ σου. ἑδραίωσον αὐτοὺς ἐν τῇ πίστει σου φυλάττων διαπαντὸς, καὶ μὴ ἀθετῶν τὰ συμφωνούμενα διὰ τῶν χειλέων αὐτῶν. καὶ γενοῦ μεσίτης τῆς αὐτῶν ὑποσχέσεως, ἵνα ἀδιάρρηκτον μέχρι τέλους τῆς ζωῆς αὐτῶν τὴν σχέσιν ἣν ἐπὶ σοὶ ὡμολόγησαν, καὶ ἄψευστον διαφυλάττωσιν, ἐν σοὶ ζῶντες τῷ μόνῳ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ θεῷ ἡμῶν· καὶ

ἀξίωσον αὐτοὺς κληρονόμους τῆς βασιλείας σου. ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εἰρήνη πᾶσι. Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ κυρίῳ κλίνατε.

Δέσποτα, δέσποτα, ὁ τῆς κτίσεως πάσης δημιουργὸς, ὁ ἐν τῷ πρώτῳ Ἀδὰμ κατὰ σάρκα φυσικὴν δεσμήσας συγγένειαν· ἐν δὲ Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ ἠγαπημένῳ υἱῷ σου καὶ θεῷ ἡμῶν, χάριτι καὶ ὑμᾶς συγγενεῖς σου ἀναδείξας. σοὶ τῷ μόνῳ εἰδότι τὰ πάντα, καὶ πρὶν γενέσεως, οἱ δοῦλοί σου οὗτοι τὰς κεφαλὰς ὑποκλίνουσι, τῆς παρὰ σοῦ εὐλογίας δεόμενοι, καὶ τῷ ἐν σοὶ συνδέσμῳ εἰς πατέρα, καὶ υἱὸν ἀλλήλους ἐπιγράφοντες. τύχοιεν ὧν ἐλπίζουσι καὶ τῆς ἑαυτοῖς ὀφειλομένης καταστάσεως, καὶ τῆς ἐν σοὶ υἱοθεσίας, ἐπαξίως πολιτευόμενοι, ἵνα ὡς ἐν πᾶσι, καὶ ἐν τούτῳ δοξάζηται σου τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου 1 πνεύματος· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων ἀμήν.

2 Καὶ λαμβάνει ὁ πατὴρ τὸν υἱὸν 2 ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου. Ὁ δὲ υἱὸς 3 πίπτει εἰς τοὺς πόδας τοῦ πατρὸς 3 Καὶ 4 πατεῖ αὐτὸν ὁ πατὴρ εἰς τὸν τράχηλον, 4 λέγων. Σήμερον υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Καὶ ἀνίστα αὐτόν. εἶτα ἀσπάζονται ἀλλήλους. Ὁ δὲ ἱερεὺς ποιεῖ ἀπόλυσιν. Καὶ εὐλογεῖ αὐτοὺς, καὶ διδάσκει αὐτούς.

illos effice. Quia tibi conuenit omnis gloria, honor, & adoratio, Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Pax omnibus. Capita vestra Domino inclinate.

Domine, Domine, omnis creaturæ opifex, qui cognationem naturalem in primo Adam secundum carnem connexuisti: in Christo autem Iesu dilecto Filio tuo & Deo nostro, nos quoque affines tua gratia renunciasti: tibi omnium conscio etiam priusquam fiant, serui tui isti suas submittunt ceruices, tuam exposcentes benedictionem, & se in patrem & filium mutuo adsciscentes. A se itaque sperata consequantur, & debitum sibi reciprocè honorem, iuxta eam quæ in te est adoptionem decenter inter se conuersantes exhibeant: vt sicut in omnibus ita & in hoc glorificetur nomen Patris, & Filij, & Spiritus sancti: nunc & semper, & in sæcula sæculorū. Amen.

Tum vero filium ex altari pater assumit. Filius autem ad patris pedes procidit: Calcatque eius collum pater, dicens. Hodie filius meus euadis: ego hodie genui te. *Et è terra illum erigit. Et mutuo se osculo excipiunt. Interim Sacerdos dimissionem absoluit: Benedicitque illis; & de officijs suis eos monitos facit.*

VARIÆ LECTIONES.

a Ἀκολουθία εἰς υἱοθεσίαν.] Cryptoferratense Basilij Falascæ M S. legit, εἰς τὸ εὐλογῆσαι τεκνοποιΐαν.

b Ἀμφότεροι κηροὺς κατέχοντες.] Horum vice M S. idem scribit: ὁ ἱερεὺς δίδει αὐτοῖς κηροὺς ἅπτοντας, καὶ θυμιᾷ αὐτοὺς, καὶ τὸν λαόν. καὶ λέγει ὁ διάκονος τὴν συναπτὴν προγραφεῖσαν εἰς ἀδελφοποιΐαν. *Tradit illis Sacerdos cereos accensos, & suffumigat illos, & populum: & recitat Diaconus Collectam supra scriptam in adoptione fratris*: quæ à nobis suo loco reponetur. Vide Ἀκολουθία εἰς ἀδελφοποιΐαν.

Δέσποτα, δέσποτα.] Deest hæc Oratio in dicto M S. & eius loco hæc alia habetur.

Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ διὰ σπλάγχνα ἐλέους κατελθὼν ἐπὶ σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων, καὶ διὰ πολλὴν χρηστότητα ταπεινώσας ἑαυτὸν, καὶ ὑποδεῖξαι ὁδὸν σωτηρίας, καὶ διὰ τὴν ἀγάπην τὴν σὴν ἐκτείνας τὰς ἀχράντους σου χεῖρας ἐπὶ τὸ παιδίον ἐκ βρέφους ἁγιάσαι· αὐτὸς δέσποτα φιλάνθρωπε ἔπιδε ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τὸν τὰ προστάγματα βεβαιοῦντα καὶ τῆς δικαίας σου φωνῆς εἰσακούοντα τὴν τῷ ἑκατοντάρχῳ Νικοδήμῳ λέγοντος· ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἄνωθεν, οὐ μὴ εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· αὐτὸς καὶ νῦν εὐλόγησον ἀναγέννησον τῷ πνεύματί σου τὸν δοῦλόν σου, ὁ. Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα τοῦ πατρός.

Εἶτα ἁγιάζει αὐτοὺς λέγων αὐτοῖς. Ἀπέλθετε παιδία ἐν εἰρήνῃ· ὁ κύριος μεθ' ἡμῶν· καὶ ἀπολύει.

Domine Iesu Christe Deus noster, qui per viscera misericordiæ tuæ in salutem hominum descendisti, & propter multam bonitatem te abiecisti atque ita salutis nobis viam demonstrasti, & tandem super puerū ab infantia sanctificatū immaculatas manus tuas extendisti: ipse Domine benigne respice seruum tuum hunc mandata tua opere firmantem, & iustæ voci tuæ obaudientem, qua Centurioni Nicodemo dixisti: Nisi quis regeneratus fuerit desuper, non intrabit in regnum cœlorum: ipse etiam nunc benedic & Spiritu tuo regenera seruum tuum N. Quia tuum est regnum, & potestas, & gloria: Patris.

Deinde aqua benedicta in eos aspersa, dicit: Pue-

ri discedite in pace. Dominus vobiscum sit. *Et dimittit illos.*

Nil mirum si præter Græcorum morem referat hic codex Sacerdotem ἁγιάζοντα, *aqua benedicta respergentem*: est enim eiusmodi vt Græcis subdominio Latinorum habitantibus vsui sit, quibus aquam benedictam minorem singulis mensibus renouare, & in foribus Ecclesiæ exponere, etiam iuxta ritum suum minus in Oriente obseruatum, ab Episcopis Latinis, quibus subditi sunt, præcipitur.

Habet & antiquum M.S. Barberinum numero 88. notatum, Officium idem sed diuersa penitus ratione compositum.

Ordo ad adoptionem ineundam.

Sciendum, post lectum, Magnificat, *adoptantem ingredi, & reuerentiam facere: Sacerdos autem dicit orationem.*

DEus æterne, spes nostra, refugium, salus, & protectio, qui cunctos vis bene facere; ipse Domine seruum tuum N. Christi tui nomen inuocantem, & ad imitationem sanctorum tibi à sæculo complacentium accedentem visita: ideoque nunc precamur te clemens Domine, quam suscepit voluntatem eius imple, illique sincero corde, corpore puro, animo donis tuis cumulato filium adoptare tribue: vt & in hoc glorificet nomen Patris, &c.

Oratione finita, manus ad Templi medias columnas protendit, & reuerentiam Sacerdoti exhibet adoptatus. Sacerdos vero ad sanctam mensam illum inducit, & adorat: atque designatum iam sibi patrem ter circuiuit: pedesque illius osculatur: dicitque Sacerdos orationem istam.

Domine Deus noster, qui per dilectum, &c.

Altera oratio ad adoptionem ineundam.

DOmine Iesu Christe Deus noster, filius principij expers à Patre sine principio, Filius benedictus Patris benedicti veri Dei nostri, qui è cœlo descendisti, & in domo Ioseph ex sancta Deipara & semper virgine Maria incarnatus es, ipsisque legem impleturus vsque ad ætatis carnis tuæ complementum, subditus es factus, qui dignatus es quoque Ioseph vocare patrem, & filios eius fratres, quique Ignatio puerulo manu apprehenso discipulis tuis dixisti:

Σύνταξις εἰς τεκνοποίησιν.

Χρὴ γινώσκειν ὅτι μετὰ τὸ ἀναγνῶναι τὸ μεγαλεῖον· εἰσέρχεται ὁ μέλλων τεκνοποιεῖν· καὶ βάλλει μετάνοιαν, καὶ λέγει ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχήν.

Ὁ Θεὸς ὁ αἰώνιος, ἡ ἐλπὶς ἡμῶν, ἡ καταφυγὴ, καὶ σωτηρία, καὶ σκέπη, ὁ πάντας θέλων ποιεῖν τὸ ἀγαθόν· αὐτὸς δέσποτα ἐπίσκεψαι τὸν δοῦλόν σου, ὅ, τὸν ἐπικεκλημένον τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ σου, καὶ προσελθόντα ἐν τῷ ἁγίῳ σου ναῷ τούτῳ, εἰς μίμησιν τῶν ἁγίων τῶν ἀπ' αἰῶνός σοι εὐαρεστησάντων· καὶ νῦν αἰτούμενοί σε φιλάνθρωπε κύριε, ἐκπλήρωσον τὸ αἴτημα αὐτοῦ ὃ ἠρετίσατο, καὶ δὸς αὐτῷ τεκνογεννῆσαι ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ, ἄσπιλον τῷ σώματι, καὶ πεπλησμένον πνεύματι· ἵνα καὶ ἐν τούτῳ δοξάσῃ τὸ ὄνομα τοῦ πατρός.

Καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν, ἐκτείνει τὰς χεῖρας εἰς τὰ διάστυλα τῆς ἐκκλησίας, καὶ βάλλει μετάνοιαν τῷ ἱερεῖ ὁ μέλλων τεκνοποιῆσαι· καὶ ὁ ἱερεὺς προσάγει αὐτὸν ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ, καὶ προσκυνεῖ· καὶ εἶθ' οὕτως κυκλοῖ τὸν ἤδη ταχθέντα πατέρα τρίς· καὶ βάλλει αὐτῷ μετάνοιαν· καὶ ἀσπάζεται τοῖς ποσὶν αὐτοῦ· καὶ λέγει ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχὴν ταύτην.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ διὰ τοῦ ἠγαπημένου: Vt supra.

Εὐχὴ ἑτέρα εἰς τεκνοποίησιν.

ΚΥριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ συνάναρχος υἱὸς τοῦ ἀνάρχου πατρὸς, ὁ εὐλογημένος υἱὸς τοῦ εὐλογημένου πατρὸς, τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ ἡμῶν, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατελθὼν, καὶ σαρκωθεὶς ἐκ τῆς ἁγίας θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ Ἰωσὴφ, καὶ γενόμενος ὑπήκοος αὐτοῖς, καὶ ὑποτασσόμενος ὡς τέκνον γονεῦσιν, ἕως τὸ πλήρωμα τῆς ἡλικίας τῆς σαρκὸς κατὰ τὸν νόμον πληρώσας· ὁ καὶ τὸν Ἰωσὴφ πατέρα ὀνομάζεσθαι καταδεξάμενος, καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ ἀδελφοὺς καλέσας, καὶ τῆς χειρὸς τὸ παιδάριον κρατήσας Ἰγνάτιον, καὶ εἰπὼν τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς·

ἐὰν μὴ στραφῆτε καὶ γένησθε ὡς τὸ παιδάριον τοῦτο, οὐ δύνασθε εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. καὶ τινὸς εἰπόντος πρὸς σέ· ὅτι ὁ πατήρ σου καὶ ἡ μήτηρ σου ἔξω σε ζητοῦσι, καὶ τὰς χεῖρας πρὸς τοὺς σοὺς μαθητὰς ἐκτείνας, εἰπών· οὗτοί μου πατέρες καὶ μητέρες, ἀδελφοὶ, καὶ ἀδελφαὶ, καὶ τέκνα· οἱ ποιοῦντες τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς· καὶ ὅτε ἐν τῷ σταυρῷ τὰς χεῖρας ἥπλωσας, καὶ ἥλοις προσηλώθης, διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, καὶ τῆς μητρός σου, καὶ τοῦ μαθητοῦ σου παρεστηκότος, εἶπας· γύναι, ἰδοὺ ὁ υἱός σου. Εἶτα λέγεις τῷ μαθητῇ· ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου. αὐτὸς Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, εὐλόγησον τὸν δοῦλόν σου ὁ, καὶ ὁ, τὸν τεκνοποιοῦντα ἐν τῷ σῷ ὀνόματι, καὶ ἐν τῷ σῷ ναῷ. χάρισαι αὐτοῖς τὴν γνῶσιν τοῦ ἁγίου σου πνεύματος, ὁδήγησον αὐτοὺς ἐν τῷ ἁγίῳ σου φόβῳ, εὔφρανον αὐτοὺς ἐν τῇ δυνάμει σου· ἵνα γένωνται πνευματικοὶ πατὴρ καὶ τέκνον, ὑπὲρ τοὺς σαρκικοὺς, καὶ ἀσκανδάλιστοι καὶ ἀμίσητοι μείνωσι πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτῶν. Ὅτι πρέπει σοι.

nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruulus iste, non potestis in regnum cœlorum ingredi. Et quodam tibi dicente: Quia pater tuus & mater tua foris te quærunt: manibus tuis ad Discipulos extensis, dixisti: Hi sunt patres, & matres, fratres, & sorores, & filij: qui faciunt voluntatem Patris mei qui in cœlis est. Cum vero manus in cruce expandisti clauisque confixus esses propter salutem nostram: matri discipuloque tuo adstanti dixisti: Mulier, ecce filius tuus: deinde dixisti Discipulo: Ecce mater tua. Ipse Christe Deus noster, seruo tuo N. & N. in tuo nomine & in templo tuo adoptanti benedic: Sancti tui Spiritus cognitionem illis largire, deduc illos in sancto tuo timore, & in tua virtute illos exhilara: vt super carnales, fiant spirituales pater & filius, & absque rixa & odio cunctis diebus vitæ suæ perseuerent. Quia conuenit tibi.

IN OFFICIVM AD ADOPTIONEM FILII INEVNDAM NOTÆ.

1 **A**κολουθία εἰς υἱοθεσίαν.] Officium ad præscriptam legibus filij adoptionem perficiendam, non temere Orientalis Ecclesia composuit, quod & Imperatoriæ leges constituunt; prout à Leone, Nouella 24. sanctum fuisse testatur Balsamon in Can. 53. Trullanæ Synodi νῦν κατὰ θεσμὸν καὶ πρέποντα, καὶ δίκαιον γίνεται ἡ υἱοθεσία, καὶ διὰ τῆς ἱερᾶς τελετῆς, τῶν μὲν εἰς γονέων τάξιν καθισταμένων, τῶν δὲ εἰς τὴν τῶν παίδων. *Nunc cum insto & conuenienti ritu fit adoptio adhibitis nimirum sacris Ecclesiæ carimoniis, & hi quidem ad parentum, illi vero ad filiorum ordinem deducuntur.* Et infra subdit. σημείωσαι ὅτι διὰ ἱερᾶς εὐχῆς γίνεται υἱοθεσία, ἔχε οὖν τοῦτο ἐπὶ μνήμης· οὐδὲ γὰρ εὕρηται που ἀλλαχοῦ γεγραμμένον· καὶ διὰ τοῦτο ἀγνοεῖται τοῖς πολλοῖς. *Nota quod per sacras preces fit adoptio. Tene, inquam, hoc memoria: neque enim alibi hoc scriptum reperitur, & propterea à quam plurimis ignoratur.*

2 Ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου.] Propterea inter Patrem adoptantem, & filium stant sacra altaris septa (supra namque alia lectio posuit adoptantem, manus εἰς τὰ δάσυλα ad columnas inter populum & altare in Ecclesia Græca erectos extendere) vt hic ab altari progressus, quasi à Deo missus & donatus habeatur: vtque ideo strictius inter vtrumque amoris vinculum, vt à Deo probatum, connectatur, & tandem reuerentiæ ad inuicem maior necessitas connascatur.

3 Πίπτει εἰς τοὺς πόδας τοῦ πατρός.] Vt quasi ex eius vtero excidisse, & ab illo editum se reputet. Vnde & superinducta vxor sterili, in eius gremio parturiebat, vt in Saræ genibus, Agar: quò, sterilis filius, & velut eius ex vtero ortus haberetur. Similem fere morem Turcæ obseruant; nam & patres, pueros adoptantes, in sinum, carnem inter & interulam immittunt: eosque inferius lapsos è gremio eductos, velut à se natos, complectuntur.

4 Παπεῖ αὐτὸν ὁ πατήρ.] In Iuris & subiectionis argumentum.

SANCTI PATRIS NOSTRI IOANNIS Chrysostomi Constantinopolis Archiepiscopi magna & sancta die cœnæ Dominicæ exhortatio. Benedic Pater.

Dilecti mei & desiderati fratres, qui Deo viuo in sanctitate & iustitia seruituri, & sanctorum illibatorum nec non immortalium tremendorum Christi mysteriorum cum timore participes efficiendi, in sancta Dei Ecclesia congregati estis: abiectum me & indignum audite. Non sum enim ego qui loquor & doceo vos, sed sanctissimi & viuifici Spiritus gratia: neque rursus à me ipso loquor, sed vt à sacris canonibus & deificis Apostolis, & vt sibi traditum à diuinitùs edoctis Apostolis accepit Ecclesia: ita ipse minimus & abiectissimus omnium edissero. Actus vestros nescio, studia vestra ignoro; atque ideo timore Dei perculsus vnicuique vestrum, viris & mulieribus, paruis & magnis edico. Nullus vestrum peccati conscius, & propria damnatus conscientia, priusquam de delictis pœnitentiam agat, & se confessione expurget, cum contemptu audeat accedere, & diuinum istum ignem contingere. Deus enim ignis consumens est. Et accedentium quidem cum timore & fide, velut Deo regi, & iudici inflammat corda & consumit peccata, animasque eorum illustrat & sanctas reddit: absque fide vero & pudore aduentantium animas & corpora adurit & dissipat. Propterea multi debiles & infirmi dormiunt: id est non confessi & impœnitentes plurimi moriuntur. De reliquo itaque, Fratres, exhortor vos, & dico: nullus iuramentis assuetus, aut periurus, mendax aut maledicus, fornicator, adulter, aut masculorum concubitor, aut rapax, aut ebrius, aut contumeliosus, aut odium fouens aduersus fratrem; aut homicida, aut magus, aut præstigiis deditus, veneficus, incantator, ariolus, aut latro, aut Manichæus, non confessus & imparatus, ad tremenda Christi mysteria accedere, vel illa cõtrectare attẽtet. Horrendum est

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΙΩΑΝΝΟΥ ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου, λόγος παραινετικὸς τῇ πέμπτῃ τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ. 2 Εὐλόγησον πάτερ.

Ἀγαπητοί μου ἀδελφοὶ καὶ πολυπόθητοι, οἱ συναθροισθέντες ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ, πρὸς τὸ λατρεῦσαι θεῷ ζῶντι ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ τῶν ἁγίων ἀχράντων καὶ ἀθανάτων φρικτῶν μυστηρίων τοῦ Χριστοῦ μετὰ φόβου μεταλαβεῖν· ἀκούσατε ἐμοῦ τοῦ ταπεινοῦ καὶ ἀναξίου. οὐ γὰρ ἐγώ εἰμι ὁ λαλῶν καὶ ὁ διδάσκων ὑμᾶς, ἀλλ᾽ ἡ χάρις τοῦ παναγίου καὶ ζωοποιοῦ πνεύματος. οὐ γὰρ ἀπ᾽ ἐμαυτοῦ λαλῶ, ἀλλ᾽ ὡς ἐδιδάχθην παρὰ τῶν θείων κανόνων καὶ θεοσόφων καὶ θείων ἀποστόλων, οὕτω δὴ αὐτὸς φημί, ἐγὼ ὁ ταπεινὸς καὶ πάντων ἐλαχιστότερος· τὰς πράξεις ὑμῶν οὐ γινώσκω, τὰ ἐπιτηδεύματα ἀγνοῶ, καὶ διὰ τοῦτο τῷ τοῦ θεοῦ φόβῳ βαλλόμενος, παραγγέλω ἑνὶ ἑκάστῳ ὑμῶν ἀνδράσι τε καὶ γυναιξί, μικροῖς τε καὶ μεγάλοις. μηδεὶς ἐξ ὑμῶν ἔνοχος ἁμαρτίας ὑπάρχων, ὑπὸ τῆς ἰδίας κατηγορούμενος συνειδήσεως, πρὶν μετανοῆσαι καὶ ἐξομολογήσασθαι, τολμήσαι καταφρονητικῶς προσελθεῖν, καὶ ἅψασθαι τοῦ θείου τούτου πυρός. ὁ γὰρ θεὸς ἡμῶν, πῦρ καταναλίσκον ἐστίν. καὶ τοὺς μὲν ἐν πίστεως καὶ φόβου προσερχομένους ὡς θεῷ καὶ βασιλεῖ καὶ κριτῇ πάντων ἡμῶν φλογίζει καὶ κατακαίει τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, τὰς δὲ ψυχὰς φωτίζει καὶ ἁγιάζει· τοὺς δὲ ἀπίστους καὶ μετὰ ἀναισχυντίας προσερχομένους φλογίζει καὶ κατακαίει τὰς ψυχὰς αὐτῶν καὶ τὰ σώματα. διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄρρωστοι κοιμῶνται, τοῦτ᾽ ἔστιν, ἀποθνήσκουσι πολλοὶ ἀνεξαγόρευτοι, καὶ ἀμετανόητοι. τὸ λοιπὸν ἀδελφοί μου, παρακαλῶ ὑμᾶς καὶ λέγω· μηδεὶς ὀμνύων, ἢ ἐπίορκος, ἢ ψεύστης, ἢ καταλάλες, ἢ πόρνος, ἢ μοιχός, ἢ ἀρσενοκοίτης, ἢ ἅρπαξ, ἢ μέθυσος, ἢ λοίδορος, ἢ μῖσος ἔχων κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ, ἢ φόνον πεποιηκώς, ἢ μάγος, ἢ γόης, ἢ φαρμακὸς, ἢ ἐπαοιδὸς, ἢ μάντις, ἢ λῃστής, ἢ 3 μανιχαῖος, 4 ἀνεξαγόρευτος, καὶ ἀνέτοιμος προσέλθῃ τῶν φρικτῶν τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων, ἢ ἅψασθαι, ἢ προσεγγίσαι. φοβερὸν γὰρ τὸ

ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας θεοῦ ζῶντος. τομώτερος γὰρ ἐστὶν ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ὑπὲρ μάχαιραν δίστομον διϊκνούμενος μέχρις ἁρμονιῶν, καὶ μυελῶν, καὶ ὀστέων, καὶ ἐννοιῶν, καὶ καρδιῶν. βλέπετε οὖν ἀδελφοί μου, μηδεὶς ἀμεταμέλητος, ἢ ἀνέτοιμος, ἢ ἀνάξιος, προσελθὼν μεταλάβῃ τῶν φοβερῶν καὶ ἀχράντων αὐτοῦ μυστηρίων. αὐτὸς γάρ φησιν, ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἔστι θεὸς πλὴν ἐμοῦ. ἐγὼ ἀποκτενῶ, καὶ ζῆν ποιήσω. καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἐξελεῖται ὑμᾶς ἐκ τῶν χειρῶν μου. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῶν αἰώνων. αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμή, καὶ προσκύνησις, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

enim in manus Dei viuentis incidere. Acutior est etiam sermo Dei omni gladio ancipiti, vsque ad compagum & membrorum, & ossium, & sensuum, & cordium peruadens intima. Attendite igitur Fratres, ne vllus impœnitentem imparatum, aut indignum tremendis & illibatis Christi myste iis participaturum se ingerat. Dicit enim ipse: ego sum, & non est præter me, Deus. Ego occidam, & ego viuere faciam: & non est qui vos de manu mea possit eruere. Ipse enim sæculorum rex est. Ipsi conuenit omnis gloria, honor, & adoratio: Patri, & Filio, & sancto Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΙΩΑΝΝΟΥ, ΑΡΧΙΕ-πισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου, λόγος παραινετικὸς τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ κυριακῇ τοῦ πάσχα. Εὐλόγησον πάτερ.

SANCTI PATRIS NOSTRI IOANNIS Chrysostomi Archiepisc. Constantinopolis exhortatio, sancta & magna dominica Paschæ. Benedic Pater.

Εἴ τις εὐσεβὴς καὶ φιλόθεος, ἀπολαυέτω ταύτης τῆς καλῆς καὶ φαιδρᾶς πανηγύρεως. εἴ τις δοῦλος εὐγνώμων, εἰσελθέτω χαίρων εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου αὐτοῦ. εἴ τις ἔκαμε νηστεύων, ἀπολαυέτω νῦν τὸ δηνάριον. εἴ τις ἀπὸ τῆς πρώτης ὥρας εἰργάσατο, δεχέσθω σήμερον τὸ δίκαιον ὄφλημα. εἴ τις μετὰ τὴν τρίτην ἦλθεν, εὐχαρίστως ἑορτασάτω. εἴ τις μετὰ τὴν ἕκτην ἔφθασε, μηδὲν ἀμφιβαλλέτω· καὶ γὰρ οὐδὲν ζημιοῦται. εἴ τις ὑστέρησεν εἰς τὴν ἐννάτην, προσελθέτω μηδὲν ἐνδοιάζων. εἴ τις μόνην ἔφθασε τὴν ἑνδεκάτην, μὴ φοβηθῇ τὴν βραδύτητα. φιλότιμος γὰρ ὢν ὁ δεσπότης δέχεται τὸν ἔσχατον, καθάπερ καὶ τὸν πρῶτον. ἀναπαύει τὸν τῆς ἑνδεκάτης, ὡς τὸν ἐργασάμενον ἀπὸ τῆς πρώτης. καὶ τὸν ὕστερον ἐλεεῖ, καὶ τὸν πρῶτον θεραπεύει. κἀκείνῳ δίδωσι, καὶ τούτῳ χαρίζεται, καὶ τὰ ἔργα δέχεται καὶ τὴν γνώμην ἀσπάζεται, καὶ τὴν πρᾶξιν τιμᾷ, καὶ τὴν πρόθεσιν ἐπαινεῖ. οὐκοῦν εἰσέλθετε πάντες εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου ἡμῶν, καὶ πρῶτοι καὶ δεύτεροι, τὸν μισθὸν ἀπολαύετε· πλούσιοι καὶ πένητες μετ' ἀλλήλων χορεύσατε· ἐγκρατεῖς καὶ ῥάθυμοι, τὴν ἡμέραν τιμήσατε νηστεύσαντες, εὐφράνθητε σήμερον. ἡ τράπεζα γέμει τρυφήσατε πάντες. ὁ μόσχος πολὺς, μηδεὶς ἐξέλθῃ πεινῶν, πάντες

QVisquis deuotus & amans Dei est iucundo splendidoque hoc conuentu fruatur; si quis seruus est bene affectus, ingrediatur in gaudium Domini sui: quisquis in ieiunio laborauit, mercedis denarium recipiat: quisquis à prima diei hora operatus est, iustum hodie debitum referat: quisquis post tertiam aduenit, cum gratiarum actione festium diem agat: quisquis etiam post sextam accessit, nihil dubitet, non enim nocet, etiamsi ad nonam vsque tardauit, accedat itaque nec vltra animo hæreat: nec moram quoque reformidet, qui vndecimam solum attigit. Magnanimus enim Dominus noster est, & vltimum sicut primum acceptat: & sicut prima, ita & vndecima aduenienti satisfacit: primum fouet, vltimi misertus: huic largitur, & alteri quoque liberalis est: animum respicit etiam dum opera suscipit: & dum actus laudat, etiam propositum mentis compensat. Ingrediamini itaque omnes in gaudium Domini vestri, primi & vltimi mercedem accipite: diuites & pauperes, choros inuicē agite, diligētes & tardi diē hanc colite: ieiuni & non ieiuni gaudete hodie. Mensa parata est & cibis abundat, conuiuiū agite: grandis est vitulus & multus, nullus fame laborās discedat: cōuiuio fidei cū-

cti fruamini, & in bonitatis theſauro luxuriemini. Nullus de paupertate queratur: commune regnum propoſitum eſt. Nullus peccata lugeat: de ſepulchro illuxit remiſſio. Nullus mortem expaueſcat; liberauit enim nos Saluatoris mors: extinxit eam ab ea detentus, & in infernum deſcendens, infernum deprædatus eſt. Carne Saluatoris deguſtata, amaritudinem mors experta eſt. Prænunciauit hæc Eſaias dicens: amaritudine repletus eſt infernus in occurſu tuo. Amaritudine certe repletus eſt, quia profligatus: amaritudine repletus eſt, quia illuſus: amaritudine repletus eſt, quia interiit: amaritudine repletus eſt, quia poteſtate excidit: amaritudine repletus eſt, quia vincula captiuus ſubiit. Accepit corpus, & in Dei poteſtatem incidit: accepit terram, & cœlo occurrit: accepit quod videbat, & quo non videbat incidit. Vbi eſt mors ſtimulus tuus? Vbi eſt inferne victoria tua? Surrexit Chriſtus, & exciderunt dæmones: ſurrexit Chriſtus, & lætantur Angeli: ſurrexit Chriſtus, & vita reparata eſt: ſurrexit Chriſtus, & nemo ſupereſt in monumentis mortuus: Chriſtus enim à mortuis reſurgens, primitiæ mortuorum factus eſt. Ipſi gloria & poteſtas in ſæcula ſæculorum. Amen.

ἀπολαύσετε τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος. μηδεὶς θρηνείτω πενίαν. ἐφάνη γὰρ ἡ κοινὴ βασιλεία. μηδεὶς ὀδυρέσθω πταίσματα, συγγνώμη γὰρ ἐκ τοῦ τάφου ἀνέτειλε. μηδεὶς φοβείσθω θάνατον, ἠλευθέρωσε γὰρ ἡμᾶς ὁ τοῦ σωτῆρος θάνατος. ἔσβεσεν αὐτὸν ὑπ᾽ αὐτοῦ κατεχόμενος. ἐσκύλησε τὸν ᾅδην, ὁ κατελθὼν εἰς τὸν ᾅδην. ἐπίκρανεν αὐτόν, γευσάμενος τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. καὶ τοῦτο προλαβὼν Ἡσαΐας ἐβόησεν· ὁ ᾅδης φησίν, ἐπικράνθη συναντήσας σοι κάτω. ἐπικράνθη, καὶ γὰρ κατηργήθη. ἐπικράνθη, καὶ γὰρ ἐνεπαίχθη. ἐπικράνθη καὶ γὰρ ἐνεκρώθη. ἐπικράνθη καὶ γὰρ καθῃρέθη. ἐπικράνθη, καὶ γὰρ ἐδεσμεύθη. ἔλαβε σῶμα, καὶ θεῷ περιέτυχεν. ἔλαβε γῆν, καὶ συνήντησεν οὐρανῷ. ἔλαβεν ὅπερ ἔβλεπε, καὶ πέπτωκεν ὅθεν οὐκ ἔβλεπε. ποῦ σου θάνατε τὸ κέντρον; ποῦ σου ᾅδη τὸ νῖκος; ἀνέστη Χριστὸς, καὶ πεπτώκασι δαίμονες. ἀνέστη Χριστὸς, καὶ χαίρουσιν ἄγγελοι. ἀνέστη Χριστὸς, καὶ ζωὴ πολιτεύεται. ἀνέστη Χριστὸς, καὶ νεκρὸς οὐδεὶς ἐπὶ μνήματος. Χριστὸς γὰρ ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν, ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων ἐγένετο· αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

IN S. IOAN. CHRYSOST. EXHORTATIONEM MAGNA feria quinta &c. Notæ.

1 TOY ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου.] Alterius à Chryſoſtomo hunc eſſe ſermonem, etiam Græci de hoc conſulti, opinantur: repens namque & abiectus ſtylus, eiuſque ordo incompoſitus, alienum à Chryſoſtomo opus indicat: niſi Chryſoſtomo eſſe dicas quod eius ſententias & ſcripta paſſim, quomodolibet imitatur.

2 Εὐλόγησον πάτερ.] Præmittit has voces, qui publice ſermonis vel homiliæ lectionem decurrendam aggreditur: hinc mos, ſanctorum operibus illas præfigendi profluxit, eaſque Latinis: *Iube Domine benedicere*, correſpondere nullus non videt.

3 Μανιχαῖος.] Dictio, Μανιχαῖος, opus hoc Chryſoſtomo multo recentius arguit: quamuis enim ante eius tempora Manichæorum hæreſis fuiſſet orta, non tamen eorum nomina publice in Eccleſia damnanda, niſi poſteriorum Impp. temporibus occurrunt.

4 Ἀνεξαγόρευτος καὶ ἀνέτοιμος.] Confeſſionem Sacramentalem ἐξαγόρευσιν & corrupte magis ἐξηγορείαν, moderni Græci vocant, quam antiquiores ἐξομολόγησιν vocare conſueti erant: vnde & vox ἀνεξαγόρευτος vt recentior, ita recens hoc opus eſſe, confirmat. His autem verbis enata quorumdam animis ſuſpicio de Græcis quaſi Confeſſionem omnino reſpuant, refellitur: gaudent enim tam Eccleſiæ miniſtri quam Laïci alii, coram Latino Sacerdote delictorum pondere ſe exonerare: licet quæuis alia Sacramenta Sacerdotum ſuorum miniſterio recipere in vſu habeant. Alias vero Confeſſionem prædicant etiam ſchiſmatis fautores, inter quos Symeon Theſſalonicenſis lib. de Pœnit, ἀναγκαία παντὶ ἡ ἐξομολόγησις, ait ὅτι καὶ ἁμαρτάνομεν πάντες. *Neceſſaria eſt omni homini Confeſſio: nam & omnes delinquimus*: & ne vllus propriæ confiſus iuſtitiæ, ab ea abſtineat, ſubiicit inferius, ὅτι καὶ τὸν εὐλαβῶς ζῶντα δεῖ μεθ᾽ ὑποταγῆς ζῆν, καὶ ὑπὸ πατρὸς κρίνεσθαι, καὶ μὴ ἑαυτῷ θαῤῥεῖν. *Quod & deinde viuentem oporteat cum ſubiectione agere, Patris ſpiritualis examini & cenſura ſe permittere & in ſe non fidere*: quom titulum ampliſſime deinde exponit, ratumque habet vetus Græca traditio, qua peccatum ἀκανόνιστον id eſt *ad Canonum rigorem non examinatum & damnatum* ἀσυγχώρητον *incondonatum* manere exiſtimatur.

ΕΥΧΗ

a 1 ΕΥΧΗ ΕΙΣ ΤΟ ΕΥΛΟΓΗΣΑΙ ΕΔΕΣΜΑΤΑ

κρεῶν τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ κυριακῇ τοῦ Πάσχα.

2 Ποιεῖ ὁ ἱερεὺς εὐλογητὸν, τὸ. Χριστὸς ἀνέστη. γ'. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

ΕΠίσκεψαι κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, εἰς τὰ ἐδέσματα τῶν κρεῶν, καὶ ἁγίασον αὐτὰ, ὡς ἡγίασας τὸν ἀμνὸν, ὅν σοι προσήγαγεν ὁ πιστὸς Ἀβραὰμ, καὶ τὸν ἀρνὸν, ὅνπερ Ἄβελ σοι προσενήνοχεν εἰς ὁλοκάρπωσιν· ὁμοίως καὶ τὸν μόσχον σιτευτὸν, ὃν θῦσαι ἐκέλευσας τῷ υἱῷ σου τῷ πεπλανημένῳ καὶ πάλιν ἐπανελθόντι πρὸς σὲ, ἵνα καθὼς αὐτὸς ἠξιώθη τῆς σῆς χάριτος ἀπολαῦσαι, οὕτω καὶ τῶν ἁγιασθέντων ὑπὸ σοῦ καὶ εὐλογηθέντων ἀπολαύσωμεν εἰς ἐκτροφὴν πάντων ἡμῶν. σὺ γὰρ εἶ ἀληθινὴ τροφὴ, καὶ ὁ δοτὴρ τῶν ἀγαθῶν. καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

ORATIO AD BENEDICENDAS CARnium eſcas ſancto & magno die Paſchæ.

Præmittit Sacerdos benedictionem, dicitur ter. Chriſtus ſurrexit. Dominum precemur.

REſpice Domine Ieſu Chriſte hæc carnium edulia : & velut agnum à fideli Abraham tibi oblatum, vel Abel holocauſtum, vel etiam vitulum ſaginatum ob filium errantem, deinde reducem occidi iuſſiſti; vt ſicut ille tua gratia perfrui dignum fuit, ita his in nutrimentum noſtrum à te ſanctificatis & benedictis perfruamur. Tu enim es verus cibus, & omnium bonorum largitor : & tibi gloriam referimus, Patri, & Filio, & ſancto Spiritui: nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

VARIÆ LECTIONES.

EΔέσματα κρεῶν.] Cryptoferratenſe Baſilij Falaſcæ M. S. legit εἰς τὸ εὐλογῆσαι ἀμνὸν, καὶ μόσχον, καὶ κρέα τὸ πάσχα. & pariter in ipſo Orationis textu poſt verba, ἐδέσματα κρεῶν, additur καὶ τὸν μόσχον: & poſt hanc Orationem, ſubiungitur alia commodius in notis à nobis referenda.

IN ORATIONEM QVA BENEDICVNTVR EDVLIA carnium ſancta & magna dominica Paſchæ, Notæ.

1 EΙς τὸ εὐλογῆσαι ἐδέσματα κρεῶν.] Chriſti Agni diuini pro expiandis mundi delictis in Paſchate crudeliter occiſi, piam memoriam recolentes Græci, ex agni carnibus Eccleſiæ benedictione ſanctificatis, cibum in die Paſchatis ſacro ſumendum, in ſpiritalis lætitiæ argumentum præparant. Nec alienam ab hoc ritu approbando ſe ſancta Romana Eccleſia declarat : vt enim, quod Romæ experimento probaui, verbis Ciaconij in vita Eutychiani fruges, fabas, & vuas ſupra altaria contra Manichæorum errorem benedici quondam ſancientis, explicem. *Hodie etiam in Paſchate oua, carnes hœdinæ & agninæ offæ panes, liba, & ſimilia altaribus à Sacerdote benedicenda inferuntur.* Immerito propterea conſuetudinem hanc, iam ab antiquo admiſſam, ſeuerioris cenſuræ nota ſupprimendam, exoptat Valafridus Strabo de rebus Eccl.ſ. cap 78. *Quorumdam ſimplicium error*, inquit, *de Iudaicarum ſuperſtitionum ſeminario natus, & ad noſtra vſque tempora, quædam vetuſtatis extendens veſtigia, iam ex magna parte ſapientum ſtudio compreſſus eſt. Et ſicubi pernicioſum huius peſtis germen reniniſcere fuerit comprobatum, mucrone ſpiritali penitus eſt amputandum : illum dico errorem, quo quidam carnes agni in Paſcha, iuxta, vel ſub altari eas ponentes, bene-*

dictione propria consecrabant : & in ipsa resurrectionis die ante cæteros corporales cibos, de ipsis carnibus percipiebant : cuius benedictionis series adhuc à multis habetur. Verum, pace Strabonis asserendum, non de Iudaicæ, sed de Christianæ religionis cultu ortum, vt ipse Romanus Ordo sua benedictione antiquum hunc vsum sancitum & approbatum voluerit, hoc pacto. *Post celebratum Dominicæ sancti Paschæ solemnitatem, post etiam transactos ieiuniorum dies, iam animabus spiritualibus dapibus refectis, de mensa tuæ maiestatis, offerimus famuli tui, pro fragilitate corpusculi aliquantulum reparandi, hanc vsui nostro concessam creaturam Agni : poscentes vt eum ore proprio nobis signantibus benedicas, & omnibus ex eo sumentibus ministrata munuscula, grata effici præstes, atque his cum gratiarum actione perceptis, te Deum qui es cibus vitæ & animæ nostræ magis & inhianter desideremus, & indefessè fruamur.* Obseruatumque in aliis passim locis hunc morem commendat missa vetus è M. S. Ratoldi Abbatis Corbeiensis ab Hugone Menardo edita in suis notis Gregoriani Sacrament. Vbi infra Canonem *antequam dicatur per omnia* &c. Legitur. *Benedictio carnis. Deus vniuersæ carnis qui Noé* &c. Eademque in Ordine Romano occurrit, simulque duas alias Prædicatorum Collectarium iuxta ritus Ecclesiarum antiquissimarum Apostolico nutu editum, exhibet. At de carnibus Armenio more non coquendis in altari, earumque parte Sacerdoti non offerenda Canon 99. Synodi in Trullo legendus.

2 *Χριστὸς ἀνέστη.*] Alacris & nunquam non repetenda in Ecclesia Græca, (Alleluia namque ferialibus diebus & in defunctorum Officiis, frequentius personat) Dominicæ resurrectionis tempore. Hymnus hic est. *Χριστὸς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν θανάτῳ θάνατον πατήσας, τοῖς ἐν τοῖς μνήμασι ζωὴν χαρισάμενος.* Hanc vero Orationem vel similem non exhibent antiqua M. S. præter Barberinum S. Marci, in quo non carnibus, sed potius eas offerentibus benedicendis, adaptatur hæc.

Oratio pro Agnum offerentibus.

DOmine Deus Patrum nostrorum, qui Abrahæ holocaustum pro Isaac filio eius suscepisti: ipse Domine etiam agni huius oblationem suscipe, & offerentes æternis tuis remunera donis. Gratia vnigeniti Filij tui : cum quo benedictus es in sæcula sæculorum.

Εὐχὴ ἐπὶ τοῖς προσφέρουσιν ἀμνόν.

ΚΥριε ὁ θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, ὁ προσδεξάμενος τοῦ Ἀβραὰμ τὴν ὁλοκάρπωσιν ἀντὶ Ἰσαὰκ υἱοῦ αὐτοῦ· αὐτὸς δέσποτα προσδέξαι καὶ τὴν προσφορὰν τοῦ ἀρνοῦ τούτου, καὶ τοὺς προσάγοντας τοῖς αἰωνίοις σου ἀντίμειψαι δωρήμασι. Χάριτι τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ· μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

ORATIO AD CASEVM ET OVA BEnedicenda.

DOminator Domine Deus noster creator & opifex omnium, lac istud coagulatum & cum eo pariter oua benedic, & nos in tua benignitate conserua : vt ex iis degustantes, tuis copiose nobis exhibitis donis, & inexplicata tua bonitate repleamur. Quia tua est potestas, & virtus, & gloria, Patris, & Filij, & sancti Spiritus : nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

1 ΕΥΧΗ ΕΙΣ ΤΟ ΕΥΛΟΓΗΣΑΙ ΤΥΡΟΝ. καὶ ὠά. 1

ΔΕσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ κτίστης καὶ δημιουργὸς τῶν ἁπάντων, εὐλόγησον τὸ γάλα τὸ πεπηγὸς, σὺν αὐτῷ δὲ καὶ τὰ ὠά· καὶ ἡμᾶς συντήρησον ἐν τῇ χρηστότητί σου· ὅπως οἱ μεταλαμβάνοντες αὐτῶν τῶν σῶν ἀφθονοπαρόχων δωρεῶν ἐμπλησθῶμεν, καὶ τῆς ἀνεκλαλήτου σου ἀγαθότητος. ὅτι σὸν τὸ κράτος, καὶ σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

IN ORATIONEM AD BENEDICENDVM caseum & oua. Notæ.

i Εἰς τὸ εὐλογῆσαι τυρὸν καὶ ὠά.] Monachorum præcipue ritus hic est, vt missæ solemniis Paschatis die peractis, Panes, Caseum, & Oua in Ecclesia benedicant, & consistentibus in Narthece, ante lautiorem cibum, degustanda cum benedictione hac apponant: Paschalique hoc cibo percepto, πασχάζειν se dicunt, quo etiam vocabulo, quamcumque carnium, ouorum & lacticiniorum, post ieiunium vel diætam, delibationem nuncupant Ab ouis porro cum caseo benedicendis non abstinuit quondam Ecclesia Romana: quin & oua & caseum, præmissa benedictione summus Pontifex, & cæteri Romani ita testante Ordine antiquo, Sabbati sancti Vespere, quo solemnitas Paschalis aut præueniebatur, aut incipiebat, delibabant: quem morem nihilominus in Armenis vtraque Ecclesia hodierna die condemnat, quod Sabbato sancto Christum resurrexisse affirment. Est autem etiam in Prædicatorum Collectario, ex antiquioribus ritualibus libris collecto, pro caseo & ouis simul benedicendis Oratio: atque insuper aliæ duæ pro solis ouis, ante quemlibet cibum degustandis recitatæ. Quia vero de vno ciborum genere vno speciatim die benedicendo iam habita est consideratio, de quouis alio vel pro necessitate quotidiana, vel in lautioribus epulis vel regiis conuiuiis benedictione sanctificando, ex Euchologio Barberino S. Marci, vel Cryptoferratensi Bessarionis, breues sunt Orationis proferendæ.

Εὐχὴ περὶ ἀρίστου ἐν τῇ κατ' οἶκον εὐωχίᾳ.

Ὁ Θεὸς ὁ πάσης εὐφροσύνης καὶ χαρᾶς χορηγός, ὁ χαρισάμενος ἡμῖν ἄρτον στηρίζοντα, καὶ οἶνον εὐφραίνοντα· δὸς ἡμῖν γεύσασθαι τὴν ἑτοιμασθεῖσαν βρῶσιν παρὰ τῆς σῆς ἀγαθότητος, μὴ εἰς σαρκὸς ἐπανάστασιν, ἢ ψυχῆς διάλυσιν, ἢ λήθην τῶν σωτηρίων σου ἐντολῶν· ἀλλ' εἰς ἀφορμὴν εὐχαριστίας, εἰς ὑπόθεσιν δοξολογίας, εἰς ἔπαινον καὶ δόξαν τῆς πολυϋμνήτου σου μεγαλότητος· ἵνα τῶν παρόντων μεταλαμβάνοντες καὶ τῆς αἰωνίου τρυφῆς ἀξιωθῶμεν. Ὅτι σὺ μόνος εἶ χορηγὸς τῶν πατέρων ἡμῶν· καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν.

Oratio ante prandium in conuiuio domi habendo.

Cunctæ lætitiæ & gaudij dispensator Deus, qui panem vires augentem, & vinum cor exhilarans nobis dedisti: concede à tua bonitate præparatum cibi vsum, non in carnis rebellionem, aut animæ dissolutionem, aut salutarium mandatorum tuorum obliuionem, sed in gratiarum actionis finem, in gloriæ argumentum, in laudem & gloriam celebrandæ tuæ celsitudinis fieri: vt præsentibus vsi etiam æterna voluptate perfruamur. Quia tu solus es Patrum nostrorum gubernator prouidus, & tibi gloriam referimus.

Mirare, Lector, in superiori prece sobriam & Dei memorem iucundiorum epularum apparatum: accipe nunc, non ex hominis, sed & Dei manu ferculum ad se missum, & gratiam honore plurimo sociatam, Patriarchæ, (si quando ad regiam mensam vocaretur) beneficium agnoscentis, & gratibus erga Deum plenam, & votis pro rege & eius salute conspicuam Orationem.

Εὐχὴ εἰς εὐλόγησιν τοῦ κανισκίου τῆς τραπέζης.

Σοὶ τῷ ἀληθινῷ Θεῷ ἡμῶν τῷ δοτῆρι πάντων τῶν ἀγαθῶν, καὶ χορηγῷ τῆς ζωῆς ἡμῶν, ἐμπλησθέντες τῶν πλουσίων σου ἀγαθῶν δόξαν καὶ εὐχαριστίαν ἀναπέμπομεν· καὶ δεόμεθά σου βασιλεῦ παντοδύναμε, φύλαττε τοὺς δούλους σου τοὺς βασιλεῖς ἡμῶν, καὶ ἡμᾶς, ἀπὸ πάσης προσβολῆς ἐναντίας, εὐλογῶν τὴν περίσσειαν τῆς βρώσεως ἡμῶν πρὸς δόξαν σήν, καὶ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, καὶ τοῦ παναγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεί.

Oratio ad benedicendum ferculum ex beneuolentia missum in mensa.

Tibi vero Deo nostro bonorum omnium largitori, & vitæ nostræ prouido moderatori, tuis bonis gloriam & gratiarum actionem referimus: & rogamus te Rex omnipotens, seruos tuos Impp. nostros & nos ab omni aduersario insultu custodi, benedicens quod residuum est cibi nostri, ad gloriam tuam & vnigeniti Filij tui, & sanctissimi Spiritus: nunc & semper &c.

Communis cibi benedictio.

Oratio ante prandium.

DOmine Deus noster, supercœlestis & viuifice panis, qui de cœlo descendisti, & das vitam mũdo, qui verus es vniuersi cibus, qui secundum præsentem vitam nos moderaris, & futuræ nobis fruitionem promittis: ipse quoq; nunc cibum & potũ nostrum benedic & absque noxa nos illa delibare concede, glorificantes & gratias agentes tibi bonorum omnium munerum largitori. Quia benedictum & glorificatum est venerandum &c.

Εὐχὴ πρὸ ἀρίστου.

ΚΥριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐπουράνιος καὶ ζωοποιὸς ἄρτος, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, καὶ ζωὴν τῷ κόσμῳ χαρισάμενος, ἡ ἀληθινὴ τροφὴ τοῦ παντὸς, ὁ κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν ἡμᾶς κυβερνῶν, καὶ τῆς μελλούσης ἡμῖν τὴν ἀπόλαυσιν ἀπαγγελλόμενος· αὐτὸς καὶ νῦν εὐλόγησον τὴν βρῶσιν ἡμῶν, καὶ τὴν πόσιν, καὶ ἀκατακρίτως αὐτῶν μεταλαχεῖν ἡμᾶς καταξίωσον, δοξάζοντάς σε καὶ εὐχαριστοῦντάς σοι τῷ χορηγῷ πάντων τῶν ἀγαθῶν δωρημάτων. Ὅτι ηὐλόγηται καὶ δεδόξασται τὸ πάντιμον.

Oratio postquam è mensa surrexeris.

TIbi vero & clementi Deo nos peccatores & indigni serui tui copiosis bonis tuis repleti gratiam referimus, & te precamur Domine, cum terrenis tuis bonis cælestium quoque donorum consortes fieri designa. Intercessionibus illibatæ tuæ matris, & omnium sanctorum: quia tibi conuenit omnis gloria: &c.

Εὐχὴ μετὰ τὸ ἀναστῆναι ἐκ τοῦ ἀρίστου.

ΣΟὶ τῷ ἀληθινῷ καὶ φιλανθρώπῳ θεῷ ἡμεῖς οἱ ἁμαρτωλοὶ καὶ ἀνάξιοι δοῦλοί σου, ἐμπλησθέντες τῶν πλουσίων σου ἀγαθῶν εὐχαριστίαν προσάγομεν, καὶ δεόμεθά σου δέσποτα, σὺν τοῖς ἐπιγείοις σου ἀγαθοῖς, καὶ τῶν ἐπουρανίων σου δωρεῶν μετόχους ἡμᾶς ἀνάδειξον. Πρεσβείαις τῆς ἀχράντου μητρός σου, καὶ πάντων τῶν ἁγίων σου, ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα καὶ τὰ ἑξ.

Oratio post prandium.

DEvs qui nos pascis à iuuentute, qui das escam omni carni, bonorum largitor, & prouidus vitæ nostræ moderator, statue refectionem nostram in hilaritatem incondemnandam, residuum cibi in benedictionem verti, eis autem qui nos excipiunt, propter sanctum nomen tuum benedic: eorum horrea bonis tuis reple, animasque tandem in sanctitate conserua: vt glorificetur sanctissimum nomen tuum: Patris, & Filij, & sancti Spiritus.

Εὐχὴ μετὰ τὸ ἄριστον.

Ο Θεὸς ὁ τρέφων ἡμᾶς ἐκ τῆς νεότητος ἡμῶν, ὁ διδοὺς τροφὴν πάσῃ σαρκὶ, ὁ δοτὴρ τῶν ἀγαθῶν καὶ χορηγὸς τῆς ζωῆς ἡμῶν, ποίησον τὴν μετάληψιν εὐφροσύνην, τὴν περίσσειαν εἰς εὐλογίαν, καὶ τοὺς ὑποδεξαμένους ἡμᾶς διὰ τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον εὐλογήσας· ἐμπλησον αὐτῶν τὰ ταμεῖα τῶν ἀγαθῶν σου, καὶ τὰς ψυχὰς ἐν ἁγιασμῷ διατήρησον· ἵνα δοξάζηται τὸ πανάγιον ὄνομά σου, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

ORATIO SVPER DOMVM A MALIGNIS spiritibus infestatam.

DOmine Deus salutis nostræ, Fili Dei viui, qui veheris super Cherubim,

ΕΥΧΗ ΕΠΙ ΟΙΚΙΑΣ ΠΕΡΙΕΡΓΑΖΟΜΕΝΗΣ ὑπὸ κακῶν πνευμάτων.

ΚΥριε ὁ θεὸς τῆς σωτηρίας ἡμῶν, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, ὁ τοῖς Χερουβὶμ ἐποχούμενος, ὁ ὑπερά-

τῶ πάσης ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας, καὶ δυνάμεως, καὶ κυριότητος. σὺ εἶ μέγας καὶ φοβερὸς ἐπὶ πάντας τοὺς περὶ κύκλῳ σου. σὺ εἶ στήσας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καμάραν. σὺ εἶ ὁ ποιήσας τὴν γῆν ἐν τῇ ἰσχύϊ σου, καὶ ἀνορθώσας τὴν οἰκουμένην ἐν τῇ σοφίᾳ σου, ὁ σείων τὴν ὑπ᾽ οὐρανὸν ἐκ θεμελίων, οἱ δὲ στύλοι αὐτῆς ἀσάλευτοι. ὁ λέγων τῷ ἡλίῳ καὶ οὐκ ἀνατέλλει. κατὰ δὲ ἄστρων κατασφραγίζει ἀπειλῶν τῇ θαλάσσῃ, καὶ ξηραίνων αὐτήν. οὗ ὁ θυμὸς τήκει ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας, καὶ πέτραι διετρίβησαν ἀπὸ σοῦ. πύλας χαλκᾶς συνέτριψας, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνέθλασας, τὸν ἰσχυρὸν ἔδησας, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ διέδωκας· τὸν τύραννον τῷ σταυρῷ σου κατέβαλες, καὶ τὸν δράκοντα τῷ ἀγκίστρῳ τῆς ἐνανθρωπήσεως σου ἕλκυσας, καὶ δεσμοῖς αὐτὸν ζόφου ταρταρώσας, συνέδησας. αὐτὸς οὖν κύριε ἡ ἀσφάλεια τῶν εἰς σὲ τὴν ἐλπίδα τεθειμένων, τὸ ὀχυρὸν τεῖχος τῶν εἰς σὲ ἐλπιζόντων, ἀπόστησον, φυγάδευσον, καὶ ἀπέλασον πᾶσαν διαβολικὴν ἐνέργειαν, καὶ πᾶσαν σατανικὴν ἔφοδον, πᾶσαν ἐπιβουλὴν ἐναντίας καὶ ἐπικειμένης δυνάμεως ἀπὸ τῆς στέγης ταύτης, καὶ τῶν περιεχομένων ὑπ᾽ αὐτήν, τῶν τὴν σημείωσιν τοῦ φοβεροῦ κατὰ δαιμόνων τροπαίου τοῦ σταυροῦ σου φορούντων, καὶ ἐπικεκλημένων τὸ ὄνομά σου τὸ ἀγαπητόν. ναὶ κύριε, ὁ τὸν λεγεῶνα τῶν δαιμόνων ἀποδιώξας, καὶ τῷ κωφῷ καὶ ἀλάλῳ δαίμονι, καὶ ἀκαθάρτῳ πνεύματι τὴν τοῦ κεκρατημένου ὑπ᾽ αὐτοῦ ἀνθρώπου ἔξοδον ἀνεπίστροφον ἐπιτάξας, ὁ πᾶσαν τὴν φάλαγγα τῶν ἀοράτων ἐχθρῶν ἡμῶν ἐξολοθρεύσας, τοῖς δὲ πιστοῖς καὶ ἐπεγνωκόσι σοφίσας· ἰδοὺ δίδωμι ὑμῖν τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. αὐτὸς δέσποτα πάσης βλάβης καὶ ἐπηρείας ἀνωτέρους πάντας τοὺς ἐν τῷ οἴκῳ τούτῳ διαφύλαξον, ῥυόμενος ἀπὸ φόβου νυκτερινοῦ, ἀπὸ βέλους πετομένου ἡμέρας, ἀπὸ πράγματος ἐν σκότει διαπορευομένου, ἀπὸ συμπτώματος καὶ δαιμονίου μεσημβρινοῦ, ἵνα τῆς σῆς οἱ σοὶ δοῦλοι, καὶ αἱ σαὶ δουλίδες, καὶ τὰ νήπια, ἀπολαύοντες βοηθείας, καὶ ἀγγελικῷ στρατοπέδῳ φρουρούμενοι, ὡς εἷς ἅπαντες ἐν ὁμονοίᾳ πιστῶς ψάλλωσι. κύριος, ἐμοὶ βοηθός, καὶ οὐ φοβηθήσομαι, τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος. καὶ πάλιν, οὐ φοβηθήσομαι κακά, ὅτι σὺ μετ᾽ ἐμοῦ εἶ. ὅτι σὺ εἶ ὁ θεός. κραταίωμά μου, ἰσχυρὸς ἐξουσιαστής, ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, καὶ ἡ βασιλεία σου, βασιλεία αἰώνιος. καὶ σοῦ μόνου ἐστὶν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα, τοῦ πατρός, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

& omnem principatum, & potestatẽ, & virtutem, & dominationem exsuperas: tu es magnus & timendus super omnes qui in circuitu tuo sunt, tu velut fornicem cœlum expandisti, tu fecisti terram in virtute tua, & orbem in sapientia dirigis: tu à fundamentis illum concutis; immotæ vero permanent eius columnæ. Qui soli imperas, & non oritur; & stellas quasi sub claue includis: minitaris mari & illud exsiccas: à cuius furore principatus & potestates tabescunt, & petræ conteruntur. Portas æreas dirupisti, & vectes ferreos confregisti; alligasti fortem, & vasa eius diripienda exposuisti, tyrannum cruce tua deiecisti, & humanitatis hamo draconem extraxisti, & vinculis compeditũ in tartari tenebras detrusisti. Ipse igitur Domine munimen omnium in te spem suam ponentium, validus murus ad te fugientium: auerte, effuga, abige diabolicam omnem operationem, omnem Satanæ insultum, omnes aduersariæ & ingruentis virtutis insidias à tecto isto, & omnibus sub eo contentis, signumque tremendi dæmonibus trophæi crucis tuæ deferentibus, & bonum nomen tuum inuocantibus. Ita Domine, qui legionem dæmonum expulisti, & surdo mutoque dæmoni & immundo Spiritui irremeabili exitu ab homine detento discedere præcepisti, qui omnem inuisibilium hostium nostrorum aciem profligasti, fideles autem instruxisti: Ecce do vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem inimici virtutẽ. Ipse Dñe, omni læsione & infestatione superata, cunctos hanc domum incolentes custodi: erue illos à timore nocturno, à sagitta volante per diem, à negotio in tenebris perambulante, ab incursu, & dæmonio meridiano: vt tui serui & tuæ ancillæ, infantes quoque tuo auxilio freti, & Angelico exercitu circumuallati ore vno cuncti in concordia fideliter cantemus. Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Et rursum: non timebo mala, quoniam tu mecum es. Quia tu es Deus fortitudo mea, fortis & potens, princeps pacis, pater futuri sæculi, & regnum tuum, regnum æternum: & tui solius est regnum & virtus, & gloria, Patris, & Filij, & sancti Spiritus: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

IN ORATIONEM SVPER DOMVM A MALIGNIS spiritibus infestatam. Notæ.

1 Εὐχὴ ἐπὶ οἰκίας.] Antiquus est, & communis Ecclesiæ vtriusque vsus, vt domus à spiritibus malignis infestatæ, sanctiori Oratione purgentur: illumque suis monitis & præceptis Concilium Mediolanense 4. sub S.Carolo anno 1571. habitum renouat, & commendat. *Antiquus ille benedictionis ædium, quæ vel recenter ædificatæ sunt, vel ab immundis, spiritibus aliave ratione vexantur, ritus vbi in vsu esse desiit, Episcopi cura restituatur. In illa porro benedictione parochus ritum, preces, psalmos, orationes, in libro Sacerdotali ritualive præscriptas adhibeat.*

OFFICIVM IN FORNACEM.

Benedicit aquam Sacerdos: Ea vero sanctificata dicit Orationes.

Dominum precemur.

DEus æterne, qui septemplici fornace, & ignis Babylonici flamma in rorem commutata, iniectos in eam à Nabuchodonosor rege tres sanctos pueros Ananiam, Azariam, & Misaelem saluos eduxisti, ipse magna tua misericordia fornacem hanc, & opera manuum seruorum tuorum benedic, ad optatum successum deduc illa, & secundum multitudinem miserationum tuarum dirige. Intercessionibus super omnes sanctæ Dominæ nostræ Deiparæ, & semper virginis Mariæ, virtute pretiosæ & viuificæ crucis, protectione magnorum cœlestis aciei ducum Michaelis & Gabrielis, & omnium virtutum incorporearum, venerandi gloriosi Prophetæ Præcursoris & Baptistæ Ioannis, sanctorum, gloriosorum & percelebrium Apostolorum, sancti Martyris & Pontificis Cypriani, sancti patris nostri Nicolai Myræ in Lycia Archiepiscopi miraculorum operatoris, & omnium sanctorum.

Quia tu benedicis & sanctificas omnia Christe Deus noster, & tibi gloriam referimus, cum Patre, & Spiritu sancto, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Alia Oratio.

DOminator Domine Deus noster, qui in excelsis habitas & omnia respicis, qui domum Laban in ingres-

ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ 1 ΕΙΣ ΚΑΜΙΝΟΝ.

Ποιεῖ ὁ ἱερεὺς ἁγιασμόν. Μετὰ δὲ τὸν ἁγιασμόν, λέγει τὰς εὐχάς.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ο Θεὸς ὁ αἰώνιος, ὁ τὴν ἑπταπλάσιον κάμινον καὶ τὴν φλόγα τὴν ἐν Βαβυλῶνι εἰς δρόσον μεταβαλών, καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ βληθέντας ὑπὸ τοῦ βασιλέως Ναβουχοδονόσορ ἁγίους τρεῖς παῖδας Ανανίαν, Αζαρίαν, καὶ Μισαὴλ σώους διαφυλάξας· αὐτὸς εὐλόγησον καὶ τὴν κάμινον ταύτην διὰ τὸ μέγα σου ἔλεος, καὶ εὐλόγησον τὰ ἔργα τῶν χειρῶν τῶν δούλων σου, καὶ εὐόδωσον αὐτὰ ἐν τῇ ἀγαθοεργίᾳ σου, κατεύθυνον αὐτὰ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου. πρεσβείαις τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, δυνάμει τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, περισκέπαις τῶν παμμεγίστων ταξιαρχῶν Μιχαὴλ, καὶ Γαβριὴλ, καὶ πασῶν τῶν ἐπουρανίων δυνάμεων ἀσωμάτων, τοῦ τιμίου ἐνδόξου προφήτου προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ Ιωάννου, τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, τοῦ ἁγίου 2 ἱερομάρτυρος Κυπριανοῦ, τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Νικολάου ἀρχιεπισκόπου Μύρων τῆς Λυκίας τοῦ θαυματουργοῦ, καὶ πάντων τῶν ἁγίων.

Οτι σὺ εἶ ὁ εὐλογῶν καὶ ἁγιάζων τὰ σύμπαντα, Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εὐχὴ ἑτέρα.

ΔΕσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, καὶ τὰ πάντα ἐφορῶν, ὁ εὐλογήσας τὸν οἶκον Λάβαν ἐπὶ τῆς εἰσόδου

τοῦ Ἰακώβ, καὶ τὸν οἶκον Πετεφρῆ ἐπὶ τῇ εἰσόδῳ τοῦ Ἰωσὴφ, ὁ εὐλογήσας τὸν οἶκον Ἀμιναδὰβ ἐπὶ τῇ εἰσόδῳ τῆς κιβωτοῦ, ὁ διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Χριστοῦ σου σωτηρία γενόμενος τῷ οἴκῳ Ζακχαίου· αὐτὸς εὐλόγησον τὴν κάμινον ταύτην, καὶ τοὺς ἐνεργοῦντας αὐτὴν τῷ σῷ φόβῳ διατήρησον, καὶ ἀβλαβεῖς αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἀντικειμένων διαφύλαξον, καὶ τὴν σὴν εὐλογίαν ἐξ ὕψους κατοικητηρίου σου κατάπεμψον αὐτοῖς, καὶ εὐλόγησον καὶ πλήθυνον τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτῶν, ἵνα πάντοτε εὐχαρίστως δοξάζωμεν τὸ πανάγιον ὄνομά σου τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

su. Iacob, domum Putipharæ in ingressu Ioseph, domum Aminadab in arcæ pariter ingressu, benedixisti, & per Christi tui incarnationem Zacchæi domui salus factus es: ipse fornacem hanc benedic, & cunctos eum succedentes sancto tuo timore ab aduersariis illæsos custodi, & benedictionem de excelso habitaculo tuo ad illos mitte, opera manuum eorum benedic & multiplica: vt cum gratiarum actione sanctissimum nomen tuum celebremus: Patris, & Filij, & sancti Spiritus: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Εἶτα λέγει τὰς αἰτήσεις. Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ Θεὸς κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου. Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ ἐλέους, ζωῆς, εἰρήνης, ὑγείας, σωτηρίας, ἐπισκέψεως, συγχωρήσεως τῶν ἁμαρτιῶν τῶν δούλων σου, τῶνδε, καὶ ὑπὲρ τοῦ εὐλογηθῆναι καὶ πληθυνθῆναι τὰ ἔργα τῶν χειρῶν τῶν κοπιώντων ἐν τῇ καμίνῳ, τῇδε, δεόμεθά σου Κύριε ἐπάκουσον καὶ ἐλέησον. Ἐπάκουσον ἡμῶν ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς, καὶ τῶν ἐν θαλάσσῃ μακράν, καὶ ἵλεως γενοῦ ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, καὶ ἐλέησον ἡμᾶς. Ἐλεήμων γὰρ καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν· τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Deinde recitat Postulationes. Miserere nostri Deus secundum magnam misericordiam tuam. Adhuc rogamus pro misericordia, vita, pace, sanitate, salute, protectione, venia peccatorum horum seruorum tuorum, & vt benedicantur & vt multiplicentur opera manuum, in fornace hac laborantium: Precamur te Domine exaudi & miserere. Exaudi nos Saluator noster, spes omnium finium terræ & in mari longe, & propitius esto peccatis nostris, & miserere nostri. Misericors enim & clemens Deus existis: & tibi gloriam referimus, Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Καὶ ῥαντίζει τὴν κάμινον. Καὶ τοὺς ὄντας ἐκεῖ. Εἶτα ποιεῖ ἀπόλυσιν.

Et aspergit fornacem aqua benedicta, & pariter astantes. Et facit dimissionem.

IN ORATIONEM, IN CAMINVM. NOTÆ.

1 Εἰς κάμινον.] Superstitionis quondam Græcos Paulus arguebat, nec iniurie; meticulosi enim sunt plerumque, & à quocumque omine sinistro, vel fascinationis vmbra, cum maxime vineam plantant, vuas calcant, focum accendunt, &c. sibi cauent. Boni tamen & æqui lege sibi consulere videntur, si fœlici successui in dubiis & pauidis rebus impetrando, aduersus prauorum timorem auspiciorum Ecclesiæ Orationes obtendant; hacque de causa Angelorum opem hîc implorant studiosius, & illius Cypriani, qui prius magicis artibus deditus, memorandum deinde pro Christo martyrium perpessus est.

2 Ὁμολογητὰς Κυπριανοῦ.] Confessores, ἁγίους: Monachos sanctos, ὁσίους: Monachos simul & Martyres, ὁσιομάρτυρας, Pontifices ἱεράρχας: Pontifices qui Martyres fuere, ἱερομάρτυρας; Græci vocant. Eorum porro error est in historia (cui fidem astruit Gregorij Theologi oratio 18. in Cyprianum Martyrem,) vt Nicomediensem cum Carthaginensi confunderent, quique moribus & studiis fuere diuersi, vnum & eundem fuisse, hucusque credant.

ORATIO CVM PROFICISCITVR PVER sacras litera primo edocendus.

DEus Deus noster, qui tua nos homines imagine decoratos etiam libero dotasti arbitrio, qui medio festiuitatis die in templum mirantibus turbis ingressus & docens; vnde hic, dixerunt, literas scit, cum non didicerit? Dauid autem: Venite, inquit, filij audite me, timorem Domini docebo vos: Qui Salomonem etiam pariter erudiuisti, Deus omnium, Verbum, supreme rex, animam, cor, os, & mentem serui tui N. aperi, vt intelligat, suscipiat, & exequatur voluntatem tuam, & eum omnibus diebus vitæ suæ à te custoditum, & in mandatis tuis proficientem, ab omni diaboli infestatione libera. Intercessionibus illibatæ tuæ matris, & omnium sanctorum tuorum. Quia tu es animarum corporumque nostrorum Episcopus, Christe Deus, & tibi gloriam referimus: cum Patre, & Spiritu sancto, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

a ΕΥΧΗ ΟΤΑΝ ΑΠΕΡΧΕΤΑΙ ΠΑΙΔΙΟΝ μανθάνειν 1 τὰ ἱερὰ γράμματα.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

ΟΘεὸς ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τῇ σῇ εἰκόνι τιμήσας ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ αὐτεξουσίῳ περιβαλὼν θελήματι, ὁ ἐν τῷ ναῷ εἰσελθὼν μεσούσης τῆς ἑορτῆς καὶ διδάσκων τὸν λαόν, θαυμαζόντων τῶν λαῶν καὶ λεγόντων, πόθεν οὗτος οἶδε γράμματα μὴ μεμαθηκώς; Δαβὶδ δέ, δεῦτε τέκνα φωτίσασθε, λέγει, ἀκούσατέ μου, φόβον κυρίου διδάξω ὑμᾶς. ὁ τὸν Σολομῶντα σοφίαν διδάξας, θεὲ τῶν ὅλων, λόγε παντοδύναμε, ἄνοιξον τὴν ψυχὴν καὶ τὴν καρδίαν τὸ στόμα καὶ τὴν διάνοιαν τοῦ δούλου σου τοῦδε, εἰς τὸ συνιέναι καὶ δέξασθαι καὶ ποιεῖν τὸ θέλημά σου· καὶ λύτρωσαι αὐτὸν ἀπὸ πάσης ἐπηρείας τοῦ διαβόλου τηρῶν αὐτὸν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ. καὶ προκόπτοντα ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς σου διαπαντός. πρεσβείαις τῆς παναχράντου σου μητρός, καὶ πάντων σου τῶν ἁγίων. ὅτι σὺ εἶ ὁ ἐπίσκοπος τῶν ψυχῶν καὶ τῶν σωμάτων ἡμῶν Χριστὲ ὁ θεός, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, σὺν τῷ πατρί, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

VARIÆ LECTIONES.

1 Εὐχὴ ὅταν ἀπέρχεται παιδίον.] Crytoferratensis Basilij Falascæ codex, aliam hic habet Orationem.

Oratio ad sacras quasuis literas addiscendas.

DOmine Iesu Christe Deus noster, qui viginti quatuor seniorum corda inhabitasti & illuminasti: aperi aures, & animam illumina serui tui N. qui Enoch & Eliæ & Iob corda inhabitasti & illuminasti: ipse nunc Domine serui tui N. cor illumina. Domine Iesu Christe Deus noster, qui docuisti & illuminasti protomartyrem Stephanum: ipse nunc Domine illumina animam serui tui N. Domine Iesu Christe, qui Euan-

Εὐχὴ εἰς τὸ μαθεῖν παιδία ἱερὰ γράμματα.

ΚΥριε Ἰησοῦ Χριστέ, ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐνοικήσας καὶ φωτίσας τὰς καρδίας τῶν εἴκοσι τεσσάρων πρεσβυτέρων· ἄνοιξον τὰ ὦτα, καὶ φώτισον τὴν ψυχὴν τοῦ δούλου σου, ὁ. Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, ὁ ἐνοικήσας καὶ φωτίσας τὰς καρδίας Ἐνὼχ καὶ Ἠλία καὶ Ἰὼβ, αὐτὸς οὖν κύριε φώτισον τὴν καρδίαν τοῦ δούλου σου, ὁ. Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ὑπομνήσας καὶ φωτίσας τὸν πρωτομάρτυρα Στέφανον, αὐτὸς καὶ νῦν κύριε φώτισον τὴν ψυχὴν τοῦ δούλου σου, ὁ. Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, ὁ ἐνοικήσας εἰς τὰς καρδίας τῶν Εὐαγ-

γελιστῶν

γελιςῶν Ματθαίου, Μάρκου, Λουκᾶ, καὶ Ιωάννου, αὐτὸς κύριε φώτισον τὴν ψυχὴν τοῦ δούλου σου, ὁ. Κύριε Ιησοῦ Χριστὲ, ὁ ἐνοικήσας τὰς καρδίας τῶν ἀποστόλων, αὐτὸς καὶ νῦν κύριε φώτισον τὸν νοῦν καὶ τὴν καρδίαν τοῦ δούλου σου, ὁ. Αγιε Ματθία, ἅγιε Αγάπητε, ἅγιε Φίλητε, βοηθήσατε τοῦ δούλου τοῦ θεοῦ, ὁ· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

gelistarum Matthæi, Marci, Lucæ, & Ioannis corda replesti: ipse Domine animam serui tui N. illumina. Domine Iesu Christe, qui corda Apostolorum inhabitasti, ipse quoq; nūc mentem & cor serui tui N. illumina. Sancte Matthia, sancte Agapete, sancte Philete, succurrite seruo Dei N. nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

IN ORATIONEM, CVM PVER SACRAS LITERAS edocendus proficiscitur. Notæ.

1 TA ἱερὰ γράμματα.] Quænam sint τὰ ἱερὰ γράμματα, sacræ illæ literæ, ad quas celerius & perfectius addiscendas puer missus, ab Ecclesiæ benedictione, bene sibi ominatur, dicendum: Primo eas esse principia, legendique initia, ex libris ὀκτωήχου, Αποστόλου καὶ ψαλτηρίου sacra verba continentibus percipienda: ab his etenim libris ordine percurrendis legendi facultatem Græcorum pueri mutuantur, iidemque sunt qui si ad Lectoratus gradum promoueantur, vt ab eis sæpius pro munere suo tractandi, facilius oculis dignoscuntur. ἱερὰ γράμματα secundo sunt fidei doctrinæque Christianæ fundamenta, & prima rudimenta, quæ vt sequens Officium loquitur. ἡ χεὶρ τοῦ θεοῦ ἐν πλαξὶ διεχάραξε τῷ Μωσῇ & quæ quondam Episcopi ipsi charitatis amplitudine suscipiebant edocenda, vel Diaconis explicanda committebant: *Diaconi* enim, ait S. Clemens epist. 1. ad Iacobum fratrem Domini, *cum catechizant, id est cum verbo instruunt incipientes, primo oportet vt & ipsi instructi sint*: nonnunquam etiam Lectoribus officium illud imponebatur, vnde & Optatum è Lectoribus vnū, doctorem Audientium se constituisse refert Cyprianus epist. 24. ad Cler. quanquam diffiteri non oporteat Catechistas alios fuisse, vel charitate ductos, vel mercede conductos, qui scholas Christianæ institutionis exercerent. In eorum numero recenset Pantænum Eusebius lib. 5. hist. Eccl. cap. 10. ἡγεῖτο τηνικαῦτα αὐτόθι τῆς τῶν πιστῶν διατριβῆς ἀνὴρ κατὰ παιδείαν ἐνδοξότατος ὄνομα αὐτῷ Πάνταινος, ἐξ ἀρχαίου ἔθους, διδασκαλείου τῶν ἱερῶν λόγων παρ' αὐτοῖς συνεστῶτος. *Eodem tempore*, (Antonini Imperatoris) *Pantænus vir omni humaniore literatura præstantissimus, institutioni Christianorum, illic*, (Alexandriæ) *præficitur: quo quidem in loco consuetudine ab antiquis temporibus ducta, sacrarum literarum schola habebatur.* Post Pantænum Clementem enumerat lib. 6. cap. 6. Πάνταινον δὲ Κλήμης διαδεξάμενος τῆς κατ' Αλεξάνδρειαν κατηχήσεως εἰς ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ καθηγεῖτο, ὡς καὶ τὸν Ὠριγένην τῶν φοιτητῶν γενέσθαι. *Post Pantænum Clemens scholæ Alexandrinæ ad fidei principia docenda institutæ, ad illud ipsum tempus præfuit: sic vt Origenes dum puer erat, auditor eius ac discipulus existeret.* De Origene verba facit eiusdem lib. cap. 3. ἔτος δ' ἦγεν ὀκτωκαιδέκατον, καθ' ὃ τῷ τῆς κατηχήσεως προέστη διδασκαλείῳ. *Origenes decimum octauum ætatis suæ annum iam agebat, cum scholæ institutionis Christianæ præficiebatur.* De Heracla Origenis successore mentionem habet cap. 20. Ηρακλᾷ τὸ τῆς κατηχήσεως τῶν αὐτόθι διδασκαλεῖον καταλείπει Ὠριγένης *Scholam institutionis Christianæ Heraclæ reliquit Origenes.* Hic condiscipulo suo Dionysio, ex eiusdem lib. cap. 29. Ηρακλᾶ τὴν λειτουργίαν παρειληφότος τῆς τῶν αὐτόθι κατηχήσεως τὴν διατριβὴν διαδέχεται Διονύσιος εἷς καὶ οὗτος τῶν Ὠριγένους γενόμενος φοιτητής. *Ab Heracla Episcopatus munere suscepto, Dionysius alter item ex Origenis discipulis scholam institutionis Christianæ ibi capessit.* Tertio, ἱερὰ γράμματα, sunt sublimioris & profundioris Theologiæ studia, quæ à Catechistis iam iam relatis pro captu auditorum nonnunquam tractabantur, & Christiana religione libertatem adepta, publice instituebantur, quorum professores cum à docendo arcuisset impius Iulianus, scholas eorum anno 352. ita referente Ciaconio in vita Liberij Pontificis, restituit Valentinianus princeps, & noua auditoria incipere, & intermissa repetere suo rescripto iussit. Quam floruerint autem etiam crudelissimi Leonis Isaurici tempore, ex iis quæ scribit Cedrenus, conijcere fas est: πολλοὺς μὲν ἔλαχεν τιμωρηθῆναι μελῶν τε ἐκκοπαῖς, καὶ μάστιξι, καὶ ἐξορίαις, καὶ ζημίαις ὑποβληθῆναι, σβεσθῆναι τε τῶν παιδευτηρίων τὴν εὐσεβῆ διδασκαλίαν. πρὸς γὰρ τῇ βασιλικῇ κινστέρνῃ παλάτιον ἦν σεμνὸν, ἐν ᾧ κατὰ τύπον ἀρχαῖον οἰκουμενικὸς ἐκάθητο διδάσκαλος ἔχων μαθητὰς λόγῳ καὶ βίῳ σεμνοὺς, τὸν ἀριθμὸν δώδεκα. οὗτοι πᾶσαν λογικὴν ἐπιστήμην τάχει τε καὶ μεγέθει φύσεως μετερχόμενοι, οὐχ ἥκιστα τὴν ἐκκλησιαστικὴν μετήεσαν θεοσοφίαν· ὧν τῆς γνώμης χωρὶς, οὐ θεμιτόν τι ποιεῖν ἐδόκει, οὐδὲ τοῖς βασιλεῦσιν αὐτοῖς. *Multos quidem contigit mulctari membrorumque mutilationibus, flagellis, exiliis, aliisque pœnis subijci: & demum scholarum piam doctrinam omnino extingui. Prope regiam siquidem cisternam palatium augustum erat, in quo iuxta morem antiquum, publicus & omnibus adeundus magister sedebat; duodecim (inter reliquos) tanquam electos & præcipuos habens discipulos, eruditione & vita graues. Ij cum omnem dicendi scientiam celeritate & amplitudine ingenij percepissent Ecclesiasticam diuinarum rerum sapientiam, acri studio tractabant: & absque horum consilio quicquam agi ipsis quoque Imperatoribus nefas putabatur.*

OFFICIVM IN PVEROS HEBETIS ingenij seu etiam prauis moribus instructos.

Postquam benedixerit Sacerdos dicit. Ter sanctum. Sanctissima Trinitas. Pater noster. Quia tuum est. *Et dei*[n]*de Moderlos sequentes.*

VT tuam pacem daturus in medium discipulorum tuorum aduenisti Saluator, adsis etiam nobis, & salua nos.

Illiteratos discipulos, Spiritus tuus sanctus renunciauit doctores, Christe Deus, & vt omnipotens, multisonâ linguarum concordia cunctum profligauit errorem.

Alienigenarum linguis Discipulos tuos renouasti Christe vt te Verbum & Deum, animabusque nostris magnam misericordiam exhibentem, prędicarent. Gloria.

Rex cœlestis, consolator, Spiritus veritatis, vbique præsens & omnia replens, bonorum thesaure, vitæ administrator, adsis, & habita in nobis, ab omni macula nos expurga, & animas nostras salua.

Et nunc. *Deiparæ.*

Misericordiæ portam aperi nobis benedicta Deipara, ne in te sperantes aberremus, per te à circumstantibus angustiis liberemur: tu enim generis Christianorum es salus.

Hoc deinde modo Sacerdos dicit Orationes super caput pueri.

Dominum precemur.

DOmine Iesu Christe Deus noster, qui per gratiam sancti Spiritus in igneis linguis descendentis, sine fictione in duodecim Apostolorum cordibus inhabitasti, & reserato eorum ore, aliis linguis loqui ceperunt: ipse Domine Iesu Christe Deus noster, eundem sanctum tuum Spiritum super præsentem puerum N. mitte, & in cordis eius auribus sacras literas ab illibata manu tua Moysi legislatori in tabulis insculptas insere: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ ΕΙΣ ΠΑΙΔΑΣ κακοσχόπους.

Εὐλογήσαντος τοῦ ἱερέως. Τρισάγιον, τὸ, Παναγία τριάς, τὸ, Πάτερ ἡμῶν. Ὅτι σοῦ, καὶ τὰ τροπάρια ταῦτα.

ΩΣ ἐν μέσῳ τῶν μαθητῶν σου παρεγένου σωτὴρ τὴν εἰρήνην δοὺς αὐτοῖς, ἐλθὲ καὶ μεθ' ἡμῶν, καὶ σῶσον ἡμᾶς.

Τοὺς ἀγραμμάτους μαθητὰς, τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον παιδευτὰς ἀνέδειξε Χριστὲ ὁ θεὸς, καὶ τῇ πολυφθόγγῳ ἁρμονίᾳ τῶν γλωσσῶν τὴν πλάνην ἐμείωσεν, ὡς παντοδύναμος.

Γλώσσαις ἀλλογενῶν ἐκαινούργησας Χριστὲ, τοὺς σοὺς μαθητάς· ἵνα δι' αὐτῶν σε κηρύξωσι τὸν λόγον καὶ θεὸν, τὸν παρέχοντα ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν τὸ μέγα ἔλεος. Δόξα.

Βασιλεῦ οὐράνιε, παράκλητε, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁ πανταχοῦ παρὼν, καὶ τὰ πάντα πληρῶν, ὁ θησαυρὸς τῶν ἀγαθῶν, καὶ ζωῆς χορηγὸς, ἐλθὲ καὶ σκήνωσον ἐν ἡμῖν, καὶ καθάρισον ἡμᾶς ἀπὸ πάσης κηλῖδος, καὶ σῶσον ἀγαθὲ τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Τῆς εὐσπλαγχνίας τὴν πύλην, ἄνοιξον ἡμῖν εὐλογημένη θεοτόκε, ἐλπίζοντες εἰς σὲ μὴ ἀστοχήσωμεν· ῥυσθείημεν διὰ σοῦ τῶν περιστάσεων. σὺ γὰρ εἶ σωτηρία τοῦ γένους τῶν Χριστιανῶν.

Εἶθ' οὕτω λέγει ὁ ἱερεὺς τὰς εὐχὰς εἰς τὴν κεφαλὴν τοῦ παιδίου.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

ΚΥριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐνοικήσας εἰς τὰς καρδίας τῶν δώδεκα ἀποστόλων ἀνυποκρίτως διὰ τῆς χάριτος παναγίου πνεύματος τοῦ κατελθόντος ἐν εἴδει πυρίνων γλωσσῶν, καὶ τούτων τὰ χείλη ἀνοίξας, καὶ ἤρξαντο λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις, αὐτὸς κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, ἐξαπόστειλον αὐτὸ τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον ἐπὶ τὸ παρὸν παιδίον, τὸ δεῖνα, καὶ ἐμφύτευσον εἰς τὰ ὦτα τὰ τῆς καρδίας αὐτοῦ τὰ ἱερὰ γράμματα, ἃ ἡ χείρ σου ἡ ἄχραντος ἐν πλαξὶ διεχάραξε τῷ νομοθέτῃ Μωσῆ. νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εὐχὴ ἑτέρα.

2 Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐνοικήσας καὶ φωτίσας τὰς καρδίας τῶν εἴκοσι τεσσάρων πρεσβυτέρων, καὶ τῶν ἁγίων σου μαθητῶν καὶ ἀποστόλων, καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ εὐαγγελιστῶν σου, Ἰωάννου, Ματθαίου, Μάρκου, καὶ Λουκᾶ, ὁ ἀναμνήσας καὶ φωτίσας τὸν ἅγιον πρωτομάρτυρα Στέφανον, αὐτὸς καὶ νῦν Κύριε φώτισον τὴν καρδίαν τοῦ δούλου σου, τοῦ δεῖνος, πρεσβείαις τῆς ὑπερευλογημένης δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, δυνάμει τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, τοῦ τιμίου ἐνδόξου προφήτου προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ Ἰωάννου, τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ματθία, τῶν ἁγίων μαρτύρων Ἀγαπητοῦ, Προκοπίου, Φιλητοῦ, καὶ πάντων τῶν ἁγίων. Ὅτι σὺ εἶ ὁ φωτισμὸς τῶν ψυχῶν καὶ τῶν σωμάτων ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Στῶμεν καλῶς· στῶμεν μετὰ φόβου Θεοῦ. Ἀμήν.

Εἶτα συναπτὴ· καὶ ἀπόλυσις.

Alia Oratio.

Domine Iesu Christe Deus noster, qui inhabitasti & illuminasti viginti corda quatuor seniorum & sanctorum Discipulorum tuorum & Apostolorum, & sanctorum Apostolorum & Euangelistarum Ioannis, Matthæi, Marci, & Lucæ: Tu qui excitasti, & illuminasti sanctum Protomartyrem Stephanum: ipse nunc cor serui tui N. illustra. Precibus super omnes benedictæ Dominæ nostræ Deiparæ, & semper virginis Mariæ: virtute pretiosæ & viuificæ crucis, venerandi gloriosi Prophetæ Præcursoris & Baptistæ Ioannis, sanctorum gloriosorum & toto orbe celebrium Apostolorum, sancti Apostoli Matthiæ, sanctorum Martyrum Agapeti, Procopij, Philetæ, & omnium sanctorum. Quia tu es lumen animarum & corporum nostrorum, & tibi gloriam referimus cum principij experte Patre, & cum sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Stemus recte: stemus cum timore Dei. Amen.

Deinde dicitur Collecta: & fit dimissio.

IN OFFICIVM, IN PVEROS PRAVOS MORES & hebes ingenium sortitos. Notæ.

1 Εἰς κακοσκόπους.] Recentioris est compositionis hoc Officium, nec in antiquioribus M S. reperitur: sicut nec vox κακόσκοπος, apud primæuos Græcæ linguæ authores: licet sit nomen officij in Ecclesia Græca non ita moderni, eiusque est τὰ κακὰ σκοπεῖν, totum templi ambitum pedibus & oculis lustrare, & mala quæ in eo aguntur vocis & nutus censura corrigere, petulantiores reprimere, atque eos etiam si emendari nolint, ex aliorum cœtu segregare. Is idem est qui suauiori vocabulo εὐταξίας dicitur, cuius est in ordinem cunctos continere, & cærimoniarum ordinate obseruandarum curam suscipere. Hos petulantiæ correctores minus in pretio habitos suo tempore, & aliquando etiam subsannationibus exceptos dum munus suum exercerent, conqueritur Palamas, oratione de Ecclesiastica deuotione: τοῦ βασιλέως τῶν βασιλέων Θεοῦ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ὑπερορῶμεν, καὶ αὐτῶν δὲ τῶν κακοσκόπων καταγελῶμεν· οἵ τινες ἐπὶ τοῦτο τάττονται, ὅπως τὰ αἰσχρῶς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ γινόμενα ἐπισκοπῶσι. *Regem regum Deum in Ecclesiis despicimus, & ipsos etiam malorum Censores, ad hoc in Ecclesia prefectos vt praue gesta peruideant, & corrigant, deridemus.* Hinc puer vitia, petulantiam, & prauos aliorum mores obseruans & imitatus, nec in bonis literis ex ingenij peruersitate vel hebetudine proficiens, κακόσκοπος à parentibus obiurgatus, hac Oratione emendandus & ad bonam frugem reuocandus, in Ecclesiam adducitur.

Ὁ ἐνοικήσας καὶ φωτίσας.] Eadem est fere verbis hæc Oratio cum recensita inter varias lectiones superiori titulo. In ea vero docilitatem & mentis acumen puero κακοσκόπῳ precamur, protomartyris interuentu, cuius sapientiæ & spiritui, doctrinæ Mosaicæ peritiores nequaquam poterant resistere: vel nomine Matthiæ, (ἀπὸ τοῦ μαθεῖν, improprie tamen, deducto) qui inter totius orbis doctores docendi laurea & priuilegio, ab ipso Deo donatus est: vel denique Agapeti, Procopij, & Philetæ sanctorum iuuenũ, literis sacris apprime imbutorũ suffragiis, qui solis nominibus suis morũ suauitatem, profectum, & dilectionem inuocantibus bene ominantur, & vt ἀγάπης, προκοπῆς, καὶ φιλίας authores, aliis pueris futuri sunt propitij.

OFFICIVM SVPPLICATIONIS PRO infirmis à ſpiritibus immundis & obſidentibus, iactatis.

B*Enedicit Sacerdos, & poſt ter ſanctum dicit.* Domine exaudi orationem meam. Dominus paſcit me, & nihil mihi deerit. Dominus illuminatio mea & ſalus mea. Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius. *Pſalmum etiam quinquageſimum.* Ne tradas me. Suſcipe orationem meam. *His dictis Sacerdos ſubdit.* Miſericordia & miſerationibus & humanitate, &c. *Deinde præſentem Canonem.*

Canon ſupplex ad Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ, ad ſanctiſſimam Deiparam, ad incorporeos, id eſt Angelos ad Apoſtolos, & ad omnes ſanctos.

Canticum primum. Tonus ſecundus.

Venite populi, cantemus.

Conditor, liberator, & Domine, fidelium ſubſidium, ad liberandum me præſenti periculo feſtina: clamat ad te ſeruus tuus, qui ſolus es humanus.

Qui ſolus infirmitatem noſtram habes notam, præſenti miſeria, & ab hoſte perniciem inferente, accelera Saluator, ſeruum tuum eripere, & ſaluum facere. Gloria.

Angelici ordines virtutum à materia ſecretarum, cum Apoſtolis & Martyribus, omnium Dominum deprecemini, vt periculo grauiſſimo ſeruum ſuum liberet.

Et nunc. *In Deiparam.*

Fidelium refugium, Deipara, robuſtum ſubſidium, noſtris qui ſerui tui ſumus precibus, præſenti calamitate ſeruum tuum exime, ô domina.

Canticum tertium. Confirma nos.

Vt quondam Iacob famulum tuum Eſaü inuidia liberaſti, ita ſeruum tuum præſenti calamitate, vt benignus, erue.

Benigne Saluator inuoco te, afflictione & animi abiectione preſſus: ne me ſeruum tuum deſpicias: verum accelera, & vt miſericors libera me.

Gloria.

Qui ſolus bonus, ſolus clemens, ſolus miſericors es, interceſſione ſanctorum tuorum, ſeruum tuum miſericordia motus, libertati reſtitue.

ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ ΕΙΣ ΠΑΡΑΚΛΗΣΙΝ ΑΣΘΕΝΩΝ χειμαζομένων ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων καὶ ἐπηρεαζόντων.

Εὐλογεῖ ὁ ἱερεύς, καὶ μετὰ τὸ τρισάγιον, τό· Κύριε εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου· τό· Κύριος ποιμαίνει με, καὶ οὐδέν με ὑστερήσει. Κύριος φωτισμός μου, καὶ ὑπερασπιστὴς τῆς ζωῆς μου. τό· Ἀναστήτω ὁ θεὸς καὶ διασκορπισθήτωσαν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ, τὸν ν΄. εἶτα. Μὴ καταπιστεύσῃς με. Δέξαι μου τὴν δέησιν. Μετὰ ταῦτα ὁ ἱερεύς. Ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ. εἶτα, τὸν παρόντα κανόνα·

Κανὼν παρακλητικὸς, εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, εἰς τὴν ὑπεραγίαν θεοτόκον, εἰς τοὺς ἀσωμάτους, εἰς ἀποστόλους, καὶ εἰς πάντας τοὺς ἁγίους. Ὠδὴ α΄. ἦχος β΄.

Δεῦτε λαοὶ, ᾄσωμεν.

Ὁ ποιητὴς καὶ λυτρωτής μου καὶ κύριος, ἡ τῶν πιστῶν βοήθεια, τάχιον ῥῦσαι με τοῦ παρόντος κινδύνου· ὁ δοῦλός σου βοᾷ σοι, μόνε φιλάνθρωπε.

Ὁ τὴν ἡμῶν μόνος γινώσκων ἀσθένειαν, ἐκ τῆς παρούσης θλίψεως, καὶ τοῦ συνέχοντος ὀλεθρίου προφθάσας ἐξάρπασον, καὶ σῶσον, σῶτερ, τὸν δοῦλόν σου. Δόξα.

Ἀγγελικαὶ, τάξεις αὔλων δυνάμεων, σὺν ἀποστόλοις καὶ μάρτυσι, καθικετεύσατε τὸν τῶν ὅλων δεσπότην κινδύνου βαρυτάτου ῥῦσαι τὸν δοῦλον αὐτοῦ.

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Ἡ τῶν πιστῶν καταφυγὴ, ἀειπάρθενε, ἡ κραταιὰ βοήθεια ἡμῶν τῶν δούλων σου, τῆς παρούσης ἀνάγκης τὸν δοῦλόν σου πρεσβείαις λύτρωσαι δέσποινα. Ὠδὴ γ΄. Στερέωσον ἡμᾶς.

Ὡς πάλαι Ἰακὼβ τὸν σὸν θεράποντα ἐρρύσω τῆς τοῦ Ἠσαῦ βασκανίας· οὕτω ῥῦσαι τὸν οἰκέτην σου, τῆς παρούσης ἀνάγκης, ὡς φιλάνθρωπος.

Φιλάνθρωπε σωτὴρ ἐπικαλοῦμαί σε ἐν θλίψει ὑπάρχων καὶ ἀθυμίᾳ· μὴ παρίδῃς με τὸν δοῦλόν σου, ἀλλὰ σπεῦσον, καὶ ῥῦσαί με, ὡς εὔσπλαγχνος. Δόξα.

Ὁ μόνος ἀγαθὸς, ὁ μόνος εὔσπλαγχνος, ὁ μόνος οἰκτίρμων, καὶ ἐλεήμων, τῇ πρεσβείᾳ τῶν ἁγίων σου, τὸν σὸν δοῦλον οἰκτείρας ἐλευθέρωσον.

Καὶ νῦν. Θεοτοκίον.

Ὃν ἔτεκες ἁγνὴ, Θεὸν ἱκέτευε, σὺν πᾶσιν ἀγγέλοις καὶ ἀποστόλοις, σὺν προφήταις τε, καὶ μάρτυσιν, ἐκ κινδύνων τὸν δοῦλόν σου λυτρώσασθαι.

Εἶθ' οὕτως ὁ εἱρμός.

Στερέωσον ἡμᾶς ἐν σοὶ κύριε.

Εἶθ' οὕτω μνημονεύει τὸν ἀσθενῆ. Εἶτα.

Πρεσβεία θερμὴ, καὶ τεῖχος ἀπροσμάχητον, ἐλέους πηγὴ, τοῦ κόσμου καταφύγιον, ἐκτενῶς βοῶμέν σοι, θεοτόκε δέσποινα, πρόφθασον καὶ ἐκ κινδύνων λύτρωσαι ἡμᾶς, ἡ μόνη ταχέως προστατεύουσα.

Ὠδὴ δʹ. Ἐλήλυθας.

Τῷ κλύδωνι τῶν κινδύνων δεινῶς ῥιπιζόμενον τὸν σὸν δοῦλον, δέσποτα, καὶ ταῖς πληγαῖς τῶν θλίψεων νῦν κλυδωνιζόμενον, πρὸς γαληνότατον ὅρμον καθοδήγησον.

Οἱ θλίβοντες τὸν σὸν δοῦλον Χριστὲ ἐπληθύνθησαν, καὶ γλῶσσαν ἠκόνησαν καθάπερ δίστομον μάχαιραν. ἴδε οὖν φιλάνθρωπε, καὶ ἐξ ἀδίκου θανάτου τὸν σὸν δοῦλον λύτρωσαι.

Δόξα.

Ἀρχάγγελοι, ἐξουσίαι, δυνάμεις, καὶ ἄγγελοι, ἀπόστολοι, μάρτυρες, ὅσιοι, προφῆται, καὶ δίκαιοι πάντες δυσωπήσατε ὑπὲρ τοῦ νῦν παναθλίως κινδυνεύοντος.

Καὶ νῦν Θεοτοκίον.

Πανύμνητε τῶν ἀνθρώπων ἑτοίμη βοήθεια, τὰ ἄγρια κύματα τῶν πειρασμῶν καταπραΰνον, καὶ τὸν ἐν τῇ σκέπῃ σου καταφεύγοντα ἴασαι δοῦλόν σου, δέσποινα.

Ὠδὴ εʹ. Ὁ τοῦ φωτὸς χορηγός.

Ὁ Ἐζεκίου ποτὲ ἀποπληρώσας τὰς εὐχὰς κύριε, καὶ τὴν ἐμὴν πλήρωσον ἐν τάχει, ὁ μόνος ἀγαθὸς, καὶ σῶσον τὸν δοῦλόν σου ἐκ πάσης κακώσεως.

Ὁ δι' ἀγγέλου χειρὸς τὸν κορυφαῖον μαθητὴν κύριε, ἐκ φυλακῆς θείᾳ δυναστείᾳ ποτὲ ἐξαγαγὼν, ῥῦσαι τὸν σὸν δοῦλον δεινῶς κινδυνεύοντα.

Δόξα.

Ἀγγελικαὶ στρατιαὶ, τῶν ἀποστόλων, προφητῶν, δῆμός τε πανευκλεεῖς μαρτύρων, ὁσίων, ὑπὲρ τοῦ ἐν δεινοῖς ὑπάρχοντος ἅμα πρεσβείαν ποιήσατε.

Καὶ νῦν. Θεοτοκίον.

Μήτηρ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ, τάχυνον ῥῦσαι τὸν πιστὸν δοῦλόν σου τοῦ χαλεποῦ καὶ δεινοῦ κινδύνου τοῦ νῦν ἐπελθόντος. ἵνα σε δοξάζῃ καρδίᾳ καὶ στόματι.

Et nunc. *In Deiparam.*

Cum Angelis omnibus & Apostolis, cum Prophetis & Martyribus, quem peperisti Deum, ô pura, deprecare, vt à periculis seruum tuum liberet.

Deinde dicitur hoc pacto Tractus.

Confirma nos in te Domine.

Tum vero infirmi memoriam agit. Et deinceps dicatur.

Sollicita, tutaque intercessio, murus inexpugnabilis, misericordiæ fons, mundi refugium, intense tibi clamamus, Deipara domina, accelera, & à periculis nos exime: quæ sola celeriter protegere nosti.

Canticum quartum. Aduenisti.

Periculorum procella grauiter iactatum, & iam iam malorum profundo immergendum, deduc ad tranquillum portum, Domine.

Multiplicati sunt qui seruum tuum persequuntur Domine, & velut gladium ancipitem, linguam acuerunt: respice itaque benigne, & ex iniqua morte seruum tuum eripe.

Gloria.

Archangeli, Potestates, Virtutes, & Angeli, Apostoli, Martyres, Beati, Prophetæ & Iusti, cuncti nunc interpellate pro eo qui misere afflictatur.

Et nunc. *In Deiparam.*

Paratum hominibus refugium, tumentes tentationum fluctus seda, & ad tuam protectionem seruum tuum confugientem cura, celebranda domina.

Cant. quintum. Luminis administer.

Qui Ezechiæ quondam vota adimplesti Domine, meam quoque orationem adimple, & vt solus bonus, seruum tuum ab omni infirmitate libera.

Angeli manu, & diuina virtute, qui quondam è carcere coryphæum discipulum eruisti: grauiter etiam periclitantem tuum seruum libera.

Gloria.

Angelicæ acies, Apostolorum, Prophetarum, Martyrumque, & Monachorum cœtus, pro grauiter laborante simul legatione fungamini.

Et nunc. *In Deiparam.*

Christi Dei mater, difficili grauique periculo imminente, seruum tuum eripere festina: vt corde & ore te celebret.

Canticum sextum. In delictorum abysso.

Qui ventre cæti quondam Prophetam tuum liberasti, Domine: famulum quoque tuum, vt te fide & affectu laudet, libera.

Vt Danielem leonibus eripuisti Christe, ab hominibus malignis me pariter famulum tuum eripe, Domine, & à labe lethoque serua.

Gloria.

Sanctorum Angelorum, Prophetarum, & Martyrum, sapientumque Discipulorum tuorum precibus, Saluator, in periculis positum seruum tuum salua. Et nunc. *In Deiparam.*

Ne grauiter iactatum, & anxium seruum tuum despicias, Virgo, verũ prout soles ad protectionem tuam confugientem libera, ô pura. *Subijcit etiam Tractum Sacerdos: Et memoriam infirmi agit. Deinde Deiparæ Modulum recitat.*

Intento ad Deiparam confugiamus animo, peccatores & abiecti, & in pœnitentia procidamus illi ex corde clamantes. Succurre, Domina, nostri miserata: accelera, à peccatorum enim multitudine perimus: ne auertas seruos tuos vacuos, te namque solam spem residuam habemus.

Canticum septimum. Imaginis aureæ.

Vt quondam tres pueros ex ignis fornace eripuisti: è calamitate & rebellium tentatorum instante periculo libera precamur seruum tuum, ô bone Domine.

Christe, qui solus infirmitatem nosti, ô clemens, qui consolationes tuas in afflictione reseras: periculo iam imminente seruum tuum eripe canentem. Benedictus es Deus Patrum nostrorum.

Gloria.

Angelorum cœtus, Prophetarum, diuinorum Martyrum, & Patriarcharum sacri conuentus; clementem Deum exorate, vt planctum commutet in gaudium, clamantis. Benedictus es Deus Patrum nostrorum.

Et nunc. *In Deiparam.*

Sola spes, & fidelium auxilium, Dei genitrix; festina, supplici tuo calamitatibus vndique iactato & anxio, doloribus detento, & fidenti animo ad te confugienti succurre.

ᾨδὴ ς΄. Ἐν ἀβύσσῳ πταισμάτων.

Ὁ κήτους γαστρὸς λυτρωσάμενος πάλαι τὸν προφήτην σου δέσποτα κύριε, τὸν σὸν οἰκέτην λύτρωσαι· ἵνα πίστει καὶ πόθῳ δοξάζῃ σε.

Δανιὴλ ὡς ἐρρύσω λεόντων Χριστὲ ῥῦσαι πονηρῶν ἐξ ἀνθρώπων νυνὶ κἀμὲ τὸν σὸν οἰκέτην δέσποτα, καὶ φθορᾶς καὶ θανάτου ἀνάγκης.

Δόξα.

Κινδυνεύοντα σῶσον τὸν δοῦλόν σου, σῶτερ, τῶν ἁγίων ἀγγέλων δεήσεσι, τῶν προφητῶν, μαρτύρων τε, καὶ σοφῶν μαθητῶν σου δεήσεσι.

Καὶ νῦν. Θεοτοκίον.

Μὴ παρίδῃς δεινῶς χειμαζόμενον καὶ ἐξαπορούμενον, κόρη, τὸν δοῦλόν σου, ἀλλὰ συνήθως λύτρωσαι προσφυγόντα τῇ σκέπῃ σου ἄχραντε. Καὶ τὸν εἱρμόν. Εἶθ' οὕτω μνημονεύει τὸν ἀσθενῆ. Εἶτα λέγει τὸ, θεοτοκίον.

Τῇ θεοτόκῳ ἐκτενῶς νῦν προσδράμωμεν ἁμαρτωλοὶ καὶ ταπεινοί, καὶ προσπέσωμεν ἐν μετανοίᾳ κράζοντες ἐκ βάθους ψυχῆς. Δέσποινα βοήθησον ἐφ' ἡμᾶς σπλαγχνισθεῖσα· σπεῦσον, ἀπολλύμεθα ὑπὸ πλήθους πταισμάτων· μὴ ἀποστρέψῃς σοὺς δούλους κενούς· σὲ γὰρ καὶ μόνην ἐλπίδα κεκτήμεθα.

ᾨδὴ ζ΄. Εἰκόνος χρυσῆς.

Ὡς πάλαι τοὺς τρεῖς ἐν καμίνῳ τοῦ πυρὸς παῖδας ἐρρύσω· ῥῦσαι οἰκτίρμον, τὸν οἰκέτην σου, ὡς ἀγαθὸς δυσωπούμενός σε τῆς ἐπερχομένης ἀνάγκης, καὶ τῆς φλογώσεως, δέσποτα, τῶν ἀντιπάλων πειρασμῶν, ὅπως δοξάζῃ σε.

Ὁ μόνος εἰδὼς τὴν ἀσθένειαν Χριστὲ τῶν ἀνθρωπίνων, ὁ ἀποδείξας ἐν ταῖς θλίψεσι τὰς παρακλήσεις φιλάνθρωπε, ῥῦσαι τοῦ παρόντος κινδύνου καὶ τὸν οἰκέτην σου ψάλλοντα, εὐλογητὸς ὁ θεὸς ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν.

Δόξα.

Ἀγγέλων πληθὺς, ἀποστόλων, προφητῶν, μαρτύρων θείων, καὶ προπατόρων θεῖος σύλλογος, τὸν ἀγαθὸν δυσωπήσατε, νῦν τὸν κοπετὸν μεταστρέψαι εἰς χαρὰν τοῦ κραυγάζοντος· εὐλογητὸς εἶ ὁ θεὸς ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν.

Καὶ νῦν. Θεοτοκίον.

Ἡ μόνη ἐλπὶς, καὶ βοήθεια πιστῶν θεογεννῆτορ, σπεῦσον, βοήθει τῷ ἱκέτῃ σου χειμαζομένῳ ταῖς θλίψεσι πανταχόθεν, καὶ ἠπορημένῳ, καὶ ἐν ὀδύνῃ ὑπάρχοντι, καὶ καταφεύγοντι εἰς σὲ ἐν πεποιθήσει ψυχῆς.

Ὠδὴ, ζ΄. Τὸν ἐν καμίνῳ τοῦ πυρός.

Παύλου καὶ Σύλα τὰς εὐχὰς ὡς ἐδέξω, καὶ δεσμῶν τούτους ἐρρύσω· καὶ ἡμῶν ἐλεῖμον, τῶν ἀναξίων νυνὶ βοώντων τὰς φωνὰς ἐπάκουσον. ῥῦσαι τὸν σὸν δοῦλον φθορᾶς τε καὶ θανάτου.

Μὴ ἀποστρέψῃς ἀπ᾽ ἐμοῦ τοῦ οἰκέτου σου Χριστὲ τὸ πρόσωπόν σου, ὅτι θλίβομαι ταχὺ ἐπάκουσόν μου σωτὴρ, καὶ ῥῦσαι τοῦ παρόντος κλύδωνος· δι᾽ ἡμῶν βοᾷ σοι ὁ δοῦλός σου, οἰκτίρμον.

Δόξα.

Ταῖς ἱκεσίαις ὁ θεὸς, τῶν αὔλων λειτουργῶν, καὶ ἀποστόλων, καὶ μαρτύρων χορείας, καὶ ἱερῶν προφητῶν, ὁσίων, δικαίων ἁπάντων τε, ῥῦσαι τὸν σὸν δοῦλον τοῦ χαλεποῦ κινδύνου.

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Καταφυγὴ χριστιανῶν, βοηθὲ τῶν ἐν δεινοῖς χειμαζομένων, πανάγια παρθένε, μὴ ὑπερίδῃς τὸν σὸν οἰκέτην κινδύνοις πιπτόμενον, καὶ τῇ κραταιᾷ σου προσφυγόντα νῦν σκέπῃ.

Ὠδὴ θ΄. Τὸν ἐκ θεοῦ, θεὸν λόγον.

Τὰ λυπηρὰ τοῦ σοῦ δούλου, τοῦ παρόντος κινδύνου τὴν ζάλην τὴν πολλὴν καὶ χαλεπὴν μεταποίησον δέσποτα, καὶ μετάτρεψον τούτου τὸ πένθος εἰς χαρὰν διηνεκῆ, ἵνα πίστει καὶ πόθῳ ἀπαύστως μεγαλύνῃ σε.

Σοῦ τὴν πολλὴν εὐσπλαγχνίαν μὴ νικήσῃ οἰκτίρμον, τὸ πλῆθος τῶν ἀμέτρων μου κακῶν· ἀλλὰ συνήθει ἐλέει σου δι᾽ ἡμῶν σοι κραυγάζει ὁ δοῦλός σου. σῶσον καὶ ῥῦσαί με Χριστὲ ἀπὸ βλάβης πανοικίας ὁ μόνος πολυέλεος.

Δόξα.

Φεῖσαί μου κύριε, φεῖσαι ὅταν μέλλῃς με κρῖναι, καὶ μὴ καταδικάσῃς με εἰς πῦρ· μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, δυσωπεῖ σε παρθένος ἡ σὲ κυοφορήσασα Χριστὲ, τῶν ἀγγέλων τὰ πλήθη, καὶ τῶν μαρτύρων σύλλογος.

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Ὑπεραγία παρθένε, μετὰ τῶν ἀσωμάτων λειτουργῶν, καὶ ἁγίων ἀγγέλων, ἀποστόλων, προφητῶν, μαρτύρων, καὶ ὁσίων ἁπάντων, τὸν μόνον ὑπεράγαθον θεὸν ἐκδυσωπήσατε ῥυσθῆναι κακώσεως τὸν δοῦλόν σου. Εἶθ᾽ οὕτως.

2 Ἄξιόν ἐστιν ὡς ἀληθῶς. 3 Πᾶσαι τῶν ἀγγέλων αἱ στρατιαί. 4 Δέσποινα καὶ μήτηρ τοῦ λυτρωτοῦ. Εἶτα μνημονεύει τὸν ἀσθενῆ. Εἶθ᾽ οὕτω 5 λαμβάνει θρυαλλίδα. Καὶ συναλείφει τὸν ἀσθενῆ καὶ λέγει τὴν εὐχήν.

Πάτερ ἅγιε ἰατρὲ τῶν ψυχῶν, καὶ τῶν σωμάτων

Canticum septimum. In ignis fornace.

Vt Pauli & Sylæ preces excepisti, & eos vinculis liberos eduxisti: nostri quoque indignorum ad te clamantium voces exaudi: à labe & interitu seruum tuum eripe.

Ne auertas faciem tuam à me famulo tuo Christe, quoniam tribulor, velociter exaudi me, Saluator, & ab ingruente procella exime: per nos ad te seruus tuus clamat, ô misericors.

Gloria.

Ministrorum tuorum materiæ exortium, Apostolorum, & Martyrum Chori, Prophetarum sacrorum, Monachorum & iustorum omnium precibus, ô Deus, graui periculo seruum tuum libera. Et nunc. *In Deiparam.*

Refugium Christianorum, grauiter iactatorum auxiliatrix, sanctissima Virgo, ne seruum tuum periculis immersum, & ad tuam potentem protectionem recurrentem despicias.

Cant. nonum. Verbum de Deo Deum.

Deplorandum serui tui in tanto periculo positi statum, procellam hanc grauem & multam, eiusque luctum in perpetuam lætitiam transmuta, Domine, vt fide & affectu te iugiter laudet.

Immensus malorum meorum numerus, ne multam clementiam tuam superet, ô misericors: sed propter solitam tibi humanitatem per nos clamat seruus tuus, salua & eripe me Christe, ab omni damno, vt solus valde misericors. Gloria.

Parce mihi Domine, parce, cum me iudicaueris: & ne me igne damnes, ne in furore tuo arguas me, Virgo quæ te peperit, Christe, Angelorum cœtus, & Martyrum conuentus, te deprecatur.

Et nunc. *In Deiparam.*

Sanctissima Virgo, cum ministris incorporeis sanctis Angelis, Apostolis, Prophetis, Martyribus, & Monachis omnibus solum optimum Deum exora, vt hac infirmitate seruus tuus liberetur.

Deinde sic dicit. Vniuersæ Angelorum acies. Domina & redemptoris mater. *Tum verò infirmi memoriam agit. Et ellychnio accepto: perungit infirmum. Et dicit Orationem.*

Pater sancte, animarum corporumq;

medice, qui vnigenitum Filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum, omnem infirmitatem curaturum, & è morte nos erepturum, misisti: Seruum tuum N. à detinente illum animæ corporisque morbo, per Christi tui gratiam sana, vitæ salutem iuxta beneplacitum tuum illi restitue, vt debitas tibi grates in bonorum operum exercitio tibi rependat. Intercessionibus super omnes benedictæ, gloriosæ dominæ nostræ Deiparæ & semper Virginis Mariæ, & omnium sanctorum tuorum. Quia tu medelæ omnis fons es & origo, & tibi gloriã referimus, Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

ἡμῶν, ὁ πέμψας τὸν μονογενῆ σου υἱὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, πᾶσαν νόσον ἰώμενον καὶ ἐκ θανάτου λυτρούμενον, ἴασαι καὶ τὸν δοῦλόν σου, τὸν δεῖνα, ἐκ τῆς περιεχούσης αὐτὸν ψυχικῆς τε καὶ σωματικῆς ἀσθενείας, διὰ τῆς χάριτος τοῦ Χριστοῦ σου· καὶ ζωοποίησον αὐτὸν κατὰ τὸ σοὶ εὐάρεστον, ὅπως τὴν ὀφειλομένην σοι εὐχαριστίαν καὶ προσκυνήσιν ἐν ἀγαθοεργίαις ἀποπληροῖ. πρεσβείαις τῆς πανυπερευλογημένης ἐνδόξου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ πάντων σου τῶν ἁγίων. ὅτι σὺ ἡ πηγὴ τῶν ἰαμάτων, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

IN OFFICIVM SVPPLICATIONIS FACIENDÆ PRO INFIRMIS à spiritibus immundis & infestantibus iactatis. Notæ.

1 Ἀκολουθία εἰς παράκλησιν.] Oppressos arte magica ægrotos, & obstinata dæmonis malitia, languore continuo tabescentes, hoc officium spectat. Pro huiusmodi quoque liberandis, Ecclesia Latina prolixioribus indulget precibus, easque libri, Mallei maleficarum, & Flagelli dæmonum titulum proferentes continent. De hoc autem ægritudinum genere tabefactis, plurima Martinus del Rio in disquisitionibus magicis.

2 Ἄξιόν ἐστιν ὡς ἀληθῶς.] Modulum hunc integrum habes fol. 78.

3 Πᾶσαι τῶν ἀγγέλων.] Reperitur, ἐν ἀκολουθίᾳ τῆς κοινῆς παρακλήσεως.

4 Δέσποινα καὶ μήτηρ.] Ibidem.

5 Λαμβάνει θρυαλλίδα.] Non vnam esse olei vnctionem infirmis adhibitam, fidei doctrina sacris verbis consignata, ab antiquis traditiones acceptæ, & quotidianus vsus Ecclesiæ manifestant. Prima earum notissima & celeberrima est, & ad vitæ metam delatis, oleo fit ab Episcopo consecrato, & vt Sacramentum ex virtute operis effectum omnem consequuturum, confertur: & *Vnctio extrema* dicitur. Aliam eodem oleo factam legimus, sed non vt Sacramenti rationem obtineret, ministri, verborum, atque intentionis defectu: & hoc pacto solitam fuisse Virginem Genouefam variis mederi languoribus, enarrat Surius in eius vita. Tertia est, quæ oleo crucis tantum signo sanctificato perficitur, cuius sicut & præcedentis institutio, ad Christum referenda, qui dum vt Discipulis cunctos languores curarent, virtutem contulit, hanc etiam vnctionem, vt pie credendum, consuluit: *vngebant enim*, (vtique Christi magisterio edocti) *oleo infirmos, & sanabant omnes*: huiusmodi tamen vnctionis effectus non est ipsi indiuisim coniunctus, sed vel ab eam conferentis merito, vel à suscipientis fide pendet vt plurimum, & hac de causa Sacramenti nomen nusquam meretur. Quamuis enim Sacerdos etiam apud Græcos eam perficiat, commune tamen est oleum quo vtitur, nec propria sibi Oratione sanctificatum: & licet rursus eandem formam ac in Sacramento proferre videatur, Orationem nimirum mox sequuturam, Πάτερ ἅγιε ἰατρὲ &c. quam veram Vnctionis extremæ formam alibi admisimus, variat tamen hæc si attente legatur, & proferentis mentem ad solam corporis sanitatem recuperandam restringit, his verbis: καὶ ζωοποίησον αὐτὸν κατὰ τὸ σοὶ εὐάρεστον ὅπως &c. & æque infidelibus ac fidelibus præstari potest, vt videre est apud Tertullianum, qui de illa scribit ad Scapulam cap. 4. *Ipse etiam Seuerus Pater Antonini Christianorum memor fuit: nam & Proculum Christianum Euodeæ procuratorem, qui eum per oleum aliquando curauerat, requisiuit; & in palatio suo habuit vsque ad mortem eius*: & præterea à non sacris viris fuit olim frequentata, ab Anachoretis Amum, Symeone Stylita, Aphraate, Beniamin, Hilarione, & aliis in vitis Patrum relatis: quamuis pia humilitate Nilus Iunior eã semper à Sacerdote fieri voluisse, eius vitæ author memoret κελεύσας τὸν τῆς ἱερατείας τὴν τάξιν ἐνδεδυμένον, κελεύει αὐτὸν ἀπελθεῖν ἐν τῷ εὐκτηρίῳ, καὶ ἐπεύξασθαι τῷ νοσοῦντι, ἀλεῖψαί τε αὐτὸν ἐλαίῳ τῆς κανδήλας, καὶ ἀπολῦσαι & inferius τούτῳ τρόπῳ πολλοὺς ὑπὸ δαιμόνων τεταραγμένους ὁ θαυμάσιος ἐθεράπευσε μοναχούς τε καὶ λαϊκούς· ἐλαίῳ διὰ ἱερέων ἀλείφων. *Nilus vocatum Sacerdotis ordine insignitum quempiam iubet Oratorium adire, & ægroto bene precari, eumque lampadis oleo perungere. Hocque pacto plurimos à dæmone turbatos mirandus ille vir, Monachos & Laicos oleo ipsis inuncto, curauit.* Quarta tandem fit oleo miraculose è corpore vel tumulo alicuius sancti μυροβλύτου vnguento scaturientis, exsudante, & variis infirmitatibus ad vim miraculi experiendam applicato: de quo alibi fusius: videnda etiam quæ infra in Officio τῆς κοινῆς παρακλήσεως occurrent obseruanda.

ΕΥΧΑΙ

a ΕΥΧΑΙ ΗΤΟΙ ΕΞΟΡΚΙΣΜΟΙ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ

Βασιλείου πρὸς τοὺς πάσχοντας ὑπὸ δαιμόνων, καὶ ἑκάστην ἀσθένειαν.

Ὁ Θεὸς τῶν θεῶν, καὶ κύριος τῶν κυρίων, ὁ τῶν πυρίνων ταγμάτων δημιουργὸς καὶ τῶν ἀΰλων δυνάμεων τεχνουργὸς, ὁ τῶν ἐπουρανίων καὶ τῶν ἐπιγείων τεχνίτης, ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων οὐδὲ ἰδεῖν δύναται, ὃν φοβεῖται καὶ τρέμει πᾶσα ἡ κτίσις, ὁ τὸν βαχλιάσαντά ποτε ἀρχιστράτηγον καὶ τὴν τούτου λειτουργίαν παρακοῇ ἀθετήσαντα ῥήξας ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ τοὺς συναποστάντας αὐτῷ ἀγγέλους δαίμονας γενομένους εἰς σκότωσιν βυθοῦ ταρταρώσας, δὸς τὸν ἀφορκισμὸν τοῦτον ἐπὶ τῷ φρικτῷ ὀνόματί σου τελούμενον φόβῳ γενέσθαι αὐτῷ παρηγουμένῳ τῆς πονηρίας, καὶ πάσαις ταῖς φάλαγξιν αὐτοῦ ταῖς συνεκπεσούσαις αὐτῷ ἐκ τῆς ἄνω φωτοφορίας, καὶ τρέψον αὐτὸν εἰς φυγὴν καὶ ἐπίταξον, αὐτῷ καὶ τοῖς δαίμοσιν αὐτοῦ ἀναχωρῆσαι παντελῶς, ἵνα μήτι βλαβερὸν κατὰ τὴν ἐσφραγισμένην εἰκόνα ἐργάσηται· ἀλλὰ λαβέτωσαν ἰσχὺν οὗτοι οἱ ἐσφραγισμένοι κραταιότητος τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων, καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. Σοῦ γὰρ ὑμνεῖται, καὶ μεγαλύνεται, καὶ παρὰ πάσης πνοῆς ἐν φόβῳ δοξάζεται τὸ πανάγιον ὄνομα, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εὐχὴ ἑτέρα τοῦ αὐτοῦ. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

b Ἐξορκίζω σε τὸν ἀρχέκακον τῆς βλασφημίας, τὸν ἀρχηγὸν τῆς ἀνταρσίας, καὶ αὐτουργὸν τῆς πονηρίας. ἐξορκίζω σε τὸν ἐκριφθέντα ἐκ τῆς ἄνω φωτοφορίας, καὶ σκότῳ βυθοῦ κατενεχθέντα διὰ τὴν ἔπαρσιν. ἐξορκίζω σε καὶ πᾶσαν τὴν ἐκπεσοῦσαν δύναμιν τῆς σῆς ἀκόλουθον προαιρέσεως. ὁρκίζω σε πνεῦμα ἀκάθαρτον, κατὰ τοῦ θεοῦ σαβαώθ, καὶ πάσης στρατιᾶς ἀγγέλων θεοῦ, Ἀδωναῒ, Ἐλωῒ, θεοῦ παντοκράτορος, ἔξελθε καὶ ἀπαναχώρησον ἀπὸ τοῦ δούλου τοῦ θεοῦ, τοῦδε. ἐξορκίζω σε κατὰ τοῦ θεοῦ τοῦ πάντα λόγῳ κτίσαντος, καὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ πρὸ τῶν αἰώνων ἀρρήτως

ORATIONES SIVE EXORCISMI MAGNI

Basilij in obsessos dæmonibus, & quamlibet infirmitatem.

DEus deorum, & Dominator dominantium, igneorum exercituum conditor, & virtutum immaterialium opifex, cælestium & terrestrium artifex, quem nullus hominum vidit, sed neque videre potest, quem timet & tremit vniuersa creatura, qui superbientem quondam ducem perduellemque eius exercitum in terram deiecisti, & omnes angelos eiusdem defectionis reos dæmones factos in abyssi tenebras detrusisti: exorcismum hunc tremendo tuo nomine absoluendum nequitiæ præfecto & omnibus cohortibus eius superno lumine lapsis terrori fieri concede, in fugam illum verte, ipsique & dæmonibus eius omnino discedere præcipe; ne quid noxium signatæ à te imagini moliatur: sed animũ fortem hi virtute consignati, calcandi serpentes, scorpiones, & omnem inimici potestatem assumant: Laudatur enim & magnificatur, & ab omni Spiritu in timore celebratur, sanctissimum nomen tuum: Patris, & Filij, & Spiritus sancti: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Alia eiusdem Oratio.

Dominum precemur.

EXorcizo te blasphemiæ authorem, rebellionis antesignanum, nequitiæ vexilliferum. Exorcizo te, qui è superno lucis consortio eiectus es, & in abyssi tenebras propter elationem detrusus. Exorcizo pariter & omnem virtutem tecum lapsam tui propositi sequacem. Exorcizo te, Spiritus immunde, per Deum Sabaoth, & omnem Angelorum, Dei, Adonai, Eloi, Dei omnipotentis exercitum: exi, & à seruo Dei hoc discede. Exorcizo te per Deum cuncta verbo creantem, & per Dominum nostrum Iesum Christum vnigenitum eius Filium ante sæcula ab eo ineffa-

bilit er & absque mutatione genitum, visibilis & inuisibilis creaturæ conditorem, qui hominem ad imaginem suam formauit, qui naturæ lege primum eum instruens, & angelorum tutela custodiens, cœli reseratis cataractis, eius demum peccata diluuio disperdidit: & impiis deinde gigantibus profligatis, prophanorumque turre concussa, Sodomorum & Gomorrhæorum terram igne, sulphure, & cinere, (cuius testis est euaporans perennis fumus) consepeliuit: Qui virga mari percusso, & siccis pedibus transfretato populo, tyrannum Pharaonem, & aduersum Deo exercitum impietatis arma mouentem, in æternum fluctibus obruit. Qui posteris temporibus è Virgine pura, saluo pudoris eius sigillo ineffabiliter incarnatus, vetustas sordes nostras trangressionis delicto contractas in se se abluere sustinuit. Exorcizo te per eum qui in Iordane baptizatus est, & per gratiam incorruptionis exemplar in aquis nobis exhibuit. Cuius ratione Angeli & omnes cœlorum virtutes viso Deo incarnato obstupuerunt, cum principij exors Pater, generationem Filij causæ expertem reuelauit, & Spiritus sancti descensus Trinitatis vnioni testimonium perhibuit. Exorcizo te per eum qui venti procellam increpauit, qui maris tempestatem sedauit, dæmonum cateruas fugauit, pupillas oculorum à natiuitate lucis expertes luto cæcis vt respicerent coaptauit, & veterem generis nostri massam reformauit, mutis loquelam restituit, lepræ plagas abstersit, mortuos à monumentis excitauit, & ad sepulturam vsque cum hominibus est conuersatus, & resurrectione deprædatus est infernum, & omnem hominem morti insuperabilem reddidit. Exorciso te per Deum omnipotentem homines cælitus inspirata voce afflantem, Apostolis opitulantem, & orbem vniuersum pietate replentem. Extimesce, fuge, euola, discede, dæmon impure, scelestе, terrene abysso recluse, seductor, informis, propter impudentiam visibilis, propter simulationem inuisibilis, vbicumque reperiaris, aut latites: siue ipse sis beelzebebub, aut commouens, aut draconiformis, aut

καὶ ἀπαθῶς ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντος, τοῦ τὴν ἀόρατον καὶ ὁρατὴν κτίσιν δημιουργήσαντος, τοῦ κατ' εἰκόνα ἰδίαν τὸν ἄνθρωπον πλαστουργήσαντος, τοῦ νόμῳ πρότερον φυσικῶς ταῦτα παιδαγωγήσαντος, καὶ ἀγγέλων ἐπιστασίᾳ φυλάξαντος, τοῦ ὕδατι τὴν ἁμαρτίαν κατακλύσαντος ἄνωθεν, καὶ τοὺς ὑπ' οὐρανὸν ἀβίασοις διαστομώσαντος, καὶ γίγαντας ἀσεβήσαντας καταφθείραντος, καὶ πύργον τῶν βεβήλων κατασείσαντος, καὶ γῆν Σοδόμων, καὶ Γομόρρων πυρὶ θείῳ τεφρώσαντος, οὗ μάρτυς καπνὸς ἀκοίμητος ἐξατμίζεται, τῇ ῥάβδῳ πέλαγος ῥήξαντος, καὶ λαὸν ἀβρόχοις ποσὶ περάσαντος, καὶ τύραννον Φαραὼ καὶ στρατὸν θεομάχον εἰς αἰῶνα τοῖς κύμασι καταλύσαντος τῆς ἀσεβείας πόλεμον, τοῦ ἐπ' ἐσχάτων ἐκ παρθένου ἁγνῆς σαρκωθέντος ἀνεκλαλήτως καὶ σώας τὰς σφραγῖδας τῆς ἁγνείας φυλάξαντος, τοῦ πλυνῷ βαπτίσματι τὸν παλαιὸν ἡμῶν ῥύπον εὐδοκήσαντος, ὃν ἡμεῖς διὰ τῆς παραβάσεως ἐπεσπασάμεθα. ἐξορκίζω σε κατὰ τοῦ βαπτισθέντος ἐν Ἰορδάνῃ, καὶ τύπον ἡμῖν ἀφθαρσίας ἐν ὕδατι κατὰ χάριν παρεχομένου, ὃν ἄγγελοι, καὶ πᾶσαι αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν κατεπλάγησαν τὸν σαρκωθέντα θεὸν βλέπουσαι μυτειάσαντα, ὅτε ὁ ἄναρχος πατὴρ τὴν ἀναρχογέννησιν τοῦ υἱοῦ ἀπεκάλυψε, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἡ κατάβασις τῆς τριάδος τὴν ἕνωσιν ἐμαρτύρησεν. ὁρκίζω σε κατ' ἐκείνου τοῦ ἀνέμου ἐπιτιμήσαντος, καὶ κλύδωνα θαλάσσης πραΰναντος, τὸ στῖφος δαιμόνων ἐκδιώξαντος, καὶ κόρας ὀμμάτων ἀπὸ μήτρας λειπούσας πηλῷ τυφλοῖς ἀναβλέψαι ἐναρμόσαντος, καὶ τὴν ἀρχαίαν τοῦ γένους ἡμῶν διάπλασιν ἀνακαινίσαντος, καὶ ἀλάλοις τὸ λαλεῖν ἀνορθώσαντος, τὰ στίγματα λέπρας ἀποσμήξαντος, καὶ νεκροὺς ἐκ τῶν τάφων ἀναστήσαντος, τοῦ μέχρι ταφῆς τοῖς ἀνθρώποις ὁμιλήσαντος, καὶ τὸν ᾅδην ἐγέρσει σκυλεύσαντος, καὶ πᾶσαν τὴν ἀνθρωπότητα ἀνάλωτον τοῦ θανάτου κατασκευάσαντος. ὁρκίζω σε κατὰ τοῦ θεοῦ τοῦ παντοκράτορος, τοῦ τῇ θεοπνεύστῳ φωνῇ τοὺς ἀνθρώπους ἐμπνεύσαντος, καὶ τοῖς ἀποστόλοις συμπράξαντος, καὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην εὐσεβείας πληρώσαντος. φοβήθητι, φύγε, δραπέτευσον, ἀναχώρησον, δαιμόνιον ἀκάθαρτον, καὶ ἀναγές, καταχθόνιον, βύθιον, ἀπατηλόν, ἄμορφον, θεατὸν δι' ἀναίδειαν, ἀθέατον διὰ τὴν ὑπόκρισιν, ὅπου ἂν τυγχάνῃς, ἢ ἀπέρχῃ, ἢ αὐτὸς εἶ ὁ Βεελζεβούβ, ἢ κατασείων, ἢ δρακοντοειδής.

ἢ θηλειοπρόσωπος, ἢ ὡς ἀτμὶς, ἢ ὡς πετεινὸν, ἢ νυκτολάλον, ἢ κωφὸν, ἢ ἄλαλον, ἢ ἐκφοβοῦν ἐξ ἐπιδρομῆς, ἢ σπαράσσον, ἢ ἐπιβουλεῦον, ἢ ἐν ὕπνῳ βαρεῖ, ἢ ἐν νόσῳ, ἢ ἐν μαλακίᾳ, ἢ ἐν γέλωτι ῥέμβον, ἢ δάκρυα φιλήδονα ἐμποιοῦν, ἢ λάγνον, ἢ δυσῶδες, ἢ ἐπιθυμητικὸν, ἢ ἡδονικὸν, ἢ φαρμακόφιλον, ἢ ἐρωτομανὲς, ἢ ἀστρομαντικὸν, ἢ ἐνοικηματικὸν, ἢ ἀναιδὲς, ἢ φιλόνεικον, ἢ ἀκατάστατον, ἢ τῇ σελήνῃ συναλλοιούμενον, ἢ χρόνῳ τινὶ συντρεπόμενον, ἢ ὀρθρινὸν, ἢ μεσημβρινὸν, ἢ μεσονυκτικὸν, ἢ ἀωρίας τινὸς, ἢ αὐγῆς, ἢ αὐτομάτως συνηντήσας, ἢ ἐπέμφθης ὑπό τινος, ἢ προσπελάσας ἄφνω, ἢ ἐν θαλάσσῃ, ἢ ἐν ποταμῷ, ἢ ὑπὸ γῆς, ἢ φρέατος, ἢ κρημνοῦ, ἢ ἐκ λάκκου, ἢ λίμνης, ἢ καλαμῶνος, ἢ ὕλης, ἢ ἀπογαίου, ἢ ἀκαθάρτου, ἢ ἄλσους, ἢ δρυμῶνος, ἢ δένδρου, ἢ ὀρνέου, ἢ βροντῆς, ἢ ἐκ στέγης λουτροῦ, ἢ ἐν κολυμβήθρᾳ ὑδάτων, ἢ ἐκ μνήματος εἰδωλικοῦ, ἢ ὅθεν ἴσμεν, καὶ οὐκ ἴσμεν, γνωστὸν, ἢ ἄγνωστον, καὶ ἐξ ἀπροσκέπτου τόπου, μερίσθητι καὶ ἀπαλλάγηθι, αἰσχύνθητι τὴν εἰκόνα τῇ χειρὶ θεοῦ πλασθεῖσαν καὶ μορφωθεῖσαν, φοβήθητι τὸ τοῦ σαρκωθέντος θεοῦ ὁμοίωμα, καὶ μὴ ἐγκρυβῇς εἰς τὸν δοῦλον τοῦ θεοῦ, τόνδε, ἀλλὰ ῥάβδος σιδηρᾶ καὶ κάμινος πυρὸς, καὶ τάρταρος, καὶ ὀδόντων βρυγμὸς, ἄμυνα τῆς παρακοῆς σε περιμένει, φοβήθητι, φιμώθητι, φύγε, μὴ ἀποστρέψῃς, μὴ ὑποκρυβῇς μεθ' ἑτέρας πονηρίας πνευμάτων ἀκαθάρτων· ἀλλὰ ἄπελθε εἰς γῆν ἄνυδρον, ἔρημον, ἀγεώργητον, ἣν ἄνθρωπος οὐκ οἰκεῖ, θεὸς μόνος ἐπισκοπεῖ ὁ δεσμεύων πάντας τοὺς βασκαίνοντας καὶ ἐπιβουλεύοντας τῇ αὐτοῦ εἰκόνι, καὶ σειραῖς ζόφου ταρταρώσας εἰς μακρὰν νύκτα καὶ ἡμέραν σὲ πάντων τῶν κακῶν πεπειραμένον, καὶ ἐφευρετὴν διάβολον. ὅτι μέγας ὁ φόβος τοῦ θεοῦ, καὶ μεγάλη ἡ δόξα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Εὐχὴ ἑτέρα τοῦ αὐτοῦ.

Ὁ θεὸς τῶν οὐρανῶν, ὁ θεὸς τῶν φώτων, ὁ θεὸς τῶν ἀγγέλων τῶν ὑπὸ τὴν σὴν ἐξουσίαν, ὁ θεὸς τῶν ἀρχαγγέλων τῶν ὑπὸ τὸ σὸν κράτος, ὁ θεὸς τῶν ἐνδόξων κυριοτήτων, ὁ θεὸς τῶν ἁγίων, ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ τὰς δεσμευθείσας τῷ θανάτῳ ψυχὰς λύσας, ὁ τὸν πρωτοπλα[illegible] ἄνθρωπον τῷ σκότει διὰ τοῦ μονογενοῦς [illegible] υἱοῦ φωτίσας, ὁ λύσας τὰς ὀδύνας ἡμῶν, καὶ [illegible] βάρος ἀποσκεδάσας, ὁ πᾶσαν τῶν προ-

aut ferina facie, vel vt vapor, vel vt auis, vel noctiloquus, vel surdus, vel priuatus loquela, vel de repente terrens, vel discerpens, vel ponens insidias, vel somnum grauem inducens, vel morbum, vel debilitatem, vel risu agitatus, vel dulces lachrymas excitans, vel lasciuus, vel fœtidus, vel libidinosus, vel voluptuosus, vel gaudens venenis, vel amore insaniens, vel astrorum inspector, vel reclusus, vel impudens, vel contentiosus, vel inconstans, vel cum luna mutabilis, vel omni tēpestate circumactus, vel matutinus, vel meridianus, vel nocturnus, aut intempestiuus, aut antelucanus, si sponte occurreris, aut ab aliquo missus fueris, si de repente ingrueris, in mari, in flumine, sub terra, in puteo, in loco præcipiti, in fouea, in lacu, in loco calamis consito, in sylua, in loco à terra remoto, vel immundo, in saltu, in quercetis, in arbore, in aue, in fulgure, è balnei tecto, è piscina, ex idolorum fano, aut vnde nouimus vel ignoramus: siue sis notus aut ignotus, aut è quocumque incircumspecto loco: diuidere, & elongare, imaginem Dei manu efformatam erubesce: similitudinem incarnati Dei extimesce, ne in seruo Dei hoc abscondaris, ne virga ferrea, ignis fornax, tartarus, & dentium stridor, inobedientiæ tuæ pœna te maneat. Time, obmutesce, fuge, ne subterfugias, ne abscondaris aliâ immundorum spirituum versutiâ: sed abi in terram inaquosam desertam & incultam, quam homo non habitat, Deus autem solus circumspicit, qui omnes inuidentes & insidiantes suæ imagini, tenebrarum vinculis alligatos, & te in malis omnibus expertum malorumque inuentorem diabolum in longam diem & noctem perpetuam constrictum tenebit. Quia Dei timor magnus, & magna est gloria Patris, & Filij, & sancti Spiritus: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Alia eiusdem Oratio.

Deus cœlorum, Deus luminum, Deus Angelorum tuæ potestati subditorum, Deus Archangelorum tuæ fortitudini subiacentium, Deus gloriosarum dominationum, Deus sanctorum, Pater Domini nostri Iesu Christi, qui animas morte captiuas vinculis soluisti, qui per vnigenitum Filium tuū primum hominem tenebris confixum illuminasti, qui doloribus nostris solutis onus omne dissipasti, qui omnem

inimici insultum à nobis elongasti: Fili & Verbum Dei, qui morte tua, nos immortales; & gloria quoque tua effecisti beatos, & ex hominibus Deos euadere concessisti, qui soluto omni peccatorũ nostrorũ per crucem tuam vinculo, & contritione nostra assumpta & curata, viaque nobis in cœlum strata, corruptionem in immortalitatem conuertisti: exaudi me affectu & timore clamantem ad te, cuius timore montes, cum eius quæ sub cœlo est firmamento, tabescunt, cuius virtute mutæ elementorum formæ terminis suis sistentes tremunt, per quem vindictæ ignis limites sibi præstitutos non excedit, sed stat voluntatis tuæ nutum præstolatus, per quem creatura omnis parturit suspiriis inauditis emissis ad tempus vsque præfinitum iussa consistere, quem contraria omnis natura fugit, quo inimici acies domatur, dæmon excidit, serpens conculcatur, draco de medio tollitur: per quem gentes nomen tuũ profitentes illustratæ sunt, & in te Domine, deuictæ sũt: per quem vita apparuit, spes firmata est, roborata est fides, prædicatum est Euangelium: per quem homo in te credens reformatus est. Quis enim sicut tu Deus omnipotens? Propterea rogamus te Deus Patrum nostrorum, Deus misericordiarum æterne, & super omnem substantiam, accedentem ad te in sancto tuo nomine & dilecti Filij tui Iesu Christi, & sancti, & omnipotentis, & viuifici tui Spiritus suscipe: ab anima eius infirmitatem omnem, infidelitatem omnem, omnem spiritum immundum, discerpentem, subterraneum, igneum, fœtentem, libidinosum, auri vel argenti cupidum, superbum, fornicarium, omnem dæmonem immundum, tenebrosum, informem, impudentem expelle. Ita Deus noster, amoue à seruo N. omnem diaboli operationem, omnem magiam, & veneni effectum, idololatriam, diuinationem, astrologiam iudiciariam, necromantiam, aruspicũ & ariolandi artem, voluptuosam passionem, libidinem, auaritiam, ebrietatem, fornicationem, adulterium, impuritatem, inuerecundiam, iram, contentionem, inconstantiã, & suspicionẽ omnem malignam. Ita Deus noster, Spiritum tuum pacificum inspira in illum, vt ab eo custoditus fructus producat fidei, virtutis, sapientiæ, puritatis, continentiæ, dilectionis, bonitatis, spei, mansuetudinis,

σκόλον τοῦ ἐχθροῦ ἀφ' ἡμῶν χωρίσας, υἱὲ καὶ λόγε τοῦ θεοῦ, ὁ ἀπαθανατίσας ἡμᾶς τῷ θανάτῳ σου, καὶ δοξάσας ἡμᾶς τῇ δόξῃ σου, ὁ ἐξ ἀνθρώπων χωρεῖν εἰς θεὸν ἐγέρσει τῇ σῇ χαρισάμενος, ὁ πάντα δεσμὸν τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν διὰ τοῦ σταυροῦ σου βαστάσας, ὁ τὸ σύντριμμα ἡμῶν ἀναλαβὼν, καὶ ἰασάμενος κύριε, ὁ ὁδοποιήσας ἡμῖν ὁδὸν εἰς οὐρανοὺς, καὶ φθορὰν εἰς ἀφθαρσίαν μετασκευάσας· εἰσάκουσόν μου πόθῳ καὶ φόβῳ κεκραγότος πρὸς σὲ, οὗ τὰ ὄρη τῷ φόβῳ τήκονται σὺν τῷ στερεώματι τῆς ὑπ' οὐρανὸν, οὗ τῇ δυνάμει, ἄλλαι στοιχείων ψυχαὶ φρίττουσι τηρῆσαι τοὺς ἑαυτῶν ὅρους, δι' οὗ τὸ πῦρ τὸ τῆς ἐκδικήσεως οὐχ ὑπερβήσεται ὅρους τοὺς ταχθέντας αὐτῷ, ἀλλ' ἀναμένει σένον τὴν σὴν βουλήν. δι' ὃν πᾶσα ἡ κτίσις ὠδίνει στενάζουσα στεναγμοῖς ἀλαλήτοις εἰς καιροὺς μέχρι ἐπιταχθεῖσα, ὃν πᾶσα φύσις ἐναντία πέφευγε, καὶ τοῦ ἐχθροῦ στρατιὰ δεδάμασται, καὶ διάβολος πέπτωκε, καὶ ὄφις πεπάτηται, καὶ δράκων ἀνήρηται· δι' ὃν τὰ ἔθνη ὁμολογήσαντά σε ἐφωτίσθησαν, καὶ ἐκραταιώθησαν ἐν σοὶ κύριε· δι' ὃν ζωὴ πεφανέρωται, ἐλπὶς ἵδρυται, ἡ πίστις κεκράτηται, τὸ εὐαγγέλιον κεκήρυκται· δι' ὃν ἄνθρωπος ἐκ γῆς ἀναπέπλασται πιστεύσας ἐν σοί· τίς γάρ ἐστιν ὡς σὺ θεὸς παντοκράτωρ; διὸ δεόμεθά σου θεὲ πατέρων, καὶ κύριε τοῦ ἐλέους προαιώνιε, καὶ ὑπερούσιε, τὸν πρός σε ἐληλυθότα ἐπὶ τῷ ἁγίῳ ὀνόματί σου, καὶ τοῦ ἠγαπημένου σου παιδὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου καὶ παντοδυνάμου καὶ ζωοποιοῦ σου πνεύματος πρόσδεξαι· ἀποσόβησον ἀπὸ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ πᾶσαν μαλακίαν, πᾶσαν ἀπιστίαν, πᾶν πνεῦμα ἀκάθαρτον, σπαρακτικὸν, καταχθόνιον, πύρινον, δυσωδιακὸν, ἐπιθυμητικὸν, φιλόχρυσον, φιλάργυρον, τυφωνικὸν, πορνικὸν, πᾶν δαιμόνιον ἀκάθαρτον, σκοτεινὸν, ἄμορφον, ἀναιδές. ναὶ ὁ θεὸς, ἀπέλασον ἀπὸ τοῦ δούλου σου, τοῦ δεῖνος, πᾶσαν ἐνέργειαν τοῦ διαβόλου, πᾶσαν μαγείαν, πᾶσαν φαρμακίαν, εἰδωλολατρείαν, ἀστρομαντείαν, ἀστρολογίαν, νεκρομαντείαν, ὀρνεοσκοπείαν, ἡδυπάθειαν, ἔρωτα, φιλαργυρίαν, μέθην, πορνείαν, μοιχείαν, ἀσέλγειαν, ἀναίδειαν, ὀργὴν, φιλονεικίαν, ἀκαταστασίαν, καὶ πᾶσαν ὑπόνοιαν πονηράν. ναὶ κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ἐμφύσησον ἐν αὐτῷ τὸ πνεῦμά σου τὸ εἰρηνικὸν· ὅπως φρουρούμενος ὑπ' αὐτοῦ ποιήσῃ καρπὸν πίστεως, ἀρετῆς, σοφίας, ἁγνείας, ἐγκρατείας, ἀγάπης, χρηστότητος, ἐλπίδος, πρᾳότητος,

μακροθυμίας, ὑπομονῆς, σωφροσύνης, συνέσεως. ὅτι σὸς ἐπικέκληται δοῦλος ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, πιστεύων εἰς τὴν ὁμοούσιον τριάδα συμμαρτυρούντων ἀγγέλων, ἀρχαγγέλων, ἐνδόξων κυριοτήτων, καὶ πάσης οὐρανίου στρατιᾶς. σὺν τούτῳ φύλαξον τὰς καρδίας ἡμῶν, ὅτι δυνατὸς εἶ κύριε, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εὐχὴ τοῦ Χρυσοστόμου, εἰς τὰ αὐτά.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

d Ὁ Θεὸς ὁ αἰώνιος, ὁ λυτρωσάμενος τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας τοῦ διαβόλου, ῥῦσαι τὸν δοῦλόν σου τόνδε, ἀπὸ πάσης ἐνεργείας πνευμάτων ἀκαθάρτων, ἐπίταξον τοῖς πονηροῖς καὶ ἀκαθάρτοις πνεύμασί τε, καὶ δαίμοσιν, ἀποστῆναι τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος τοῦ δούλου σου τοῦδε, καὶ μὴ ἐμμένειν μηδὲ ἐγκρύπτεσθαι ἐν αὐτῷ. φυγαδευέσθωσαν ἐν τῷ ὀνόματί σου τῷ ἁγίῳ, καὶ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, καὶ τοῦ ζωοποιοῦ σου πνεύματος, ἀπὸ τοῦ πλάσματος τῶν χειρῶν σου. ἵνα καθαρισθεὶς ἀπὸ πάσης ἐπηρείας διαβολικῆς, ὁσίως, καὶ δικαίως, καὶ εὐσεβῶς ζήσῃ ἀξιούμενος τῶν ἀχράντων μυστηρίων τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ καὶ θεοῦ ἡμῶν, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ καὶ δεδοξασμένος, σὺν τῷ πανἁγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εὐχὴ ἑτέρα τοῦ αὐτοῦ.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

e Ὁ Πᾶσιν ἀκαθάρτοις πνεύμασιν ἐπιτιμήσας, καὶ δυνάμει ῥήματος ἐκδιώξας τὸν λεγεῶνα, ἐπιφάνηθι καὶ νῦν διὰ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, ἐπὶ τὸ πλάσμα ὃ κατ' εἰκόνα σου ἐποίησας, καὶ ἐξελοῦ αὐτὸ καταδυναστευόμενον ὑπὸ τοῦ ἀντικειμένου· ἵνα ἐλεηθὲν καὶ καθαρισθὲν συνταγῇ τῇ ἁγίᾳ σου ποίμνῃ, καὶ φυλαχθῇ ναὸς ἔμψυχος τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ τῶν θείων καὶ ἀχράντων ἁγιασμάτων. χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ, σὺν τῷ πανἁγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εὐχὴ ἑτέρα τοῦ αὐτοῦ.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

f Ἐπικαλούμεθά σε δέσποτα θεὲ παντοκράτορ, ὕψιστε, ἀπείραστε, εἰρηνικὲ

longanimitatis, patientiæ, modestiæ, intellectus; quia seruus tuus in nomine Iesu Christi vocatus est, & suffragantibus Angelis, Archangelis, gloriosis dominationibus, & omni cœlesti exercitu fidem in te habet. Cum illa etiam corda nostra custodi. Quia potens es Domine, & tibi gloriam referimus, Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Chrysostomi Oratio, in eundem finem.

Dominum precemur.

DEus æterne, qui genus hominum è diaboli captiuitate liberasti ab omni spirituum immundorum operatione seruum tuum eripe: malignis & immundis spiritibus & dæmonibus, vt ab anima & corpore serui tui N. secedant, neque in eo abscondantur, impera. In nomine sancto tuo. & vnigeniti Filij tui, & viuifici tui Spiritus, ab opere manuum tuarum effugentur: vt ab omni diabolica infestatione liber, sancte, & iuste, & pie viuat, dignus habitus illibatis mysteriis vnigeniti Filij tui & Dei nostri. Cum quo benedictus es & laudatus cum sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Alia eiusdem Oratio.

Dominum precemur.

QVi omnes spiritus immundos increpas, & verbi virtute legionem expulisti, manifestare nunc per vnigenitum Filium tuum super creaturam ad imaginem tuam effictam, illamque à dæmone oppressam libera: vt misericordia à te accepta sancto tuo ouili expurgata aggregetur, & sancti Spiritus, & diuinorum illibatorumque sacramentorum templum viuum fiat. Gratia, & miserationibus, & humanitate vnigeniti Filij tui: cum quo benedictus es, cum sanctissimo & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Alia eiusdem Oratio.

Dominum precemur.

INuocamus te Domine Deus omnipotens, excelse, mali cuncti expers,

pacifice rex; inuocamus te conditor cœli & terræ, ex te namque oritur α & ω, principium & finis, qui dedisti hominibus vt ipsis quadrupedia & ratione carentia animalia, quia sic iussisti, Domine, obedirent: manum tuam fortem, & brachium tuum excelsum & sanctum extende, & hanc creaturam tuam visu tuo respice: Da illi Angelum pacificum, Angelum fortem, corporis & animæ custodem, qui increpet & abigat ab ea omne malignum & impurum dæmonium. Quia tu solus excelsus & omnipotens, es benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

βασιλεῦ, ἐπικαλούμεθά σε τὸν ποιητὴν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τὴν γῆν. ἐκ σοῦ γὰρ ἀνέφυη, καὶ τὸ α. καὶ τὸ ω. ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος, δοὺς τοῖς ἀνθρώποις ὑπακούειν τετράποδα, καὶ ἄλογα ζῶα· ὅτι σὺ ὑπέταξας αὐτὰ κύριε. ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου τὴν κραταιὰν, καὶ τὸν βραχίονά σου τὸν ὑψηλὸν, καὶ τὸν ἅγιον καὶ ἐπισκοπῶν ἐπισκέπτησον τὸ πλάσμα σου τοῦτο, καταπεμψον αὐτῷ ἄγγελον εἰρηνικὸν, ἄγγελον κραταιὸν, ψυχῆς καὶ σώματος φύλακα, ὃς ἐπιτιμήσει καὶ ἀπελάσει ἀπ᾽ αὐτοῦ πᾶν πονηρὸν καὶ ἀκάθαρτον δαιμόνιον. ὅτι σὺ κύριος μόνος ὕψιστος παντοκράτωρ εὐλογητὸς, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Alia eiusdem Oratio.

Dominum precemur.

Diuinam, sanctam, magnam, tremendam, & non tolerandam nominis Dei appellationem & inuocationem aggredimur & perficimus, tui expellendi & increpandi gratia, apostata; tui disperdendi ergo diabole. Deus sanctus, principij expers, timendus, natura inuisibilis, potestate inexcogitatus, Deitate incomprehensus, rex gloriæ, & omnipotens Dominus, ipse te increpet diabole; qui è nihilo ad esse cuncta verbo congrue composuit, qui super pennas ventorum ambulat. Increpat te diabole, qui maris aquam aduocat & eam super vniuersæ terræ faciem effundit, Dñs virtutum nomen illi. Increpat te Dominus diabole, is, cui innumeri cœlestes ordines ignei in circuitu ministrant, qui ab Angelicarum turbarum copia, & ab Archangelis cum tremore celebratur, colitur, & adoratur. Increpat te Dominus, diabole, qui & à virtutibus circa se adstantibus honoratur, & à tremendis oculorum copia illustribus Cherubim, & sex alarum remigio dotatis Seraphim, duabus quidem facies suas propter incomprehensum & imperscrutatum Deitatis splendorem velantibus, & duabus alis pedes suos ne ineffabili gloria & inexcogitata maiestate consumantur operientibus, & duabus alis volantibus, cœlumque suis vocibus replentibus: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth: plenum est cœlum & terra gloria eius. Increpat te Dominus, diabole, qui è sinu paterno, è cœlo Deus Verbum descendens, & per venerandam, inexplicatam, & illibatã ex sancta Virgine incarnationem,

Εὐχὴ ἑτέρα τοῦ αὐτοῦ.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

g Τὴν θείαν τε καὶ ἁγίαν καὶ μεγάλην, καὶ φρικτὴν, καὶ ἄστεκτον ὀνομασίαν, καὶ ἐπίκλησιν ποιούμεθα, πρὸς τὴν σὴν ἐξέλασιν ἀπόστατα, ὡσαύτως καὶ ἐπιτίμησιν εἰς τὴν σὴν ἐξολόθρευσιν διάβολε. ὁ θεὸς ὁ ἅγιος, ὁ ἄναρχος, ὁ φοβερὸς, ὁ ἀόρατος τῇ οὐσίᾳ, ὁ ἀνείκαστος τῇ δυνάμει, καὶ ἀκατάληπτος τῇ θεότητι, ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης, καὶ παντοκράτωρ δεσπότης, ἐπιτιμήσει σοι διάβολε, ὁ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα εὐπρεπῶς λόγῳ συστησάμενος, ὁ περιπατῶν ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων. ἐπιτιμᾷ σοι διάβολε, ὁ προσκαλούμενος τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης καὶ ἐκχέων αὐτὸ ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς, κύριος τῶν δυνάμεων ὄνομα αὐτῷ. ἐπιτιμᾷ σοι κύριος διάβολε, ὁ ὑπὸ τῶν ἀναριθμήτων οὐρανίων ταγμάτων πυρίνων φόβῳ λειτουργούμενος, καὶ ὑμνούμενος, καὶ ὑπὸ πλήθους χορῶν ἀγγελικῶν καὶ ἀρχαγγελικῶν τρόμῳ προσκυνούμενος, καὶ δοξαζόμενος. ἐπιτιμᾷ σοι κύριος διάβολε, ὁ τιμώμενος ὑπὸ τῶν κύκλωθεν παρεστώτων δυνάμεων, καὶ φρικωδεστάτων ἑξαπτερύγων, καὶ πολυομμάτων Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ, τῶν τὰ πρόσωπα ἑαυτῶν ταῖς δυσὶ πτέρυξι σκεπόντων διὰ τὴν ἀθεώρητον αὐτοῦ καὶ ἀνεξιχνίαστον θεότητα, καὶ ταῖς δυσὶ πτέρυξι τοὺς ἑαυτῶν πόδας καλυπτόντων, εἰς τὸ μὴ καταφλεχθῆναι ἐκ τῆς ἀρρήτου δόξης, καὶ ἀκατανοήτου μεγαλειότητος αὐτοῦ, καὶ ταῖς δυσὶ πτέρυξι πετομένων, καὶ τὸν οὐρανὸν πληρούντων ἐκ τῆς βοῆς αὐτῶν· τὸ, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος σαβαὼθ, πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. ἐπιτιμᾷ σοι κύριος διάβολε, ὁ ἐκ τῶν κόλπου τοῦ πατρικοῦ καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ θεὸς λόγος, καὶ διὰ τῆς ἐκ παρθένου ἁγίας προσκυνητῆς, g

ἀφράστου καὶ ἀλέκτου φρικώσεως ἀνεκλαλήτως φανεὶς ἐν τῷ κόσμῳ τοῦ σῶσαι αὐτὸν, καὶ τῇ αὐθεντικῇ αὐτοῦ δυνάμει ῥίψας σε οὐρανόθεν, καὶ ἀπόλυτον πᾶσι δείξας. ἐπιτιμᾷ σοι κύριος διάβολε, ὁ εἰπὼν τῇ θαλάσσῃ· σιώπα, πεφίμωσο, καὶ τῷ κελεύσματι εὐθέως ἐκόπασεν. ἐπιτιμᾷ σοι κύριος διάβολε, ὁ τῷ ἀχράντῳ πτύελῳ πηλὸν ποιήσας, καὶ τὸ ἔλλειπον μέλος τοῦ ἐκ γενετῆς τυφλοῦ ἀναπλάσας, καὶ τὸ φῶς χαρισάμενος. ἐπιτιμᾷ σοι κύριος διάβολε, ὁ τὴν θυγατέρα τοῦ ἀρχισυναγώγου λόγῳ ζωοποιήσας, καὶ τῆς χήρας τὸν υἱὸν ἐκ στόματος τοῦ θανάτου ἀφαρπάσας καὶ τῇ ἰδίᾳ μητρὶ ὁλόκληρον, καὶ ὑγιῆ αὐτὸν χαρισάμενος. ἐπιτιμᾷ σοι κύριος διάβολε, ὁ τὸν Λάζαρον ἐκ νεκρῶν τετραήμερον ἄσηπτον ὡς μὴ θανέντα, καὶ ἄσπιλον εἰς ἔκπληξιν τῶν πολλῶν παραστήσας. ἐπιτιμᾷ σοι κύριος διάβολε, ὁ διὰ τοῦ ῥαπίσματος τὴν κατάραν καταργήσας, καὶ διὰ τῆς λόγχης τῆς ἀχράντου πλευρᾶς αὐτοῦ τὴν τοῦ παραδείσου φυλάττουσαν φλογίνην ῥομφαίαν ἀναστείλας. ἐπιτιμᾷ σοι κύριος διάβολε, ὁ διὰ τοῦ ἐμπτύσματος τοῦ τιμίου αὐτοῦ χαρακτῆρος πᾶν δάκρυον ἐκ παντὸς προσώπου ἐκμάξας. ἐπιτιμᾷ σοι κύριος διάβολε, ὁ πήξας τὸν σταυρὸν εἰς στήριγμα ἓν καὶ σωτηρίαν κόσμου, εἰς πτῶσιν δὲ σὴν καὶ πάντων τῶν ὑπὸ σὲ ἀγγέλων. ἐπιτιμᾷ σοι κύριος διάβολε, οὗ δοὺς φωνὴν ἐν τῷ σταυρῷ αὐτοῦ, καὶ τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη, καὶ αἱ πέτραι διερράγησαν, καὶ τὰ μνημεῖα ἀνεῴχθησαν, καὶ οἱ ἀπ᾽ αἰῶνος θανέντες ἀνέστησαν. ἐπιτιμᾷ σοι κύριος διάβολε, ὁ θανάτῳ θάνατον θανατώσας, καὶ ζωὴν τῇ ἐγέρσει αὐτοῦ τοῖς ἀνθρώποις χαρισάμενος. ἐπιτιμήσαι σοι κύριος διάβολε, ὁ καταβὰς εἰς τὸν ᾅδην, καὶ τὰ μνημεῖα αὐτοῦ ἐκτινάξας, καὶ πάντας τοὺς ἐν αὐτῷ κατεχομένους δεσμίους ἐλευθερώσας, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἀνακαλεσάμενος· ὃν οἱ πυλωροὶ ἰδόντες ἔφριξαν, καὶ ἀγωνίᾳ τοῦ ᾅδου κρυβέντες ἐξέλιπον. ἐπιτιμήσαι σοι κύριε διάβολε, ὁ ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς Χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν καὶ πᾶσι τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ χαρισάμενος. ἐπιτιμήσαι σοι κύριος διάβολε, ὁ εἰς οὐρανοὺς ἐν δόξῃ ἀναληφθεὶς πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ ἐκ δεξιῶν τῆς μεγαλωσύνης ἐπὶ θρόνου δόξης καθήμενος. ἐπιτιμήσαι σοι κύριος διάβολε, ὁ πάλιν ἐρχόμενος μετὰ δόξης ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων αὐτοῦ, κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. ἐπιτιμήσαι σοι κύριε διάβολε, ὁ τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον,

vt mundum, ineffabiliter saluaret, & te suprema sua virtute de cœlo deiectum, perditumque omnibus demonstraret, apparuit. Increpat te Dominus diabole, qui mari dixit: tace, obmutesce: & eius iussu, confestim quieuit. Increpat te Dominus diabole, qui illibato luto è sputo confecto, deficiens à natiuitate membrum cæco restituit, lumenque videre donauit. Increpat te Dominus diabole, qui verbo suo Archisynagogi filiam viuam fecit, & viduæ filium mortis faucibus ereptum, propriæ matri incolumem saluumque restituit. Increpat te Dominus diabole, qui quatriduanum è mortuis Lazarum incorruptum, velut non mortuum, & intabidum ad omnium stuporem excitauit. Increpat te Dominus diabole, qui per susceptam à se alapam, maledictionem nostram irritam fecit; & per illibati lateris sui vulnus flammeum gladium paradisi aditum obserantem extinxit. Increpat te Dominus diabole, qui per diuinam vultus sui formam sputis fœdatam, lachrymam omnem ab omnium vultu abstersit. Increpat te Dominus diabole, qui crucem in vnicum munimen & mundi salutem, in ruinam vero tuam & omnium tibi subditorum angelorum defixit. Increpat te Dominus diabole, quo in cruce vocem efferente, velum templi scissum est, petræ confractæ, monumenta quoque aperta sunt, & mortui à sæculo exurrexerunt. Increpat te Dominus diabole, qui morte mortem necauit, & resurrectione sua vitam hominibus largitus est. Increpet te Dominus diabole, qui concussis monumentis, in infernum descendens, omnes in eo captiuos ad se tractos reuocauit, quo viso, ianitores inferni turbati sunt, & in imas tenebras detrusi, præ trepidatione stationem suam dereliquerunt. Increpet te diabole, à morte resurgens Christus cunctis resurrectionis priuilegium largitus. Increpet te Dominus diabole, qui ad Patrem cum gloria in cœlos ascendit, & in dextera maiestatis in throno gloriæ sedet. Increpet te Dominus diabole, rursus cum gloria in nubibus cœli, cum sanctis Angelis suis viuos & mortuos iudicaturus. Increpet te Dominus diabole, qui inextinguibilem ignem, & insopitum vermem,

& tenebras exteriores, in æternam damnationem tibi præparauit. Increpet te Dominus diabole, à cuius virtutis facie cuncta tremunt & expauescunt, quia intolerandus est aduersum te comminationum eius furor. Ipse Dominus te increpat diabole, per tremendum nomen suum: freme, treme, expauesce, discede, disperdere, effugare, qui è cœlo decidisti, tecumque maligni cuncti spiritus: spiritus impuritatis, spiritus nequitiæ, spiritus nocturnus, diurnus, meridianus, & vespertinus, spiritus mediæ noctis, spiritus spectri, spiritus occurrens quicumque siue terrenus, siue aquatilis, siue in saltibus, siue in calamis, siue in conuallibus, siue in biuiis & triuiis, in lacubus, in fluuiis, in domibus, in balneis solitus discurrere, vt hominem lædat, & mentem eius perturbet. Vno verbo ab opificio creatoris Christi Dei nostri discedite, à seruo Dei nostri N. separemini, à mente, ab anima, à corde, à renibus, à sensibus, ab omnibus membris, vt saluus sit & incolumis, & liber; propriumque Dominum & conditorem omnium Deũ, qui errantes ad se reuocat & colligit, eisque salutis signum per regenerationem & renouationem sancti baptismatis impertitur, agnoscat: & illibatis, cœlestibus, & tremendis eius mysteriis dignus fiat, veroque eius ouili in refrigerij loco, super aquas quietis enutritus, & crucis virga securè pecudis more deductus vniatur, in remissionem peccatorum, & vitam æternam. Quia conuenit ei omnis gloria, honor, & adoratio, & magnificentia, cum principij experte eius Patre, & sanctissimo, & bono, & viuifico eius Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

καὶ σκώληκα τὸν ἀκοίμητον, καὶ σκότος τὸ ἐξώτερον ἑτοιμάσας σοι εἰς αἰώνιον κόλασιν. ἐπιτιμήσαι σοι κύριος διάβολε, ὃν πάντα φρίττει καὶ τρέμει ἀπὸ προσώπου δυνάμεως αὐτοῦ· ὅτι ἄστεκτος ἡ ὀργὴ τῆς ἐπί σε ἀπειλῆς αὐτοῦ. αὐτὸς ἐπιτιμᾷ σοι κύριος διάβολε, διὰ τοῦ φοβεροῦ αὐτοῦ ὀνόματος. φρίξον, τρόμαξον, φοβήθητι, ἀναχώρησον, ἐξολοθρεύθητι, φυγαδεύθητι ὁ πεσὼν οὐρανόθεν, καὶ σὺν σοὶ πάντα τὰ πονηρὰ πνεύματα, πᾶν πνεῦμα πονηρὸν, πνεῦμα ἀσελγείας, πνεῦμα πονηρίας, πνεῦμα νυκτερινὸν, καὶ ἡμερινὸν, μεσημβρινόν τε, καὶ ἑσπερινόν· πνεῦμα μεσονυκτικὸν, πνεῦμα φανταστικὸν, πνεῦμα συναντικὸν, εἴτε χερσαῖον, εἴτε ἔνυδρον, εἴτε ἐν ἄλσοις, εἴτε ἐν καλάμοις, εἴτε ἐν φάραγξιν, εἴτε ἐν διόδοις καὶ τριόδοις, ἐν λίμναις, καὶ ἐν ποταμοῖς, ἐν οἴκοις, ἐν αὐλαῖς, καὶ ἐν βαλανείοις παρατρέχον καὶ βλάπτον, καὶ ἀλλοιοῦν τὸν νοῦν τοῦ ἀνθρώπου. συντόμως ἀναχωρήσατε ἀπὸ τοῦ πλάσματος τοῦ δημιουργοῦ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν, καὶ ἀπαλλάχθητε ἀπὸ τοῦ δούλου τοῦ θεοῦ, τοῦδε, ἀπὸ νοὸς, ἀπὸ τῆς ψυχῆς, ἀπὸ τῆς καρδίας, ἀπὸ τῶν [illegible] φρενῶν, ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων, ἀπὸ πάντων τῶν μελῶν, πρὸς τὸ εἶναι αὐτὸν ὑγιῆ καὶ ὁλόκληρον, καὶ ἐλεύθερον, ἐπιγινώσκοντα τὸν ἴδιον δεσπότην, καὶ δημιουργὸν τῶν ἁπάντων θεὸν, τὸν ἐπισυνάγοντα τοὺς πεπλανημένους, καὶ διδόντα αὐτοῖς σφραγῖδα σωτηρίας διὰ τῆς γεννήσεως καὶ ἀνακαινίσεως τοῦ θείου βαπτίσματος, εἰς τὸ καταξιωθῆναι αὐτὸν τῶν ἀχράντων, καὶ ἐπουρανίων, καὶ φρικτῶν αὐτοῦ μυστηρίων, καὶ ἑνωθῆναι τῇ αὐτοῦ ποίμνῃ τῇ ἀληθινῇ εἰς τόπον χλόης κατασκηνοῦντα, καὶ ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως ἐκτρεφόμενον, καὶ ὑπὸ βακτηρίας τοῦ σταυροῦ ποιμαντικῶς καὶ ἀσφαλῶς ὁδηγούμενον, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον. Ὅτι αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, καὶ μεγαλοπρέπεια, σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

VARIÆ LECTIONES.

a Ἐυχαὶ ἤτοι ἐξορκισμοί.] Cunctos Exorcismos sequente non exhibent; ex æquo M S. cuncta: sed varia, varios. Barberinum sub numero 88. post titulum hunc. Ἀφορκισμὸς τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου ἐπὶ χειμαζόμενον ἢ ὀχλούμενον ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων, sequentem Orationem, & deinde exorcismum, ἐξορκίζω σε τὸν ἀρχέκακον, absque titulo subdit: & correcte; nam adiuratio est, vt constat, & non Oratio.

b Ἐξορκίζω σε.] Exorcismus hic, quem edita & Barberinum vnum tribuit Basilio vt authori, in alio eiusdem Bibliothecæ Barberinæ M S. dicitur esse Gregorij Thaumaturgi: varietatemque cum hoc contextu habet, sed nullius momenti, non enim nisi in casibus aut numeris, vel dictionum positione inter exemplar vtrumque varietas intercedit.

c Ὁ θεὸς τῶν οὐρανῶν.] Deest hæc in quinque M.S. exemplaribus.

d Ὁ θεὸς

d Ο Θεὸς ὁ αἰώνιος.] Repetitur in duobus Barberinis codicibus & Cryptoferratensi sub hoc titulo, Εὐχὴ ἐπὶ χειμαζομένων ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων.

e Ο πᾶσιν ἀκαθάρτοις.] Habet & hanc idem Cryptoferratense MS.

f Επικαλούμεθά σε.] Deest in omnibus exemplaribus hæc Oratio.

g Τὴν θείαν τε καὶ ἁγίαν.] Legitur cum ea quæ incipit, ὁ Θεὸς ὁ αἰώνιος, in vno è Barberinis codicibus: in quo sicut & in editis Chrysostomo his verbis attribuitur. Ἀφορισμὸς τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου εἰς πνευματιζομένους ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων. Et tandem in Barberino S. Marci hæc alia legitur Oratio.

Εὐχὴ ἐπὶ πασχόντων ὑπὸ δαιμόνων.

Ο Τὸν τυραννήσαντα διάβολον, καὶ τὴν σὺν αὐτῷ στρατιὰν τῶν δαιμόνων καταλύσας τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ Χριστοῦ σου· ἐπίφανον ἐπὶ τὸ πλάσμα σου τοῦτο, ὃ κατὰ τὴν εἰκόνα σου ἐποίησας τὸ καταδυναστευόμενον ὑπὸ τῶν ἀντικειμένων πνευμάτων· ἐπιτίμησον ἅγιε τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασιν, ὃν τρόπον ἐπετίμησας τῷ λεγεῶνι τῶν πνευμάτων, καὶ τῷ κωφῷ, καὶ ἀλάλῳ πνεύματι· καὶ καθάρισον τὸ πλάσμα σου, καὶ μὴ παραδῷς τοῖς θηρίοις ψυχὴν ἐξομολογουμένην σοι· ἀλλ' ἐλέησον αὐτὴν καὶ ἡμᾶς, εἰς δόξαν καὶ ἔπαινον τῆς ἁγίας σου ἐκκλησίας· διὰ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, δι' οὗ, καὶ μεθ' οὗ σοὶ ἡ δόξα τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι. καὶ τὰ ἑξ.

Oratio pro iis qui à dæmonibus obsidentur.

QVi diabolum tyrannidem vsurpantem, dæmonumque cum eo exercitum Christi tui apparitione profligasti: adueni super creaturam tuam ad imaginem tuam formatam ab aduersariis spiritibus oppressam: & quemadmodum legionem spirituum, surdumque & mutum alium spiritum increpuisti; ita creaturam tuam expurga, & animam tibi confitentem ne bestiis tradas: sed eius nostrique miserere, ad laudem & gloriam sanctæ tuæ Ecclesiæ, per vnigenitum Filium tuum, cum quo & per quem tibi est gloria Patri, & Filio, & sancto Spiritui, &c.

ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ ΕΙΣ ΨΥΧΟΡΡΑΓΟΥΝΤΑ.

Ποιεῖ ὁ ἱερεὺς εὐλογητόν. Τὸ τρισάγιον, τὸ, Παναγία τριάς, Πάτερ ἡμῶν. Ὅτι σοῦ. Τὸ κύριε ἐλέησον, ιβ'. Δεῦτε προσκυνήσωμεν, γ'. Καὶ τοὺς παρόντας ψαλμούς, τὸ, Ὁ Θεὸς εἰς τὴν βοήθειάν μου, τὸ, Κύριε εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου. τὸν ν'. Καὶ ὁ κανών. Εἰς ἦχον πλ. β'.

Ὠδὴ α'. Ὡς ἐν ἠπείρῳ πεζεύσας ὁ Ἰσραήλ.

Δεῦτε συναθροίσθητε πάντες οἱ εὐσεβῶς ἐν τῷ βίῳ ζήσαντες, καὶ θρηνήσατε ψυχὴν ξενωθεῖσαν δόξης τοῦ Θεοῦ, καὶ δουλεύσασαν αἰσχροῖς δαίμοσι πάσῃ σπουδῇ.

Τανῦν ὁ χρόνος μου ἅπας ὁ τῆς ζωῆς ὡς καπνὸς παρέδραμε, καὶ παρέστησαν λοιπὸν ἄγγελοι πεμφθέντες ἐκ Θεοῦ, τὴν ἀθλίαν μου ψυχὴν ζητοῦντες ἀσυμπαθῶς.

Δόξα.

Ἰδοὺ ἐφέστηκεν ὄχλος τῶν πονηρῶν πνευμάτων κατέχοντες τῶν ἐμῶν ἁμαρτιῶν ἐγγραφάς, καὶ κεκράζουσι σφοδρῶς, ἐκζητοῦντες ἀναιδῶς τὴν ταπεινήν μου ψυχήν.

OFFICIVM AGENTIS ANIMAM.

Præmittit Sacerdos benedictionem. Ter Sanctus. Sanctissima Trinitas. Pater noster. Quia tuum est. Domine miserere. *Duodecim vicibus.* Venite procidamus, *ter. Et Psalmos sequentes.* Deus in adiutorium meum. Domine exaudi orationem meam. *Psalmum quinquagesimum. Et canonem tono obliquo secundo. Canticum primum.* Quasi in continenti ambulans Israel.

ADeste, conuenite quotquot vitam pie peregistis, animam Dei gloria alienatam, & omni studio scelestis dæmonibus obsequutam, plangite.

Hoc momento tempus omne vitæ, velut fumus euanuit; & Angeli à Deo missi, miseram animam meam absque compassionis affectu quæsituri conuenerunt.

Gloria.

En adsunt malignorum spirituum turmæ peccatorum meorum syngrapham ostentantes, & vocibus horrisonis, cum audacia, abiectam animam meam sibi tradi requirunt.

Et nunc. *In Deiparam.*

De reliquo, ad quem vociferabor? quis doloris mei planctum, & suspiria cordis excipiet, nisi tu illibata virgo, Christianorum & peccatorum omnium fiducia?

Canticum tertium.

Non est sanctus vt tu.

Optimi mei amici, & familiares, vt quid non lugetis? vt quid non plangitis dilectum quondam amicum & fratrem, nunc autem à Deo & omnibus vobis alienum.

Dilecti mihi Fratres, artus omnes meos in lance staterae Christi nunc appendi cogitate, & omnium Deum, vt mihi sit propitius, exorate.

Gloria.

Amici, mei erga vos affectus recordati, Christum exorate, vt me miserum vita orbatum, & tormentis subditum respiciat.

Et nunc. *In Deiparam.*

Inclina aurem tuam mihi optima Dei mater, è supremae gloriae tuae culmine, vltimos gemitus percipe, & opitulatricem mihi manum praebe.

Canticum quartum. Christus mea virtus.

Heu me prodigum, heu me miserum, lachrymis ex oculis deductis, ad amicos manus tendo, nec est qui misereatur.

Perniciosum mihi animae certamen impendet: & ad lucidos Dei Angelos conuersis oculis, exclamo: finite me modicum adhuc viuere, nec vllus est qui exaudiat.

Gloria.

Deflete me, Angelorum turmae, plangite me mortales Christo dilecti: acerbe namque è corpore anima mea discedit.

Et nunc. *In Deiparam.*

Domina, domina, anxiae nunc animae, & ad tuam protectionem confugientis miserere: nec permittas ô bona, daemonibus me tradi.

Canticum quintum.

Diuino tuo splendore ô bone.

Lux animae illuce mihi; videam te Christe, modico licet temporis spatio: non enim vltra te sum conspecturus: nubes namque daemonum de repente in me irruit, & nefandorum operum meorum caligo me contexit.

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Λοιπὸν πρὸς τίνα βοήσω; τίς μου κλαυθμὸν ἐξ ὀδύνης δέξεται καὶ καρδίας στεναγμόν, εἰ μὴ σὺ παναγία ἁγνή, ἡ ἐλπὶς Χριστιανῶν, καὶ πάντων ἁμαρτωλῶν.

Ὠδὴ γʹ. Οὐκ ἔστιν ἅγιος ὡς σύ.

Καλοί μου φίλοι καὶ γνωστοί, ἵνα τί οὐ θρηνεῖτε; ἵνα τί οὐ πενθεῖτε τὸν ποτὲ ἀγαπητόν, καὶ φίλον καὶ ἀδελφόν; νῦν δὲ ξένον, καὶ θεοῦ, καὶ πάντων ὑμῶν.

Ἀγαπητοί μου ἀδελφοί, τὰ ἐμὰ καθορῶντες πράξεις ἐλεγχομένας ἐν τῇ στάθμῃ τοῦ ζυγοῦ, Χριστὸν τὸν πάντων θεὸν δυσωπεῖτε ἵλεων γενέσθαι μοι.

Δόξα.

Μνησθέντες μου ἀγαπητοί, τῆς πρὸς ὑμᾶς φιλίας τὸν Χριστὸν δυσωπεῖτε, ἐπιβλέψαι ἐπ' ἐμὲ τὸν δυστυχῆ τῆς ζωῆς στερηθέντα καὶ βασανιζόμενον.

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Κλῖνον τὸ οὖς σου ἐπ' ἐμοί, τοῦ θεοῦ μου ἡ μήτηρ, ἐκ τοῦ ὕψους τῆς δόξης, τῆς πολλῆς σου ἀγαθή, εἰσάκουσον στεναγμῶν τελευταίων, καὶ χεῖρά μοι ὄρεξον.

Ὠδὴ δʹ. Χριστός μου δύναμις.

Οἴμοι τὸν ἄσωτον, οἴμοι τὸν ἄθλιον· ἐπὶ χεῖρας ἐκτείνω πρὸς τοὺς ἐμοὺς φίλους τε, καὶ δάκρυα ἐξ ὀφθαλμῶν μου προχέω, ἀλλ' οὐδεὶς ὁ ἐλεῶν ἐμέ.

Ἀγὼν ἐπέστη μοι ψυχῆς πανόλεθρος, καὶ τὰ ὄμματα ῥέπω πρὸς τοὺς θεοῦ φωτεινοὺς ἀγγέλους, ἐκβοῶ, μικρὸν ἐάσατέ με ζῆν. ἀλλ' οὐδείς, ὁ εἰσακούων μου.

Δόξα.

Ἐμὲ πενθήσατε, ἐμὲ θρηνήσατε, τῶν ἀγγέλων οἱ δῆμοι καὶ τῶν βροτῶν πάντων, οἱ φιλόχριστοι. ἀσυμπαθῶς γάρ μου ἡ ψυχή, ἐκ τοῦ σώματος χωρίζεται.

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Δέσποινα, δέσποινα, ἄρτι ἐλέησον ψυχὴν ἀποδυρομένην, καὶ πρὸς τὴν σὴν σκέπην μόνην βλέπουσαν. καὶ μὴ παρίδῃς ἀγαθή, ἐκδοθῆναί με τοῖς δαίμοσι.

Ὠδὴ εʹ. Τῷ θείῳ φέγγει σου ἀγαθέ.

Φῶς νοητὸν λάμψον ἐπ' ἐμοί. ἴδω σε Χριστὲ κἂν πρὸς βραχύ. οὐκ ἔτι γάρ σε θεάσομαι· νέφος γὰρ δαιμόνων, ἄφνω ἐπῆλθέ μοι, καὶ σκότος τῶν αἰσχρῶν μου ἔργων καλύπτει με.

Σώζεσθε πάντες ἀγαπητοί, ἄσπλαγχνοι φανέντες ἐπ' ἐμέ, τὸν δυστυχῆ καὶ παναθλιον. πάντες γὰρ εἰ μίαν φωνὴν ἐφθέγξασθε πρὸς τὸν ἐμὸν δεσπότην, σκότους ἐρρύσασθε.

Δόξα.

Σώζου ὁ μέγας ἄρχων θεοῦ Μιχαὴλ ὁ θεῖος ἀρχηγός. οὐκ ἔτι γὰρ σου τὸ ἅγιον ὄνομα καλέσω τοῦ βοηθῆσαί μοι. σιγῶσι γάρ μου χείλη, καὶ γλῶσσα δέδεται.

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Σώζου καὶ σὺ ἄχραντε ἁγνὴ μῆτερ τοῦ Χριστοῦ μου καὶ θεοῦ. οὐκ ἔτι γὰρ τὴν εἰκόνα σου ἐκ τῶν ἐμῶν πλημμελημάτων βλέψω ὁ ἄθλιος, ἐσβέσθη γὰρ τὸ φῶς μου, νὺξ δέ με ἐκάλυψε.

Ὠδὴ ϛ'. Τοῦ βίου τὴν θάλασσαν.

Κλίνατε τὸ οὖς ὑμῶν, ἀδελφοί μου, πρὸς ἐμέ, καὶ προσηνῶς ἀκούσατε ἐλεεινῶν ῥημάτων μικρὰν φθογγήν, καὶ μὴ παρακούσητε, καὶ μισθὸν ἐκ κυρίου πάντες λήψεσθε.

Ἰδοὺ νῦν χωρίζεται μετ' ὀδύνης ἡ ψυχὴ ἐκ τοῦ δειλοῦ μου σώματος, μὴ οὖν τὸ σῶμά μου θάψητε ἐπὶ γῆς. οὐκ ἔστι γὰρ ἄξιον, ἀλλὰ σύραντες ἔξω κυσὶ ῥίψατε.

Δόξα.

Τί γάρ μοι τὸ ὄφελος, τὴν ψυχὴν ἐν φοβεροῖς κολαστηρίοις εὑρεθῆ, τὸ δὲ σῶμα ψάλλεσθαι ὑφ' ὑμῶν; ἐάσατε ἄταφον, ὅπως φάγωσι κύνες τὴν καρδίαν μου.

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Ἴσως διερχόμενοι, ξένοι βλέποντες ὀστᾶ ὑπὸ κυνῶν συρόμενα κατανυγέντες κράξουσιν ἐκ ψυχῆς. Βοήθησον δέσποινα τῇ ψυχῇ τοῦ ἀθλίου τούτου σώματος.

Ὠδὴ ζ'. Δροσοβόλον μὲν τὴν κάμινον.

Ἰδοὺ σπεύσαντες ἀπέσπασαν τοῦ σώματος δεινῶς ἄφνω ἀθλίαν ψυχήν, καὶ ἀπάγουσι πρὸς κριτὴν φρικτὸν καὶ φοβερόν. μνησθέντες μου οὖν ἀγαπητοί, τῆς πρὸς ὑμᾶς ὁμιλίας, μνείαν ποιεῖσθέ μου.

Ἐλεήσατέ με ἄγγελοι πανάγιοι θεοῦ τοῦ παντοκράτορος, καὶ λυτρώσασθε τελωνίων πάντων πονηρῶν. οὐκ ἔχω γὰρ ἔργον ἀγαθὸν ἀντισταθμίζειν τὸ ζυγὸν τῶν φαύλων πράξεων.

Δόξα.

Ἂν ἐπανέλθητε πανάγιοί μου ἄγγελοι, παρεστῶτες βήματι Χριστοῦ, γόνυ κλίναντες ἐν κλαυθμοῖς βοήσατε αὐτῷ. ἐλέησον πάντων ποιητά, ἔργον χειρῶν σου ἀγαθέ, καὶ μὴ ἀπώσῃ ἐκ σοῦ.

Dilecti quondam, nunc erga me miserum & infaustum immites, valete: vnico namque verbo si pro me Dominum meum compelleretis, vtique me tenebris eriperetis.

Gloria.

Magne Dei princeps, dux diuine Michael, vale: non enim sanctum nomen tuum vltra implorabo, vt mihi succurras, iam labia mea silent, & lingua morte est irretita.

Et nunc. *In Deiparam.*

Tu quoque illibata virgo Christi & Dei mei mater, vale: non enim vltra propter delicta mea imaginem tuam sum miser conspecturus: lumen meum extinctum est, & mortis tenebræ vndique me inuoluerunt.

Canticum sextum. Vitæ mare.

Attentam mihi aurem præbete Fratres, & lugubrium querelarum vel vocem vnicam percipite, ne oscitanter audiatis, & mercedem à Deo recipietis.

Ecce nunc cum dolore ab infelici meo corpore separatur anima: ne itaque corpus meum in terra sepeliatis; indignum est enim: sed foras raptatum, canibus proijcite.

Gloria.

Quid enim proderit mihi si corpus à vobis cum psalmis ad monumentum deducatur, anima vero tremendis addicatur suppliciis? Insepultum igitur dimittite, vt canes etiam cor meum rodant.

Et nunc. *In Deiparam.*

Iter forsan conficientes viatores cōspectis raptatis ossibus, compuncti ex anima clamabunt. Succurre, domina, animæ corpus hoc quondam inhabitanti.

Canticum septimum. Roriferā fornacem.

En vt facto impetu de repente animam miseram corpore auulsam extraxerunt, & ad timendum tremendumque iudicem deducunt: mei igitur recordati, ô amici, conuersationis pristinæ memoriam agite.

Miseremini mei sanctissimi Dei omnipotentis Angeli, & exactionibus periculosis omnibus liberate, neque enim quod malarum actionum stateræ opponatur, mihi suppetit.

Gloria.

Si reuertamini sanctissimi Angeli, Christi throno obsequium exhibituri, genu flexo, cum fletibus, pro me exclamate: miserere operis tui conditor omnium, & ne me repellas à te.

Et nunc. *In Deiparam.*

Dominã & intactam Dei matrem venerati, exorate: vt inclinet nostris precibus, & ad misericordiam illum flectat: vt mater enim & nutrix exaudietur.

Canticum octauum. E flamma sanctis.

Eiulate nunc omnes terræ fines, & super me misero collachrymemini: è superis enim lata est sententia, vt manibus & pedibus ligatis in inferum detrudar.

Postquam omnibus excidi, ad te miseræ vitæ meæ custodem Angelum suspirans amare clamo: respice æternorum meorum vinculorum afflictionem, & ne pro me intercedere desistas.

Gloria.

Quandoquidem iam dæmonibus sum traditus, & in inferni profundum me vi deducunt, vt ab omnibus deserar noui. Tu vero Angele Dei memento mei.

Et nunc. *In Deiparam.*

Quomodo mei oblita es Christi mei mater, quomodo viscera eius qui sanguinem è latere profudit non inflexisti, vt quos condidit saluaret? heu me, quomodo Christi mei misericordiæ viscera sunt obserata?

Canticum nonum. Deum hominibus videre nefas.

Non vltra Dei recordabor: in inferno namque nulla Dei est memoria: verum tenebris grauiter obrutus iaceo, & resurrectionem præstolor: vbi coram mortalibus cunctis in ignem detrudar.

Non vltra etiam mei Deus recordabitur, neque Angelorum cœtus, aut Archangelorum conuentus, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Iustorumve omnium turmæ: solus itaque quæ mala collegi, exhauriam.

Gloria.

Lugete nunc & plangite, inferni profundum, abysse, vermis, tartare, tormenta cuncta, eiulate: solus enim è Christianis ad vos delatus sum, & traditus vt acerbissime plectar.

Et nunc. *In Deiparam.*

Mater Dei, in abyssum respice, vide animam tormentis subeundis traditam, curuatis genibus collachrymare, vt qui sanguinem dedit vt me recuperaret, tuis precibus inflectatur.

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Προσκυνήσαντες τὴν δέσποιναν καὶ ἄχραντον μητέρα τοῦ θεοῦ ἡμῶν δυσωπήσατε, ὅπως κλίνῃ μεθ' ὑμῶν, καὶ κάμψῃ πρὸς ἔλεον αὐτόν· μήτηρ, καὶ ὡσὰ τροφὸς εἰσακουσθήσεται.

Ὠδὴ η'. Ἐκ φλογὸς τοῖς ὁσίοις.

Νῦν στενάξατε πάντα τῆς γῆς τὰ πέρατα ἐπ' ἐμοὶ τῷ ἀθλίῳ, καὶ συνδακρύσατε. ἦλθε γὰρ ἄνωθεν ἐκ τῶν ἄνω ἀπόφασις, χεῖράς μου δεθῆναι καὶ πόδας, καὶ ἐξωθῆναι.

Ἀστοχήσας ἐκ πάντων, πρὸς σὲ τὸν φύλακα τῆς ἀθλίας ζωῆς μου στενάζων κράζω πικρῶς. ἴδε μου δεσμῶν αἰωνίων τὴν κάκωσιν, καὶ μὴ ἀποκάμῃς ὑπὲρ ἐμοῦ πρεσβεύων.

Δόξα.

Ἐπειδὴ ἐγενόμην δαίμοσιν ἔκδοτος, καὶ εἰς ᾅδου πυθμένα βίᾳ κατάγουσιν, οἶδα ὅτι νῦν πάντες μου ἐπελάθοντο. σὺ δὲ μνήσθητί μου, ὦ ἄγγελε κυρίου.

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Τοῦ Χριστοῦ μου ἡ μήτηρ πῶς ἐπελάθου μου; πῶς οὐκ ἔκαμψας σπλάγχνα τοῦ ἐκκενώσαντος αἷμα ἐκ πλευρᾶς, ἵνα σώσῃ οὓς ἔπλασεν; οἴμοι πῶς ἐκλείσθη τὰ σπλάγχνα τοῦ Χριστοῦ μου.

Ὠδὴ θ'. Θεὸν ἀνθρώποις ἰδεῖν ἀδύνατον.

Θεοῦ οὐκ ἔτι ἐγὼ μνησθήσομαι. οὐκ ἔστι γὰρ ἐν ᾅδῃ μνημονεύειν τὸν κύριον. ἀλλ' ἐν σκότει δεινῶς καλυπτόμενος κάθημαι προσμένων τὴν ἐξανάστασιν. πάντων τῶν βροτῶν ἀνακειμένων, εἰς πῦρ βληθήσομαι.

Θεὸς οὐκ ἔτι ἐμοῦ μνησθήσεται. οὐδὲ πλῆθος ἀγγέλων, ἀρχαγγέλων ὁμήγυρις, προφητῶν ἀποστόλων ὁ σύλλογος, πλήθη τε τῶν μαρτύρων πάντων δικαίων τε. μόνος οὖν ἀντλήσω τὰ κακὰ ἅπερ συνέλεξα.

Δόξα.

ILlibate, purissime, principij expers, inuisibilis, incomprehense, inuestigabilis, immutabilis, insuperabilis, immense, patiens Domine, solus habens immortalitatem, lucem habitans inaccessibilem, qui cœlum & terram mare & omnia in eis condita fecisti, qui etiam donis exhibitis postulata præuenis: te rogamus, & te precamur benigne Domine, Pater Do-

ἅγιον ἐν πυρίναις γλώσσαις, καθὼς ὁ θεηγόρος Λουκᾶς ἀπεφθέγξατο. φησὶ γὰρ συνηγμένων τῶν μαθητῶν τοῦ Χριστοῦ, ἐγένετο ἦχος καθάπερ φερομένης βιαίας πνοῆς, καὶ ἐπλήρωσε τὸν οἶκον, οὗ ἦσαν καθήμενοι. καὶ πάντες ἤρξαντο φθέγγεσθαι ξένοις ῥήμασι, ξένοις δόγμασι, ξένοις διδάγμασι, τῆς ἁγίας τριάδος.

Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἦν μὲν ἀεὶ καὶ ἔστι καὶ ἔσται, οὔτε ἀρξάμενον, οὔτε παυσόμενον, ἀλλ' ἀεὶ πατρὶ καὶ υἱῷ συντεταγμένον, καὶ συναριθμούμενον, ζωὴ καὶ ζωοποιοῦν, φῶς ἐκ φωτὸς προϊόν, αὐτάγαθον, καὶ πηγὴ ἀγαθότητος, δι' οὗ πατὴρ γνωρίζεται, καὶ υἱὸς δοξάζεται, καὶ παρὰ πάντων γινώσκεται. μία δύναμις, μία σύνταξις, μία προσκύνησις τῆς ἁγίας τριάδος.

Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, φῶς καὶ ζωή, καὶ ζῶσα πηγὴ νοερά, πνεῦμα σοφίας, πνεῦμα συνέσεως, ἀγαθόν, εὐθές, νοερόν, ἡγεμονεῦον, καθαῖρον τὰ πταίσματα, θεὸς καὶ θεοποιοῦν, πῦρ ἐκ πυρὸς προϊόν, λαλοῦν, ἐνεργοῦν, διαιροῦν τὰ χαρίσματα, δι' οὗ προφῆται ἅπαντες, καὶ θεοῦ ἀπόστολοι μετὰ μαρτύρων ἐστέφθησαν. ξένον ἄκουσμα, ξένον θέαμα. πῦρ διαιρούμενον, εἰς νομὰς χαρισμάτων.

Δόξα. Καὶ νῦν. ἦχος πλ. β'.

Βασιλεῦ οὐράνιε, παράκλητε, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁ πανταχοῦ παρών, καὶ τὰ πάντα πληρῶν, ὁ θησαυρὸς τῶν ἀγαθῶν, καὶ ζωῆς χορηγός, ἐλθὲ καὶ σκήνωσον ἐν ἡμῖν, καὶ καθάρισον ἡμᾶς, ἀπὸ πάσης κηλῖδος, καὶ σῶσον ἀγαθὲ τὰς ψυχὰς ἡμῶν. Εἴσοδος τό, φῶς ἱλαρόν. Προκείμενον ἦχος βαρύς. Τίς θεὸς μέγας ὡς ὁ θεὸς ἡμῶν, σὺ εἶ ὁ θεὸς ὁ ποιῶν θαυμάσια. Στίχος. Ἐγνώρισας ἐν τοῖς λαοῖς τὴν δύναμίν σου. Στίχος. Ἐμνήσθην τῶν ἔργων κυρίου. Στίχος. Καὶ εἶπα νῦν ἠρξάμην. Εἶτα λέγει ὁ διάκονος. Ἔτι καὶ ἔτι κλίναντες τὰ γόνατα, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. 3 Καὶ ἡμῶν κλινόντων τὸ γόνυ ἐπὶ γῆς, καὶ ἀσκεπῶν ὄντων. Ἀναγινώσκει 4 ὁ ἱερεὺς τὰς εὐχὰς ἀπὸ τοῦ βήματος μεγαλοφώνως. Εἰς ἐπήκοον πάντων.

ΑΧραντε, ἀμίαντε, ἄναρχε, ἀόρατε, ἀκατάληπτε, ἀνεξιχνίαστε, ἀναλλοίωτε, ἀνυπέρβλητε, ἀμέτρητε, ἀνεξίκακε κύριε, ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ δημιουργηθέντα ἐν αὐτοῖς. ὁ πρὸ τοῦ αἰτεῖσθαι τοῖς πᾶσι τὰς αἰτήσεις παρέχων, σοῦ δεόμεθα, καὶ σὲ παρακαλοῦμεν, δέσποτα φιλάνθρωπε, τὸν πα-

4

πέρα τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ δι' ἡμᾶς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντος ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθέντος ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ Μαρίας τῆς ἀειπαρθένου καὶ ἐνδόξου θεοτόκου, ὃς πρότερον μὲν λόγοις διδάσκων, ὕστερον δὲ καὶ ἔργοις ἀποδεικνὺς ἡνίκα τὸ σωτήριον ὑφίστατο πάθος, παρέσχεν ἡμῖν ὑπογραμμὸν τοῖς ταπεινοῖς καὶ ἁμαρτωλοῖς καὶ ἀναξίοις δούλοις σου δεήσεις προσφέρειν ἐν αὐχένος καὶ γονάτων κλίσεσιν ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων, καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων. αὐτὸς πολυέλεε καὶ φιλάνθρωπε, ἐπάκουσον ἡμῶν ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλεσώμεθά σε· ἐξαιρέτως δὲ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ τῆς πεντηκοστῆς, ἐν ᾗ μετὰ τὸ ἀναληφθῆναι τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν εἰς τοὺς οὐρανούς, καὶ καθεσθῆναι ἐν δεξιᾷ σου τοῦ θεοῦ καὶ πατρός, κατέπεμψε τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐπὶ τοὺς ἁγίους αὐτοῦ μαθητὰς καὶ ἀποστόλους, ὃ καὶ ἐκάθισεν ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν, καὶ ἐπλήσθησαν ἅπαντες τῆς ἀκενώτου χάριτος αὐτοῦ, καὶ ἐλάλησαν ἑτέραις γλώσσαις τὰ μεγαλεῖά σου, καὶ προεφήτευσαν. νῦν οὖν δεομένων ἐπάκουσον ἡμῶν, καὶ μνήσθητι ἡμῶν τῶν ταπεινῶν καὶ κατακρίτων, καὶ ἐπίστρεψον τὴν αἰχμαλωσίαν τῶν ψυχῶν ἡμῶν, τὴν οἰκείαν συμπάθειαν ἔχων ὑπὲρ ἡμῶν πρεσβεύουσαν, δέξαι ἡμᾶς προσπίπτοντάς σοι καὶ βοῶντας, τό, ἡμάρτομεν, ἐπὶ σὲ ἐπερρίφημεν ἐκ μήτρας, ἀπὸ γαστρὸς μητρὸς ἡμῶν θεὸς ἡμῶν σὺ εἶ, ἀλλ' ὅτι ἐξέλιπον ἐν ματαιότητι αἱ ἡμέραι ἡμῶν, γεγυμνώμεθα τῆς σῆς βοηθείας, ἐστερήμεθα ἀπὸ πάσης ἀπολογίας· ἀλλὰ θαρροῦντες τοῖς οἰκτιρμοῖς σου, κράζομεν. ἁμαρτίας νεότητος ἡμῶν, καὶ ἀγνοίας μὴ μνησθῇς, καὶ ἐκ τῶν κρυφίων ἡμῶν καθάρισον ἡμᾶς. μὴ ἀπορρίψῃς ἡμᾶς εἰς καιρὸν γήρως, ἐν τῷ ἐκλείπειν τὴν ἰσχὺν ἡμῶν, μὴ ἐγκαταλίπῃς ἡμᾶς. πρὶν ἡμᾶς εἰς τὴν γῆν ἀποστρέψαι, ἀξίωσον πρὸς σὲ ἐπιστρέψαι, καὶ πρόσχες ἡμῖν ἐν εὐμενείᾳ καὶ χάριτι. ἐπιμέτρησον τὰς ἀνομίας ἡμῶν τοῖς οἰκτιρμοῖς σου. ἀντίθες τὴν ἄβυσσον τῶν οἰκτιρμῶν σου τῷ πλήθει τῶν πλημμελημάτων ἡμῶν. ἐπίβλεψον ἐξ ὕψους ἁγίου σου κύριε, ἐπὶ τὸν λαόν σου τὸν παρεστῶτα καὶ ἀπεκδεχόμενον τὸ παρὰ σοῦ πλούσιον ἔλεος. ἐπίσκεψαι ἡμᾶς ἐν τῇ χρηστότητί σου. ῥῦσαι ἡμᾶς ἐκ τῆς καταδυναστείας τοῦ διαβόλου. ἀσφάλισαι τὴν ζωὴν ἡμῶν τοῖς ἁγίοις καὶ ἱεροῖς νόμοις σου, ἀγγέλῳ πιστῷ φύλακι παρακατάθου τὸν λαόν σου, πάντας συνάγαγε εἰς τὴν βασιλείαν σου, δὸς συγγνώμην τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπὶ σέ. ἄφες αὐτοῖς καὶ ἡμῖν τὰ ἁμαρτήματα· καθάρισον ἡμᾶς τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ ἁγίου σου πνεύματος, διάλυσον τὰς καθ' ἡμῶν μηχανὰς τοῦ ἐχθροῦ.

mini & Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, qui propter nos homines & propter nostram salutem de cœlis descendit, & de Spiritu sancto, ex Maria semper virgine & gloriosa Deipara incarnatus est, qui quæ verbis quidem primum edocuit: postmodumque etiã passionem salutarem subiturus opere demonstrauit, & nobis abiectis peccatoribus & indignis seruis tuis, in ceruicis & genuum inflexione, pro propriis peccatis & populi ignorantiis preces offerendi exemplum exhibuit. Ipse valde misericors & benigne, exaudi nos in die qua inuocauerimus te, speciatim in hac Pentecostes die, in qua postquam Dominus noster Iesus Christus in cœlos est assumptus, & in dextera Dei & Patris consedit, super sanctos Discipulos & Apostolos suos sanctum Spiritum misit, qui & super singulos eorum sedit, & repleti omnes inexhaustâ eius gratiâ, aliis linguis magnalia tua loquuti sunt, & futura prædixerunt. Nũc itaque deprecantes nos exaudi, & nostri humilium & damnationis sententia dignorum miserere, & captiuitate animarum nostrarum conuersa, innata tibi motus miseratione pro nobis interpellante, suscipe nos tibi procidentes & clamantes. Peccauimus, in te proiecti sumus, ex vtero de ventre matris nostræ tu es Deus noster: verum quia defecerunt in vanitate dies nostri, ope tua destituti sumus; & omni defensione remansimus priuati. At nunc miserationibus tuis confisi, clamamus. Delictorũ iuuentutis nostræ & ignorãtiarũ ne memineris: & ab occultis nostris munda nos: ne proijcias nos in tempore senectutis, cum defecerit virtus nostra, ne derelinquas nos; priusquam in terram reuertamur, ad te conuertamur; & in humanitate & gratia attende nobis. Iniquitates nostras miserationibus tuis commensura: miserationum tuarum abyssum delictorum nostrorum cumulo oppone. Respice de excelso sancto tuo super residuum populum tuum, & vberem à te misericordiam expectantem. Visita nos in bonitate tua, libera nos à diaboli oppressione: & vitã nostrã sanctis tuis legibus communitâ, Angelo tuo fideli custodi populum tuum commenda. Cunctos in regnum tuum congrega, & in te sperantibus veniam præbe, ipsis nobisque peccata dimitte: expurga nos Spiritus sancti tui virtute, & machinamenta hostis aduersum nos instructa dissolue.

Subiungit & hanc Orationem.

Benedictus es, Domine omnipotens, qui diem solari lumine illustras, & noctem ignis splendore exhilaras, qui peracto diei cursu, ad noctis exordia nos accedere concessisti, nostram & vniuersi populi orationem exaudi, & spontaneis atque etiam inuoluntariis condonatis offensis, vespertinas supplicationes nostras suscipe, & misericordiæ miserationumq; tuarum in hereditatem tuam, copiam transmitte. Angelis tuis sanctis communi nos, armis iustitiæ tuæ protege, & veritate tua circumuallatos, virtute tua nos conserua: & ab omni vrgente impetu, omnibusq; aduersarii insidiis nos erue. Instantem autem vesperam cum nocte subsequente perfectam, sanctam, pacificam, peccato & scandalo immunem, à spectris securam, & omnes vitæ nostræ dies esse, concede. Interuentu sanctæ Deiparæ, & omnium sanctorum, qui à sæculo tibi placuerunt.

Diaconus. Suscipe, salua, miserere, erige, & conserua nos Deus tua gratia. Sanctissimæ, illibatæ, super omnes benedictæ, gloriosæ Dominæ nostræ. *Sacerdos exclamando.* Tuum enim est misereri & saluare Christe Deus noster, & tibi gloriam referimus: Patri, & Filio, & Sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Diaconus. Dicamus omnes ex tota anima, & ex toto corde. Domine, omnipotens Deus. Miserere nostri Deus. *Et reliqua. Subdit Sacerdos Exclamationem.* Quia misericors & benignus. *Deinde Diaconus.* Adhuc & iterum flectentes genua, Dominum deprecemur.

Sacerdos Orationem subiicit.

Domine Iesu Christe, qui pace tua hominibus data, etiam Spiritus Sancti donum adhuc in vita nobiscum degens in hereditatem perpetuo possidendam fidelibus tuis largitus es, manifestius autem gratia hac Discipulis tuis & Apostolis tradita, labiis eorum igneis linguis adapertis, per eas genus humanum omnem Dei notitiam propria dialecto in auris auditu suscepit, cunctique nos Spiritus luce sumus illustrati, & ab errore tanquam è tenebris eruti, sensibilium & ignearũ linguarum diuisione & virtute naturam exuperante fidei præcepta edocti, & te cum Patre & Sancto Spiritu in vna deitatis substantia, virtute, & potestate, speculari & profiteri luce diuinitus accepta sumus instructi.

Ἐπισυνάπτει δὲ καὶ ταύτην τὴν εὐχήν.

Εὐλογητὸς εἶ, Δέσποτα παντοκράτορ, ὁ φωτίσας τὴν ἡμέραν τῷ φωτὶ τῷ ἡλιακῷ, καὶ τὴν νύκτα φαιδρύνας ταῖς αὐγαῖς τοῦ πυρός, ὁ τὸ μῆκος τῆς ἡμέρας διελθεῖν ἡμᾶς καταξιώσας, καὶ προσεγγίσαι ταῖς ἀρχαῖς τῆς νυκτός, ἐπάκουσον τῆς δεήσεως ἡμῶν, καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ σου· καὶ πᾶσιν ἡμῖν συγχωρήσας τὰ ἑκούσια καὶ τὰ ἀκούσια ἁμαρτήματα, πρόσδεξαι τὰς ἑσπερινὰς ἡμῶν ἱκεσίας, καὶ κατάπεμψον τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους σου καὶ τῶν οἰκτιρμῶν σου ἐπὶ τὴν κληρονομίαν σου. Τείχισον ἡμᾶς ἁγίοις ἀγγέλοις σου. Ὅπλισον ἡμᾶς ὅπλοις δικαιοσύνης σου. Περιχαράκωσον ἡμᾶς τῇ ἀληθείᾳ σου. Φρούρησον ἡμᾶς τῇ δυνάμει σου. Ῥῦσαι ἡμᾶς πάσης περιστάσεως, πάσης ἐπιβουλῆς τοῦ ἀντικειμένου, παράσχου δὲ ἡμῖν καὶ τὴν παροῦσαν ἑσπέραν σὺν τῇ ἐπερχομένῃ νυκτί, τελείαν, ἁγίαν, εἰρηνικήν, ἀναμάρτητον, ἀσκανδάλιστον, ἀφάνταστον, καὶ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ἡμῶν· πρεσβείαις τῆς ἁγίας Θεοτόκου, καὶ πάντων τῶν ἁγίων τῶν ἀπ' αἰῶνός σοι εὐαρεστησάντων. Ὁ διάκ. Ἀντιλαβοῦ, σῶσον, ἐλέησον, ἀνάστησον καὶ διαφύλαξον ἡμᾶς ὁ Θεός, τῇ σῇ χάριτι. Τῆς παναγίας ἀχράντου ὑπερευλογημένης ἐνδόξου δεσποίνης ἡμῶν. Ἐκφών. ὁ ἱερεύς. Σὸν γάρ ἐστι τὸ ἐλεεῖν καὶ σώζειν ἡμᾶς Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρί, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι· νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Ὁ διάκ. Εἴπωμεν πάντες ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς, καὶ ἐξ ὅλης. Κύριε παντοκράτορ ὁ Θεός. Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ Θεός. Καὶ τὰ λοιπά. Εἶτα ὁ ἱερεύς. Τὴν ἐκφώνησιν. Ὅτι ἐλεήμων, καὶ φιλάνθρωπος. Εἶτα ὁ διάκ. Ἔτι καὶ ἔτι κλίναντες τὰ γόνατα, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Ὁ ἱερεὺς ἐπεύχεται.

Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ τὴν σὴν εἰρήνην δεδωκὼς τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τὴν τοῦ παναγίου Πνεύματος δωρεάν, ἔτι τῷ βίῳ καὶ ἡμῖν συμπαρὼν εἰς κληρονομίαν ἀναφαίρετον τοῖς πιστοῖς ἀεὶ παρέχων, ἐμφανέστερον δὲ ταύτην τὴν χάριν τοῖς σοῖς μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις καταπέμψας, καὶ τὰ τούτων χείλη πυρίναις στομώσας γλώσσαις, δι' ὧν πᾶν γένος ἀνθρώπων τὴν θεογνωσίαν ἰδίᾳ διαλέκτῳ εἰς ἀκοὴν ὠτίου δεξάμενοι φωτὶ τοῦ Πνεύματος ἐφωτίσθημεν, καὶ τῆς πλάνης ὡς σκότους ἀπηλλάγημεν, καὶ τῇ τῶν αἰσθητῶν καὶ πυρίνων γλωσσῶν διανομῇ, καὶ ὑπερφυεῖ ἐνεργείᾳ τὴν εἰς σὲ πίστιν ἐμαθητεύθημεν, καὶ σὲ θεολογεῖν σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἐν μιᾷ θεότητι καὶ δυνάμει καὶ ἐξουσίᾳ κατηυγάσθημεν.

σὺ οὖν ὁ ἀπαύγασμα τοῦ πατρὸς, ὁ τῆς οὐσίας καὶ τῆς φύσεως αὐτοῦ ἀπαράλλακτος, καὶ ἀμετακίνητος χαρακτὴρ, ἡ πηγὴ τῆς σοφίας καὶ τῆς χάριτος, διάνοιξον κἀμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ τὰ χείλη, καὶ δίδαξόν με πῶς δεῖ καὶ ὑπὲρ ὧν χρὴ προσεύχεσθαι. σὺ γὰρ εἶ ὁ γινώσκων τὸ πολὺ τῶν ἁμαρτιῶν μου πλῆθος, ἀλλ' ἡ σὴ εὐσπλαγχνία νικήσει τούτων τὸ ἄμετρον. ἰδοὺ γὰρ φόβῳ παρίσταμαί σοι, εἰς τὸ πέλαγος τοῦ ἐλέους σου τὴν ἀπόγνωσιν ἀπορρίψας τῆς ψυχῆς μου. κυβέρνησόν μου τὴν ζωὴν, ὁ πᾶσαν ῥήματι τὴν κτίσιν ἀρρήτῳ σοφίας δυνάμει κυβερνῶν, ὁ εὔδιος τῶν χειμαζομένων λιμὴν, καὶ γνώρισόν μοι ὁδὸν ἐν ᾗ πορεύσομαι. πνεῦμα σοφίας σου τοῖς ἐμοῖς παράσχου διαλογισμοῖς· πνεῦμα συνέσεως τῇ ἀφροσύνῃ μου δωρούμενος, πνεῦμα φόβου σου τοῖς ἐμοῖς ἐπισκίασον ἔργοις, καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου, καὶ πνεύματι ἡγεμονικῷ τὸ τῆς διανοίας μου στήριξον ὀλισθηρόν. ἵνα καθ' ἑκάστην ἡμέραν, τῷ πνεύματί σου πρὸς τὸ συμφέρον ὁδηγούμενος, καταξιωθῶ ποιεῖν τὰς ἐντολάς σου, καὶ τῆς σῆς ἀεὶ μνημονεύειν ἐνδόξου καὶ ἐρευνητικῆς τῶν πεπραγμένων ἡμῖν παρουσίας. μὴ παρίδῃς με τοῖς φθειρομένοις τοῦ κόσμου τούτου συναπατᾶσθαι τερπνοῖς· ἀλλὰ τῶν μελλόντων ὀρέγεσθαι τῆς ἀπολαύσεως ἐνίσχυσον θησαυρῶν. σὺ γὰρ εἶπας δέσποτα, ὅτιπερ ὅσα ἄν τις αἰτήσηται ἐν τῷ ὀνόματί σου, ἀκωλύτως παρὰ τοῦ σοῦ λαμβάνει συναϊδίου θεοῦ καὶ πατρός. διὸ κἀγὼ ὁ ἁμαρτωλὸς ἐν τῇ ἐπιφοιτήσει τοῦ ἁγίου σου πνεύματος, τὴν σὴν ἱκετεύσω ἀγαθότητα, ὅσα ηὐξάμην ἀπόδος μοι εἰς σωτηρίαν. ναὶ κύριε, ὁ πάσης εὐεργεσίας πλουσιοπάροχος δοτὴρ ἀγαθός. ὅτι σὺ εἶ ὁ διδοὺς ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ ὧν αἰτούμεθα. σὺ εἶ ὁ συμπαθὴς, ὁ ἀναμαρτήτως γενόμενος, καὶ τοῖς κάμπτουσι πρὸς σὲ γόνυ ἐπικαμπτόμενος φιλευσπλάγχνως, ἱλασμός τε γινόμενος τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. δὸς δὴ κύριε τῷ λαῷ σου τοὺς οἰκτιρμούς σου· ἐπάκουσον ἡμῶν ἐξ οὐρανοῦ ἁγίου σου, ἁγίασον αὐτοὺς ἐν τῇ σκέπῃ τῶν πτερύγων σου. μὴ παρίδῃς τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου. σοὶ μόνῳ ἁμαρτάνομεν· ἀλλὰ καὶ σοὶ μόνῳ λατρεύομεν. οὐκ οἴδαμεν, προσκυνεῖν θεῷ ἀλλοτρίῳ, οὐδὲ διαπετάζειν πρὸς ἕτερον θεὸν τὰς ἑαυτῶν, δέσποτα, χεῖρας. ἄφες ἡμῖν τὰ παραπτώματα, καὶ προσδεχόμενος ἡμῶν τὰς γονυπετεῖς δεήσεις, ἔκτεινον πᾶσιν ἡμῖν χεῖρα βοηθείας. πρόσδεξαι τὴν εὐχὴν πάντων ὡς θυμίαμα δεκτὸν, ἀναλαμβανόμενον ἐνώπιον τῆς σῆς ὑπεραγάθου βασιλείας.

Tu igitur Patris splendor, substantiæ eiusque naturæ non dissimilis & aliena figura, sapientiæ & gratiæ fons, mihi quoque peccatori adaperi labia, & quomodo, & pro quibus me orare oporteat doce: tu enim peccatorum meorum numerum nosti, sed & clementia tua illorum immensitatem exuperabit. Ecce enim timore correptus tibi adsum, animæ meæ desperationem in misericordiæ tuæ pelago demersurus. Vitam meam guberna, qui verbo & ineffabili sapientiæ virtute creaturam omnem moderaris. Tu tranquillus fluctuantium portus: notam mihi fac viam in qua ambulem. Sapientiæ spiritum cogitationibus meis inspira; spiritum intelligentiæ insipientiæ meæ largire, spiritu timoris opera mea obumbra, spiritum rectum innoua in visceribus meis, & mentis meæ lubricum spiritu principali confirma: vt ad id quod honestum est per singulos dies deductus, mandata tua exequi, & gloriosi perscrutatorisque operum omnium aduentus meminisse queam. Ne permittas fluxis huius mundi me seduci voluptatibus, sed vt futurorum fruitionis thesaurorum cupidus euadam, me corrobora. Tu enim dixisti Domine, quæcumque petierit aliquis in nomine tuo, à coæterno Deo & Patre tuo, nullo prohibente accipiet. Peccator itaque ego, in sancti tui Spiritus aduentu, tuam deprecor clementiam, vt quæcumque rogaui, mihi ad salutem impertiaris. Fiat Domine, omnis beneficij locupies author, & dator optime: quia etiam supra id quod petimus abundanter largiris. Tu compassionis affectu tangeris, qui sine peccato carnis nostræ consors factus es, & erga flectẽtes coram te genua, clementer inflecteris; & propitius peccatis nostris redderis. Populo tuo Domine misericordias tuas largire, exaudi nos de cœlo sancto tuo: & in protectione alarum tuarum illos sanctifica. Ne despicias manuum tuarum opera, tibi soli peccamus: sed & te solum colimus, neque Deum alienum adorare, vel ad alium Deum quandoque manus nostras expandere nouimus. Dimitte nobis delicta, & precibus genuumque flexionibus nostris à te susceptis, manum opitulatricem nobis præbe. Omnium, ceu suaue incensum coram optimo regno tuo assumptum, acceptam habe orationem.

Subiungit & præsentem Orationem.

DOmine, Domine, qui ab omni sagitta volãte per diẽ nos eripuisti, libera eciam nos ab omni negotio in tenebris perambulante. Manuum nostrarum eleuationes, velut Sacrificium vespertinum suscipe: & nocturnum spatium à malis exemptos inculpate pertransire concede. Ab omni terrore & formidine à diabolo excitata libera nos, & animabus nostris contritionem & mentibus sollicitudinem examinis in timendo & æquo iudicio futuri, largire. Confige timore tuo carnes nostras, & membra nostra quæ sunt super terram mortifica; vt & in somni quiete iudiciorum tuorum speculatione illustremur: & omni indecenti à nobis cogitatione, & noxia cupidine abacta, fide confirmatos, & in mandatis tuis proficientes in orationis tempore excita.

Diaconus.

Suscipe, salua, miserere, excita & conserua.

Sanctissimæ, illibatæ.

Sacerdos exclamando.

Beneplacito & gratia vnigeniti Filij tui, cum quo benedictus es, cum sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Deinde dicitur. Dignare &c.

Postmodum dicit Diaconus.

Adhuc & iterum flectentes genua, Dominum precemur.

Et Sacerdos Orationem.

FOns viue & illuminans, perenniter scaturiens, virtus creatrix Patri coæterna, Christe Deus, qui dispensationem omnem propter mortalium salutem compleuisti, qui indissolutis mortis vinculis, & inferni claustris effractis, attritisque malignorum spirituum copiis, innocentem te Patri victimam, corpus autem immaculatum, ab omni peccato intactum eique imperuium, vitam nobis tremendo huiusinodi & inexplicato sacrificio mercatus, in hostiam obtulisti; qui in infernum descendens, vectibus æternis contritis, & via reduce in tenebris sedentibus patefacta, authorem perditionis

Ἐπισυνάπτει καὶ ταύτην.

ΚΥριε, κύριε, ὁ ῥυσάμενος ἡμᾶς ἀπὸ παντὸς βέλους πετομένου ἡμέρας, ῥῦσαι ἡμᾶς καὶ ἀπὸ παντὸς πράγματος ἐν σκότει διαπορευομένου. πρόσδεξαι θυσίαν ἑσπερινὴν, τὰς τῶν χειρῶν ἡμῶν ἐπάρσεις. καταξίωσον δὲ ἡμᾶς, καὶ τὸ νυκτερινὸν στάδιον ἀμέμπτως διελθεῖν ἀπειράστους κακῶν, καὶ λύτρωσαι ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ταραχῆς καὶ δειλίας τῆς ἐκ τοῦ διαβόλου ἡμῖν προσγινομένης, χάρισαι ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν κατάνυξιν, καὶ τοῖς λογισμοῖς ἡμῶν μέριμναν, τῆς ἐν τῇ φοβερᾷ καὶ δικαίᾳ σου κρίσει ἐξετάσεως καθήλωσον ἐκ τοῦ φόβου σου τὰς σάρκας ἡμῶν, καὶ νέκρωσον τὰ μέλη ἡμῶν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· ἵνα καὶ ἐν τῇ καθ' ὕπνον ἡσυχίᾳ, ἐμφαιδρυνώμεθα τῇ θεωρίᾳ τῶν κριμάτων σου. ἀπόστησον δὲ ἀφ' ἡμῶν πᾶσαν φαντασίαν ἀπρεπῆ, καὶ ἐπιθυμίαν βλαβεράν. διανάστησον δὲ ἡμᾶς ἐν τῷ καιρῷ τῆς προσευχῆς ἐστηριγμένους ἐν τῇ πίστει, καὶ προκόπτοντας ἐν τοῖς παραγγέλμασί σου.

Ὁ Διάκονος.

Ἀντιλαβοῦ, σῶσον, ἐλέησον, ἀνάστησον, καὶ διαφύλαξον.

Τῆς παναγίας ἀχράντου.

Ἐκφώνως ὁ ἱερεύς.

Εὐδοκίᾳ καὶ χάριτι τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ, σὺν τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εἶτα τὸ, καταξίωσον.

Μετὰ δὲ τοῦτο λέγει ὁ διάκονος.

Ἔτι καὶ ἔτι κλίναντες τὰ γόνατα, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Καὶ ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχήν.

ΗΑέναος βρύουσα ζωτικὴ καὶ φωτιστικὴ πηγὴ, ἡ συναΐδιος τοῦ πατρὸς δημιουργικὴ δύναμις, ὁ πᾶσαν τὴν οἰκονομίαν διὰ τὴν τῶν βροτῶν σωτηρίαν ὑπὲρ κάλλος πληρώσας, Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ θανάτου δεσμοὺς ἀλύτους καὶ κλεῖθρα ᾅδου διαρρήξας, πονηρῶν δὲ πνευμάτων πλήθη καταπατήσας, ὁ προσαγαγὼν ἑαυτὸν ἄμωμον ὑπὲρ ἡμῶν ἱερεῖον, τὸ σῶμα δοὺς τὸ ἄχραντον εἰς θυσίαν, τὸ πάσης ἁμαρτίας ἀψαυστόν τε καὶ ἄβατον, καὶ διὰ τῆς φρικτῆς ταύτης καὶ ἀνεκδιηγήτου ἱερουργίας ζωὴν ἡμῖν αἰώνιον χαρισάμενος, ὁ εἰς ᾅδου καταβὰς, καὶ μοχλοὺς αἰωνίους συντρίψας, καὶ τοῖς ἐν σκότει καθημένοις ἄνοδον ἀναδείξας, τὸν δὲ ἀρχέκακον

καὶ βύθιον δράκοντα θεοσόφῳ δελεάματι ἀγκιστρεύσας, καὶ σειραῖς ζόφου δεσμεύσας ἐν ταρτάρῳ καὶ πυρὶ ἀσβέστῳ καὶ σκότῳ ἐξωτέρῳ διὰ τῆς ἀπειροδυνάμου σου κατασφαλισάμενος ἰσχύος, ἡ μεγαλώνυμος σοφία τοῦ πατρὸς, ὁ τοῖς ἐπηρεαζομένοις μέγας ἐπίκουρος φανεὶς, καὶ φωτίσας τοὺς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένους. σὺ δόξης ἀεννάου κύριε, καὶ πατρὸς ὑψίστου υἱὲ ἀγαπητέ, ἀΐδιον φῶς ἐξ ἀϊδίου φωτὸς, ἥλιε δικαιοσύνης, ἐπάκουσον ἡμῶν δεομένων σου, καὶ ἀνάπαυσον τὰς ψυχὰς τῶν δούλων σου, τῶν προκεκοιμημένων πατέρων καὶ ἀδελφῶν ἡμῶν, καὶ τῶν λοιπῶν συγγενῶν κατὰ σάρκα, καὶ πάντων τῶν οἰκείων τῆς πίστεως, περὶ ὧν καὶ τὴν μνήμην ποιούμεθα νῦν. ὅτι ἐν σοὶ πάντων τὸ κράτος καὶ ἐν τῇ χειρί σου κατέχεις τὰ πέρατα. δέσποτα παντοκράτορ θεὲ καὶ κύριε τοῦ ἐλέους, γένους θνητοῦ τε καὶ ἀθανάτου, καὶ πάσης φύσεως ἀνθρωπίνης δημιουργέ, συνισταμένης τε καὶ πάλιν λυομένης, ζωῆς τε καὶ τελευτῆς, τῆς ἐνταῦθα διαγωγῆς, καὶ τῆς ἐκεῖθεν μεταστάσεως, ὁ χρόνους μετρῶν τοῖς ζῶσι, καὶ καιροὺς θανάτου ἱστῶν, κατάγων εἰς ᾅδου καὶ ἀνάγων, δεσμεύων ἐν ἀσθενείᾳ, καὶ ἀπολύων ἐν δυναστείᾳ, ὁ τὰ παρόντα χρησίμως οἰκονομῶν καὶ τὰ μέλλοντα λυσιτελῶς διοικῶν, ὁ τοὺς θανάτου κέντρῳ πληγέντας ἀναστάσεως ἐλπίσιν ζωογονῶν. αὐτὸς οὖν δέσποτα τῶν ἁπάντων, ὁ θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς καὶ τῶν ἐν θαλάσσῃ μακρὰν, ὁ καὶ ἐν ταύτῃ τῇ ἐσχάτῃ μεγάλῃ καὶ σωτηρίῳ ἡμέρᾳ τῆς πεντηκοστῆς, τὸ μυστήριον τῆς ἁγίας, καὶ ὁμοουσίου, καὶ συναϊδίου, καὶ ἀδιαιρέτου, καὶ ἀσυγχύτου τριάδος ὑποδείξας ἡμῖν, καὶ τὴν ἐπιφοίτησιν καὶ παρουσίαν τοῦ ἁγίου καὶ ζωοποιοῦ πνεύματος ἐν εἴδει πυρίνων γλωσσῶν ἐπὶ τοὺς ἁγίους σου Ἀποστόλους ἐκχέας καὶ εὐαγγελιστὰς αὐτοὺς θέμενος τῆς εὐσεβοῦς ἡμῶν πίστεως, καὶ ὁμολογητὰς καὶ κήρυκας τῆς ἀληθοῦς ἀναδείξας θεολογίας. ὁ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ παντελείῳ ἑορτῇ καὶ σωτηριώδει ἱλασμοὺς μὲν ἱκεσίους ὑπὲρ τῶν κατεχομένων ἐν ᾅδου καταξιώσας δέχεσθαι, μεγάλας τε παρέχων ἡμῖν ἐλπίδας ἄνεσιν τοῖς κατεχομένοις τῶν κατεχόντων αὐτοὺς ἀνιαρῶν, καὶ παραψυχὴν παρά σου καταπέμπεσθαι, ἐπάκουσον ἡμῶν τῶν ταπεινῶν καὶ οἰκτρῶν δεομένων σου, καὶ ἀνάπαυσον τὰς ψυχὰς τῶν δούλων σου τῶν προκεκοιμημένων ἐν τόπῳ φωτεινῷ, ἐν τόπῳ χλοερῷ, ἐν τόπῳ ἀναψύξεως, ἔνθα ἀπέδρα πᾶσα ὀδύνη, λύπη καὶ στεναγμός· καὶ κατάταξον τὰ πνεύματα

inferum draconem esca diuinitus adinuenta expiscatus, caliginis nexibus vinctum in tartaro & igne inextincto, & tenebris exterioribus, infinita tua potestate conclusisti: celebranda Patris Sapientia, afflictorum opitulatrix, quæ in tenebris & in vmbra mortis sedentibus illuxisti: tu Domine perennis gloriæ, excelsi Patris dilecte Fili, lumen æternum de lumine æterno, iustitiæ sol; exaudi nos deprecantes: & seruorum tuorum pro nobis iam vita functorum Patrum & fratrum nostrorum & reliquorum carnis affinitate nobis iunctorum, & omnium fidei domesticorum, quorum etiam memoriam agimus, animabus requiem præbe: quia in te omnium virtus est, & manu tua fines terræ contines Omnipotens Dominator, Deus & Domine misericordiæ, mortalis & immortalis generis, & omnis humanæ naturæ, consistentis æque ac corruptæ, vitæ & interitus, habitationis huius pariter ac transmigrationis opifex, qui tempora viuis metiris & morti momenta præfigis, deducis ad inferos & reducis, alligas in infirmitate & in bona valetudine dissoluis, præsentia vtiliter dispensas & futura congrue moderaris, & tandem mortis stimulo confixos resurrectionis spe animas: Ipse omnium Domine, Deus & Saluator noster, spes omnium finium terræ, ex iis qui in mari longe sunt positi, qui in hac vltima & magna, & salutifera Pentecostes die; sanctæ, & consubstantialis, & coæternæ, & indiuiduæ, & inconfusæ Trinitatis nobis mysterium reuelasti; & aduentu præsentiaque sancti & viuifici Spiritus in ignearum linguarum forma super sanctos Apostolos tuos effusa, deuotæ fidei nostræ Euangelistas illos & confessores veræque & diuinæ sapientiæ præcones renunciasti, qui in hoc absoluto vndequaque & salutifero festo suffragia supplicationesque pro detentis in inferis suscipere dignatus es, magna nobis spe subiecta, detentis huiusmodi detinentium eos tormentorum relaxationem & solamen à te fore rependẽdum, exaudi nos abiectos & miseros te deprecantes, & animabus seruorum tuorum vita ante nos functorum, & in loco lucido, in loco virenti, in loco refrigerij, vnde dolor omnis gemitus & suspiria exulant, requiem præbe. In tabernaculis iustorum pacis & quietis spiritus

eorum colloca: quia non mortui laudabunt te Domine, neque qui sunt in inferno, confessionem tibi offerre libere confidẽt: sed nos qui viuimus, benedicimus tibi, rogamus, & pro animabus nostris propitiationis & satisfactionis preces & hostias tibi præsentamus.

Subiungit & aliam sequentem.

DEvs magne, & æterne, sancte & benigne, qui nos in hac hora coram inaccessa gloria tua ad mirabilia tua laudanda & celebranda coram te consistere fecisti, propitius esto nobis indignis seruis tuis, & vt corde contrito, & attente ter sanctam glorificationem & gratiarum actionem pro magnis donis tuis reddamus, concede. Memento Domine infirmitatis nostræ, & ne in iniquitatibus nostris disperdas nos: sed fac magnam misericordiam cum humilitate nostra, vt peccati tenebras diffugientes in die iustitiæ ambulemus, & armis lucis induti, ab omni maligni molestia securi degamus, & te solum verum & clementem Deum in omnibus cum fiducia celebremus Vere etenim & sincere magnum est hoc mysterium, Dominator & conditor omnium, temporanea videlicet creaturarum tuarum dissolutio, & subsequuta earum in terram collectio & requies. Perpetuas tibi propterea preces referimus pro ingressu nostro in mundum hunc, & pro exitu pariter, quo, veraci promisso, resurrectionis & defœcatæ vitæ, qua vtinam in secundo aduentu fruamur, spem nobis mercaris. Tu namque resurrectionis es author, & actorum in vita incorruptus clemensque iudex, & retributionis moderator & Dominus, qui similis nobis carnis & sanguinis factus consors, summo condescensu; & sponte irreprehensarum passionum nostrarum à te sumpto experimento, viscera quoque miserationum tibi conciliasti: vnde & ipse tentatus, in quo passus es, nobis aliquando tentandis, vltro spontaneus adiutor aduenisti, & nos ad statum passionis exortem euexisti. Suscipe itaque Domine preces & supplicationes nostras, & vniuscuiusque nostrum patribus & matribus, fratribus, sororibus, & liberis, & cuilibet alii generis eiusdem & affinitatis participi, omnibusque animabus in spe resurrectionis

αὐτῶν ἐν σκηναῖς δικαίων, καὶ εἰρήνης, καὶ ἀνέσεως. ὅτι οὐχ οἱ νεκροὶ αἰνέσουσί σε κύριε, οὐδὲ οἱ ἐν ᾅδῃ ἐξομολόγησιν παῤῥησιάζονται προσφέρειν σοι· ἀλλ' ἡμεῖς οἱ ζῶντες εὐλογοῦμέν σε, καὶ ἱκετεύομεν, καὶ τὰς ἱλαστηρίους εὐχὰς καὶ θυσίας προσάγομέν σοι ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

Ἐπισυνάπτει καὶ ταύτην.

ὉΘεὸς ὁ μέγας καὶ αἰώνιος, ὁ ἅγιος καὶ φιλάνθρωπος, ὁ καταξιώσας ἡμᾶς καὶ ἐν ταύτῃ τῇ ὥρᾳ στῆναι ἐνώπιον τῆς ἀπροσίτου σου δόξης εἰς ὕμνον καὶ αἶνον τῶν θαυμασίων σου, ἱλάσθητι ἡμῖν τοῖς ἀναξίοις δούλοις σου, καὶ παράσχου χάριν τοῦ μετὰ συντετριμμένης καρδίας ἀμετεωρίστως προσενεγκεῖν σοι τὴν τρισάγιον δοξολογίαν καὶ τὴν εὐχαριστίαν τῶν μεγάλων σου δωρεῶν, ὧν ἐποίησας καὶ ποιεῖς πάντοτε εἰς ἡμᾶς. μνήσθητι κύριε τῆς ἀσθενείας ἡμῶν, καὶ μὴ συναπολέσῃς ἡμᾶς ταῖς ἀνομίαις ἡμῶν· ἀλλὰ ποίησον μέγα ἔλεος μετὰ τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν, ἵνα τὸ τῆς ἁμαρτίας σκότος διαφυγόντες, ἐν ἡμέρᾳ δικαιοσύνης περιπατήσωμεν· καὶ ἐνδυσάμενοι τὰ ὅπλα τοῦ φωτὸς, ἀνεπιβουλεύτως διατελέσωμεν ἀπὸ πάσης ἐπηρείας τοῦ πονηροῦ, καὶ μετὰ παῤῥησίας δοξάσωμεν ἐπὶ πᾶσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν καὶ φιλάνθρωπον θεόν. σὸν γὰρ ὡς ἀληθῶς, καὶ μέγα ὄντως μυστήριον, δέσποτα τῶν ἁπάντων καὶ ποιητὰ, ἥ τε πρόσκαιρος λύσις τῶν σῶν κτισμάτων, καὶ ἡ μετὰ ταῦτα συναφεία καὶ ἀνάπαυσις. καὶ εἰς αἰῶνας σοι χάριν ἐπὶ πᾶσιν ὁμολογοῦμεν ἐπὶ ταῖς εἰσόδοις ἡμῶν ταῖς εἰς τὸν κόσμον τοῦτον, καὶ ταῖς ἐξόδοις, αἳ τὰς ἐλπίδας ἡμῶν τῆς ἀναστάσεως καὶ τῆς ἀκηράτου ζωῆς διὰ τῆς σῆς ἀψευδοῦς ἐπαγγελίας προμνηστεύονται, ἧς ἀπολαύσαιμεν ἐν τῇ δευτέρᾳ μελλούσῃ παρουσίᾳ σου. σὺ γὰρ εἶ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἡμῶν ἀρχηγὸς, καὶ τῶν βεβιωμένων ἀδέκαστος καὶ φιλάνθρωπος κριτὴς, καὶ τῆς μισθαποδοσίας δεσπότης καὶ κύριος, ὁ καὶ κοινωνήσας ἡμῖν παραπλησίως σαρκὸς καὶ αἵματος διὰ συγκατάβασιν ἄκραν, καὶ τῶν ἡμετέρων ἀδιαβλήτων παθῶν ἐν τῷ ἑκουσίως εἰς πεῖραν καταστῆναι προσλαβόμενος σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, καὶ ἐν ᾧ πέπονθας πειρασθεὶς αὐτὸς τοῖς πειραζομένοις ἡμῖν γενόμενος αὐτεπάγγελτος βοηθός· διὸ καὶ συνήγαγες ἡμᾶς εἰς τὴν ἀπάθειαν. δέξαι οὖν δέσποτα δεήσεις καὶ ἱκεσίας ἡμετέρας, καὶ ἀνάπαυσον πάντας τοὺς πατέρας ἑκάστου καὶ μητέρας, καὶ ἀδελφοὺς, καὶ ἀδελφὰς, καὶ τέκνα. καὶ εἴ τι ἄλλον ὁμογενὲς, καὶ ὁμόφυλον, καὶ πάσας τὰς προαναπαυσαμένας ψυχὰς

ψυχὰς ἐπ' ἐλπίδι ἀναστάσεως αἰωνίου· καὶ κατάταξον τὰ πνεύματα αὐτῶν καὶ τὰ σώματα ἐν βίβλῳ ζωῆς, ἐν κόλποις Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαάκ, καὶ Ἰακώβ, ἐν χώρᾳ ζώντων εἰς βασιλείαν οὐρανῶν, ἐν παραδείσῳ τρυφῆς διὰ τῶν φωτεινῶν ἀγγέλων σου εἰσάγων ἅπαντας εἰς τὰς ἁγίας σου μονάς· συνέγειρον καὶ τὰ σώματα ἡμῶν ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ὥρισας κατὰ τὰς ἁγίας σου καὶ ἀψευδεῖς ἐπαγγελίας. Οὐκ ἔστιν οὖν κύριε τοῖς δούλοις σου θάνατος ἐκδημούντων ἡμῶν ἀπὸ τοῦ σώματος, καὶ πρὸς σὲ τὸν θεὸν ἐνδημούντων, ἀλλὰ μετάστασις λυπηροτέρων ἐπὶ τὰ χρηστότερα καὶ θυμηδέστερα καὶ ἀνάπαυσις καὶ χαρά. Εἰ δὲ καί τι ἡμάρτομεν εἰς σέ, ἵλεως γενοῦ ἡμῖν τε καὶ αὐτοῖς· διότι οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου ἐνώπιόν σου, οὐδ' ἂν μία ἡμέρα ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐστιν, εἰ μὴ μόνος σύ, ὁ ἐπὶ γῆς φανεὶς ἀναμάρτητος, ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, δι' οὗ πάντες ἐλπίζομεν ἐλέους τυχεῖν, καὶ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν· διὰ τοῦτο ἡμῖν τε καὶ αὐτοῖς, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος θεός, ἄνες, ἄφες, συγχώρησον τὰ παραπτώματα ἡμῶν, τὰ ἑκούσια, καὶ τὰ ἀκούσια, τὰ ἐν γνώσει καὶ ἀγνοίᾳ, τὰ πρόδηλα, τὰ λανθάνοντα, τὰ ἐν πράξει, τὰ ἐν διανοίᾳ, τὰ ἐν λόγῳ, τὰ ἐν πάσαις ἡμῶν ταῖς ἀναστροφαῖς καὶ τοῖς κινήμασι. καὶ τοῖς μὲν προλαβοῦσιν ἐλευθερίαν καὶ ἄνεσιν δώρησαι· ἡμᾶς δὲ τοὺς περιόντας εὐλόγησον, τέλος ἀγαθὸν καὶ εἰρηνικὸν παρεχόμενος ἡμῖν τε, καὶ παντὶ τῷ λαῷ σου, καὶ ἐλέους σπλάγχνα καὶ φιλανθρωπίας διανοίγων ἡμῖν ἐν τῇ φρικτῇ καὶ φοβερᾷ σου παρουσίᾳ, καὶ τῆς βασιλείας σου ἀξίους ἡμᾶς ποίησον.

Ἐπισυνάπτει καὶ ταύτην τὴν εὐχήν.

Ὁ Θεὸς ὁ μέγας καὶ ὕψιστος, ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, ὁ πᾶσαν τὴν κτίσιν ἐν σοφίᾳ δημιουργήσας, ὁ διαχωρήσας ἀναμέσον τοῦ φωτὸς καὶ ἀναμέσον τοῦ σκότους· καὶ τὸν ἥλιον θέμενος εἰς ἐξουσίαν τῆς ἡμέρας, σελήνην δὲ καὶ ἀστέρας εἰς ἐξουσίαν τῆς νυκτός, ὁ καταξιώσας ἡμᾶς τοὺς ἁμαρτωλούς, καὶ ἐπὶ τῆς παρούσης ἡμέρας προφθάσαι τὸ πρόσωπόν σου ἐν ἐξομολογήσει, καὶ τὴν ἑσπερινήν σοι λατρείαν προσαγαγεῖν· αὐτὸς φιλάνθρωπε κύριε, κατεύθυνον τὴν προσευχὴν ἡμῶν ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου, καὶ πρόσδεξαι αὐτὴν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας. παράσχου δὲ ἡμῖν τὴν παροῦσαν ἑσπέραν, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα, εἰρηνικήν. ἔνδυσον ἡμᾶς ὅπλα φωτός,

æternæ corpore exutis, requiem præbe: omnium ſpiritus & corpora in libro vitæ, in ſinu Abrahæ, Iſaac, & Iacob, in viuorum regione, in cœlorum regno, in voluptatis paradiſo, per Angelos lucidos in ſanctas tuas manſiones eos inducens, colloca. Conſuſcita quoque corpora noſtra, in die quam iuxta ſancta & veracia pollicita tua prædefiniuiſti. Non etenim nobis ſeruis tuis corpore excedentibus, & ad te profectis mors vlla eſt, ſed à triſtibus ad meliora & hilariora emigratio, requies, & gaudium. Et ſi in aliquo deliquimus, propitius eſto nobis & ipſis: quia nullus à ſorde mundus coram te eſt, etiam ſi vnius diei eius vita fuerit, niſi tu ſolus abſque peccato Dominus noſter Ieſus Chriſtus, per quem omnes remiſſionem peccatorum & miſericordiam conſequi ſperamus: nobis propterea ipſiſque vt bonus & hominum amator Deus, parce, relaxa, condona delicta cuncta ſpontanea & inuoluntaria, quæ ſcienter & ignoranter, quæ manifeſte & in occulto, in opere & cogitatione, in verbo & in omnibus conuerſationibus & animi motibus commiſimus: & morte nos præcedentibus libertatem & relaxationem dona, nobis autem ſuperſtitibus benedic, bono & pacifico vitæ termino nobis, & omni tuæ plebi conceſſo, & miſericordiæ humanitatiſque viſceribus in tremendo timendoque tuo aduentu reſeratis, in quo regni tui nos dignos eſſe præſta.

Subiungit & hanc Orationem.

DEvs magnus & excelſus ſolus habens immortalitatem, qui lucem habitas inacceſſam, quique creatura cuncta à te in ſapientia condita, lucem inter & tenebras diuiſionis terminos poſuiſti, ſole in poteſtatem diei conſtituto; luna vero & ſtellis in poteſtatem noctis: qui nos peccatores hac hora in confeſſione faciem tuam præuenire, & veſpertinas tibi referre laudes voluiſti: ipſe benigne dirige orationem noſtram ſicut incenſum in conſpectu tuo; & in odorem ſuauitatis ea ſuſcepta, noctem inſequentem pacificam tribue. Lucis arma indue nos, & à ti-

more nocturno & omni negotio in tenebris perambulante, ereptis, somnum in infirmitatis nostræ reparationem concessum omni diabolica repræsentatione liberum præbe. Ita Dominator omnium, bonorum author: vt in cubilibus nostris compuncti, sanctum nomen tuum de nocte celebremus: & mandatorum tuorum lumine illustrati, in animæ hilaritate ad laudes bonitatis tuæ celebrandas, preces & supplicationes tuæ clementiæ pro peccatis propriis & populi totius oblaturi, exurgamus: à quibus nos sanctæ Deiparæ interuentu exime.

Diaconus. Suscipe, salua, miserere. Sanctissimæ illibatæ. Tu enim es animarum & corporum nostrorum requies: & tibi gloriam referimus, Patri, & Filio, &c. *Diaconus.* Compleamus vespertinam orationem. Suscipe, salua, miserere. Vesperam omnem. Angelum pacis fidelem. Veniam, remissionem. Bona & conducentia. Residuum tempus. Christianos fines. Sanctissimæ illibatæ. Quia bonus & hominum amator existis. *Sacerdos.* Pax omnibus. *Diaconus.* Capita vestra Domino inclinate.

Et Sacerdos Orationem hanc secretò recitat.

DOmine Deus noster, qui cœlis in terram inflexis, ad salutem generis humani descendisti, respice seruos tuos & hereditatem tuam, tibi enim tremendo pariter ac clementi Iudici, capita ceruicesque suas, non expectata ab hominibus ope, sed tuam misericordiam & salutem præstolati serui tui submiserunt: conserua illos omni tempore, præsenti vespere, & insequenti nocte, ab omni hoste, ab omni aduersarij machinamento, à cogitationibus vanis, & à prauis concupiscentiis.

Deinde exclamando.

Sit potestas regni tui benedicta & laudata, Patris, & Filij, & sancti Spiritus: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ φόβου νυκτερινοῦ, καὶ ἀπὸ παντὸς πράγματος ἐν σκότει διαπορευομένου· καὶ δώρησαι ἡμῖν τὸν ὕπνον ὃν εἰς ἀνάπαυσιν τῇ ἀσθενείᾳ ἡμῶν ἐδωρήσω πάσης διαβολικῆς φαντασίας ἀπηλλαγμένον. ναὶ δέσποτα τῶν ἁπάντων, τῶν ἀγαθῶν χορηγέ, ἵνα καὶ ἐν ταῖς κοίταις ἡμῶν κατανυγόμενοι, μνημονεύωμεν καὶ ἐν νυκτὶ τοῦ παναγίου ὀνόματός σου, καὶ τῇ μελέτῃ τῶν σῶν ἐντολῶν καταυγαζόμενοι, ἐν ἀγαλλιάσει ψυχῆς διανιστώμεθα πρὸς δοξολογίαν τῆς σῆς ἀγαθότητος, δεήσεις καὶ ἱκεσίας τῇ σῇ εὐσπλαγχνίᾳ προσάγοντες, ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν, καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ σου. ὃν ταῖς πρεσβείαις τῆς ἁγίας θεοτόκου ἐν ἐλέει ἐπίσκεψαι.

Ὁ διάκον. Ἀντιλαβοῦ, σῶσον, ἐλέησον. Τῆς παναγίας ἀχράντου. Σὺ γὰρ εἶ ἡ ἀνάπαυσις τῶν ψυχῶν καὶ σωμάτων ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ. Ὁ διάκον. Πληρώσωμεν τὴν ἑσπερινήν. Ἀντιλαβοῦ, σῶσον, ἐλέησον. Τὴν ἑσπέραν πᾶσαν. Ἄγγελον εἰρήνης πιστόν. Συγγνώμην καὶ ἄφεσιν. Τὰ καλὰ καὶ συμφέροντα. Τὸν ὑπόλοιπον χρόνον. Χριστιανὰ τὰ τέλη τῆς. Τῆς παναγίας ἀχράντου. Ὅτι ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος. Ὁ ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσι. Ὁ διάκονος. Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ κυρίῳ κλίνατε.

Καὶ ὁ ἱερεὺς εὔχεται τὴν εὐχὴν ταύτην μυστικῶς.

ΚΥριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ κλίνας οὐρανοὺς καὶ καταβὰς ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, ἔπιδε ἐπὶ τοὺς δούλους σου καὶ ἐπὶ τὴν κληρονομίαν σου. σοὶ γὰρ τῷ φοβερῷ καὶ φιλανθρώπῳ κριτῇ, οἱ σοὶ δοῦλοι τὰς ἑαυτῶν ἔκλιναν κεφαλὰς, καὶ τοὺς ἑαυτῶν ὑπέταξαν αὐχένας, οὐ τὴν ἐξ ἀνθρώπων ἀναμένοντες βοήθειαν, ἀλλὰ τὸ σὸν περιμένοντες ἔλεος, καὶ τὴν σὴν ἀπεκδεχόμενοι σωτηρίαν. οὓς διαφύλαξον ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ κατὰ τὴν παροῦσαν ἑσπέραν, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα ἀπὸ παντὸς ἐχθροῦ, ἀπὸ πάσης ἀντικειμένης ἐνεργείας, διαλογισμῶν ματαίων, καὶ ἐνθυμήσεων πονηρῶν.

Εἶτα ἐκφωνεῖ.

Εἴη τὸ κράτος τῆς βασιλείας σου εὐλογημένον, καὶ δεδοξασμένον, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εἶτα ψάλλομεν τὰ ἰδιόμελα τοῦ στίχου.
ἦχος, γ'.

Νῦν εἰς σημεῖον τοῖς πᾶσιν ἐμφανῶς αἱ γλῶσσαι γεγόνασιν. Ἰουδαῖοι γάρ, ἐξ ὧν κατὰ σάρκα Χριστός, ἀπιστίᾳ νοσήσαντες θείας ἐξέπεσον χάριτος, καὶ τοῦ θείου φωτός· οἱ δὲ ἐξ ἐθνῶν ἠξιώθημεν στηριχθέντες τοῖς λόγοις τῶν μαθητῶν φθεγγομένων τὴν δόξαν τοῦ εὐεργέτου τῶν ὅλων Θεοῦ, μεθ' ὧν τὰς καρδίας σὺν τοῖς γόνασι κλίναντες, ἐν πίστει προσκυνήσωμεν, τῷ ἁγίῳ πνεύματι στηριχθέντες, σωτῆρι τῶν ψυχῶν ἡμῶν. Στίχος.

Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ Θεός.

Νῦν τὸ παράκλητον πνεῦμα ἐπὶ πᾶσαν σάρκα ἐκκέχυται. ἀποστόλων γὰρ χορείας ἀρξάμενον, ἐξ αὐτῶν κατὰ μέθεξιν τοῖς πιστοῖς τὴν χάριν ἐφήπλωσε, καὶ πιστοῦται αὐτοῦ τὴν κραταιὰν ἐπιφοίτησιν, ἐν πυρίνῳ τῷ εἴδει τοῖς μαθηταῖς διανέμον τὰς γλώσσας εἰς ὑμνῳδίαν καὶ δόξαν Θεοῦ. διὸ τὰς καρδίας νοερῶς ἐλλαμπόμενοι ἐν πίστει στηριχθέντες τῷ ἁγίῳ πνεύματι, δυσωποῦμεν σωθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Στίχος. Μὴ ἀπορρίψῃς με ἀπὸ τοῦ προσώπου σου.

Νῦν περιβάλλονται κράτος, οἱ Χριστοῦ ἀφ' ὕψους ἀπόστολοι. ἐγκαινίζει γὰρ αὐτοὺς ὁ παράκλητος ἐν αὐτοῖς καινιζόμενος μυστικῇ καινότητι γνώσεως, ἣν ταῖς ξέναις φωναῖς καὶ ὑψηγόροις κηρύττοντες, τὴν ἀΐδιον φύσιν τε καὶ ἁπλῆν τρισυπόστατον σέβειν τοῦ εὐεργέτου τῶν ὅλων Θεοῦ διαφωτισθέντες τοῖς ἐκείνων διδάγμασι, πατέρα προσκυνήσωμεν, σὺν υἱῷ καὶ πνεύματι, δυσωποῦντες σωθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Δόξα. Καὶ νῦν. ἦχος πλ. δ'.

Δεῦτε λαοί, τὴν τρισυπόστατον θεότητα προσκυνήσωμεν, υἱὸν ἐν τῷ πατρί, σὺν ἁγίῳ πνεύματι, πατὴρ γὰρ ἀχρόνως ἐγέννησεν υἱόν, συναΐδιον καὶ σύνθρονον, καὶ πνεῦμα ἅγιον ἦν ἐν τῷ πατρί, σὺν υἱῷ δοξαζόμενον· μία δύναμις, μία οὐσία, μία θεότης· ἣν προσκυνοῦντες πάντες λέγομεν, ἅγιος ὁ Θεός, ὁ τὰ πάντα δημιουργήσας δι' υἱοῦ, συνεργείᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ἅγιος ἰσχυρός, δι' οὗ τὸν πατέρα ἐγνώκαμεν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπεδήμησεν ἐν κόσμῳ· ἅγιος ἀθάνατος, τὸ παράκλητον πνεῦμα, τὸ ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ ἐν υἱῷ ἀναπαυόμενον, τριὰς ἁγία δόξα σοι.

Εἶτα, τό, Νῦν ἀπολύεις. Τρισάγιον. Παναγία τριάς. Πάτερ ἡμῶν. Ὅτι σοῦ ἐστιν. Τὸ ἀπολυτίκιον τῆς ἑορτῆς. Εἶτα ὁ ἱερεὺς ποιεῖ ἀπόλυσιν οὕτως.

Deinde post Versiculos Dauidicos, Versus proprij cantus psallimus. Tonus tertius.

In publicum signum linguæ manifestæ factæ sunt; Iudæi enim ex quibus secundum carnem Christus, infidelitatis vitio præoccupati gratia diuina exciderũt: diuinoq; lumine nos ex gentibus digni habiti, verbis Discipulorum benefactoris omnium Dei laudem celebrantium sumus confirmati: corde genibusque in terram flexis Spiritui sancto animarum nostrarum Saluatori cum eis procidamus. *Versiculus.*

Cor mundum crea in me Deus.

Paracletus spiritus super omnem carnem nunc effusus est. Ab Apostolis namque deducto initio gratiam in fideles expandit, efficacemque suum aduentum in laudẽ & gloriam Dei linguis distributis in ignea specie, confirmat: Illustratis itaque intellectualiter cordibus, fide confirmati deprecamur Spiritum, vt animæ nostræ saluentur.

Versiculus. Ne proijcias me à facie tua.

Virtute ex alto Christi nunc Apostoli induuntur. Renouat enim illos Spiritus in eis renouatus mystica cognitionis nouitate: & altisonis peregrinisque vocibus benefactoris omnium Dei æternam, & in tribus personis simplicem naturam colendam prædicant. Illorum itaque præconiis illustrati Patrem, cum Filio, & sancto Spiritu salutem animarum nostrarum deprecati, veneremur.

Gloria. Et nunc.

Tonus obliquus quarti.

Adeste populi, & in tribus personis Deitatem, Filium videlicet in Patre, cum sancto Spiritu adoremus. Pater enim ante tempus omne, coæternum & eiusdem secum gloriæ Filium genuit, & iam erat in Patre Spiritus sanctus cũ Filio omni cultu dignus. Vna eorũ est virtus, vna substantia, vna diuinitas. Hanc adorantes dicamus cuncti: sanctus Deus, qui per Filium cooperante sancto Spiritu cuncta condidisti; sanctus fortis, per quem Patrem cognouimus, & Spiritus sanctus in mundum aduenit; sanctus immortalis, Spiritus Paracletus à Patre procedens, & in Filio manens: Sancta Trinitas, gloria tibi. *Posthæc dicitur.* Nunc dimittis. Ter sanctus. Sanctissima Trinitas. Pater noster. Quia tuum est. *Dimissorium festi. Tãdem hoc pacto, Sacerdos dimissionẽ facit.*

Qui è paterno ſinu ſeipſum exinaniuit, & omnem naturam noſtram à ſe aſſumptam deificauit, & cum ea in cœlum conſcendens & in Dei & Patris dextra reſidens diuinum, ſanctum, conſubſtantialem, eiuſdem virtutis, eiuſdem gloriæ conſortem, & coæternum Spiritum ſuper ſanctos ſuos Diſcipulos & Apoſtolos miſit, illiſque per eum illuminatis, & per illos vniuerſus orbis illuminatus eſt, Chriſtus verus Deus noſter, precibus illibatæ, immaculatæ, & ſanctæ ſuæ matris, ſanctorum glorioſorum & percelebrium Dei præconum & Spiritu repletorum Apoſtolorum; & omnium ſanctorum miſereatur & ſaluet nos, vt bonus & clemens Deus.

Ο ἐκ τῶν πατρικῶν κόλπων κενώσας ἑαυτὸν, καὶ τὴν ἡμετέραν ὅλην ἀνθρωπίνην προσλαβόμενος φύσιν, καὶ θεώσας αὐτὴν, μετὰ δὲ ταύτης εἰς οὐρανοὺς αὖθις ἀνελθὼν, καὶ ἐν δεξιᾷ καθίσας τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, τὸ θεῖον καὶ ἅγιον, καὶ ὁμοούσιον, καὶ ὁμοδύναμον, καὶ ὁμόδοξον, καὶ συναΐδιον πνεῦμα καταπέμψας ἐπὶ τοὺς ἁγίους αὐτοῦ μαθητὰς καὶ ἀποστόλους, καὶ διὰ τούτου φωτίσας μὲν αὐτοὺς, δι' αὐτῶν δὲ, πᾶσαν τὴν οἰκουμένην· Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς θεὸς ἡμῶν, ταῖς πρεσβείαις τῆς παναχράντου καὶ παναμώμου ἁγίας αὐτοῦ μητρὸς, τῶν ἁγίων ἐνδόξων πανευφήμων, θεοκηρύκων, καὶ πνευματοφόρων ἀποστόλων, καὶ πάντων τῶν ἁγίων, ἐλεήσαι καὶ σῶσαι ἡμᾶς, c ὡς ἀγαθὸς θεὸς καὶ φιλάνθρωπος.

VARIÆ LECTIONES.

a Ακολουθία τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς.] Cryptoferrateniſe & Barberinum, legunt in titulo, εὐχαὶ τῆς γονυκλισίας τῆς ἁγίας: diſcrimen ex eo oritur quod edita totum fere Officium exhibeant: MSS. vero ſolas Orationes. Barberinum quidem hoc ordine.

Εὐχὴ τῆς γονυκλισίας τῆς ἁγίας ν΄ α΄.
Ἄχραντε, ἀμίαντε, ἄναρχε, καὶ τὰ ἑξῆς.
Εὐχὴ γονυκλισίας β΄.
Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ τὴν σὴν εἰρήνην. καὶ τὰ ἑξῆς.
Εὐχὴ γονυκλισίας γ΄.
Εὐλογητὸς εἶ κύριε δέσποτα παντοκράτορ. καὶ τὰ ἑξῆς.

Cryptoferratenſis autem ordo huiuſmodi eſt.

Μετὰ τὸ προκείμενον, καὶ τὸ κύριε ἐλέησον. λέγει ὁ ἱερεύς.
Ἄχραντε, ἀμίαντε καὶ τὰ ἑξῆς.
Εὐλογητὸς εἶ δέσποτα καὶ τὰ ἑξῆς.
Ἀντιλαβοῦ σῶσον. καὶ τὰ ἑξῆς.
Εὐχὴ ἀντιφώνου β΄ τοῦ, ἠγάπησα.
Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ τὴν σὴν εἰρήνην.
Κύριε, κύριε ὁ ῥυσάμενος.
Εὐχὴ ἀντιφώνου γ΄. τοῦ ἐπίστευσα.
Η γενναίως βρύουσα. καὶ τὰ ἑξῆς.

Ὁ θεὸς ὁ μέγας καὶ αἰώνιος. Non tamen integre ſcribitur: ſed ad vſque verba illa. Σὺ ὡς ἀληθῶς καὶ μέγας propterea ſequitur ibidem.

Εὐχὴ δὲ τοῦ τρισαγίου.
Σὺ ὡς ἀληθῶς καὶ μέγα Vt ſupra vbi deſierat præcedens oratio
Καὶ ἐπισυνάπτει.
Ὁ θεὸς ὁ μέγας καὶ ὕψιστος. Vt ſupra.
Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ κλίνας vt ſupra. Atque ita patet cum hoc M. S. in numero & ordine Orationum edita conuenire.

b Ιστάμενοι στίχοις] Deſunt hæc in quibuſdam editis & eorum vice legitur. εἶτα ὁ διάκονος, εἰ ἔστι. εἰ δὲ μὴ ὁ ἱερεὺς ποιεῖ συναπτήν. Ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν. Ὑπὲρ τὴν εἰρήνης τοῦ σύμπαντος. Ὑπὲρ τοῦ περιεστῶτος λαοῦ, καὶ ἀπεκδεχομένου χάριν τοῦ ἁγίου πνεύματος· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Ὑπὲρ τῶν κλινόντων τὰς καρδίας αὐτῶν ἐνώπιον κυρίου, καὶ τὰ γόνατα· τοῦ κυρίου δεηθ. Ὑπὲρ τοῦ καταπεμφθῆναι πλούσια τὰ ἐλέη αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς. τοῦ κυρίου δεηθ. Ὑπὲρ τοῦ ἐνισχυθῆναι ἡμᾶς πρὸς πλήρωσιν εὐχαριστίας. τοῦ κυρίου δεηθ. Ὑπὲρ τοῦ δεχθῆναι τὴν γονυκλισίαν ἡμῶν ὡς θυμίαμα ἐνώπιον αὐτοῦ· τοῦ κυρίου δεηθ. Ὑπὲρ τῶν χρῃζόντων τὰς παρ' αὐτοῦ βοηθείας· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι Ἀντιλαβοῦ, Τῆς παναγίας.

c Ὡς ἀγαθὸς θεὸς καὶ φιλάνθρωπος.] Alia edita ad calcem huius officij annectunt καὶ λαβὼν ὁ ἱερεὺς συγχώρησιν ἀπερχόμεθα πάντες: quia compunctionis non hilaritatis ſpiritualis eſt hoc officium.

IN OFFICIVM SANCTÆ PENTECOSTES, NOTÆ.

* Ακολουθία.] Mirum equidem quod deſuetis apud Græcos geniculationibus, & Dominica die Canonum authoritate prohibitis; celeberrimo tamen & feſtiuiſſimo Pentecoſtes conuentu, pœnitentiæ, precibus, & genuflexionibus laborioſis inſudent ipſi, in Veſpertinis maxime laudibus ſimul cum miſſa circa meridiem hodie celebratis, quæ vt feſti ſolemnitatem, ita lætitiam ſpiritus propagare & perficere deberent. Huius præter morem & exemplum conſuetudinis rationem fuſe explicat Matthæus Blaſtares in Nomocanone στοιχείῳ Ε. περὶ ἐθῶν τῆς ἐκκλησίας ἀγράφων.

De consuetudinibus Ecclesiæ non scriptis. Πᾶσα ἡ πεντηκοστὴ, inquit, τῆς ἐν τῷ αἰῶνι προσδοκωμένης ἀναστάσεως ἐστὶν ὑπόμνημα. ἡ γὰρ μία ἐκείνη καὶ πρώτη ἡμέρα ἑπτάκις ἑπταπλασιασθεῖσα, τὰς ἑπτὰ ἱερὰς τῆς πεντηκοστῆς ἑβδομάδας ἀποτελεῖ. διὰ δὴ τοῦτο καὶ ὁ μέγας Βασίλειος οὑτωσὶ τὰς ἱλαστηρίους εὐχὰς ἐπὶ τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπιδημίᾳ ἄριστα πάντων θεολογήσας τε καὶ συνθέμενος, καὶ δουλικῷ τῷ σχήματι κλίνειν γόνυ παρεγγυήσας τῷ λαῷ, τούτων ἐπ' ἐκκλησίας ἐκφωνουμένων τὴν αὐθεντείαν τῆς φυσικῆς θεότητος προσμαρτυρῶν κἀντεῦθεν τῷ πνεύματι, οὐκ ᾤετο δεῖν ταύτας ὑπαναγινώσκεσθαι τῇ τρίτῃ ὥρᾳ τῆς κυριωνύμου καὶ πεντηκοστῆς· ἀπὸ τοῦ πάσχα ἡμέρας, καθ' ἣν ὥραν τε καὶ ἡμέραν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα τοῖς ἀποστόλοις ἐπιδεδήμηκεν. οὐ γὰρ ἦν εὔλογον λόγον, τὸν ὑποφήτην τῶν ὁσίων τοῦ πνεύματος, καὶ τῆς ἐκκλησίας τὸν νομοθέτην τῆς κυριακῆς ὁμοῦ καὶ πεντηκοστῆς τὰ ῥηθέντα καταλύειν πρεσβεῖα μεγάλων μυστηρίων ἐξηρτημένα. ταύτῃ τοι, καὶ τῇ ἑσπέρᾳ ταύτης τῆς ἡμέρας τούτων ἐταμιεύσατο τὴν ἀνάγνωσιν· καθ' ἣν ἡ κυρία τῶν ἡμερῶν, καὶ ἡ πεντηκοστὴ τέλος ἤδη λαμβάνει· αἱ δὲ τῆς δευτέρας ἡμέρας ἀρχαὶ καταβάλλονται ἀπὸ ἑβδόμης ὥρας, καὶ τὰς ἀρχὰς τῆς ὑστεραίας ἑκάστης εἰώθασι δήπου λογίζεσθαι. τοῦτο γὰρ οὐχ ὅπως τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀλλ' ἤδη καὶ τοῖς πολιτικοῖς δοκεῖ νόμοις, καὶ τῇ ἀστρολογίᾳ σχολῇ· κἂν τι εἰ δὲ καὶ πλάνον τοῖς πολλοῖς ἔοικεν, ἡ τῶν εὐχῶν ἐπὶ τῆς ἑσπέρας ἀνάγνωσις, καὶ τῇ δευτέρᾳ τῆς ἁγίου πνεύματος ἐπιφοίτησιν ἐπιγράφεσθαι· ἡ δὲ ἐστὶν ἰσθέριστος, ὥς γε καὶ αἱ καθεξῆς ἡμέραι τῆς ἑβδομάδος αὐτῆς, καθ' ἣν τε ἡμέραν ὁ παλαιὸς ἐδίδοτο νόμος· πεντηκοστὴ δὲ ἦν αὕτη, κατ' ἐκείνην καὶ ἡ τοῦ παρακλήτου γέγονεν ἐπιφοίτησις· καὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἐντεῦθεν τῆς παλαιᾶς καὶ τῆς νέας νομοθέτην γνωρίζεσθαι. καὶ αὖθις φησι, καὶ καθ' ἑκάστην γονυκλισίαν καὶ διανάστασιν ἔργῳ δεικνύμενοι ὅτι διὰ τῆς ἁμαρτίας εἰς γῆν κατερρύημεν, καὶ διὰ τῆς φιλανθρωπίας τοῦ κτίσαντος ἡμᾶς εἰς οὐρανὸν ἀνεκλήθημεν. *Pentecoste cuncta, ceu quinquagenario numero conclusa, expectatæ in sæculo resurrectionis est argumentum. Vna enim illa & prima dies septies multiplicata, septem sacræ Pentecostes hebdomadas complet & perficit. Et propter hoc quidem magnus Basilius optime omnium Theologica meditatus reconciliationis preces in Spiritus sancti aduentu composuit, & seruili habitu illis pronunciatis genuflectere populum docuit, excellentiam & dominatum omnium connaturalis Deitatis Spiritui sancto exinde competere contestatus. Nusquam vero arbitratus est tertia hora Dominicæ & Pentecostes; qua hora, & die, in Apostolos Spiritus aduenit, illas legi: non enim decebat solemnitatis Spiritus interpretem & Ecclesiæ legislatorem Dominicæ simul & Pentecostes præfatam prærogatiuam mysteriis usque magnis refertam soluere aut obscurare. Sub vesperam itaque diei eiusdem precum illarum lectionem fieri sanxit, qua dierum domina finem iam accipit, & secundæ diei principia iam habentur: à septima namque hora* (id est post meridiem prima) *sequentis diei computare initia sumus soliti. Hocque non minus quam Ecclesia, politicis legibus ratum est; & sancitum, sed & eorum qui astrologiæ vacant: quamuis erroneum plerisque videatur vespere preces illas legere, & feriæ secundæ Spiritus sancti aduentum adscribere: postliminio enim festi accidit, sicut & dies sequentes eiusdem hebdomadis, qua die & vetus data est lex: Pentecoste enim erat ipsa, & illa eadem Spiritus sancti completus fuit aduentus, ex quo vnum & eundem cognoscimus veteris nouique fœderis legislatorem. Rursum vero, inquit, genuflexionibus singulis & corporis erectionibus, quasi exemplo proposito, nos in terram decidisse, & denuo conditoris nostri humanitate, in cœlum reuocatos fuisse monstramus.* Hæc Blastares è Basilio cap. 27. de Spiritu sancto & homilia 14. in ebrietatem & luxum sub finem, quæ die Pentecostes est habita. Quibus edocemur Basilium supplicis huius Officij, & numerosarum precum, genuflexionumque faciendarum authorem, noluisse illas hora diei tertia tradere peragenda, ne ritu illo humili, quo Spiritus dominium, potestatemque diuinam, ipsi cum Patre & Filio connaturalem protestatur Ecclesia, Pentecostes celebritatem aliqua ex parte perturbaret: illumque propterea cultum ad vesperam vsque remisit, qua diei sequentis initia iam habentur: Græcis siquidem familiare est à vespere præcedente succedentis diei principium ducere. Propterea Synodus in Trullo Can. 91. κατὰ τὸ κρατοῦν ἔθος μηδένα γόνυ κλίνειν δεῖ, μέχρι τῆς ἐφεξῆς κατὰ τὴν κυριακὴν ἑσπέρας, καθ' ἣν μετὰ τὴν ἐν τῷ λυχνικῷ εἴσοδον, αὖθις τὰ γόνατα κάμπτοντες, οὕτω τὰς εὐχὰς κυρίῳ προσάγομεν. τῆς γὰρ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐγέρσεως πρόδρομον τὴν μετὰ τὸ σάββατον νύκτα παραλαμβάνοντες, τῶν ὕμνων ἐντεῦθεν πνευματικῶν ἀπαρχόμεθα, εἰς φῶς ἐκ σκότους τὴν ἑορτὴν καταλήγοντες. *Ex consuetudine diu obseruata nemo genuflectit vsque ad vesperam sequentem in die Dominico, in quo post Ingressum in Vespertino, genua rursum flectentes, Domino sic preces offerimus. Seruatoris enim nostri resurrectionis veluti præcursorem noctem quæ fuit post Sabbatum accipientes, hymnos ab ea incipimus, festum ex tenebris in lucem finientes.*

1 Λέγομεν τὸν προοιμιακόν.] A solitarum Vesperarum ordine huius Officij series & intellectus dependet, de quo consulendum Horologium, vel quæ huius operis initio exposita fuere.

2 Ἱστῶμεν στίχους.] Cum στίχος quasi στάσιν ἔχων dicatur: ἱστᾶν propterea στίχους est eos recitare, & quasi ordine successiuo componere.

3 Κλινόντων τὸ γόνυ καὶ ἀσκεπῶν ὄντων.] Seruili habitu gestuque δουλικῷ σχήματι, peragendū esse Pentecostes Officium Blastares supra relatus edisseruit: sed & insuper ieiuniis & corporis afflictionibus, qualia Latini in peruigilio suscepere, consociandum Basilius suggerit. Ebrietates enim & luxum Paschali tempore resumptum corrigere meditatus homil. 14. post ample satis descriptum vanæ lætitiæ compotationumque festis in Paschalibus studium, populum ad frugem & pœnitentiæ palæstram reuocare satagens, minas pœnamque declarat inflictam, ἐπανάστω τὴν ἀρὰν τοῦ προφήτου εἰπόντος ἐκ προσώπου τοῦ θεοῦ, ὅτι στρέψω τὰς ἑορτὰς αὐτῶν εἰς πένθος. *Induxisti super te Propheta ex persona Dei loquentis execrationem: quia conuertam festa eorum in luctum.* Et infra, doloris hac die accersendi ratione habita. ἡ νηστεία concludit, τὴν μέθην θεραπευέτω, ψαλμὸς τὴν αἰσχρὰν μελῳδίαν, δάκρυον γινέσθω τοῦ γέλωτος ἴαμα· ἀντὶ τῆς ὀρχήσεως τὸ γόνυ κλινέσθω, ἀντὶ τοῦ κρότου τῶν χειρῶν τὸ στῆθος τυπτέσθω, ἀντὶ τοῦ κόσμου τῆς ἐσθῆτος ἡ ταπείνωσις. *Ieiunium, ebrietatem curet; psalmus, turpes cantus: lachryma, risus fiat medela: pro saltatione, genu flectatur: pro manuum plausu, pectus pulsetur: pro vestium ornatu, humilitas ostentetur.*
Κύριε κύριε, ὁ διὰ τοῦ προφήτου σου Ἠλίου λύσας τὸν αὐχμόν, καὶ τῇ τῶν ὄμβρων καταρροῇ τὸ πρόσωπον τῆς γῆς καταβρέξας, καὶ τῇ εὐθυνίᾳ τῶν καρπῶν διαθρέψας τὸν λαόν σου πλουσίως· αὐτὸς καὶ νῦν ἀπὸ τῆς ἐμφύτου σου χρηστότητος δυσωπούμενος, δώρησαι τῇ γῇ ὑετοὺς εἰρηνικούς, εἰς γονιμότητα τῶν ἐτησίων καρπῶν. σὺ γὰρ εἶ ὁ τὰ ὕδατα εἰς τόπους αὐτῶν ἀποκαταστήσας, καὶ τὴν γῆν ὑπ' αὐτῶν καλυπτομένην ὁρατὴν παρασκευάσας. σὺ εἶ ὁ κελεύσας αὐτῇ παντοδαποὺς ἐκφύειν καρποὺς εἰς ἀπόλαυσιν ἡμετέραν. σὺ εἶ ὁ διὰ τὴν ἁμαρτίαν τῶν ἐπὶ τοῦ Νῶε ἀνθρώπων πηγὰς ἀβύσσου ῥήξας, καὶ καταρράκτας ἀνοίξας οὐρανοῦ, καὶ τὸ πρόσωπον τῆς γῆς θαλασσώσας πρὸς ἐξάλειψιν πάσης σαρκός. σὺ εἶ, ὁ ἐν ὕδασι στεγάζων τὰ ὑπερῷά σου. σὺ εἶ, ὁ νέφη μετεωρίζων καὶ τούτοις ἐπιτάττων τὰς τῶν ὄμβρων ἀπολύειν σταγόνας. σὺ εἶ ὁ ἀνάγων τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης, καὶ ἐκχέων ἐπὶ πρόσωπον τῆς γῆς. σὺ εἶ ὁ ὑετὸν ὁρίσας, καὶ βροχὰς ἑκουσίους ἀφορίσας, καὶ ποταμοὺς ὑδάτων ἀποπληρῶν, καὶ ποτίζων τὴν γῆν, καὶ μεθύων τοὺς αὔλακας αὐτῆς, εἰς πληθυσμὸν τῶν ὡραίων αὐτῆς καρπῶν. σὺ εἶ ὁ διελὼν θάλασσαν, καὶ ποταμὸν βάσιμον ἀπεργασάμενος, καὶ ὕδωρ ἐκ πέτρας πηγάσας, πικρίαν ὑδάτων εἰς γλυκύτητα μεταβαλών. οἶδε τῶν ὑδάτων ἡ φύσις τὸν αὐτῆς ποιητήν, ἐπιγινώσκει τὸν ἑαυτῆς δεσπότην· οὐκ ἀγνοεῖ τὴν ὀφειλομένην ὑπηρεσίαν, ἂν ἴδῃ σε τὸν δεσπότην ὀργιζόμενον καθ' ἡμῶν, ἢ ἀμέτρως κινουμένη ὄλεθρον κατεργάζεται, ἢ συστελλομένη συνέχεται, καὶ ἡ αὐχμηρία χώραν λαμβάνει, καὶ φλογώδης ὁ ἀὴρ γίνεται, καὶ τῆς γῆς οἱ βλαστοὶ μαραίνονται, καὶ ἡμεῖς εἰς χεῖρας κινδύνου πίπτομεν. ἂν δὲ πάλιν θεάσηταί σε τὸν φιλάνθρωπον θεόν, εὐμενῆ καὶ εὐδιάλλακτον, τοὺς ὑετοὺς ἑτοιμάζει καὶ οἱ ὄμβροι ἐπὶ τὴν γῆν καταφέρονται, καὶ ὁ ἀὴρ εὔπνους γίνεται, καὶ ἡ γῆ τῷ σῷ προστάγματι ἤκουσε δαψιλεῖς τοὺς καρποὺς ἐκ τῶν ἑαυτῆς λαγόνων ἀνατέλλει. σὲ τοίνυν τὸν ποιητὴν καὶ συνοχέα τοῦ παντὸς ἱκετεύομεν λέγοντες, ἐλέησον ἡμᾶς κύριε, ἐλέησον ἡμᾶς. μνήσθητι ὅτι ἔργα τῶν χειρῶν σου ἐσμέν. πρόσχες τῇ ἀσθενείᾳ τῆς φύσεως ἡμῶν, ὅτι σὺ ἐποίησας ἡμᾶς. ἴδε τῶν πετεινῶν τὴν στένωσιν, τῶν κτηνῶν τὴν βοήν, τῶν νηπίων τὸν κλαυθμόν, τῶν νέων τὴν κραυγήν, τῶν γηραιῶν τὴν ταλαιπωρίαν, τῶν ὀρφανῶν τὴν στέρησιν, τῶν χηρῶν τὴν μόνωσιν, τῶν πενήτων τὸ ἐνδεές, καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ σου τὴν ἱκέσιον

In pluuiæ defectum oratio quarta.

Dominum precemur.

Domine, Domine, qui per Prophetam tuum Eliam squallore terræ sublato, aquarum fluxu terræ faciem irrigasti, & populum tuum fructuum copia vbertim educasti: ipse nunc innata tibi benignitate motus, imbres terræ pacificos ad fructuum annuorum productionem largire. Tu enim reductis in suum locum aquis, terram illis quandoque opertam, reddidisti conspicuam: eandemque in vsus nostros omnis generis fructus germinare iussisti. Tu propter peccata hominum Noe coætaneorum, ruptis abyssi fontibus, & cœli catarractis apertis, ad carnem omnem delendam terræ faciem inundasti. Tu eius superioribus aquarum mole tectis, nubes eleuas, & in imbrium stillicidia resolui iubes. Tu eductam è mari aquam super terræ faciem effundis. Tu pluuiam moderaris, & imbres spontaneos reseruas, & impletis aquarum fluuiis terram irrigas, & in multiplicem tempestiuorum eius fructuum productionem riuos eius inebrias. Tu maris aquam diuisisti, fluuium pedibus peruium reddidisti, fontemque è petra eduxisti, & aquarum amaritudinem conuertisti in suauitatem. Nouit aquarum natura factorem suum, Dominum suum profitetur, nec debitum præstare detrectat obsequium, si te Dominum aduersus nos iratum sentiat, aut enim præter modum concitata perniciem infert, aut certe detinetur contracta, & orbem squallor occupat, ardet aër, terræ marcescunt germina, & in periculi potestatem incidimus. At si rursus benignum te, clementem, & reconciliatum viderit, imbres præparat, pluuia in terram demittitur, suauis redditur aër, & terra iussis tuis obsequuta copiosos fructus è suo sinu producit. Te igitur factorem & conseruatorem omnium rogamus dicentes. Miserere nostri Domine, miserere nostri: memento quia opera manuum tuarum sumus. Attende naturæ nostræ infirmitati, qua nos condidisti. Respice volucrium angustiam, iumentorum vocem, infantium planctum, iuuenum clamorem, senum miseriam, orphanorum orbitatem, viduarum solitudinem, pauperum egestatem, & omnis populi supplicem

vocem. Visita terram, & fœcundis imbribus illam inebria: ne humore destituta, propriis germinibus tabem, hominibus autem & iumentis perniciem intentet. Morte quondam aquis toti mundo illata, Noe in arca per immensam illam voraginem iactati meministi; meministi, inquam, illius, & volucrium, & iumentorum, & ferarum, & reptilium, & vento in terram inducto, subsedit, & defecit aqua: Noe verò, cunctaque cum eo pariter animalia, in secundi mundi propagationem velut semen conseruasti: nunc autem, siccitate aërem totum inuadente, famem minitaris & mortem. Memento confidentis in te populi, memento volucrium, memento iumentorum, & roris spiritu reparato, deficiente siccitate, terræ semina in maturitatem bestiis hominibusque alendis, defer; & omnia rursus tuæ prouidentiæ redde consortia. Tu enim fœnum iumentis, & herbam seruituti hominum producis: tu panem è terra educis, & vinum pariter ex illa scaturire iubes, & oleo facies hominum exhilaras, vt suppeditatorum à te in abundantia bonorum participes effecti, in cordis lætitia bonitatem tuam celebremus: Patris, & Filii, & Sancti Spiritus, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

In siccitatis tempore, Oratio quinta.

Dominum precemur.

DOminator Domine Iesu Christe, Deus noster, qui cuncta è nihilo eduxisti, qui puluere è terra accepto formasti hominem, & anima rationali & imagine tua illum exornasti, dicens: Crescite & multiplicamini, & replete terram: qui iumentis & coruorum pullis cibum prouides, qui inclyta salutarique tua cum carne in terris peregrinatione, nunc septem, modò quinque panibus, millia multa hominū cibasti. Ipse benignissime Domine etiam plebem tuam istam, nomen sanctum tuum inuocantem, omnium effectrice & liberali dextera tua enutri: Respice, Domine, in populi tui pauperes, qui aperis manum tuam, & beneplacito tuo cunctum animal reples, & ex affectu omnium nostrûm miserere. Tu enim, humane Domine, solus omniū nostrûm pater es, & ad te solùm velut infãs ablactatus ad matrem conuertimus oculos. Tuum namque, optime Domine, hoc verbum est: petite, & dabitur vobis;

φωνήν, καὶ ἐπίσκεψαι τὴν γῆν, καὶ μέθυσον αὐτὴν ταῖς πιαινούσαις βροχαῖς. ἰκμάδος γὰρ ἀπορήσασα τοῖς μὲν ἰδίοις βλαστήμασι μαρασμόν, ἀνθρώποις δὲ καὶ κτήνεσι τὸν ὄλεθρον ἀπειλεῖ. δι' ὕδατος τὸν ὄλεθρον ἐπάγων ποτέ, ἐμνήσθης τοῦ Νῶε φερομένου ἐν τῇ κιβωτῷ, ὑπὸ τῶν ἀμετρήτων ἐκείνων ὑδάτων. ἐμνήσθης δὲ αὐτοῦ, καὶ τῶν πετεινῶν, καὶ τῶν κτηνῶν, καὶ τῶν θηρίων, καὶ τῶν ἑρπετῶν, καὶ ἐπήγαγες πνεῦμα ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἐκόπασε τὸ ὕδωρ. καὶ τὸν Νῶε καὶ τὰ μετ' αὐτοῦ ζῶα, καθάπερ σπέρμα διετήρησας εἰς γένεσιν δευτέρου κόσμου. καὶ νῦν διὰ τοῦ συνέχοντος αὐχμοῦ, λιμὸν ἀπειλεῖς καὶ θάνατον, μνήσθητι τοῦ πεποιθότος ἐπὶ σὲ λαοῦ. μνήσθητι καὶ τῶν πετεινῶν, μνήσθητι καὶ τῶν κτηνῶν, καὶ πνεῦμα δρόσου ἐπάγαγε. καὶ ὁ αὐχμὸς κοπασάτω, καὶ τὰ σπέρματα τῆς γῆς τελεσφορήσει εἰς διατροφὴν ἀνθρώπων τε καὶ ζώων· καὶ πάντα πάλιν τῆς παρά σου προμηθείας ἀξίωσον. σὺ γὰρ εἶ ὁ ἀνατέλλων χόρτον τοῖς κτήνεσι, καὶ χλόην τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων. καὶ σὺ εἶ ὁ ἐξάγων ἄρτον ἐκ τῆς γῆς, καὶ οἶνον πηγάζων, καὶ ἐλαίῳ καθιλαρύνων τὰ τῶν ἀνθρώπων πρόσωπα· ὅπως τῶν χορηγουμένων παρά σου ἀγαθῶν, ἐν ἀφθονίᾳ μετέχοντες, ἐν εὐφροσύνῃ καρδίας δοξάζωμέν σου τὴν ἀγαθότητα, τοῦ πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Ἐπὶ ἀνομβρείας. Εὐχὴ ε'.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

ΔΕσποτα κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τῷ ῥήματί σου τὸ πᾶν ἐκ μὴ ὄντων παραγαγών, ὁ χοῦν λαβὼν ἐκ τῆς γῆς καὶ πλάσας τὸν ἄνθρωπον καὶ ψυχῇ λογικῇ καὶ εἰκόνι σου τιμήσας αὐτόν, καὶ εἰπών, αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν. ὁ διδοὺς τοῖς κτήνεσι τροφήν, καὶ τοῖς νεοσσοῖς τῶν κοράκων, ὁ καὶ ἐν τῇ μεγάλῃ καὶ σωτηρίῳ διὰ σαρκὸς ἐπιδημίᾳ σου, νῦν μὲν ἑπτά, νῦν δὲ πέντε ἄρτων χιλιάδας χορτάσας πολλάς· αὐτὸς πανάγαθε δέσποτα, καὶ τὸν σὸν λαὸν τοῦτον τὸν ἐπικεκλημένον τὸ πανάγιόν σου ὄνομα, τῇ σῇ παντουργῷ καὶ μεγαλοδώρῳ δεξιᾷ πλουσίως διάθρεψον. ἔπιδε κύριε ἐπὶ τοὺς πτωχοὺς τοῦ λαοῦ σου, ἀνοίγων τὴν χεῖρά σου, καὶ ἐμπιπλῶν πᾶν ζῶον εὐδοκίας· οἰκτείρον πάντας ἡμᾶς συμπαθῶς. σὺ γὰρ δέσποτα φιλάνθρωπε μόνος εἶ πατὴρ ἁπάντων ἡμῶν, καὶ πρὸς σὲ μόνον τοὺς ὀφθαλμοὺς αἴρομεν, ὡς τὸ ἀπογαλακτισμένον ἐπὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ. σὸς ἐστι λόγος πανάγαθε δέσποτα, τὸ, αἰτεῖτε καὶ δοθήσεται

ὑμῖν. ζητεῖτε, καὶ εὑρήσετε. δὸς οὖν τοῖς αἰτοῦσιν νῦν δέσποτα, σὺν τῇ πνευματικῇ τροφῇ καὶ τὴν ἀναγκαίαν τοῦ σώματος, καὶ διάθρεψον πεινῶντα τὸν λαόν. ὄμβρους ἐπικαίρους, εὐκρασίαν ἀέρων, καὶ καρπῶν παντοδαπῶν εὐφορίαν τῇ γῇ χάρισαι, τοὺς ἐν ἀσθενείᾳ καὶ λοιμῷ, καὶ πυρετοῖς, καὶ νόσοις παντοδαπαῖς ταλαιπωρουμένους ἐπίσκεψαι. ῥῦσαι κύριε τὴν τῷ σῷ ὀνόματι ἐπικεκλημένην ταύτην πόλιν, καὶ πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν ἀπὸ λιμοῦ, λοιμοῦ, σεισμοῦ, καταποντισμοῦ, πυρός, μαχαίρας, καὶ φόνου, χαριζόμενος ἡμῖν τὰ ἐλέη σου. χάριτι τοῦ ἀνάρχου καὶ ὁμοουσίου σου πατρός, καὶ τοῦ παναγίου καὶ ὁμοτίμου σου πνεύματος. εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις τῆς ὑπερευλογημένης θεοτόκου, τῶν κηρύκων σου ἀποστόλων, καὶ πάντων σου τῶν ἁγίων. ἀμήν.

Ἐπὶ ἀνομβρείᾳ. Εὐχὴ ϛ΄.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

ΚΥριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν καταδεξάμενος σάρκα φορέσαι, ἵνα δοξάσῃς θαυμασίως τὴν λογικὴν φύσιν τῇ ἀρρήτῳ σου εὐσπλαγχνίᾳ καὶ ἀγαθότητι, καὶ τοὺς ἐν ἀληθεῖ ἐπιγνώσει ἐπιστρέφοντας ἐκ τοῦ βυθοῦ τῆς ἁμαρτίας συμπαθεῖν ὑποσχόμενος. ὅταν γὰρ πρός σε ἐπιβλέψωσιν σχήματι δουλικῷ καὶ γνησίῳ διὰ τῆς ἐκπληρώσεως τῶν θείων σου ἐντολῶν, τότε καὶ αὐτοὶ ἐν παρρησίᾳ δυνήσονταί σε τὸν θεὸν ἵλεων καὶ εὐμενῆ καταστῆσαι. νῦν οὖν ἄφες πάσας τὰς ἀνομίας ἡμῶν, καὶ κλῖνον πρὸς ἡμᾶς τὸ οὖς σου, καὶ ἐπάκουσον ἡμῶν τῶν ταπεινῶν καὶ ἁμαρτωλῶν, καθάπερ ποτὲ τοῦ Θεσβίτου Ἠλίου ὑπήκουσας, ὥστε ῥήματι μόνῳ δῆσαι τὸν οὐρανόν, πρὸς σωφρονισμὸν τοῦ ἀπειθοῦς ἐκείνου λαοῦ. εἶτα δὲ αὐτοῦ πάλιν τῇ συνήθει φιλανθρωπίᾳ χρησάμενος, ταῖς νεφέλαις προστάξας, τὴν γῆν πᾶσαν κατήρδευσας ὕδατος ἀγαθοῦ. οὕτω καὶ νῦν πάλαι ταῖς ἱκεσίαις αὐτοῦ τοῦ σοῦ θεράποντος καὶ θερμαῖς τῶν δεήσεσι, πάριδε τὰς ἀνομίας ἡμῶν καὶ τὰς ἁμαρτίας, καὶ προσδέξαι τὰς δεήσεις ἡμῶν, καὶ ἐπάκουσον ἡμῶν ἐν τῇ ὥρᾳ ταύτῃ θερμῶς δεομένων σου. καὶ λῦσον τὸν αὐχμὸν τοῦτον τῆς γῆς διὰ τῆς ἐξομολογήσεως καὶ κραυγῆς τοῦ λαοῦ σου, καὶ κατάπεμψον ἐφ᾽ ἡμᾶς ὑετὸν ἀγαθόν, ὅπως ἐμφορηθῶμεν τοῦ ὕδατος, καὶ ἡ γῆ ἡμῶν δώσῃ τοὺς καρποὺς ἐν καιρῷ εὐθέτῳ εἰς τροφὴν ἡμετέραν, καὶ αὐτῶν δηλαδὴ τῶν ἀλόγων ζώων. ναὶ κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ἐπάκουσον ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ ἀναξίων δούλων σου, καὶ μὴ παρίδῃς τὰς δεήσεις ἡμῶν. μηδὲ νικησάτω ἡ ἀνομία ἡμῶν τὸ ἔλεός σου. ἀλλὰ κλῖνον κύριε τὸ οὖς σου, καὶ ἐπάκουσον ἡμῶν. ἴδε τὴν συντριβήν, καὶ σπλαγχνίσθητι.

quærite, & inuenietis. Cùm ſpirituali itaque, cibum etiam corpori neceſſarium, Domine, petentibus præbe; & populum famelicum paſce. Tēpeſtiuos imbres, aëris temperiem, vniuerſorum fructuum vbertatem, terræ largire. Infirmitate, peſte, febribus, variis morbis afflictos viſita. Libera, Domine, tuo nomine vocatam hanc ciuitatem, ſicut quamuis aliam ciuitatem & regionem, à fame, peſte, terræ motu, ruina, igne, gladio, & cæde, & concede nobis tuam miſericordiam. Gratia principij expertis & conſubſtantialis tui Patris, & ſanctiſſimi eiuſdemque honoris participis Spiritus. Interuentu ſuper omnes benedictæ Deiparæ, Dei præconum Apoſtolorum, & omnium ſanctorum. Amen.

In imbris carentia. Oratio ſexta.

Dominum precemur.

DOmine Ieſu Chriſte Deus noſter, qui propter ſalutem noſtram carnem induere voluiſti, vt ineffabili tua clementia & bonitate naturam rationalem miranda ratione extolleres, quique vera ad te pœnitentia è peccati profundo conuerſis compati pollicitus es: cum enim ad te ſeruili germanoque habitu reſpexerint, diuina mandata tua adimplentes, tunc & iidem ipſi cum fiducia te Deum, propitium, clementemq; reddere poterunt. Nunc itaque cunctis noſtris iniquitatibus dimiſſis, aurem tuam inflecte, & nos humiles peccatoreſque exaudi, ſicut quondam Eliam Theſbiten obaudiſti, ita vt edomando populo illi peruicaci, verbo ſolo cælum teneres vinctum; atque iterum ſolita tibi humanitate vſus, aqua congrua terram irrigaturus vniuerſam tuo iuſſu pluuiam nubibus expreſſiſti: ita & nunc eiuſdem famuli tui interuentu, & feruentibus precibus, non attentis iniquitatibus & peccatis noſtris ſupplicationes noſtras ſuſcipe, & in hac hora feruenter te deprecantes exaudi: & propter confeſſionem clamoremque populi tui, terræ ſquallorem diſſolue, & vt aqua ingurgitetur, & tempore congruo ad eſcam noſtram, & ratione carentium animalium proferendam, terra fructus ſuos producat, imbrem copioſum ad nos mitte. Ita fiat, Domine Deus noſter, exaudi nos peccatores & indignos famulos tuos, & ne deſpicias preces noſtras, neque miſericordiam tuam iniquitas noſtra exuperet: ſed inclina aurem tuam, & exaudi nos. Reſpice cōtritionem noſtram: & pietate moueare.

Respice de sancto habitaculo tuo, vide pauperum gemitus, vide immaturam infantium ætatem siti vehementi afflictam, vide puerulorum innocentium languorem, vide materna viscera, vide arida sublatis filiis vbera, vide iuuenes & ætate prouectos, velut vinctos in iniquorum manus traditos. Ne attendas itaque peccatis scienter vel ignoranter, mente vel cogitatione à nobis commissis: & ne in finem repellas nos. Non enim solius aquæ penuria tabescimus, sed & ob peccatorum nostrorum meritum mille aliis calamitatibus oppressi, ad te oculos conuertimus, vt tempestiuus & abundans super nos imber effundatur, atque grauis huius captiuitatis flagellum tuum iustum cohibeas. Vtrumque igitur te poscimus & precamur benigne, vt puteos agrosque nostros aqua adimpleas: & vt animarum iugera tua suauitate ad satietatem irriges, & inundes: puteos, inquam, cordis nostri, hilaritate, gaudio, & exultatione inaudita inebries: & ingruentem aduersum nos Agarenorum intolerandum impetum comprimas. Tu enim es liberator animarum & corporum nostrorum, & tibi gloriam referimus, Patri, & Filio, & Sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Callisti Patriarchæ Constantinopolis pro siccitatis tempore auertendo, & ventorum mutatione impetranda, Oratio.

Dominum precemur.

CLemens & humane Domine, qui solo verbo creaturam terrestrem condidisti, & ex ea formatum hominem peccato lapsum, eiusque captiuum redditum ineffabili tua humanitate, ne tale manuum tuarum opus deperiret, reuocasti & sanctificasti, datisque ei præceptis in aduentus, & monitorum diuinæ tuæ incarnationis argumentum, exinde labores, agones, famem & sitim tulisti: & cunctis humanitati nostræ consentaneis adimpletis, nauim aliquando conscendisti, mare pedibus calcasti, & ferocientes fluctus ventorumque impetus quasi fræno immisso cohibuisti, cunctaque ad crucem vsque mortemque sustinere delegisti, vt in quo passus fueras & tentatus, nobis infirmis fieres auxilio. Ipse nunc, Rex sancte, qui hu-

βλέψον ἐξ ἁγίου σου κατοικητηρίου. ἴδε τοὺς στεναγμοὺς τῶν πενήτων, ἴδε τὴν ἄωρον ἡλικίαν τῶν νηπίων, τῇ σφοδροτάτῃ δίψῃ πιεζομένην, ἴδε τὴν τῶν ἀκάκων βρεφῶν κάκωσιν, ἴδε τὰ σπλάγχνα τὰ μητρικά, ἴδε μαζοὺς ξηραινομένους ἀναιρεθέντων νηπίων, ἴδε τοὺς τῷ χρόνῳ προβεβηκότας καὶ νέους, ὥσπερ ὁρμαθοὺς εἰς χεῖρας ἀνόμων ἐκδεδομένους. καὶ τοίνυν πάριδε τὰ πλημμελήματα ἡμῶν, τὰ ἐν γνώσει καὶ ἐν ἀγνοίᾳ, τὰ κατὰ νοῦν καὶ διάνοιαν, καὶ μὴ ἀπώσῃ ἡμᾶς εἰς τέλος. οὐ γὰρ ὕδατος μόνου δίψῃ τηκόμεθα, ἀλλὰ καὶ μυρίοις ἄλλοις κακοῖς διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ πρὸς σὲ βλέπομεν, ἵνα ἐπιχεθῇ ἐφ' ἡμᾶς ὑετὸς ὡραιότατός τε καὶ δαψιλέστατος· ἵνα καὶ τὴν δικαίαν σου ὀργὴν στήσῃς, τῆς δεινῆς ταύτης αἰχμαλωσίας. ἀμφότερα τοίνυν αἰτοῦμεν καὶ δεόμεθά σου φιλάνθρωπε, ἵνα τὰ φρέατα καὶ τοὺς ἀγροὺς ἡμῶν ἐμπλήσῃς ὕδατος, καὶ τὰς ψυχικὰς ἡμῶν ἀρούρας, εἰς κόρον ποτίσῃς καὶ ἐμπλήσῃς τῆς σῆς χρηστότητος, καὶ τὰ φρέατα δηλαδὴ τὰς καρδίας ἡμῶν εὐφροσύνης καὶ ἀρρήτου μεθύσῃς χαρᾶς καὶ ἀγαλλιάσεως. καὶ στήσῃς τὴν ἐπικειμένην καθ' ἡμῶν ἄσχετον ὁρμὴν τῶν ἀθέων Ἀγαρηνῶν. Σὺ γὰρ εἶ ὁ ἐλευθερωτὴς τῶν ψυχῶν καὶ τῶν σωμάτων ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Καλλίστου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, εὐχὴ περὶ ἀνομβρίας καὶ ἐξαλλαγῆς ἀνέμων.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

ΑΓαθὲ καὶ φιλάνθρωπε κύριε, ὁ τὴν κτίσιν μόνῳ τῷ λόγῳ δημιουργήσας, καὶ ἐξ αὐτῆς τὸν ἄνθρωπον πλαστουργήσας, ὕστερον δὲ τῇ ἀρρήτῳ φιλανθρωπίᾳ πεπτωκότα τοῦτον καὶ δοῦλον τῇ ἁμαρτίᾳ γενόμενον ἀναλαβὼν καὶ καθαγιάσας, ὅπως μὴ ἀπόληται εἰς τέλος τὸ τῶν χειρῶν σου ἔργον, δοὺς δὲ τούτῳ καὶ τὰς αὐτοῦ ἐντολὰς εἰς ὑπόμνησιν τῆς σῆς παρουσίας καὶ τῶν σῶν ἐνταλμάτων τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως. ὅθεν ἐκοπίασας, καὶ ἀγωνίασας, καὶ ἐπείνασας, καὶ ἐδίψησας πληρώσας πάντα δι' ἡμᾶς ὡς εἰκὸς τὰ ἀνθρώπινα, ἐπιβάς τε πλοίου, καὶ θάλασσαν πεζεύσας, καὶ κύματα ἄγρια καὶ βίας ἀνέμων χαλινώσας, καὶ πάντα παθεῖν ἀναδεχόμενος, μέχρι σταυροῦ καὶ θανάτου. ἵνα ἐν ᾧ πέπονθας καὶ ἐπειράσθης, βοηθῇς ἡμῖν τοῖς ἀσθενέσιν. αὐτὸς καὶ νῦν βασιλεῦ ἅγιε, ὁ τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν φιλάνθρωπος

ἀναλαβών, σπλαγχνίσθητι ἡμῖν τοῖς χειμαζομένοις σφοδρῶς, καὶ τῇ τῶν ἀναγκαίων ἐνδείᾳ πιεζομένοις, χορήγησον ἡμῖν τὴν σὴν ἀγαθότητα. μέθυσον τὴν γῆν ἡμῶν ὕδατος καθαροῦ πρὸς καρποφορίαν αὐτῆς, ἐπόφελος ἡμῖν τοὺς ἀέρας χάρισαι. καὶ καθάπερ ποτὲ τοὺς μαθητάς σου διέσωσας βυθιζομένους ἐκ τῆς θαλάσσης καὶ τῆς τῶν ἀνέμων βίας, οὕτω καὶ νῦν διάσωσον ἡμᾶς, ἐκ τῆς συνεχοῦς ἡμῶν περιστάσεως. στῆσον καὶ νῦν τῆς θαλάσσης τὴν ἀγριότητα· κατάπαυσον τὰ ἐναντία πνεύματα τῇ σῇ προστάξει τῇ θεϊκῇ, δὸς ἡμῖν γαλήνην καὶ ἀνάπαυσιν τῶν ἀνιαρῶν. ναὶ κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, ἴδε καὶ ἐπίβλεψον ἐξ ἁγίου κατοικητηρίου σου πρὸς τὴν ἄμπελον ταύτην, καὶ κατάρτισαι αὐτὴν, ἣν ἐφύτευσεν ἡ δεξιά σου. καὶ δὸς πνεῦμα εὐθὲς πρὸς ἀπαλλαγὴν τῶν ἐπερχομένων ἡμῖν συμφορῶν. πρεσβείαις τῆς σὲ τεκούσης μητρὸς, καὶ πάντων σου τῶν ἁγίων. ἀμήν.

marie infirmitatem nostram suscepisti, vehementer afflictis nobis compatere, & necessariorum egestate pressis, bonitatem tuam impertire. Aqua limpida ad fructuum feracitatem, terram nostram epota, aërem salubrem largire; & velut quondam Discipulos tuos mari, & ventorum impetu demersos saluasti; ita & nunc ab opprimente nos calamitate libera. Maris ferocitatem cohibe, diuino tuo iussu ventos aduersos mitiga, serenitatem & à malis requiem concede. Ita fiat, Domine Iesu Christe Deus noster, respice & vide de sancto habitaculo tuo super vineam istam, & à dextera tua plantatam perfice, & spiritum rectum & suauem ad malorum nobis imminentium leuamen largire. Precibus eius quæ te genuit matris, & omnium sanctorum. Amen.

Τοῦ αὐτοῦ εὐχὴ ἑτέρα, περὶ ἀνομβρίας, καὶ προσευχῆς.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐκ τοῦ χοὸς δημιουργήσας τὸν ἄνθρωπον, καὶ τοῦτον διαμορφώσας, καὶ εἰς κάλλος ἐξωραΐσας τῇ ἀρρήτῳ σου μεγαλειότητι καὶ φιλανθρωπίᾳ, καὶ ὡς εἰπεῖν διὰ τῆς ἔξωθεν ὡραιότητος τοῦ ἀνδριάντος τοὺς χαρακτῆρας θαυμασίως ἐμφήνας τῆς λογικῆς ψυχῆς, καὶ τὴν δόξαν καὶ τὴν λαμπρότητα, ἣν ἔδωκας αὐτῷ, πρότερον μὲν διὰ τῆς θαυμαστῆς ἐκείνης δημιουργίας. ἀπώλεσε δὲ ὡς μὴ ὤφελε διὰ τὴν μικρὰν τῆς γεύσεως ἡδονήν· ὕστερον μέν τοι προσελάβετο διὰ τοῦ ἐμφυσήματος τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃ διπλοῦν αὐτὸν εἶναι ποιήσας, ἐκ ψυχῆς δηλονότι καὶ σώματος· καὶ τὴν μὲν ἅτε νοερὰν οὖσαν καὶ ἄϋλον, ἀρρήτοις λόγοις ἐκτρέφων τῷ θείῳ πνεύματι, καὶ ἀξίαν αὐτὴν ἐργαζόμενος τῆς σῆς δόξης τε καὶ μεγαλειότητος, τὸ δὲ σῶμα τοῦ αἰσθητοῦ ἡλίου καὶ τῆς τῶν ἀέρων εὐκρασίας, καὶ τῆς ἐκ τούτων τελεσφορουμένης φωνῆς, εἰς αὔξησιν καὶ ἀναδρομὴν προβιβάζων καὶ περιτηρῶν. ὁ ἀνοίγων τὴν σὴν χεῖρα κατὰ τὸ προφητικὸν λόγιον, καὶ ἐμπιπλῶν πᾶσαν λογικὴν καὶ ἄλογον φύσιν τῆς σῆς εὐδοκίας, σοῦ δεόμεθα καὶ σὲ παρακαλοῦμεν τὸν πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὴν μὲν κάθαρσιν τῶν ἡμετέρων ψυχῶν προεγγινομένην διὰ τῆς ἐργασίας τῶν σῶν ἐντολῶν, διαφυλάξας

Eiusdem Oratio altera siccitatis & supplicationis tempore.

Dominum precemur.

DOmine Deus noster, qui è puluere hominem formatum & pulchritudine exornatum ea demum venustate, inenarrata tua excellentia & humanitate decorasti; vt ita dicam externa statuæ specie, animæ rationalis figuram & characterem repræsentares: cumque decus splendoremque miranda sui productione à te mutuatum, quasi rem sibi inutilem leui gustus voluptate perdidisset: demum vnigeniti Filii tui & Domini & Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi afflatu recepit illud: cumque duplici natura conflatum ex anima videlicet & corpore condidisses, illam vt intellectualem ineffabilibus modis diuino Spiritu enutritam, tua gloria & maiestate dignam efficis: corpus autem sensibilis huius solis, aëris temperiei, cibique ex his enati vsu, in augmentum perfectumque statum promoues & conseruas. Qui iuxta Propheticum dictum, manum tuam aperis, & naturam omnem rationalem & irrationalem beneplacito tuo adimples. Te rogamus & precamur, Patrem Domini nostri Iesu Christi, animabus nostris mandatorum tuorum obseruantia, primam concessam munditiem secundum Pro-

phetæ verbum niue splendidiorem virtute & gratia sancti Spiritus renoua, vt iuxta vnigeniti Filii tui præceptū vel vt sol refulgeant: corporibus autem iniquitatibus & vitæ dissolutione fractis & turbatis salutem, & horum malorum leuamen largire, temperatum & salubrem aerem nobis præbe, pacificos imbres terræ ad eam fructibus fœcundandam mitte, ad nostri & irrationalium animalium nutrimentum aqua limpida riuos eius inebria, impetentem nos gladium cohibe, & nostri humilium & indignorum seruorum tuorum orationem in hac hora ne despicias. Exaudi nos, & propitio oculo nobis supplicibus indignis, de sancto habitaculo tuo attende, exoratus non repudiandis intercessionibus sanctissimæ virginis, communis nostræ spei, quæ te illibate & immaculate in corpore edidit: vt ab omnibus venerandum & magnificum nomen tuum celebretur, Patris, & Filij, & Spiritus sancti: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

προφητικῶς εἰπεῖν, λαμπροτέραν χιόνος τῇ ἐνεργείᾳ καὶ χάριτι τοῦ ἁγίου πνεύματος ποίησον, καθὰ καὶ ὁ μονογενής σου υἱὸς ἐνετείλατο ἐκλάμψειν αὐτὰ ὡς τὸν ἥλιον, τοῖς δὲ σώμασιν ἡμῶν τοῖς κατεσκληκόσι ταῖς ἀνομίαις καὶ ἀσωτίαις ἐμπεφυρμένοις, ὑγείαν δώρησαι, καὶ ἀπαλλαγὴν τῶν τούτων δεινῶν. εὐκράτους καὶ ἐπωφελεῖς τοὺς ἀέρας ἡμῖν χάρισαι, ὄμβρους εἰρηνικοὺς ἐξαπόστειλον τῇ γῇ πρὸς καρποφορίαν, μέθυσον τοὺς αὔλακας ταύτης ὕδατος καθαροῦ, εἰς ζωοτροφίαν ἡμῶν τε καὶ τῶν ἀλόγων ζώων, στῆσον τὴν καθ' ἡμῶν ἐπερχομένην ῥομφαίαν, καὶ μὴ παρίδῃς τὴν δέησιν ἡμῶν τῶν ταπεινῶν καὶ ἀναξίων δούλων σου ἐν ταύτῃ τῇ ὥρᾳ. ἐπάκουσον ἡμῶν προσχὼν ἱλέῳ ὄμματι ἐξ ἁγίου κατοικητηρίου σου, ἡμῖν τοῖς σοῖς ἀναξίοις ἱκέταις, δυσωπούμενος ταῖς ἀκαταμαχήτοις πρεσβείαις τῆς ἀρρυπάρως καὶ ἀχράντως σωματωσάσης σε παναγίας παρθένου, τῆς κοινῆς ἐλπίδος ἡμῶν. ὡς ἂν διὰ πάντων δοξασθῇ τὸ πάντιμον καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου, τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

VARIÆ LECTIONES.

M. S. Regium breuem hanc orationem suppeditat.

Pro aeris temperie.

QVi telluri donas imbrem, & ad terram cœlo substratam aquas mittis, & præ humanitate tua ad vitam & salutem cuncta varie congruenter & mirifice operaris: tu Domine, ex ordine & mensura pluuiales aquas aeremque temperatum largire, & benedic coronæ benignitatis tuæ. Gratia & humanitate, &c.

Ὑπὲρ εὐκρασίας ἀέρων.

Ὁ Διδοὺς τὸν ὑετὸν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἐπιστέλλων ὕδωρ ἐπὶ τὴν ὑπ' οὐρανόν, καὶ πάντα ποικίλως καὶ ἁρμοδίως ἐξ ἀγαθότητος θαυματουργῶν πρὸς ζωὴν καὶ σωτηρίαν· σὺ δέσποτα εὔτακτα, καὶ εὔμετρα, καὶ γαλήνια τὰ ὑέτια ὕδατα καὶ τοὺς ἀέρας εὐκράτους χάρισον, καὶ εὐλόγησον τὸν στέφανον τῆς χρηστότητός σου. Χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ.

IN OFFICIVM TEMPORE SICCITATIS faciendum. Notæ.

1 Εὐχαὶ ἐπὶ ἀνομβρείας.] Publicas preces calamitatis huius tempore factas, laudat quidem Basilius, quamuis à Deo non exauditas defleat, oratione in famem & siccitatem. φωνὴ λιτανευόντων εἰκῇ βοᾷ καὶ πρὸς τὸν ἀέρα διασκεδάννυται· οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς τῶν ἀξιούντων ἠκούσαμεν. *Vox publice supplicantium frustra clamat, & in aerem dispergitur: neque enim nos supplicantes audiuimus.* Sed & Tertullianus iam sua tempestate, à Christianis pariter & Gentilibus publice imbres deposci solere, & qua ratione fieret Apologetici cap. 40. narrat. *Denique cum ab imbribus æstiua & hyberna suspendunt, & annus in cura est, vos quidem quotidie pasti statimque pransuri balneis, & cauponis, & lupanaribus operati, Aquilicia Ioui immolatis, nudipedalia populo denunciatis, cœlum apud Capitolium quæritis, nubila*

nubila de laquearibus expectatis, auersi ab ipso Deo, & solo. Nos vero ieiunio aridi, & omni continentia expressi, ab omni vitæ fruge delati, in sacco & cinere volutantes, inuidia cœlum tundimus, Deum tangimus: & cum misericordiam obtinuerimus, Iuppiter honoratur. Aquis vero à legione Fulminatrice miraculose impetratis grates Deo actas. Tertullianus idem cap. 4. scribit: *Si literæ*, ait, *M. Aurelij grauissimi Imperatoris requirantur, quibus Germanicam illam sitim Christianorum forte militum precationibus impetrato imbre discussam contestatur.* Et ad Scapulam cap. 4. *M. quoque Aurelius in Germanica expeditione Christianorum militum Orationibus ad Deum factis, imbres in siti illa impetrauit. Quando non geniculationibus & ieiunationibus nostris etiam siccitates sunt depulsæ? Tunc populus adclamans Deo deorum, & , qui solus potens, in Iouis nomine Deo nostro testimonium reddidit.*

2 Καλλίστου πατριάρχου.] Duos Calisti nomine reperio Patriarchas; primum qui circa annum Domini 1360. alterum qui circa 1400. sedem Constantinopolitanam tenuit: è quibus, quis harum Orationum fuerit author non est difficile discernere. Quantum enim coniectura assequi fas est, Cantacuzenos inter & Palæologos, intestina cum temporibus posterioribus orta fuerint bella, ipsique etiã Palæologi de imperio inter se disceptauerint, & Turcæ in Europam, aliis alias priores calamitates excipientibus, traiecerint: cum similes plagas author hic defleat, *οὐ τὴν σὴν μόνον ἀγάπην ἀπεδιωξάμεθα κύριε, ἀλλὰ καὶ ὡς θηρία κατ' ἀλλήλων φερόμεθα, καὶ τὰς σάρκας ἀλλήλων κατεσθίομεν*: non dubium quin ipse potius, præ alio qui pacato sæculo gauisus est, harum Orationum authorem se prodat. Vnde cum sint authoris recentis paucissimæ ex his orationes, duæ nimirum priores solummodo in M.S. antiquis reperiuntur.

121 ΚΑΝΩΝ 2 ΕΙΣ ΦΟΒΟΝ ΣΕΙΣΜΟΥ
οὗ ἡ ἀκροστιχίς.

Ὦ Χριστὲ τῆς γῆς τὸν κλόνον παῦσον τάχος. 3 Ἰωσήφ.

Ὠδὴ α'. ἦχος πλ. β'.
Ὡς ἐν ἠπείρῳ πεζεύσας.

ΩΣ φοβερὰ ἡ ὀργή σου, ἐξ ἧς ἡμᾶς ἐλυτρώσω κύριε, μὴ συγχωρήσας ἐν τῇ γῇ ἄρδην τὸ ἀνάστημα ἡμῶν. εὐχαρίστως σε διὸ ἀεὶ δοξάζομεν.

Χαίρων ἡμῶν καθ' ἑκάστην τῇ παντελεῖ διορθώσει δέσποτα. ὥσπερ φύλλον εὐτελὲς διασείεις ἅπασαν τὴν γῆν, εἰς τὸν φόβον σου πιστοὺς στηρίζων κύριε.

Ῥῦσαι σεισμοῦ βαρυτάτου πάντας ἡμᾶς· καὶ μὴ δῴης κύριε ἀπολέσθαι παντελῶς τὴν κληρονομίαν σου πολλοῖς παροργίζουσαν κακοῖς, σὲ τὸν μακρόθυμον.

Θεοτόκιον.

Ἱκετικῶς σοι βοῶμεν μῆτερ θεοῦ, τὰ συνήθη σπλάγχνα σου ἐπὶ πόλιν καὶ λαὸν συμπαθῶς ἐκκινοῦσα, σεισμοῦ βαρυτάτου καὶ φθορᾶς πάντας ἀπάλλαξον.

Ὠδὴ β'. Ἴδετε ἴδετε.

Σείσας περιβλέψει σου πᾶσαν τὴν γῆν, παμβασιλεῦ, ἐνέβαλες εἰς φόβον ἡμῶν τὰς διανοίας. ἀλλ' ἄνες δέσποτα οἰκτίρμων τὴν ὀργήν σου, καὶ μὴ δῷς εἰς παντελῆ ἀφανισμὸν τὸν σὸν λαόν.

CANON IN TERRÆ MOTVS PERICVLO,
cui Acrostichis est.

Ὦ Χριστὲ τῆς γῆς τὸν κλόνον παῦσον τάχος. Ioseph.

Canticum primum. Tonus obliquus secundi.
Velut in terra pedibus procedens.

QVam timenda ira tua est, è qua Domine nos exemisti, dum terra minime statum nostrum obruisti: propterea te cum gratiarum actione laudamus.

Qui sincera nostra correptione continuo gaudes, ad instar leuis folii terram omnem, in timore fideles tuos confirmaturus, concutis Domine.

Graui terræ motu nos omnes libera: & hæreditatem tuam, te patientem Dominum plurimis irritantem offensis, ne perire permittas.

In Deiparam.

Suppliciter tibi, Mater Dei, clamamus, solito compassionis affectu ciuitati, & populo, exhibito; grauissimo terræ motu, & interitu cunctos exime.

Canticum secundum. Videte videte.

Terra solo tuo aspectu concussa, Rex omnium, animis nostris timorem incussisti: verum furorem tuum, misericors Dominator, remitte, & populum tuum ruinæ cuncta deuastanti ne tradas.

Pro populo omnimoda debitorum verecundia operto, & iam iam perniciem expectante, quis te exorabit? ab ea Christe, tua misericordia, nos exime.

Terrorem tuum nunc, aspectu tuo fundamentis terræ concussis, Christe manifestasti: verum solitam tibi misericors clementiam exhibe, ne misere pereamus.

In Deiparam.

Quis solus absque te, illibata virgo, iratum nobis Deum reconciliare potest? hac de causa, precare sanctissima, vt terræ fragorem perniciem nobis minitantem sedet.

Canticum tertium.

Non est sanctus vt tu Domine.

Nobis praue affectis, furoremque tuum iugiter concitantibus terra flagellatur, misericors vniuersi moderator, verum famulis tuis parce, Domine.

Terram commotam iterum firmasti Domine, commonens & conuertens infirmitatem nostram, vt in diuino tuo timore corroboremur, benigne.

Mortem amaram terræ motus grauissimos, intolerandasque plagas peccata generantia vitemus, fratres, & pœnitentiæ modum omnem Deo exhibeamus.

In Deiparam.

Clementissimum Verbum, quæ sola benigna es, intense deprecare, vt imminente terræ motus flagello cuncti liberemur, illibata Deipara, exoramus.

Canticum quartum.

Christus virtus mea.

Terram Domine commoues, vbi dolosi bellatoris insultibus nos concussos, magis ac magis veritatis fundamento solidari omnes præcipis.

Diuino tuo nutu cuncta commoues, & incolarum terræ corda concutis, iusti ergo furoris tui fluctus compone Domine.

Nobis nusquam timore tuo correptis, terram vniuersam tuo motu terres: verum mirifica misericordias tuas super nos, qui solus facile compateris.

In Deiparam.

Te Dei templum, ô domina, professi, in templo sancto tuo supplices manus tendimus: vide afflictionem nostram, & auxilium præbe.

Τίς δυσωπήσει σε, ὑπὲρ λαοῦ παντοδαπῶν αἰσχύνης ὀφλημάτων ἀεὶ καλυπτομένου, καὶ ἀπωλείας προσδοκῶντος τῇ ὀργῇ σου; ἐξ ἧς ἡμᾶς Χριστὲ, τῷ σῷ ἐλέει ἐξελοῦ.

Ἔδειξας φόβον σου νυνὶ Χριστὲ, τῇ φοβερᾷ περιβλέψει σου, σαλεύσας τῆς γῆς τοὺς θεμελίους, ἀλλὰ συνήθως δεῖξον πάλιν ἐλεῆμον, τὸ ἔλεος τὸ σὸν, μὴ ἀπολλύμεθα δεινῶς.

Θεοτόκιον.

Τίς μόνος ἄνευ σοῦ δυνάται, ἄχραντε ἁγνὴ, θεὸν ἀγανακτοῦντα καθ' ἡμῶν καταλλάξαι; διὸ δυσώπει πανάγια, παῦσαι τάχος τὸν κλόνον τῆς γῆς ἀπειλοῦντα ὄλεθρον ἡμῖν.

Ὠδὴ γ'. Οὐκ ἔστιν ἅγιος ὡς σὺ κύριε.

Ἡ γῆ μαστίζεται ἡμῶν κακῶς διακειμένων, καὶ ἀεὶ τὴν ὀργήν σου συγκινούντων καθ' ἡμῶν, οἰκτίρμον παμβασιλεῦ, ἀλλὰ φεῖσαι δέσποτα τῶν δούλων σου.

Σαλεύσας κύριε τὴν γῆν, ἐστερέωσας πάλιν νουθετῶν ἐπιστρέφων τὴν ἀσθένειαν ἡμῶν, στηρίζεσθαι ἐν τῷ σῷ θείῳ φόβῳ θέλων ὑπεράγαθε.

Γεννῶσας θάνατον πικρὸν, καὶ σεισμοὺς βαρυτάτους, καὶ πληγὰς ἀνηκέστους, ἁμαρτίας ἀδελφοὶ, ἐκφύγωμεν, καὶ θεῷ μετανοίας τρόπους ἐπιδειξώμεθα.

Θεοτόκιον.

Ἡ μόνη οὖσα ἀγαθὴ τὸν πανάγαθον λόγον ἐκτενῶς ἐκδυσώπει, τῆς παρούσης τοῦ σεισμοῦ ῥυσθῆναι πάντας ὀργῆς, θεοτόκε ἄχραντε, δεόμεθα.

Ὠδὴ δ'. Χριστός μου δύναμις.

Σαλεύεις κύριε τὴν γῆν, βουλόμενος ἑδράσμῳ ἀληθείας πάντας ἡμᾶς, δέσποτα, στηρίζεσθαι σαλευομένους προσβολαῖς τοῦ δολίου πολεμήτορος.

Τῇ θείᾳ νεύσει σου κλονεῖς τὰ σύμπαντα, καὶ δονεῖς τὰς καρδίας τῶν ἐπὶ γῆς κατοικούντων, δέσποτα. τῆς οὖν δικαίας σου ὀργῆς λύεις, κύριε, τὰ κύματα.

Οὐδ' ὅλως ἔχοντες εἰς νοῦν τὸν φόβον σου, ἐκφοβεῖς τῇ κινήσει πᾶσαν τὴν γῆν, μόνε εὐσυμπάθητε, ἀλλὰ συνήθως ἐφ' ἡμᾶς τὰ ἐλέη σου θαυμάστωσον.

Θεοτόκιον.

Ναόν σε δέσποινα, θεοῦ γινώσκοντες, ἐν ἁγίῳ ναῷ σου χεῖρας οἰκτρὰς αἴρομεν εἰς δέησιν. ἴδε τὴν κάκωσιν ἡμῶν· καὶ παράσχου τὴν βοήθειαν.

Ὠδὴ ε΄. Τῷ θείῳ φέγγει σου.

Καὶ σὺ καρδία σείσθητι νῦν βλέπουσα θεοῦ τὴν ἀπειλὴν ἐπικειμένην, καὶ βόησον. Φεῖσαι τοῦ λαοῦ σου, δέσποτα κύριε, καὶ παῦσον τὴν δικαίαν ὀργήν σου, εὔσπλαγχνε.

Λαὸν καὶ πόλιν ἥνπερ τῷ σῷ αἵματι ἐκτήσω Ἰησοῦ, μὴ παραδῷς εἰς ἀπώλειαν, ἐν τῷ συνταράσσειν τὴν γῆν σεισμῷ φοβερῷ. χορὸς τῶν ἀποστόλων καθικετεύει σε.

Ὁδοὺς σου δέσποτα τὰς ὀρθὰς γνώμῃ ἀποκλίνοντες στρεβλῇ, εἰς ἀγανάκτησιν τρέπομέν σε τὸν συμπαθῆ τε καὶ ἀμνησίκακον, ἀλλ' ἵλεως οἰκτίρμων, γενοῦ τοῖς δούλοις σου.

Θεοτόκιον.

Νῦν βοηθείας ἦλθε καιρὸς, νῦν καταλλαγῆς χρεία ἁγνὴ πρὸς τὸν υἱόν σου καὶ κύριον, ὅπως οἰκτειρήσῃ προσκεκρουκότας ἡμᾶς, καὶ τῆς ἐπικειμένης ὀργῆς λυτρώσηται.

Ὠδὴ ϛ΄. Τοῦ βίου τὴν θάλασσαν.

Οὐκ ἔχοντες δέσποτα παῤῥησίαν δυσωπεῖν, οἱ ταπεινοὶ τὸ ὕψος σου, τοὺς ἐκλεκτοὺς ἀγγέλους σου εἰς θερμὴν κινοῦμεν παράκλησιν, δι' αὐτῶν τῆς ὀργῆς σου ἐξελοῦ ἡμᾶς.

Νῦν ἔγνωμεν κύριε, ὡς ἐλέησας ἡμᾶς, καὶ οὐδαμῶς συνέχωσας ὑπὸ τὴν γῆν συμπτώματι χαλεπῷ πολλὰ πλημμελήσαντας. εὐχαρίστως διό σε προσκυνοῦμεν Χριστέ.

Προστάττεις σαλεύεσθαι τὰ θεμέλια τῆς γῆς ὅπως ἡμεῖς παυσώμεθα, οἱ ταπεινοὶ σαλεύεσθαι ἀρετῶν τῆς κρείττονος στάσεως, καὶ τῷ φόβῳ σου λόγε στηριζώμεθα.

Θεοτόκιον.

Ἁγία θεόνυμφε, ἀπορούμενον νυνὶ τὸν σὸν λαὸν οἰκτείρησον, καὶ μητρικαῖς πρεσβείαις τὴν καθ' ἡμῶν θεοῦ ἀγανάκτησιν μεταποίησον τάχος δυσωποῦμέν σε.

Ὠδὴ ζ΄.

Δροσοβόλον μὲν τὴν κάμινον.

Ὑπερύμνητος εἶ κύριε μακρόθυμε, ὅτι οὐκ ἐθανάτωσας τοὺς οἰκέτας σου σπαραγμῷ καὶ κλόνῳ φοβερῷ τῆς γῆς· ἀλλ' ἐφόβησας ζητῶν τοῦ ἐπιστρέψαι τῶν κακῶν, καὶ ζῆσαι πάντας ἡμᾶς.

Στεναγμὸν ἀπὸ καρδίας ἀναπέμψωμεν, καὶ δάκρυα προχέωμεν, ὅπως ἵλεον τὸν δεσπότην ἕξωμεν Χριστὸν, ἐκτεῖναι σεισμῷ πάντας ἡμᾶς διὰ πλῆθος ἁμαρτιῶν ἐπαπειλοῦντα δεινῶς.

Cant. quintum. Diuino tuo ſplendore.

Concutere etiam tu cor meum, attentis ingruentibus à Deo periculis, & exclama. Parce, Domine, populo tuo, & iuſtum furorem tuum, ô clemens remitte.

Populum, ciuitatemque ſanguine tuo acquiſitam, ne des, ô Ieſu, in interitum, dum tremendo motu terram concutis, te Apoſtolorum cœtus precatur.

A viis tuis rectis ſententia obliqua declinantes, ad iram te clementem, & malorum immemorem prouocamus Domine; at tu propitius & miſericors eſto ſeruis tuis.

In Deiparam.

Adeſt nunc ſuccurrendi tempus, nunc reconciliatione cum Filio tuo & Domino eſt opus; vt delinquentium miſereatur, & ab imminente periculo nos eruat.

Canticum ſextum. Vitæ mare.

Nulla maieſtatem tuam exorandi fiducia freti, electos tuos Angelos ad feruentes pro nobis preces offerendas excitamus: per illos itaque à furore tuo nos eripe.

Iam te noſtri miſertum agnouimus, qui nuſquam ſub terra diro caſu nos in multis delinquentes obruiſti: propterea te Chriſte adoramus.

Fundamenta terræ concuti præcipis, vt nos miſeri meliori virtutum ſtatu dimoueri abſiſtamus: & tandem timore tuo, ô Verbum, confirmemur.

In Deiparam.

Sancta Dei ſponſa, anxij nunc populi miſerere, & moram aduerſum nos Dei indignationem tuis maternis precibus quamprimum immuta, te precamur.

Canticum ſeptimum.

Roridam fornacem.

Benedictus es, longanimis Domine, qui motu & hiatu terræ nos morti minimè dediſti: terruiſti tantùm eos qui à malis reſipiſcere ſtudent, vt vita cuncti fruantur.

Suſpiria è corde proferamus, & lachrymas profundamus, vt Chriſtum Dominum propter peccatorum noſtrorum colluuiem cunctos miſere atterere minitantem, propitium nobis reddamus.

Heu me, clamemus, ad Deum altissimum tendamus manus, & de reliquo peruersa agere desistamus. Saluator etenim firmius nos stabilire affectans, terram omnem indignabundus commouet.

In Deiparam.

Annue, illibata, vt tuis precibus saluemur, qui propter nimiam offensarum nostrarum copiam, ira Dei, intentatisque & horrendis grassantis periculi minis, iam iam sumus consumendi.

Canticum octauum. E flamma sanctis.

Iusto hoc tuo flagello grassante, repente turbati sumus benigne, teque conspecto aduersum nos irato, omnimoda desperatione detinemur.

Manus & oculos ad solum Dominum saluare nos valentem, tendamus, fideles, & exclamemus: auerte cito iram tuam à nobis Christe, qui humanus es.

Angelorum millia, Martyrum cœtus, Prophetarum, Apostolorum, Monachorum, & Pontificum sanctus chorus te deprecatur: parce Domine populo tuo afflicto.

Misericors, qui infirmitatem, naturæq; nostræ lubricum, & peruicaciam nouisti: iram tuam remitte, terræ tumultum seda, & tua clementia, miserere nostri, benigne.

In Deiparam.

Pia Deipara, facilem ad pietatem quæ genuisti Saluatorem: vide populi tui afflictionem & suspiria, accelera vt pro nobis misericordiam depreceris.

Canticum nonum. Deum hominibus videre nefas.

Ecce deliquimus omnes, & nullius peccati tellus noxia horrendo modo corripitur; moniturus enim nos clemens Dominus illam totam agitat: mentem ergo resumamus, & salutis nostræ curam geramus.

Horarum & temporum cum sis Dominus, vno temporis momento seruos tuos perdere constitueras, nisi à multa tua clementia prohibitus fuisses: grates ideo referimus benigne, omni enim patrocinio destituti eramus.

A terræ motu, gladio, dura captiuitate, gentium incursu, casu aduerso, fame, & quauis alia calamitate, Christe misericors Domine, ciuitatem tuam, regionemque omnem, te fideliter celebrantem, eripe.

Οἴμοι κράξωμεν, καὶ χεῖρας ἐκπετάσωμεν πρὸς τὸν θεὸν τὸν ὕψιστον, καὶ παυσώμεθα τοῦ λοιποῦ ποιεῖν τὰ πονηρά. καὶ γὰρ ὁ σωτὴρ ἀγανακτῶν σαλεύει ἅπασαν τὴν γῆν, στηρίξαι θέλων ἡμᾶς.

Θεοτόκιον.

Νεῦσον ἄχραντε σωθῆναι ταῖς πρεσβείαις σου, ἀφανισθῆναι μέλλοντας ἐν ὀργῇ θεοῦ, καὶ θυμῷ μεγάλῳ καὶ φρικτῷ τῆς νῦν ἐπελθούσης ἀπειλῆς, διὰ τὸ πλῆθος τῶν πολλῶν ἁμαρτημάτων ἡμῶν.

Ὠδὴ η'. Ἐκ φλογὸς τοῖς ὁσίοις.

Τῆς δικαίας σου ταύτης ὀργῆς, φιλάνθρωπε, ἐπελθούσης ἀθρόως συνεταράχθημεν, καὶ ἀπελπισμῷ παντελεῖ συνεσχέθημεν, προσαγανακτοῦντα ὁρῶντες καθ' ἡμῶν σε.

Ἀνατείνωμεν χεῖρας πιστοί, καὶ ὄμματα πρὸς τὸν μόνον δεσπότην σώζειν δυνάμενον, κράζοντες. Χριστέ, τὸν θυμόν σου ἐπίστρεψον ἀφ' ἡμῶν ταχέως, φιλάνθρωπος ὑπάρχων.

Χιλιάδες ἀγγέλων, μαρτύρων σύλλογος, προφητῶν, ἀποστόλων, ὁσίων ἱεραρχῶν ἅγιος χορός, ἱκετεύει σε δέσποτα, φεῖσαι τοῦ λαοῦ σου, τοῦ τεταπεινωμένου.

Ὁ γινώσκων, οἰκτίρμον, τὸ ἀσθενὲς ἡμῶν, καὶ εὐόλισθον πάντη καὶ ἀδιόρθωτον. λῦσον τὴν ὀργήν, καὶ τὸν τάραχον κόπασον, καὶ τῷ σῷ ἐλέει οἰκτείρησον οἰκτίρμον.

Θεοτόκιον.

Συμπαθὴς θεοτόκε, ἡ τὸν εὐσυμπάθητον ἡ τεκοῦσα σωτῆρα, ἴδε τὴν κάκωσιν, καὶ τὸν στεναγμὸν τοῦ λαοῦ σου, καὶ τάχυνον τοῦ παρακαλέσαι ἡμᾶς οἰκτειρηθῆναι.

Ὠδὴ θ'. Θεὸν ἀνθρώποις ἰδεῖν ἀδύνατον.

Ἰδοὺ οἱ πάντες ἡμεῖς ἐπταίσαμεν, καὶ φοβερῶς ἡ γῆ μηδὲν σφαλεῖσα κολάζεται. νουθετῶν γὰρ ἡμᾶς ὁ φιλάνθρωπος, ὅλην αὐτὴν σαλεύει. λάβωμεν αἴσθησιν, καὶ τῆς σωτηρίας ἑαυτῶν ἐπιμελώμεθα.

Ὡρῶν καὶ χρόνων ὑπάρχων κύριον μιᾷ ῥοπῇ ἠθέλησας ἐκτρίψαι τοὺς δούλους σου. ὑπὸ δὲ τῆς πολλῆς εὐσπλαγχνίας σου, δέσποτα, ἐκωλύθης. εὐχαριστοῦμέν σοι, οἱ ἀναπολόγητοι ἡμεῖς, μόνε φιλάνθρωπε.

Σεισμοῦ, μαχαίρας, πικρᾶς ἁλώσεως, καὶ ἐθνικῆς Χριστὲ ἐπιδρομῆς, καὶ συμπλώσεως, καὶ λιμοῦ, καὶ κακώσεως, δέσποτα, πάσης ἄλλης, οἰκτίρμων, ῥῦσαι καὶ πόλιν σου, ἅπασάν τε χώραν τῶν πιστῶς ὑμνολογοῦσάν σε.

Η γῆ ἀγλώσσως βοᾷ στενάζουσα. τί με κακοῖς μιαίνετε πολλοῖς πάντες ἄνθρωποι, καὶ ἡμῶν ὁ δεσπότης φειδόμενος, μόνην ἐμὲ μαστίζει; λάβετε αἴσθησιν, καὶ ἐν μετανοίᾳ τὸν θεὸν ἐξιλεώσασθε.

Θεοτόκιον.

Φθορὰν τῷ τίκτειν μὴ ὑπομείνασα, καταφθορᾶς παρθένε, ἐξελοῦ ἡμᾶς ἅπαντας, καὶ σεισμοῦ βαρυτάτου καὶ θλίψεως, παύουσα τοῦ δεσπότου τὴν ἀγανάκτησιν, σοῦ ταῖς μητρικαῖς καταλλαγαῖς, θεοχαρίτωτε.

Στιχηρὰ προσόμοια τοῦ σεισμοῦ. ἦχος α'.

Τῶν οὐρανίων ταγμάτων.

Ὁ τὰ θεμέλια πάντα τῆς γῆς σαλεύων θεός, ὁ συνταράττων μόνος τῆς θαλάσσης τὸ κύτος, ὡς κτίστης τῶν ἁπάντων· ῥῦσαι ἡμᾶς τῆς φοβερᾶς τοῦ σεισμοῦ ἀπειλῆς, ὑπὸ τῆς σῆς εὐσπλαγχνίας διαπαντὸς δυσωπούμενος, φιλάνθρωπε.

Ὡς πολυέλεος μόνος καὶ παντοδύναμος, Χριστὲ σωτὴρ, ὑπάρχων, διὰ τῆς θεοτόκου, καὶ πάντων τῶν ἁγίων, σῶζε ἀεὶ ἀπὸ λιμοῦ, καὶ λοιμοῦ, καὶ σεισμοῦ, πυρὸς, μαχαίρας ἐθνῶν, καταποντισμοῦ, τὴν δοξάζουσάν σε πόλιν πιστῶς.

Τῆς νῦν δικαίας σου ταύτης ὀργῆς φιλάνθρωπε, ἀθρόως ἐπελθούσης μὴ συγχώσῃς οἰκτίρμον, μηδὲ διασκεδάσῃς, μὴ τῷ θυμῷ τῆς ὀργῆς σου παιδεύσῃς ἡμᾶς. ἀλλὰ τὸν παράλογον κόπασον τοῦ σεισμοῦ, καὶ τὸν σὸν λαὸν οἰκτείρησον.

Ἕτερα στιχηρὰ τοῦ σεισμοῦ. ἦχος β'. ἰδιόμελα.

Τῆς γῆς συνταρασσομένης τῷ τῆς ὀργῆς σου φόβῳ, βουνοὶ καὶ τὰ ὄρη συσσείονται κύριε· ἀλλ' εὐσπλαγχνίας ὄμματι, ἐφ' ἡμᾶς ἐπιβλέψας, μὴ τῷ θυμῷ σου ὀργισθῇς ἡμῖν· ἀλλὰ σπλαγχνισθεὶς ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου, τῆς φοβερᾶς ἡμᾶς τοῦ σεισμοῦ ἀπειλῆς ἐλευθέρωσον, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος.

Ἦχος πλ. β'.

Νινευῖται τοῖς παραπτώμασι τὴν διὰ σεισμοῦ ἀπειλὴν κατεχώσιν ἤκουον· ἐν δὲ τῷ μεσιτεύοντι σημείῳ τοῦ κήτους τὴν διὰ τοῦ Ἰωνᾶ ἀνάστασιν ἡ μετάνοια παρεκάλει. ἀλλ' ὡς ἐκείνων βοὴν λαοῦ σου μετὰ νηπίων καὶ κτηνῶν οἰκτίρας προσεδέξω· καὶ ἡμᾶς παιδευομένους διὰ τῆς τριημέρου ἀναστάσεως, φεῖσαι καὶ ἐλέησον.

Ἦχος πλ. β'.

Φοβερὸς εἶ κύριε, καὶ τίς ὑποστήσεται τὸ δικαίας σου ὀργῆς; ἢ τίς σε δυσωπήσει, ἢ τίς παρακαλέσει ἀγαθὲ ὑπὲρ λαοῦ ἡμαρτηκότος καὶ ἀπε-

Muto sermone suspirans tellus exclamat. Quid me tot malis polluitis homines, quibus si Deus parcat, solam me corripit? resumite mentem, & in pœnitentia placate Deum.

In Deiparam.

Quæ corruptionem in pariendo non pertulisti, cunctos ô Virgo, ab interitu, terræ motu, & afflictione, Domini indignatione materno tuo interuentu sedata, libera, ô Deo gratissima.

Versus similares in terræ motu. Tonus primus. Cœlestium ordinum.

Deus qui cuncta terræ fundamenta concutis, qui vt omnium conditor maris profundum conturbas, tremendo terræ motus periculo, tua semper motus clementia, nos eripe benigne.

Christe, qui solus valde misericors, & omnipotens es Saluator, per tuam matrem & sanctos tuos, à fame, & peste, à terræ motu, igne, gladio gentium ruina celebrantem fideliter ciuitatem serua.

Iusta nunc tua grassante ira, ne nos misericors obruas & profliges: ne in furore iræ tuæ nos corripias, quin potius terræ motus tumultum compone, & populi tui miserere.

Alij versus in terræ motu. Tonus secundus. Proprij cantus.

Agitata terra, colles & montes iræ tuæ timore trepidant: verum clementiæ tuæ oculis in nos coniectis, ne in furore tuo irascaris nobis, sed erga manuum tuarum opera pietate ductus, tremendo terræ motus periculo, vt bonus & clemens nos libera.

Tonus obliquus secundus.

Delictis suis intentatas minas, & terræ motu ruinam sibi impendentem audierunt Nineuitæ: pœnitentia vero reparationem & resurrectionem interueniente cœti signo per Ionam illi deprecata est. Verum vt populi illius simul & infantium & iumentorum clamorem miseratus excepisti, nobis quoque iam correptis per triduanam resurrectioné parce, & miserere. *Tonus obliq secund.*

Terribilis es Domine, & quis iram tuam sustinebit? quis te flectet, ô bone, aut pro peccante & desperato populo exorabit?

Ecce iam cœlestes ordines, Angeli, Principatus, Potestates, Throni, Dominationes, Cherubim, & Seraphim pro nobis ad te clamant. Sanctus, sanctus, sanctus es Domine· opera manuũ tuarum ne despicias, ô bone, sed per viscera misericordiæ tuæ periclitantem ciuitatem serua.

Gloria. *Tonus obliquus secundi.*

Cantatur & sequens Modulus.

In omni supplicatione.

Rex cœlestis, benigne Domine, longanimis, & valde misericors, respice de sancto habitaculo tuo, & abiectionem nostram vide. Vide & afflictionem nostram ne in ira tua arguas nos, neque in furore tuo nos corripias. Ne gentium incursibus, aut barbarorum manibus, vel vt ruina pereamus, nos tradas: ne quando dicant gentes, vbi est Deus eorum? Nos autem populus tuus & oues pascuæ tuæ, nomen tuum inuocauimus. Quia innatam tibi bonitatem habes: protege ciuitatem istam. Exorat te Deipara, quæ te genuit sicut & Apostolorum chorus Martyrum, & sanctorum Monachorum cœtus. Pro populo peccatore & desperato preces suscipe; & hæreditatem tuam patiens Domine conserua.

Orationes in terræ motus periculo.

Dominum precemur.

DEvs magne, & terribilis, & mirande: magne & vere, qui condis & immutas omnia, qui respicis terram, & facis eam tremere, qui tangis montes & fumigant, qui agitas à fundamentis eam quæ sub cœlo est, columnæ vero eius non mouentur; qui terræ fundamenta concutis, ipsa autem tuo nutu stabilita perseuerat: quem omnia fremunt & tremunt à facie virtutis tuæ, quia nobis peccatoribus intolerandus furor tuæ comminationis videtur; sed & simul immensa & inuestigabilis est tuæ promissionis misericordia. Ipse Domine, misericordiarum tuarum recordare, & miserationes tuas quæ à sæculo sunt, nobis largire. Confirma creaturam, terram stabili; & sedata eius agitatione, habitatam omnem tumultuantem isto motu, consolida; neque in iniquitatibus nostris nos condemnes. Quia tu es Deus noster, Deus miserendi & saluandi, & tibi gloriam referimus Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

γνωσμένου; τὰ οὐράνια τάγματα, ἄγγελοι, ἀρχαί, καὶ ἐξουσίαι. θρόνοι, κυριότητες, τὰ Χερουβίμ, καὶ Σεραφίμ, ὑπὲρ ἡμῶν σοι βοῶντα. ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος εἶ κύριε, τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου μὴ παρίδῃς ἀγαθέ· διὰ σπλάγχνα ἐλέους σῶζε πόλιν κινδυνεύουσαν.

Δόξα. Ἦχος, πλ. β΄.

Ψάλλεται δὲ τὸ παρὸν τροπάριον.

Εἰς πᾶσαν λιτήν.

Οὐράνιε βασιλεῦ, φιλάνθρωπε κύριε, μακρόθυμε καὶ πολυέλεε, ἔπιδε ἐξ ἁγίου κατοικητηρίου σου, ἴδε τὴν ταπείνωσιν ἡμῶν, ἴδε καὶ τὴν κάκωσιν ἡμῶν, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς ἡμᾶς, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς ἡμᾶς, μὴ παραδώῃς ἡμᾶς εἰς ἐπιδρομὰς ἐθνῶν, ἢ εἰς χεῖρας βαρβάρων, ἢ εἰς χάος ἀπολέσθαι· μή ποτε εἴπωσι τὰ ἔθνη ποῦ ἐστιν ὁ θεὸς αὐτῶν· ἡμεῖς δὲ λαός σου καὶ πρόβατα νομῆς σου, καὶ τὸ ὄνομά σου ἐπικεκλήμεθα. ἔχεις ἔμφυτον τὴν ἀγαθότητά σου, σκέπε τὴν πόλιν ταύτην. ἔχεις πρέσβιν τὴν θεοτόκον τὴν σὲ τεκοῦσαν, λόγε, χορὸν τῶν ἀποστόλων, καὶ πλῆθος τῶν μαρτύρων, καὶ τῶν ὁσίων. δέξαι τὰς δεήσεις ὑπὲρ λαοῦ ἡμαρτηκότος καὶ ἀπεγνωσμένου καὶ σῶσον ἀνεξίκακε τὴν κληρονομίαν σου.

Εὐχαὶ ἐπὶ ἀπειλῇ σεισμοῦ.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὁ Θεὸς ὁ μέγας καὶ φοβερὸς καὶ θαυμαστός, ὁ μέγας καὶ ἀληθινός, ὁ ποιῶν πάντα καὶ μετασκευάζων, ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν, ὁ ἁπτόμενος τῶν ὀρέων καὶ καπνίζονται· ὁ σείων τὴν ὑπ' οὐρανὸν ἐκ θεμελίων, οἱ δὲ στῦλοι αὐτῆς οὐ σαλεύονται· ὁ τὰ θεμέλια τῆς γῆς σαλεύων, ἥδρασται δὲ τῷ νεύματι· ὃν πάντα φρίσσει καὶ τρέμει ἀπὸ προσώπου τῆς δυνάμεώς σου. ὅτι ἀνυπόστατος ἡ ὀργὴ τῆς ἐπὶ ἡμᾶς τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἀπειλῆς σου· ἀμέτρητον δὲ καὶ ἀνεξιχνίαστον τὸ ἔλεος τῆς ἐπαγγελίας σου. αὐτὸς μνήσθητι τῶν οἰκτιρμῶν σου κύριε· καὶ τὰ ἐλέη σου παράσχου ἡμῖν, ὅτι ἀπὸ τοῦ αἰῶνός εἰσι. στήριξον τὴν κτίσιν, στερέωσον τὴν γῆν, παῦσον τὸν κλόνον αὐτῆς, ἕδρασον τὴν δονηθεῖσαν οἰκουμένην, καὶ μὴ συναπολέσῃς ἡμᾶς ταῖς ἀνομίαις ἡμῶν, μηδὲ καταδικάσῃς ἡμᾶς ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν ἐν τοῖς κατωτάτοις τῆς γῆς. Ὅτι σὺ εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν, θεὸς τοῦ ἐλεεῖν καὶ σώζειν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν· τῷ πατρί, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εὐχὴ ἑτέρα, εἰς ἀπειλὴν σεισμοῦ.

Βασιλεῦ ἅγιε, φιλάνθρωπε δέσποτα, μακρόθυμε κύριε, ὁ πάσης αἰσθητῆς τε καὶ νοουμένης κτίσεως δημιουργός, ὁ πάντα φέρων τῷ ῥήματι τῆς ἀρρήτου δυνάμεώς σου, ὁ μόνος ἔχων ζωῆς καὶ θανάτου τὴν ἐξουσίαν, ὁ παιδεύων ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ φιλανθρώπως πάλιν ἰώμενος, ὁ τὴν πρόσκαιρον ἡμῶν ζωὴν τῇ πανσόφῳ σου προνοίᾳ διακυβερνῶν, καὶ πανταχόθεν τὴν σωτηρίαν χρησίμως κατασκευάζων ἡμῶν. οἴδαμεν ὅτι διὰ τὰς πολλὰς ἡμῶν ἁμαρτίας συνέσεισας τὴν γῆν, καὶ συνετάραξας αὐτήν· καὶ φόβος καὶ τρόμος ἦλθεν ἐφ᾽ ἡμᾶς ἀπὸ προσώπου τῆς ὀργῆς σου, μακρόθυμε. ἡ καρδία ἡμῶν τετάρακται τῇ μάστιγι αὐτοῦ, δειλία θανάτου ἐπέπεσεν ἐφ᾽ ἡμᾶς τῇ συγκινήσει αὐτῆς, μή ποτε ἁρπάσῃ ὡς λέων τὴν ψυχὴν ἡμῶν, καὶ οὐ μὴ ᾖ ὁ ῥυόμενος, μὴ ὄντος λυτρουμένου μηδὲ σώζοντος. διὰ τοῦτο δεόμεθα, καὶ σὲ παρακαλοῦμεν τὸν μόνον ἀνεξίκακον κύριον, μὴ μνησθῇς ἀνομιῶν ἡμῶν ἀρχαίων τε καὶ προσφάτων· μὴ ἀντισταθμήσῃς τῷ βάρει τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν τὴν προσήκουσαν ἀνταπόδοσιν· ἐὰν γὰρ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τῆς γενεᾶς ἡμῶν ταύτης, οὐδεὶς ἐνώπιόν σου δικαιωθήσεται· ἀλλ᾽ ἀπολεῖται παντελῶς ἀπὸ τῆς γῆς, πάντων ἡμῶν τὸ μνημόσυνον. μνήσθητι μακρόθυμε, τῶν ἀπ᾽ αἰῶνος οἰκτιρμῶν σου καὶ τοῦ ἐλέους σου, καὶ τῆς πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν ἀληθινῆς διαθήκης σου· καὶ μὴ καταπιέτω ἡμᾶς βυθὸς γῆς, μηδὲ συνεχέτω ἡμᾶς τὸ στόμα αὐτῆς· ἀλλ᾽ οἰκτείρησον συντετριμμένους ἡμᾶς καὶ τεταπεινωμένους ἐλέησον, καὶ ὑπὸ τῆς φοβερᾶς τοῦ σεισμοῦ ἀπειλῆς τεθορυβουμένους, καὶ τρόμῳ πολλῷ καὶ φόβῳ συνεχομένους, ἐπίσκεψαι. εἰ δέ που καὶ τινες εἰσὶ μέσον ἡμῶν οἱ φοβούμενοι τὸ ὄνομά σου, καὶ τηροῦντες τὰ σὰ προστάγματα, βραχεῖά τις ἐκλελεγμένη μερίς, σπέρμα εὐλογημένον, θησαυρὸς κεκρυμμένος, σοὶ μόνῳ γινωσκόμενος καὶ τηρούμενος. κἀκείνων ὡς ἀγαθὸς ἐπάκουσον ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἀναξίων δεομένων τῆς εὐεργεσίας καὶ τῆς συμπαθείας τῆς σῆς, καὶ πρόσδεξαι τὰς δεήσεις τούτων ὑπὲρ λαοῦ ἡμαρτηκότος προσαγομένας σοι, φιλάνθρωπε δέσποτα, ὡς Ἀβραὰμ ὑπὲρ τῶν Σοδόμων, ὡς Δανιὴλ καὶ Ἱερεμίου τῶν θείων σου προφητῶν ὑπὲρ τῆς τοῦ Ἰσραὴλ αἰχμαλωσίας τὴν σὴν ἱλεωσαμένων ἀγαθότητα· ἵνα κατὰ γενεὰν καὶ γενεὰν, δοξάζηταί σου τὸ τῆς φιλανθρωπίας καὶ μακροθυμίας ἀνεξιχνίαστον πέλαγος· καὶ ἡμεῖς προσταίζωμεν σοι δῶρον εὐχαρι-

Oratio altera in terræ motus periculo.

Rex sancte, clemens Dominator, longanimis Domine, omnis sensibilis & intellectualis creaturæ opifex, qui omnia ineffabilis tuæ virtutis verbo portas, qui solus mortis & vitæ potestatem habes, qui fluxam vitam nostram sapienti tua prouidentia gubernas, & salutem nostram vtiliter vndequaque moderaris: nouimus, quia propter peccata nostra plurima terram commouisti, timor & tremor venerunt super nos à facie iræ tuæ, ô longanimis, eius flagellatione cor nostrum turbatum est, & eius commotione super nos irruit mortis formido, nequando rapiat vt leo animam nostram & non sit, liberatoris & seruatoris defectu, qui eripiat. Propterea te in malis patientem Dominum rogamus ac petimus, ne memineris antiquarum & nouissimarum iniquitatum nostrarum: neque delictorum ponderi debitam mensuram rependas. Si enim in iudicium intraueris cum generatione ista nostra, nullus coram te iustificabitur: sed & è terra omnium nostrum memoria funditus peribit. Recordare ô longanimis miserationum tuarum quæ à sæculo sunt, & misericordiæ nostris veri tui testamenti Patribus exhibitæ, ne nos terræ profundum deuoret, vel nos oris eius hiatus absorbeat. Compatere contritis, humiliatorum miserere, & tremendo terræ motus periculo turbatos, & timore tremoreque multo correptos visita. Et sicubi vel quippiam sint inter nos nomen tuum timentes, & mandata tua obseruantes, velut selecta pars, benedictum semen; thesaurus absconditus, tibi soli cognitus & à te solo custoditus, eos pro nobis indignis beneficentiam & pietatem tuam deprecantes, velut clemens exaudi. Et quemadmodum Abraham pro Sodomis, atque Danielem & Hieremiam sanctos tuos Prophetas pro Israëlis captiuitate tuam pietatem prouocantes exaudiuisti, eorum quoque pro peccante tuo populo preces oblatas suscipe, humanissime Domine: vt imperscrutatum patientiæ & humanitatis tuæ pelagus in progeniem & progeniem celebretur: & nos potenti tua manu corroborati

conuersionem & pœnitentiam nostram velut donum gratiis referendis aptum tibi rependamus. Precibus & interuentu illibatæ tuæ Matris, & Sanctorum, qui à sæculo tibi placuerunt. Amen.

Alia Oratio in terræ motum.

Dominum precemur.

DOminator Domine Iesu Christe, fons miserationum inexhauste, imperscrutatum humanitatis pelagus, patientiæ bonitatisque abysse immensa, qui plagas & flagella humano generi pietatis excessu per tempora vtiliter infers, ne incontinens propensio & facilitatis ad peccandum lubricum, velut fræno, diuino tuo timore detentum, aduersus diuinam imaginem efferretur, neque animæ nobilitatem peruersè lacesseret iniuriis. Cohibe, precamur, horrendum terræ tumultum, & insolitum impetum, quo eam aduersum nos ferri mandasti, in nostræ præter naturam nostram ad peccatum propensionis, & iustæ tuæ, propter illud, à nobis auersionis argumentum. Si namque mandata tua custodiremus, & proprij debiti nostri terminis sisteremus, non vtique terra omnipotenti tuo nutui obsequuta, naturalis suæ immobilitatis oblita, tali motu præter naturam excitato absorbendi nos cupida, aduersum nos vndequaque commoueretur. Et iustè quidem, ô iuste Domine, neque enim maiestatis tuæ sancita custodimus, nec ea prætergressi iustam iram tuam aduersum nos timemus: sed & nequitiam in oculorum tuorum conspectu agimus; inuidentes inuicem, in inuicem furore concitati, dilectionem repulimus, fraternitatis amorem abiecimus, deposuimus compassionem; pecuniarum cupiditatem amplexi, auaritiamque sectati, paupertatem exosam habuimus: ventris ingluuiem & voluptatum cupidinem vænati, ieiunium & moderantiam subterfugimus: & vt, semel dicam, mandatum omne tuum irritū fecimus, & peccatum omne commisimus: & propterea, inquit, venit ira Dei in filios diffidentiæ. Fuerunt hæc nequitiæ nostræ molimina, hæc prauorum & immundorum nostrorum actuum consummatio, hæc odiorum & superbiæ, hæc iniuriarum siue clam, siue manifestè illatarum officia nefanda

στεῖλον τὴν ἡμῶν ἐπιστροφὴν καὶ μετάνοιαν τῇ κραταιᾷ σου χειρὶ δυναμούμενοι. εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις τῆς παναχράντου σου μητρὸς, καὶ πάντων τῶν ἀπ᾽ αἰῶνος σοι εὐαρεστησάντων ἁγίων. ἀμήν.

Εὐχὴ ἑτέρα εἰς σεισμόν.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

ΔΕσποτα κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, ἡ τῶν οἰκτιρμῶν ἀνεξάντλητος πηγὴ, τὸ τῆς φιλανθρωπίας ἀνεξιχνίαστον πέλαγος, ἡ ἄπειρος ἄβυσσος τῆς μακροθυμίας καὶ τῆς χρηστότητος, ὁ καὶ τὰς κατὰ καιροὺς ἐπαγομένας τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων πληγάς τε καὶ μάστιγας συμφερόντως διὰ φιλανθρωπίας ὑπερβολὴν ἐπιφέρων, ἵνα τὸ πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἡμῶν ἀκρατὲς καὶ ὀξύρροπον καθάπερ τινὶ χαλινῷ τῷ θείῳ σου κατεχόμενον φόβῳ μὴ ἀτάκτως κινῆται κατὰ τῆς θείας εἰκόνος, μηδὲ εἰς τὸ τῆς ψυχῆς εὐγενὲς κακῶς ἐξυβρίζῃ· στῆσον δεόμεθα τὸν φοβερὸν τῆς γῆς κλόνον, καὶ τὴν ἀήθη ταύτης φοράν, ἣν νῦν δικαίως καθ᾽ ἡμῶν κινεῖσθαι ταύτην προσέταξας, ὑπόμνησιν τῆς πρὸς πᾶσαν ἁμαρτίαν παρὰ φύσιν ἡμετέραν ὁρμῆς, καὶ τῆς σῆς διὰ ταῦτα τὴν πρὸς ἡμᾶς δικαίας ἀποστροφῆς. εἰ γὰρ ἡμεῖς τὰ σὰ προστάγματα διεφυλάττομεν, καὶ τῶν οἰκείων ὅρων ἐντὸς ἱστάμεθα, οὐκ ἂν ἡ γῆ τῷ σῷ παντοδυνάμῳ προστάγματι πειθομένη, καθ᾽ ἡμῶν ἐκινεῖτο νῦν τῆς φυσικῆς ἀκινησίας ἐξισταμένη, καὶ τὴν παρὰ φύσιν ταύτης κίνησιν καταπιεῖν ἡμᾶς ἐκζητοῦσα. καὶ δικαίως ὦ δίκαιε κύριε, οὐ γὰρ ποιοῦμεν τὰ προστάγματα τῆς βασιλείας σου· καὶ μὴ ποιοῦντες, οὐ φοβούμεθα τὴν σὴν δικαίαν ὀργὴν καθ᾽ ἡμῶν δέσποτα· ἀλλὰ τὸ πονηρὸν ποιοῦμεν ἐνώπιον τῶν σῶν ὀφθαλμῶν, μισοῦντες ἀλλήλους. ὀργιζόμενοι κατ᾽ ἀλλήλων τὴν ἀγάπην ἀπωσάμεθα, τὴν φιλαδελφίαν ἀπεβαλόμεθα, τὴν ἐλεημοσύνην ἀπεθέμεθα, καὶ τὴν φιλαργυρίαν ἠγαπήσαμεν, τὴν φιλοκτημοσύνην ἠσπασάμεθα, καὶ τὴν ἀκτημοσύνην ἐμισήσαμεν, τὴν γαστριμαργίαν καὶ τὴν φιληδονίαν ἠγαπήσαμεν, τὴν νηστείαν καὶ ἐγκράτειαν οὐκ ἐποθήσαμεν· καὶ ἁπλῶς πᾶσαν σου ἐντολὴν ἠθετήσαμεν κύριε, ἁμαρτίαν διαπραττόμεθα. διὰ ταῦτα γάρ φησιν ἔρχεται ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας. ταῦτα τῆς κακίας ἡμῶν τὰ ἐπίχειρα· τοῦτο τῶν πονηρῶν καὶ ἀκαθάρτων ἡμῶν πράξεων τὸ κατάλληλον ἀποτέλεσμα, ταῦτα τοῦ μίσους καὶ τῆς ὑπερηφανίας καὶ τῶν ἐν κρυφῇ καὶ φανερῶς γινομένων ἀνομιῶν ἡμῶν τὰ δεινὰ

κατορ-

κατορθώματα, θανατηφόρους κἀντεῦθεν πληγὰς ἐπάγοντα, κλόνους γῆς, καὶ σεισμούς, καὶ λιμούς, καὶ λοιμούς, καὶ πολεμίων ἐφόδους, καὶ μετὰ ταῦτα τὴν ἀφόρητον ἐκείνην καὶ ἀτελεύτητον βάσανον. Ἀλλὰ μὴ παραδώσῃς ἡμᾶς εἰς τέλος διὰ τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον, μηδὲ καταπιέτω ἡμᾶς ζῶντας ἡ γῆ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν· ἵνα μὴ τῆς μετανοίας καὶ τῆς ἐπιστροφῆς ζημιωθῶμεν καιρὸν οἱ τάλανες. εἰ γὰρ καὶ πολλάκις τὴν μετάνοιαν ὑπεσχέθημεν, καὶ πολλάκις σοι τῷ θεῷ ἡμῶν ἐψευσάμεθα, διὸ καὶ τὴν τομὴν κατὰ τὴν ἄκαρπον συκῆν κατέκεινας, τὴν γῆν ἀρτίως προστάξαι καλύψαι πάντας ἡμᾶς. ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν μακροθύμησον ὁ φιλάνθρωπος γεωργός, ὁ μὴ θέλων τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν. ὁ ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ συγχωρεῖν τοῖς ἀδελφοῖς κελεύων τὰ ἁμαρτήματα· μὴ συναπολέσῃς τὸ μικρὸν σου ποίμνιον τοῦτο φόβῳ συντετριμμένον, καὶ πένθει τεταπεινωμένον, καὶ τῷ τῆς γῆς κλόνῳ τεθορυβημένον, καὶ ἀπορούμενον πάντοθεν. ἀλλὰ μνήσθητι μακρόθυμε τῶν οἰκτιρμῶν σου καὶ τοῦ ἐλέους σου. μνήσθητι ὅτι ἐπιμελῶς ἔγκειται ἡ διάνοια τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐκ νεότητος αὐτοῦ, καὶ οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου ἐνώπιόν σου· ἵνα καὶ νῦν τῆς ἀφάτου χρηστότητος ἀπολαύοντες, εὐχαριστήσωμεν ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἐνδόξοις καὶ φοβεροῖς ἔργοις σου, ἃ ἐποίησας καὶ ποιεῖς μετὰ τῶν ἀναξίων ἡμῶν κατὰ τὸ τῆς σῆς φιλανθρωπίας ἀνεξιχνίαστον πέλαγος.

Χάριτι τοῦ ἀνάρχου σου πατρός, καὶ τοῦ ζωοποιοῦ σου πνεύματος. εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις τῆς παναχράντου σου μητρός, καὶ πάντων τῶν ἁγίων. ἀμήν.

Ἀπόστολος εἰς σεισμόν.

Προκείμενον. ἦχος πλ. δ'.

Κύριε μὴ τῷ θυμῷ σου. Στίχος.

Μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ τοῦ παιδός σου.

Πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς Παύλου τὸ ἀνάγνωσμα.

Ἀδελφοί· ὃν ἀγαπᾷ κύριος παιδεύει, μαστιγοῖ δὲ υἱὸν ὃν παραδέχεται.

Τέλος.

Καὶ τροχιὰς ὀρθὰς ποιήσατε τοῖς ποσὶν ὑμῶν, ἵνα μὴ χωλὸν ἐκτραπῇ, ἰαθῇ δὲ μᾶλλον.

Ἀλληλουϊάριον. Ὁ θεὸς ἀπώσω ἡμᾶς.

Εἰς σεισμὸν εὐαγγέλιον κατὰ Μάρκον.

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, ἐμβάντι τῷ Ἰησοῦ εἰς πλοῖον, ἠκολούθησαν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. Τέλος.

quæ mortiferas exinde plagas; terræ fragores & motus, fames & pestes & hostium incursus, & demum intolerandum nusquamque finiendum tormentum, secum traxerunt. Verum ne tradas nos in finem, propter nomen sanctum tuum, neque nos viuos tellus absorbeat scelerum nostrorum merito, ne miseri pœnitẽtiæ & cõuersionis tẽpore mulctemur. Sæpius enim pœnitentiam polliciti: sæpius etiã tibi Deo nostro sumus ementiti: propterea ad eius quę in infrugiferã ficũ instar, abscissionis sententiam tulisti; vbi terram pœne nos absorbere iussisti. At nunc etiam patiens esto, humane agricola, qui non vis mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat: qui septuagies & septies delicta fratribus condonari præcipis, ne modicum hunc gregem timore consternatum, planctu depressum, terræ fragore consternatum, & vndequaque anxium perdas: quin potius recordare miserationum tuarum, & misericordiæ tuæ; recordare etiam quam procliue propensa est in malum cogitatio hominis à iuuentute sua, & nullus à sorde omnino mundus est coram te: vt & nunc ineffabili tua pietate confisi pro omnibus gloriosis & tremendis operibus, nobis indignis iam demonstratis & in posterum edendis, iuxta clementiæ tuæ imperuestigatam immensitatem, gratias referamus.

Gratia principij expertis tui Patris, & viuifici tui Spiritus: precibus & interuentu illibatæ tuæ matris, & omnium sanctorum. Amen.

Apostolus in terræ motum.

Propositum. Tonus obliquus quarti.

Domine ne in furore tuo. *Versiculus.*

Ne auertas faciem tuam à puero tuo.

Ad Hebræos Epistolæ Pauli lectio.

Cap. 12.

FRatres. Quem diligit Dominus castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit.

Finis.

Et gressus rectos facite pedibus vestris, vt ne claudicans quis erret, magis autem sanetur.

Alleluia. Deus repulisti nos.

In terra motum. Euang. sec. Matth. C. 8.

IN illo tempore. Ascendente Iesum in nauiculam sequuti sunt Discipuli eius. Finis.

Qualis est hic quia venti & mare obediunt ei?

Ποταπός ἐστιν οὗτος, ὅτι καὶ οἱ ἄνεμοι καὶ ἡ θάλασσα, ὑπακούουσιν αὐτῷ.

Et deinde sacra missa celebratur.

Communio.

Καὶ καθεξῆς ἡ θεία λειτουργία.

Κοινωνικόν.

Qui respicit terram, & facit eam tremere.

Ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν.

IN CANONEM, IN TERRÆ MOTVM.

NOTÆ.

1 Κανὼν εἰς φόβον σεισμοῦ.] Modernos Græcorum sensus, modosque loquendi præsentes orationes referunt: earumque editio paucissima sæcula superat: vnde & prima sola in M.S. Barberino & Allatiano legitur.

2 Εἰς φόβον σεισμοῦ.] Subito etiam & vehementi terræ motu concussos, & conturbatos animos, Ecclesia suis Orationibus erigit & firmat. Inter cunctos vero memorandus est ille qui Theodosij Iunioris tempore contigit, & quo talis clades imminebat, vt Constantinopolis ciues ruinam ædificiorum veriti, in Campo extra vrbem aliquo spatio morati fuerint. De illo precibusque tunc actis refert Nicephorus lib. 14. cap. 46. συνεχεῖς δεήσεις συνάμα βασιλεῖ τῷ Θεοδοσίῳ καὶ Πρόκλῳ τῷ Πατριάρχῃ ποιούμενοι, καὶ λιτῆς ἀγομένης πάντες σὺν δάκρυσιν ἐκ βάθους τὸν ἄνωθεν ἔλεον ἐκκαλούμενοι: *una cum Imperatore Theodosio & Proclo Patriarcha continuis precibus incumbentes, & supplicatione publica celebrata omnes collachrimabantur, & ex profundo intimoque animo misericordiam supernam inuocabant.* In occidente autem notissimus is fuit, qui eodem æuo, renouandæ Rogationum piæ consuetudini S. Mamerto Viennensi Episcopo causam præbuit: de quo Sidonius Apollinaris epist. prima lib. 7.

3 Ἰωσήφ.] De hoc Iosepho inter Ecclesiæ Græcæ Hymnographos celebri, Synaxarion 4. Aprilis eius festo dicata hæc habet. B. Ioseph ποιητὴς τῶν κανόνων *Canonum scriptor*, è Sicilia ortus Plutinum & Agatham parentes agnouit. Capta vero ab Afris patria, Thessalonicam profectus Monachum egit; & susceptis ordinibus Constantinopolim se contulit, & inde Romam remedium Iconomachorum errori quæsiturus idoneum, in itinere Saracenorum manibus in Cretam captiuus abducitur. At impio Theophilo è viuis sublato, D. Nicolai ope liberatus, Constantinopoli in exilium ab hæreticis missus est, è quo tandem reuocatus, γέγονε φύλαξ τῶν ἱερῶν σκευῶν τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, χάρισμα ἔχων ἐκ Θεοῦ, πολλοῖς ἁγίοις κανόσι τιμήσας, ἐκοιμήθη. *Custos vasorum sacrorum in magna Ecclesia effectus; multa gratia floruit: plurimisque sanctorum, editis à se Canonibus illustratis, obdormiuit in Domino.*

CANON IN SANCTAM ET CONSVBSTANTIALEM & indiuiduam Trinitatem, & in omnes sanctos: in pestilentialis morbi periculo.

Canticum Primum. Tonus obliq. quart.

Curru vectus Pharao.

ΚΑΝΩΝ ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΓΙΑΝ ΚΑΙ ΟΜΟΟΥΣΙΟΝ, καὶ ζωοποιόν, καὶ ἀδιαίρετον τριάδα, καὶ εἰς πάντας τοὺς ἁγίους, εἰς ἀπειλὴν λοιμικῆς ἀσθενείας.

Ὠδή, α΄. ἦχος, πλ. δ΄. Ἁρματηλάτην Φαραώ.

Omnium opifex, vnius naturæ, æqualis gloriæ, & paris potestatis Trilucida gloria, Pater incomprehense, Fili, & Spiritus sancte, à graui morbo famulos tuos eripe: vt cum gratiarum actione te celebremus.

Peccatorum procella in infirmitatis profundum me impulit, & continui dolores, velut tricumani fluctus, me miserum iactant: sed tu, vnius potestatis virtus, Trinitas sancta, ad pietatem inflectere: & me miserè pereuntem salua.

Ἡ παντουργός, καὶ συμφυής, καὶ σύνθρονος, καὶ ὁμοδύναμος, καὶ τρισφεγγὴς δόξα, πάτερ ἀκατάληπτε, υἱέ, καὶ πνεῦμα ἅγιον, χαλεπῆς ἀσθενείας τοὺς σοὺς οἰκέτας ἀπάλλαξον, ὅπως εὐχαρίστως σε δοξάζωμεν.

Ἁμαρτιῶν με καταιγὶς συνώθησεν εἰς ἀσθενείας βυθόν, καὶ συνεχεῖς πόνοι, ὥσπερ τρικυμίαι, με χειμάζουσι τὸν δείλαιον. ὁμοδύναμον κράτος, τριὰς ἁγία σπλαγχνίσθητι, σῶσόν με δεινῶς ἀπολλύμενον.

Τῆς συνεχούσης ἁμαρτίας λύτρωσαι, τριὰς ἀμέριστε, ἡμᾶς τοὺς σοὺς δούλους, δρόσῳ τοῦ ἐλέους σου σβεννύουσά μου τὴν καύσωνα τῶν δεινῶν ἀλγηδόνων, καὶ τὴν ὑγείαν παρέχουσα, ὅπως ὀρθοδόξως ὑμνοῦμέν σε. Θεοτόκιον.

Τὸν λυτρωτὴν, καὶ πάντων δημιουργὸν, καὶ κύριον κυοφορήσασα, τὸν τὰς ἡμῶν νόσους, πάναγνε, βαστάσαντα, αὐτὸν οὖν καθικέτευε χαλεπῆς ἀσθενείας τοὺς σοὺς οἰκέτας λυτρώσασθαι, μόνη τῶν ἀνθρώπων βοήθεια.

Ὠδὴ, γ'. Οὐρανίας ἀψῖδος.

Ἐπουράνιοι νόες, ἀγγελικὰ τάγματα, θρόνοι, καὶ ἀρχαὶ, καὶ δυνάμεις, καὶ κυριότητες, ἐκδυσωποῦσί σε τὸν ἀγαθὸν καὶ σωτῆρα, λοιμικῆς ἀπάλλαξον νόσου τοὺς δούλους σου.

Ἵνα φιλανθρωπίας ἐπὶ πολὺ, δέσποτα, σοῦ ἐπιδεικνύῃς τὴν ἄβυσσον, παντοδύναμε, νόσου ἀπάλλαξον θανατηφόρου, καὶ πόνων χαλεπῶν τοὺς δούλους σου, μόνε μακρόθυμε.

Ὡς θεοῦ παραστάται, λειτουργικὰ πνεύματα, ἄγγελοι, ἀρχάγγελοι, τοῦτον ἐκδυσωπήσατε, παῦσαι τὸ νόσημα, διασκεδάσαι τὴν λύπην, τῆς θανατηφόρου τε μοίρας λυτρώσηται.

Θεοτόκιον.

Ἰαμάτων πηγήν σε τῶν ἀγαθῶν ἔδειξεν ἄβυσσος ἐκ σοῦ προσελθοῦσα, Χριστὸς ὁ κύριος, κόρη παναμώμητε· διὸ τοὺς δούλους σου ῥῦσαι ἀσθενείας λαίλαπι κλυδωνιζομένους.

Ὠδὴ, δ'. Σύ μου Χριστὲ κύριος.

Νῦν ἡ σκιὰ ὄντως θανάτου ἐκύκλωσε, καὶ τοῦ ᾅδου πύλαις προσεπέλασεν. ἀλλὰ σὺ, σῶτερ, ὡς δυνατὸς ἡμᾶς ἀναστήσας, θαυμάστωσον τὰ ἐλέη σου, ὁ σώζων τοὺς ἐν πίστει ἀδιστάκτῳ βοῶντας· τῇ δυνάμει σου δόξα, φιλάνθρωπε.

Οἱ τοῦ Χριστοῦ μύσται αὐτόπται καὶ κήρυκες, εἰληφότες δωρεὰν τὰ ἰάματα, καὶ ἰατροὶ ὄντες ψυχικοὶ, ἐκ τῶν ἀνάγκων μετὰ ἀπόστολοι ἐξαγάγετε, τῆς συνεχούσης νόσου, Ἰησοῦν δυσωποῦντες τὸν δεσπότην, καὶ ῥύστην, καὶ κύριον.

Ἁμαρτιῶν ζάλη ἡμᾶς νῦν κατέλαβεν, ἀσθενείας κύματα χειμάζουσι, πόνοι βυθίζουσι συνεχεῖς, θλίψεις καὶ ὀδύναι ἡμᾶς τοὺς δειλαίους θύρωμεν. ἀπόστολοι κυρίου, ταῖς ὑμῶν ἱκεσίαις βοηθείας τὴν χεῖρα ὀρέξατε. Θεοτόκιον.

Πόνοις δεινοῖς καὶ συνεχέσι βαλλόμενοι, τῇ παρθένῳ πάντες σοι προσπίπτομεν· τῇ κραταιᾷ σκέπῃ σου ἁγνὴ, σῶσον ἡμᾶς πάντας. οἰκτείρησον θεονύμφευτε, ἐκλύτρωσαι τῆς λύμης, καὶ δεινῆς ἀρρωστίας, καὶ τὰ ἄλγη θεράπευσον δέσποινα.

A grassante peccato seruos tuos libera, Trinitas indiuisa, misericordiæ tuæ rore salute præstita, æstum grauium meorum languorum extingue, vt te fideliter laudemus.

In Deiparam.

Seruatoris, omnium conditoris, & Domini dolores nostros portantis, immaculata genitrix, ipsum nunc deprecare, vt graui infirmitate famuli tui liberentur, sola hominum auxiliatrix.

Canticum tertium. Cœlestis fornicis.

Cœlestes mentes, Angelici ordines, Throni, Principatus, Potestates, & Dominationes te bonum & seruatorem exorant: famulos tuos pestilentiali contagio libera.

Vt humanitatis tuæ summopere reueles abyssum, omnipotens Domine, morbo lethifero & prementibus doloribus seruos tuos libera, ô longanimis.

Spiritus ministri Deo assistentes, Angeli & Archangeli illum exorate, vt morbum sedet: & lethiferæ sortis casu, doloribus dissipatis, nos eruat.

In Deiparam.

Congruorum te remediorum fontem, à te procedens abyssus Christus Dominus effecit: famulos tuos propterea, infirmitatis turbine agitatos libera.

Cant. quart. Tu mihi Christe Dominus.

Mortis vmbra nos vere circumuallat, & ad inferi portas impellit: at tu, nobis erectis, mirifica misericordias tuas Saluator; qui indubia fide saluas ad te clamantes: virtuti tuæ sit gloria, benigne.

Christi spectatores & secretorum participes, & præcones olim effecti, qui curationum dono suscepto animarum medicos vos exhibuistis, à grassantis morbi angustiis, Apostoli, Iesũ Dominũ & seruatorem deprecãtes, nos educite.

Peccatorum procella modo nos percellit, morborum etiam fluctus nos agitant, cõtinui dolores in profundum deprimunt, tribulationes & dolores nos miseros affligunt: Apostoli Domini precibus vestris manum opitulatricem porrigite. *In Deiparam.*

Vehementibus & continuis doloribus perculsi, tibi Virgo cuncti procidimus: potenti tua protectione cunctos salua, ô Pura, miserere Dei sponsa, ab hac pernicie & morbo graui nos præserua, & infirmitatibus medere, ô Domina.

Cantic. quintum Vt quid me repulisti?

Prophetæ sacri, qui errorum maria mellifluis vestris exhortationibus inũdauistis: in diuinã bonæ valetudinis suauitatem, morbi contagiosi amaritudinem cunctam transmutate.

Infixa sunt nobis tuo iussu infirmitatis tela, Domine, & super nos firmata est manus tua, omnipotens, vt misericors Deus omnibus tua pietate compatere, precibus sanctorum tuorum Martyrum.

Vt quondam defunctum viduæ filium imperio tuo à mortuis reuocasti, ô Verbum, acerba infirmitate seruos tuos, solus bonus & compati facilis liberans, vitæ redde, ô benigne,

In Deiparam.

In huius vitæ nocte caligo nos infirmitatis obuoluit, morborumque tenebræ contexerunt vndique. At tu illuce mihi recreationis splendor, ô pura, & ad valetudinis lumen me deduc.

Cant. sext. Propitius esto mihi Saluator.

In pelago infirmitatum immane hianti voluimur, & pestilentialis calamitatis in altum tolluntur fluctus, gubernator Domine, extensa auxiliatrice dextera nos salua.

Vt paralyticum quondam diuino tuo nutu post molestam infirmitatem in doloris lecto consolidasti: è grauissima quoque infirmitate, nostri misertus salutem confer, valde misericors.

Martyrum cœtus, Apostolorum collegium, Martyrum turmæ, pro populo tuo vt eius miserearis te nunc exorant, solus valde misericors.

In Deiparam.

Maria purum virginitatis vasculum, à morbis & calamitatibus nos munda, & ab ingruente infirmitate nos eripe, vt te cum fide celebremus.

Breuiculum ad huius instar cantandum.

Apparuisti hodie.

Protectio afflictorum inexpugnata, suffragium sperantibus in te præparatum, ab his nos periculis libera, neve nos despicias, communis omnium asyle.

Canticum septimum. Dei condescensum.

Dolorum immensorum adurit me fornax, & febris pestisque impia me flamma consumit: verum misericordiæ tuæ rore, Saluator, refrigera canentem, Benedictus Deus Patrum nostrorum.

Ὠδὴ, ε. Ἱνατί με ἀπώσω.

Οἱ θαλάσσας ἀπάτης ταῖς μελιγαγέσιν ὑμῶν παρακλήσεσιν ἱεροὶ προφῆται κατακλύσαντες, νῦν μεταβάλλετε τὴν πικρίαν ὅλην τῆς λοιμικῆς νῦν ἀσθενείας ἀῤῥωστίας πρὸς θείαν γλυκότητα.

Ἐνεπάγησαν βέλη τὰ τῆς ἀσθενείας προστάξει σου κύριε, καὶ ἀπεστηρίχθη ἐφ' ἡμᾶς ἡ σὴ χεὶρ παντοδύναμε, ὡς θεὸς οἰκτίρμων, οἴκτειρον πάντας σῷ ἐλέει, ταῖς εὐχαῖς τῶν ἁγίων μαρτύρων σου.

Τὸν υἱὸν ὥσπερ πάλαι χήρας ἐξανέστησας, τῷ σῷ προστάγματι νεκρωθέντα, λόγε, χαλεπῆς ἀσθενείας τοὺς δούλους σου, ἀγαθὸς δὲ μόνος, ὡς συμπαθὴς ἀπολυτρώσας ζωοποίησον, μόνε φιλάνθρωπε.

Θεοτόκιον.

Ἐν νυκτὶ τῇ τοῦ βίου θύελλα κατέλαβε πάσης κακώσεως, ἐπεκάλυψέ με ἀσθενείας, παρθένε, σκοτόμαινα· ἀλλ' ἀνάτειλόν μοι ἀναψυχῆς πάναγνε φέγγος, καὶ πρὸς φῶς ἀῤῥωστίας ὁδήγησον.

Ὠδὴ, ς'. Ἱλάσθητί μοι σωτήρ.

Εἰς πέλαγος ἀχανὲς ἀσθενειῶν περικείμεθα, καὶ λοιμικῆς συμφορᾶς χειμάζει τὰ κύματα. κυβερνῆτα κύριε βοηθείας χεῖρα ἐπεκτείνας νῦν διάσωσον.

Παράλυτον ὡς τὸ πρὶν συνέσφιγξας θείῳ νεύματι ἐκ νόσου ὀδυνηρᾶς, καὶ στρωμνῆς κακώσεως. νόσου βαρυτάτης δὲ οἰκτειρήσας δίδου τὴν ὑγείαν πολυέλεε.

Τῶν προφητῶν ὁ χορὸς, τῶν ἀποστόλων ὁ σύλλογος, τὸ σῖφος τῶν ἀθλητῶν, νῦν ἐκδυσωποῦσί σε, μόνε πολυέλεε, ὑπὲρ τοῦ λαοῦ σου, ἀγαθὲ, τοῦτον οἰκτείρησον.

Θεοτόκιον.

Μαρία τὸ καθαρὸν τῆς παρθενίας κειμήλιον, καθάρισον δὲ ἡμᾶς, καὶ νόσων καὶ θλίψεων, καὶ τῆς συνεχούσης νῦν ἀσθενείας ῥῦσαι· ἵνα πίστει σε δοξάζωμεν.

Κοντάκιον Πρὸς ἐπεφάνης σήμερον.

Προστασία ἄμαχε τῶν θλιβομένων, καὶ πρεσβεία ἕτοιμε τῶν ἐλπιζόντων ἐπὶ σὲ, ἀπὸ κινδύνων ἐκλύτρωσαι, καὶ μὴ παρίδῃς ἡ πάντων ἀντίληψις.

Ὠδὴ, ζ'. Θεοῦ συγκατάβασιν.

Φλογίζει ἡ κάμινος ἀμέτρων πόνων καὶ καταφλέγει με πυρετοῦ, λοιμικῆς τε, ἡ φλὸξ ἀπαύστως ἡ ἀναιδέστατος· ἀλλὰ τῇ δρόσῳ τοῦ ἐλέους σου, σῶτερ, ἀνάψυξον ψάλλοντα. εὐλογητὸς ὁ θεός.

Προφῆται, ἀπόστολοι, μαρτύρων δῆμος, θεῖοι διδάσκαλοι, τῶν νοσούντων τὰ ἄλγη ὑμῶν πρεσβείαις καταπραΰνατε, καὶ τὴν ὑγείαν δωρήσασθε ψάλλουσιν· εὐλογητὸς ὁ θεὸς ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν.

Ὁ λόγῳ τὸν Λάζαρον ἐξαναστήσας, νῦν ὡς ἐκ τάφου ἡμᾶς χαλεπῆς ἀσθενείας ἐξαναστήσας ζώωσον κύριε, ἵνα βοῶμεν ᾠδὴν χαριστήριον· εὐλογητὸς ὁ θεὸς, ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν.

Θεοτόκιον.

Οἰκτίρμων ὑπάρχουσα, καὶ μήτηρ οὖσα τοῦ πολυοικτίρμονος, οἰκτειρήσασα ῥῦσαι τὸν σὸν λαὸν τὸν ἐπικαλούμενον τὰ σὰ ἐλέη, παρθένε, καὶ ψάλλοντα· εὐλογητὸς ὁ θεὸς, ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν.

Ὠδὴ η'. Ἑπταπλασίως κάμινον.

Ὀδυνηρῶς στενάζομεν ἀπὸ κλίνης ὀδύνης ἡμῶν, καὶ ἀπὸ λοιμώδους ἀσθενείας κράζομεν πρὸς σε τὸν φιλάνθρωπον, τὰ τῆς καρδίας ὄμματα νῦν ἀναπετῶντες, τὴν ὑγείαν αἰτοῦμεν· ἐπίσκεψαι ἡμᾶς σῶτερ, καὶ ἀνάστησον ψάλλειν. λαὸς ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Ὁ τὴν ἡμῶν ἀσθένειαν συμπαθῶς ἐνδυσάμενος, καὶ ὁμοιωθῆναι τοῖς βροτοῖς ἑλόμενος, εὐχαῖς τῶν ὁσίων σου ἀπεγνωσμένους σῶσον ἡμᾶς, ἔγειρον ἐκ τάφου ἀπογνώσεως ψάλλειν. οἱ παῖδες εὐλογεῖτε, ἱερεῖς ἀνυμνεῖτε, λαὸς ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Δημιουργὲ τῆς φύσεως, χορηγὲ τῆς ἰάσεως, σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, καὶ εὐσπλαγχνίας πέλαγος ὡς ἔχων, μακρόθυμε, ἐπισκοπῇ ἐπίσκεψαι ἀπὸ τῆς λοιμώδους ἀσθενείας λαόν σου, καὶ ζώωσον κραυγάζοντα· ἱερεῖς εὐλογεῖτε, λαὸς ὑπερυψοῦτε, εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Θεοτόκιον.

Ἡ κραταιὰ βοήθεια, καὶ βεβαία, ἀντίληψις τῶν ἀπελπισμένων ἡ ἐλπὶς, πανάμωμε, ἐπίσκεψαι κάμνοντας ὀδυνηρῶς τοὺς δούλους σου, κούφισον τὸ βάρος τῆς πικρᾶς ἀσθενείας, ἀπέλασον τὴν νόσον τῆς λοιμώδους ἀνάγκης, καὶ σῶσον τοὺς σοὺς δούλους, παρθένε θεοτόκε.

Ὠδὴ θ'. Ἐξέστη ἐπὶ τοῦτο.

Θαυμάσια μεγάλα ὧν ἀριθμὸς οὐχ ὑπάρχει ποιήσας, ἀθάνατε, ἐπὶ τοὺς σοὺς δούλους, τὰ ἐλέη σου, ὁ θεὸς, ὡς συμπαθὴς ἀνάδειξον, καὶ τῆς συνεχούσης ἡμᾶς νυνὶ ἀπάλλαξον ὀδύνης, λιταῖς τῆς σὲ τεκούσης, καὶ τοῦ χοροῦ τῶν ἀθλοφόρων σου:

Prophetæ, Apostoli, Martyrum turmæ, sacri Doctores, ægrotorum dolores vestris intercessionibus mitigate, & salutem conferte canentibus: Benedictus Deus patrum nostrorum.

Qui verbo Lazarum à mortuis excitasti, acerba infirmitate velut è monumento nos erectos vitæ restitue Domine, vt persoluamus gratiarum canticum: Benedictus Deus patrum nostrorum.

In Deiparam.

Tu quæ misericors es, & Dei summe misericordis mater, miserata libera populum te inuocantem, & misericordias tuas psallentem: Benedictus Deus patrum nostrorum.

Canticum octauum. Septuplicem fornacem.

In lecto doloris nostri acerbe gemimus, & oculis cordis ad te sublatis, è pestilentiæ infirmitate salutem deprecantes clamamus: visita nos Saluator, & erige nos vt canamus: Populi exaltate in omnia sæcula.

Qui ex compassionis affectu nostram infirmitatem induisti, & mortalibus similis fieri elegisti: Sanctorum tuorum precibus nos desperatos salua, & è diffidentiæ monumento excita, vt canamus: Benedicite pueri, celebrate Sacerdotes, populi superexaltate in omnia sæcula.

Naturæ opifex, medelæ author, euiscerata miseratio, misericordiæ pelagus, à contagiosa infirmitate populum tuum protege, & vitam præbe clamanti: Benedicite Sacerdotes, populi superexaltate in omnia sæcula.

In Deiparam.

Tu refugium tutissimum, & securus es asylus, spes desperatorum, Immaculata, seruos itaque tuos acerbe ægrotantes, visita; infirmitatis amaræ onus subleua; pestilentialis calamitatis morbum auerte; & famulos tuos serua, virgo Deipara.

Canticum nonum. Super hoc obstupuit.

Qui miranda innumera edidisti, ô immortalis super seruos tuos misericordias tuas vt clemens manifesta, & ab inuadente nos dolore tuere, tuæ genitricis & Martyrum tuorum cœtus precibus.

Angelorum, Archangelorum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Monachorum, Pontificum, Pontificum simul & Martyrum tuorum interuentu, luctu nostro in gaudium verso, plagas nostras cura, dolores mitiga, & salutem nobis confer.

Te animarum corporũque medicum, in misericordia locupletem Dominum obtestor, cura mea vulnera, à doloribus molestis libera, vt bonus & benefactor solus, & sincere fideliterque te celebrantes, salua.

In Deiparam.

Misericordem, compatientem, Dominatorem, creatorem & Dominum quæ peperisti, solitas tibi misericordias mihi exhibe, & graui morbo vitam meam consumente, me libera, virgo Deipara: sanitatem mihi restitue, vt irrequiete te celebrem.

Oratio in mortalitatis plagam.

Dominum precemur.

DOminator Domine Deus noster, fons miserationum inexhaustus, imperscrutatum humanitatis pelagus, patientiæ bonitatisque abyssus immensa, qui plagas & flagella humanitatis excessu per tempora vtiliter infers, ne incontinens propensio, & facilitatis ad peccandum lubricum, velut fræno, diuino tuo timore detentum, aduersus diuinam imaginem efferretur, neque animæ nobilitatem peruerse lacesseret iniuriis. Cohibe precamur adactum in naturam nostram acutum & intempestiuum huius mortis gladium, ne nos pauciores cunctis gentibus facias, neve nos intellectualibus & visibilibus inimicis nostris velut ludibrium tradas. Desertæ sunt ciuitates, fora desolata, sacri conuentus celebritatesque vacant, diuinorum hymnorum collectio maiori ex parte conticuit, speciosæ & amplæ domus iuxta scripturam deletæ sunt, & non est qui eas incolat: timor & tremor venerunt super nos, & horrendæ mortis densæ caligo nos contexit. Non satis sumus affines, vt defunctos de more lugeamus: imminet iam nobis interitus, & alios qui nos plangant exquirimus, & communi sepulchro omnes obuoluimur. Sed neque viuentes & conspicui mundo, vitam ducere putamus: parumque abest quin tremendæ huius plagæ

Ἀγγέλων, ἀρχαγγέλων, καὶ προφητῶν, ἀποστόλων, μαρτύρων, ὁσίων τε ἱεραρχῶν, ἱερομαρτύρων σου ταῖς εὐχαῖς, τὸν κοπετὸν τῶν δούλων σου στρέψον παντοδύναμε εἰς χαρὰν, θεράπευσον τὸ ἄλγος, κούφισον τὰς ὀδύνας, καὶ τὴν ὑγείαν ἡμῖν δώρησαι.

Ψυχῶν τε καὶ σωμάτων τὸν ἰατρὸν, ἐν ἐλέει τὸν πλούσιον κύριον, σὲ δυσωπῶ, ἴασαι τὰ πάθη μου τὰ πολλὰ τῶν ὀδυνῶν, ἀπάλλαξον ἐκ τῶν λυπηρῶν με, ὡς ἀγαθὸς καὶ μόνος εὐεργέτης· καὶ σῶζε τοὺς ἐν πίστει, εἰλικρινῶς σε μεγαλύνοντας.

Θεοτόκιον.

Οἰκτίρμονα τεκοῦσα καὶ συμπαθῆ, καὶ δεσπότην, καὶ κτίστην, καὶ κύριον, νῦν ἐπ' ἐμοὶ δεῖξον σου συνήθως τοὺς οἰκτιρμοὺς, καὶ χαλεπῆς με λύτρωσαι νόσου δαπανώσης μου τὴν ψυχὴν, παρθένε θεοτόκε. παράσχου δέ μοι τὴν ῥῶσιν, ὅπως ἀπαύστως μεγαλύνω σε.

Εὐχὴ εἰς τὴν πληγὴν τοῦ θανατικοῦ.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

ΔΕσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ἡ τῶν οἰκτιρμῶν ἀνεξάντλητος πηγὴ, τὸ τῆς φιλανθρωπίας ἀνεξιχνίαστον πέλαγος, ἡ ἄπειρος ἄβυσσος μακροθυμίας καὶ τῆς χρηστότητος, ὁ καὶ τὰς κατὰ γενεὰς ἐπαγομένας τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, πληγάς τε καὶ μάστιγας συμφερόντως διὰ φιλανθρωπίας ὑπερβολὴν ἐπιφέρων, ἵνα τὸ πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἡμῶν ἀκρατὲς καὶ ὀξύῤῥοπον καθάπερ τινὶ χαλινῷ τῷ θείῳ σου φόβῳ μὴ ἀτάκτως κινῆται κατὰ τῆς θείας εἰκόνος, μηδὲ εἰς τὸ τῆς ψυχῆς εὐγενὲς κακῶς ἐξυβρίσῃ· στῆσον δεόμεθα τὴν κατὰ τῆς φύσεως ἡμῶν φερομένην ὀξεῖαν καὶ ἄωρον ταύτην τοῦ θανάτου ῥομφαίαν, ἵνα μὴ ὀλιγοστοὺς ἡμᾶς παρὰ πάντα τὰ ἔθνη ποιήσῃς, μηδὲ τοῖς νοητοῖς καὶ αἰσθητοῖς ἐχθροῖς ἡμῶν παραδώσῃς ἡμᾶς ἐξουθένημα. ἐξηρήμωνται πόλεις, ἠφανίσθησαν ἀγοραὶ, ἱεραὶ πανηγύρεις, καὶ τελεταὶ, καὶ θείων ὕμνων συστήματα τῷ πλείονι μέρει κατεσιγάσθησαν, οἰκίαι καλαὶ καὶ μεγάλαι κατὰ τὴν γραφὴν ἠφανίσθησαν, καὶ οὐκ ἔστιν ὁ κατοικῶν ἐν αὐταῖς. φόβος καὶ τρόμος ἦλθεν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ σκότος ζοφερὸς τοῦ φοβεροῦ τούτου θανάτου πάντας ἐκάλυψεν. οὐ φθάνομεν, δέσποτα, τοὺς τελευτῶντας ὡς ἔθος θρηνεῖν οἱ προσήκοντες, καὶ τὸ τέλος ἡμῶν φθάνει, καὶ ἄλλους ἐπιζητοῦμεν τοὺς θρηνοῦντας, καὶ κοινῷ τῷ τάφῳ παραδιδόμεθα. οὐδὲ οἱ ζῶντες καὶ φαινόμενοι, ζῆν ἤδη νομίζομεν τῷ φόβῳ τῆς φοβερᾶς ταύτης πληγῆς.

μικρόν, & ἑαυτοῖς ἀπιστοῦμεν. ὁ τοῦ θανάτου σύμβολον καὶ τὴν πληγὴν ἔχειν ἕκαστος ἐν ἑαυτῷ φανταζόμενος, καὶ πρὸ τοῦ θανάτου τῷ δέει τοῦ θανάτου χαλεπῶς ἀποθνήσκοντες. ταῦτα τῆς κακίας ἡμῶν τὰ ἐπίχειρα, τοῦτο τὸ πονηρὸν καὶ ἀκάθαρτον ἡμῶν πράξεων τὸ κατάλληλον ἀποτέλεσμα. ταῦτα τῆς ἀσελγείας καὶ ἀδικίας καὶ ἐπιορκίας ἡμῶν τὰ δεινὰ κατορθώματα. οὗτος ὁ τρικέφαλος ὄφις τοὺς πικροὺς ἡμῖν ὀδόντας ἐμπήξας τὴν φθορὰν καὶ τὸν θάνατον τοῦτον ἐπήγαγε. διὰ ταῦτα ἔρχεται φησιν, ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας. διὸ οὐδὲ τοὺς νοητοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπᾶραι, οὐδὲ προσεύξασθαι καθαρῶς, & τὸν ἔλεον ἐφελκύσασθαί σε δυνάμεθα, τῷ βάρει τῆς συνειδήσεως καθάπερ τινὶ κλοιῷ σιδηρῷ κατακαμπτόμενοι ἕκαστος. ἀλλὰ μὴ παραδώσῃς ἡμᾶς εἰς τέλος διὰ τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον· μηδὲ διασκεδάσῃς τὴν διαθήκην σου, μηδὲ τὸν τῆς μετανοίας & ἐπιστροφῆς καιρὸν ζημιωθῶμεν οἱ τάλανες. διὸ & τὴν πληγὴν τοῦ θανάτου ταύτην φιλανθρώπως ἐπήγαγες. οἴδαμεν ὡς πολλάκις τὴν μετάνοιαν ὑποσχόμενοι, καὶ πολλάκις ψευσάμενοι, τὴν κρίσιν κατὰ τὴν ἄκαρπον ἐκείνην συκῆν κατεκρίθημεν. ἀλλ' ἔτι & ἔτι μακροθύμησον, ὁ φιλάνθρωπος γεωργὸς, ὁ μὴ θέλων τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι & ζῆν αὐτόν, ὁ ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ συγχωρεῖν τοῖς ἀδελφοῖς κελεύων τὰ ἁμαρτήματα, ὁ δυνάμενος ἐκ τῶν σκληρῶν καὶ ἀκάρπων λίθων ἐγείρειν τέκνα τῷ Ἀβραάμ. σοὶ γὰρ μόνῳ πάντα δυνατά, τὰ παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατα· φιλάνθρωπε δέσποτα, ἵνα & ἐφ' ἡμῖν εἰς γενεὰς, καὶ γενεὰς δοξασθείη σου τὸ πανάγιον ὄνομα, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, & τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

terrore nobis ipsis diffidamus, ira sibi singuli suadent mortis tesseram diramque plagam in sinu iam accepisse, & ante mortem, solo mortis pauore vitam singuli perdunt. Hæc nequitiæ nostræ argumenta, hæc prauorum & immundorum nostrorum actuum congrua consummatio, hæc temperantiæ, & iniustitiæ, & periuriorum nostrorum mira officia, ita triceps ille serpens venenatis nobis dentibus infixis, perniciem & mortem hanc super nos induxit: propertereaque, ait, venit ira Dei super filios diffidentiæ; propterea, inquam, velut ferreis vinculis conscientiæ suæ pondere depressi singuli, neque intellectuales oculos tollere, neque pure orare, vel misericordiam allicere possumus. Verum ne tradas nos in finem propter nomen sanctum tuũ, neque testamentum tuum dissipes, ne miseri pœnitentiæ & conuersionis tempore mulctemur: idcirco namque mortalitatis hanc plagam clementer induxisti. Sæpius enim nos pœnitentiam pollicitos, & sæpius etiam nos ementitos nouimus: proptereaque ad infrugiferæ ficus instar, abscissione sumus damnati. At nunc etiam, patiens esto, humane agricola, qui non vis mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Qui septuagies septies fratribus condonari præcipis, quique ex duris & sterilibus lapidibus filios Abrahæ potes excitare: (tibi enim soli cuncta hominibus impossibilia, sunt facilia:) vt & in nobis in generationes & generationes sanctissimum nomen Patris, & Filij, & Spiritus sancti glorificetur: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Εὐχὴ ἑτέρα εἰς τὴν πληγὴν τοῦ θανατικοῦ.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ἡμάρτομεν, ἠνομήσαμεν, ἠδικήσαμεν ἐνώπιόν σου πανάγαθε δέσποτα· παρέβημεν σου τὰς σωτηρίους ἐντολὰς τὰς ἱερὰς συνθήκας ἡμῶν, ἃς ἐπὶ τῷ θείῳ βαπτίσματι κατέναντι τοῦ μεγάλου σου θυσιαστηρίου ἐνώπιον ἀγγέλων ἐποιησάμεθα, & ἀνθρώπων. ἠθετήσαμεν τὸ φρικτὸν αἷμα τῆς διαθήκης ἐν ᾧ ἡγιάσθημεν, κοινὸν ἡγησάμενοι, & τῷ πνεύματι τῆς χάριτος ἐνυβρίσαντες, καὶ τῆς φοβερᾶς & ὑπερφυοῦς υἱοθεσίας καταφρονήσαντες. πᾶσα γραφὴ καὶ θεῖος νόμος,

Oratio altera in mortalitatis plagam:

Dominum precemur.

Peccauimus, iniuste egimus, iniquitatem fecimus, coram te, optime Domine: mandata salutaria, pacta sacra in baptismo, è magni altaris regione, coram Angelis & hominibus icta, transgressi sumus; tremendum testamenti sanguinem quo sumus sanctificati, eo velut communi habito, spreta Spiritus gratiâ, sacrâ & supernaturali adoptione conculcata, irritum fecimus: sacra omnis scriptura, diuinaque lex,

& doctrina cœlitus inspirata, vanus quidam sonitus, & verba ab executione alienanda nobis visa sunt, nomineque tenus, venerandum apud nos fuit Euangelium. Fidelem quippe & Christianam professionem exterius demonstramus: at manus ad rapinam & auaritiam promptas, pedes vero ad iniquitatem omnem dispositos, ad fratrum sortem occupandam, vt pauperes conculcaremus & deuoraremus, tenuimus: osque sacrarum precum & verborum organum, turpitudinis omnis & scurrilitatis, periurijque & contumeliarum effecimus instrumentum: oculos, sensusque omnes nostros intemperantia, & omni spurcitia ad summum vsque oppleuimus: atque animo, principe illo, diuinaque progenie in terram attrita, membra nostra meretricis membra, & corruptionis & immunditiæ receptacula templorum Dei vice effecimus. Propterea optime Domine, plurima tua humanitate in iram conuersâ, beneficiorum tuorum copiam in vindictas commutauimus: & quoniam bonis nostris aut proximorum, nequaquam meliores sumus effecti, iram tuam propterea flagellaque tua aduersum nos concitauimus. Verum ne in furore tuo arguas nos, neque in ira tua corripias nos Domine, tibi soli peccauimus: sed & te solum colimus, & contrito corde velut hostiam mundam, oris nostri confessionem offerimus. Parce, dimitte, benigne Domine, strictum aduersum nos flagellum cohibe: neque miserationum tuarum abundantiam, peccatorum nostrorum maligna congeries exuperet, sed immensæ bonitatis tuæ pelagus amaram nequitiæ nostræ abyssum operiat. Præcipua habemus humanitatis tuæ exempla, latrones & meretrices, publicanos & adolescentem prodigum, qui nos miseros animant, & ad cœlorum regnum præeunt. Cum his & nos confitentes, tibique procidentes suscipe Domine: & licet ab eorum, conuersione sinceraque pœnitentia longe absimus, quod nobis; imo & quod integrè deest, immensa tua bonitas suppleat. Misericordiam etiam & veniam nobis deprecantur crux tua, & spontanea quã obiisti, mors, Apostolorum agones,

καὶ διδασκαλία θεόπνευστος, ψόφος κενὸς καὶ ῥήματα πράξεως ἔρημα παρ' ἡμῖν ἐλογίσθησαν, ὀνόματι μόνον καὶ λόγοις τὸ σεπτὸν εὐαγγέλιον, καὶ τὸν ἀληθῆ Χριστιανισμὸν τάλανες περιφέρομεν, αἱ χεῖρες ἡμῶν πρὸς πᾶσαν ἁρπαγὴν καὶ πλεονεξίαν γεγόνασι ἐπιτήδειοι, οἱ πόδες ὀξεῖς καὶ ἑτοιμότεροι, καὶ πρὸς πᾶσαν ἀδικίαν, καὶ κατατρέχειν ἕτοιμοι, τῆς μερίδος τῶν ἀδελφῶν ἐπιβαίνειν καὶ καταπατεῖν, καὶ κατεσθίειν τοὺς πένητας, τὸ στόμα τὸ τῶν ἱερῶν εὐχῶν τε καὶ λόγων ὄργανον πάσης αἰσχρότητος καὶ μωρολογίας ἐπιορκίας τε καὶ διαβολῆς ἀπετελέσαμεν ὄργανον, τοὺς ὀφθαλμοὺς ἡμῶν καὶ πάσας ἡμῶν τὰς αἰσθήσεις ἀσωτίας καὶ πάσης ἀσελγείας καθ' ὑπερβολὴν ἐπληρώσαμεν, τὸν ἐν ἡμῖν βασιλεύοντα νοῦν τὸ θεῖον ἐκεῖνο σπέρμα καταπατήσαντες, καὶ τὰ μέλη σοῦ τοῦ Χριστοῦ πόρνης μέλη ποιήσαντες, καὶ ἀντὶ ναοῦ τοῦ θεοῦ φθορᾶς καὶ ἀκαθαρσίας ἀποθῆκαι γενόμενοι. Διὰ τοῦτο, πανάγαθε δέσποτα, τὴν πολλήν σου φιλανθρωπίαν πρὸς ἀγανάκτησιν τρεψάμενοι ταλαίπωροι, τὸ πλῆθος τῶν σῶν εὐεργεσιῶν εἰς τιμωρίας ἡμῖν ἀφρόνως μετατεθείκαμεν· καὶ ἐπεὶ μήτε τοῖς ἡμετέροις ἀγαθοῖς, μήτε τοῖς ἀλλοτρίοις τοῦ πλησίον βελτίους γεγόναμεν, δικαίως καθ' ἡμῶν αὐτῶν τὴν δικαίαν σου παίδευσιν καὶ πληγὴν ἐκινήσαμεν. ἀλλὰ μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς ἡμᾶς, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς ἡμᾶς κύριε. σοὶ μόνῳ ἡμάρτομεν, ἀλλὰ καὶ σὲ προσκυνοῦμεν μόνον, καὶ μετὰ συντετριμμένης καρδίας, ὡς θυσίαν καθαρὰν καὶ ἐξομολόγησιν προσφέρομεν. ἄνες, ἄφες φιλάνθρωπε δέσποτα, στῆσον τὴν καθ' ἡμῶν φερομένην δικαίως μάστιγα. νικησάτω τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου, τὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν πονηρὸν σύστημα. τὸ τῆς σῆς ἀπείρου χρηστότητος πέλαγος, κατακαλυψάτω τῆς κακίας ἡμῶν τὴν πικρὰν θάλασσαν. ἔχομεν τῆς σῆς φιλανθρωπίας ὑποδείγματα μέγιστα, λῃστὰς καὶ πόρνας, τελώνας, καὶ τὸν ἄσωτον υἱόν, οἵτινες ἡμᾶς τοὺς ἀθλίους προευδοκιμοῦσι, καὶ εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν προάγουσι. μετὰ τούτων καὶ ἡμᾶς ἐξομολογουμένους σοι καὶ προσπίπτοντας πρόσδεξαι δέσποτα, εἰ δὲ καὶ τῆς αὐτῶν ἐπιστροφῆς καὶ εἰλικρινοῦς μετανοίας πλεῖστον ἀπολειπόμεθα, τὸ λεῖπον ἀποπληρωσάτω ἡ ἄπειρος ἀγαθότης σου, μᾶλλον δὲ καὶ τὸ πᾶν· ἐπεὶ καὶ τοῦ παντὸς ὅλως λειπόμεθα. ἔχεις οὖν εὐσπλαγχνίαν τε καὶ συγγνώμην παρακαλοῦντάς σε τὸν σταυρὸν καὶ τὸν ἑκούσιον θάνατον, ὃν ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἀχαρίστων ὑπέμεινας, τοὺς ἀγῶνας τῶν ἀποστόλων,

τοὺς

τοὺς τῶν ὁσίων ἱδρῶτας, καὶ τῶν μαρτύρων τὰ αἵματα, καὶ περὶ πάντων τὴν κοινὴν τῶν ἁπάντων ἐλπίδα καὶ σωτηρίαν, τὴν ὑπὲρ λόγον ἀσπόρως τεκοῦσάν σε θεοτόκον. ὧν ταῖς ἐντεύξεσι φιλανθρώπως δεξάμενος, τῶν παρόντων λυπηρῶν, καὶ τῆς μελλούσης αἰωνίου κολάσεως ἐλευθέρωσον. Χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ ἀνάρχου πατρὸς, μεθ᾽ οὗ εὐλογητὸς εἶ, σὺν τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εὐχὴ ἑτέρα εἰς λοιμικὴν νόσον.

ΠΑντοκράτωρ δέσποτα, μακρόθυμε, πολυέλεε, εὐδιάλλακτε, φιλάνθρωπε, πανάγαθε, ὑπεράγαθε, παντοδύναμε Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, σὺ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι διὰ μόνην ἀγαθότητος ὑπεροχὴν τὴν ἡμετέραν φύσιν παρήγαγες, σὺ νοερὰν ψυχὴν καὶ λόγον ἐμπνεύσας ἡμῖν, καὶ εἰκόνι σου τιμήσας ἡμᾶς τρυφῆς τοῦ παραδείσου τῆς θεοειδοῦς ἀγωγῆς καὶ ὁμιλίας θείας ὑπερφυῶς κατηξίωσας. σὺ τὴν σὴν ἐντολὴν ἀθετήσαντας καὶ ἀπάτῃ καὶ πλάνῃ καθυπαχθέντας δαιμονικῇ, καὶ τῆς σῆς ἐκπεσόντας δόξης, καὶ θάνατον ἀλλαξαμένους ζωῆς καὶ βασιλείας δουλείαν αἰσχρὰν οὐ παρεῖδες διὰ πέλαγος ἄφατον μακροθυμίας καὶ ἀγαθότητος· ἀλλ᾽ ἐπεσκέψω, πολυτρόπως διὰ πατέρων καὶ προφητῶν. σὺ νόμον ἡμῖν τὸν ἐν γράμμασιν εἰς ἐπιστροφὴν καὶ παιδαγωγίαν ἔδωκας, ἀγγέλους ἐπέστησας ὁδηγούς τε καὶ φύλακας διδάσκοντας καὶ χειραγωγοῦντας, οἱονεὶ πρὸς τὴν τοῦ κρείττονος εὕρεσιν. ἐπεὶ δὲ πάντα ταῦτα κενὰ καὶ μάταια ἀπεδείξαμεν τῇ ἀμέτρῳ πρὸς τὴν κακίαν ἡμῶν ῥοπῇ, αὐτὸς σὺ τὴν δευτέραν τῆς φύσεως ἡμῶν δημιουργίας τε καὶ ἀνάπλασιν ἀῤῥήτως ἐπὶ τέλει τῶν αἰώνων εἰργάσω, καὶ ὅλον τὸν ἡμέτερον ἄνθρωπον ἑνώσας φρικτῶς ὅλου σου τῇ θεότητι, καὶ σαρκὶ σάρκα, καὶ ψυχῇ τὴν ψυχὴν καθαγιάσας, καὶ θανάτῳ καὶ πάθεσι τῶν παρὰ φύσιν παθῶν καὶ τοῦ θανάτου ἀπαλλάξας ἡμᾶς, διὰ τῆς τηρήσεως τῶν θείων σου ἐντολῶν, τῆς ἀθανάτου ζωῆς κατηξίωσας. ἀλλὰ καὶ πάλιν ἡμεῖς τὰς θείας σου ἐντολὰς ταύτας παραβαίνοντες, καὶ τῶν ὀρέξεων ἡμῶν καὶ τῶν θελημάτων ὀπίσω γενόμενοι, πᾶσαν ἁμαρτίαν ἐπιμελῶς καθ᾽ ἑκάστην διενεργοῦμεν, καταλαλιὰν, βλασφημίαν, μνησικακίαν, ἐπιορκίαν, ψευδολογίαν, αἰσχρολογίαν, δόλον, ἔριν, φθόνον, καὶ πᾶσαν ἀθέμιτον αἰσχρουργίαν φυσικήν τε καὶ παρὰ φύσιν, καὶ τὴν

Monachorum ſudores, Martyrum ſanguis, & præ omnibus communis omnium ſpes & ſalus, mater, inquam, quæ ſine viri commercio te genuit, exorant; illorum interuentu clementer admiſſo, à malis inſtantibus & à futura æterna damnatione nos libera. Gratia & humanitate principij expertis, tui Patris, cum quo benedictus es; cum ſanctiſſimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Alia Oratio in morbum contagioſum.

OMnipotens Domine, longanimis, valde miſericors, reconciliatu facilis, clemens, optime, ſuper omnes bone, cuncta potens, Chriſte Deus noſter: qui ſolo bonitatis tuæ exceſſu natura noſtra è nihilo ad eſſe adducta, anima intellectuali & ratione nobis inſpirata, tua nos imagine decoraſti, & paradiſi voluptate, deiformi conuerſatione, & diuina familiaritate præter naturæ ordinem felices reddidiſti: qui mandatum tuum prætergreſſos, dæmoniſque ſeductioni & errori ſubactos, & à tua gloria in mortem lapſos, pro vita & regno turpem ſeruitutem mercatos propter ineffabilem patientiæ & bonitatis tuæ abyſſum non deſpexiſti, ſed per patres & prophetas variis modis viſitaſti: qui lege nobis in literis ad conuerſionem & rudimentum data, Angelos nobis duces & cuſtodes qui nos edocerent, & quaſi ad boni cognitionem & inuentionem manu ducerent, præſtituiſti. His autem cunctis, immenſa noſtra ad malum propenſione, vanis penitus & inutilibus à nobis redditis, tu ſecundam naturæ noſtræ productionem ſeu reparationem in fine ſæculorum ineffabiliter excogitaſti, totoque noſtro homine toti tuæ Diuinitati ſacra ratione coniuncto, carne carnem, & animam anima ſanctificaſti; morteque & paſſionibus tuis, à morte morbiſq; noſtris nos præter naturæ ordinem exemiſti, & ſacrorum mandatorum tuorum obſeruantia immortali vita dotaſti. Verum mandata hæc tua iterum tranſgreſſi, & affectus noſtros cupiditateſque ſectati, genus omne peccati quaſi penſum quotidianum operamur, detractionem, blaſphemiam, memoriam iniuriarum, periuria, mendacium, turpiloquiũ, dolum, contentionem, inuidiã, omnemq; nefandã obſcænitatem tum conformem tũ naturæ aduerſam quam

neque in brutis animantibus reperire eſt, hanc impiiſſime innouamus. Defecerunt in vanitate dies noſtri, ope tua deſtituti ſumus: ſubſannatio & deriſio circum nos habitantibus efficimur, ſanctiſſimumque & adorandum nomen tuum propter nos, à gentibus blaſphematur. Malitia inueterati, & in ſemitis inſipienter claudicantes, omnes declinauimus, inutiles facti ſumus, non eſt qui ſapiens permanſerit, non eſt vſque ad vnum. Sacerdotes & populus, in eodem crimine exceſſimus & deliquimus. Iuſto propterea iudicio à te repulſam patimur, & à præcipuo tuo auxilio tuo alienati, plurimam tuam humanitatem ad indignationem infelices nos, conuertimus. Peſtes, captiuitas, anguſtia, penuria, variæ mortes & continuæ, vitam noſtram quaſi diſtributis ſortibus diuiſerunt, vt velut inuitos his flagellis ad te traheres, ô clemens. Sed neque ob id quidquam à nobis præſtitum eſt. In ſeruitutem & captiuitatem gentibus, in cædem & rapinam iniquis nos tradidiſti, ſed neque ſic intelleximus, neque à nequitiis & iniquitatibus noſtris declinauimus. Seruitutem deinde noſtram inopinate relaxaſti, & præter ſpem ab impiorum iugo nos liberaſti: vlterius tamen iniquitati addita iniquitate, beneficiis ſumus inflati, & libertate relaxationeque ſumus abuſi. Propterea velut calamitatibus & afflictionibus nuſquam correctos, neque beneficiis aut gratia meliores effectos, iuſto iudicio pernicie & interitu damnaſti nos, & in ruinam conſummatam nos miſiſti. Atque inde funditus nos perdendos & diſſipandos coniicimus; quod abſque venia generis noſtri ſucceſſionem, ita vt iuxta ſcripturæ ſententiam neque radix neque ſemen in Iſrael relictum ſit, immature meſſuiſti: velut Sodoma & Gomorrha, & velut quondam ipſis cum radicibus & ramis à diluuio integre deleti, facti ſumus. Neque enim graſſans morbus ſenſim & moderate morientes è medio ſubducit, ſed vt debacchans carnifex obuios quoſque diſtricto gladio impetens, plaga mortiſque teſſera derepente inflicta, mors & caligo cunctos confeſtim inuoluit, & vt ita dicamus,

οὐδὲ ἐν ἀλόγοις ζώοις ἐστὶν εὑρεῖν, ταύτην ἀσεβέστατα καινοτομοῦμεν. ἐξέλιπον ἐν ματαιότητι αἱ ἡμέραι ἡμῶν, τῆς βοηθείας τῆς σῆς γεγυμνώμεθα. μυκτηρισμὸς καὶ χλεύη τοῖς κύκλῳ ἡμῶν ἐγενήθημεν, καὶ τὸ σὸν ὄνομα τὸ πανάγιον καὶ προσκυνητὸν δι' ἡμῶν βλασφημεῖσθαι τοῖς ἔθνεσι πεποιήκαμεν. τῇ κακίᾳ παλαιωθέντες καὶ ταῖς τρίβοις ἀφρόνως χωλαίνοντες πάντες ἐξεκλίναμεν, ἅμα ἠχρειώθημεν, οὐκ ἔστιν ὁ συνιῶν, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός. ἱερεῖς καὶ λαὸς ἐξέστημεν ἐπὶ τὸ αὐτό· διὰ ταῦτα κρίσει δικαίᾳ ἐξώσθημεν ἀπὸ σοῦ, καὶ ἀπερρίφημεν τῆς μεγάλης σου ἀντιλήψεως, καὶ τὴν πολλήν σου φιλανθρωπίαν πρὸς ἀγανάκτησιν ἐτρέψαμεν, οἱ ταλαίπωροι. λοιμοὶ καὶ αἰχμαλωσία καὶ στενοχωρία καὶ ἀπορία καὶ θάνατοι ποικίλοι, καὶ συνεχεῖς τοὺς τρισαθλίους ἡμᾶς ἐμερίσαντο· ἵνα διὰ τῶν τοιούτων μαστίγων πρὸς ἑαυτὸν ἄκοντας ἑλκύσῃς φιλάνθρωπε. ἀλλ' οὐδὲ οὕτω γέγονέ τι πλέον παρ' ἡμῶν· παρέδωκας ἡμᾶς εἰς δουλείαν τοῖς ἔθνεσι, καὶ εἰς αἰχμαλωσίαν καὶ σφαγὴν καὶ διαρπαγὴν τοῖς ἀνόμοις, καὶ οὐδὲ οὕτω συνήκαμεν, οὐδὲ τῆς πονηρίας ἡμῶν καὶ τῆς ἀνομίας ἡμῶν ἀπέστημεν. μικρὸν τῆς δουλείας ἀνῆκες ἡμᾶς παραδόξως, καὶ τῶν ἀσεβῶν παρὰ πᾶσαν ἠλευθέρωσας ἐλπίδα, καὶ ἔτι μᾶλλον προσετέθημεν ἀνομίαν ἐπὶ τῇ ἀνομίᾳ, τῇ εὐεργεσίᾳ φυσιωθέντες, καὶ τῇ ἐλευθερίᾳ, καὶ τῇ ἀνέσει καταχρησάμενοι. διὰ ταῦτα πανάγαθε δέσποτα, ὡς μήτε διὰ τῶν λυπηρῶν καὶ τῶν δεινῶν σωφρονιζομένους, μήτε διὰ τῶν σῶν εὐεργεσιῶν καὶ τῶν χαρίτων βελτίους γινομένους, κρίσει δικαίᾳ κατεδίκασας ἡμᾶς, καὶ ἀπωλείᾳ, καὶ πανωλεθρίᾳ, καὶ ἀφανισμῷ παντελεῖ παραδέδωκας, καὶ δῆλον, ὡς τέλεον ἐκτριβῆναι καὶ ἀφανισθῆναι κατεκρίθημεν, ἀφ' ὧν οὕτως ἀφειδῶς τὴν διαδοχὴν τοῦ γένους πρόωρον ἐξεθέρισας, ὡς μηδὲ ῥίζαν μηδὲ σπέρμα τῷ Ἰσραὴλ ὑπολειφθῆναι, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἀλλὰ γενέσθαι ἡμᾶς ὡς Σόδομα καὶ ὡς Γόμορρα, καθ' οὓς κατακλυσμὸς ἄρδην πάλαι διέφθειρεν αὐταῖς ῥίζαις καὶ αὐτοῖς κλάδοις ἀφανισθέντας. οὐδὲ γὰρ νόσος ἐπιπεσοῦσα κατὰ μικρὸν μετρίως ὑπεξάγει τοὺς θνήσκοντας, ἀλλὰ καθάπερ σφαγέως παρόντος καὶ ἑκάστῳ μετὰ τῆς ῥομφαίας χεῖρα ἐπιφέροντος, οὕτως ἅμα τε τὴν πληγὴν καὶ τὸ σύμβολον ἀθρόον ἐδέξαντο τοῦ θανάτου πολλοί, καὶ ἅμα πάντας ἐξαίφνης τὸ σκότος ἐκάλυψε καὶ ὁ θάνατος, ὡς μόνον εἰπόντας, ὅτι ἐπλήγημεν·

κατὰ πόδας εὐθὺς ἐπακολουθεῖ. ὥστε συνδύο, καὶ συντρεῖς ἐκβάλλεσθαι ἀπὸ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οἰκίας, καὶ πρὸς ἐκφορὰν ἀπάγεσθαι ὥσπερ σωρηδὸν ἐπὶ μιᾷ κλίνῃ κειμένους, καὶ μηδ' ἐξαρκεῖν τοὺς περιλειπομένους τῶν νενομισμένων ἀξιοῦν τοὺς προσήκοντας, μηδὲ ἔχειν πρὸς τίνα πρότερον τῶν συγγενῶν προσθεῖναι, πάντων ἁπλῶς ὁμοῦ φθειρομένων ἐλεεινῶς καὶ παραπεμπομένων πρὸς ᾅδην· ἀλλ' ἀπορίᾳ καὶ ἀμηχανίᾳ πανταχόθεν ἐλαυνομένους μὴ ἐξευρίσκειν τί μᾶλλον τῆς συμφορᾶς θρηνῆσαι προσήκει, πότερον τὸν ἄωρον θάνατον, ἢ τὸ αἰφνιδίως οὕτως ἁρπάζεσθαι, ἢ τοὺς προαπελθόντας, ἢ τοὺς αὐτίκα τοῦτο πείσεσθαι μέλλοντας, ἢ τοὺς περιεῖναι δοκοῦντας καὶ ἀνωτέρους τοῦ πάθους. περὶ πάντων δὲ καὶ μᾶλλον ἔπεστιν ὀδύρεσθαι καὶ δακρύειν, ὡς οὐ περιλειπομένης ἐλπίδος οὐδὲ μιᾶς, μὴ καὶ αὐτοὺς ἐν ὀλίγῳ μετὰ νεκρῶν ἀριθμεῖσθαι, οὕτως ἀπελπισμένοι πανταχόθεν προκείμεθα, καθάπερ θρέμματα τὴν σφαγὴν ἀναμένοντες. σήμερον περιΐστανται τοῖς πατράσι καὶ ταῖς μητράσι χοροὶ παίδων, χοροὶ ἐγγόνων, χοροὶ ἄλλων συγγενῶν, καὶ συνήθων, ὡς στενοχωρεῖσθαι τὰς οἰκίας τῷ πλήθει συναγομένων ἐν οἷς τε κατὰ φατρίας, καὶ συγγενείας, καὶ αὔριον ἄπαιδες, ἔρημοι, ἐλεεινοί, περιῃρημένοι, καὶ ὥσπερ ἠκρωτηριασμένοι τὰ καιριώτατα καὶ ἀθρόως τὴν ἐλπίδα πᾶσαν ἀποβαλλόμενοι, καὶ τῆς ζωῆς, καὶ τοῦ γήρως, καὶ τῆς διαδοχῆς τῆς εἰς ἔπειτα γενεᾶς, καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν φυσικῶν καὶ τῶν φιλτάτων καὶ τῶν ἀναγκαιοτάτων στερούμενοι. ἐξεπλάγημεν οὖν φιλάνθρωπε δέσποτα, τῷ μεγέθει τῆς ἀφορήτου ταύτης συμφορᾶς καὶ τῆς μάστιγος, καὶ μικροῦ ἐξέστημεν ἑαυτῶν, καὶ ἀπορία, καὶ ἀμηχανία περιέσχεν ἡμᾶς, καὶ φόβος καὶ τρόμος ἀνεκδιήγητος ἦλθεν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐκάλυψεν ἡμᾶς σκιὰ θανάτου καὶ ἀπειρήκαμεν καὶ ἀπεγνώκαμεν παντάπασιν. οὐδὲ γὰρ ἐν τοῖς ζῶσιν ἑαυτοὺς εἶναι λογιζόμεθα, οὐδ' ἐν τῷ καθεστηκότι τοῦ νοὸς ἐσμέν· ἀλλ' ἕκαστος τὴν πληγὴν καὶ τὸ σημεῖον ἑαυτῷ φανταζόμενος ἔχειν, πυκνὰ τῶν μελῶν ἐφαπτόμενοι, καθ' ὥραν ἐξιστάμενοι, κἂν κώνωψ ἐπέλθῃ, κἂν ζουφιόν τι δάκῃ, τὸν ὄλεθρον παρεῖναι οἰόμενος ὑπὸ τοῦ δέους, καὶ πρὸ τοῦ θανάτου νεκροῦσθαι δοκεῖ. ὅθεν καὶ περιάγομεν ἅπαντες ὥσπερ ἡμιθνῆτες καὶ ἐκλελυμένοι καὶ πανταχόθεν ἠπορημένοι, καὶ μηδεμίαν καταφυγὴν εὑρί-

plagam pone mors insequitur: binique & terni ex eadem domo efferuntur, coaceruatimque in eodem feretro proiecti deducuntur humandi: ita vt superstites affines deprecari visis non sufficiant, neque simul cunctis miserandum in modum sublatis, & ad inferos deductis, ad quem primum consanguineorum accedant, possint dignoscere; sed animi anxietate & vertigine circumacti, quid potius in calamitate deflere conueniat, an mortem immaturam, an repentinam eius rapacitatem, an ad sepulchrum præmissos, an iam spiritum exhalantes, aut breui idem passuros, vel superesse maloque superiores fieri visos, penitus ignorant. Præ omnibus vero planctus & lachrymarum argumentum est, quod nulla fere nobis spes supersit: & quasi pecudes cædem expectantes, velutque mortuis iam annumerati, & vndique desperati malis omnibus obiicimur. Nam licet hac die patres ac matres puerorum ac nepotum turma, & aliorum affinium & conuictorum cœtus numerosos circumstet, ita vt præ copia eorum qui per cognationes & familias simul habitant & conuescuntur, angustæ videantur domus: cras tamen orbati filiis, deserti, miserandi, succisi, velut ramis præcipuis truncati, cuncta spe vitæ, senij, prolis sibi successuræ de repente excussa, omnibus etiam naturæ bonis, amicis, necessariis priuati sedebunt. Attoniti sumus idcirco, humanissime Domine, huius intolerandæ calamitatis & flagelli pondere oppressi, parum abest quin mente excesserimus: perplexitas & anxietas occupauit animum, timor & tremor venit super nos, contexit nos mortis vmbra, corde despondimus, penitus desperauimus. Neque etenim inter viuos computandi, aut mentis compotes sumus: ita sibi quisque plagam iam accepisse, & lue percussum esse suadet, crebroque idcirco attrectat membra, & si culex ingruerit aut animalculum carnem pupugerit, iam mortem præsentem singulis momentis extimescit, & ante mortem, mortem ipsam sustinere videtur. Hinc semimortui & animo despondentes, hæsitabundique vagamur: &

quod peius est nullo refugio inuento, neque oculos ad cœlum tollere, neque os reſerare, aut orare coram te conſcientiæ ſtimulo agitati, infelices nos, audemus: quin potius malignis, & omni immunditia repleris operibus ob oculos poſitis, vultibus pudore ſuffuſis, indignos auxilio & ope tua nos iudicamus: hocque ſolum contriti, abiecti, & verecundia depreſſi, ad te Deum optimum clamamus. Iuſtus es Dñe & rectum iudicium tuũ, ſecundum cuncta quæ ſuper nos induxiſti mala: quin potius, non ſecundum iniquitates noſtras feciſti nobis, neque ſecundum peccata noſtra retribuiſti nobis: nam & hanc illatam nobis calamitatem, clemẽtiam potius quam iuſtitiam ſapere profitemur. Omne ſiquidem flagellum, plaga, vel pernicies nobis illata, leuis eſt & modica, ſi multiplici noſtrarum iniquitatum copiæ comparetur: vnde & propter ingentem offenſarum noſtrarum numerum minime confidimus grauis huius flagelli exemptionem inuenire aut liberationem deprecari, niſi clementiæ, miſerationumque tuarum abyſſus valde miſericors Domine, præter omne meritum noſtrum nos tantum beneficium exquirere compelleret. Hinc, ô Deus ſumme bone, miſericordiarum Domine, ſerenitatem tuam depoſcimus; diſtrictum in nos acutum & intempeſtiuum mortalitatis gladium cohibe: neque in furore tuo arguas nos, & ne tradas nos propter nomen tuum, vt pereamus in finem: neque miſericordiam tuam à nobis alienes, ô clemens vel teſtamentum tuum cum patribus noſtris poſitum irrites, aut cunctis gentibus pauciores nos facias. Miſerationum tuarum abyſſum, noſtrorum malorum multitudini oppone. Tibi ſoli peccauimus Domine, ſed & te ſolum colimus, extra te Deum alium non agnoſcimus: tibi ſoli contrito & humiliato corde adſumus, & lachrymis perfuſi clamamus; Domine miſerere. Suſcipe, ô clemens, communem omnium contritionem & dolorem ex animo ſicut acceptas habuiſti Ezechiæ lachrymas in afflictione cordis ſui, illiq; à morte liberato, vltra præſtitutum finem, tempus vitæ adauxiſti. Conuertit enim, ait, Ezechias faciem ſuam ad murum & lachrymatus eſt:

σχόντες, καὶ τὸ δὴ χείριστον, οὐκ οὐδὲ διᾶραι τὰ ὄμματα ἡμῶν εἰς τὸν οὐρανόν, οὐδὲ ἀνοῖξαι τὸ στόμα ἡμῶν καὶ δεήξασθαι ἐνώπιόν σου τολμῶμεν οἱ τάλανες, ταῖς κέντροις τοῦ συνειδότος πληττόμενοι. ἀλλὰ τὰ ἔργα ἡμῶν τὰ πονηρὰ καὶ πάσης ἀκαθαρσίας ἀνάμεστα πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντες, αἰσχύνῃ τὰ πρόσωπα καλυπτόμενοι· ἀναξίους ἑαυτοὺς τῆς βοηθείας καὶ τῆς σῆς ἀντιλήψεως κρίνομεν. τοῦτο μόνον συντετριμμένοι, καὶ τεταπεινωμένοι, κατῃσχυμμένοι, βοῶντες πρὸς σὲ τὸν ἀγαθὸν θεόν. δίκαιος εἶ κύριε· καὶ δικαία ἡ κρίσις σου κατὰ πάντα ἃ ἐπήγαγες ἡμῖν. μᾶλλον δὲ οὐ κατὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἐποίησας ἡμῖν, οὐδὲ κατὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀνταπέδωκας ἡμῖν· ἀλλὰ καὶ ταύτην τὴν καθ' ἡμῶν ἐπιφερομένην μάστιγα φιλάνθρωπον πλέον ἢ δικαίαν εἶναι ὁμολογοῦμεν. πᾶσα γὰρ μάστιξ, καὶ πληγή, καὶ πᾶς ὄλεθρος καθ' ἡμῶν ἐπιφερόμενος ὀλίγος ἐστὶ καὶ μικρὸς πρὸς τὰ πολυπληθῆ ἡμῶν ἀνομήματα. διὰ μὲν οὖν τὸ πλῆθος τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων οὐδὲ θαρρῆσαι ἔχομεν, δικαιόκριτα κύριε, ἵνα τὴν σὴν ἱκετεύσωμεν ἀγαθότητα λύσιν τῆς φοβερᾶς ταύτης αἰρεῖν ἀπειλῆς· ἡ δὲ ὑπερβολὴ τῆς σῆς εὐσπλαγχνίας, καὶ τῶν σῶν οἰκτιρμῶν ἡ ἄβυσσος, πολυέλεε δέσποτα, κατατολμᾶν ἀναγκάζει καὶ τὰ ὑπὲρ τὴν ἡμετέραν ἀξίαν ἐπιζητεῖν. ὅθεν θεὲ ὑπεράγαθε, καὶ κύριε τοῦ ἐλέους, δεόμεθά σου τῆς γαληνότητος, στῆσον τὴν καθ' ἡμῶν τοσαύτην ἐπιφερομένην ὀξεῖαν καὶ ἄωρον τοῦ θανάτου ῥομφαίαν, καὶ μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς ἡμᾶς, μηδὲ παραδώσῃς ἡμᾶς εἰς τέλος ἀπολέσθαι διὰ τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον, μηδὲ ἀποστήσῃς τὸ ἔλεός σου ἀφ' ἡμῶν φιλάνθρωπε, μηδὲ διασκεδάσῃς τὴν διαθήκην σου, ἣν ἔθου τοῖς πατράσιν ἡμῶν, μηδὲ ὀλιγοστοὺς ἡμᾶς ποιήσῃς παρὰ πάντα τὰ ἔθνη. ἀντίθες τὴν ἄβυσσον τῶν οἰκτιρμῶν σου τῷ πλήθει τῶν ἡμετέρων κακῶν. σοὶ μόνῳ ἁμαρτάνομεν κύριε, ἀλλὰ καὶ σοὶ μόνῳ λατρεύομεν. ἐκτός σου ἄλλον θεὸν οὐ γινώσκομεν, σοὶ μόνῳ μετὰ συντετριμμένης καὶ τεταπεινωμένης καρδίας παριστάμεθα, καὶ δακρύοντες βοῶμεν τό, κύριε ἐλέησον, δέξαι φιλάνθρωπε τὴν κοινὴν ταύτην συντριβὴν ἡμῶν, καὶ τὸν καρδιακὸν πόνον, ὡς ἐδέξω τὰ δάκρυα Ἐζεκίου ἐν τῇ θλίψει τῆς καρδίας αὐτοῦ, καὶ τοῦ θανάτου τοῦτον ἐρρύσω, καὶ χρόνον ζωῆς ἐδωρήσω παρὰ τὸν ὡρισμένον τοῦ τέλους αὐτοῦ. ἀπέστρεψε γάρ, φησιν, Ἐζεκίας τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πρὸς τὸν τοῖχον καὶ ἔκλαυσε·

καὶ πρὸ αὐτῆς ὡς φιλάνθρωπος δεσπότης τὸν προφήτην ἀπέστειλας λέγοντα αὐτῷ. ἤκουσα τῆς προσευχῆς σου καὶ εἶδον τὰ δάκρυά σου, καὶ προστεθήσω ἐπὶ τὰ ἔτη σου πεντεκαίδεκα ἔτη. αὐτὸς οὖν ἀνεξίκακε κύριε, ὁ εἰπών· οὐ θέλω τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι, καὶ ζῆν αὐτόν· σπλαγχνίσθητι καὶ ἐφ' ἡμῖν τοῖς ἀναξίοις, καὶ ἀπόστρεψον τὸν θυμόν σου τὸν δικαιότατον ἀφ' ἡμῶν, καὶ μὴ εἰς τοὺς αἰῶνας ὀργισθῇς ἡμῖν. ὁρᾷς δέσποτα ὅπως ἐσμικρύνθημεν, καὶ ὠλιγώθημεν ἡ κληρονομία σου, καὶ τὸ ἅγιον ἔθνος σου, καὶ τὸ πλήρωμα τῆς γῆς ὅλης, οὗ ἡ σκιὰ, καὶ τὰ ὄρη περιελάμβανε. μνήσθητι φιλάνθρωπε τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ θανάτου καὶ ἑκουσίου πάθους σου, οὗ ὑπὲρ ἡμῶν τῶν κατακρίτων ὑπέμεινας. καὶ μὴ ἁρπάσῃ ὡς λέων τὰς ψυχὰς ἡμῶν, μὴ ὄντος λυτρουμένου μηδὲ σώζοντος. οἶδας μακρόθυμε, ὡς οὐδεμία πληγὴ τῶν ἀναισθήτων οὕτως Αἰγυπτίων καθήψατο, ὡς ἡ τῶν πρωτοτόκων φθορὰ καὶ ἀπώλεια. ἐφ' ἡμῖν δὲ, ἀμύθητός ἐστιν ἡ συμφορὰ καὶ ἀνείκαστον τὸ δεινὸν πάντων ὁμοῦ καὶ τῶν πρώτων καὶ τῶν μέσων καὶ τῶν ἐσχάτων παρ' ὥρας οὕτως ἀναρπαζομένων ἐξαίφνης. σπλαγχνίσθητι οὖν εὐδιάλλακτε κύριε ἐπὶ τοῖς δάκρυσι, καὶ τοῖς κλαυθμοῖς τῶν νηπίων καὶ τῶν βρεφῶν, καὶ τῆς ἀπλάστου πάσης καὶ ἀώρου ἡλικίας, στῆσον τὴν καθ' ἡμῶν δικαίαν σου ἀγανάκτησιν, καὶ κοπασάτω ἡ θραῦσις πολυέλεε κύριε. καὶ γὰρ πληγὴν καὶ τὸ σύμβολον τοῦ θανάτου τὰ βρέφη δεξάμενα, καὶ ἐν συναισθήσει τοῦ κακοῦ μετὰ τῆς φθορᾶς χάσμημα πρὸς ἡμᾶς κεχήνασι, καὶ ὅλοις ὀφθαλμοῖς ἐνατενίζουσι, καὶ χεῖρας ὀρέγουσι, καὶ δάκρυσι, καὶ ψελλίσμασι, καὶ ἀκοαῖς ἀσήμοις, καὶ οἷς ἔχουσι κινήμασι τὴν σφαγὴν δεικνύουσι, τὸν ὄλεθρον ἀποδύρονται, καὶ πρὸς βοήθειαν αὐτῶν πᾶσι τρόποις ἡμᾶς ἐφελκύσασθαι δῆθεν βιάζονται. ἡμεῖς δὲ μηδαμόθεν δυνάμενοι χεῖρα τούτοις ἐπορέξαι, πρὸς σὲ τὸν πάντα δυνάμενον καταφεύγομεν, καὶ παρὰ σοῦ μόνου τὴν βοήθειαν καὶ τὴν λύσιν τῶν δεινῶν ἐξαιτούμεθα. σοὶ γὰρ … δυνατὰ τὰ παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατα. ὅτι εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

Εὐχὴ ἑτέρα ἱκετήριος πρὸς θεὸν λεγομένη ἐν καιρῷ λοιμοῦ, καὶ λιμοῦ. Ποίημα τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου, Καλλίστου.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τὴν ὁρωμένην ταύτην κτίσιν τῇ δημιουργικῇ σου προστάξει ἐκ μὴ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν, εἶτα καὶ τὸν ἄνθρωπον

& cōfestim pius Dominus Prophetam misit dicentem. Audiui orationem tuā; & lachrymas tuas vidi: & ad annos tuos, quindecim alios annos addam. Ipse igitur malorum patiens Domine, qui dixisti: nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat; ad pietatem circa nos licet indignos moueare, & iustissimum furorem tuum à nobis auerte, neque in æternum irascaris nobis. Vides Domine, quia numerus noster minutus est, & hæreditas tua, gensque tua sancta, & vniuersæ terræ plenitudo, cuius vmbra montes etiam complectebatur, modica facta est. Recordare Domine crucis, mortis, & spontaneæ passionis pro nobis damnatis toleratæ; ne rapiat vt leo animas nostras, dum non est qui saluet, aut qui eripiat. Respicis ô lōganimis, nullam ex insensatos Ægyptios plagam sicut hanc attigisse, cum perniciem aut interitum primogenitos suos incurrisse cernerent: in nobis autē inenarrata conspicitur calamitas & malum inauditum; cunctis pariter primis, mediis, & vltimis, intempestiue & derepentè è medio raptis. Compatere itaque, reconciliatu facilis Domine, paruulorum infantium, & informis adhuc & immaturæ ætatis planctibus & lachrymis, & iustam tuam aduersum nos indignationem placa; cessetque quassatio, valde misericors Domine: plaga namque hac mortisque tessera infantes tacti, mali mortisque iam instantis sensu afflicti, versus nos aperto ore hiant, oculos intendunt, manus porrigunt, lachrymis, balbutiente loquela, infirmo mentis conceptu, quibus denique possunt motibus lethum demonstrant, perniciemque suam deflent, & ad opem sibi præstandam modis omnibus nos commouere conantur. Nos vero neque manum tendere validi, ad te qui omnia potes, confugimus, & à te solo auxilium malorumque finem deposcimus: tibi enim facilia sunt quæ hominibus impossibilia videntur. Quia benedictus es in secula.

Alia oratio supplex ad Deum tempore pestis & famis dicenda: opus sanctissimi Patriarchæ Callisti.

Dominum precemur.

DOmine Deus noster, qui visibilem creaturam efficaci tuo imperio, ex nihilo ad esse adduxisti,

homine vero deinde propriis tuis manibus producto penum rebus omnibus in cibum potumque abundáter refertam, nullo sumptu comparandam, & cum libertate fruendam, illi prius summa tua bonitate dispositam prouidisti, & perfecisti: eidẽ vero mandati tui transgressione sincera illa voluptate priuato, aliã permanẽtem habitationem vtiliter concessisti: ita vt in nutrimentum nostrum & animalium irrationalium fructus varios diuersosque proferre terrã iusseris; & quibusdam quidem terræ semina ad eorum necessitatem suppeditas, aliis autem alia ratione prouida tua virtute per quam & maris pisces tua bonitate respicis, subministras; cũ manum tuã aperis, & omne animal beneplacito tuo adimples: qui magna & mirabilia prodigia in veteri & in nouo testamẽto operatus es, exaudi me peccatorẽ & indignũ seruũ tuũ, & sicut quõdam per Ioseph vnigeniti Filij tui figurã referentẽ, Israëliticũ omnẽ populum abunde educasti; ita & nunc per vnigenitũ Filiũ tuum verum Deum nostrum ad cibũ & satisfactionẽ nostram requisita exhibe: à malis omnibus libertatem & securitatẽ præbe, & à pestis famisque calamitate & imminente casu nos exime: vt glorificetur sanctissimum nomen principij expertis tui Patris, & vnigeniti Filij tui, & sanctissimi & viuifici tui Spiritus: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Altera eiusdem Oratio.

Dominum precemur.

DEvs mirabilium operum patrator, qui per Moysem acerba Pharaonis seruitute veterem Israël liberasti, quique eum dextra tua manu deductum & ad promissionis vsque terram incolumem seruatum, auibus primum ad satietatem vsque nutriuisti, qui in aridissima eremo velut è perenni fonte manna depluisti, qui præruptam petram aquarum laticibus scaturire, siti laborantibus earum effusione releuandis iussisti: ita & nos modo solita tibi humanitate, cunctis nobis necessariis subministratis, enutri. Ministerio ciboque nostro sufficientia concede, ingentia miracula tua etiam nostri causa manifesta, & tuæ bonitatis benedictione, ad satietatem vsque nos pasce. Cuncta namque tibi facilia sunt: nec est quod tibi impossibile sit credendum. Ita

εἶτα καὶ τὸν ἄνθρωπον οἰκείαις χερσὶ διαπλάσας τῇ ἄκρᾳ σου ἀγαθότητι, καὶ πρότερον μὲν πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ἑτοιμασίαν ἀδάπανον καὶ ἄνετον ἐκτελέσας εἰς βρῶσιν καὶ πόσιν, ἅμα δὲ τῇ παραβάσει τῆς ἐντολῆς στερήσας αὐτὸν τῆς ἀκηράτου τρυφῆς ἐκείνης, καὶ ἑτέραν διαγωγὴν αὐτῷ ἐπίμονον παραχὼν συμφερόντως, ὥστε καρποὺς ἐκφέρειν ἐπιτάξας τὴν γῆν εἰς τροφὴν ἡμετέραν καὶ αὐτῶν τῶν ἀλόγων ζώων πολυειδῶς καὶ ποικίλως, καὶ τοῖς μὲν ἐξ αὐτῶν τῶν σπερμάτων τῆς γῆς χορηγῶν τὰ πρὸς χρείαν, τοῖς δὲ, ἑτέρως κατὰ τὴν προνοητικήν σου δύναμιν, δι' ἧς καὶ τοὺς τῆς θαλάσσης ἰχθύας ἐφορᾷς τῇ σῇ χρηστότητι, τῆς σῆς δεξιᾶς ἀνοιγομένης καὶ ἐμπιπλώσης πᾶν ζῶον εὐδοκίας· ὁ μεγάλα καὶ θαυμαστὰ τεράστια ἐργασάμενος ἔν τε τῇ παλαιᾷ καὶ τῇ νέᾳ διαθήκῃ ἐπάκουσόν μου τοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ ἀναξίου δούλου σου, καὶ καθάπερ ποτὲ διὰ τοῦ Ἰωσὴφ ἐκείνου τοῦ φέροντος τύπον τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, ἅπαντα τὸν Ἰσραηλίτην ἐκεῖνον διέθρεψας λαὸν δαψιλῶς, οὕτω καὶ νῦν διὰ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ ἡμῶν, χορήγησον τὰ πρὸς τροφὴν καὶ ἀνάπαυσιν ἡμετέραν, καὶ τῶν ἀνιαρῶν πάντων ἀπαλλαγὴν ἡμῖν δώρησαι, τοῦ λοιμοῦ καὶ λιμοῦ τῆς προσδοκωμένης ἀνάγκης καὶ βίας ἐλευθερώσας ἡμᾶς. ἵνα δοξασθῇ τὸ πανάγιον ὄνομά σου τοῦ ἀνάρχου πατρὸς, καὶ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, καὶ τοῦ παναγίου, καὶ ζωοποιοῦ σου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Εὐχὴ ἑτέρα ὁμοία τοῦ αὐτοῦ.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

ΟΤῶν θαυμασίων θεὸς, ὁ καὶ μεγάλα καὶ θαυμαστὰ ἐργασάμενος, ὁ τὸν παλαιὸν Ἰσραὴλ διὰ Μωσέως ἐλευθερώσας τῆς πικρᾶς δουλείας τοῦ Φαραὼ, ὁ τῇ χειρί σου τῇ δεξιᾷ τοῦτον καθοδηγήσας, καὶ ἀβλαβῆ διασώσας πρὸς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, ὁ πρότερον μὲν διὰ τῶν ὀρνίθων ἐκείνων εἰς κόρον ἐκθρέψας τὸν διαείθμητον λαὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ τῇ ξηροτάτῃ, ὁ ὀμβρήσας τὸ μάννα καθάπερ ὕδωρ ἐκ πηγῆς ἀενάου, ὁ τὴν ἀκρότομον πέτραν πηγὰς ὑδάτων ὀμβρῆσαι παρασκευάσας, καὶ πάντας κορέσας τῇ τοῦ ὕδατος ἐκχύσει τοὺς δίψει πιεζομένους, οὕτω καὶ νῦν ἡμᾶς θρέψον τῇ συνήθει σου φιλανθρωπίᾳ καὶ ἀγαθότητι. χορήγησον ἡμῖν τὰ δέοντα καὶ αὐτάρκη σου πρὸς ὑπουργίαν καὶ τροφὴν ἡμετέραν· δεῖξον καὶ ἐν ἡμῖν τὰ σὰ μεγάλα θαυμάσια καὶ θρέψον ἡμᾶς εἰς κόρον τῇ εὐλογίᾳ τῆς σῆς χρηστότητος. πάντα γὰρ δυνατά σοι· ἀδύνατον δέ σοι,

σοῦ. καὶ κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐκθρέψας μυριάδας λαοὺς ἐν ὀλίγοις ἄρτοις ἐν τῇ ἐρήμῳ, θρέψον καὶ νῦν ἡμᾶς τῇ ἀφάτῳ σου εὐσπλαγχνίᾳ, καὶ μὴ παρίδῃς τὰς δεήσεις ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ ἀναξίων δούλων σου. ἵνα δοξασθῇ τὸ πανάγιον ὄνομά σου, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Domine Deus noster, qui millia hominum multa paucis panibus in deserto satiasti, ineffabili tua clementia etiam modo nos ciba, & ne nostri peccatorum & indignorum seruorum tuorum preces despicias: vt sanctissimum nomen tuum laudetur, Patris, & Filij, & Spiritus sancti: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

ΕΥΧΗ ΕΠΙ ΑΠΕΙΛΗΝ ΒΡΟΝΤΩΝ ΚΑΙ ἀστραπῶν.

Πάλιν σοῦ κύριε τοῦ φιλανθρώπου δεσπότου, μνήμη παιδείας, πάλιν ἀχρείων συγχωρήσεως δεήσεις γινωσκόντων ὡς ὅσον ὑπερβάλλει τὸ μέγεθος τῶν ἁμαρτημάτων, τοσούτῳ πλέον καὶ αὐτὸ ὑπερέχεις τῇ ἀμνησικάκῳ σου εὐσπλαγχνίᾳ. διὸ καὶ δεόμεθά σου, ἀπόστρεψον τὸν θυμόν σου ἀφ' ἡμῶν, ὅπως μὴ εἰς τὸν αἰῶνα ὀργισθῇς ἡμῖν, ἀλλ' ἐν τῷ ἐλέει σου ζωώσειας ἡμᾶς τοῖς οἰκτιρμοῖς σου, κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ στερεῶν βροντὴν, καὶ μετασκευάζων ἀστραπὴν, καὶ πάντα περάτων πρὸς σωτηρίαν τῶν ἔργων τῶν χειρῶν σου. ἔπιδε τῇ σῇ φιλανθρωπίᾳ, καὶ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ πάσης θλίψεως ὀργῆς καὶ ἀνάγκης καὶ τῆς ἐφεστώσης ἀπειλῆς. ἐβρόντησας γὰρ ἐξ οὐρανοῦ ὁ κύριος, καὶ ἀστραπὰς ἐπλήθυνας, καὶ συνετάραξας ἡμᾶς. διαλλάγηθι εὔσπλαγχνε, πρὸς σὲ καταφυγόντων, καὶ τοὺς πλουσίους σου οἰκτιρμοὺς κατάπεμψον ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐλέησον τοὺς δούλους σου, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος. μὴ καταφλεξάτω ἡμᾶς τὸ πῦρ τοῦ θυμοῦ σου, μηδὲ καταφαγέτω ἡμᾶς θυμὸς ἀστραπῶν καὶ βροντῶν σου. ἀλλὰ τῇ συνήθει σου χρησάμενος εὐσπλαγχνίᾳ πραΰνον τὴν ὀργήν σου, καὶ εἰς αἰθρίαν τὸν ἀέρα μετάβαλε, καὶ ταῖς ἡλιακαῖς ἀκτῖσι τὸν ὑποκείμενον ζόφον διακόψον, καὶ τὴν ἀχλὺν, εἰς γαλήνην μεταποίησον.

Ἐκφώνως.

Ὅτι θεὸς ἐλέους οἰκτιρμῶν καὶ φιλανθρωπίας ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

IN FVLMINIS ET FVLGVRIS PERICVLO Oratio.

Iterum humanissime Domine, tibi vindictæ memoria est, iterum etiam inutilibus seruis tuis te condonare decet: iam ad preces confugimus, agnoscentes, quod quantum peccatorum magnitudo excedit; tantum quoque mali immemor clementia tua exuperare potest. Propterea rogamus te, vt à nobis furorem tuum auertas, ne in æternum irascaris nobis, sed in misericordia tua viuifica nos, Domine Deus noster, qui fulmen cohibes, & fulgur immutas, & omnia pro operum manuum tuarum salute disponis. Respice itaque in nos solita tibi clementia, & ab omni afflictione, flagello, calamitate, & imminente periculo nos libera. Intonuisti enim de cœlo Domine, & fulgura multiplicasti, & conturbasti nos. Reconciliare, benigne, ad te confugimus, & abundantes misericordias tuas ad nos mitte, & vt bonus & humanus seruorum tuorum miserere: ne nos furoris tui ignis comburat, neque fulgurum & fulminum furor consumat: sed solita tibi humanitate vsus, iram tuam mitiga, & aëre in serenum adducto, subiectaque caligine solaribus radiis dissoluta, procellam in tranquillitatem commuta.

Exclamando.

Quia Deus misericordiæ, miserationum, & clementiæ existis, & tibi gloriam referimus, Patri, & Filio, & Sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

IN AERIS INTEMPERIEM ET MARIS procellam Oratio.

Dominum precemur.

DOminator Domine Deus noster, qui cum causæ experte in te existente Verbo, & cum viuifico vnaque tecũ adorando Spiritu, è nihilo ad esse cuncta adduxisti, qui arenam mari terminum posuisti, montesque & colles statera appendis, qui cœlum palma metiris, & pugillo terram contines, qui mensuram, legem, limites, nexum, & ordinem visibili & sensibili huic creaturæ sicut & temporum mutationes, & solis cursum & recursũ cõstituisti, elementorumque cõcursu & temperamẽto inaudita ratione, detrimenti expertẽ & indissolutam illam conseruas: Ipsa Rex optime innata solitaq; tibi clemẽtis & bonitate iterũ vsus, ad nos manuũ tuarum opera respice, & ne à nobis misericordiam & miserationes tuas auertas, neque testamẽtum tuum disperdas. Qui nobis ad imaginem tuam propriã formatis, vnigenitum Filium tuum in redemptorem cõcessisti, & secreta Spiritus effusione etiam propriæ Deitatis participes effecisti, remitte precamur exuperanti miserationum tuarum copia peccatorum multitudinem, qui cruce & sanguine Filij tui generis nostri delicta deleuisti, creaturam tuam innaturali nunc agitatione turbatam, propter innaturalem nostram peruersitatem & incompositum nefandæ prauæque nostræ conuersationis ordinem, ad naturalem sibi statum compositionemque reuoca. Solitam quoque, immensi maris huius grassante procella & aëris tempestate disiecta, & tranquillitatem renoua, præcipe vẽtis vt commodum congruumque spiritum emittant: increpa maris turbines, & ventorum innaturales motus: procella spiritus cohibeatur, & elementorum agitatio in serenitatem cõmutetur, vt opera & mirabilia tua videant iterum qui descẽdunt mare in nauibus facientes operationem in aquis multis: compone illud clemens Domine incomprehensa tua humanitate vt à procella cesset, qui vnigenitum Filium tuum & Dominum

ΕΥΧΗ ΕΠΙ ΔΥΣΚΡΑΣΙΑΣ ΑΝΕΜΩΝ καὶ κλύδωνα θαλάσσης.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

ΔΕσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τῷ ἐνυποστάτῳ καὶ ἀνάρχῳ σου λόγῳ, καὶ τῷ ζωοποιῷ καὶ ὁμοτίμῳ σου πνεύματι ἐκ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν τὰ πάντα, ὁ θαλάσσῃ θέμενος ὅριον ψάμμον, καὶ σταθμήσας ὄρη καὶ τὰς νάπας ζυγῷ, ὁ σπιθαμῇ μετρήσας οὐρανὸν, καὶ δρακὶ συνέχων τὴν γῆν, ὁ μέτρα καὶ χρόνους καὶ ὅρους ἁρμονίας τε καὶ τάξεις, τῇ ὁρωμένῃ καὶ αἰσθητῇ κτίσει ταύτῃ δοὺς, καὶ καιρῶν ἀλλαγὰς, καὶ τροπὰς ἡλίου κράσει στοιχείων, νεύματί σου ταύτην συνέχων ἀρρήτως, καὶ πρὸς τὸ ἀπαθὲς καὶ ἄλυτον διακυβερνῶν. αὐτὸς πανάγαθε βασιλεῦ, τῇ ἐμφύτῳ καὶ συνήθει σου φιλανθρωπίᾳ καὶ ἀγαθότητι πάλιν χρησάμενος πρὸς ἡμᾶς, ἐπίσκεψαι τὰ τῶν σῶν χειρῶν ἔργα, καὶ μὴ ἀποστήσῃς ἀφ' ἡμῶν τὰ ἐλέη σου καὶ τοὺς οἰκτιρμούς σου, μηδὲ διασκεδάσῃς τὴν διαθήκην σου, ὁ κατ' εἰκόνα δημιουργήσας ἰδίαν ἀπορρήτως ἡμᾶς. ὁ τὸν μονογενῆ σου υἱὸν λύτρον ὑπὲρ ἡμῶν δοὺς, καὶ πνεύματος ἀπορρήτῳ κοινωνίᾳ τῆς οἰκείας θεότητος μεταδοὺς, ἄφες τὸ τῶν ἁμαρτιῶν δεόμεθα πλῆθος τῷ ὑπερέχοντι πλήθει τῶν οἰκτιρμῶν σου, ὁ τῷ σταυρῷ τοῦ σοῦ υἱοῦ καὶ τῷ αἵματι τὴν ἁμαρτίαν ἀπαλείψας τοῦ γένους ἡμῶν· ἐπανάγαγε σοῦ τὴν κτίσιν πρὸς τὴν φυσικὴν ἁρμονίαν καὶ τάξιν, εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐλεεινῶς ἐκτραπεῖσαν διὰ τὴν παρὰ φύσιν ἀταξίαν καὶ ἀκοσμίαν τῆς ἀθέσμου καὶ φαύλης πολιτείας ἡμῶν. δεῖξον ἡμῖν τὴν συνήθη τοῦ μεγάλου τούτου γαλήνην πελάγους, καὶ τὸν ἐπικείμενον κλύδωνα, καὶ τὴν ταραχὴν τοῦ ἀέρος διασκεδάσας, ἔντειλαι τοῖς ἀνέμοις καίριον καὶ κατάλληλον πνοὴν δοῦναι. ἐπιτίμησον τῷ κλύδωνι τῆς θαλάσσης, καὶ ταῖς παρὰ φύσιν τῶν ἀνέμων κινήσεσι· στήτω πνεῦμα καταιγίδος, καὶ πρὸς γαλήνην τὰ τῆς ζάλης μετατεθήτω· ἵνα τὰ σὰ ἔργα καὶ θαυμάσια, καὶ πάλιν ἴδωσιν οἱ καταβαίνοντες εἰς θάλασσαν ἐν πλοίοις, ποιοῦντες ἐργασίαν ἐν ὕδασι πολλοῖς. παρασκεύασον αὐτὴν φιλάνθρωπε δέσποτα, τῇ σῇ ἀνεικάστῳ φιλανθρωπίᾳ παύσασθαι τοῦ κλύδωνος. ὁ τὸν μονογενῆ σου υἱὸν, καὶ κύριον

ἡμῶν

ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστὸν, εὐδοκίᾳ σῇ καὶ συνεργείᾳ τοῦ ἁγίου σου πνεύματος, καταξιώσας γενέσθαι ἄνθρωπον, καὶ συμπλεῦσαι τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις, καὶ ἐπιτιμῆσαι τῇ λαίλαπι τῶν ἀνέμων, καὶ τῆς θαλάσσης γαληνιάσαι τὰ κύματα, κελεύσας αὐτὸς καὶ νῦν πάντα ἐναντίον ἄνεμον κοίμησον, καὶ τὰ κύματα πράϋνον, καὶ τὸν κλύδωνα κατάπαυσον, καὶ διέγειρον τοὺς ἐπιτηδείους καὶ εὐθέτους καιροὺς καὶ ἀνέμους. κυβερνήτης καὶ βοηθὸς πανταχοῦ γενόμενος τοῖς δούλοις σου, ὁδηγῶν αὐτοὺς εἰς λιμένα σωτηρίας. οἱ γὰρ τὸ σὸν μόνον εἰδότες ὄνομα, καὶ μὴ γινώσκοντες πλὴν σοῦ θεὸν ἕτερον, καὶ πρὸς τὴν σὴν βοήθειαν διὰ παντὸς ἀποβλέποντες. εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις τῆς ὑπερευλογημένης θεοτόκου, τῶν θεοειδῶν ἀγγέλων, καὶ πάντων τῶν ἁγίων.

Ἐκφώνως.

Εὐδοκίᾳ καὶ ἀγαθότητι τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ, σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι.

nostrum Iesum Christum, beneplacito tuo & sancti Spiritus cooperatione hominem fieri, & sanctis suis cum Discipulis & Apostolis nauigare, turbinesque ventorum increpare, marisque fluctus placare præordinasti: ipse nunc contrarium omnẽ ventum cõsopi, seda fluctus, procellam paca, commodos ventos & compositum tempus exsuscita, gubernator & auxiliator seruis tuis factus deduc eos in salutis portum. Solum namque nomen tuum agnouerunt illi, nec alium præter te Deum profitentur, & opem tuam ingiter implorant: precibus & interuentu super omnes benedictæ Deiparæ, Deiformium Angelorum, & omnium sanctorum.

Exclamando.

Beneplacito & humanitate vnigeniti Filij tui, cum quo benedictus es cum sanctissimo & bono & viuifico tuo Spiritu.

a ΕΥΧΗ ΠΑΡΑΚΛΗΤΙΚΗ ΕΙΣ ΓΑΣΑΝ ΛΙΤΗΝ.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Κύριε ὁ μόνος ἐν ἐλέει πλούσιος, ὁ καὶ σπλάγχνοις χρηστότητος ἐπικαμπτόμενος ἐπὶ ταῖς δεήσεσιν ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ ἀναξίων δούλων σου, ὁ πάντα συμφερόντως τὰ καθ' ἡμᾶς διιθύνων καὶ διακυβερνῶν, ὁ σοφῇ σου προνοίᾳ τὸν ἡμέτερον βίον διεξάγων, ὁ καὶ παντὶ τρόπῳ τῆς σωτηρίας ἡμῶν ἐφιέμενος, ὁ φύσει μακρόθυμός τε καὶ πολυέλεος, ὁ παιδεύων καὶ πάλιν ἰώμενος, καὶ τὴν παιδείαν ἐκτείνων χρηστῶς τε καὶ φιλανθρώπως, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τὸ ἀπολέσαι τῶν χειρῶν σου τὸ πλάσμα, μᾶλλον δὲ πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἐπανασώσασθαι κάλλος, καὶ τὴν πρὸ τὴν ἐκείνην εὐγένειαν, ἣν ἀπωλέσαμεν ἁπλότητι γνώμης καὶ συμβουλίας ἀλάστορος, ἐπαναγαγεῖν βουλόμενος, καὶ πᾶσι τρόποις διοικονομούμενος, ἐπανασώσασθαι τὸ τῆς ἐκπτώσεως ἐκείνης ἐλάττωμα. αὐτὸς δέσποτα παντοκράτωρ, ἔπιδε ἐφ' ἡμᾶς καὶ πρόσχες ταῖς δεήσεσιν ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν. τὸ γὰρ πλῆθος τῶν ἀνομιῶν ἀπαρρησιάστους ἡμᾶς πεποίηκε, ὡς μηδὲ τολμᾶν ὅλως αἰτεῖσθαι τὴν τῶν ἐπταισμένων συγχώρησιν.

HVMILIS ORATIO IN OMNI PVBLICA SVPplicatione siue processione.

Dominum precemur.

Domine solus in misericordia dines, qui & bonitatis tuæ visceribus ad nostrum peccatorum & indignorum seruorum tuorum preces inflecteris, qui omnia nobis commoda disponis & gubernas, sapientique tua prouidentia nostram deducis vitam, qui salutem omnium nostrum, natura patiens & misericors, desideras, qui corripis & iterum sanas, correptionemque vtiliter & humane producis, non operi manuum tuarum perdendo, sed potius primigenæ eius venustati reparandæ, pristinæque nobilitati stolida nimis animi simplicitate peruersoque consilio deperditæ quondam, iam vero reparandæ studens, defectum omnem illo casu contractum restaurare moliris. Ita Domine respiciens in nos, nostris peccatorum precibus attende: ipsa namque iniquitatum copia omni nos libertate destituit, ita vt neque delictorum veniam exposcere audeamus.

Verum humanitate, clementia, misericordia, patientia, tolerantia, supremaque tua bonitate perspecta, eius immensitate confisi, manibus sublatis, intense tibi clamamus. Peccauimus, iniquitatem fecimus, impie egimus, quia mandatorum tuorum obliti, nefandas nostras propensiones sumus sectati: indignè vocatione & Euangelio Christi tui eiusque sancta passione & exinanitione pro nobis suscepta sumus conuersati: dilecto tuo opprobrium facti sumus, Sacerdotes & populus in eodem deliquimus: omnes declinauimus, iam simul inutiles reddimur, non est qui faciat iudicium & iustitiam, non est vsque ad vnum. Miserationes clementiamque tuam, & misericordiæ viscera, nequitia nostra, & studiorum nostrorum improbitate nobis præclusimus. Tu tamen Christus, nos iniqui: tu longanimis, nos plagis digni: bonitatem tuam, quamuis insipientes agnoscimus: modice quidem pro delictis vapulauimus, verum terribilis es, & quis resistet tibi? A facie tua tremor montes corripiet, & magnitudini brachij tui quis contradicet? si cœlum clauseris, quis aperiet? si catarractas tuas obseraueris, quis continebit? pauperem facere & ditare, neci tradere & vitæ restituere, percutere & sanare, leue est in oculis tuis: solaque tua voluntas perfectum opus præstat. Iratus es, & peccauimus: dicebat olim humilitatem suam professus quidam: nobis tamen ex aduerso dicere competit: peccauimus, & tu iratus es. Propterea opprobrium facti sumus vicinis nostris, auertisti faciem tuam, & pudore sumus perfusi. Verum quiesce Domine, parce Domine, propitius esto Domine, ne propter iniquitates nostras in finem nos deseras, neque nostris flagellis alios corripias: quin potius aliquorum aliorum gentilium videlicet quæ te non nouerunt, & regnorum quæ potentiæ tuæ subijci renuerunt, concede nos instrui pœnis: nos vero populus tuus & virga hæreditatis tuæ: corripe nos propterea, verum in mansuetudine, & non in furore tuo, ne pauciores & ludibrium facias nos præ omnibus habitatoribus terræ: misericordia enim tua ineffabilis & humanitas insuperata, & mansuetudinis diuitiæ imperscrutabi-

ἀλλ' εἰδότες σου τὸ φιλάνθρωπον, τὸ εὔσπλαγχνον, τὸ πολυέλεον, τὸ μακρόθυμον, τὸ ἀνεξίκακον, καὶ τὸ ὑπεράγαθον, ἀποτολμῶντες τῷ βάθει τούτων, καὶ τῷ πελάγει χρηστότητός σου, αἴρομεν χεῖρας καὶ ἐκτενῶς βοῶμέν σοι. ἡμάρτομεν, ἠνομήσαμεν, ἠσεβήσαμεν, ὅτι ἐπελαθόμεθα τῶν ἐντολῶν σου, καὶ ὀπίσω τῆς διανοίας ἡμῶν τῆς πονηρᾶς ἐπορεύθημεν, ὅτι ἀναξίως τῆς κλήσεως καὶ τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ σου πεπολιτεύμεθα, καὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ παθημάτων, καὶ τῆς ὑπὲρ ἡμῶν κενώσεως. ὅτι ἐγενήθημεν ὄνειδος τῷ ἀγαπητῷ σου, ἱερεῖς καὶ ὁ λαός σου ἐξέστημεν ἐπὶ τὸ αὐτό· πάντες ἐξεκλίναμεν, ἅμα ἠχρειώθημεν, οὐκ ἔστι ποιῶν κρίμα καὶ δικαιοσύνην, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός. ἀπεκλείσαμεν τοὺς οἰκτιρμούς σου καὶ τὴν φιλανθρωπίαν σου καὶ σπλάγχνα ἐλέους θεοῦ ἡμῶν διὰ τὴν κακίαν ἡμῶν καὶ τὴν πονηρίαν τῶν ἐπιτηδευμάτων, μεθ' ἧς ἀνεστράφημεν. σὺ Χριστός, ἀλλ' ἡμεῖς ἠνομήσαμεν· σὺ μακρόθυμος, ἀλλ' ἡμεῖς πληγῶν ἄξιοι· γινώσκομέν σου τὴν ἀγαθότητα, καίπερ ἀπειρωκότες. ὀλίγα ὧν ἡμάρτομεν μεμαστιγώμεθα. σὺ φοβερός, καὶ τίς ἀντιστήσεταί σοι; τρόμος λήψεται ἀπὸ σοῦ ὄρη, καὶ μεγέθει βραχίονός σου τίς ἀντερήσει; ἐὰν κλείσῃς τὸν οὐρανόν, τίς ἀνοίξει; καὶ ἐὰν κλείσῃς τοὺς καταρράκτας σου, τίς συνάξει; κοῦφον ἐν ὀφθαλμοῖς σου πτωχίσαι καὶ πλουτίσαι, ζωῶσαι καὶ θανατῶσαι, πατάξαι καὶ ἰάσασθαι· καὶ τὸ θελῆσαί σου, πρᾶξίς ἐστι συντετελεσμένη. σὺ ὠργίσθης, καὶ ἡμεῖς ἡμάρτομεν, λέγει τις τῶν πάλαι ἐξομολογουμένων. ἡμῖν δέ, καὶ τὸ ἐναντίον καιρὸς εἰπεῖν. ἡμεῖς ἡμάρτομεν, καὶ σὺ ὠργίσθης. διὰ τοῦτο ἐγενήθημεν ὄνειδος τοῖς γείτοσιν ἡμῶν· ἀπέστρεψας τὸ πρόσωπόν σου, καὶ ἀτιμίας ἐπλήσθημεν. ἀλλὰ κόπασον κύριε, ἄνες κύριε, ἱλάσθητι κύριε, μὴ παραδῷς ἡμᾶς εἰς τέλος διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν· μηδὲ ἐκ τῶν ἡμετέρων μαστίγων παιδεύσῃς ἄλλους. δὸς ἡμᾶς διὰ τῆς ἑτέρων βασάνου σωφρονισθῆναί τινων τούτων τῶν ἐθνῶν τῶν οὐ γινωσκόντων σε, καὶ βασιλειῶν αἳ τῷ σῷ κράτει οὐχ ὑποτετάγησαν. ἡμεῖς δὲ λαός σου, καὶ ῥάβδος κληρονομίας σου. διὰ τοῦτο παίδευσον ἡμᾶς, πλὴν ἐν χρηστότητι, καὶ μὴ ἐν θυμῷ σου, ἵνα μὴ ὀλιγοστοὺς ἡμᾶς ποιήσῃς, καὶ παρὰ πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν ἐξουδένωμα. τὸ γὰρ ἔλεός σου ἄφατον, καὶ ἡ φιλανθρωπία σου ἀνυπέρβλητος, καὶ ὁ τῆς χρηστότητός σου πλοῦτος ἀνεξιχνίαστος, ἐφ' οἷς καὶ τεθαρρηκότες δεόμεθα καὶ ἱκετεύομεν.

κάμπτοντες γόνυ καρδίας ἡμῶν κόπασον τὴν θραῦσιν τῆς ὀργῆς σου ἐξαιτούμεθα, ὡς ἐπὶ τοῦ Δαβὶδ πάλαι τὴν ἐπὶ τῷ λαῷ σου. κἂν οὐχ ὁμοίαν τὴν μετάνοιαν ἐπιδεικνύμεθα, ἀλλ᾽ ὡς ὑπεράγαθος, στῆσον τὴν ὀργήν σου, καταπράϋνον τὸν θυμόν σου τὸν δίκαιον, καὶ δὸς τοῖς κάμνουσι τὴν ὑγίειαν, τοῖς ἀσθενοῦσι τὴν ῥῶσιν, τοὺς δὲ ὑγιαίνοντας τήρησον ἐν ταύτῃ· πᾶσαν δὲ νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἀπέλασον ἐκ τοῦ λαοῦ σου. πάντας τῆς προσδοκίας ταύτης ἐλευθέρωσον, συντηρῶν ἀνεπηρεάστους τῆς αἰκισάσης ἀσθενείας; καὶ φυλάττων παντοκρατορικῇ σου χειρὶ ἀπροσψαύστους τῆς δεινῆς ταύτης κακώσεως καὶ ὀλεθρίου συντριβῆς. ὄντως γὰρ συνέχεε πάντας καὶ συνετάραξεν ὁ θυμὸς τῆς ὀργῆς σου, κἂν οὐκ ἐπιστρέψωμεν ὅλως ἐκ τῶν πονηριῶν ἡμῶν· ἀλλὰ καὶ ἀπάλλαξον τοῦ κακοῦ συνειδότος πάντας, καὶ δὸς ἐν πάσῃ ἀγαθοεργίᾳ εὐαρεστεῖν σοι. πρεσβείαις τῆς ἀπειράνδρως σε τεκούσης ἁγνῆς θεομήτορος ἀειπαρθένου Μαρίας. προστασίαις τῶν ἁγίων καὶ θεοειδῶν ἀγγέλων, καὶ πάντων τῶν ἁγίων. Ὅτι εἶ σὺ ἡ τοῦ ἐλέους πηγή, καὶ τῆς εὐσπλαγχνίας ἀνεξιχνίαστος ἄβυσσος, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου πατρί, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι.

les. His propterea confisi, flexis cordis nostri genib. rogamus & supplicamus, desiste à flagello iræ tuæ immittendo, velut olim propter Dauid populo tuo pepercisti: & licet parem illi pœnitentiam non proferamus, verum vt supreme benignus, iram tuam comprime, furorem tuum iustum seda, laborantibus salutem præbe; & infirmis valetudinem; sanos conserua, & morbum languoremque cũctum à populo tuo auerte, à noxia hac expectatione cunctos eripe, & à grassante hac infirmitate graui, uique malo cuncta deuastante intactos immunesque omnipotenti tua virtute custodi. Confudit enim nos vere & perturbauit iræ tuæ furor, & licet à peruersitatibus nostris ex toto non conuertamur, à mala tamen conscientia cunctos liberos redde, & in bonorum operum exercitio placere tibi concede. Precibus eius quæ à viri consortio aliena te genuit, puræ Deiparæ semper Virginis Mariæ, protectione sanctorum & deiformium Angelorum, & omnium sanctorum. Quia tu es misericordiæ fons, & mansuetudinis inuestigata abyssus; & tibi gloriam referimus, cum principij experte tuo Patre, & viuifico, & bono & sanctissimo tuo Spiritu.

VARIÆ LECTIONES.

a Εἰς πᾶσαν λιτήν.] Nihil obtulerunt M.M.S.S. quæuis cum superioribus officiis & orationibus, pro peste auertenda, fulminum periculis, & pelagi tempestatibus propulsandis, quod conferrem. Alia tamen nonnulla, diuersasque orationes in pu[b]licis calamitatibus olim Constantinopoli habitas, serie & ordine cuiusuis obseruato, exhibuit Cryptoferratensis Bessarionis codex.

Εὐχὴ ἐπὶ ἐνάρξει λιτῆς.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν μνήσθητι ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ ἀχρείων δούλων σου, ἐν τῷ ἐπικαλεῖσθαι ἡμᾶς τὸ ἅγιον καὶ προσκυνητὸν ὄνομά σου, καὶ μὴ καταισχύνῃς ἡμᾶς ἀπὸ τῆς προσδοκίας τοῦ ἐλέους σου· ἀλλὰ χάρισαι ἡμῖν κύριε πάντα τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτήματα· καὶ ἀξίωσον ἡμᾶς ἀγαπᾷν καὶ φοβεῖσθαί σε ἐξ ὅλης καρδίας ἡμῶν, καὶ ποιεῖν ἐν πᾶσι τὸ θέλημά σου.

Ἐκφώνως. Ὅτι ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρί, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εἰρήνη πᾶσι. Ἀπόκρισις. Καὶ τῷ πνεύματι

Oratio in supplicationis exordio.

Domine Deus noster, recordare nostri peccatorum & inutilium seruorum tuorum, cum sanctum & adorandum nomen tuum inuocamus, & ne nos à misericordiæ tuæ expectatione cõfuderis: sed cũcta saluti nostræ vtilia postulata concede: & te diligere, teque ex omni corde nostro timere, & in omnibus voluntatem tuam exequi largire.

Exclamando. Quia tu bonus & clemens existis, & tibi gloriam referimus, Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Pax omnibus. *Responsio.* Et cum Spi-

ritu tuo. *Diaconus.* Capita Domino inclinate. *Responsio.* Tibi Domine. *Sacerdos precatur.*

Domine sancte qui in excelsis habitas, & omnem creaturam circunspicientibus oculis inspicis: tibi cordis & corporis ceruicem inclinauimus: & rogamus te, inuisibilem manum tuam de sancto habitaculo tuo extende, & si in aliquo spontanee aut inuoluntarie deliquimus, vt bonus & clemens Deus, donatis nobis mundanis hisce bonis remitte.

Exclamando. Tuum est enim misereri & saluare Deus noster, & tibi gloriam referimus Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio protensæ Collectæ in foro dicenda.

Domine Deus noster, protensam hanc supplicationem à tuis seruis suscipe, & secundum misericordiæ tuæ multitudinem miserere nostri, & super nos, nec non super populum tuum copiosam à te misericordiam expectantem miserationes tuas mitte. Quia misericors & clemens Deus existis, & tibi gloriam referimus, Patri &c.

Pax omnibus. *Responsio.* Et cum Spiritu tuo. Capita vestra Domino inclinate. *Responsio.* Tibi Domine. *Sacerdos precatur.*

Domine Deus noster, qui sedes super thronum gloriæ, & respicis abyssos, humilitatem nostram clementi oculo contemplatus omnes nos capita tibi submittentes benedic, & in beneplacito tuo cornu nostrum exalta. Sit sanctissimum nomen clementiæ tuæ benedictum & glorificatum: Patris, & Filij, & Spiritus sancti: nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

Oratio dicenda in supplicatione quæ propter metum fit in Campo, ad sanctum Diomedem extra portam iuxta petram veterem.

Iterum tibi clementi Domino correptionis occurrit memoria, iterum quoque inutilibus seruis tuis instat pro venia oratio facienda agnoscentibus, te quantum magnitudine tantum clementia malorum immemore præstare. Rogamus ideo te, conuerte nos Deus, Deus salutarium nostrorum, & à nobis iram tuam auerte, vt non in æternum irascaris nobis, sed in misericordia tua viuifica nos, & citius anticipent nos tuæ misericordiæ Domine.

σου. ὁ διάκονος. Τὰς κεφαλὰς τῷ κυρίῳ κλίνατε. ἀπόκρισις. Σοὶ κύριε. ὁ ἱερεὺς εὔχεται.

Κύριε ἅγιε ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, καὶ τῷ παντεφόρῳ σου ὄμματι ἐπιβλέπων ἐπὶ πᾶσαν τὴν κτίσιν· σοὶ ἐκλίναμεν τὸν αὐχένα τῆς καρδίας καὶ τοῦ σώματος· καὶ δεόμεθά σου ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου τὴν ἀόρατον ἐξ ἁγίου κατοικητηρίου σου, καὶ εὐλόγησον πάντας ἡμᾶς, καὶ εἴ τι ἡμάρτομεν ἑκουσίως καὶ ἀκουσίως, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος θεὸς συγχώρησον, δωρούμενος ἡμῖν τὰ ἐγκόσμια ἀγαθά σου.

Ἐκφώνως. Σὸν γάρ ἐστι τὸ ἐλεεῖν καὶ σώζειν ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Εὐχὴ ἐκτενὴς γινομένη 2 ἐν τῷ φόρῳ.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν τὴν ἐκτενῆ ταύτην ἱκεσίαν πρόσδεξαι παρὰ τῶν σῶν δούλων, καὶ ἐλέησον ἡμᾶς κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους σου, καὶ τοὺς οἰκτιρμούς σου κατάπεμψον ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ πάντα τὸν λαόν σου τὸν ἀπεκδεχόμενον τὸ παρὰ σοῦ πλούσιον ἔλεος. Ὅτι ἐλεήμων καὶ φιλάνθρωπος θεὸς ὑπάρχεις· καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν τῷ πατρί.

Εἰρήνη πᾶσι. ἀπόκρισις. Καὶ τῷ πνεύματί σου. Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ κυρίῳ κλίνατε. ἀπόκρισις. Σοὶ κύριε. ὁ ἱερεὺς ἐπεύχεται.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ καθήμενος ἐπὶ θρόνου δόξης καὶ ἐπιβλέπων ἀβύσσους ὄμματι εὐσπλάγχνῳ τὴν ταπείνωσιν ἡμῶν ἐπισκεψάμενος, εὐλόγησον πάντας ἡμᾶς τοὺς ὑποκεκλικότας σοι τὰς ἑαυτῶν κεφαλὰς, καὶ ὕψωσον τὸ κέρας ἡμῶν ἐν τῇ εὐδοκίᾳ σου. Εἴη τὸ πανάγιον ὄνομα τῆς φιλανθρωπίας σου εὐλογημένον καὶ δεδοξασμένον τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Εὐχὴ λεγομένη ἐν λιτῇ γινομένῃ διὰ φόβον 3 εἰς τὸν Κάμπον εἰς τὸν ἅγιον Διομήδην ἔξω πόρτα, καὶ εἰς τὴν παλαιὰν πέτραν.

Πάλιν σοι κύριε τοῦ φιλανθρώπου δεσπότου μνήμη παιδείας, πάλιν ἀχρείων δούλων σου συγχωρήσεως δέησις γινωσκόντων ὡς ὅσον ὑπερβάλλεις τῷ μεγέθει, τοσοῦτον καὶ τῇ ἀμνησικάκῳ εὐσπλαγχνίᾳ. διὸ δεόμεθά σου, ἐπίστρεψον ἡμᾶς ὁ θεὸς, ὁ θεὸς τῶν σωτηρίων ἡμῶν καὶ ἀπόστρεψον τὸν θυμόν σου ἀφ' ἡμῶν, ὅπως μὴ εἰς τὸν αἰῶνα ὀργισθῇς ἡμῖν, ἀλλ' ἐν τῷ ἐλέει σου ζωώσῃς ἡμᾶς, καὶ ταχὺ προκαταλαβέτωσαν ἡμᾶς οἱ οἰκτιρμοί σου κύριε.

Ἐκφώνως. Ὅτι ἐλεήμων καὶ φιλάνθρωπος θεὸς ὑπάρχεις καὶ σοὶ τὴν δόξαν.

Exclamando. Quia misericors & clemens Deus existis.

4 Τάξις γινομένη ἐν τῷ Τριβουναλίῳ ἐν ταῖς κατὰ ἔθος ἀρχομέναις ἐκεῖσε λιταῖς.

Ordo seruandus in Tribunalio, in Processionibus ibidem de more factis.

Μετὰ τὸ ἀνελθεῖν τὸν ἀρχιεπίσκοπον, καὶ δοξάσαι τοὺς ψάλτας· δέξασθαι δὲ καὶ τὸν λαὸν, καὶ πληρῶσαι τὴν λεγομένην λιτὴν, λέγοντος τοῦ ἀρχιδιακόνου. Πρόσχωμεν, λέγει ὁ Πατριάρχης. Ὑπὲρ τῆς οἰκουμενικῆς καταστάσεως καὶ εὐσταθείας τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, καὶ τῆς τῶν πάντων ἑνώσεως, εἴπωμεν. Κύριε ἐλέησον. καὶ τοῦ λαοῦ γ' λέγοντος, τὸ, Κύριε ἐλέησον. ἄρχεται πάλιν. Ὑπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων ἡμῶν βασιλέων παντὸς τοῦ παλατίου καὶ τοῦ στρατοπέδου αὐτῶν εἴπωμεν πάντες· Κύριε ἐλέησον. Ὑπὲρ τοῦ ἄσειστον, καὶ ἄφλεκτον, καὶ ἀναίμακτον διαφυλαχθῆναι τὴν πόλιν ταύτην, καὶ πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν, εἴπωμεν· Κύριε ἐλέησον. καὶ τοῦ λαοῦ λέγοντος τὸ, Κύριε ἐλέησον, τρίτον. σφραγίζει τρίτον, καὶ ἐκφώνως λέγει. Ὅτι ὁ θεὸς ἐλέους, καὶ οἰκτιρμῶν καὶ φιλανθρωπίας ὑπάρχεις· καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν.

Cum profectus fuerit Archiepiscopus, & Deo laudes cecinerint Psaltæ, populusque susceperit, & adimpleuerit supplicationem dictam: dicente Archidiacono. Attendamus, *dicit Patriarcha.* Pro vniuerso statu, & recto ordine sanctæ Ecclesiæ, & omnium vnione dicamus. Domine miserere. *Et populo ter dicente.* Domine miserere: *incipit rursus.* Pro piissimis nostris Impp. omni Palatio, & exercitu eorum, dicamus omnes. Domine miserere. Vt à motu, igne, & sanguine fundendo hæc vrbs aliaque omnis ciuitas & regio conseruetur, dicamus. Domine miserere. *Et populo ter dicente.* Domine miserere. *Ter quoque cruce signat, & eleuata voce dicit.* Quia Deus misericordiæ, & miserationum & clementiæ existis: & tibi gloriam referimus.

Καὶ μετὰ τὸ, ἀμὴν, κάθηται ἐν τῷ θρόνῳ, καὶ τοῦ διακόνου λέγοντος· Σοφία. λέγεται τὸ προκείμενον· καὶ μετὰ τὸ, Ἀλληλούϊα. λέγοντος τοῦ ἀρχιδιακόνου. Ὀρθοὶ ἀκούσωμεν τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου. σφραγίζει τρίτον, καὶ λέγει. Εἰρήνη πᾶσι. ὁ λαός. καὶ τῷ πνεύματί σου. εἶτα ἐκφωνεῖ. Ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον. ὁ ἀρχιδιάκονος. Ἐν σοφίᾳ πρόσχωμεν. καὶ οὕτως ἀρχόμενος συναναγινώσκει τῷ διακόνῳ πᾶσαν τὴν περιοχὴν τοῦ Εὐαγγελίου· καὶ μετὰ τὴν ἐκτενῆ, σφραγίζει πάλιν κατὰ τὸ ἔθος καὶ λέγει. Ὅτι ἐλεήμων, καὶ φιλάνθρωπος θεὸς ὑπάρχεις· καὶ σοὶ τὴν δόξαν.

Et dicto, Amen: *sedet in throno, & Diacono dicente.* Sapientia: *dicitur Propositum: & terminato, Alleluia. Dicit Archidiaconus.* Recti audiamus sanctum Euangelium. *Signat tertio (Pontifex) & dicit.* Pax omnibus. *Populus.* Et Spiritui tuo: *deinde exclamat.* Ex eo quod est secundum Matthæum. *Archidiaconus.* In sapientia attendamus. *Atque ita exorditur, simulque cum Diacono totum Euangelij textum percurrit: & post protensam orationem, de more iterum cruce signat, & ait.* Quia misericors & clemens Deus existis: & tibi &c.

Ὁ διάκονος. Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ κυρίῳ κλίνατε. Ἀπόκρισις. Σοὶ κύριε. καὶ ποιεῖ τὴν εὐχὴν τῆς κεφαλοκλισίας, καὶ τοῦ διακόνου κηρύσσοντος 5 τὴν ἐν τῷ ἁγίῳ Ἰωάννῃ σύναξιν ἀπέρχεται ἐκεῖ, καὶ ποιεῖ λειτουργίαν.

Diaconus. Capita vestra Domino inclinate. *Responsio.* Tibi Domine. *Et orationem inflexionis capitis habet: & Diacono apud S. Ioannem populi conuentum indicente, illuc proficiscitur, & missam celebrat.*

6 Εὐχὴ ἐπὶ λιτῇ ἐν ἡμέρᾳ ἑορτῆς.

Oratio in supplicatione, in die festo.

Ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ ὢν εὐλογητὸς εἰς αἰῶνας, ὁ ἐξαποστείλας τὸν μονογενῆ σου υἱὸν εἰς τὸν κόσμον, ἵνα τὸ πεπλανημένον ἐπιστρέψῃ, τὸ πεπτωκὸς ἀναστήσῃ, καὶ τὸ τεθανατωμένον ζωοποιήσῃ· πρόσδεξαι ἡμᾶς τοὺς ἀναξίους δούλους σου, σὺν τῷ πιστῷ σου λαῷ ἑορτάζοντάς σοι πνευματικῶς, καὶ τὴν ἐν

DEus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui es benedictus in sæcula, qui Filium tuum vnigenitum in mundũ misisti, vt quod errauerat, reduceret, quod ceciderat, erigeret, & quod mortuum erat, viuificaret: nos indignos seruos tuos cum fideli populo tuo tibi spiritualiter festum agentes, & in

Psalmis & Hymnis, pro salutari gratia, & beneplacito tuo generi hominum exhibito, gloriam referentes suscipe: incruentam hostiam tibi nos offerre permitte: vt in Ecclesia primogenitorum in cœlis descriptorum consortes fiamus vocis festum agentium, vbi lætantium in te est habitatio. Intercessionibus sanctæ Deiparæ, & omnium sanctorum tuorum. *Exclamando.* Quia bonus, &c.

ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις δοξολογίαν σοι προσάγοντας ἐπὶ τῇ γενομένῃ σωτηρίᾳ σου χάριτι, καὶ εὐδοκίᾳ περὶ γένος τῶν ἀνθρώπων καταξίωσον ἡμᾶς, καὶ τὴν ἀναίμακτον θυσίαν ἀκατακρίτως προσάγειν σοι· ἵνα μέτοχοι γενώμεθα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῶν πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς τῆς ἤχου τῶν ἑορταζόντων ἔνθα πάντων τῶν εὐφραινομένων ἡ κατοικία ἐν σοὶ, πρεσβείαις τῆς ἁγίας θεοτόκου, καὶ πάντων τῶν ἁγίων σου. Ἐκφώνως. Ὅτι ἀγαθὸς, καὶ τὰ ἑξῆς.

Sacerdos. Pax omnibus. *Diaconus.* Capita.

Ὁ ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσι. Ὁ διάκονος. Τὰς κεφαλάς.

Dominator Domine inclina corda nostra ad mandatorum tuorum obedientiam, vt in præceptorum semita recta progressi, & propositam nobis vitæ viam sine offensa percurrentes, preces nos in sancto, & cœlesti, & intellectuali tuo altari acceptas referamus. Quia benedictum, & glorificatum est, *& reliqua.*

Δέσποτα κύριε κλῖνον τὰς καρδίας ἡμῶν εἰς ὑπακοὴν τῶν θείων σου προσταγμάτων· ἵνα εὐθυπορουῦντες ἐν τῇ τρίβῳ τῶν ἐντολῶν σου, καὶ τὴν προκειμένην ἡμῖν τοῦ βίου ὁδὸν ἀπροσκόπτως διανύσαντες, ἀποδώσομέν σοι τὰς εὐχὰς ἡμῶν δεκτὰς εἰς τὸ ἅγιον ἐπουράνιον καὶ νοερόν σου θυσιαστήριον. Ὅτι ηὐλόγηται καὶ δεδόξασται, καὶ τὰ ἑξῆς.

IN SVPERIORES ORATIONES. NOTÆ.

1 EN ἐνάρξει λιτῆς.] Preces inter *Procedendum* factas λιτὴν significare, alibi ostentum, quod & præsens locus demonstrat: hæc ante omnem Ecclesiæ egressum recitatur.

2 Ἐν τῷ φόρῳ.] φόρος est ἀγορὰ forum: in quo prima Septembris Processio cum Supplicationibus à Patriarcha & Imp. pro populi salute fiebat. Codinus c. 15. φόρος autem περιλαμπρος χῶρος τῆς πόλεως, *insignissimus est in ciuitate CP. locus.* ex Simocatta.

3 Εἰς τὸν Κάμπον] Planities extra Constantinopolis portam, in quam tempore Theodosij Iunioris ob terræ motum se populus CP. recipit Κάμπος, *Campus* est ἔξω τῆς πόλεως ἐν τῷ λεγομένῳ Κάμπῳ, ait Theophanes: ibidem S. Diomedi templum erectum est ἐξωπορτα, extra portam vrbis, quo deinceps populus, motus terræ periculo & timore perculsis, cum supplicationibus confluere posuit in consuetudine: quamuis obseruantiam huiusmodi ad terræ motum quo C.P. Iustiniani tempore afflicta est referat Cedrenus, γίνεται μνήμη τοῦ σεισμοῦ τούτου κατ' ἔτος ἐν τῷ κάμπῳ λιτανεύοντος τοῦ λαοῦ. *Quotannis huius terræ motus memoria celebratur populo in Campo processionem agente.*

4 Ἐν τῷ Τριβουναλίῳ.] Palatium quoddam in Campo nuper memorato extructum Τριβουνάλιον fuit: de quo intelligenda loca absque interpretatione à Meursio adducta: illud Gregoras, Τριβουνάλιον τοῦ Κάμπου vocat.

5 Τὴν ἐν τῷ ἁγίῳ Ἰωάννῃ σύναξιν.] *Collecta* populi in quadam Ecclesia quondam Romæ fiebat, exinde ad aliam *Statio* indicebatur, procedebat populus, missa celebrabatur: de quibus fuse Onuphrius Romanæ consuetudinis antiquæ hæc est Græcorum CP. imitatio. Ad locum *Tribunalium* dictum pergit Clerus, ibique λέγεται τὴν λιτὴν *Collectam* excipit, benedictionem impertitur Patriarcha: & mox, τοῦ διακόνου κηρύσσοντος τὴν ἐν ἁγίῳ Ἰωάννῃ σύναξιν ἀπέρχεται ἐκεῖ καὶ ποιεῖ λειτουργίαν.

6 Ἐν ἡμέρᾳ ἑορτῆς.] De Processionis ordine die festo seruando actum est. Statim sub huius operis initio, & τυπικὸν plura exhibet.

OFFICIVM IN BARBARORVM ADuentum, & Gentilium incursum.

Propositum. Tonus quartus.

ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ ΕΙΣ ΕΠΕΛΕΥΣΙΝ ΒΑΡΒΑΡΩΝ, καὶ ἐπιδρομὰς ἐθνῶν.

Προκείμενον. ἦχος δ'.

Ἀναστήτω ὁ θεὸς καὶ διασκορπισθήτωσαν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ.

Στίχος. Ὡσεὶ ἐκλείπει καπνὸς ἐκλειπέτωσαν.

Ὁ ἀπόστολος.

Πρὸς Ἐφεσίους ἐπιστολῆς Παύλου τὸ ἀνάγνωσμα.

Ἀδελφοί, ὁ θεὸς πλούσιος ὢν ἐν ἐλέει, διὰ τὴν πολλὴν ἀγάπην.

Τέλος.

Ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς, οἷς προητοίμασεν ὁ θεός, ἵνα ἐν αὐτοῖς περιπατήσωμεν.

Ἀλληλούϊα. Κύριος συντρίβων πολέμους.

Εὐαγγέλιον ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν.

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, παρῆσαν δέ τινες ἀπαγγέλλοντες τῷ Ἰησοῦ περὶ τῶν Γαλιλαίων, ὧν τὸ αἷμα Πιλάτος ἔμιξε μετὰ τῶν θυσιῶν αὐτῶν.

Τέλος.

Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν ἀκουέτω.

Κοινωνικόν. Κύριος κραταιὸς καὶ δυνατὸς κύριος δυνατὸς ἐν πολέμῳ.

Exurgat Deus & dissipentur inimici eius.

Versiculus. Sicut deficit fumus, deficiant.

Apostolus.

Ad Ephesios Epistolæ Pauli lectio. Cap. 2.

Fratres, Deus qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem.

Finis.

In operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus.

Alleluia. Dominus conterens bella.

Euangelium ex eo quod est secundum Lucam. Cap. 13.

In illo tempore. Aderant quidam nunciantes Iesu de Galilæis, quorum sanguinem miscuit Pilatus cum sacrificiis eorum.

Finis.

Hæc dicens clamabat. Qui habet aures audiendi, audiat.

Communio. Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.

ΚΑΝΩΝ ΠΑΡΑΚΛΗΤΙΚΟΣ ΕΙΣ ΤΗΝ

ὑπεραγίαν Θεοτόκον ἐπὶ προσδοκίᾳ πολέμου· οὗ ἡ ἀκροστιχίς.

Τοῖς σοῖς ἄχραντε συμμάχησον οἰκέταις.

Ὠδὴ Ἰωάννου. Ὠδὴ α'.

Ἦχος πλ. β'. Ὡς ἐν ἠπείρῳ.

Τὸν κραταιὸν ἐν ἰσχύϊ, καὶ δυνατὸν ἐν πολέμοις κύριον, ἡ γεννήσασα σεμνή, κραταιᾷ χειρί σου πανσαλκεῖ συμπολέμησον ἐχθροὺς τοὺς πολεμοῦντας ἡμᾶς.

Ὁ ἐν θαλάσσῃ ποντίσας πρὶν Φαραώ, καὶ τὰ τούτου ἅρματα καταστρώσας ἐν βυθῷ, εἰς ἡμῶν βοήθειαν καὶ νῦν διανάστηθι Χριστὲ τῆς σε τεκούσης εὐχαῖς.

Ἰατρικὸν μὲν τὸ τέμνειν, καὶ ὁ καυστὴρ τῆς ὑγείας αἴτιον, ἀλλ' ἡμᾶς υἱὲ θεοῦ ἁπαλοῖς φαρμάκοις οἰκτίρμων σου ἰάτρευσον τῆς σῆς μητρὸς δεήσεσι.

Σενναχηρὶμ ὥσπερ ἄλλην πανστρατιᾷ ἄρδην, ἐξαφάνισον καὶ τὴν νῦν πανστρατιᾷ τὴν περικυκλώσασαν ἡμᾶς τῶν βαρβάρων κραταιᾷ χειρί σου, δέσποινα.

CANON SVPPLEX AD SANCTISSIMAM

Deiparam in rumore belli. Cuius Acrostichis est.

Τοῖς σοῖς ἄχραντε συμμάχησον οἰκέταις.

Opus Ioannis. Canticum Primum.

Tonus obliquus secundi. Quasi in terra.

Virgo quæ robustum in virtute, & fortem in bellis Dominum genuisti, robusta validaque tua manu hostes nos impugnantes debella.

Qui prius in mari Pharaonem demersisti, eiusque currus in profundo strauisti, in auxilium nostrum exurge nunc Christe, genitricis tuæ precibus.

Abscissio quidem quandoque medelam præbet, & adustio nonnunquam salutis causa est: suauibus tamen lenibusque remediis nobis medere, misericors Fili Dei, matris tuæ interuentu.

Vt quondam Sennacherib cum toto exercitu integre deleuisti: ducem etiam totamque barbarorum aciem nos obsidentem valida tua manu, ô Domina, profliga.

Te acerbis hostibus nos expugnantibus opponimus, & aduersus eos mouemus, ô Virgo, tu enim Christiani exercitus ductrix es.

Canticum tertium.

Non est sanctus vt tu Domine.

Hic in curribus & equis pluribus: at nos populus tuus in nomine tuo inuocamus, & clamamus. Salua nos Domina.

Qui animum roburque infirmis suppeditas, & seruorum tuorum cornu extollis: fideli nunc exercitui animum aduersus barbaros hostes suggere, propter eam quæ te peperit.

Barbarorum acies Gentibus ex impiis coacta, ignem oculis & pectore spirans, & cædibus assueta, bellum mouet: seruis tuis Domina auxiliare.

Viri sanguinum, crudeles, & dolo pleni aduersum nos frementes iuxta Psalmi verba, meditati sunt inania, aduersum nos seruos tuos, ô Deipara.

Manibus extensis Moyses crucis figuram exprimens crudelem Amalil fudit, ô Virgo: tu itaque inuisibili manu populi tui hostes profliga.

Canticum quartum. Christus virtus mea.

Effunde frameam, ô Pura, & conclude aduersarios nostros, & hostes qui nos oppugnant: obsistentes nobis intercessionis tuæ virtute debella.

Imple hostium nostrorum facies ignominia, multoque dedecore, & pudore, & secundum psalmi dictum conuertantur retrorsum vacui, re infecta, ô Domina.

Nunc cognoscemus quia populum omnem huiusce tuæ ciuitatis dilexisti: quia non gaudebit super nos hostis aduersarius.

Concurrit voluntati tuæ summa, quâ prædita es, potestas: tu namque genuisti eum, qui solo nutu omnia potest. Si itaque nostram salutem volueris, saluabimur.

In præstando nobis auxilio, insana hostium potentium capita confringe: à potentiæ namque tuæ timore contremiscent, ô Virgo.

Canticum quintum. Diuino tuo fulgore, ô bone.

Satrapæ, tyranni, reges, principes barbararum nationum malũ nostrum conspirantes, aduersus hunc gregem tuum velut leones, & rabidæ feræ insiliunt.

Σὲ τοῖς ἡμᾶς πολεμοῦσι πικροῖς ἐχθροῖς ἀντικαθοπλίζομεν, καὶ κινοῦμεν κατ' αὐτῶν πρὸς ἀντιπαράταξιν ἁγνή. σὺ γὰρ εἶ Χριστιανῶν ὁ ἀρχιστράτηγος.

Ὠδὴ γ. Οὐκ ἔστιν ἅγιος ὡς σὺ κύριε.

Οὗτος ἐν ἅρμασι πολλοῖς, καὶ ἐν πλείοσιν ἵπποις· ἀλλ' ἡμεῖς ὁ λαός σου, ἐν ὀνόματι τῷ σῷ ἐπικαλούμεθα νῦν, καὶ βοῶμεν. σῶσον ἡμᾶς, δέσποινα.

Ἰσχὺν καὶ σθένος ὁ διδοὺς ἀσθενοῦσι, καὶ κέρας ἀνυψῶν τῶν σῶν δούλων. τῷ πιστῷ σου νῦν στρατῷ κατὰ βαρβάρων ἐχθρῶν ἰσχὺν δίδου, διὰ τῆς τεκούσης σε.

Στρατὸς βαρβάρων ἀθροισθεὶς ἐξ ἐθνῶν τῶν ἀθέων πῦρ καὶ βλέπων καὶ πνέων, χαίρων φόνοις καὶ σφαγαῖς, καὶ πόλεμον συγκινεῖ τοῖς σοῖς δούλοις, δέσποινα βοήθησον.

Ἄνδρες αἱμάτων ἀπηνεῖς δολιότητος πλήρεις καθ' ἡμῶν συναχθέντες, ἐμελέτησαν κενὰ φρυάξαντες ψαλμικῶς, θεοτόκε, καθ' ἡμῶν τῶν δούλων σου.

Χειρῶν ἐκτάσει Μωϋσῆς σταυροῦ σχῆμα τυπώσας ἐξετροπώσατο κάρη Ἀμαλὴκ τοῦ δυσμενοῦς· σὺ δὲ χειρὶ νοερᾷ τοῦ λαοῦ σου τοὺς ἐχθροὺς καταβάλλε.

Ὠδὴ δ'. Χριστός μου δύναμις.

Ῥομφαίαν ἔκχεον, ἁγνή, καὶ σύγκλεισον πάντων τῶν ἐναντίων τῶν νῦν ἡμᾶς καταπολεμούντων ἐχθρῶν· καταπολέμησον ἐχθροὺς τῇ ἰσχύϊ τῆς πρεσβείας σου.

Αἰσχύνης πλήρωσον ἐχθρῶν τὰ πρόσωπα, καὶ πολλῆς ἀτιμίας καὶ ἐντροπῆς, καὶ ἀποστραφήτωσαν εἰς τὰ ὀπίσω ψαλμικῶς κενοί, δέσποινα, καὶ ἄπρακτοι.

Νῦν γνωσόμεθα ἐν τούτῳ, δέσποινα, ὡς τεθέληκας πάντα τὸν σὸν λαὸν ταύτης σου τῆς πόλεως· ὅτι οὐ μὴ ἐπιχαρεῖ ἐφ' ἡμᾶς ἐχθρὸς πολέμιος.

Τὸ θέλειν σύνδρομον ἔχεις τῷ δύνασθαι, ὡς τεκοῦσα τὸν πάντα μόνῳ ψιλῷ νεύματι δυνάμενον· ἂν οὖν θελήσῃς τὴν ἡμῶν σωτηρίαν, σωθησόμεθα.

Ἐν τῇ ἐκστάσει σου τῆς ἀντιλήψεως, δυναστῶν πολεμίων τὰς δυσμενεῖς κεφαλὰς διάκοψον· σεισθήσονται γὰρ ἐν αὐτοῖς ἐκ τοῦ φόβου τοῦ σοῦ κράτους, ἁγνή.

Ὠδὴ ε'. Τῷ θείῳ φέγγει σου ἀγαθέ.

Σατράπαι, τύραννοι, βασιλεῖς, ἄρχοντες χωρῶν βαρβαρικῶν ἐπὶ κακῷ συμφρονήσαντες κατὰ ταύτης σου τῆς ποίμνης καθάπερ λέοντες καὶ θῆρες ἀγριόθυμοι ὠρυόμενοι.

Υἱὸν γεννήσασα τοῦ θεοῦ τὸν ἐπιστατοῦντα νοεραῖς ταῖς οὐρανίαις δυνάμεσιν, ἄγγελον ὑπέρμαχον ἐξαπόστειλον, παρθένε θεοτόκε, ἡμῖν βοηθεῖν.

Μετὰ δακρύων, καὶ σκυθρωπά, τὰ καταλαβόντα νῦν ἡμᾶς, καὶ θρήνων ἄξια, δέσποινα· ἀλλὰ σύ, παρθένε, τάχυνον, οἰκτείρησον, καὶ πάλιν τοὺς ἀθέους ἐχθροὺς κατάβαλε.

Μὴ παραδώῃς χερσὶν ἐθνῶν τὴν κληρονομίαν σου ἁγνή, μήποτε εἴπωσι, ποῦ ἐστὶν ἡ θεογεννήτωρ, ᾗ ἐπεποίθεισαν, ἀλλ' ἄθραυστον τὴν ποίμνην σου διατήρησον.

Αἱ βασιλεῖαι πᾶσαι τῆς γῆς γνώτωσαν τὸ κράτος σου σεμνή, καὶ τὴν ἰσχύν σου, τὴν ἄμαχον ἔθνη, ταραχθήτωσαν καὶ σαλευθήτωσαν λαοί, οἱ μὴ εἰδότες τὴν ἐξουσίαν σου.

Ὠδὴ ϛ'. Τοῦ βίου τὴν θάλασσαν.

Χαλκοῦν τόξον ἔργασον τοῦ λαοῦ σου, τοὺς πιστοὺς τοὺς ἐκλεκτοὺς βραχίονας, καὶ περίζωσον δύναμιν καὶ ἰσχὺν αὐτούς, ὑπέρμαχε, οὐρανόθεν βραβεύων αὐτοῖς δύναμιν.

Ἡμᾶς τοὺς πιστεύοντας εἰς τὸ ὄνομα, σεμνή, πατρὸς υἱοῦ καὶ πνεύματος, καὶ προσκυνοῦντας τὸν τόκον σου τὸν σεπτόν, μὴ δῷς τοῖς ἐχθροῖς ἡμῶν· ἀλλὰ τούτους εἰς τέλος, κόρη, σύντριψον.

Στενάζοντες κράζομεν γόνυ κλίνοντες εἰς γῆν, χεῖρας εἰς ὕψος αἴροντες· ἐξημάρτομεν δέσποινα εἰς θεόν· αὐτὸν ἐξιλέωσαι, καὶ μὴ βάρβαρα ἔθνη παιδευσάτω ἡμᾶς.

Οὐ φέρομεν δέσποινα. καὶ γὰρ εἶπεν ὁ ἐχθρός. διώξας καταλήψομαι· μεριῶ σκῦλα, ἐμπλήσω μου τὴν ψυχήν, ἀνελῶ μαχαίρᾳ μου, κυριεύσει ἡ χείρ μου. διὸ προφθάσον.

Ναοὺς τοὺς ἁγίους σου, καὶ τεμένη ἱερά, καὶ τὰς σεπτὰς εἰκόνας σου, τῶν ἁγίων ἁπάντων τε τὰς μορφάς. σκεύη καὶ κειμήλια οἱ ἐχθροί σου, παρθένε, ἐξηφάνισαν.

Ὠδὴ ζ'.

Δροσοβόλον μὲν τὴν κάμινον.

Οὐ πρὸς ἕτερον θεόν, διεπετάσαμεν τὰς χεῖρας ἡμῶν, δέσποινα, κἂν ἡμάρτομεν· ἀλλὰ οὐκ ἀπέστημεν ἐκ σοῦ, καὶ ἄλλο οὐκ οἴδαμεν πλήν σου. διὸ ἐλέησον ἡμᾶς, τῆς θεοτόκου λιταῖς.

Ἰδοὺ ὡς κύνες πολλοὶ περιεκύκλωσαν, ταῦροι πίονες περιέσχον ἡμᾶς, καὶ ἐφάλλονται διασπάσαι νῦν θηριωδῶς τοὺς δούλους σου, δέσποινα ἁγνή, ἀλλὰ ῥάβδῳ θείας σου ῥοπῆς μακρὰν ἀπέλασον.

Quæ Filium Dei cœlestibus virtutibus spiritualiter præfectum genuisti: Angelum protectorem, in subsidium nostrum mitte, Deipara virgo.

Tristia nunc, & lachrymis plena, planctuque digna sunt ea quæ nos vndique circumstant: sed tu, Virgo, accelera, miserere: & rursum impios hostes nostros disijce.

Ne tradas Gentium manibus hæreditatem tuam, ô Pura, nequando dicant: vbi est Dei genitrix in qua confidebant? intactum ergo gregem tuum custodi.

Cuncta terræ regna robur tuum agnoscant, ô Veneranda, & inexpugnandam virtutem tuam celebrent: turbentur gentes, & confundantur populi, qui tuam potestatem ignorant.

Canticum sextum. Vitæ mare.

Arcum æreum, electaque populi tui fidelis brachia redde, virtuteque ei cœlitus impetrata, robore & animo illum præcinge, ô Illibata.

In nomen Patris, & Filii, & Spiritus sancti nos credentes, & venerandum partum tuum colentes ô Gloriosa, ne tradideris hostibus: sed potius vsque ad internecionem illos dele.

Genibus in terram flexis, & manibus in altum sublatis, gementes clamamus. Peccauimus in Deum, Domina, placa illum: ne nos Gentes barbaræ corripiant.

Vltra sustinere nequimus, Domina: dixit enim inimicus. Insequutus comprehendam illos, diuidam spolia, implebo animam meam, mactabit gladius meus, manus mea dominabitur: ideo accelera, vt auxilieris.

Sancta tua templa, ædesque sacras, venerandas imagines, & sanctorum omnium simulachra, vasa & thesauros, inimici rapuerunt, ô Virgo.

Canticum septimum.

Fornacem rore manantem.

Peccauimus quidem, ad Deum tamen alienum manus nostras nunquam expandimus, neque à te recessimus, vel aliũ præter te sumus professi. Miserere idcirco nostri, Deiparæ intercessionib⁹.

En prout canes numerosi nos circumobsident, velut tauri pingues nos circumuallant: iam iamque insiliunt, pura Domina, vt seruos tuos ferino more diripiant: diuino tamen vindicante impetu, longe illos à nobis repelle.

Mundi saluatrix, regina celebranda regem regum Christum enixa, ciuitatem hanc custodi, inuasione acerba, depopulatione, & deuastatione illam libera.

A dissidio ciuili, Illibata, à noxia euersione, à seditione, tumultu, occulto molimine, fraudulento insultu, latentibus hostium insidiis, proditione dolosa, ciuitatem hanc salua.

Murum imperfractum, inexpugnatum, & inconcussum, barbararum & sanguine gaudentium Gentium aduentui & incursibus te opponimus: & ad te confugientes, ô Virgo, liberamur.

Canticum octauum. E flamma sanctis.

Cruentæ feræ, lupiq; rapaces, velut ouile, seruos tuos obsederunt, iamque rationales tuos agnos discerpunt: accelera, virgo sancta Deipara, vt opituleris.

Gens propriis vsa legibus, elata, ferox, belligerum genus fœdifragum, bellum nobis infert irreconciliabile: accelera, virgo sancta Deipara, vt opituleris.

Militiæ cœlestis intellectualibus castris vrbem tuam cinge, & circumualla, & vana redde cuncta hostium molimina: accelera, virgo sancta Deipara, vt opituleris.

Sicut Ader ille execrandus aduersus Salomonem, ita aduersum nos Agarenus, dictus Ismael, insurrexit: accelera, virgo sancta Deipara, vt opituleris.

Captiuos molitur sibi seruos tuos subiicere acies belli telis & armis confisa: nos vero tua fiducia freti clamamus: accelera, virgo sancta Deipara, vt opituleris.

Quæ arcuum quondam robur confregisti, & insilientes barbaros in fugam vertisti: contere etiam nunc gladium & bellum, Domina virgo sancta Deipara.

Canticum nonum. Deum videre hominibus impossibile.

Esto populo virtus & robur, fortitudo, custodia, firmamentum, framea, & gladius anceps, qui aduersas hostium cohortes discindat, eorumque castra velut hominem vnũ solumq; disijciat.

Velut murus validus & inexpugnatus, vt Christianorum antemurale & turris nullis concutienda tempestatibus, hostium impiorum nobisque infensorum fremitus, ferocientemque tyrannorum insultum, intentasque à barbaris minas, ô Virgo, dissipa.

Κοσμοσώτειρα, βασίλισσα πανύμνητε, τὴν πόλιν ταύτην φυλάττε, βασιλεύοντα βασιλέων τέξασα Χριστόν. ἀλώσεως λύτρωσαι πικρᾶς, αἰχμαλωσίας, προνομῆς, καταδρομῆς τῶν ἐχθρῶν.

Ἐμφυλίου μάχης ῥῦσαι πανάμωμητε, καὶ ἀπὸ συστροφῆς πονηρᾶς ἡμᾶς, ἀπὸ στάσεως, ταραχῆς, ἐνέδρας, σκευωρῆς, λαθραίας ἐχθρῶν ἐπιβουλῆς, καὶ προδοσίας δολερᾶς, ταύτην τὴν πόλιν σου.

Τεῖχος ἄρρηκτον, ἀπόρθητον, ἀκλόνητον, καὶ πύργον ἀπερίτρεπτον, σε κεκτήμεθα ἐν ἐφόδοις καὶ ἐπιδρομαῖς βαρβάρων ἐθνῶν αἱμοχαρῶν· καὶ σοὶ προσφεύγοντες ἁγνὴ διασωζόμεθα.

Ὠδὴ η΄. Ἐκ φλογὸς τοῖς ὁσίοις.

Αἱμοβόρα θηρία καὶ λύκοι ἅρπαγες τοὺς σοὺς δούλους, ὡς ποίμνην περιεκύκλωσαν, καὶ τὰ λογικά σου ἀρνία σπαράττουσι. πρόφθασον, παρθένε, ἁγία θεοτόκε.

Ἰδιόρρυθμον ἔθνος, γαῦρον, ἀγέρωχον, φιλοπόλεμον, λύσις ὅρκων παράσπονδον, πόλεμον ἡμῖν ἄσπονδόν τε ἐπεγείρει. πρόφθασον παρθένε, ἁγία θεοτόκε.

Στρατιᾶς οὐρανίου παρεμβολῇ νοερᾷ κύκλωσον σου τὴν πόλιν, καὶ περιτείχισον. καὶ τὰς τῶν ἐχθρῶν ἐπηρείας ματαίωσον, πρόφθασον παρθένε, ἁγία θεοτόκε.

Ὡς ὁ Ἀδερ ἐκεῖνος ὁ ἀλιτήριος κατὰ τοῦ Σολομῶντος, οὕτως ἐγήγερται Ἀγαρ ὁ δεῖνος Ἰσμαὴλ ὁ ἐπώνυμος. πρόφθασον παρθένε, ἁγία θεοτόκε.

Δορυάλωτον θεῖναι σπεύδει τοὺς δούλους σου ὁ στρατὸς ὁ ἐν ὅπλοις θαρρῶν καὶ δόρασιν. ἀλλ' ἡμεῖς ἐν σοὶ πεποιθότες κραυγάζομεν. πρόφθασον παρθένε, ἁγία θεοτόκε.

Ἡ τὰ κράτη τῶν τόξων πάλαι συντρίψασα, τῶν βαρβάρων ἐφόδους πολλάκις τρέψασα, σύντριψον καὶ νῦν καὶ ῥομφαίαν καὶ πόλεμον δέσποινα παρθένε, ἁγία θεοτόκε.

Ὠδὴ θ΄. Θεὸν ἀνθρώποις ἰδεῖν ἀδύνατον.

Ἰσχὺς καὶ κράτος γενοῦ, πανάμωμε, τοῦ σοῦ λαοῦ ἀνδρία, καὶ φρουρός τε, καὶ δύναμις, καὶ ῥομφαία, καὶ μάχαιρα δίστομος, τὰς τῶν ὑπεναντίων φάλαγγας τέμνουσα, καὶ τὴν τῶν ἐχθρῶν παρεμβολὴν εἰς ἓν συγκόπτουσα.

Ὡς τεῖχος ἄρρηκτον καὶ ἀπόρθητον, Χριστιανῶν ὡς προβόλος, καὶ πύργος ἀχείμαστος, τῶν δεινῶν καὶ ἀθέων φρυάγματα, καὶ τὴν κορυφουμένην τυράννων ἔφοδον, καὶ τὰς τῶν βαρβάρων ἀπειλὰς, ἁγνὴ, διάλυσον.

Ἀγγέλου πάλαι παραστάζοντος, ὁ Γεδεὼν τὰ τῶν Μαδιανιτῶν ἐξέκοψε· καὶ τὰ νῦν, ἐξαπόστειλον ἄγγελον φάλαγγας τῶν βαρβάρων καταδιώκοντα, καὶ κατασυντρίβοντα ἐχθροὺς τοὺς πολεμοῦντας ἡμᾶς.

Angelo quondam opitulante Madianitarum agmina Gedeon profligauit; Angelum etiam nunc barbarorum acies in fugam versurum, hostesq; bellum nobis inferentes penitus deleturum mitte.

Νικᾶται τάξις φύσεως, δέσποινα, ὅπου θεὸς ὁ πάντα δρῶν τῷ νεύματι βούλεται. σὺ δὲ αὐτὸν παρὰ φύσιν γεννήσασα δύνασαι ὅσα θέλεις· ὅθεν τοὺς θέλοντας ταύτην σου τὴν πόλιν ἀπολέσαι, ἄρδην ἀφάνισον.

Naturæ cedit ordo, vbi Deus cunctorum opifex ita innuit: tu vero quæ præter naturæ ordinem eum genuisti, quæcumque vis, potes: vnde & iam vrbem hanc funditus delere aggressos, dissipa.

Ναοῦ ἐπάκουσον ἐξ ἁγίου σου τῶν οἰκετῶν, ἁγνή, καὶ ὀργὴν θεοῦ ἔκχεον ἐπὶ ἔθνη τὰ σὲ μὴ γινώσκοντα, καὶ ἐπὶ βασιλείας, αἳ σου τὸ ὄνομα οὐκ ἐπεκαλέσαντο πιστῶς, τὸ πολυπόθητον.

Exaudi de templo sancto tuo famulos tuos, ô Virgo, & iram Dei effunde in Gentes quæ te non nouerunt, & in regna quæ desideratissimum nomen tuum fideliter non inuocauerunt.

Ὁ λύσας λόγε τὸν μέγαν πόλεμον, καὶ τὴν μακρὰν ἐκείνην καὶ ἀρχαίαν διάστασιν, καὶ ἑνώσας τῇ σῇ ἀνθρωπότητι τὰ οὐράνια· διὰ τῆς θεοτόκου λύσας τὸν πόλεμον τὸν πρόσφατον τοῦτον καὶ βαρύν, ἡμᾶς εἰρήνευσον.

O Verbum, quod bellum illud ingens, longumque & antiquum illud dissidium soluisti & humanitati tuæ cœlestia coniunxisti: Deiparæ interuentu, hoc etiam graue & vrgens bellum compone.

Ὑφάπλωσόν μοι τὴν σκέπην δέσποινα, ὡς φωτεινὴν νεφέλην καὶ τὴν πόλιν σου σκέπασον, καὶ ἀγκάλαις ἐν αἷς ἠγκαλίσω Χριστὸν ἐναγκαλισαμένη, ταύτην ἀπόρθητον τήρησον ὀνόματι τῷ σῷ κεκαυχωμένην ἀεί.

Protectionem tuam velut nubem lucidam super nos expande, ô Domina, & vrbem hanc circumtege, vlnisque quibus Christum complexa es illam indireptam, nomenque tuum iugiter iactantem custodi.

Εὐχὴ Μακαρίου τοῦ Φιλαδελφίας ἐπὶ ἐπιδρομαῖς ἐθνῶν.

Oratio Macarij Philadelphiæ Episcopi in Barbarorum incursus.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Dominum precemur.

Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, τίς ὁμοιωθήσεταί σοι; τίς ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν; τίς θεὸς μέγας, ὡς ὁ θεὸς ἡμῶν, δυνατὸς ἐν ἐλέει, καὶ ἀγαθὸς ἐν ἰσχύϊ εἰς τὸ παρακαλεῖν, καὶ σώζειν πάντας ἡμᾶς; μὴ σιγήσῃς μηδὲ καταπραΰνῃς ὁ θεός· ἀνταπόδοσιν τοῖς ὑπερηφάνοις. ὅτι ἰδοὺ οἱ ἐχθροί σου ἴσχυσαν, καὶ οἱ μισοῦντές σε ἦραν κεφαλὴν ἐπὶ τὸν λαόν σου κατεπανουργεύσαντο γνώμην, καὶ ἐβουλεύσαντο κατὰ τῶν ἁγίων σου· εἶπον· δεῦτε, καὶ ἐξολοθρεύσωμεν αὐτούς. καὶ οὐ μὴ μνησθῇ τὸ ὄνομα Ἰσραὴλ ἔτι. ἤλθοσαν ἔθνη εἰς τὴν κληρονομίαν σου· ἐμίαναν τὸν ναὸν τὸν ἅγιόν σου, ἔθεντο τὴν τιμίαν σου Ἱερουσαλήμ, ὡς ὀπώρας φυλάκιον. ἔθεντο τὰ θνησιμαῖα τῶν δούλων σου βρώματα τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ, τὰς σάρκας τῶν ὁσίων σου, τοῖς θηρίοις τῆς γῆς. ἐξέχεαν τὸ αἷμα αὐτῶν κύκλῳ Ἱερουσαλήμ, καὶ οὐκ ἦν ὁ θάπτων. ἀλλ' ἕως πότε κύριε ἐκκαυθήσεται ὡς πῦρ ἡ ὀργή σου; ἕως πότε ἀποστρέφεις τὸ πρόσωπόν σου ἀφ' ἡμῶν; ἕως πότε ἁμαρτωλοὶ καυχήσονται;

Domine Deus noster, quis comparabitur tibi? quis similis tui in diis, Domine Deus noster? quis Deus magnus, vt est Deus noster, potens in misericordia, & bonus in virtute, vt consoletur & saluet nos? Ne taceas, neque mansuetudine mollescas Deus, retribue superbis. Quia ecce inimici tui inualuerunt, & qui oderunt te, extulerunt caput, aduersus populũ tuum maligne posuerunt consilium, & cogitauerunt aduersus sanctos tuos: dixerunt: Venite & disperdamus eos & non sit qui nominis Israël memoretur. Venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Hierusalem in fructuũ custodiam: posuerunt morticina seruorũ tuorum escas volatilibus cœli, carnes sanctorũ tuorũ bestiis terræ: effuderunt sanguinem in circuitu Hierusalem, & non erat qui sepeliret. Verũ vsquequo non exardescet velut ignis ira tua? Vsquequo auertis faciem tuam à nobis? Vsquequo peccatores gloriabuntur?

vsquequo potentia fruetur iniquus? vsquequo impiorum virga aduersus sanctorum sortem extolletur? Heu me, quia abiectio nostra completa est, & præ cunctis gentibus numero minuti sumus? Heu me, quantum præualent qui nos affligunt, & quantum plaga nostra excreuit! Sed tu Deus magnus & fortis, quousque non misereberis Hierusalem? Plangam itaque sicut Ieremias amare, quia sicut folia decidimus, & cum mortuis in inferno computati sumus. Sperabo tamen rursus velut Zacharias, in Deum misericordiæ amatorem, quia Deus misericors es, qui fortium consilia dissipas, & humilium orationes suscipis. Vt quid facti sumus opprobrium vicinis & alienis, declinantibus videlicet à via iusta in opinionum peruersitatem, omnemque omnino impietatem acceptantibus? qui sapientissimæ tuæ prouidentiæ rationem ignorantes, visitationem nostram vt derelictionem causantur. Oportebat certe sacra eos audire verba, quibus correpti à Domino, ne cum mundo pereamus, arguimur: & è communibus contemplatis erudiri, quia non vita functis vel emortuis medica ope subuenitur, sed longa infirmitate detentis medentium cura sollicita succurrit; vniuersamque hanc plagam in supramundanam lætitiam transferendam tandem aliquando experiemur. Verum neque hoc perceperunt aut mente apprehenderunt, ideoque impietatem nobis exprobrant, & fiduciam in te verum Deum, stoliditatem nuncupant: & quia te vnigenitum Dei Patris Filium consubstantialem eiusdem naturæ Patri, & sanctissimo Spiritui prædicantes, naturam vnam, substantiam vnam, virtutem vnam, Deitatemque regnumque vnum veneramur, hæc nos pati conuiciātur, & impietatis vindictam hanc captiuitatis calamitatem, & non peccatorum vltionem, insipientes reputant: & tuam probris lacessentes patientiam, blasphemiis etiā Deitatem, mundoq; toti salutarem tuā prouidentiam insequuntur. Verum parce Domine, parce humanissime Deus, compatere passionis expers, & misericors Dñe, neque vlta in furore tuo nos arguas, ne dispereamus: neq; in ira tua nos arguas, ne sicut prius, & antequam essemus, fiamus. Adsis nobis velut propugnator fortis, quia nõ tibi impossibile est, in pluribꝰ, aut in paucis, saluare nos:

μέχρι τίνος χρήσεως παράνομος ἐξουσία; ἕως τίνος ὑψωθήσεται ῥάβδος ἀσεβῶν κατὰ κλήρου τῶν ἡγιασμένων; οἴμοι ὅτι ἐπλήσθη ἡ ταπείνωσις ἡμῶν, καὶ ἐσμικρύνθημεν παρὰ πάντα τὰ ἔθνη, οἴμοι ὅτι οἱ λυποῦντες ἡμᾶς σφόδρα κατισχύουσι, καὶ ἡ πληγὴ ἡμῶν στερεὰ ἐγενήθη. καὶ σὺ κύριος ὁ μέγας καὶ ἰσχυρὸς, ἕως τίνος οὐ μὴ ἐλεήσῃς τὴν Ἱερουσαλήμ; κλαύσομαι γὰρ καὶ ὡς Ἱερεμίας, ἐπὶ τῇ συντριβῇ μου πικρῶς. ὅτι ἐξερρύημεν ὡς φύλλα διὰ τὰς ἀνομίας, καὶ τοῖς νεκροῖς μετὰ τῶν ἐν ᾅδου συνελογίσθημεν. καὶ ἐλπιῶ πάλιν ὡς Ζαχαρίας ἐπὶ σὲ κύριε τὸν θελητὴν τοῦ ἐλέους. ὅτι θεὸς οἰκτείρων σὺ εἶ, ἐξουθενῶν βουλὰς ἰσχυρῶν, ταπεινῶν εὐχὰς προσδεχόμενος. τί ὅτι ἐγενήθημεν ὄνειδος τοῖς ἐγγὺς, καὶ τοῖς μακράν; τοῖς ἐκκλίνασι δηλαδὴ ἐξ ὁδοῦ δικαίας εἰς παραφροσύνην δογμάτων, καὶ τοῖς ἀθετοῦσι καθάπαξ εἰς ἀσέβειαν, οἵτινες λόγον πανσόφου προνοίας σου ἀνεπιστάμενοί σου, τὴν ἐπίσκεψιν ἡμῶν ὡς ἐγκατάλειψιν διαβάλλουσιν. ἔδει γὰρ τούτους μὲν ἐκ τῶν ἱερῶν ἀκοῦσαι λόγων, ὅτι ἐλεγχόμενοι ὑπὸ κυρίου παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν. ἐκείνους δὲ ἐκ τῶν κοινῶν καταμαθεῖν ἐννοιῶν, ὅτι οὐχ οἱ τεθνηκότες, οὐδὲ οἱ νεκροὶ τῆς ἰατρικῆς ἐπιμελείας ἀξιοῦνται, ἀλλ' οἱ ζῶντες ἐν ἀσθενείᾳ τῆς τῶν θεραπευόντων προνοίας ἀπολαύουσι, καὶ τὴν παγκόσμιον ταύτην πληγὴν εἰς ὑπερκόσμιον μεταβαλλομένην εὐφροσύνην, ὀψέ ποτε συνιέναι. ἀλλ' οὐκ ἔγνωσαν, οὐδὲ συνῆκαν. καὶ διὰ τοῦτο ἀσέβειαν ἡμῖν ὀνειδίζουσι, καὶ τὴν εἰς σὲ πεποίθησιν, τὸν ἀληθινὸν θεὸν, μωρίαν ἀποκαλοῦσι, καὶ ὅτι σὲ τὸν μονογενῆ τοῦ ἀνάρχου πατρὸς, υἱὸν ὁμοούσιον τῷ συμφυεῖ σου πατρὶ, καὶ τῷ παναγάθῳ σου πνεύματι κηρύττοντες, μίαν φύσιν, μίαν οὐσίαν, μίαν δύναμιν, θεότητα, καὶ βασιλείαν προσκυνοῦμεν, ταῦτα πάσχειν ὑπολαμβάνουσι, καὶ δίκην ἀσεβείας, τὴν πληγὴν τῆς αἰχμαλωσίας, οὐ πλημμελημάτων ἔκτισιν ἡγοῦνται οἱ παράφρονες, καὶ τὴν σὴν ἐπιτωθάζοντες ἀνοχὴν, βλασφημοῦσι σου τὴν θεότητα, καὶ τὴν κοσμοσώτειραν διαχλευάζουσιν οἰκονομίαν σου. ἀλλ' ἄνες κύριε, ἄνες ὁ φιλανθρωπότατος θεὸς, οἰκτείρησον ὁ συμπαθέστατος καὶ ἐλεήμων δεσπότης, καὶ μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς ἐπὶ πλέον ἡμᾶς· ἵνα μὴ ἐκτριβώμεν, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς ἡμᾶς, ἵνα μὴ γενώμεθα ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι. ἀντιλαβοῦ μεθ' ἡμῶν ὡς μαχητὴς ἰσχυρὸς, ὅτι οὐκ ἀδύνατον παρὰ σοὶ σώζειν ἐν πολλοῖς καὶ ἐν ὀλίγοις·

κατίσχυσον ἡμᾶς κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὅτι ἐπὶ σοὶ πεποίθαμεν, καὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου τεθαῤῥή-4 καμεν, καὶ πιστωθήτω δὴ τὸ ῥῆμά σου κύριε, ὃ ἐλάλησας πρὸς ἡμᾶς· ὅτι μεθ' ἡμῶν εἶ πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, καὶ ὑψωθήτω κέρας Χριστιανῶν, καὶ καταισχυνθήτωσαν οἱ διώκοντες ἡμᾶς, καὶ πτοηθήτωσαν οἱ ἐκφοβοῦντες ἡμᾶς, καὶ ἐντραπήτωσαν, καὶ ἀπολέσθωσαν, καὶ συντριβήτω ἡ ἰσχὺς αὐτῶν, καὶ ἡ δυναστεία αὐτῶν μὴ ὑπαρξάτω, καὶ γνώτωσαν ἅπαντες, ὅτι ὄνομά σοι κύριος· σὺ μόνος ὕψιστος ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα, καὶ σὲ δεῖ προσκυνεῖν τὸν ἀληθινὸν θεὸν καὶ σωτῆρα ἡμῶν, σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

corrobora nos Domine Deus noster, quia in te confidimus, & in nomine tuo ſpem noſtram repoſuimus. Confirmetur nobis à te verbum prolatum, quia nobiſcum es, omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi. Extollatur Chriſtianorum cornu, & confundantur perſequentes nos, expaueſcant qui nos terrent, & confundantur, & pereant. Conteratur eorum virtus, & potentia eorum deficiat: & cognoſcant omnes quia nomen tibi, Dominus. Tu ſolus excelſus es ſuper omnem terram, & tuum eſt regnum, & virtus, & gloria: & te verum Deum & Saluatorem noſtrum adorare decet, cum principij experte tuo Patre, & cum ſanctiſſimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Εὐχὴ ἑτέρα, ἐπὶ ἐπιδρομαῖς ἐθνῶν.

Δέσποτα, κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, σοῦ δεόμεθα, καὶ σὲ παρακαλοῦμεν ἡμεῖς οἱ ἁμαρτωλοὶ καὶ ἀνάξιοι δοῦλοί σου, ὅπως ἐπιβλέψῃς ἐπὶ τὴν δέησιν ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ ἀχρείων οἰκετῶν σου, καὶ ἐλεήσῃς ἡμᾶς· ὅτι δέσποτα αἱ ἀνομίαι ἡμῶν καὶ αἱ ἁμαρτίαι ὑπερῆραν τὰς κεφαλὰς ἡμῶν καὶ ἐγενήθημεν ὄνειδος τοῖς ἔθνεσι, μυκτηρισμὸς καὶ χλευασμὸς τοῖς περικύκλῳ ἀθέοις Ἀγαρηνοῖς, καὶ ἐταπεινώθημεν ἕως θανάτου διὰ τὰς ἁμαρτίας, καὶ ἀνομίας, καὶ βλασφημίας ἡμῶν. τίς οὐ κλαύσει ἡμᾶς οὕτω διακειμένους; τίς οὐ θρηνήσει τὴν τηλικαύτην αἰχμαλωσίαν ἡμῶν· ὅτι ταῦτα πάντα ἐπῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς, διὰ τὰς ἁμαρτίας, καὶ ἀνομίας, καὶ βλασφημίας ἡμῶν. διὰ τοῦτο οἱ υἱοὶ Σιὼν οἱ τίμιοι, ἐλογίσθημεν ὡς ἀγγεῖα ὀστράκινα. διὰ τοῦτο ἠμαυρώθη τὸ χρυσίον, ἠλλοιώθη τὸ ἀργύριον τὸ ἀγαθόν. διὰ τοῦτο οἱ Ναζηραῖοι Σιὼν οἱ ὑπὲρ χιόνα λάμψαντες, γεγόναμεν ὡς Αἰθίοπες. οἱ ὑπὲρ γάλα λευκανθέντες, ὑπὲρ μέλαν ἐζοφώθημεν, οἱ τιθηνούμενοι ἐπὶ πόκον, περιεβαλλόμεθα ἀσχημοσύνην. καὶ ἐμεγαλύνθησαν αἱ ἀνομίαι ἡμῶν ὑπὲρ ἀνομίας Σοδόμων. διὰ τοῦτο οἱ υἱοὶ ἡμέρας καὶ τοῦ φωτὸς, υἱοὶ γεγόναμεν νυκτὸς καὶ σκότους. διὰ τοῦτο οἱ υἱοὶ τῆς βασιλείας, δοῦλοι γεγόναμεν ἐχθρῶν ἀνόμων καὶ ἀπίστων ἐθνῶν· ὅτι ἡμάρτομεν, ἠνομήσαμεν, ἠδικήσαμεν παραβαίνοντες τὰς ἐντολὰς κυρίου τοῦ θεοῦ ἡμῶν. ἀλλὰ μὴ παραδῴης ἡμᾶς εἰς τέλος διὰ τὸ ὄνομά σου κύριε, καὶ μὴ διασκεδάσῃς τὴν διαθήκην σου καὶ μὴ ἀποστήσῃς τὸ ἔλεός σου

Altera oratio in incurſus Gentilium.

Dominator Domine Deus noſter, te rogamus & precamur nos peccatores, & indigni ſerui tui, vt ad noſtri peccatorum & inutilium famulorum tuorum orationes reſpicias, & noſtri miſerearis: quia Domine: iniquitates noſtræ & peccata noſtra ſupergreſſa ſunt capita noſtra, & Gentibus facti ſumus opprobrium, ſubſannatio & deriſio ſubſannantibus nos impiis Agarenis: & propter peccata, & iniquitates, & blaſphemias noſtras, ad mortem vſque deducti ſumus. Quis nos ita conſtitutos non defleat? quis noſtram captiuitatem non lugeat! hæc cuncta propter delicta & iniquitates noſtras venerunt ſuper nos. Propterea filij Sion inclyti, ſicut vaſa teſtacea reputati ſumus, propterea obſcuratum eſt aurum, commutatum eſt argentum probatum: propterea Nazareni Sion ſuper niuem fulgentes, velut Æthiopes facti ſumus, & lacte candidiores, fuligine obſcuriores euaſimus, qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora: multiplicatæ ſunt iniquitates noſtræ ſuper Sodomorum iniquitates: filij lucis & diei, filij noctis & tenebrarum, & filij regni, iniquorum & infidelium hoſtium ſerui facti ſumus, quia peccauimus, iniquitatem fecimus, iniuſte egimus, mandata Domini Dei noſtri prætergreſſi. Verum ne tradas nos in finem propter nomen tuum Domine, neque teſtamentum tuum diſperdas, & propter miſerationes tuas, ne miſericor-

diam tuam à nobis auerteris. Pater noster qui es in cœlis, & propter viscera misericordiæ vnigeniti Filij tui, & propter clementiam sancti Spiritus, ne memineris iniquitatum & delictorum nostrorum, sed citius anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. Succurre nobis Deus Saluator noster propter gloriam nominis tui. Suscipe confessionem peccatorum & inutilium seruorum tuorum. Per pretiosum & sanctum Filij tui Domini nostri Iesu Christi sanguinem pro mundi vita effusum, per sanctos Apostolos & Martyres pro nomine tuo ad sanguinis vsque profusionem decertantes, per sanctos Prophetas & Patres & Patriarchas sancto tuo nomini indesinenter placere paratos, ne despicias preces nostras Domine, neque derelinquas in finem: neq; enim in iustitiis nostris, sed in misericordia tua per quam & genus nostrum redemisti, confidimus. Rogamus itaque bonitatem tuam & precamur, ne proijcias nos à facie tua, neque nostram indignitatem abomineris, sed secundum misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum miserere nostri, neque iniquitatibus vel delictis nostris attendas. Ita Domine, exaudi vocem deprecationis nostræ, populo tuo fer subsidium, & in belli tempore acies nostras corrobora, conforta, & præmuni illas, sicut Iesu filio Naue, & Dauid Prophetę aduersus hostes auxiliũ prę stitisti: Ita fiat Domine Iesu Christe, anima & confirma populum tuum sanctum nomen tuum inuocantem, quia præter te alium Deum non nouimus, & nomen tuum sæpius inuocamus: tu enim omnia in omnibus operaris, & à te auxilium exposcimus. Respice itaque de cœlo Domine, & vide de domo sancta gloriæ tuæ. Vbi est zelus & virtus tua, vbi multitudo misericordiæ & miserationum tuarum? Tu enim es Deus noster, & nomen tuum in nobis residet. Conuertere Domine propter seruos tuos, propter sanctam tuam Ecclesiam, propter sanctos etiam qui à sæculo fuerunt: aduersarij namque nostri sancta tua pedibus conculcauerunt, facti sumus sicut à principio, quando non dominabaris nostri: omnes immundi facti sumus, sicut pannus menstruatæ omnes iustitiæ nostræ, velut folia propter iniquitates nostras decidimus, non est qui nomen tuum inuocet, qui te deprecari recordetur,

ἀφ' ἡμῶν διὰ τοὺς οἰκτιρμούς σου. πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ διὰ τὰ σπλάγχνα τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ, καὶ διὰ τὸ ἔλεος τοῦ ἁγίου σου πνεύματος, μηδὲ μνησθῇς τῶν ἀνομιῶν καὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ἀλλὰ ταχὺ προκαταλαβέτωσαν ἡμᾶς οἱ οἰκτιρμοί σου κύριε, ὅτι ἐπτωχεύσαμεν σφόδρα. βοήθησον ἡμῖν ὁ θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν ἕνεκεν τῆς δόξης τοῦ ὀνόματός σου. πρόσδεξαι τὴν ἐξομολόγησιν ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ ἀχρείων οἰκετῶν σου. διὰ τὸ τίμιον καὶ ἅγιον αἷμα τοῦ υἱοῦ σου, κυρίου δὲ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃ ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς ἐξέχεε· διὰ τοὺς ἁγίους αὐτοῦ ἀποστόλους καὶ μάρτυρας, οἵτινες ἠγωνίσαντο ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ τὸ ἴδιον αἷμα ἐκχέαι· διὰ τοὺς ἁγίους προφήτας, καὶ πατέρας, καὶ πατριάρχας, οἵτινες ἠγωνίσαντο διαρεστῆσαι τῷ ἁγίῳ σου ὀνόματι, μὴ παρίδῃς τὴν δέησιν ἡμῶν κύριε, μηδὲ καταλίπῃς ἡμᾶς εἰς τέλος. οὐ γὰρ ἐπὶ ταῖς δικαιοσύναις ἡμῶν πεποιθότες ἐσμέν· ἀλλ' ἐπὶ τ[...] τὰ σά, δι' ὧν τὸ γένος ἡμῶν περιεποιήσω. ἱκετεύομεν καὶ παρακαλοῦμεν τὴν σὴν ἀγαθότητα, μὴ ἀπορρίψῃς ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ προσώπου σου, μηδὲ βδελύξῃ τὴν ἡμῶν ἀναξιότητα· ἀλλ' ἐλέησον ἡμᾶς κατὰ τὸ μέγα σου ἔλεος, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου, πάριδε τὰ ἀνομήματα καὶ τὰ ἁμαρτήματα ἡμῶν. ναὶ δέσποτα παντοδύναμε, εἰσάκουσον τῆς φωνῆς τῆς δεήσεως ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ βοήθησον τῷ λαῷ σου, καὶ ἐνίσχυσον τὸ στρατόπεδον ἐν ὥρᾳ πολέμου, καὶ δυνάμωσον, καὶ ὀχύρωσον αὐτό, ὡς ἔδωκας ἰσχὺν Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, καὶ Δαβὶδ τῷ προφήτῃ σου κατὰ τῶν ὑπεναντίων· οὕτω κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, ὁ θεὸς ἡμῶν, ἐνίσχυσον καὶ βοήθησον τῷ λαῷ σου, τοὺς κεκλημένους τὸ σὸν ἅγιον ὄνομα· ὅτι ἐκτός σου θεὸν ἄλλον οὐκ οἴδαμεν, τὸ ὄνομά σου ὀνομάζομεν. σὺ γὰρ εἶ ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσι καὶ τὴν παρά σου ἐπιζητοῦμεν βοήθειαν. ἐπίβλεψον οὖν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κύριε, καὶ ἴδε ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ ἁγίου τῆς δόξης σου. ποῦ ἐστιν ὁ ζῆλός σου, καὶ ἰσχύς σου; ποῦ ἐστι τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους, καὶ τῶν οἰκτιρμῶν σου; σὺ γὰρ ἡμῶν εἶ θεός, καὶ τὸ ὄνομά σου ἐφ' ἡμᾶς ἐστιν. ἐπίστρεψον κύριε διὰ τοὺς δούλους σου, διὰ τὴν ἁγίαν σου ἐκκλησίαν, διὰ πάντας τοὺς ἀπ' αἰῶνος ἁγίους σου· οἱ γὰρ ὑπεναντίοι ἡμῶν κατεπάτησαν τὸ ἁγίασμά σου, ἐγενόμεθα ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, ὅτε οὐκ ἦρξας ἡμῶν. ὡς ἀκάθαρτοι πάντες ἡμεῖς ἐγενήθημεν, ὡς ῥάκος ἀποκαθημένης πᾶσα ἡ δικαιοσύνη ἡμῶν· καὶ ἐρρύημεν ὡς φύλλα διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν, καὶ οὐκ ἔστιν ὁ ἐπικαλούμενος τὸ ὄνομά σου, καὶ μνησθεὶς ἀντιλαβέσθαι σου. καὶ ἀπέστρεψας τὸ πρόσωπόν σου ἀφ' ἡμῶν,

καὶ παρέδωκας ἡμᾶς διὰ τὰς ἁμαρτίας, καὶ ἀνομίας, καὶ βλασφημίας ἡμῶν ἐχθροῖς ἀλαζόσιν, ὑπερηφανευομένοις, καὶ ἀπίστοις ἔθνεσι. καὶ νῦν κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, μὴ ὀργισθῇς ἕως σφόδρα, ὅτι ἐὰν ἀνοίξῃς τὸν οὐρανόν, τρόμος λήψεται ἀπὸ σοῦ ὄρη, καὶ τακήσεται, καὶ κατακαύσει πῦρ τοὺς ὑπεναντίους καὶ ἀθέους ἐχθροὺς ἡμῶν, καὶ φοβερὸν ἔσται τὸ ὄνομά σου τοῖς ὑπεναντίοις σου. ἀπὸ τοῦ αἰῶνος οὐκ εἶδον οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν πρὸς θεὸν ἀλλότριον. καὶ νῦν δέσποτα, ἐπίβλεψον ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἴδε, καὶ σῶσον ἡμᾶς διὰ τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον, καὶ ῥῦσαι ἡμᾶς ἐκ τῶν ἀθέων ἐχθρῶν ἡμῶν, καὶ ἐκ τῶν μεθοδειῶν καὶ μηχανημάτων, καὶ παγίδων αὐτῶν ἐλευθέρωσον. καὶ μὴ ἀποστήσῃς ἀφ' ἡμῶν τὴν σὴν κραταιὰν βοήθειαν. ὅτι ἡμεῖς οὐχ ἱκανοί ἐσμεν πρὸς τὸ νικᾶν τὰ ἀντιπίπτοντα. σὺ δὲ δυνατὸς εἶ πρὸς τὸ σώζειν ἡμᾶς ἐκ τῶν ἐναντίων καὶ ἀπίστων ἐχθρῶν ἡμῶν, καὶ ἐνίσχυσον τὸν λαόν σου, καὶ τὸ στρατόπεδον ἡμῶν, καὶ ὀχύρωσον, καὶ ἐνδυνάμωσον, καὶ κραταίωσον αὐτὸ ἐν ὥρᾳ πολέμου, καὶ κατάβαλε, καὶ συνότριψον, καὶ ἀφάνισον τοὺς ἀθέους καὶ ἀπίστους βαρβάρους καὶ Ἀγαρηνοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν. καὶ δὸς δόξαν τῷ ὀνόματί σου τῷ ἁγίῳ, μή ποτε εἴπωσι τὰ ἔθνη, ποῦ ἐστὶν ὁ θεὸς αὐτῶν; πρεσβείαις καὶ ἱκεσίαις τῆς παναγίας ὑπερευλογημένης δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ πάντων σου τῶν ἁγίων. Ὅτι σὺ εἶ ἡ βοήθεια καὶ ἡ ἰσχὺς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ ἀνάρχῳ πατρί, σὺν τῷ μονογενεῖ σου υἱῷ, καὶ τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

ideo faciem tuam à nobis auertisti, & propter peccata, iniquitates, & blasphemias nostras, superbis, ferocientibus & infidelibus hostibus nos tradidisti. Et nunc Domine Deus noster, ne nobis irascaris valde, quoniam si cœlum aperueris, tremor montes corripiet, & tabescent, & aduersarios & impios hostes nostros ignis consumet, & timebunt illi nomen tuum. A sæculo non intenderunt oculi nostri ad Deum alienum, & nunc Domine respice de cœlo, & vide, & salua nos propter nomen sanctum tuum, & ab atheis inimicis nostris libera nos, & à fallaciis, & molimine, & laqueis illorum eripe nos: & forte tuum auxilium à nobis ne amoueas, quia nobis aduersantes soli superare non sufficimus, tu vero potens es, vt ab aduersariis & infidelibus hostibus nostris nos serues. Corrobora itaque populum tuum, acies nostras circumualla, & anima illas in belli tempore; contere, disiice, dissipa barbaros absque Deo & fide viuentes Agarenos hostes nostros, & da gloriam nomini tuo sancto, nequando dicant Gentes: Vbi est Deus eorum? Precibus & interuentu super omnes benedictæ dominæ nostræ Deiparæ, & semper Virginis Mariæ: & omnium sanctorum tuorum. Quia tu es auxilium & virtus nostra, & tibi gloriam referimus, cum principij experte tuo Patre, & cum sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

ΕΥΧΗ ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΚΑΛΛΙΣΤΟΥ ἐπὶ συμφορᾷ λαοῦ.

Ἰστέον ὅτι αὗται αἱ ἤδη προκείμεναι εὐχαί, λέγονται καὶ εἰς λοιμικὴν ἀσθένειαν.

Κύριε ὁ θεὲ τοῦ ἐλέους, ὁ πάσης ἀγαθότητος χορηγός, ὁ τῶν θαυμασίων θεός, ὁ τῶν οἰκτιρμῶν πατήρ, ὁ τῆς συμπαθείας λιμήν, ἡ τῆς φιλανθρωπίας ἀκένωτος πηγή, ὁ τῇ σοφίᾳ διοικῶν τὰ πάντα, ὁ δεσμεύων καὶ πάλιν ἐξάγων, ὁ ταπεινῶν,

SANCTISSIMI PATRIARCHÆ CALLISTI in calamitate populi.

Notandum præsentes orationes posse etiam in pestilentialem morbum recitari.

Domine & Deus, misericordiæ cunctæque bonitatis author, mirabilium Deus, miserationum pater, compassionis portus, fons clementiæ inexhaustus, qui sapientia cuncta administras, qui alligas, & rursum liberas,

qui humilias & rursum subleuas, qui superbis resistis, humilibus autem das gratiam, cuius potestate cuncta conseruatur creatura intellectualis & sensibilis, cuius iudicia abyssus multa & viæ inuestigabiles, cuius spiritu aguntur cuncta, in cuius manu omnium viuentium est spiritus, cui astra obediunt, cuncta subijciuntur, & creatura cuncta obsequitur, quem spirituales omnes virtutes contremiscunt, & indesinentibus celebrant laudibus, quem omnia mutis etiam vocibus collaudant. Tu namque iustitiæ sol Deus verus, qui omnia condis, & sola tua clementi voluntate benignoque nutu omnia transmutas: respice super populum peccatorem & desperatum, & locupletem tuam misericordiam ad eum mitte. Parce hæreditati tuæ, parce populo tuo, parce vineæ à dextera tua plantatæ: & cum innatam tibi bonitatem pro nobis deprecantem habeas, recordare sanguinis seruorum tuorum toties effusi, recordare sanctorum tuorum altarium pedibus prophanis calcatorum, & igni combustorum, recordare miserandæ puerorum ætatis ab impiis in captiuitatem traditæ, & stolida sententia paternam religionem abiurantis & diabolo ascriptæ, & iam peccatorum virgam aduersus iustos motam cohibe. Propter nomen sanctum tuum, & propter ineffabilem misericordiam à tua bonitate profusam, ne in finem nos tradas. Christum amanti regi nostro, à grassanti calamitate requiem, & à ciuili tumultu, & seditione securitatem præbe: brachium eius corrobora, rebelles illi subijce, & in vnam concordiam & pacem, eius omnes acies compone: & visibilium inuisibiliumque hostium cunctis insidiis superiorem illum redde. Mitte de sancto habitaculo tuo Angelum custodem pro rege tuo pugnaturum, compositum & profunda tranquillitate pacatum ei regnum largire: vt in eius pace sancta tua gens tranquillam quietamq; vitam degat, & demum, tumultum insidiisq; omnibus aduersus Imperatorē insurgētibus insuperata tua manu dissipatis, longam ei vitam confer. Precibus gloriosæ & super omnes benedictæ Dominę nostrę Deiparę, & ministrorum materię expertium, & omnium sanctorum, qui à sęculo tibi placuerunt. Amen.

καὶ αὖθις ἀνυψῶν. ὁ τοῖς μὲν ὑπερηφάνοις ἀντιταττόμενος ταπεινοῖς δὲ διδοὺς χάριν, οὗ τῷ κράτει συνέχεται πᾶσα κτίσις, ὅση τε νοητὴ, καὶ αἰσθητή· οὗ τὰ κρίματα ἄβυσσος πολλὴ, καὶ αἱ ὁδοὶ ἀνεξιχνίαστοι, οὗ τῷ πνεύματι πάντα ἄγεται, οὗ ἐν τῇ χειρὶ πνοὴ πάντων τῶν ζώντων, ᾧ ὑπείκει τὰ ἄστρα, ᾧ πάντα ὑποτέτακται, ᾧ πᾶσα δουλεύει κτίσις, ὃν αἱ νοεραὶ πᾶσαι δυνάμεις τρέμουσι, καὶ ἀλήκτοις δοξολογίαις γεραίρουσιν. ὃν τὰ σύμπαντα φωναῖς ἀλαλήτοις ὑμνεῖ. σὺ τοίνυν νοητὲ δικαιοσύνης ἥλιε, θεὲ ἀληθινὲ, ὁ πάντα ποιῶν καὶ μετασκευάζων μόνῳ τῷ βούλεσθαι, εὐμενεῖ καὶ ἱλεῷ ὄμματι ἔπιδε ἐπὶ τὸν λαόν σου τὸν ἡμαρτηκότα καὶ ἀπεγνωσμένον, καὶ κατάπεμψον ἐπ' αὐτοὺς τὰ ἐλέη σου τὰ πλούσια. φεῖσαι τῆς κληρονομίας σου, φεῖσαι τοῦ λαοῦ σου. φεῖσαι τοῦ ἀμπελῶνος, ὃν ἐφύτευσεν ἡ δεξιά σου. τὴν ἔμφυτον ἀγαθότητα τὴν σὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἔχων ἱκετεύουσαν, μνήσθητι τῶν αἱμάτων τῶν δούλων σου τῶν ἐκκεχυμένων, μνήσθητι τῶν ἁγίων σου θυσιαστηρίων, ἃ βεβήλοις ποσὶν ἐπατήθησαν καί γε πυρὶ παρεδόθησαν, μνήσθητι τῆς ἐλεεινῆς ἡλικίας, τῆς αἰχμαλωσίαν ἀσεβέσι παραδοθείσης, καὶ τὴν μὲν πατρῴαν εὐσέβειαν ἀθετήτῳ γνώμῃ ἐξομοσαμένης, τῷ δὲ διαβόλῳ ἐπιγραφείσης, καὶ στῆσον ἤδη ῥάβδον ἁμαρτωλῶν κατὰ τοῦ κλήρου δικαίως ἀφιεμένην· μὴ παραδῷς ἡμᾶς εἰς τέλος διὰ τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον, καὶ διὰ τὸ ἄφατον ἔλεος τὸ ὑπερεκχυνόμενον ἐκ τῆς σῆς ἀγαθότητος, καὶ δὸς δὴ τῷ φιλοχρίστῳ βασιλεῖ ἡμῶν ἄνεσιν τῶν κατεχόντων τούτων ἀνιαρῶν, καὶ ἀπαλλαγὴν τῶν ἐμφυλίων θορύβων καὶ στάσεων. ἐνίσχυσον αὐτοῦ τὸν βραχίονα, καὶ τοὺς ἐπανισταμένους αὐτῷ ὑπόταξον, καὶ συνάψον αὐτοῦ τὰ στρατεύματα εἰς μίαν ὁμόνοιαν, καὶ εἰρήνην, καὶ πάσης ἐπιβουλῆς ὁρατῶν καὶ ἀοράτων ἐχθρῶν ἀνώτερον αὐτὸν διατήρησον. ἄγγελον αὐτῷ ἐξ ἁγίου κατοικητηρίου σου κατάπεμψον φύλακα, σαφῶς προπολεμοῦντα τοῦ σοῦ βασιλέως, ἀστασίαστον ἐν βαθείᾳ γαλήνῃ τὴν βασιλείαν αὐτῷ δώρησαι· ὡς ἂν τὸ σὸν ἅγιον ἔθνος ἐν τῇ γαλήνῃ αὐτοῦ ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγῃ, καὶ πᾶσαν ἄλλην ἐπεγειρομένην κατ' αὐτοῦ ταραχὴν καὶ ἐπιβουλὴν τῇ ἀμάχῳ δεξιᾷ διασκέδασον, καὶ ἀνεπιβούλευτον, καὶ μακρὰν αὐτῷ τὴν ζωὴν χάρισαι. πρεσβείαις τῆς πανυπερενδόξου ὑπερευλογημένης δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου, τῶν ἀΰλων λειτουργῶν, καὶ πάντων τῶν ἁγίων τῶν ἀπ' αἰῶνός σοι εὐαρεστησάντων. ἀμήν.

Εὐχὴ

Εὐχὴ ἑτέρα τοῦ αὐτοῦ, ἐπὶ συμφορᾷ λαοῦ.

Ἄναρχε βασιλεῦ, ἀόρατε, ἀνεξιχνίαστε, ἀκατάληπτε, καὶ ἀνέκφραστε, ὁ πᾶσαν δρακὶ περιέχων τὴν κτίσιν καὶ διατηρῶν. ὁ διακατέχων καὶ διακυβερνῶν αὐτὴν ἀρρήτῳ λόγῳ, ὁ τῶν Νινευιτῶν τὰς ἀνομίας πρότερον μὲν ἀνεχόμενος, ὕστερον δὲ τὴν μετάνοιαν αὐτῶν καὶ ἐπιστροφὴν προσδεξάμενος, καὶ χρησάμενος αὖθις δι' ὑπερβάλλουσαν ἀγαθότητα καὶ μακροθυμίαν πάσας τὰς ἀνομίας καὶ τὰ πλημμελήματα τῇ συνήθει, καὶ ἀφάτῳ σου φιλανθρωπίᾳ δεξάμενος· δέξαι καὶ ἡμῶν τὰς εὐχάς, καθάπερ ὡς εἴρηται τῶν Νινευιτῶν τὴν ἐπιστροφὴν καὶ μετάνοιαν· δέξαι τὰ δάκρυα καὶ τοὺς στεναγμούς, δέξαι τὴν τεταπεινωμένην ἡμῶν δέησιν. οὐδὲ γὰρ δυνάμεθα ὅλως ταῖς ἁμαρτίαις πιεζόμενοι, πρὸς σὲ τὸν μόνον ἀναμάρτητον ἀτενίζειν· δέξαι τὰς ἐκ βάθους ὡς δίκην καπνοῦ ἀναπεμπομένας σοι δέσποτα κραυγάς· δέξαι τοῦ ταλαιπωρουμένου λαοῦ τὴν παράκλησιν. νικησάτω ἡ ἄβυσσος τῆς σῆς εὐσπλαγχνίας τὸ πλῆθος τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν· καὶ δὸς τῷ λαῷ σου λύτρωσιν, ἐλευθερίαν τῶν πειρασμῶν, καὶ τὴν τοῦ θανάτου τομῆς ἄφεσιν. ναὶ κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ἐπάκουσον τοῦ λαοῦ σου ἐν τῇ ὥρᾳ ταύτῃ, καὶ ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ· καὶ στῆσον τὴν ῥάβδον τῶν ἁμαρτωλῶν ἐπεγειρομένην ἐπὶ τὸν κλῆρον τῶν δικαίων, οὓς σὺ μόνος οἶδας καὶ ἐπίστασαι, παρ' αὐτῶν γινωσκόμενος. ὅπως καὶ δι' ἡμῶν τῶν σῶν ἀχρείων δούλων δοξασθῇ τὸ πανάγιον ὄνομά σου τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Alia eiusdem Oratio in populi afflictione.

Sine principio rex, inuisibilis, inuestigabilis, incomprehense, & ineffabilis, qui pugillo creaturam omnem contines & conseruas, secretaque eam ratione moderaris, qui toleratis prius Nineuitarum iniquitatibus, demum eorum pœnitentiam & conuersionem suscepisti, & inenarrata licet solita tibi humanitate omnia illorum delicta & iniquitates condonasti: suscipe etiam vota nostra, sicut Nineuitarum conuersionem & pœnitentiam, modo præfato, acceptam habuisti, suscipe lachrymas & suspiria, suscipe & humili corde deprecationem prolatam, (neque enim possumus peccatis depressi ad te intendere) suscipe clamores ex imo pectore, thuris instar, ad te missas, afflicti populi orationem exaudi, peccatorum nostrorum copiam clementiæ tuæ abyssus exuperet, & populo tuo ab his molestiis exemptionem & libertatem, & à mortis vulnere remissionem præbe Ita fiat Domine Deus noster, populum tuum & me peccatorem in hora hac exaudi, & peccatorum virgam aduersus iustorum à te solo cognitorum, & te quoque agnoscentium sortem, vibratam cohibe: vt & per nos inutiles seruos tuos celebretur sanctissimum nomen tuum, Patris, & Filij, & sancti Spiritus: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Εὐχὴ ἑτέρα ὁμοία τοῦ αὐτοῦ.

Ὑπεράγαθε κύριε, δημιουργὲ τοῦ παντὸς, οὗ τὸ ἔλεος ἀμέτρητον, καὶ ἡ φιλανθρωπία ἀνείκαστος, ὁ τὰς ἀνομίας ἡμῶν πάσας αἰρόμενος καὶ τῷ σταυρῷ προσηλώσας, ἵνα καθαγιάσῃς ἡμᾶς ἀναμαρτήτους, καὶ παντὸς ῥύπου ἀναπεδέκτους· σοὶ θαρροῦντες προσπίπτομεν ἱκετικῶς, ἀνεξίκακε κύριε, καὶ τῆς σῆς ἀφάτου καὶ ἀμετρήτου φιλανθρωπίας τὸ πέλαγος κατασκοποῦντες, κράζομεν πρὸς σὲ τὸν εὐδιάλλακτον κύριον. σῶσον ἡμᾶς· οὐ φαρισαϊκῶς τὰς ᾠδὰς ἡμῶν καὶ ὑμνῳδίας ἀναφέρομεν· ἀλλὰ τελωνικῶς. οὐδὲ κατὰ τὸν ἀγνώμονα ἐκεῖνον λῃστήν· ἀλλὰ κατ' αὐτὸν τὸν εὐγνώμονα καὶ εὐχάριστον βοῶμεν τὸ, μνήσθητι. διὰ τοῦτο νικησάτω τὸ ἀνεξερεύνητον ἔλεος τὰς ἀνομίας ἡμῶν, εἰ καὶ μὴ προσηκόντως μετανοοῦ-

Alia similis eiusdem oratio.

Optime Domine, vniuersi conditor, cuius misericordia immensa & humanitas incomprehensa, qui iniquitates omnes tulisti & cruci affixisti, vt ipse sine peccatis, cunctæque sordis expers, sanctificares nos: tibi confisi suppliciter procidimus, patiens Domine, & inenarratæ & immensæ tuæ humanitatis pelagus contemplati, ad te reconciliatu facilem Dominum clamamus, Salua nos. Non Pharisaïco more cantica hymnosque nostros, sed Publicani instar proferimus: neque velut nefandus ille latro, sed vt bene affectus & gratus ille alius, vociferamur, illud, Memento. Exuperet itaque inuestigabilis misericordia tua iniquitates nostras, & licet indebite conuerta-

mur & pœnitentiam agamus, ostende tamen etiam in nobis clementiæ tuæ immensitatem. Compatere & reconciliare vt longanimis populo tuo, falcem mortiferam reprime, ne vltra nos decerpat, celerem & intempestiuam eius aciem retunde, contagiosi morbi luem iuste immissam auerte, gladium aduersum nos vibratum, ne pereamus, contine. Tibi namque soli quamuis peccauerimus: tibi tamen soli procidimus. Ita Domine, exaudi nos peccatores & inutiles seruos tuos, in hac hora; & ne despicias orationes nostras: neque peccatis nostris spontaneis aut inuite, scienter aut ignoranter commissis attendas; vt glorificetur & in nobis sanctissimum nomen tuum: Patris, & Filij, & sancti Spiritus.

Altera eiusdem similis alijs oratio.

FAcilis reconciliatu Domine, longanimis, & valde misericors, cunctæ creaturæ rationalis & intellectualis author, qui rebus omnibus esse ex nihilo concessisti, & bene esse nobis prouide contulisti, cum laudibus & canticis gratiarum actiones secum ferentibus tibi nos procidentes ne despicias, neque reconciliationi orationes idoneas, vel supplicationes nostras abijcias; sed annue de sancto habitaculo tuo, respice & visita vineam istam dextera tua plantatam; & à graui pestilentialique hoc morbo mortis videlicet corporis & animæ plaga nos exime. Horrenda namque & inexpectata illa calamitas non solum corpora lethaliter ferit, & corrumpit: sed & nos, te læso, reos, & ad pœnitentiam imparatos, etiam quoad animam omnino perdit. Propterea te rogamus & precamur, vt orationem populi tui supplicationesque exaudias, & vt auertas indignationem tuam à nobis. Ita Domine, ne in æternum irascaris nobis, vel iustam tuam iram erga nos conceptam producas: nullus enim coram te consistere potest, aut cum fiducia loqui, neque vllus coram te viuens iustificabitur. Omnis enim hominis iustitia velut pannus menstruatæ est, iuxta grandiloquum Esaiam: & montes collesque timore tuo correpti cōcutiūntur & cōtremiscunt. Desine itaque nobiscum irasci, captiuitatem nostrā ab impiorū seruitute immuta: sed & aliam quam mente subijmus, tempestate & procellis

μεθα καὶ ἐπιστρέφωμεν. δεῖξον καὶ ἐν ἡμῖν, τῆς φιλανθρωπίας σου τὸ μέγεθος. σπλαγχνίσθητι καὶ διαλλάγηθι ὡς μακρόθυμος ἐπὶ τῷ λαῷ σου. στῆσον τὸ δρεπάνιον τοῦ θανάτου, ὥστε μὴ καθ' ἡμῶν προβῆναι. στῆσον τὴν ταχεῖαν καὶ ἄωρον τούτου τομήν. στῆσον τῆς λοιμώδους νόσου, τὴν δικαίαν ταύτην φθοράν. στῆσον τὴν ῥομφαίαν τὴν καθ' ἡμῶν διεγειρομένην, ἵνα μὴ ἀπολώμεθα. σοὶ γὰρ μόνῳ ἡμάρτομεν· ἀλλὰ καὶ σοὶ μόνῳ προσπίπτομεν. ναὶ κύριε, ἐπάκουσον ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ ἀχρείων δούλων σου ἐν τῇ ὥρᾳ ταύτῃ, καὶ μὴ ἀπώσῃ τὰς δεήσεις ἡμῶν. παρίδε τὰ πλημμελήματα ἡμῶν, τὰ ἑκούσια καὶ τὰ ἀκούσια· τὰ ἐν γνώσει, καὶ ἐν ἀγνοίᾳ. ἵνα δοξασθῇ καὶ ἐν ἡμῖν τὸ πανάγιον ὄνομά σου· τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

Εὐχὴ ἑτέρα ὁμοία ταῖς ἄλλαις, τοῦ αὐτοῦ.

ΕΥδιάλλακτε κύριε, μακρόθυμε καὶ πολυέλεε. χορηγὲ πάσης κτίσεως λογικῆς τε καὶ νοερᾶς, ὁ τὸ εἶναι ἐξ οὐκ ὄντων τοῖς πᾶσι δωρούμενος, καὶ τὸ εὖ εἶναι πανσόφως ἡμῖν χαριζόμενος δοξολογίαις καὶ ᾠδαῖς εὐχαριστηρίοις προσπίπτοντας τῇ σῇ ἀρρήτῳ ἀγαθότητι. μὴ παρίδῃς ἡμᾶς, μηδὲ τὰς ἱλαστηρίους ἡμῶν προσευχὰς, καὶ ἱκεσίας ἀπώσῃ, ἀλλ' εὐδόκησον ἐξ ἁγίου κατοικητηρίου σου, καὶ ἴδε, καὶ ἐπίσκεψαι τὴν ἄμπελον ταύτην, καὶ κατάρτισαι αὐτὴν, ἣν ἐφύτευσεν ἡ δεξιά σου, καὶ ἐξελοῦ ἡμᾶς ἀπὸ ταύτης τῆς δεινῆς καὶ λοιμώδους νόσου, τῆς τομῆς τοῦ θανάτου, τῆς ψυχικῆς δηλαδὴ καὶ σωματικῆς. ἡ γὰρ φοβερὰ αὕτη καὶ ἀπροσδόκητος συμφορὰ οὐ μόνον σώματα εἰς τέλος νεκροῖ καὶ διαφθείρει, ἀλλὰ καὶ ψυχὰς τελείως ἀπόλλυσιν, ἀμετανοήτως ἡμῶν διαγινομένων, καὶ προσκεκρουκότων ἐντεῦθέν σοι τῷ θεῷ ἡμῶν. διὰ τοῦτο, σοῦ δεόμεθα καὶ σὲ παρακαλοῦμεν, ὅπως ἐπακούσῃς τῆς δεήσεως τοῦ λαοῦ σου καὶ ἱκεσίας, καὶ ἀποστρέψῃς τὸν θυμόν σου ἀφ' ἡμῶν. ναὶ κύριε, μὴ ὀργισθῇς εἰς τοὺς αἰῶνας ἡμῖν. μηδ' ἐπιτείνῃς τὴν δικαίαν σου καθ' ἡμῶν ἀγανάκτησιν. οὐδεὶς γὰρ δύναται ἔμπροσθέν σου στῆναι, ἢ παρρησιάσασθαι, καὶ οὐδεὶς ζῶν ἄνθρωπος ὅλως ἐν σοὶ δικαιωθήσεται. πᾶσα γὰρ δικαιοσύνη ἀνθρώπου, ὡς ῥάκκος ἀποκαθημένης κατὰ τὸν μεγαλοφωνότατον Ἡσαΐαν. τὰ γὰρ ὄρη καὶ οἱ βουνοὶ ἀπὸ τοῦ φόβου συνεχόμενα κλονοῦνται καὶ φρίσσουσι. κατάπαυσον τοίνυν τὴν ὀργήν σου ἀφ' ἡμῶν. ἀπόστρεψον τὴν αἰχμαλωσίαν ἡμῶν ἐκ τῆς δουλείας τῶν ἀσεβῶν· ἀλλὰ δὴ καὶ τὴν κατὰ νοῦν γινομένην αἰχμαλωσίαν τῇ τρικυμίᾳ καὶ ζάλῃ τῶν

πειρασμῶν ὑπὸ τοῦ νοητοῦ Φαραώ. οὐδὲ γὰρ δυνάμεθα κατ᾽ ἄμφω πλημμελοῦντες ᾄδειν σοι ᾠδὴν εὐχαριστήριον ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας. μνήσθητι ἡμῶν κύριε, ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς. κατάπεμψον ἡμῖν ἄγγελον πιστὸν φύλακα, ᾧ καὶ παρακατάθου τὴν ζωὴν ἡμῶν, ὅπως ἐξέληται ἡμᾶς τῆς φοβερᾶς τοῦ θανάτου ὀργῆς, καὶ τῆς ἀπροσδοκήτου ταύτης ῥομφαίας. ἵνα διὰ τῆς ἀπαλλαγῆς ταύτης καὶ ἀνέσεως, δοξάσωμέν σε τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὴν μίαν θεότητά τε καὶ βασιλείαν, ᾗ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

Εὐχὴ ἑτέρα τοῦ αὐτοῦ, ὑπὲρ τοῦ Χριστωνύμου λαοῦ.

ΣΟῦ δεόμεθα, καὶ σὲ παρακαλοῦμεν ἐκτενῶς τὸν θεὸν καὶ πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἵνα ἵλεῳ ὄμματι ἐπιβλέψῃς ἐπὶ τὸν λαόν σου, καὶ ἐπὶ τὴν κληρονομίαν σου σπλαγχνισθεὶς ἐφ᾽ ἡμῶν καὶ τὴν ἡμετέραν γῆν ἐξερημωθεῖσαν διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν, καὶ αἰχμάλωτον γεγενημένην καὶ δούλην τοῖς πολεμίοις, ἐπ᾽ εὐδοκήσῃς ἐπανελθεῖν εἰς τὴν προτέραν ἐλευθερίαν, καθάπερ ποτὲ, καὶ τοῦ παλαιοῦ Ἰακὼβ ἐκείνου τοῦ φέροντος τύπον τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, καὶ θεοῦ ἡμῶν εὐδοκίᾳ καὶ θελήσει τῇ σῇ ὑποστρέψαντος τοὺς οἰκογενεῖς ἅπαντας πρὸς τὰ ἐπηγγελμένα τῶν ὑποσχεθέντων σου ἀγαθῶν ἐπανήγαγες. καὶ γὰρ ἐπ᾽ ἐκείνων τῇ συνήθει σου φιλανθρωπίᾳ χρώμενος, ἀφῆκας τὰς ἀνομίας αὐτῶν, κατέπαυσας πᾶσαν τὴν ὀργήν σου, ἀπέστρεψας ἀπὸ ὀργῆς θυμοῦ σου, ἐπίστρεψον τοίνυν καὶ ἡμᾶς ὁ θεὸς, καὶ τῶν σωτηρίων σου ἐντολῶν φροντίζειν ἀξίωσον, ἀπόστρεψον τὸν θυμόν ἀφ᾽ ἡμῶν, μὴ εἰς τοὺς αἰῶνας ὀργισθῇς ἡμῖν, ἢ διατείνῃς τὴν ὀργήν σου ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεάν. ὁ θεὸς σὺ ἐπιστρέψας, ζώωσον ἡμᾶς, καὶ ὁ λαός σου, εὐφρανθήσεται. δεῖξον καὶ ἐν ἡμῖν τὸ ἔλεός σου, καὶ ἀκουσόμεθα εἰρήνην καὶ ἀγαλλίασιν ἐπὶ σέ. ναὶ κύριε, ἐπάκουσον ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ ἀχρείων δούλων σου ἐν τῇ ὥρᾳ ταύτῃ, τοῦ κατασκηνῶσαι δόξαν καὶ εἰρήνην ἐν τῇ γῇ ἡμῶν. τῇ γὰρ σῇ συνάρσει καὶ βοηθείᾳ θαρροῦντες ἡμεῖς οἱ ἀνάξιοι, ἐλπίζομεν ἔλεος καὶ ἀλήθειαν ἔμπροσθεν ἡμῶν προπορεύεσθαι. ἐκτός σου γὰρ ἄλλον οὐκ οἴδαμεν, τὸ ὄνομά σου ὀνομάζομεν, καὶ μὴ ἀποστραφῇς ἡμᾶς εἰς τέλος, ἀλλ᾽ ἐξεγέρθητι, καὶ ἀνάστηθι εἰς τὴν βοήθειαν ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ ταπεινῶν. καὶ ὡς ἀμνησίκακος καὶ μετανοῶν ἐπὶ ταῖς κακίαις ἡμῶν ἐπίστρεψον τὴν αἰχμαλωσίαν ἡμῶν. στῆσον τὴν καταιγίδα τῶν συμφορῶν. λῦες ἡμῖν τὰ παραπτώματα ἡμῶν,

tẽtationum acti sub spiritualis Pharaonis tyrannide, dissolue: neque enim in vtroque homine rei actionis gratiarum canticum in terra aliena tibi personare possumus. Memento igitur nostri Domine in misericordia & miserationibus, Angelum fidelem custodem, cui vita nostra commissa est, ab hoc tremendo lethi flagello, & inexpectata hac calamitate nos educturum ad nos mitte, vt libertate & vitæ securitate concessa, te Patrem, & Filium, & sanctum Spiritum celebremus, vnam diuinitatem & regnum; cui conuenit omnis gloria, honor, & adoratio in sæcula Amen.

Alia eiusdem oratio pro Christiano populo.

TE rogamus & intense precamur Deum & Patrem Domini nostri Iesu Christi; vt oculo propitio misericordia motus super populum tuum & super hæreditatem tuam respicias, & terram nostram iam propter iniquitates nostras desolatam, captiuã seruamque hostibus factam in pristinam asseri libertatem tibi complaceat, sicut antiquo Iacob vnigeniti Filij figuram præferenti, placito imperioque tuo in suã patriam reuerso, incolas omnes in promissorum sibi bonorum possessione restituisti: erga illos namque omnes solita tibi humanitate vsus cunctas eorum iniquitates remisisti, iram placasti, à furoris tui impetu eos alienos fecisti. Conuerte nos itaque Deus noster, & salutariũ mandatorũ tuorũ satagere nos concede: auerte à nobis iram tuã, neque in æternum irascaris nobis, aut iram tuam in generationem & generationẽ extendas. Deus tu conuersus viuificabis nos, & plebs tua lætabitur in te. Ostende nobis misericordiam tuam: & pacem exultationemque in te audiemus. Ita Domine, exaudi nos peccatores & inutiles seruos tuos in hac hora: vt gloria & pax in terra nostra inhabitet Tua enim ope & subsidio freti nos indigni, misericordiam pacemque, faciem nostram præcessuras, speramus. Præter te alium ignoramus, nomen tuũ inuocamus, ne auertas nos in finem, sed suscitare, & exurge in nostri peccatorum & humilium occursum: & vt malorum immemor & pœnitentiam agẽs super malitiis nostris, conuerte captiuitatem nostram, & calamitatũ nostrarũ procellam cõprime. Dimitte nobis

delicta nostra: vt in harum afflictionum relaxatione collaudemus te Patrem Domini nostri Iesu Christi, cum vnigenito Filio tuo, & cum sancto Spiritu: nunc & semper, & in sæcula &c.

ὅπως τῇ ἀνέσει τῶν συμφορῶν, δοξάσωμέν σε πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, σὺν τῷ μονογενεῖ σου υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

ALIA EIVSDEM ORATIO IN IMPERATOREM, & in eius exercitum.

ex eo tres cruces efformat, vnam mediam, & vtrinque duas. Vase deinde sibi tradenti reddito: omnem supernè è crucium Vnguento mensam vngit: & in vnaquaque columna, tres cruces exprimit, in medio nimirum, & in lateribus. Sacræ vero mensæ, à Sacerdotibus repositis iterum Antimensiis, è vino defæcato vel alio simplici vicino & è Chrismate, quantum sufficit, infundit: diciturque præsens psalmus centesimus trigesimus secundus. Ecce, quid bonum & quid iucundum, quam habitare: *& reliqua vsque ad finem. Deinde laudant Deum: & dicit Pontifex.* Gloria tibi sancta Trinitas, Deus noster in sæcula.

Mensa vero Antimensiis expurgata, auferuntur iterum illa, à Sacerdotibus. Accipit autem Pontifex, ad Carnem dictum, quod est Sabanum nouum, aut purum linteum, è cuius quatuor extremis pendent tenues funiculi: quo in mensa expanso, nectuntur ad inuicem funiculi subtus mensam cruciformiter, aut certe columnis circumligantur: atque ita rursus super Mantile, ad Carn m vocatum, consecrata ponuntur Antimensia.

Dum hæc aguntur, recitatur & hic psalmus. Psalmus centesimus trigesimus primus. Memento Domine Dauid: & omnis. *Et reliqua vsque ad finem. Hoc opere absoluto: laudem Deo dicunt.* Gloria Deo nostro in sæcula.

His peractis Pontifex lotis manibus, & nouo Mantili detersis, accipit mappam hoc est sanctæ mensæ superiorem ornatum, quo expanso; dicitur & hic psalmus nonagesimus secundus. Dominus regnauit, decorem indutus est: *& reliqua vsque ad finem. Atque ita gloriam Deo reddunt.*

Apponit quoque Corporale: Et tandem Euangeliorum librum. Et, Amen, *dicto: traditur Pontifici thuribulum: eoque in sacra mensa, in sacrario, & in toto templo thus adolente, dicitur psalmus vigesimus quintus.* Iudica me Domine. *Assistentium vero Sacerdotum aliquis pone Pontificem sequitur, Vnguenti vas deferens, ex eoque in columnis singulis, & pilis stelisue per templum crucem pingit: & dicitur psalmus vigesimus quintus.* Iudica me Domine &c. *vsque ad finem. Suffumigationibus & psalmis completis, laudem Deo dicunt: & Diacono consuetam recitante collectam: auditis his verbis:* Suscipe &c. *Et pariter.* Sanctissimæ immaculatæ &c. *& sancti N. cuius est templum dedicatum: & reliqua.*

ματος· καὶ ποιεῖ δι᾽ αὐτοῦ σταυροὺς τρεῖς, μέσον ἕνα, καὶ δύο ἑκατέρωθεν. Ἔπειτα διδοὺς τὸ ἀγγεῖον τῷ προσάγοντι· πᾶσαν ἐπάνωθεν ἐπαλείφει τὴν τράπεζαν, ἀπὸ τῶν τριῶν σταυρῶν. καὶ καθ᾽ ἕκαστον κίονα ποιεῖ σταυροὺς τρεῖς, ἔν τε τῷ μέσῳ, καὶ ἐν τοῖς πλαγίοις. τῶν δὲ ἱερέων ἐπιτεθέντων πάλιν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ τὰ Ἀντιμίνσια, καὶ τούτοις ἐκ τῆς οἰνάνθης ἢ τοῦ οἴνου, καὶ ἐκ τοῦ μύρου τὸ ἀρκοῦν ἐπιχέει, λεγομένου καὶ τοῦ παρόντος ψαλμοῦ. ψαλμὸς ρλβ΄. 19 Ἰδοὺ δὴ τί καλὸν ἢ τί τερπνόν. ἀλλ᾽ ἢ κατοικεῖν: καὶ τὰ ἑξῆς ἕως τέλους. Εἶτα δοξάζουσι, καὶ αὐτός φησι. Δόξα σοι, ἁγία τριάς, ὁ θεὸς ἡμῶν εἰς τοὺς αἰῶνας.

Ἐκμασσομένης δὲ τῆς τραπέζης διὰ τῶν Ἀντιμινσίων, αὐτὰ μὲν παρ᾽ αὐτῶν τῶν ἱερέων αὖθις μετατίθενται. λαμβάνει δὲ ὁ ἀρχιερεὺς τὸ λεγόμενον, κατὰ σάρκα, ὅ ἐστι σάβανον καινόν, ἢ λιτὸν ὕφασμα περιηρτημένους ἔχων εἰς τὰ τέσσαρα ἄκρα σχοίνους λεπτούς· οὗ τῇ τραπέζῃ ἐφαπλωμένου δεσμοῦνται σχοῖνοι, ἢ σταυροειδῶς ὑποκάτωθεν τῆς τραπέζης, ἢ κατὰ τοὺς κίονας, καὶ οὕτω πάλιν ἐπάνωθεν τοῦ, κατὰ σάρκα, τίθενται τὰ ἁγιασθέντα Ἀντιμίνσια.

Ἐν ὅσῳ δὲ πράττεται ταῦτα, λέγεται καὶ οὗτος ὁ ψαλμός. ψαλμὸς ρλα΄. Μνήσθητι κύριε τοῦ Δαβίδ, καὶ πάσης τῆς. καὶ τὰ λοιπὰ ἕως τέλους. καὶ τοῦ ἔργου τελουμένου, δοξάζουσι· καὶ λέγει ὁ ἀρχιερεύς. Δόξα τῷ θεῷ ἡμῶν εἰς τοὺς αἰῶνας.

Μετὰ δὲ ταῦτα νιψάμενος τὰς χεῖρας, μανδυλίῳ καινῷ ταύτας ἐκμάσσων, λαμβάνει τὸ ἄπλωμα, ἤτοι τὴν ἐπένδυσιν τῆς ἁγίας τραπέζης· ἧς παρ᾽ αὐτοῦ ἐφαπλωμένης, λέγεται καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς ϙβ΄. Ὁ κύριος ἐβασίλευσεν εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο· καὶ τὰ λοιπὰ ἕως τέλους. καὶ οὕτω δοξάζουσι.

20 Τίθησι δὲ τὸ εἰλητόν. καὶ μετὰ ταῦτα τὸ εὐαγγέλιον. καὶ μετὰ τὸ, ἀμήν, ἐπιδίδοται τῷ ἀρχιερεῖ τὸ θυμιατήριον· 21 καὶ αὐτοῦ θυμιῶντος τὴν ἁγίαν τράπεζαν, καὶ τὸ ἱερατεῖον, καὶ τὸν ναὸν ὅλον· λέγεται ψαλμὸς κε΄. Κρῖνόν με κύριε. 22 Εἷς δὲ τῶν συμπαρόντων ἱερέων ὄπισθεν ἐπακολουθεῖ βαστάζων τὸ τοῦ μύρου ἀγγεῖον, 23 καὶ ποιεῖ σταυρὸν δι᾽ αὐτοῦ καθ᾽ ἕκαστον κίονα, καὶ 24 πεσσὸν τοῦ ναοῦ. Ψαλμὸς κε΄. Κρῖνόν με κύριε ὅτι ἐγώ. καὶ τὰ ἑξῆς ἕως τέλους. συμπληρωμένων δὲ τῆς θυμιάσεως καὶ τοῦ ψαλμοῦ δοξάζουσι, καὶ τοῦ διακόνου τὴν συνήθη συναπτὴν ποιοῦντος· καὶ μετὰ τὸ, Ἀντιλαβοῦ, λέγοντος· τῆς παναγίας ἀχράντου, καὶ καὶ ἁγίου, τοῦ δεῖνος, οὗ ἐστιν ὁ ἐγκαινιζόμενος ναός, καὶ τὰ ἑξῆς· ὁ ἀρχιε-

ὁ ἀρχιερεὺς περὶ τῆς ἁγίας ἑστὼς τραπέζης, μὴ γόνυ κλίνων, εὔχεται οὕτως.

Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὁ τὴν ἁγίαν σου ἐκκλησίαν ἀρρήτῳ σοφίᾳ θεμελιώσας, καὶ ἀντίτυπον τῆς ἀγγελικῆς ἐν οὐρανῷ λειτουργίας τὴν τῆς ἱερωσύνης τάξιν ἐπὶ τῆς γῆς συστησάμενος· σὺ δέσποτα μεγαλόδωρε, πρόσδεξαι καὶ νῦν δεομένους ἡμᾶς, οὐχ ὡς ἀξίους ὄντας περὶ τηλικούτων αἰτεῖν, ἀλλ᾽ ἵνα τὸ ὑπερβάλλον δείξῃ τῆς σῆς ἀγαθότητος· οὐ γὰρ ἐπαύσω τὸ ἀνθρώπινον γένος πολυτρόπως εὐεργετῶν, κεφάλαιον δὲ ἡμῖν ἐδωρήσω τῶν εὐεργεσιῶν τὴν ἐν σαρκὶ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ παρουσίαν· ὃς ἐπὶ τῆς γῆς ὀφθεὶς, καὶ λάμψας τοῖς ἐν σκότει, φῶς σωτηρίας, ἀνήνεγκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν θυσίαν, καὶ γέγονε τοῦ κόσμου παντὸς ἱλαστήριον, κοινωνοὺς ἡμᾶς τῆς ἰδίας ἀναστάσεως ποιησάμενος, καὶ ἀναληφθεὶς εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ἐνέδυσε τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς, καὶ ἀποστόλους καθὼς ἐπηγγείλατο δύναμιν ἐξ ὕψους, ἥτις ἐστὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ προσκυνητὸν, καὶ παντοδύναμον, τὸ ἐκ σοῦ τοῦ θεοῦ, καὶ πατρὸς ἐκπορευόμενον, δι᾽ οὗ γενόμενοι δυνατοὶ ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ, βάπτισμα παρέδωκαν υἱοθεσίας, ἐκκλησίας ἀνέστησαν, ἵδρυσαν θυσιαστήρια, ἱερωσύνης ἔθεντο κανόνας καὶ νόμους. ὧν ἡμεῖς οἱ ἁμαρτωλοὶ κατέχοντες παράδοσιν, προσπίπτομέν σοι τῷ αἰωνίῳ θεῷ, καὶ δεόμεθά σου, εὔσπλαγχνε, τὸν πρὸς σὴν ὑμνῳδίαν οἰκοδομηθέντα τοῦτον ναὸν, τῆς θείας σου πλήρωσον δόξης, καὶ τὸ ἐν αὐτῷ παγὲν θυσιαστήριον ἅγιον ἁγίων ἀνάδειξον· ὥστε ἡμᾶς παρεστῶτας αὐτῷ, ὡς τῷ φρικτῷ τῆς βασιλείας σου θρόνῳ, ἀκατακρίτως λατρεύειν σοι, δεήσεις ὑπὲρ ἡμῶν καὶ τοῦ λαοῦ παντὸς ἀναπέμποντας, καὶ τὴν ἀναίμακτον θυσίαν τῇ σῇ προσφέροντας ἀγαθότητι, εἰς ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων συγχώρησιν, εἰς κυβέρνησιν βίου, εἰς ἀγαθῆς πολιτείας κατόρθωσιν, εἰς ἐκπλήρωσιν πάσης δικαιοσύνης. ὅτι ηὐλόγηταί σου τὸ πανάγιον ὄνομα, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Καὶ μετὰ τὸ, ἀμὴν, λέγει· Εἰρήνη πᾶσι. Καὶ τοῦ διακόνου λέγοντος. Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ κυρίῳ κλίνατε. Λέγει τὴν εὐχὴν ταύτην.

Εὐχαριστοῦμέν σοι κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν. Καὶ τὰ ἑξῆς. καθὼς ἄνωθεν ἐν τῇ τάξει γινομένῃ ἐπὶ σαλεύσεως ἁγίας τραπέζης. 615.

Μετὰ δὲ, ἀμὴν, λέγει ὁ διάκονος. Ἐν εἰρήνῃ προέλθωμεν. Καὶ πληροῦται πᾶσα ἡ ἀκολουθία.

Pontifex coram sancta mensa consistit, nec genu flectit, sed precatur hoc pacto.

Domine cœli & terræ, qui secreta sapientia sanctam tuam Ecclesiam fundasti, & Sacerdotij ordinem ad instar Angelici in cœlo ministerij, super terram constituisti: tu magnifice Domine, suscipe nos deprecantes, non quasi pro talibus simus digni exposcere, sed vt tuæ pietatis immensitas declaretur: nunquam enim variis modis humano generi benefacere desisti, summamque tandem bonorum omnium contulisti, vnigeniti Filij tui in carne præsentiam, qui in terris visus, & vt salutis lux positis in tenebris irradians, obtulit seipsum pro nobis hostiam, totiusque mundi propitiatio factus, propriæ nos resurrectionis consortes effecit: & in cœlum assumptus, virtute ex alto, quæ est Spiritus sanctus, adorãdus & omnipotẽs, ex te Deo & Patre procedens, Discipulos & Apostolos prout promiserat, induit: per quẽ potẽtes in opere & sermone effecti, adoptionis baptismum contulerunt, Ecclesias erexerunt, statuerunt altaria, Sacerdotij leges & normas posuerunt: à quibus nos traditione accepta, tibi æterno Deo procidimus, & rogamus te, ô clemens, hoc ad laudem tuam celebrandam templum conditum, diuina tua reple gloria, & erectum in eo altare sanctum sanctorum effice vt & nos ipsi, velut tremendo regni tui throno adstantes, precesque pro nobis & populo facientes, & incruentam hostiam tuæ afferentes pietati ad spontaneorum & non voluntariorum peccatorum veniam, ad vitæ regimen, ad rectæ conuersationis directionem, ad omnis iustitiæ complementum, absque noxa tibi seruiamus. Quia benedictum est sanctissimum nomen tuum Patris, & Filij, & sancti Spiritus: nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

Et responso, Amen, *dicit.* Pax omnibus. *Et Diacono dicente.* Capita vestra Domino inclinate: *dicit orationem sequentem.*

Gratias agimus tibi Domine Deus noster, & reliqua, *vt supra in ordine pro mota sancta mensa præscripto.*

Responso, Amen, *dicit Diaconus.* In pace procedamus. *Et officium omne terminatur.*

His peractis, præsentatur Pontifici lampas noua, & ellychnij fulcrum, ipsumque ellychnium, & oleum: ipse vero oleo proprijs manibus lampadem replens, ellychnio accenso, deponit eam in altari. Cæterum deposito sabano, & mantili & omni Pontificia veste, lampades, cereos, & reliquum templi ornatum ministris Ecclesiæ depromere permittit.

Dum hæc peraguntur, quiescit ipse tantisper. Et siquidem valeat totam illa die perficere templi consecrationem & dedicationem: cunctis rursum Pontificijs instructus ornamentis, cum Sacerdotibus, reliquoque Clero, in aliud in quo Martyrum reliquiæ sunt depositæ, templum se confert. Si vero inceptum opus ea die perficere nequeat, secedit quidem ipse: rursum autem vesperæ, nocturnæ vigiliæ, & matutinæ preces, in templo Martyrum reliquias suscipiente celebrantur. Sequenti itaque die vna cum Clero & populo ad illud Pontifex progreditur, & Diacono collectæ orationem pronunciante, Hymnoque ter sancto dicto: ipse precatur hoc pacto.

Domine Deus noster, qui fidelis es in verbis tuis, & pollicitis stas, qui sanctis Martyribus tuis bonum certamen decertare, & pietatis cursum perficere, & veræ confessionis fidem incolumem seruare concessisti: ipse sanctissime Domine precibus illorum flexus, partem & sortem cum eis nancisci nobis indignis seruis tuis largire, vt illorum imitatores effecti, repositorum ipsis bonorũ consortes efficiamus. Misericordia & humanitate vnigeniti Filij tui, cum quo benedictus es, cum sanctissimo & bono & viuifico Spiritu: nunc, & semper, & in sæcula sæculorum.

Et dicto, Amen, *exclamat.* Pax omnibus. *Et Diacono dicente.* Capita vestra Domino inclinate. *Precatur hoc pacto.*

Domine Deus noster, precibus sanctæ dominæ nostræ Deiparæ, & omnium sanctorum tuorum, nostrum indignorum seruorum tuorum opera dirige, & in omnibus tuæ bonitati placere concede. *Exclamando.* Sit virtus regni tui benedicta & laudata, Patris, & Filij, & sancti Spiritus: nunc, & semper, & in sæcula sæculorum.

d Μετὰ δὲ ταῦτα κομίζεται τῷ ἀρχιερεῖ κανδήλα καινή, καὶ μολυβὶς, καὶ θρυαλλὶς, καὶ ἔλαιον· καὶ αὐτὸς οἰκείαις χερσὶ πληρῶν ἐλαίου τὴν κανδήλαν, 25 καὶ ἀνάπτων τὴν θρυαλλίδα, ταύτην ἀποτίθησιν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ. Καὶ λοιπὸν ἀποτιθέμενος τό τε σάβανον καὶ μανδύλιν, καὶ πᾶσαν τὴν ἀρχιερατικὴν στολὴν· 26 ἐπιτρέπει τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ὑπηρέταις εἰσαγαγεῖν κανδήλας, καὶ κηρούς, καὶ πάντα τὸν τοῦ ναοῦ κόσμον.

Εν ὅσῳ δὲ τελεῖται ταῦτα, μικρὸν αὐτὸς ἀναπαύεται. Καὶ εἴπερ δύναται κατ᾽ αὐτὴν τὴν ἡμέραν τελειῶσαι τὴν ὅλην καθιέρωσιν καὶ τὸν ἐγκαινισμὸν, πάλιν τὰ τῆς ἀρχιερατείας ἅπαντα περιβάλλεται ἄμφια, καὶ ἄπεισι σὺν τοῖς ἱερεῦσι, καὶ τῷ λοιπῷ κλήρῳ, καὶ τῷ λαῷ εἰς ἕτερον ναὸν, ἐν ᾧ τὰ μαρτυρικὰ ἀπετέθη λείψανα. Εἰ δὲ τοῦτο ποιῆσαι κατ᾽ ἐκείνην ἀδυνατεῖ ἡμέραν, ὑποχωρεῖ μὲν αὐτός· γίνεται δὲ καὶ αὖθις λυχνικὸν, καὶ παννυχὶς, καὶ ὄρθρος, εἰς τὸν ναὸν τὸν ὑποδεξάμενον τὰ λείψανα τῶν μαρτύρων. Τῇ δὲ ἑξῆς ὁ ἀρχιερεὺς παραγίνεται σὺν ἅμα τῷ κλήρῳ καὶ τῷ λαῷ· καὶ τοῦ διακόνου ποιοῦντος εὐχὴν συναπτῆς. λεχθέντος τοῦ τρισαγίου αὐτὸς εὔχεται οὕτως.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ πιστὸς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ ἀψευδὴς ἐν ταῖς ἐπαγγελίαις σου, ὁ χαρισάμενος ἐν τοῖς ἁγίοις σου μάρτυσι ἀγῶνα καλὸν ἀγωνίσασθαι, καὶ τὸν δρόμον εὐσεβείας τελέσαι, καὶ τὴν πίστιν τῆς ἀληθοῦς ὁμολογίας φυλάξαι· αὐτὸς δέσποτα πανάγιε, ταῖς αὐτῶν ἱκεσίαις παρακληθεὶς, καὶ χάρισαι ἡμῖν τοῖς ἀναξίοις δούλοις σου, μέρος καὶ κλῆρον ἔχειν μετ᾽ αὐτῶν· ἵνα μιμηταὶ αὐτῶν γενόμενοι, καταξιωθῶμεν καὶ ἐναποκειμένων αὐτοῖς ἀγαθῶν. Ελέει καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, μεθ᾽ οὗ εὐλογητὸς εἶ σὺν τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Καὶ μετὰ τὸ, ἀμὴν, ἐκφωνεῖ τὸ Εἰρήνη πᾶσι. Καὶ τοῦ διακόνου λέγοντος. Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ κυρίῳ κλίνατε. Εὔχεται οὕτως.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν πρεσβείαις τῆς ἁγίας δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου, καὶ πάντων τῶν ἁγίων σου, τὰ ἔργα τῶν χειρῶν ἡμῶν τῶν ἀναξίων δούλων σου κατεύθυνον· καὶ ἐν πᾶσιν εὐαρεστεῖν ἡμᾶς τῇ σῇ ἀγαθότητι καταξίωσον. Εκφώνως. Εἴη τὸ κράτος τῆς βασιλείας σου εὐλογημένον, καὶ δεδοξασμένον· τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

27 Καὶ μετὰ τὸ, ἀμὴν, 27 αἴρει τὰ λείψανα ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς, μετὰ τοῦ ἁγίου δίσκου, προπορευομένων τῶν τε ἱερέων, ἢ καὶ ἀρχιερέων, καὶ τοῦ κλήρου, καὶ τοῦ λαοῦ· καὶ λέγουσιν οἱ ψάλται τὸ παρὸν ἐπάσμιον εἰς ἦχον γ'.

Et responso, Amen, *cum sancto disco reliquias super caput eleuat, & praecedentibus Sacerdotibus, Pontificibus, Clero, & populo progrediuntur: praesentemque modulum dicunt cantores, tono tertio.*

Ὁ ἐν τῇ πέτρᾳ τῆς πίστεως οἰκοδομήσας τὴν ἐκκλησίαν σου ἀγαθὲ, ἐν αὐτῇ κατεύθυνον τὰς ἱκεσίας ἡμῶν· καὶ πρόσδεξαι λαὸν ἐν πίστει βοῶντά σοι, σῶσον ἡμᾶς ὁ θεὸς ἡμῶν, σῶσον ἡμᾶς.

Qui in fidei petra Ecclesiam tuam fundasti, ô bone, in ea preces nostras dirige; & suscipe populum in fide tibi clamantem: Salua nos Deus noster, salua nos.

Ὅτε δὲ πλησιάσωσι τῷ καθιερωμένῳ ναῷ, ψάλλουσι, καὶ τὰ παρόντα ἐπάσμια. ἦχος βαρύς.

Vicini vero templo consecrato facti, praesentes modulos cantant, tono graui.

Ἅγιοι μάρτυρες οἱ καλῶς ἀθλήσαντες καὶ στεφανωθέντες. Δόξα σοι Χριστὲ ὁ θεός. Ἀποστόλων καύχημα, μαρτύρων. Ἄλλο. ἦχος γ'. Τὸ στερέωμα τῶν ἐπί σοι πεποιθότων. Ἕτερον ἦχος πλ. δ'. Οὐρανίας ἀψῖδος ὀροφουργέ. Εἰ βούλει καὶ ἕτερον πλ. α'. Ὁ πήξας ἐπ' οὐδενὸς τὴν γῆν.

Sancti Martyres praeclarè praeliati, & coronati &c. Gloria tibi Christe Deus. Apostolorum gloria, Martyrum &c. *Alium, tono tertio.* Firmamentum in te confidentium &c. *Alium, tono obliquo quarto.* Coelestis arcis conditor &c. *Siuis, adde & aliam, tono obliquo primo.* Qui terram super nihilo condidisti &c.

Καὶ ἡνίκα φθάσωσιν εἰς τὴν μέσην τοῦ ναοῦ πύλην κεκλεισμένην οὖσαν μετὰ τῶν λοιπῶν, ἐκφωνεῖ ὁ ἀρχιερεύς. Εὐλογητὸς εἶ Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν· πάντοτε νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Καὶ τεθέντος αὐτοῦ τὸν δίσκον ἐπὶ τὴν τράπεζαν, ἐπὶ τούτῳ ἡτοιμασμένην κατὰ τὸ σχῆ- 28 μα τῶν ἐγκαινίων, ψάλλουσι τό. 28 Ἄρατε πύλας. Ἀποκρίνονται δὲ ἕτεροι ψάλται τὸ, Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεύς, ἕως τρίτου. Καὶ ἐν τῷ ψάλλεσθαι ταῦτα, λέγει ὁ ἀρχιερεὺς τὴν εὐχὴν ταύτην.

Cum autem ad templi portam adhuc clausam cum reliquis aduenerit Pontifex, exclamat. Benedictus es Christe Deus noster: iugiter, nunc, & semper, & in saecula saeculorum. *Et super mensam ad hoc, pro dedicationis more praeparatam, Pontifice discum deponente, cantant illud.* Attollite portas. *Alij vero cantores vicissim canunt ter, illud.* Quis est iste rex? *Dum haec canuntur dicit Pontifex hanc orationem.*

Ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ ὢν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ὁ διὰ τοῦ καταπετάσματος τῆς σαρκὸς αὐτοῦ ἐγκαινίσας ἡμῖν τὴν τῆς πρωτοτόκων ἐκκλησίας τῶν ἐν οὐρανοῖς ἀπογεγραμμένων τὴν εἴσοδον, ἔνθα οἶκος ἑορταζόντων, καὶ ἡ φωνὴ ἀγαλλιάσεως· αὐτὸς φιλάνθρωπε δέσποτα, ἐπίβλεψον ἐφ' ἡμᾶς τοὺς ἁμαρτωλοὺς καὶ ἀναξίους δούλους σου, τὸν ἐγκαινισμὸν ἑορτάζοντας τοῦ σεβασμίου ναοῦ, τοῦ ἁγίου τοῦ δεῖνος, εἰς σύμβολον τῆς ἁγιωτάτης σου ἐκκλησίας, τουτέστιν, αὐτοῦ τοῦ σκήνους ἡμῶν, ὅπερ καὶ ναόν σου διὰ τοῦ ἀποστόλου καὶ πανευφήμου Παύλου ὀνομάσαι κατηξίωσας, καὶ τοῦτον στερέωσον μέχρι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος ἀσάλευτον καὶ δεδοξασμένον ἐν σοὶ, καὶ ἀξίωσον ἡμᾶς ἐν αὐτῷ αἰνέσεις καὶ δοξολογίας ἀκαταγνώστους προσάγειν τῇ δόξῃ σου, καὶ τῷ μονογενεῖ σου υἱῷ, τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ σου πνεύματι, ἐν ἐπιγνώσει καὶ πάσῃ αἰσθήσει προσκυνοῦντας σε ἐν φόβῳ σου, τῶν θείων

Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui es benedictus in saecula, qui per carnis velamentum ingressum Ecclesiae primogenitorum in coelis descriptorum, vbi festum agentium sedes est, & vox laetitiae, dedicasti: Ipse Domine respice in nos peccatores & indignos seruos tuos venerandi templi sancti N. celebrantes dedicationem, in sanctissimae Ecclesiae tuae, id est tabernaculi nostri, ab Apostolo quoque & percelebri Paulo templi tui vocati, typum: inconcussum illud, & in te gloria redundans, ad vsque saeculi finem confirma, & in eo laudes & hymnos innoxios gloriae tuae, & vnigenito Filio tuo Domino nostro Iesu Christo, & sancto tuo Spiritui, in cognitione & omni legitimo sensu te cum tremore venerantes offerre, mise-

ricordiæ tuæ dignos, acceptasque preces nostras, pro nobis & omni populo tuæ pietati oblatas, acceptas fieri concede. Intercessionibus illibatæ dominæ nostræ Deiparæ, & semper Virginis Mariæ. Quia sanctus es Deus noster, & in sanctis requiescis: & tibi gloriam referimus, Patri & Filio & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Pax omnibus. *Diaconus.* Capita vestra. *Et hanc ingressus orationem Pontifex recitat.*

Dominator, Domine Deus noster, qui ordines & exercitus Angelorum & Archangelorum ad gloriæ tuæ ministerium in cœlo statuisti: præsta in ingressu nostro sanctorum quoque Angelorum pietati tuæ nobiscum ministrantium ingressum celebrari. *Elata voce.* Quia conuenit tibi omnis gloria, honor, & adoratio, Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Et confestim iterum sacras reliquias cum disco capiti superimponit, signatis omnibus, & reseratis valuis, ingredientibus, & dicunt cantores præsentem modulum, tono quarto.

Vt superni firmamenti decorem, & inferius sancti tabernaculi gloriæ tuæ venustatem demonstrasti, Domine: in sæculum sæculi confirma illud, & in Deiparæ nomine nostras preces iugiter in eo tibi oblatas accepta, ô vita & resurrectio omnium.

Deinde primos dedicationis versus proprium habentes cantum, concinunt. Quære in Menæo. His cantatis venerandæ reliquiæ in præparato loculo siue versus pauimentum inter columnas altaris Orientalem partem respicientes, (si tamen columnæ mensam fulcierint) si vero ara solida illam sustentauerit, circa eius mediam partem versus Pontificiam sedem Consessum dictam, deponuntur. Vnguento vero illis superinfundente Pontifice, loculo ab illo superponitur operculum, eiusque iuncturæ ceromastiche, gypso, vel plumbo conglutinantur: tum vero hanc orationem tacitus apud se Pontifex recitat.

Domine Deus noster, qui gloriam hanc pro te præliatis quondam Martyribus contulisti, vt in omni terra, in sanctis tuis ædibus eorum reli-

ἀξίους διατηρῆσαι οἰκτιρμῶν, εὐπροσδέκτους τε τῇ σῇ ἀγαθότητι γενέσθαι τὰς δεήσεις ταύτας, τὰς ὑπὲρ ἡμῶν καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ σου· τῇ ἀφάτῳ σου εὐσπλαγχνίᾳ προσαγομένας. Πρεσβείαις τῆς ἀχράντου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. Ὅτι ἅγιος εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ ἐν ἁγίοις ἀναπαύῃ, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

Εἰρήνη πᾶσι. Ὁ διάκονος. Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν. Καὶ λέγει τὴν εὐχὴν ταύτην τῆς εἰσόδου ὁ ἀρχιερεύς.

Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ καταστήσας ἐν οὐρανῷ τάγματα καὶ στρατιὰς ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων, εἰς λειτουργίαν τῆς σῆς δόξης· ποίησον σὺν τῇ εἰσόδῳ ἡμῶν εἴσοδον ἁγίων ἀγγέλων γενέσθαι συλλειτουργούντων ἡμῖν τὴν σὴν ἀγαθότητα. Ἐκφώνως. Ὅτι σοι πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Καὶ παρ' αὐτίκα πάλιν 29 ἀποτίθησι τὰ ἅγια λείψανα μετὰ δίσκου τῇ ἑαυτοῦ κεφαλῇ, σφραγιζομένων, καὶ πάντων μετὰ τὴν ἄνοιξιν εἰσερχομένων. καὶ λέγουσιν οἱ ψάλται τὸ παρὸν τροπάριον· ἦχος δ΄.

Ὡς τοῦ ἄνω στερεώματος τὴν εὐπρέπειαν, καὶ τὴν κάτω συναπέδειξας ὡραιότητα τοῦ ἁγίου σκηνώματος τῆς δόξης σου, κύριε· στερέωσον αὐτὸν εἰς αἰῶνα αἰῶνος, καὶ πρόσδεξαι ἡμῶν τὰς ἐν αὐτῷ ἀπαύστως προσφερομένας δεήσεις, διὰ τῆς θεοτόκου, ἡ πάντων ζωὴ καὶ ἀνάστασις.

Καὶ ψάλλουσιν ἰδιόμελα τῶν ἐγκαινίων, τὰ πρῶτα. ζήτει αὐτὰ ἐν μηναίῳ. Τούτων δὲ ψαλλομένων τὰ σεβάσμια λείψανα παρὰ τοῦ ἀρχιερέως 30 εἰς ἡτοιμασμένην ἀποτίθενται θήκην. εἴτε κατὰ τοῦ ἐδάφους μεταξὺ πρὸς ἀνατολὰς κιόνων, εἴγε τὴν τράπεζαν ὑπερείδουσι κίονες· εἴτε βωμοῦ ταύτην βαστάζοντος κατὰ τὸ μέσον αὐτοῦ μέρος τὸ, σύνθρονον. 31 Μύρον δὲ τούτοις τοῦ ἀρχιερέως ἐπιχέοντος, ἐπιτίθεται παρ' αὐτοῦ τὸ πῶμα τῇ θήκῃ, καὶ κατασφαλίζονται πάντοθεν αἱ τούτου ἁρμογαὶ διὰ κηρομαστίχης, ἢ γύψου, ἢ μολύβδου· καὶ λέγει καθ' ἑαυτὸν ὁ ἀρχιερεὺς τὴν εὐχὴν ταύτην.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ καὶ ταύτην τὴν δόξαν τοῖς ὑπέρ σου ἀθλήσασιν ἁγίοις μάρτυσι δωρησάμενος, τὸ σπείρεσθαι ἐν πάσῃ τῇ γῇ τὰ λεί-

ψάλμα αὐτοῦ, ἐν τοῖς ἁγίοις οἴκοις σου, καὶ καρπὸν ἰαμάτων βλαστάνειν· αὐτὸς δέσποτα χορηγὸς πάντων τῶν ἀγαθῶν τυγχάνων, [πρεσβείαις τῶν ἁγίων, ὧν ηὐδόκησας τὴν ἀπόθεσιν τῶν λειψάνων ἐν τούτῳ τῷ σεπτῷ ναῷ γενέσθαι] ἀξίωσον ἡμᾶς ἀκατακρίτως τὴν ἀναίμακτόν σοι προσενεγκεῖν ἐν αὐτῷ θυσίαν, καὶ δώρησαι ἡμῖν πάντα τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτήματα· ἀντάμειψιν παρέχων καὶ ἐν τούτῳ τοῖς ἀθλήσασιν ὑπὲρ τοῦ ἁγίου ὀνόματός σου, τὸ θαυματουργεῖν δι' αὐτῶν πρὸς ἡμετέραν σωτηρίαν. Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

32 h Καὶ γίνεται λειτουργία, καὶ τελεία ἀπόλυσις.

Μετὰ δὲ τρισάγιον. Προκείμενον. ἦχος δ'. Τῷ οἴκῳ σου πρέπει ἁγίασμα κε'· Στίχος. Ὁ κύριος ἐβασίλευσεν εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο. Ὁ Ἀπόστολος.

Πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς ἀνάγνωσμα.

Ἀδελφοί. Οἱ ἅγιοι κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι, κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν· ὡς καὶ ὁ Μωϋσῆς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ· πλείονος γὰρ δόξης οὗτος παρὰ Μωϋσῆν ἠξίωται, καθ' ὅσον πλείονα τιμὴν ἔχει τοῦ οἴκου ὁ κατασκευάσας αὐτόν· πᾶς γὰρ οἶκος κατασκευάζεται ὑπό τινος, ὁ δὲ πάντα κατασκευάσας θεός.

Ἀλληλουϊάρια. ἦχος δ'. Σοὶ πρέπει ὕμνος ὁ θεός. Στίχος, Πλησθησόμεθα ἐν τοῖς ἀγαθοῖς.

Εὐαγγέλιον ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον.

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ. Ἐλθὼν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὰ μέρη τῆς Καισαρείας τῆς Φιλίππου, ἠρώτα τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ λέγων· τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι, τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; Οἱ δὲ εἶπον. οἱ μὲν Ἰωάννην τὸν Βαπτιστὴν, ἄλλοι δὲ Ἠλίαν, ἕτεροι δὲ Ἱερεμίαν, ἢ ἕνα τῶν προφητῶν. Λέγει αὐτοῖς. Ὑμεῖς δὲ, τίνα με λέγετε εἶναι. Ἀποκριθεὶς δὲ Σίμων Πέτρος. Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ. Μακάριος εἶ Σίμων Βὰρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι· ἀλλ' ὁ πατήρ μου, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. κἀγὼ δέ σοι λέγω· ὅτι σὺ εἶ ὁ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν· καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς.

Κοινωνικόν. Κύριε ἠγάπησα εὐπρέπειαν οἴκου σου· καὶ τόπον σκηνώματος δόξης σου. Ἀλληλούϊα.

quiæ curationum fructibus scaturientes disseminentur: ipse Domine bonorum omnium largitor (precibus sanctorum quorum reliquias in venerando hocce templo deponi voluisti) incruentam in illo tibi hostiam à nobis offerri permitte, & omnia nobis ad salutem pertinentia postulata concede, in hoc quoque pro sancto tuo nomine Martyribus præliatis mercedem largitus, vt opera miranda pro salute nostra perpetrent. Quia tuum est regnum, Patris, & Filij, & sancti Spiritus: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Tum missa celebratur, & fit populi dimissio.

Post Hymnum Tersanctus (in missa) dicitur, Propositum. Tonus quartus. Domum tuam Domine decet sanctitudo *Versus.* Dominus regnauit, decorē indutus est.

Ad Hebræos Epistolæ lectio. Cap. 3.

Fratres sancti, vocationis cœlestis participes considerate Apostolum & Pontificem confessionis vestræ Iesum Christum, quia fidelis est ei qui fecit illum, sicut & Moïses in omni domo eius. Amplioris enim gloriæ iste præ Moïse dignus est habitus, quantum ampliorem honorē habet domus, qui fabricauit illam, omnis namque domus fabricatur ab aliquo, qui autem omnia creauit, Deus est.

Alleluia. *Tonus quartus.* Te decet hymnus, Deus. *Versus.* Replebimur in bonis.

Euangelium ex eo quod est sec. Matth.

In illo tempore. Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi, & interrogabat Discipulos suos dicens. Quem me dicunt homines, esse filium hominis? At illi dixerunt: Alij Ioannem Baptistam, alij autem Eliam, alij vero Ieremiam, aut vnum ex Prophetis. Dicit illis: Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit. Tu es Christus Filius Dei viui. Respondens autem Iesus dixit ei. Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in cœlis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.

Communio. Domine dilexi decorem domus tuæ: & locum habitationis &c. Alleluia.

Ad septem vsque dierum terminum, quotidie, in huiusmodi Ecclesia celebratur missa, substratis Antimensiis, sanctæ mensæ mappæ. Antimensia, post diem septimum auferuntur: & sacra deinceps absque Antimensiis in eo fiunt; quia plene consecratum est altare.

Sciendum Antimensia, ante consecrationem scindenda, consuenda, & lauanda esse: post eam siquidem, nil huiusmodi fit circa illa: verum hoc tantum pacto inscribuntur. Altare sancti N. consecratum à Metropolita N. mense N. anni N. *Si vero in vrbe C P. hac celebrantur, additur.* Tempore N. Sanctissimi & Oecumenici Patriarchæ.

33 Μέχρι δὲ συμπληρώσεως ἡμερῶν, ἑπτὰ, 33 καθ' ἑκάστην, ἐν τῷ τοιούτῳ ναῷ λειτουργία τελεῖται, τῶν Αντιμινσίων ὑποκειμένων τῇ τῆς ἁγίας τραπέζης ἁπλώματι. Μετὰ δὲ τὴν ἑβδόμην αἴρονται τὰ Αντιμίνσια· καὶ λοιπὸν ἱερουργία ἐστὶ χωρὶς Αντιμινσίων γίνεται ἐν τούτῳ· διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν καθιερωμένον.

Ιστέον δὲ ὅτι τὰ Αντιμίνσια πρὸ τῆς καθιερώσεως κόπτονται, καὶ ῥάπτονται, καὶ πλύνονται· μετὰ γὰρ ἁγιασθῆναι οὐδὲν εἰς αὐτὰ περαιτέρω γίνεται τοιοῦτον· ἀλλὰ μόνον 34 ἐπιγράφονται οὕτως. Θυσιαστήριον τοῦ ἁγίου, τοῦ δεῖνος, ἱερουργηθὲν ὑπὸ δεῖνος i μητροπολίτου, μηνὶ τῷ δεῖνι, ἐν ἔτει i τῷ δεῖνι; k εἰ δὲ ἐν τῇ πόλει γίνονται, προστίθεται· ἐπὶ δεῖνος τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ Πατριάρχου. 34 k

VARIÆ LECTIONES.

a Τάξις καὶ ἀκολουθία ἐπὶ καθιερώσει ναοῦ,] Addunt huic titulo M S S. alia; Barberinum S. Marci & Cryptoferratense Bessarionis, καὶ ἱδρύσει τῆς ἐν αὐτῷ ἁγίας τραπέζης, subditque primo citatum, πρὸ μιᾶς ἡμέρας τῶν ἐγκαινίων. *Die Dedicationem præcedente:* quia videlicet iuxta illud. Altaris Encænia vna die consecrationem eiusdem per reliquias, quæ consummata Consecratio est, præcedunt.

b Πρὸ μιᾶς ἡμέρας.] Contractioribus longe verbis cuncta Altaris Consecrationi præuia M S Barberinum concludit. Περὶ τοῦ παραγίνεσθαι τὸν Πατριάρχην ἐν τῷ μέλλοντι ἐγκαινίζεσθαι ναῷ, προπέμπεται ὁ ἐπὶ τῶν χειροτονιῶν, καὶ παρασκευάζει τοὺς μαρμαρίους στῆσαι τὴν τράπεζαν καὶ πληρωσάντων αὐτῶν τὸ ἔργον καὶ ἀναχωρησάντων, εἰσέρχεται ὁ Πατριάρχης ἐν τῷ ναῷ. Καὶ πάντων τῶν λαϊκῶν ἐξερχομένων, καὶ μηδενὸς ἔσω μένοντος σὺν αὐτῷ πλὴν κληρικῶν μόνων· καὶ πανταχόθεν ἀσφαλισμένης τῆς ἐκκλησίας, ποιεῖ εἷς τῶν διακόνων εὐχήν· καὶ λέγοντος. Εν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Κλίνει γόνυ ὁ Πατριάρχης παρὰ τὰς θύρας τοῦ ἱερατείου, διὰ τὸ μήπω τὴν ἐν αὐτῷ ἀποτεθεῖσαν τράπεζαν ἁγιασθῆναι· καὶ ὅτε ἀναστῇ ὁ Πατριάρχης· ὁ μὲν διάκονος λέγει. Αντιλαβοῦ, σῶσον, ἐλέησον, ἀνάστησον, καὶ διαφύλαξον ἡμᾶς ὁ θεὸς τῇ σῇ χάριτι.

Υπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης. Vt supra.

Υπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ σύμπαντος.

Υπὲρ τοῦ ἐπισκόπου ἡμῶν τοῦ δεῖνος.

Υπὲρ τοῦ ἁγιασθῆναι.

Υπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων ἡμῶν βασιλέων.

Υπὲρ τοῦ συμπολεμῆσαι.

Υπὲρ τῆς πόλεως ταύτης.

Υπὲρ εὐκρασίας ἀέρων.

Υπὲρ πλεόντων.

Υπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι.

Καὶ ὑπὲρ πάντων τῶν χρῃζόντων τῆς παρὰ τοῦ κυρίου βοηθείας, καὶ ἀντιλήψεως· τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Τῆς παναγίας, ἀχράντου, ὑπερευλογημένης δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, τῶν πανευφήμων Αποστόλων, τοῦ ἁγίου τοῦ δεῖνος. Vt loco citato.

Ο δὲ Πατριάρχης ἐν τῷ γονυκλῖναι, ἐν τῷ ἱστάναι αὐτὸν, καὶ γίνεσθαι τὴν τοῦ διακόνου εὐχὴν· ἐπεύχεται λέγων ταῦτα. Ο θεὸς ὁ ἄναρχος καὶ ἀΐδιος. Vt supra.

Priusquam ad Templum Consecrandum accedat Patriarcha, præmittitur minister Ordinationibus præfectus: marmorumque sectores & fabros, mensam erigere iubet: ipsisque opus complentibus & digressis, Templum Patriarcha ingreditur. Mox laicis omnibus foras egressis, nulloque præter Clericos solos remanente, & obserata vndique Ecclesia, è Diaconis alter Orationem facit: eoque dicente. In pace Dominum precemur, Ad sacrarij fores Patriarcha genuflectit, eo quod Consecrata in eo mensa nondum fuerit: & cum exurrexerit ipse, Diaconus ait. Suscipe, salua, miserere, ERIGE, *& conserua nos Deus tua gratia.*

Pro superna pace, &c.

Pro pace totius, &c.

Pro Episcopo nostro N. &c.

Pro piissimis Regibus, &c.

Vt cum eis pugnet, &c.

Pro ciuitate hac, &c.

Pro temperie aeris.

Pro nauigantibus, &c.

Vt liberemur, &c.

Et pro omnibus qui auxilio, & ope Dei indigent: Dominum precemur.

Sanctissimæ, immaculatæ, super omnes benedictæ dominæ nostræ Deiparæ, & semper Virginis Mariæ, percelebrium Apostolorum, sancti N. &c.

Patriarcha vero cum genuflectit, stat, aut à Diacono fit Oratio, ipse precatur dicens. Deus principij expers & æterne, &c. Vt supra.

Ipsam autem Altaris Consecrationem breuibus etiam in sequentibus complectitur.

c Καὶ λεγομένου τοῦ, ἀμήν.] Subiungit itaque. Καὶ μετὰ τὸ, ἀμήν. ἐπιδίδονται τῷ Πατριάρχῃ νιπτῆρα λευκὰ καὶ ταῦτα ῥίπτει εἰς τὴν ἁγίαν τράπεζαν σταυροειδῶς, καὶ φέρεται σίτλα τοῦ ἁγίου βαπτίσματος πεπληρωμένη ὕδατος χλιαροῦ, καὶ ἐπικλίνων αὐτῇ τὴν κεφαλὴν ὁ Πατριάρχης· ἐπεύχεται οὕτως.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ ἁγιάσας. Vt supra.

Καὶ μετὰ τοῦτο ἐπιχέει τρίτον τῇ τραπέζῃ· λέγων. Εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος,

Καὶ μετὰ τοῦτο ἀποδύσας τῶν μυρων ἀποσμήχει τὴν τράπεζαν, καὶ τοὺς κίονας αὐτῆς, ταῖς χερσὶν· εἶτα μετὰ σπόγγου καινοῦ καθαροῦ ἐν τῷ λοιπῷ χλιαρῷ ἐκμάσσει αὐτήν. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα γίνεται, λέγει τὸν ψαλμόν. Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματα, ἅπαξ ἢ πολλάκις· πάντων αὐτῷ συμψαλλόντων, μέχρις οὗ τελείως αὐτὴν ἀποσμήχῃ, καὶ ἀποπλύνῃ. Καὶ τότε δοξάζει καὶ ἐπεύχεται λέγων. Δόξα τῷ Θεῷ ἡμῶν, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Καὶ μετὰ τοῦτο λαμβάνει κρατῆρα κολλάθου· καὶ ἐπιχέει ἀπὸ τρεῖς σταυροειδῶς λέγων. Ῥαντιεῖς με, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ τότε τρεῖς λέγει. Καὶ εἶθ' οὕτω συνάπτει καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ ψαλμοῦ, μέχρι τοῦ τέλους· καὶ οὕτω δοξάζει καὶ ἐπεύχεται. Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Καὶ μετὰ τοῦτο λαμβάνει σάβανον καινούργιον, καὶ ἐπιτίθησιν ἐπάνω τῆς τραπέζης· καὶ μετὰ ταῦτα ἀποσπογγίζει αὐτὴν, λέγων ρλα'. ψαλμὸν ἅπαξ ἢ καὶ δὶς, μέχρις οὗ τελείως ἀποσπογγίζῃ· καὶ οὕτως δοξάζει, καὶ ἐπιλέγει πάλιν. Δόξα Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Καὶ λαμβάνει τὸ ἀγγεῖον τοῦ μύρου, καὶ λέγοντος τοῦ διακόνου. Πρόσχωμεν. ἐπιχεῖ ἐξ αὐτοῦ ἐν τῇ τραπέζῃ τρεῖς σταυροειδῶς, ποιῶν τρεῖς σταυροὺς, ἕνα μέσον, καὶ δύο ἑκατέρωθεν· λέγων τρίς· Ἀλληλούια, ὡς καὶ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος. καὶ ἀποδιδοὺς τὸ ἀγγεῖον, ἐκ τῶν γινομένων τριῶν σταυρῶν ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ, ἀλείφει ὅλην αὐτὴν τῇ χειρὶ ἐπάνω πάσαν· ποιεῖ δὲ σταυροὺς, καὶ εἰς τοὺς κίονας ταύτης, λέγων τὸν ρλβ'. ψαλμὸν ὅλον, καὶ δοξάζει ἐπιλέγων. Δόξα σοι ἁγία τριὰς ὁ Θεὸς ἡμῶν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Καὶ μετὰ τοῦτο νιψάμενος τὰς χεῖρας, λαμβάνει τὸ ἀπλωμα· καὶ περιβάλλει τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ λέγων τὸν ϟβ'. ψαλμόν· Ὁ κύριος ἐβασίλευσεν εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο. ἅπαξ ἢ πολλάκις, ἕως οὗ τελέως αὐτὴν ἐνδύσῃ· καὶ οὕτως δοξάζει.

Καὶ μετὰ τὸ, ἀμὴν, ἐπιδίδοται τῷ ἀρχιεπισκόπῳ τὸ θυμιατήριον, καὶ θυμιᾷ τὴν ἁγίαν τράπεζαν, καὶ τὸ ἱερατεῖον, καὶ ὅλον τὸν ναὸν, λέγων τὸν κε'. ψαλμόν. Κρῖνόν με κε'. ἅπαξ ἢ πολλάκις· μέχρις οὗ θυμιάσῃ. Ἐν ᾧ δὲ τῷ θυμιᾶν τὸν Πατριάρχην εἷς τῶν συμπαρόντων αὐτῷ ἐπισκόπων βαστάζων τὸ ἀγγεῖον τοῦ ἁγίου μύρου ἀκολουθεῖ ὄπισθεν αὐτοῦ, καὶ ποιεῖ σταυροὺς ἐν τῷ μύρῳ εἰς ἕκαστον κίονα καὶ στύλον τοῦ αὐτοῦ ναοῦ. Εἶτα μετὰ τὸ πληρῶσαι ὡς εἴρηται, τὴν θυμίασιν, καὶ τὸν τοιοῦτον ψαλμὸν, καὶ δοξάσαι· ποιοῦντος διακόνου εὐχὴν συναπτὴν συνήθως· καὶ μετὰ τὸ, Ἀντιλαβοῦ λέγοντος, Τῆς παναγίας, ἀχράντου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου, καὶ τοῦ ἁγίου τοῦδε, οὗ ἐστιν ὁ ἐγκαινιζόμενος ναός· κλινόμενος ὁ Πατριάρχης πλησίον τῆς ἁγίας τραπέζης, οὐ μὴν τι γονυκλιτῶν, ἐπεύχεται ταῦτα. Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς. Vide supra.

Καὶ μετὰ τὸ, ἀμὴν λέγει. Εἰρήνη πᾶσι. Καὶ τοῦ διακόνου λέγοντος. Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ κυρίῳ κλίνατε· λέγει τὴν εὐχὴν ταύτην. Εὐχαριστοῦμέν σοι κύριε ὁ Θεός. Vt supra.

Μετὰ τὸ, ἀμὴν, λέγει ὁ διάκονος. Ἐν εἰρήνῃ προέλθωμεν.

Et dicto, Amen, albi peniculi Patriarchæ traduntur, quos in crucis formam sacræ mensæ superimponit: tum sancti baptismatis situla tepida aqua plena profertur, eique capite superincumbens Patriarcha precatur hoc pacto. Domine Deus noster qui sanctificas, &c.

Et post hæc, aquam ter mensæ infundit, dicens: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Adhibitisque peniculis mensam manibus eluit, sicut & eius columnas: spongia deinde noua & munda, & aqua reliqua eandem abstergit. Cum autem hæc fiunt dicit Psalmum. Quam dilecta tabernacula! semel aut pluries, omnibus ei concinentibus, quousque eam abluerit, & ter se mundauerit. Tunc autem gloriam Deo reddit: & precatur dicens. Gloria Deo nostro in sæcula sæculorum: amen.

His peractis ansa colathi accepta, ter in crucis modum (vinum) effundit, dicens: Asperges me, &c. Terque idem recitat. Atque ita Psalmi reliqua subiungit, adusque finem: & sic gloriam Deo reddit: & deprecatur. Benedictus Deus noster, in sæcula sæculorum. Amen.

Accepto deinde nouo linteamine, illud mensæ altaris imponit, tum vero abstergit recitans 131. psalmum; semel aut iterum, quousque plene terserit: & ita Deum glorificat, & iterum salutat: Gloria Christo Deo nostro in sæcula sæculorum.

Et accepto Vnguenti vase, & Diacono dicente: Attendamus: effundit ex eo in altare vsque tertio cruciformiter, tresque exarat cruces, mediam vnam, & vtrinque duas: ter recitans: Alleluia, prout in sancto Baptismate fieri consueuit: & reddito vase, è tribus in mensa (Chrismate) expressis crucibus, totam eam desuper manu perungit: crucesque etiam in eius columnis efformat, dicens psalm. 132. totum: concluditque gloria Deo reddita. Gloria tibi Trinitas, Deus noster, in sæcula sæculorum.

His finitis, lotisque manibus, mappam accipit, & altare circumcingit dicens psal. 92. Dominus regnauit, decorem indutus est. Semel aut pluries quousque illud velauerit: & deinde Deum glorificat.

Et dicto, amen, Archiepiscopo thuribulum traditur, sanctamque ille mensam suffumigat, & Sanctuarium, totumque templum, psalmum 25. recitans. Semel aut pluries quousque thus adoleuerit. Dum vero suffumigat Patriarcha, aliquis assistentium ipsi Episcoporum, sancti Vnguenti vas deferens, pone sequitur, & in singulis columnis Vnguento crucem effingit, sicut & in templi columnis & stelis. Tandem thure, vt præfatum est, incenso, memoratoque psalmo finito, laude etiam Deo soluta, Collectæ Orationem faciente Diacono, post, Suscipe &c. ipso dicente: Sanctissimæ, illibatæ, dominæ nostræ Deiparæ, & Sancti cuius templum dedicatur, &c. Iuxta sacram mensam inclinatus, non tamen in genua procumbens Patriarcha, hæc orat. Domine cæli & terræ, &c.

Dicto, amen, ait. Pax omnibus. Et Diacono dicente. Capita vestra Domino inclinate: Orationem hanc profert. Gratias tibi Domine agimus. Et responso, amen, dicit Diaconus. Procedamus in pace.

d Μετὰ δὲ ταῦτα κομίζεται.] Consecrationis vltima manus sacris sub altari reliquiis locatis apponenda, in Allatiano quidem codice, ab Encæniis diuidi posse, in Barberino vero distincto penitus gaudere officio, dignoscitur. Vnde & præmisso ritui subsequens titulus annectitur.

Τάξις γινομένη ἐπὶ τοῖς ἐγκαινίοις, τοῦτ' ἐστιν ἐν τῇ καθιερώσει ἁγίου ναοῦ.

Ordo in Encæniis, hoc est in sancti Templi Dedicatione seruandus.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ καθιεροῦται εὐκτήριος οἶκος, γινομένου λυχνικοῦ, καὶ παννυχίδος, ἐν μιᾷ τῶν σύνεγγυς καθιερωθέντος εὐκτηρίων ἐκκλησιῶν, τῇ καὶ δηλωθησομένῃ διὰ τοῦ κηρυκικοῦ τῶν συνάξεων, ἔνθα δηλονότι καὶ τὰ ἅγια μέλλουσι λείψανα· παραγίνεται ἕωθεν ἐκεῖσε ὁ Πατριάρχης· καὶ ποιοῦντος τοῦ διακόνου εὐχὴν συναπτὴν τελουμένης αὐτῆς ἐπεύχεται ταῦτα. Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ πιστός. Vt supra.

Ea die qua Oratoria ædes consecratur, Vesperis celebratis, & Vigiliis nocturnis, in aliqua Ecclesia Oratorio Consecrato vicina, à comitiorum Ecclesiasticorum pracone publice annuncianda, vbi videlicet & sacræ resederint reliquiæ: à diei crepusculo illuc Patriarcha accedit, & Diacono Collecta orationem recitante, ipse hæc precatur. Domine Deus noster qui fidelis, &c.

Καὶ μετὰ τό, ἀμήν, ἄρχεται ὁ Πατριάρχης. Δόξα σοι Χριστὲ ὁ Θεός, ἁπάντων καύχημα, μαρτύρων ἀγαλλίαμα. Καὶ βαστάζων τὰ ἅγια λείψανα ἅμα τοῖς συμπαροῦσιν αὐτῷ ὁ ἐπίσκοπος, περιγίνεται μετὰ λιτῆς ἐν τῷ ἐγκαινιζομένῳ ναῷ. Καὶ ὅτε εἰσέλθῃ εἰς τὸν νάρθηκα καὶ παραστῇ τῷ πυλῶνι τῷ μέσῳ τοῦ ναοῦ, καὶ εἴπῃ. Εὐλογητὸς εἶ Χριστὲ ὁ Θεὸς εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Καὶ ἄρχονται οἱ ψάλται τὸ βρώκιον. ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν· καὶ τὰ ἑξῆς.

Καὶ εἶθ' οὕτως ἀνοίγονται οἱ πυλῶνες, καὶ εἰσέρχεται σὺν παντὶ τῷ λαῷ. Εν δὲ τῷ ψάλλεσθαι τὸ εἰρημένον τροπάριον, ἀποτίθεται ὁ Πατριάρχης τὰ ἅγια λείψανα ἐν τῇ ἑτοιμασθείσῃ αὐτοῖς θέσει, καὶ ποιεῖ τὴν εὐχὴν ταύτην. Ο Θεὸς ἡμῶν καὶ ταύτην τὴν δόξαν. Prout supra.

Εἶτα δοξάζουσιν οἱ ψάλται, καὶ ἐπισυνάπτουσι τὸ τρισάγιον· καὶ γίνεται ἀκολούθως πᾶσα ἡ λειτουργία.

Et, dicto, amen: incipit Patriarcha. Gloria tibi Christe Deus, cunctorum gloria, Martyrum lætitia. Et sacras deferens Episcopus reliquias, ad initiatum Templum cum assistentibus sibi, processionem habet. Et cum Vestibulum ingressus mediæ Templi portæ astiterit, & dixerit: Benedictus es Christe Deus in sæcula sæculorum.

Incipiunt psaltæ Modulum: Tollite portas principes vestras, & quæ sequuntur.

Atque ita deinceps reserantur valuæ, & ipse cum omni populo ingreditur. Cum vero præfatus cantatur Modulus, sacras in præparato loculo Patriarcha condit reliquias, & hanc facit orationem. Deus noster, qui etiam gloriam hanc, &c.

Deinde gloriam Deo concinunt Cantores, & Ter Sanctum adiungunt: cunctaque missæ solemnia consequenter celebrantur.

f Καὶ ἐν τῷ ψάλλεσθαι ταῦτα.] Discrepat vt notauimus, in pluribus Barberinum ab Allatiano M S. in paucissimis, iisque leuis momenti dictionibus à Cryptoferratensi illud idem variat. Hic quod notatu dignum visum est, legit: Ο δὲ ἀρχιερεὺς λέγει τὴν τῆς συνήθους εὐχῆς τῆς εἰσόδου τὴν εὐχὴν ταύτην. Ο Θεὸς καὶ πατήρ. Consueta vero Ingressus oratio dicitur quæ inter ingrediendum fieri solet, siue dum Euangelium, siue dum sacra dona cum solemni pompa in missa inferuntur in sacrarium, siue etiam dum hic sacræ reliquiæ cum venerabundo Ecclesiæ & apparatus cultu in altaris sedem deducuntur. Vide indicem, verbo εἴσοδος.

g Εἰρήνη πᾶσι.] Alia quædam verbis his præmittit Cryptoferratense Bessarionis codex, videlicet. ἡ δὲ αὐτὴ εὐχὴ λέγεται καὶ εἰς ἐγκαίνια ναοῦ, παντὸς ἁγίου, μικρὸν τὰ ἀρχιερέως ἐναλλάττοντος· καὶ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, τὸν ἐγκαινισμὸν ἑορτάζοντες τοῦ σεβασμίου ναοῦ, λέγοντος· τὴν ἀνάμνησιν ἑορτάζοντες τοῦ ἐγκαινισμοῦ τοῦ σεβασμίου ναοῦ. Λέγεται δὲ, καὶ εἰς ἐγκαίνια ναοῦ τῆς Θεοτόκου, ὀλίγον τοῦ ἀρχιερέως πάλιν ἐναλλάττοντος· καὶ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν τοῦ σεβασμίου ναοῦ τοῦ ἁγίου τοῦδε, λέγοντος τοῦ σεβασμίου ναοῦ τῆς ἁγίας ἀχράντου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. Μετὰ τὸ, ἀμήν, εὐθὺς ἐπιφέρει τὴν εἰθισμένην εὐχὴν τῆς εἰσόδου ἔχουσαν οὕτως. Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ καταστήσας ἐν οὐρανοῖς. Vt supra.

Eadem quoque oratio dicitur in Encaniis Templi, cuiuscumque sancti, (recurrente nempe anniuersaria Dedicationis solemnitate) *Pontifice leuiter verba immutante: & vice verborum venerandi Templi Consecrationem festiue agentes, dicente: venerandi Templi Dedicationis memoriam festiue recolentes. Dicitur etiam in anniuersario Templi Deiparæ festo* (agitur vero redeunte anni circulo per totam Ecclesiam Græcam die 13. Septembris,) *leuiter iterum Pontifice verba immutante: & vice verborum, venerandi Templi sancti huius, dicente: venerandi Templi illibatæ dominæ nostræ Deiparæ, & semper virginis Mariæ. Responso, amen, solitam Ingressus orationem confestim subdit, & est huiusmodi. Domine Deus noster, qui in cælis, &c.*

h Καὶ γίνεται λειτουργία.] Horum vice Bessarionis codex habet. Καὶ εὐθὺς οἱ ψάλται δοξάζουσι, καὶ ἐπισυνάπτεται τὸ τρισάγιον, καὶ πᾶσα ἡ θεία μυσταγωγία συνεξεῦσα κατὰ τὴν τῶν ἐγκαινίων ἀκολουθίαν. *Et continuo Cantores gloriam Deo concinunt, & Ter sanctus ab eis subiungitur, totaque missæ celebritas iuxta Dedicationis officium* (proprio loco in anniuersario Dedicationis festo reperiendum) *completur.* Propterea que eo iexidem Propositum, Apostoli & Euangelij lectiones, Alleluiarium, & Communionem omisit, vsque ad verba μέχρι δὲ συμπληρώσεως, καὶ τὰ ἑξ.

i Μητροπολίτου.] Addit Bessarionis codex, ἢ ἐπισκόπου.

k Εἰ δὲ ἐν τῇ πόλει.] Desunt hæc in dicto codice.

IN ORDINEM ET OFFICIVM IN DEDICATIONE TEMPLI. NOTÆ.

1 Τάξις καὶ ἀκολουθία.] Perantiquum solemni cærimoniarum apparatu consecrandarum Templorum morem, in tabernaculo, primum à Moyse, (Deo imperante,) & in veteri templo à Salomone pie institutum, tum vero ab Apostolis semota omni figurarum nube in nouo fœdere deuotius obseruatum, vno totius Orientis & Occidentis consensu gemina hucusque coluit Ecclesia: quem ritum licet antiquum, pene tamen antiquatum sub Turcarum nouas Ecclesiarum structuras prohibentium tyrannide, Græcia deplorat: ac ideo forsan ex editis expunxit Euchologiis, quæ in Pontificum dumtaxat M S. Ritualibus secretius & sacratius exarata esse voluit: quem eundem historice & compendiose exscribit Nicolaus Cabasilas de vita in Christo lib. 5. πρῶτα μὲν οὖν ὀθόνας περιθέμενος ὁ ἱεράρχης λευκάς, καὶ καταδύσας ἐπὶ τὰ τοῦ χρηστοῦ καὶ τοῦ λοιποῦ σώματος τῷ Θεῷ προσαπτῆς, κατακλιθεὶς ἐν κύκλῳ τοῦ ἐδάφους, καὶ δεηθεὶς τοιζητοῦ μόνου πέρας λαβεῖν αὐτῷ τὴν σπουδήν, ἐπὶ τὸ ἔργον αὐίσταται. καὶ τὴν τράπεζαν κειμένην ἀνελόμενος, καθιδρύει καὶ πήγνυσι, οὐ καλῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ χεῖρας ἀνάγων. τεθεῖσαν δὲ ἀρμοῖς ἀποπλυνάμενος ὕδατι οἷς ηὔξατο, μὴ ῥύπου φαινομένου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀπὸ τῶν δαιμόνων προσβολῆς καθαρτικὴν δύναμιν ἔχειν. εἶτα μυρίζει, οἶνω τε χέων αὐτῇ τῷ καλλίστῳ καὶ μύρου στάκτου, ῥόδων οἶμαι πεποιημένης. μετὰ δὲ ταῦτα τὸ ἱερὸν μύρον ἐπάγει, καὶ χρίει τρίτον γράφων ἐν αὐτῇ τὸν σταυρόν· καὶ τῷ Θεῷ τὸ προφητικὸν ᾄδων ᾆσμα τὸ πολυύμνητον. εἶτα λευκῇ περικαλύψας ὀθόνῃ, πέπλοις τε τιμίοις ἐπικοσμεῖ, καὶ τούτοις ὀθόνας ἄλλας ἐφαπλοῖ τῷ θείῳ μύρῳ (τὸν τῆς τραπέζης τρόπον ἀλλαξαμένας) αἷς ἐπιβεβλημένας ἐσχάτοις τῇ τραπέζῃ δεῖ τοῖς πινάξιν ἀμέσως ὑποκεῖσθαι τοῖς

τοῖς ἱερεῦσι, καὶ οὕτω ταῦτα τελέσας, λύει μὲν καὶ περιδύεται τὰς σινδόνας. αὐτὸς δὲ τὴν ἱεραρχικὴν ἔχων στολὴν ἐπί τινα γ . . . τῶν ἱερῶν ἔξεισιν οἴκων, ὅθεν τῶν ἁγίων μαρτύρων ὀστᾶ . . . εἰς τοῦτ' αὐτὸ παρεσκευασμένα, καὶ θεὶς ἐπὶ δατέρου . . . ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου πινάκων, ἐν ᾧ τὸ φρικτὸν τίθησι δῶρον, καὶ καλύψας οἷς ἐκεῖνο καλύπτει μάλα τε σεμνῶς ἀναιρεῖται. καὶ κομίσας ἐπὶ τῆς κεφαλῆς εἰς τὸν ἁγιαζόμενον πρόσεισιν οἶκον λαμπάσι καὶ ᾄσμασι καὶ θυμιάμασι καὶ μύροις τὴν πρὸ αὐτοῦ ὁδὸν πολλῶν κοσμούντων αὐτό. καὶ οὕτω χωρῶν ἐπεὶ κατάλαβοι τὸν ναόν, καὶ πρὸς αὐτῷ γένοιτο. ἵσταται μὲν πρὸ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων. κελεύει δὲ τοῖς ἔνδον τὰς πύλας ἀνοίγειν τῷ τῆς δόξης βασιλεῖ, καὶ αὐτοῖς τὰ Δαβὶδ εἰπὼν τὰς φωνάς, καὶ παρὰ τῶν ἔνδον ἀκούσας, ὡς ἐκεῖνος ἀλλήλοις τοὺς ἀγγέλους λέγειν εἰσάγει, τοῦ σωτῆρος εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνιόντος, τῶν θυρῶν ἀναπεταννυμένων εἴσεισι τὸ ἱερὸν σκεῦος συγκεκαλυμμένον ἐπὶ κεφαλῆς ἔχων. ἐπειδὰν δὲ εἴσω τοῦ θυσιαστηρίου καὶ πρὸς αὐτῇ γένηται τῇ τραπέζῃ, κατατίθεται μὲν ἐπ' αὐτῇ καὶ ἀνακαλύπτει, τὸν δὲ ἐγκείμενον αὐτῷ πλοῦτον ἀναιρεῖται μὲν ἐκεῖθεν, ἐντίθησι δὲ ἐπισυνῆψε τῷ μεγέθει τῶν ἐντιθεμένων συμμέτρῳ, καὶ κατὰ τοῦτο τὸ μύρον αὐτοῖς τὸ παναγέστατον ἐπιχέας ὑπὸ τὴν τράπεζαν ἀποτίθεται τὴν ἱεράν. τούτων δὲ οὕτω κατεσκευασμένων, ὁ μὲν οἶκος προσευχῆς οἶκος, ἡ τράπεζα δὲ πρὸς τὴν θυσίαν ἔχει, καὶ παρεσκεύασται· καὶ θυσιαστήριόν ἐστιν ἀτεχνῶς. *Pontifex primo candidis velatus sindonibus, quas manibus & reliquo corpori accingit, Deo procidit, at non super nuda terra, sed puluinari substrato: & concupitum finem vt opere assequatur precatus, exurgit. Tum iacentem humi mensam extollens, non iussu modo, sed præstito propriarum manuum auxilio, componit & locat. Eam vero suo loco positam aqua benedicta tepenti, non abstergendis solum eius sordibus, sed & expiandæ cuilibet dæmonis labi, abluit: atque pigmentis imbuit, vino pretioso, & distillatitiis rosarum, opinor, aquis, desuper effusis. Post hæc sacrum admouet vnguentum, & facto ter crucis signo perungit: & omnium ore decantatum Propheticum carmen occinit. Mox candido linteo velat illam, & pretiosis ornat tegminibus: ac alia deinceps lintea* (id est corporalia) *sacro Vnguento suscipiendo* (*ad instar iam vnctæ & consecratæ mensæ*) *explicat, quæ deinde altaribus vltimo superposita nullo intermedio sacris lancibus supponi necesse est.* (Illa sunt Antimensia, de quibus suo loco.) *His peractis soluit accinctas sibi sindones, & exuitur. Et amictus ornatu Pontificali, ad ædium sacrarum viciniorem pergit, assumptisque inde Sanctorum ossibus ibidem præparatis, & alio altaris vase* (disco) *quo tremendum Christi Domini locatur repositus, adiuncto consuetorum velaminum tegumento, iisdem capiti impositis, & recenter asportatis, ad consecratam nuper Ecclesiam, luminibus accensis, carminibus cantatis, & suffitibus sparsis viam omnem adornantibus, reuertitur. Hoc pacto procedens, cum templum attigerit, ac vicinus adfuerit, clausis eius ianuis adstat: Tum vero intus consistentibus vt gloriæ Regi adaperiant, Dauidis vocibus mandat, alijsque respondentibus auditis, Angelos sibi ea ratione qua Christi in cælum ascensum comitabantur, colloquentes inducit. Ianuis apertis, vas sacrum capite deferens, in Ecclesiam ingreditur, & ipsum altaris adyptum penetrans, cum se mensæ vicinum adiunxerit, super illa deponit, & reuelat. Thesaurum vero inibi repositum aufert, & loculo ipsi iam coaptato inserit, ac Vnguento sacratiore superefluso sub sancta mensa recondit. Quibus celebratis, ædes illa domus orationis habetur, mensa vero sacris addicitur hostiis, & altare verum reputatur*

2 Ἱερομνήμων] Haud temere Ἱερομνήμονα, *sacrum Suggestorem*, disponendorum præuiæ cunctorum Dedicationi necessariorum curam imponunt Græci; ipse etenim ὁ ἐπὶ τῶν χειροτονιῶν, vt Ordinationibus sacris, ita & Consecrationi cuilibet præficitur, κἂν εἰ μὲν ἐκ ἔστιν ἐπίσκοπος μᾶλλον ἐγκαινίζειν ἐκκλησίαν νέαν, *& si Episcopus non adfuerit maxime nouam Ecclesiam Consecrandi*; & rursus, εἰ μὴ ἐκ ἔστιν ἐπίσκοπος μέλει αὐτῷ καὶ ἐγκαινιάσαι ἐκκλησίας καινουργείας: *Si Episcopus*, inquã, *non adfuerit Ecclesias recenter extructas Dedicandi cura est illi imposita*, aiunt Anonymi authores de officiis Clericorum magnæ Ecclesiæ: non ita tamen vt ipse velut præcipuus Consecrationis minister eam perficiat, sed vt Pontificem aduocet, & in hac prouincia substitutus assecla, præsto adsit, facienda dicendave cuncta suggerat, admotaque auxiliaria manu cuncta consecrationi requisita & accommoda subministret.

3 Οἱονεὶ τάφον.] spatium sub altari vacuum ὑποκάτωθεν alibi vocitatum sepulchri figuram exhibet: altare namque ipsum μνῆμα θεοῦ frequentius appellari, vbi supra de templo, audiuimus.

4 Εἰ δὲ βωμός.] Christianorum Altarium structuram omnem obseruare hîc licet. Vel vni namque soli columnæ mensa eorum superiacet, qualia subterranea sanctæ Cæciliæ Sacella Romæ exhibent adhuc hodie; qualem quoque *columellam* sanctæ mensæ Dei, & Deiparæ altaris, in Blachernis fuisse scribit Paulus Diaconus hist. l. 20. vel pluribus id est quatuor columnis suffulta sunt, qualia Cryptæ arenariæ sancti Sebastiani ibidem etiamnum seruant: vel tandem, seu Martyrum sepulchri, quadro superponuntur ædificio, quæ Altaria idcirco quasi *alta ara* siue Areæ, planæ scilicet & expansæ super quadra basi erectæ tumuli formam referentes, nuncupantur. De his S. Hieronymus aduersus Vigilantium, *Romanus Episcopus super mortuorum hominum Petri & Pauli, secundum nos ossa veneranda, secundum te leuem puluisculum, offert Domino sacrificia: & tumulos eorum, Christi arbitratur Altaria.* De illis Synesius in catastasi, προσφύσομαι τῶν κιόνων τῶν ἱερῶν, αἳ τὴν ἄσυλον ἀπὸ γῆς ἀνέχουσι τράπεζαν. *Sacris columnis applicabor, quæ inuiolatam à terra eleuant mensam.* De singulis Symeon Thessalonicensis lib. de Sacram. ἀπὸ τῶν ὀστέων ἐπὶ ἱεροῦ κιβωρίου, καὶ τῶν κιόνων τῶν μελλόντων τὴν ἱερὰν τράπεζαν βαστάζειν καλῶς ἐρεισμένων, ἢ καὶ ἑνός, ἐπεὶ καὶ εἷς ἐρείδεται κίων, ὃς καὶ κάλαμος λέγεται· ἢ ἀντὶ κιόνων τετραγώνου οἰκοδομηθέντος πισσοῦ, βωμοῦ λεγομένου. *Sacro Cibario, & columnis, sacram mensam sustentaturis intra Tribunal, tenaciter obfirmatis, aut etiam vna sola, quandoquidem & vnica erigi solet, quæ & Calamus dicitur: aut columnarum vice tumulo quadro, sub Ara appellatione, excitato.* Nisi πισσοῦ loco μινσοῦ legere malis: μινσὸν enim mensa est quadra, vnde & Ἀντιμίνσια quasi ἀντὶ πολλῶν μινσῶν, Altaria videlicet portatilia plurium mensarum sacratarum vice fungentia: πισσὸν vero, structuram quadram stelam antiquam Aram imitantem (quæ apud Suidam etiam πισὸς & πισὸς mihi πισσός scribitur) explicabis.

5 Κανστρίῳ.] Iunius apud Gretserum κάνστριον, *Thuribulum* interpretatur; praue. Minus recte Gretserus ipse κάνστριον, quasi κανίστριον *canistrum* à Græcis modernis vocitatum dici, asserit: cum proprie & germane, non nisi vas thureũ, siue *nauiculam*, qua thus in Ecclesia reconditur, sonet. Sensus allati argumentum est, quod Κανστρίσιος siue Κανστρήσιος, à Canstrio ita dictus, apud authores Anonymos Officialium Ecclesiæ Constantinopolitanæ, τὸν θυμιατὸν κρατεῖν, *Thuribulum tenere* legitur: & ideo, τὸ

κιβώτιον τῶν ἀρωμάτων, *aromatum arculam*, dictam in Turco-græcia Κάνστριον τῶν θυμιαμάτων *Canstrium incensi*, præ manibus etiam habere præcipitur. *Arcula* autem siue *nauicula* incensi, oblonga est, & longiori loculo ad *linguæ* formam efficto non absimilis. Quidni itaque γλωσσόκομον ipsum, (*loculus* nempe reliquiarum, qui apud Symeonem Thessalonicensem argenteus æreus aut lapideus esse iubetur, vt inferius referetur.) Κανστρίῳ *nauiculæ* memoratæ persimile esse, præsenti loco non affirmaretur?

6 Παννυχίς.] Non est παννυχὶς, quotidiana aut frequentior ἀγρυπνία τοῦ μεσονυκτικοῦ, vel cœtus quicumque antelucanus à Tertulliano vel à Plinio memoratus, sed rarior & prolixior, per totam noctem laudum diuinarum aut orationum producta modulatio, qualis peragitur dum ἀκάθιστος ὕμνος, perlegitur: ἱερὰς has παννυχίδας, *sacras in orationibus pernoctationes*, à Chrysostomo laudatas in ep. ad Olympiadem, quas Gregorius Nazianzenus orat. 33. πάννυχον στάσιν, *nocturnas integras excubias*, Maximus vero, τοὺς νυκτερινοὺς τῶν ψαλμῳδιῶν κανόνας, *nocturna psalmodiarum officia*, appellat in epis. 8. Dionys. Durantus lib. 3. sanctas illas & antiquas excubias esse censet, quibus cultui diuino deputati, totam noctem in quatuor *vigilias* siue *nocturna* dispertiebantur. Legatur Pontificale Romanum hasce Vigilias nocte Dedicationem præcedente præcipiens.

7 Χάρτην χόρτινον.] Charta canabina (herbaceam alius vi dictionis exprimendæ diceret) discrimen hic reperit à pergameno: quamuis etiam quæ xylina est sit etiam χόρτινος, non minus enim è bombycina, quam è linea vel stuppea, chartam conficiunt Orientales.

8 Μολυβίδα.] μολυβὶς, siue μολυβίδιον, modernis Græcis est suber ferreo filo transfixus, quo Ellychnium siue lampadis funiculus oleo supernatans retinetur: vno verbo *Ellychnij sedes & loculus* in oleo, μολυβὶς est. Reliquæ vero peregrinæ voces hic adiunctæ (si ἐπίκλιν siue τεῦκι tapetem recentioribus dictum excipias) significationes alibi positas iam obtinent. Vide ὀνομαστικόν.

9 Μετὰ τῶν λοιπῶν εἰδῶν.] Masticen, ceram, marmor tritum & alia simul misceri, cæmento siue glutini conficiendo, quo altare basi tenaciter hæreat, quilibet intelligit. Videatur officium de stabilienda altaris mensa, si quandoque mota fuerit. Symeon Thessalonicensis lib. de Sacram. quærit, διὰ τί κηρομαστίχη τε καὶ ἀρώματα in Dedicatione? ὁ κηρὸς, inquit, καὶ ἡ μαστίχη, ὡς κολλητικὰ διὰ τὴν χρείαν εἰσάγεται· καὶ ὡς ἑνωτικὰ δὲ καὶ εὐσυνδετα καὶ εὐώδη διὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἄχρι καὶ θανάτου πρὸς ἡμᾶς ἀγάπην καὶ ἕνωσιν. *Cera & mastice, vt glutinosa ex necessitate proferuntur: & vt vnitiua & facile iungenda & fragrantia, propter Christi ad mortem vsque propter nos amorem & vnionem.*

10 Εἶτα προστάττει ὅτι ἐῶν κινούμενον.] Suppellex cuncta mobilis è templo Consecrando educitur, cuius rationem reddit Symeon citatus titulo: διὰ τί ἐξάγονται τὰ κινούμενα; Respondetque: Αὐτὸς ὁ ναὸς ὀφείλει ἄρτιος εἶναι· καὶ μηδέποτε κινηθῆναι τὰ ἐν αὐτῷ. *Templum ipsum perfectum esse oportet: neque deinceps quidquam ab eo amoueri.*

11 Ἐκβάλλεται δὲ καὶ πᾶς ὁ λαϊκός.] Ad instar Romanæ Ecclesiæ, in qua solus vnus Diaconus in templo Consecrando sub initio remanet: rationemque idem Symeon affert. Ὁ εὑρεθεὶς ἐντὸς· ἱερὸς ὀφείλει εἶναι ὡς καὶ ἱερὸς οἶκος ὁ καθαγιαζόμενος. *Sanctus debet esse qui intus reperitur: sicut & sacra est quæ sanctificatur domus.*

12 Περιτίθεται σάβανον.] Qua ratione, & ob quem finem tribus linteaminibus pectus & brachia Pontificis templum Consecraturi Ecclesia Græca præcingat, Thessalonicensis antistes aperit his verbis: ἐπάνω τῶν ἱερατικῶν ἀμφίων περιβάλλεται ἀπὸ τῶν ὤμων σινδόνα λευκὴν διήκουσαν ἄχρι τῶν ποδῶν, εἰς τύπον τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐπὶ τῷ τάφῳ σινδόνος. Ἐπεὶ γὰρ τὸ μνῆμα Χριστοῦ ἐγεῖραι μέλλει, καὶ ἁγιάσαι, τὴν ἱερὰν φημὶ τράπεζαν, καὶ τὰ τοῦ μνήματος· ὡς μιμησάμενος, τὸν Χριστὸν θαπτόμενον ἐκτυποῖ, καὶ τρισὶ ζώναις περιζώννυται τὴν σινδόνα εἰς δόξαν τῆς τριάδος· ὄπισθεν τοῦ αὐχένος, διά τε τοῦ νοῦ, καὶ τὴν τῆς δουλείας πρὸς θεὸν ἔνδειξιν· ὑπὸ τὰς μασχάλας περὶ τὸ στῆθος, διὰ τὸ λογικόν· καὶ περὶ τὴν ὀσφὺν, διὰ τὸ καθαρὸν καὶ τὸ ἰσχυρόν. καὶ ἐν ταῖς χερσὶ δὲ ὁμοίως, μανδύλια περιτίθεται ὡς μανίκια ἡνωμένα τῇ σινδόνι, καὶ ταῦτα τρισὶ δεσμεῖται ἕκαστον ζώναις, εἰς τύπον τῆς τριάδος τῆς παντουργοῦ, καὶ ἐννέα γίνονται ζῶναι οἱ ἐννέα οὗτοι δεσμοὶ, τὰ ἐννέα δηλοῦντες τάγματα τῶν ἀγγέλων τριαδικῶς τε τὴν τριάδα διακηρύττοντες. ἴσως δὲ καὶ τὰ ἱερατικὰ τιμῶν ἄμφια, μὴ καταχραίνων αὐτὰ τῇ τῶν ὅλων τοῦ ἔργου καταχρήσει: *In figuram sindonis, in Christi sepultura adhibitæ. Cum enim Christi monumentum, sanctam dico mensam, & quæ ad monumentum spectant erecturus sit: imitatione Christum sepultum repræsentat, & zonis tribus in Trinitatis gloriam præcingitur: retro ceruicem, propter mentem, & erga Deum subiectionis argumentum: sub axillis, circa pectus, propter animæ rationem: & circa lumbos, propter castitatis munditiem, & in ea perseuerantiam: & mantilibus pariter velut manicis priori linteo innectis eius brachia constringuntur, & tribus vnumquodque vincitur zonis, in cunctorum opificis Trinitatis symbolum: atque ita nouem zonæ sunt, noueno huiusmodi vinculo, nouem Angelorum ordines, & Trinitatem trifariam prædicantes. Forsan autem veritus, ne sacras vestes operis molestia commaculet*, his linteaminibus in brachiis & in pectore circumdatur.

13 Διπλοῦν ποιοῦσι.] Charta hæc in Officio ἐπὶ ταῖς εὐθείαις ἁγίας τραπέζης· χαρτίον ἀνδρομανικοῦ dicitur, & quomodo vnicuique Altaris columnæ aptanda sit, ibidem aliis verbis exprimitur: ita nempe vt columnam constringens, caput eius aliqua sui parte exuperet, quæ deinde introrsus complicata, & adhuc aliquo spatio columnæ supereminens, foueam cum ea ad ceromasticen excipiendam, retinendamque si nimirum ferueret, & interiorem chartam adustione consumeret, efficiat: vinculis autem suis ita columnæ astringitur, vt iisdem tres distinctæ in anteriori columnæ facie efformentur cruces.

14 Εἶτα δοξάζουσι.] Variæ δοξολογίας, formulæ toto hoc Officio describuntur. De qua dicit Thessalonicensis. καὶ μετὰ τοῦτο εὐλογεῖ τὸν θεόν· δεῖ γὰρ αὐτὸν εὐλογεῖν ἐπὶ πᾶσι τοῖς θείοις ὑπὲρ ἡμῶν ἔργοις αὐτοῦ. *Deum deinde benedicit: congruum namque est eum diuinorum pro nobis occasione operum, benedicere.*

15 Βάλλεται χλιαρὸν ὕδωρ.] Aqua tepida, iam iam in crucis modum, conformiter ad Latinum morem altari infundenda, hîc benedicitur. De huiusmodi aquæ tepidæ benedictione quærit Symeon. διὰ τί ἐκπλύνεται ἡ τράπεζα; Respondet ipse. Καὶ τὰ τοῦ βαπτίσματος ἐκτυποῖ. ἐπεὶ γὰρ τὸν Ἰησοῦν ἡ τράπεζα εἰκονίζει πέτραν καλούμενον καὶ λίθον γωνίας, καὶ τὰ τοῦ βαπτίσματος αὐτοῦ δέχεται· καὶ τοῦτο κατὰ δύο τρόπους αἰσθητόν τε, καὶ νοητόν· ἵνα καθαρὰ γένηται ἐκπλυθεῖσα, καὶ καθαγιασθῇ τῷ ὕδατι τὴν κάθαρσιν μετὰ τοῦ πνεύματος δεξαμένη, ἐπεὶ καὶ πνεύματος καθίσταται ὄργανον· καὶ διὰ τοῦτο

χλιαρὸν προσφέρεται ὕδωρ. Εἶτα μετ' αὐτὸν προσάγεται τούτῳ, οὗ εὐλογουμένου τρεῖς ποιεῖ σταυροὺς ἐν αὐτῷ, καὶ τοῦ χλιαροῦ ὕδατος ἐκχυθέντος τρὶς, εἰς τύπον τῆς ἁγίας τριάδος· διὰ τῶν ἀντιμινσίων ἡ ἱερὰ ἐκμάσσεται τράπεζα. *Baptismi ritum oculis subijcit. Cum enim Iesum, petram, lapidemque angularem vocatum, mensa repræsentet: quæ baptismatis eius sunt, suscipit ipsa, gemina ratione; sensibili & intellectuali: vt abluta nempe, reddatur munda, & munditie simul cum spiritu excepta, per aquam Consecretur; ipsa namque spiritus organum est: vnde & in ea Consecranda aqua tepida profertur. Pontifici deinde peniculus traditur, eoque benedicto, tres in illa signat cruces, terque aqua tepida effusa, in sanctæ Trinitatis memoriam, Antimensiis sacrata mensa abstergitur.* Vtrum vero Apostoli, vel publica authoritate fultus successor eorum aliquis aqua benedicta, Altaria Consecranda lustrari præceperit, non ita certum est: mihi certe haud improbandum argumentum est, Euaristum Papam, qui & aquæ benedicendæ memoriam in Ecclesia renouauit, & basilicas omnes cum missa Consecrari voluit, huiusmodi Dedicationem non sine aqua lustrali peragendam esse sanxerit in perpetuum: libera sit cuiusque coniectura, mihi tamen compertum est ante Gregorij tempora, morem de quo loquimur, in Ecclesia iam fuisse receptum; cum ex Ioanne Diacono in eius vita lib. 1. cap. 37. pateat, ipsum Augustino præcepisse, ne in Anglorum gente fana destrueret, sed sanctis aquis respersa in Basilicas dedicaret. *Aqua benedicta*, scribit ille ep. 71. lib. 9. *fiat, & in eisdem fanis aspergatur, altaria construantur, reliquiæ ponantur.* Vnde vero Latini frigida, Græci calida aqua, in altari benedicendo vtantur, ex aquæ calidæ in eorum liturgia vsu, & ex verbis Symeonis hic relatis, cum S. Germani verbis collatis, rationem require fol. 148.

16 Βικὸν οἰνάνθης.] Purum simplexque vinum, non esse οἰνάνθην, sed εὔοσμον fragrans valde docet Thessalonicensis, aquamque rosaceam, de qua textus noster tacet, cum illo post primam ablutionem, docet altari infundendam, vbi quærit lib. de Sacram. διὰ τί τράπεζα πλύνεται οἴνῳ καὶ ῥοδοστάγματι; subdit propterea. Μετὰ τὸ ἐκμάξαι οἶνος εὔοσμος, καὶ ῥοδόσταγμα προσκομίζεται. ταῦτα δὲ προοίμια τοῦ θείου μύρου εἰσὶν, εἰς τιμὴν τῆς ταφῆς τοῦ Ἰησοῦ, ἅμα δὲ καὶ εἰς ἔνδειξιν, ὡς τὸ θυσιαστήριον τοῦτο, ὅσον εὐώδη διὰ τὴν χάριν, καὶ ζωτικὸν κατὰ τὴν μίμησιν τοῦ Μελχισεδὲκ προσκομίσει τῷ Θεῷ. *Postquam abstersa fuerit mensa, vinum odoratum, & aqua rosacea producitur: & hæc sunt diuino Vnguento præuia, in sepulturæ Christi honorem, simul & signum, quod altare hoc, odoratum propter gratiam vinum, & ad exemplum Melchisedech, viuificum, offeret Deo.* Vino porro separatim non abluit Latina consuetudo Altaria sua, admixtum est enim aquæ benedictæ vinum, iisque pariter iunctis lustrantur.

17 Εἶτα λαμβάνων ἅγιον μύρον.] Celebrat Dionysius vngendorum Chrismate altarium morem, de Eccl. Hierar. cap. 4. dicens: τοῦ θείου θυσιαστηρίου τὴν θείαν τελείωσιν, ἡ τῶν ἁγιωτάτων τελετῶν θεσμοθεσία ταῖς τοῦ ἱερωτάτου μύρου τελεστικῇ παναγίαις ἐπιχύσεσι. *Diuini Altaris Consecrationem, sanctissimorum mysteriorum sanctio & institutio sanctissimi Vnguenti infusionibus perficit.* Cuius rationem suggerit ibidem. Cum enim Christus idem sit, qui Spiritu accepto, sanctus est, & nos sanctificat: idem Altare à quo sanctitas defluit, sanctitatem aliquam à Chrismatis vnctione mutuatur. Vnde & Augustinus serm. 225. de tempore: *Consecrationem Altaris*, inquit, *hodie celebramus, & iustè ac meritò gaudentes celebramus, in qua benedictus vel vnctus est lapis, in quo diuina sacramenta Consecrantur.* Et Thessalonicæ Episcopus Symeon. Ἐπεὶ μύρον ἐκκενωθὲν ὄνομα Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ ἡ δηλοῦσα τοῦτον ἡ ἐν ταύτῃ ταφέντα τράπεζα μύρῳ χρίεται καὶ ὅλη γίνεται μύρον· ὅτι καὶ αὐτὴ τὴν χάριν τοῦ πνεύματος δέχεται, καὶ διὰ τοῦτο τὸ, Ἀλληλούϊα ᾄδεται, ὅτι ἐδέξατο ἐν ταύτῃ Θεὸς καὶ τῶν δωρημάτων τοῦ πνεύματος γίνεται ἐργαστήριον. *Quandoquidem vnguentum effusum nomen est Christo Deo nostro, mensa quæ sepultum illum manifestat, Chrismate vngitur, & tota vnguentum est: eo quod & illa Spiritus gratiam excipit, proptereaque Alleluia concinitur, quia aduenit in illam Deus, & donorum Spiritus officina fit.*

18 Ὡς ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος.] Propter hominis sacram initiationem, de qua in officio baptismatis.

19 Ἰδοὺ δὴ τί καλόν.] Sicut vna est concordium fratrum felicitas, vt & vna capitis Aaronæi vestiumque eius vnctio: ita & vna mensæ sacræ & Antimensiorum vicem eius supplentium, Altariumque portatilium est vnctio.

20 Τίθησι δὲ καὶ τὸ εἰλητόν.] Tria in Orientis Ecclesia superponuntur Altaribus ornamenta, τὸ κατὰ σάρκα, Tobalea nostro Pontificali dictum ἐπενδύτης siue ἐπενδύτης mappa exterior, εἰλητὸν Corporale: quorum explicatio ex onomastico in alibi dictis requirenda. Quatuor nihilominus ὑφασμάτων pannorum genera, quatuor Euangelistarum vicem obeuntia, & in quatuor Altaris angulis reposita, præsentem cærimoniam explicaturus Thessalonicensis memorat: verum, Antimensia quæ quarto loco numerat, à Sacerdotibus ab Altari amouentur, vt tribus tantum pannis ornetur, vel certe potius quatuor illa linteamina ab altaris vestibus iuxta superius scripta, diuersa esse dicenda sunt: quaternionem itaque illum recenset, cum ait, διὰ τούτων οὖν ἐκμασσομένη ἡ τράπεζα ἀπὸ τοῦ ἁγιασθέντος ὕδατος, ἣ καὶ ἑτέρων τεσσάρων ὑφασμάτων ὕστερον τιθεμένων ἐν ταῖς τέσσαρσι τῆς ἱερᾶς τραπέζης γωνίαις κατὰ τύπον τῶν θείων εὐαγγελιστῶν. *His igitur* (Antimensiis nempe) *aqua benedicta Altari abstersa, aut certè aliis quatuor pannis in quatuor mensæ angulis, in quatuor Euangelistarum typum reponendis.* Infra tamen horum ab Altaris eiusdem tribus mappis discrimen assignat. Πρῶτον τὰ τέσσαρα ὑφάσματα τίθενται κατὰ τεσσάρας γωνίας τῆς ἁγίας τραπέζης τὸ ὄνομα τῶν εὐαγγελιστῶν ἕκαστον ἀνέχοντα· ὅτι τὴν ἐκκλησίαν ἅπασαν ἡ τράπεζα ἐκτυποῖ ἐκ τῶν περάτων συνήσασαν τῷ κυρίῳ, καὶ ἐπ' αὐτῷ οἰκοδομηθεῖσαν διὰ τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος, καὶ τῆς χάριτος τῷ λόγῳ, ὡς ἀπὸ λίνου τοῦ ἐκ χλόης καθαρᾶς ἀναδιδομένου, καὶ πλεγμοῖς καθαροῖς συνεξυφανθεῖσαν. Μετὰ δὲ τοὺς εὐαγγελιστὰς λεγομένους τὰ τέσσαρα ταῦτα. τὸ, Κατὰ σάρκα τίθεται, ὃ δηλοῖ τὴν σινδόνα ἐπὶ τῷ νεκρωθέντι δι' ἡμᾶς θείῳ σώματι· εἶτα τὸ τραπεζοφόρον ἐφαπλοῦται, δόξαν λαμπρότερον, ὃ εἰς τύπον τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ὅτι καθέδρα Θεοῦ τὸ θυσιαστήριον. Εἶτα τίθεται τὸ εἰλητὸν, καὶ αὐτὸ εἰς δήλωσιν τῆς νεκρώσεως ἅμα Χριστοῦ, καὶ τῆς ἀναστάσεως· ὅτι καὶ μετὰ τὴν ἔγερσιν οἱ ἀπόστολοι τοῦτον, μετὰ τῶν ἐνταφίων εἶδον ἐντετυλιγμένον εἰς ἕνα τόπον· διὸ καὶ τοῦτο εἰλιγμένον ἐστὶ, καὶ εἰλητὸν λέγεται, καὶ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸ ἱερὸν ἐπ' αὐτῷ εὐαγγέλιον ἀντὶ τοῦ σωτῆρος τίθεται. *Primo quidem quatuor panni, singulis Euangelistæ alicuius nomen & personam sustinentibus, in quatuor mensæ angulis locantur; Ecclesiam namque vniuersam à finibus terræ Domino congregatam, & Euangelico præconio gratiæque verbo super illo ædificatam, & velut è lino her-*

ba munda conflato, à tentationibus expurgato, contextam, mensa repræsentat. Quatuor itaque his pannis, Euangelistis nuncupatis in ea expansis, Ad carnem (pannus ita dictus) *ponitur, manifestatque sindonem, mortuum propter nos diuinum corpus inuoluentem. Venustior deinde, vt figuram gloriæ Dei referens (sedes namque Dei altare est) Mappa extenditur. Corporale tandem, in mortis simul & resurrectionis Christi signum explicatur, quia post resurrectionem, capitis linteum cum funereis pannis in vno loco inuolutum Apostoli viderunt: complicatur propterea & εἰλητὸν vocatur, vt quod Christi caput inuoluerit, vnde & sacrum super eo Euangelium reponitur.* Illud namque in Altari semper locatum velut regem in throno sedentem, Græci, vt alibi diximus, suspiciunt & venerantur. Vide eundem supra fol. 216.

21 Καὶ αὐτὸ θυμιῶντος.] Symeon. καὶ ἐπὶ τούτοις θυμίαμα διὰ τοῦ ἀρχιερέως ἐν ὅλῳ τῷ θείῳ οἴκῳ ἐνδίδοται διὰ τὴν ἀπ' οὐρανοῦ χάριν ἐν Χριστῷ ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ. *His peractis, in tota sacra æde thus incenditur, propter cœlestem Christi gratiam in orbe vniuerso sparsam.* De thuris significatione iuxta Latinos & Græcos alibi plura: Thessalonicensis idem supra fol. 216.

22 Εἰς τὸ συμπαρεῖναι.] Quæ hic Sacerdoti, in Patriarchali Barberino codice, columnas murosque Ecclesiæ Chrismate vngendi, assistenti Episcopo prouincia mandatur. Solebant enim veteres ad Ecclesiæ vnius Consecrationem plures conuocare Episcopos. Sic Ambrosius epist. 60. quæ lib. 8. prima est, se & Felicem Comensem Episcopum, vt templum simul dedicarent à Bassiano inuitatos memorat: ita Gaudentius Brixianus plures Consecrationis socios antistites aduocauit: & tandem ad vnius Coloniensis Ecclesiæ sub sancti Petri patrocinio & honore initiandæ Treuirensem & Moguntinum Episcopos, cum ipso Coloniæ præsule conuenisse, narrat Sigebertus in chronico anno 871.

23 Ποιεῖ σταυρὸν ἐξ αὐτοῦ εἰς ἕκαστον.] Nedum Altaria, sed & parietes columnasque Ecclesiæ Chrismate vngi solitas, vtriusque Ecclesiæ consuetudo demonstrat. Vsus antiquitatem ex Gregorio Nazianzeno conijcio in poëmate, somnium de Anastia, inscripto.

Σὺν τοῖς, καὶ μεγάλαυχον ἕδος Χριστοῖο μαθητῶν.

Πλευραῖς σταυροτύποις τέτραχα τεμνόμενον.

Inter alia templa, Ædes est etiam augusta Christi discipulorum,

Lateribus cruce signatis quadrifariam diuisa.

Latera cruce signata, quatuor Ecclesiæ parietes Chrismatis cruce consignatos, quadrifidam totam molem diuidentes, hîc intelligo. Faciliora sunt Theophanis verba, vbi Athanasium Tyro elapsum & Ierosolymis secure agentem, ποιήσαντα εὐχὰς, καὶ τῷ ἁγίῳ χρίσαντα μύρῳ, καὶ ἁγιάσαντα τοὺς εὐκτηρίους οἴκους, preces facientem, & sancto Vnguento vngentem, oratoriasque domos consecrantem, describit. Sed nec nisi quia oleo vnctos ideo parietes consecratos & venerandam Ecclesiam ab Augustino lib. 4. contra Cresconium cap. 40. dictos putem. Cuius consuetudinis rationem depromens Thessalonicensis. Τὸ μύρον, ait, τελεῖ ὡς ἐξ ἀρχῆς τὴν ἱερὰν τράπεζαν, καὶ ὅλον τὸν οἶκον· καθὰ δὴ καὶ διὰ τῆς προσλήμματος τῆς σαρκὸς πᾶσαν ἡμῶν τὴν φύσιν καθαγιάζει τῇ θείᾳ χάριτι, ἣν ὕστερον αὐτοῦ κατὰ μετοχὴν λαβόντες πάντι τῷ κόσμῳ μετέδωκαν οἱ ἀπόστολοι. *Vnguentum vt ab initio sacram mensam, ita & totam ædem perficit & Consecrat: sicut & in carnis apparentia, (Christus) omnem naturam nostram diuina gratia sanctificat, quam per partes post eum acceptam Apostoli orbi vniuerso dispertierunt.* Episcopus enim retro Patriarcham procedens, & parietes vngens, Apostolos Christi successores, & gratiam mundo, si ita fari liceat, distribuentes designat. Vide eundem vbi de Templo fol. 216.

24 Καὶ πεσὸν τοῦ ναοῦ.] Suidas scribit πεσὸν & πεσσὸν, alij πισὸν apud Meursium. Est autem in ædificio *stela* siue *pila*: grandior nimirum lapidum strues in altum erecta fornicem sustenstans *pilastre, pilier carré.* Hanc si *pinso* vel *piso* intellexit Meursius, recte viros doctos à leguminibus arcet, nec errat: sin minus, clara sunt hinc Cedreni & Procopij loca: illius, συνιδὼν οὖν ὁ βασιλεὺς ἤγειρεν ἄλλους πεσσοὺς, καὶ ἐδέξατο τὸν τροῦλον, καὶ οὕτως ἐστάθη: *hoc cum vidisset Imperator alias stelas extruxit, quibus impositum fornicem excepit, qui hoc pacto absolutus est*: huius, κατὰ δὲ τὰ τοῦ νεὼ μέσα, λόφοι χειροποίητοι ἐπανεστήκασι τέσσαρες οὓς καλοῦσι πεσσούς: *circa templi medium quatuor manu-facti exurgebant tumuli lapidum, quos dicunt pilas.*

25 Ανάπτων τὴν θρυαλλίδα.] Vt Pontifex Latinus cereos cum thure & Chrismate in altari comburendos accendit: ita Græcus propria manu lampadem à se in Altari reponendam & accendendam, præparat: cuius reconditum sensum refert Symeon Thessalonicensis. λυχνίαν δὲ ἀνάψας ταῖς χερσὶ δι' ἐλαίου, τῆς ἱερᾶς ἄνωθεν τραπέζης, εἰς τιμὴν αὐτῆς τίθησιν, ἐπεὶ θυσιαστήριον Χριστοῦ γέγονε, καὶ ὅτι τὴν ἐκκλησίαν εἰκονίζει Χριστοῦ τῷ φωτὶ τῆς χάριτος καταλάμπουσαν, καὶ τοῦτο τὸ φῶς χορηγοῦσαν τῷ κόσμῳ. *Manibus vero suis super sacra mensa lampadem accensam, in eius honorem deponit, eo quod Christi altare est, & Ecclesiam gratia lumine coruscantem, lumenque illud mundo suppeditantem, præfigurat.*

26 Επιτρέπει εἰσαγαγεῖν κανδήλας καὶ κηρούς.] Permittit idem Ecclesia Latina, cuius rubrica ita loquitur. *Interim ornatur Ecclesia, & luminaria super altari, & credentia, atque alibi vbi placuerit, accenduntur.* Quot autem luminum generibus vtantur Græci, Græcorum rituum memoratus interpres ita aperit. τί τὰ πολύφωτα καὶ δωδεκάφωτα, καὶ τρίφωτα, καὶ τὰ λοιπὰ ἀναπτόμενα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ; *quid multiplex luminum ordo, vel duodecim cerei, vel trifurcus, vel reliqui in Ecclesia accendendi significant?* ὡς ἐν οὐρανῷ τῷ ὁρωμένῳ τῷ ναῷ δηλαδὴ, οἱ ἀστέρες τὰ φωτὰ αἰωροῦνται καὶ ὁ κύκλος τῶν φώτων τὸ στερέωμα ὑπεμφαίνων, καὶ τὰς ζώνας τῶν πλανητῶν, καὶ τὰ ἕτερα φωτοδόχα αἰωροῦνται σκεύη· τὰ μὲν τριλαμπῆ διὰ τὴν τριάδα, ὡς καὶ τὰ τρικήρια· τὰ δὲ ἑπτάλυχνα, διὰ τῶν χαρισμάτων τὸν ἀριθμόν· τὰ δὲ δωδεκάφωτα, διὰ τὴν τῶν Αποστόλων χορείαν· καὶ ὃ μέσον ἐν ἵσταται ὑψηλὸν φῶς, εἰς τύπον τοῦ μεγάλου φωτὸς τοῦ Χριστοῦ Ιησοῦ· τὸ δὲ τὸ διπλοῦν τὸ διφυὲς αὐτοῦ δηλοῦσι, καὶ φῶτα μυρία, ἃ τὸ ἑνιαῖον τῆς τριάδος δηλοῦσι, ἢ τὸν ἁγίων τινὰ, πρὸς ὃν ἀπεφήνατο. φῶς γὰρ κατὰ μετοχὴν, καὶ τῶν ἁγίων ἕκαστος. *Velut in cœlo, in visibili scilicet templo, lumina, velut stellæ, sublimia coruscant. Et Corona quidem siue luminum Circulus* (coram sancta mensa in sanctuario suspendendus) *firmamentum; planetarumque zonas alia insigera subindicant vasa, quorum quædam trifulgida*

sunt, velut tricipites cerei (ab Antistite in liturgia tenendi) *alia septilucernaria* (vt lampadum septenarium, πολυέλεος dictum, & in medio Ecclesiæ ex eius fornice dependens) *propter gratiarum numerum: alia iterum duodenaria sunt* (qualis est ille cereorum ordo in transuersis Altaris cancellis affixus) *propter Apostolorum* (ibidem sæpius depictorum) *chorum, eorumque medius quidam sublimior est, in magni luminis Christi Iesu signum. Est quoque cereus alius biceps* (à præsule etiam in missa gerendus) *duplicem Christi naturam exhibens: sunt & vnica alia, Trinitatis vnitatem referentia aut sanctorum vnum quemlibet, coram quo fixa ardent.* Lumen enim est, per participationem sanctorum vnusquisque. Vide Onomasticon in verbis nuper adductis: & Thessalonicensem eundem fol. 217.

27 Αἴρει τὰ λείψανα.[E pristina sede, seu templo, in recens dedicatum inducuntur solemniter reliquiæ, tum vt nouum templum nouis quoque patrociniis protegatur, scribit Guillelmus Durandus lib. 1. cap. 4. & velut è domo Obededom cælesti benedictionum imbre inundata, bonorum etiam spiritualium stillæ domum Dauid irrigent, & fœlicem reddant: tum insuper vt author sæpius citatus: ὅτι οἱ μὲν ἅγιοι εἰσιν ἀεὶ μετὰ τοῦ θεοῦ, γίνονται δὲ καὶ καθ' ἡμῶν καθὰ ὁ Χριστὸς, καὶ ἐγκαινιζομένης τῆς αὐτοῦ χάριτος ἐν ἡμῖν καὶ οὗτοι σὺν ἡμῖν γίνονται καὶ ὥσπερ κατὰ διαδοχὴν ἡ χάρις πρὸς ἡμᾶς ὡς ἀπὸ τοῦ σωτῆρος διὰ τῶν ἀποστόλων καὶ τῆς διαδοχῆς αὐτῶν ἄχρις ἡμῶν ἔρχεται. *Quia sancti quidem iugiter cum Deo versantur, adsunt vero nobis sicut & Christus innouata ipsius in nobis gratia, ipsique pariter nobiscum degunt: & velut successiue à Saluatore per Apostolos & eorum successores ad nos gratia defluit.* Idem quoque superius fol. 216.

28 Ἄρατε πύλας.) Symeon. κλεῖσις τε καὶ ἡ ἄνοιξις τῶν θείων θυρῶν τὴν εἰς οὐρανὸν εἴσοδον, καὶ τὰ πραχθέντα τοῖς ἀγγέλοις ἐπὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ ἀναλήψει σημαίνει. *Obseratio & reclusio sanctarum valuarum sanctorum in cœlum ingressum, & quæ acta sunt ab Angelis in Christi Ascensione significat.* Plura in hanc mentem Durandus lib. 1. capite 6. & Durantius c. 24. & Thessalonicensis idem supra fol. 216.

29 Ἀποτίθησι τὰ ἅγια λείψανα μετὰ δίσκου. Cur in sacro disco repositas capite supposito deportet Pontifex reliquias, & in ipso Christi throno Altari nempe, collocet: explicat Thessalonicensis Doctor. Ὅτι ἡγιασμένα εἰσὶ τὰ λείψανα, καὶ μέλη Χριστοῦ, καὶ θυσιαστήρια, ὡς τεθυμένα ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ εἰς ἱερώτατον ἐμβάλλονται δίσκον, ὅτι τῆς ἴσης μετέχουσι τῷ δεσπότῃ τιμῆς ὑπὲρ αὐτοῦ διηγωνισμένοι, καὶ ἐπὶ καθιερωμένης τραπέζης τίθενται, ἐπεὶ συναπέθανον τῷ Χριστῷ, καὶ τῷ θείῳ τῆς αὐτοῦ δόξης θρόνῳ τυγχάνουσι παριστάμενοι· διὰ τοῦτο καὶ ἐπὶ κεφαλῆς μετὰ τοῦ δίσκου ὁ ἀρχιερεὺς αἴρει ταῦτα, ὡς αὐτὰ δὴ τὰ θεῖα μυστήρια τοῦ δεσπότου σῶμα καὶ αἷμα. εἰ γὰρ πρὸς πάντας πιστοὺς τοῦτο Παῦλός φησιν· ὑμεῖς ἐστε σῶμα Χριστοῦ καὶ μέλη ἔσονται οἱ ὑπὲρ τῆς δόξης τούτου ἠγωνισμένοι, καὶ τὸν θάνατον αὐτοῦ μιμησάμενοι. *Sanctificatæ sunt reliquiæ, membra Christi sunt sancti, & eius altaria, & vt pote eiusdem hostiæ, in sacratissimo reponuntur Disco, quia æqualis cum Domino consortes sunt gloriæ, pro eo præliati, & in dedicata mensa recumbunt, quandoquidem cōmortui sunt Christo & diuino gloriæ eius throno astant: propterea que in capite cum Disco reliquias attollit Pontifex, vt & diuina mysteria corpus & sanguinem Domini. Sic namque fidelibus cunctis edicit Paulus: Vos estis corpus Christi, & membra vtique eius erunt, qui pro eo decertauerunt, & eius mortem sunt imitati.*

30 Εἰς ἡτοιμασμένην ἀποτίθενται θήκην.] Sub altari audiuit Ioannes in Apocalypsi sanctorum animas clamantes, quia iam in Ecclesiis sub altaribus sedem repererant eorum corpora, vel ex Apostolico instituto, vel ex Christianorum pia consuetudine, qua sacris Conuentibus circa Martyrum sepulchra primo celebratis, eadem sepulchra, in Christi altaria sunt immutata, & quælibet altaria substratis sanctorum reliquiis deinceps Consecrata.

31 Μύρον τούτοις τοῦ ἀρχιερέως ἐπιχέοντος.] Tabulæ, cui in altaris sepulchro superponuntur reliquiæ, Chrisma Latini infundunt, vt exemplis sanctorum charitas sacro vnguento signata, in cordis nostris accendatur, ait Durandus lib. 1. cap. 25. Rectius Ecclesiæ Græcæ (quæ reliquias ipsas Chrismate superinfuso irrigat) mentem videtur attigisse Symeon: τὰ λείψανα, inquit, ἐν γλωσσοκόμῳ ἀργυρῷ, ἢ χαλκῷ ἢ λιθίνῳ ἐντίθενται καὶ μύρον αὐτοῖς θεῖον ἐκχεῖται ἡνωμένοι γὰρ εἰσι Χριστῷ τῷ θεῷ τῷ ἀληθινῷ μύρῳ, καὶ τῆς εὐωδίας τῆς χάριτος οἱ μάρτυρες ἔμπλεοι· καὶ τὸν ἐνταφιασμὸν τοῦ Χριστοῦ δηλοῦσιν, ἐπεὶ καὶ ὑπὸ τὸν τάφον Χριστοῦ, τὴν ἱερὰν τράπεζαν, ὡς θαπτόμενοι συνάμα κατατίθενται. *Reliquiæ in loculo argenteo æreo aut lapideo reconduntur, illisque sacrum vnguentum infunditur: coniuncti sunt enim Christo Deo vnguento vero, & odore gratiæ Martyres pleni sunt; sepulturamque Christi manifestant: sub sepulchro siquidem Christi, sacra nempe mensa, cum eo sepulti sunt.* Τίθενται δὲ subdit inferius, ὑποκάτωθεν τῆς τραπέζης, ἐν κιβωτίῳ ἐντὸς, μέσον τῶν δύο κιόνων τῶν πρὸς ἀνατολὰς ἱσταμένων, ἐπεὶ καὶ στῦλοι οὗτοι τῆς πίστεως, καὶ ὑποστηρίξαντες τὴν ἐκκλησίαν τῇ ὁμολογίᾳ τε καὶ τοῖς αἵμασι καὶ τὸν ἀνέσπερον Χριστὸν ἐκμιμησάμενοι καὶ ζηλώσαντες. *Subtus mensam vero reponuntur intra thecam, in duarum columnarum ad orientem vergentium medio, columnæ siquidem & ipsi fidei sunt, & confessione sua & sanguine, Christum occasus expertem æmulati & imitati, suffulcierunt Ecclesiam.*

32 Γίνεται λειτουργία.] Iuxta Euaristi Papæ decretum quod & Vigilius confirmauit epist. ad Eleutherium, Basilicas omnes non sine missæ sacrificio, Consecrari præcipientis. Durantus lib. 1. cap. 24. & Pontificale Romanum. Incipit autem missa iuxta ritum Orientalem in veteri Ecclesia ἄχρι τῆς πρώτης εἰσόδου. eo quod ex ea in nouam reliquiis asportatis deriuat sanctificatio, scribit Symeon Thessal. ποιεῖ δὲ ὁ μὲν λειτουργῶν εἴσοδον εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον, καὶ τὰ τῆς λειτουργίας ἐκτελεῖ. *Tunc autem Pontifex ingressum facit in nouæ Ecclesiæ altare, & missam perficit.*

33 Μέχρι δὲ συμπληρώσεως.] Breuiori nusquam dierum spatio, sicut nec religione minori, quam Iudaica obseruantia Templum gratiæ lex Ecclesias suas Consecrat: sacras itaque in eis hostias immolat καθ' ἡμέραν ait Simeon, ἄχρι τῶν ἑπτὰ, διὰ τὰς τοῦ πνεύματος χάριτας, εἰς δόξαν αὐτοῦ τὸν ναὸν κατοικήσαντος, καὶ εἰς τὸ διηνεκὲς κατοικήσοντος. *Singulis diebus ad septimam vsque, propter septenas Spiritus gratias, in gloriam incolæ templi, & in perpetuum ibidem habitaturi.* Ceu recenter dedicatæ, ita receptæ Martyropoleos celebrem lætitiam & festiuitatem septē diebus à Domitiano Pontifice productā refert Simocatta his verbis li. 4. ὁ ἱερεὺς τῆς σωτηρίας τὴν ἑορτὴν ἐγκαινίζει τῆς πόλεως, καὶ σφαγιάσας τὸν ἄρτον, τόν τε οἶνον ἱερουργήσας, τοῖς θεανδρικοῖς μυστηρίοις τὸ συνεληλυθὸς τῇ μεταλήψει ἡγίαζε· καὶ οὕτω που ἡ πόλις ἡμέρας ἑπτὰ ταῖς θυμηδίαις καθηορτάζετο. *Episcopus partæ salutis ciuitati festum diem instaurans, pane immolato, vinoque consecrato ritu solemni, mysteriis Dei hominisque conuentum Ecclesiæ per communionem sanctificabat. Et hunc in modum ciuitas dies septem cum oblectamento inferiis consumpsit* De septenario die-

rum numero post celebritatem aliquam agendo vberius alibi.

34 Ἐπιγράφοντι.] Antiquum morem, Dedicationis inscriptionem ipsis Ecclesiis insculpendi, etiam ipse Deus characteribus miraculose in fano idolorum exaratis, eiusque Consecrationem ab Aurelio Episcopo Carthaginensi perficiendam, non tam prædicentibus, quam velut præteritam enarrantibus, confirmauit, hæcque verba in dicti fani superliminari incidit: *Aurelius Episcopus dedicauit* Miraculo testem se fuisse Prosper Aquitanicus scripsit lib. de promissionibus & prædictionibus parte 3. promisso 38.

Lecto diffuso hoc dedicationis officio, breue satis, licet obscurum Balsamonis dictum illustratur, quo ait: *διαφορὰ μεγάλη ἐστὶν ἐκκλησιῶν καθιερωθεισῶν διὰ ἐγκαινίων, ἀνοίξεων, καὶ ἐνθρονιασμοῦ, χρίσματός τε τοῦ ἁγίου μύρου καὶ ἀποθέσεως λειψάνων μαρτυρικῶν· καὶ τῶν μὴ οὕτως ἁγιασθεισῶν, καὶ εὐκτηρίου τόπον ἐχουσῶν. Discrimen non modicum est inter Ecclesias Consecratas per Encania* (cum Altare propriis orationibus initiatur, & sacrificio in eo perficiendo proxime deputatur & sanctificatur) *Apertiones*, (cum reliquiis in Ecclesiam allatis populo preces facturo ingressus libere permittitur) *& inthronizationem* (Altaris nempe in columnis stabilem positionem, vel Euangelij Christi regis vicem obtinentis, vel denique reliquiarum sub altari locationem honore, colendam, vel denique Episcopi in Throno sessionem, de qua tum vbi de Consecratione Antimensiorum, tum alibi) *sanctique Vnguenti Vnctionem*, (in altari & columnis) *& sanctarum Martyrum reliquiarum depositionem*, & eas quæ ita sanctificatæ non sunt, & Oratorij solummodo dignitatem obtinent; in quibus sola fundamentorum benedictio præcessit.

Quia vero perfecta Ecclesiæ dedicatione, vasa eius & suppellex cuncta, Consecranda se offerunt, illustrato iam priori officio, alia quædam calici, patenæ, & imaginibus cultui diuino applicandis accommoda, ex Allatiano Pontificali Euchologio, in quo solo legenda occurrerunt, curiosæ Lectorum auiditatis sedandæ gratia, libet hic ad longum transcribere, & publici facere iuris.

OFFICIVM IN ENCÆNIIS SIVE CONSECRATIONE Patenæ, & Calicis noui.

Dicit *Pontifex*. Benedictum regnum, Patris, & Filii, & Spiritus sancti. *Et incipit Pontifex dicens.*

In pace Dominum precemur.
Pro superna.
Pro pace totius.
Pro sancta hoc domo.
Pro Episcopo.
Pro pientissimis.
Vt cum eis prælietur.
Pro ciuitate.
Pro temperie aëris.
Pro nauigantibus.
Vt liberemur.
Sanctissimæ.

Et Pontifex dicit.

Quia conuenit tibi omnis gloria.

Mox illa sancto perungit Vnguento.

Cum vero fuerint uncta, & sanctificata: dicit Pontifex hanc orationem.

Pax omnibus. Dominum precemur.

Dominator Domine Deus noster, Fili & verbum Dei viuentis, Domine Iesu Christe, qui noui tui testamenti calicem sanctifi-

ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ ΕΙΣ ΕΓΚΑΙΝΙΑ ΔΙΣΚΟΥ καὶ ποτηρίου καινοῦ.

Λέγει ὁ ἀρχιερεύς. Εὐλογημένη ἡ βασιλεία τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. Καὶ ἄρχεται ὁ ἀρχιερεὺς λέγων.

Ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.
Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν.
Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ συμ.
Ὑπὲρ τοῦ ἁγίου οἴκου.
Ὑπὲρ τοῦ ἐπισκόπου.
Ὑπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων.
Ὑπὲρ τοῦ συμπολεμῆσαι.
Ὑπὲρ τῆς πόλεως.
Ὑπὲρ εὐκρασίας ἀέρων.
Ὑπὲρ πλεόντων.
Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι.
Τῆς παναγίας.

Καὶ ὁ ἀρχιερεὺς λέγει.

Ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα.

Εἶτα χρίει αὐτὰ τῷ ἁγίῳ μύρῳ. Καὶ μετὰ τὸ χρισθῆναι καὶ ἁγιασθῆναι, λέγει ὁ ἀρχιερεὺς τὴν εὐχὴν ταύτην.

Εἰρήνη πᾶσι. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, υἱὲ καὶ λόγε τοῦ θεοῦ ζῶντος, κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ τὸ ποτήριον τῆς καινῆς σου διαθήκης ἁγιάσας, καὶ ἐπιδοὺς

αὐτὸ εἰς εὐφροσύνην πᾶσι τοῖς μεταλαμβάνουσιν ἐξ αὐτοῦ. αὐτὸς καὶ νῦν δέσποτα Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, ἐξαπόστειλον τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον ἐπὶ τὸ ποτήριον τὸ καινὸν τοῦτο, καὶ εὐλόγησον, καὶ ἁγίασον, καὶ τελείωσον· καὶ τοῖς μετέχουσιν ἐξ αὐτοῦ παράσχου τὴν εἰρήνην, τὴν ἀγάπην, καὶ τὴν ὁμόνοιαν, ἥ τις οὐδέποτε ἐκπίπτει. Σὺ γὰρ εἶ ὁ ἁγιασμὸς ἡμῶν, καὶ ὁ φωτισμὸς, Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν· σὺν τῷ ἀνάρχῳ πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Καὶ σφραγίζει αὐτὰ τῇ χειρὶ λέγων. Ἰδοὺ ἡγίασται καὶ τετελείωται τὸ ποτήριον σωτηρίας, καὶ ὁ δίσκος ζωῆς τῆς καινῆς διαθήκης· ἐν ὀνόματι, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Καὶ γίνεται τελεία ἀπόλυσις.

casti, & in lætitiam cunctis eius futuris consortibus contulisti: Ipse quoq; nūc, Domine Christe Deus noster, Spiritum sanctum tuum super calicem hunc nouum mitte, & benedic, sanctifica, & consecra illud: & pacem, charitatem, concordiamque quæ nūquam excidit, cunctis ex eo participibus præbe. Tu enim es sanctificatio & illuminatio nostra, Christe Deus noster, & tibi gloriam referimus: cum pricipii experte tuo Patre, & sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Et signat illa manu dicens. Ecce sanctificatus, & consecratus est Calix salutis, & Discus vitæ noui testamenti, in nomine Patris, & Filii, & sancti Spiritus: nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

Et fit integra dimissio.

Ἑτέρα ἀκολουθία εἰς ἐγκαίνια δίσκου καὶ ποτηρίου, καινῶν καὶ ἀθίκτων.

Aliud Officium pro Consecratione Patenæ & Calicis, nouorum & intactorum.

Εἰρήνη πᾶσι. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Καταπέμψον κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ἐπὶ τὸν δίσκον τοῦτον τῇ ἁγιαστικῇ σου δυνάμει τοῦ παναγίου πνεύματος, ἵνα ἐν αὐτῷ σφαγιάσωμεν τὸν ἀμνὸν καὶ προσφέρωμεν τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ σου, τοῦ αἴροντος τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, τὸ διαδιδόμενον τοῖς πιστοῖς, ὅπως μετάβασιν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωήν. εὐδοκίᾳ, καὶ τῇ σῇ ἀγαθότητι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ἐπίπεμψον κύριε ἐπὶ τὸ ποτήριον τοῦτο ἐκ τῶν ἀπεριγράπτων σου κόλπων τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, τὸ κύριον, καὶ ζωοποιόν· ἵνα προσφέρωμεν ἐν τούτῳ τὸ αἷμα σου τὸ τίμιον δι᾽ οὗ ἐξέχεας ἔλεος, ἐπὶ τῷ σῷ ποιμνίῳ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτημάτων τοῖς πιστεύουσι, καὶ ὁμολογοῦσι τὰ παθήματά σου. Ὅτι σὺ εἶ ὁ δοτὴρ τῆς χάριτος, καὶ σοὶ πρέπει δόξα σὺν τῷ πατρί σου, καὶ τῷ ζωοποιῷ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εἶτα χρίει τὸ ἅγιον μύρον λέγων.

Εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Pax omnibus. Dominum precemur.

Emitte Domine Deus noster, super Patenā istam, (siue Discū) sanctissimi tui Spiritus virtutem sacra operantem, vt in ea Agnum immolemus, & Christi tui peccatum mundi tollentis corpus fidelibus ex morte ad vitam transituris traditum offeramus. Beneplacito & pietate tua: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Dominum precemur.

Expande Domine super Calicem istum de incircumscriptis finibus tuis, Spiritum tuum sanctum, Spiritum veritatis, principalē & viuificum: vt in eo sāguinem pretiosū per quē super ouile tuum, misericordiam effudisti, offeramus, in remissionem peccatorum credentibus & passionem tuam confitentibus. Quia tu es gratiæ largitor, & tibi conuenit gloria cum Patre tuo, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Deinde sancto Vnguento linit dicens.

In nomine Patris, & Filii, & sancti Spiritus: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Et dicit. Ecce sanctissimi altaris sacra Patena, cum sancto Calice sanctificata & consecrata est, Patris opera, vnigeniti Filii eius beneplacito, & sanctissimi Spiritus obumbratione & aduentu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Καὶ λέγει. Ἰδοὺ ἡγίασται καὶ τετελείωται ὁ ἅγιος δίσκος σὺν τῷ ἁγίῳ ποτηρίῳ τοῦ ἁγίου σου θυσιαστηρίου, τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ πατρὸς, καὶ τῇ εὐδοκίᾳ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ υἱοῦ, καὶ τῇ ἐπισκιάσει, καὶ τῇ ἐπιφοιτήσει τοῦ παναγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων ἀμήν.

ORATIO QVAM DICIT PONTIFEX SVPER depicta noua imagine.

Linit eam sacro unguento in quatuor partibus, & precatur hoc pacto.

Pax omnibus.

Dominum precemur.

Domine Rex noster omnipotens, Pater Domini nostri & Saluatoris Iesu Christi, qui Moysem seruum tuum vt Cherubim imaginẽ in sacrato tuo tabernaculo effingeret, iussisti: vnde nos quoque Domine sanctas imagines in eorum memoriam componere accepimus. Rogamus itaque te, Rex noster, vt super hanc sanctam imaginem sancti tui Spiritus gratiam & Angelum tuum mittas, vt coram oraturo, fiat in precum complementum: Gratia & misericordia & humanitate vnigeniti Filii tui clementis Domini & Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi.

Exclamatio.

Quia conuenit tibi gloria, honor, & adoratio: Patri, & Filio, & sancto Spiritui, &c.

ΕΥΧΗ ΗΝ ΛΕΓΕΙ Ο ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΕΠΙ ἱστορηθεῖσαν καινὴν εἰκόνα.

Χρίει αὐτὴν τῷ ἁγίῳ μύρῳ, ἐν τοῖς τέσσαρσι μέρεσι· καὶ οὕτως εὔχεται·

Εἰρήνη πᾶσι. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Κύριε βασιλεῦ ἡμῶν παντοκράτορ, ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ ὁρίσας τὸν δοῦλόν σου Μωϋσῆν, ἵνα ἱστορήσῃ τὴν εἰκόνα τῶν Χερουβὶμ εἰς τὴν σκηνὴν τὴν ἁγίαν· καὶ ἡμεῖς κύριε οὕτως ἐλάβομεν εἰκόνα ἁγίαν εἰς μνήμην αὐτῶν· δεόμεθά σου βασιλεῦ ἡμῶν τοῦ ἀποστεῖλαι τὴν χάριν τοῦ ἁγίου σου πνεύματος, καὶ τὸν ἄγγελόν σου ἐπὶ τὴν εἰκόνα ταύτην τὴν ἁγίαν· ἵνα γένηται (εἰς αὐτὴν εἴ τις δεηθῇ) εἰς ἐκπλήρωσιν τῆς δεήσεως αὐτοῦ, διὰ τῆς χάριτος, καὶ ἐλεημοσύνης, καὶ στοργῆς τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, καὶ φιλανθρώπου κυρίου καὶ θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Ἐκφώνησις.

Ὅτι σοὶ πρέπει τιμὴ, καὶ προσκύνησις τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι. καὶ τὰ ἑξῆς.

IN ORATIONEM QVAM DICIT PONTIFEX SVPER depicta noua imagine. Notæ.

Benedictionem similem sine Chrismatis Vnctione, continent Latina sacramentaria præsertim id quo Prædicatorum Ordo vtitur, sicut & Pontificale Romanum, quamuis præ nimia incuria antiquato benedictionum huiusmodi vsu, soli iam libri penes se, illas sibi asseruent & retineant.

AKO-

a ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ ΤΗΣ ΚΟΙΝΗΣ ΠΑΡΑΚΛΗΣΕΩΣ.

Εὐλογήσαντος τοῦ ἱερέως ἀρχόμεθα τό. Κύριε εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου. Δόξα καὶ νῦν. Θεὸς κύριος καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν, μετὰ τῶν στίχων. Εἶτα τροπάριον τῆς θεοτόκου.

Τῇ θεοτόκῳ ἐκτενῶς νῦν προσδράμωμεν ἁμαρτωλοὶ, καὶ ταπεινοί, καὶ προσπέσωμεν ἐν μετανοίᾳ κράζοντες ἐκ βάθους ψυχῆς. Δέσποινα βοήθησον ἐφ' ἡμῖν σπλαγχνισθεῖσα, σπεῦσον ἀπολλύμεθα ἀπὸ πλήθους πταισμάτων. μὴ ἀποστρέψῃς σοὺς δούλους κενούς. σὲ γὰρ μόνην ἐλπίδα κεκτήμεθα. Δίς.

Οὐ σιωπήσωμέν ποτε, θεοτόκε, τὰς δυναστείας σου λαλεῖν οἱ ἀνάξιοι, εἰ μὴ γὰρ σὺ προΐστασο πρεσβεύουσα τίς ἡμᾶς ἐρρύσατο ἐκ τοσούτων κινδύνων; τίς δὲ διεφύλαξεν ἕως νῦν ἐλευθέρους; οὐκ ἀποστῶμεν δέσποινα ἐκ σοῦ, σοὺς γὰρ δούλους σῴζεις ἀεὶ ἐκ παντοίων δεινῶν.

Ἅπαξ. Εἶτα τὸν ν'. καὶ μετὰ τὸν πεντηκοστὸν, ἀρχόμεθα τοῦ κανόνος τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου ἄνευ τῶν εἱρμῶν.

Ὠδὴ α'. ἦχος πλ. β.

Ὑγρὰν διοδεύσας.

Ὑπεραγία θεοτόκε σῶσον ἡμᾶς.

Πολλοῖς συνεχόμενος πειρασμοῖς, πρὸς σὲ καταφεύγω σωτηρίαν ἐπιζητῶν. ὦ μῆτερ τοῦ λόγου, καὶ παρθένε, τῶν δυσχερῶν καὶ δεινῶν με διάσωσον.

Ὑπεραγία θεοτόκε σῶσον ἡμᾶς.

Παθῶν με ταράττουσι προσβολαί, πολλῆς ἀθυμίας ἐμπιπλῶσαί μου τὴν ψυχήν. εἰρήνευσον, κόρη, τῇ γαλήνῃ τῇ τοῦ υἱοῦ καὶ θεοῦ σου πανάμωμε. Δόξα.

Σωτῆρα τεκοῦσάν σε καὶ θεὸν, δυσωπῶ, παρθένε, λυτρωθῆναί με τῶν δεινῶν. σοὶ γὰρ νῦν προσφεύγων ἀνατείνω καὶ τὴν ψυχὴν, καὶ τὴν διάνοιαν. Καὶ νῦν.

Νοσοῦντα τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν, ἐπισκοπῆς θείας καὶ προνοίας τῆς παρὰ σοῦ ἀξίωσον, μόνη θεομῆτορ, ὡς ἀγαθὴ ἀγαθοῦ τε λοχεύτρια.

COMMVNIS SVPPLICATIONIS Officium.

Benedictionem præmittente Sacerdote, incipimus psalmum. Domine exaudi orationem meam. Gloria. Et nunc. Deus Dominus & illuxit nobis. *Cum Versibus. Deinde Deiparæ Modulos.*

Ad Deiparam festinè peccatores properemus, & humiles ex imo pectore clamantes, ei procidamus. Adiuua Domina, super nos misericordia mota, accelera, à peccatorum nostrorum multitudine perimus Ne vacuos auertas famulos tuos: te namque solam fiduciam nostram possidemus.

Bis dicitur.

Nunquam desistemus licet indigni potentiam tuam eloqui, Deipara, nisi enim protectrix adesses, quis nos tantis liberaret periculis? quis vsque nunc liberos præseruasset? A te non recedimus, Domina, tuos enim famulos ab omni calamitate eripis. *Dicitur semel.*

Et deinde psalmus quinquagesimus. Quo expleto: absque tractibus sanctissimæ Deiparæ Canonem incipimus.

Canticum primum. Tonus obliquus sec.

Humidam peragrans.

Sanctissima Deipara salua nos.

Multis tentationibus obsessus, ad te, salutem requirens confugio: ô mater Verbi & Virgo, à malis & angustiis istis me præserua.

Sanctissima Deipara salua nos.

Impulsus me passionum turbant, multaque diffidentia animam meam obruunt: redde, Virgo incorrupta, tranquillitatem, filii ac Dei tui clementia. Gloria.

Virgo Saluatorem ac Deum enixa, his malis me eximi deposco: ad te namque confugiens, animam mentemque dirigo.

Et nunc.

Corpore & anima laborantem, diuina visitatione curaque tua, me solare, sola Dei mater, vt clemens, clementemque Deum enixa.

Canticum tertium. Cœlestis fornicis.

Propugnaculū,& protectionem animæ meæ te constituo, Dei genitrix Virgo, ad tuum me portum deducito, bonorum origo, fidelium fiducia, sola clemens.

Sanctissima Deipara salua nos.

Rogo te ô Virgo, animæ tumultum & diffidētiæ procellā in me disperge tu namque tranquillitatis authorem Christum peperisti, Dei sponsa, à Deo beanda. Gloria.

Benefactorem, bonorumque omnium authorem, quæ mundo edidisti, bonorum diuitias super nos à te profunde: omnia namque potes, quæ potentem in virtute Christum peperisti, sola illibata. Et nunc.

Acerbis infirmitatibus intolerādisq; doloribus afflicto mihi, ô Virgo, succurre: indeficientem enim & inconsumptam medelarum penum te agnosco, illibata.

Famulos tuos à periculis serua, Deipara, ad te namque velut ad inconuulsum murum, firmumque asylum, post Deum confugimus.

Grauem corporis mei molestiam clemēter respice Deipara celebranda, & animæ meæ languori medelam præbe.

Deinde memoriam habet Sacerdos eorum pro quibus supplicatio instituta est, & ter quinquies, Domine miserere, *canitur. Mox Sacerdos subiungit.* Quia misericors &c. *Et confestim modulū. Tono* 2.

Feruens intercessio, murus inexpugnatus, misericordiæ fons, mundi refugium, ad te intense clamamus: accelera domina, & à periculis nos libera, quæ citam opem ferre nouisti.

Canticum quartum. Audiui Domine.

Passionum mearum agitationem, & procellam delictorum meorum compone, Dei sponsa, gubernatorem Christum enixa.

Sanctissima Deipara salua nos.

Clementiæ abyssum inuocanti mihi pande, quæ clementem & Saluatorem omnium, te celebrantium, peperisti.

Gloria.

Tuis donis gaudentes hymnum tibi in gratiarum actionem concinimus, qui te Dei matrem, ô pura, profitemur. Et nunc.

Spem, & firmamentum inconcussumque salutis murum te, ô celebranda, nacti, omni molestia liberamur.

Ὠδὴ γ'. Οὐρανίας ἁψῖδος.

Προστασίαν καὶ σκέπην ζωῆς ἐμῆς τίθημί σε, θεογεννῆτορ παρθένε, σύ με κυβέρνησον πρὸς τὸν λιμένα σου, τῶν ἀγαθῶν ἡ αἰτία, τῶν πιστῶν τὸ στήριγμα, μόνε φιλάνθρωπε.

Ὑπεραγία θεοτόκε σῶσον ἡμᾶς.

Ἱκετεύω παρθένε τὸν ψυχικὸν τάραχον, καὶ τῆς ἀθυμίας τὴν ζάλην διασκεδάσαι μου. σὺ γὰρ θεόνυμφε, τὸν ἀρχηγὸν τῆς γαλήνης τὸν Χριστὸν ἐκύησας, θεομακάριστε. Δόξα.

Εὐεργέτην τεκοῦσα, τὸν τῶν καλῶν αἴτιον, τῆς εὐεργεσίας τὸν πλοῦτον πᾶσιν ἀνάβλυσον. πάντα γὰρ δύνασαι, ὡς δυνατὸν ἐν ἰσχύϊ Χριστὸν κυήσασα, μόνη πανάχραντε.

Καὶ νῦν.

Χαλεπαῖς ἀρρωστίαις καὶ νοσεροῖς πάθεσιν, ἐξεταζομένῳ παρθένε, σύ μοι βοήθησον. τῶν ἰαμάτων γὰρ ἀνελλιπῆ σε γινώσκω θησαυρόν, πανάμωμε, τὸν ἀδαπάνητον.

Διάσωσον ἀπὸ κινδύνων τοὺς δούλους σου, θεοτόκε, ὅτι πάντες μετὰ θεὸν εἰς σὲ καταφεύγομεν, ὡς ἄρρηκτον τεῖχος καὶ προστασίαν.

Ἐπίβλεψον ἐν εὐμενείᾳ, πανύμνητε θεοτόκε, ἐπὶ τὴν ἐμὴν χαλεπὴν τοῦ σώματος κάκωσιν, καὶ ἴασαι τῆς ψυχῆς μου τὸ ἄλγος.

Εἶτα μνημονεύει ὁ ἱερεὺς δι' ὧν ἡ παράκλησις γίνεται, καὶ ψάλλομεν τὸ, κύριε ἐλέησον ιε'. ὁ ἱερεὺς, ὅτι ἐλεήμων, καὶ εὐθὺς λέγομεν τὸ κοντάκιον, ἦχος β'.

Πρεσβεία θερμὴ, καὶ τεῖχος ἀπροσμάχητον, ἐλέους πηγὴ, τοῦ κόσμου καταφύγιον, ἐκτενῶς βοῶμέν σοι, θεοτόκε δέσποινα πρόφθασον, καὶ ἐκ κινδύνων λύτρωσαι ἡμᾶς, ἡ μόνη ταχέως προστατεύουσα.

Ὠδὴ δ'. Εἰσακήκοα. κύριε.

Τῶν παθῶν μου τὸν τάραχον, ἡ τὸν κυβερνήτην τεκοῦσα κύριον, καὶ τὸν κλύδωνα κατεύνασον τῶν ἐμῶν πταισμάτων, θεονύμφευτε.

Ὑπεραγία θεοτόκε σῶσον ἡμᾶς.

Εὐσπλαγχνίας τὴν ἄβυσσον ἐπικαλουμένῳ τῆς σῆς παράσχου μοι, ἡ τὸν εὔσπλαγχνον κυήσασα καὶ σωτῆρα πάντων τῶν ὑμνούντων σε.

Δόξα.

Ἀπολαύοντες, πανάγνε, τῶν σῶν χαρισμάτων, σοὶ χαριστήριον ἀναμέλπομεν ἐφύμνιον, οἱ γινώσκοντες σε θεομήτορα. Καὶ νῦν.

Οἱ ἐλπίδα καὶ στήριγμα καὶ τῆς σωτηρίας τεῖχος ἀκράδαντον κεκτημένοι σε, πανύμνητε, δυσχερείας πάσης ἐκλυτρούμεθα.

Ωδὴ ε'. Φώτισον ἡμᾶς.

Ἐμπλησον ἁγνὴ εὐφροσύνης, τὴν ζωὴν ἡμῶν, τὴν σὴν ἀκήρατον διδοῦσα χαρὰν τῆς εὐφροσύνης, ἡ γεννήσασα τὸ αἴτιον.

Ὑπεραγία θεοτόκε σῶσον ἡμᾶς.

Λύτρωσαι ἡμᾶς ἐκ κινδύνων, θεοτόκε ἁγνὴ, ἡ αἰωνίαν τεκοῦσα λύτρωσιν, καὶ τὴν εἰρήνην τὴν πάντα νοῦν ὑπερέχουσαν. Δόξα.

Λῦσον τὴν ἀχλὺν τῶν πταισμάτων μου, θεόνυμφε, τῷ φωτισμῷ τῆς σῆς λαμπρότητος, ἡ φῶς τεκοῦσα τὸ θεῖον καὶ προαιώνιον.

Καὶ νῦν.

Ἴασαι ἁγνὴ τῆς ψυχῆς μου τὴν ἀσθένειαν, ἐπισκοπῆς σου ἀξιώσασα, καὶ τὴν ὑγείαν ταῖς πρεσβείαις σου παράσχου μοι.

Ωδὴ ς'. Τὴν δέησιν ἐκχεῶ πρὸς κύριον.

Θανάτου καὶ τῆς φθορᾶς ὡς ἔσωκεν ἑαυτὸν ἐκδεδωκὼς τῷ θανάτῳ τὴν τῇ φθορᾷ καὶ θανάτῳ μου φύσιν κατασχεθεῖσαν, παρθένε, δυσώπησον τὸν κύριόν σου καὶ υἱὸν, τῆς ἐχθρῶν κακουργίας με ῥύσασθαι.

Ὑπεραγία θεοτόκε σῶσον ἡμᾶς.

Προστάτιν σε τῆς ζωῆς ἐπίσταμαι, καὶ φρουρὰν ἀσφαλεστάτην, παρθένε, τῶν πειρασμῶν διαλύουσαν ὄχλον, καὶ ἐπηρείας δαιμόνων ἐλαύνουσαν. καὶ δέομαι διαπαντὸς ἐκ φθορᾶς τῶν παθῶν μου ῥυσθῆναί με. Δόξα.

Ὡς τεῖχος καταφυγῆς κεκτήμεθα, καὶ ψυχῶν σε παντελῆ σωτηρίαν καὶ πλατυσμὸν ἐν ταῖς θλίψεσι, κόρη, καὶ τῷ φωτί σου ἀεὶ ἀγαλλόμεθα. ὦ δέσποινα, καὶ νῦν ἡμᾶς τῶν παθῶν καὶ κινδύνων διάσωσον. Καὶ νῦν.

Ἐν κλίνῃ νῦν ἀσθενῶν κατάκειμαι, καὶ οὐκ ἔστιν ἴασις τῇ σαρκί μου. ἀλλ' ἡ θεὸν καὶ σωτῆρα τοῦ κόσμου καὶ τὸν λυτῆρα τῶν νόσων κυήσασα, σοῦ δέομαι τῆς ἀγαθῆς, ἐκ φθορᾶς νοσημάτων ἀνάστησον.

Ὁ ἱερεὺς μνημονεύει, ὡς δεδήλωται, καὶ μετὰ τὴν ἐκφώνησιν εὐθὺς, τὸ κοντάκιον. ἦχος β'.

Προστασία τῶν χριστιανῶν ἀκαταίσχυντε, μεσιτεία πρὸς τὸν ποιητὴν ἀμετάθετε, μὴ παρίδῃς ἁμαρτωλῶν δεήσεων φωνάς. ἀλλὰ πρόφθασον ὡς ἀγαθὴ, εἰς τὴν βοήθειαν ἡμῶν τῶν πιστῶς κραυγαζόντων σοι. τάχυνον εἰς πρεσβείαν, καὶ σπεῦσον εἰς ἱκεσίαν, ἡ προστατεύουσα ἀεὶ θεοτόκε τῶν τιμώντων σε.

Καὶ εὐθὺς τὸ προκείμενον.

Μνησθήσομαι τοῦ ὀνόματός σου ἐν πάσῃ γενεᾷ καὶ γενεᾷ.

Canticum quintum. Illumina nos.

Vitam nostram lætitia reple, ô Virgo, quæ lætitiæ authorem quondam pariens, syncerum gaudium mundo protulisti.

Sanctissima Deipara salua nos.

A periculis eripe nos, pura Deipara, quæ redemptionem æternam pacemque, cogitationem omnem exuperantem, genuisti. Gloria.

Gloriæ tuæ splendore caliginem delictorum meorum dissipa, Dei sponsa, quæ lumen æternum & diuinum edidisti.

Et nunc.

Animæ meæ languorem cura, tua me dignata visitatione, & salutem mihi tuo interuentu concilia.

Canticum sextum. Orationem meam ad Deum effundo.

Vt morti & corruptioni naturam meam subactam, à morte & corruptione morti seipsum tradens liberauit: ita ô Virgo Dominum tuum & Filium precare, vt ab hostium fraudulento molimine me eripiat.

Sanctissima Deipara, salua nos.

Protectricem te vitæ meæ profiteor, tutamque custodiam, quæ tentationum turbam dissipas, & dæmonum insultus repellis, ô Virgo, precorque à passionum mearum corruptione vbique me protegi. Gloria.

Vt refugij murum, integram animarum salutem, in afflictionibus solamen, te habemus ô Virgo; in lumine tuo semper exultamus Domina: nunc itaque à doloribus & periculis nos erue.

Et nunc.

In lecto infirmus iaceo, & non est sanitas in carne mea: sed tu, quæ Deum & Saluatorem mundi, & morborum curatorem peperisti, deprecantem me à morbi periculo eripe.

Sacerdos vt præfatum est memoriam agit: & post exclamationem subiungitur Breuiculum. Tonus secundus.

Protectio Christianorum non confundenda, intercessio ad conditorem non repellenda, ne supplices peccatorum voces despicias, sed vt bona, in auxilium fideliter ad te clamantium accelera: festina ad intercedendum, propera ad deprecandum, Deipara, quæ semper te colentes protegis.

Et confestim subditur Propositum.

Memor ero nominis tui in omni generatione & generatione.

Versiculus. Audi filia & vide.

Sacerdos. Et vt digni simus audire sanctum Domini Dei nostri, Euangelium, precemur.

Sapientia recta. Audiamus sanctum Euangelium. Pax omnibus.

Ex eo quod est secundum Lucam Euangelij lectio. Cap. 1.

IN illis diebus. Exurgens Maria abiit in montana cum festinatione:

Finis.

Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus, & reuersa est in domum suam.

Et continuo. Gloria. *Tonus secundus.*

Deiparæ precibus, ô misericors, peccatorum meorum multitudinē dele.

Et nunc. *Idem repetitur. Deinde.* Miserere mei Deus secundum magnam.

Tonus obliquus secundus.

Ne me destituas, hominum protectio, sanctissima domina, quin potius serui tui orationem suscipe. Tenet me angustia, dæmonum iacula ferre non valeo: asylo quouis orbatus sum, quo confugiam infelix vndique obsessus ignoro? præter te nulla mihi superest consolatio, ne despicias orationem meam: sed quod mihi conducat, prouide, mundi domina, spes & fidelium protectio.

Sacerdos. Salua Deus populum tuum.

Domine miserere. *Duodecies.*

Misericordia & miserationibus. *Et reliqua.*

Canticum septimum. Qui à Iudæa.

Vt de hominum salute disponeres, Saluator, in Virginis vtero habitasti, eamque mundi protectricem renunciasti. Benedictus es Deus Patrum nostrorum.

Sanctissima Deipara salua nos.

Misericordiæ amatorem quem genuisti, mater pura deprecare, vt à peccatis & animæ inquinamentis liberet clamantes. Benedictus es Deus Patrum nostrorum.

Gloria.

Corporum languores & animarum ad te accedentium infirmitates diuino tuo nutu curare dignare, Dei genitrix, Saluatorem Christum nobis enixa.

Et nunc.

Salutis thesaurum, incorruptionis

Στίχος. Ἄκουσον θύγατερ καὶ ἴδε.

Ὁ ἱερεύς. Καὶ ὑπὲρ τοῦ καταξιωθῆναι ἡμᾶς τῆς ἀκροάσεως τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου, κύριον τὸν θεὸν ἡμῶν ἱκετεύσωμεν.

Σοφία ὀρθή. ἀκούσωμεν τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου. Εἰρήνη πᾶσιν.

Ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν ἁγίου εὐαγγελίου τὸ ἀνάγνωσμα.

ΕΝ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἀναστᾶσα Μαριὰμ, ἐπορεύθη εἰς τὴν ὀρεινὴν μετὰ σπουδῆς εἰς πόλιν Ἰούδα.

Τέλος.

Ἔμεινε δὲ Μαριὰμ σὺν αὐτῇ ὡσεὶ μῆνας, τρεῖς· καὶ ὑπέστρεψεν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς.

Καὶ εὐθὺς, δόξα ἦχος β'.

Ταῖς τῆς θεοτόκου πρεσβείαις, ἐλεῆμον, ἐξάλειψον τὰ πλήθη τῶν ἐμῶν ἐγκλημάτων.

Καὶ νῦν τὸ αὐτό. Εἶτα. Ἐλέησόν με ὁ θεὸς κατὰ τὸ μέγα.

Ἦχος πλ. β'.

Μὴ καταπιστεύσῃς ἀνθρωπίνῃ προστασίᾳ, πανάγια δέσποινα, ἀλλὰ δέξαι δέησιν τοῦ οἰκέτου σου. θλίψις γὰρ ἔχει με, φέρειν οὐ δύναμαι τῶν δαιμόνων τὰ τοξεύματα, σκέπην οὐ κέκτημαι, οὐδὲ ποῦ προσφύγω ὁ ἄθλιος, πάντοθεν πολεμούμενος, καὶ παραμυθίαν οὐκ ἔχω πλὴν σου, δέσποινα τοῦ κόσμου, ἐλπὶς καὶ προστασία τῶν πιστῶν. μή μου παρίδῃς τὴν δέησιν, τὸ συμφέρον ποίησον.

Ὁ ἱερεύς. Σῶσον ὁ θεὸς τὸν λαόν σου.

Τὸ κύριε ἐλέησον, ιβ'.

Ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς. Καὶ τὰ λοιπά.

Ὠδὴ ζ'. Οἱ ἐκ τῆς ἰουδαίας.

Τὴν ἡμῶν σωτηρίαν, ὡς ἠθέλησας, σῶτερ, οἰκονομήσασθαι ἐν μήτρᾳ τῆς παρθένου κατῴκησας, τῷ κόσμῳ ἣν προστάτιν ἀνέδειξας. ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν θεὸς εὐλογητὸς εἶ.

Ὑπεραγία θεοτόκε σῶσον ἡμᾶς.

Θελητὴν τοῦ ἐλέους, ὃν ἐγέννησας μῆτερ ἁγνὴ, δυσώπησον ῥυσθῆναι τῶν πταισμάτων ψυχῆς τε μολυσμάτων τοὺς ἐν πίστει κραυγάζοντας. ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν θεὸς εὐλογητὸς εἶ.

Δόξα.

Σωμάτων μαλακίας, καὶ ψυχῶν ἀρρωστίας, θεογεννήτρια, τῶν πόθῳ προσιόντων τῇ σκέπῃ σου τῇ θείᾳ, θεραπεύειν ἀξίωσον. ἡ τὸν σωτῆρα Χριστὸν ἡμῖν ἀποτεκοῦσα. Καὶ νῦν.

Θησαυρὸν σωτηρίας, καὶ πηγὴν ἀφθαρσίας τὴν

σε κινήσασθαι καὶ πύργον ἀσφαλείας, καὶ θύραν μετανοίας τοῖς κραυγάζουσιν ἔδειξας. ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν θεὸς εὐλογητὸς εἶ.

Ὠδὴ η΄. Τὸν βασιλέα τῶν οὐρανῶν.

Τοὺς βοηθείας τῆς παρὰ σου δεομένους, μὴ παρίδῃς, παρθένε, ὑμνοῦντας καὶ ὑπερυψοῦντάς σε, κόρη, εἰς αἰῶνας.

Ὑπεραγία θεοτόκε σῶσον ἡμᾶς.

Τῶν ἰαμάτων τὸ δαψιλὲς ἐπιχέεις τοῖς πιστῶς ὑμνοῦσί σε, παρθένε, καὶ ὑπερυψοῦσι τὸν ἄφραστόν σου τόκον. Δόξα.

Τὰς ἀσθενείας μου τῆς ψυχῆς ἰατρεύεις, καὶ σαρκὸς τὰς ὀδύνας, παρθένε, ἵνα σε δοξάζω τὴν κεχαριτωμένην.

Καὶ νῦν.

Τῶν πειρασμῶν σὺ τὰς προσβολὰς ἐκδιώκεις, καὶ παθῶν τὰς ἐφόδους, παρθένε. ὅθεν σε ὑμνοῦμεν εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Ὠδὴ θ΄. Κυρίως θεοτόκον.

Ῥοήν μου τῶν δακρύων μὴ ἀποποιήσῃς, ἡ τὸν παντὸς ἐκ προσώπου πᾶν δάκρυον ἀφῃρηκότα, παρθένε, Χριστὸν κυήσασα.

Ὑπεραγία θεοτόκε σῶσον ἡμᾶς.

Χαρᾶς μου τὴν καρδίαν πλήρωσον, παρθένε, ἡ τῆς χαρᾶς δεξαμένη τὸ πλήρωμα, τῆς ἁμαρτίας τὴν λύπην ἐξαφανίσασα.

Δόξα.

Κακώσεως ἐν τόπῳ τῶν τῆς ἀσθενείας, ταπεινωθέντα, παρθένε, θεράπευσον ἐξ ἀῤῥωστίας εἰς ῥῶσιν μετασκευάζουσα.

Καὶ νῦν.

Φωτὸς σοῦ ταῖς ἀκτῖσι λάμπρυνον, παρθένε, τὸ ζοφερὸν τῆς ἀγνοίας διώκουσα τοὺς εὐσεβῶς θεοτόκον σε καταγγέλλοντας.

Καὶ εὐθὺς τὸ, Ἄξιόν ἐστιν ὡς ἀληθῶς.

Καὶ θυμιᾷ ὁ ἱερεὺς τὸ θυσιαστήριον καὶ τὸν λαὸν, καὶ ἡμεῖς ψάλλομεν τὰ παρόντα θεοτοκία.

Τὴν ὑψηλοτέραν τῶν οὐρανῶν, καὶ καθαρωτέραν λαμπηδόνων ἡλιακῶν, τὴν λυτρωσαμένην ἡμᾶς ἐκ τῆς κατάρας, τὴν δέσποιναν τοῦ κόσμου ὕμνοις τιμήσωμεν.

Ἀπὸ τῶν πολλῶν μου ἁμαρτιῶν ἀσθενεῖ τὸ σῶμα, ἀσθενεῖ μου καὶ ἡ ψυχή· πρὸς σὲ καταφεύγω τὴν κεχαριτωμένην, ἐλπὶς ἀπηλπισμένων, σύ μοι βοήθησον.

Δέσποινα, καὶ μήτηρ τοῦ λυτρωτοῦ, δέξαι παρακλήσεις ἀναξίων σῶν οἰκετῶν· ἵνα μεσιτεύσῃς πρὸς τὸν ἐκ σοῦ τεχθέντα, ὦ δέσποινα τοῦ κόσμου, γενοῦ μεσίτρια.

fontem, securitatis turrim, & pœnitentiæ portam genitricem tuam ostendisti, clamantibus: Benedictus es Deus patrum nostrorum.

Canticum octauum. Cœlorum regem.

Ope tua indigentes, celebrantes, & exaltantes, te Virgo, in sæcula ne despicias.

Sanctissima Deipara salua nos.

Remediorum copiam, fideliter te laudantibus, & ineffabilem tuum fœtum superexaltantibus, ô Virgo profundis. Gloria.

Animæ infirmitatibus, carnisque doloribus, ô Virgo, mederis: vt te gratia plenam celebrem.

Et nunc.

Tentationum impetus, & dolorum insultus retundis, ô Virgo, propterea te laudamus in sæcula.

Canticum nonum. Vere te Dei genitricem.

Lachrymarum mearum flumen ne despicias, ô Virgo, quæ lachrymam omnem ab omni vultu abstergentem Christum genuisti.

Sanctissima Deipara salua nos.

Peccati dolore depulso, cor meum, ô Virgo, gaudio reple, quæ gaudij plenitudinem in te suscepisti.

Gloria.

In languoris loco infirmitate prostratum, ex aduersa, in bonam valetudinem translatum, ô Virgo sana.

Et nunc.

Lucis tuæ radiis illustra, ô Virgo, in iis qui te deuote Deiparam profitentur, ignorantiæ caliginem.

Et confestim dicitur. Vere dignum est.

Et suffumigat Sacerdos altare, & populum: cantantibus nobis sequentes in Deiparæ laudem modulos.

Cœlis altiorem, radiis solaribus puriorem, mundi dominam; à maledictione nos liberantem hymnis celebremus.

A peccatorum meorum copia, corpus meum & anima mea infirmantur: ad te gratia plenam confugio, desperatorum spes, tu mihi succurre.

Domina, Redemptoris mater, indignorum famulorum tuorum preces suscipe, vt apud natum tuum interpelles: ô mundi Domina, esto nobis mediatrix.

Modulis vocibus alacriter tibi celebrandæ Deiparæ cantica pſallimus: cum Præcurſore, & omnibus Sanctis Deum roga, vt noſtri miſereatur.

Vniuerſæ Angelorum acies, Domini Præcurſor, Apoſtolorum duodena turba, ſancti omnes cum Deipara, ceu legati noſtri, agite, vt ſaluemur.

Deinde. Ter Sanctus. Sanctiſſima Trinitas. Pater noſter. *Sacerdos.* Quia tuum eſt. *Et ſequentes Moduli. Tonus obliquus ſecundi.*

Miſerere noſtri Domine, miſerere noſtri.

Gloria.

Domine miſerere noſtri: in te enim confidimus.

Et nunc.

Miſericordiæ portam.

Sacerdos.

Miſerere noſtri Deus ſecundum.

Adhuc rogamus pro miſericordia, vita, pace, ſanitate, ſalute, protectione, venia, proſperitate, gubernatione ſerui Dei N. & vt ſancta hæc ædes conſeruetur.

Et reliqua. Et tandem dimiſſio.

Ψάλλομεν προθύμως σοὶ τὴν ᾠδὴν νῦν τῇ πανυμνήτῳ θεοτόκῳ χαρμονικῶς μετὰ τοῦ προδρόμου, καὶ πάντων τῶν ἁγίων δυσώπει θεοτόκε τοῦ οἰκτειρῆσαι ἡμᾶς.

Πᾶσαι τῶν ἀγγέλων αἱ στρατιαί, πρόδρομε κυρίου, ἀποστόλων ἡ δωδεκάς, οἱ ἅγιοι πάντες μετὰ τῆς θεοτόκου, ποιήσατε πρεσβείαν εἰς τὸ σωθῆναι ἡμᾶς.

Εἶτα τρισάγιον. παναγία τριάς. πάτερ ἡμῶν. ὁ ἱερεύς. ὅτι σοῦ, καὶ τὰ τροπάρια ταῦτα ἦχος πλ. β΄.

Ἐλέησον ἡμᾶς κύριε, ἐλέησον ἡμᾶς.

Δόξα.

Κύριε ἐλέησον ἡμᾶς, ἐπὶ σοὶ γὰρ πεποί.

Καὶ νῦν.

Τῆς εὐσπλαγχνίας τὴν πύλην.

Ὁ ἱερεύς.

Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ θεὸς κατὰ τὸ μέγα.

Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ ἐλέους, ζωῆς, εἰρήνης, ὑγιείας, σωτηρίας, ἐπισκέψεως, συγχωρήσεως, κατευοδώσεως, κυβερνήσεως τοῦ δούλου τοῦ θεοῦ, ὁ δεῖνος, καὶ ὑπὲρ τοῦ διαφυλαχθῆναι τὴν ἁγίαν μονὴν ταύτην.

Καὶ τὰ λοιπά, καὶ ἡ ἀπόλυσις.

VARIÆ LECTIONES.

Præſens, quod in codicibus recentioribus, ab eo quod in vetuſtis legitur, ita diuerſum eſt Officium, vt vnum ſeparatim alteri annectere, quam variantes vtriuſque lectiones inter ſe conferre, facilius exiſtat.

Supplicationis Officium.

Benedicit *Sacerdos. Deinde dicit,* Ter Sanctus. Sanctiſſima Trinitas. Pater noſter. Quia tuum eſt. Domine miſerere: *duodecies.* Venite adoremus. *ter.* Domine exaudi orationem meam. *Poſt quorum finem.* Gloria. Et nunc. Alleluia. *Mox poſtulationem.* Adhuc & inſuper in pace Dominum precemur. Suſcipe, ſalua, miſerere.

Sanctiſſimæ, illibatæ, ſuper omnes. Quia conuenit tibi omnis gloria, honor & adoratio. *Deinde:* Deus Dominus. *Verſus.* Domine ne in furore tuo arguas me: neque. *Verſus.* Miſerere mei Domine quoniam infirmus ſum. *Tum modulos.* Miſerere noſtri Domine miſerere noſtri: omnis enim. Gloria. Domine miſerere noſtri, in te namque confidimus. Et nunc. Miſericordiæ portam.

Ἀκολουθία τῆς παρακλήσεως.

Ποιεῖ ὁ ἱερεὺς εὐλογητόν. Εἶτα τὸ τρισάγιον. Τὸ παναγία τριάς. Τό, πάτερ ἡμῶν. Ὅτι σοῦ ἐστιν. Κύριε ἐλέησον. ιβ΄. Δεῦτε προσκυνήσωμεν. γ΄. Κύριε εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου καὶ μετὰ τὸ τέλος. Δόξα, καὶ νῦν. Ἀλληλούϊα. Εἶτα τὴν αἴτησιν. Ἔτι καὶ ἔτι ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Ἀντιλαβοῦ, σῶσον, ἐλέησον.

Τῆς παναγίας, ἀχράντου ὑπερευλογημένης. Ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμή, καὶ προσκύνησις. Εἶτα τό· θεὸς κύριος. Στίχος. Κύριε μὴ τῷ θυμῷ ἐλέγξῃς με μηδέ. Στίχος. Ἐλέησόν με κύριε, ὅτι ἀσθενής εἰμι. Εἶτα τροπάρια. Ἐλέησον ἡμᾶς κύριε ἐλέησον. πάσης γάρ. Δόξα. Κύριε ἐλέησον ἡμᾶς ἐπὶ σοὶ γὰρ πεποίθαμεν. Καὶ νῦν. Τῆς εὐσπλαγχνίας τὴν πύλην.

Εἶτα τὸν ν'. Καὶ ὁ κανὼν τῆς θεοτόκου, ποίημα Θεοφάνους τοῦ γραπτοῦ μητροπολίτου Νικαίας· τινὲς δὲ φασὶν εἶναι Θεοστηρίκτου μοναχοῦ· τινὲς δὲ Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ.

Deinde dicitur psalmus quinquagesimus, & Canon Deiparæ, opus Theophanis Inscripti Metropolitæ Nicæni, quod quidam dicunt esse Theosterici Monachi, alij vero Ioannis Damasceni.

Ὠδὴ α'. ἦχος πλ. δ'.
Ὑγρὰν διοδεύσας.

Canticum primum. Tonus obliquus 4.
Humidum præterlapsus.

Πολλοῖς συνεχόμενος πειρασμοῖς, πρὸς σὲ καταφεύγω σωτηρίαν ἐπιζητῶν, ὦ μῆτερ τοῦ λόγου, καὶ παρθένε· δυσχερῶν καὶ δεινῶν με διάσωσον.

Plurimis tentationibus obsessus, ad te confugio salutem expostulaturus, ô Mater Verbi & Virgo: ab angustiis & ærumnis me serua.

Καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ κανόνος.

Et Canonis reliqua.

Ἄξιόν ἐστι. καὶ εὐθύς. Καὶ ὑπὲρ τοῦ καταξιωθῆναι ἀκοῦσαι τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου. Σοφία, ὀρθοί.

Dignum est: *& confestim subditur.* Et vt digni simus audire sanctum Euangelium. Sapientia. Recti.

Ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν ἁγίου Εὐαγγελίου.

Ex Euangelio secundum Lucam.

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ. Εἰσῆλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς κώμην τινά· γυνὴ δέ τις ὀνόματι Μάρθα· καὶ τὰ ἑξῆς.

In illo tempore. Ingressus est Iesus in quendam vicum: mulier autem quædam nomine Martha: *& reliqua.*

Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ θεός, κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου.
Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ ἐλέους, ζωῆς, εἰρήνης.
Καὶ ὑπὲρ τοῦ συγχωρηθῆναι αὐτῷ πᾶν πλημμέλημα ἑκούσιόν τε καὶ ἀκούσιον.

Miserere nostri Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Adhuc rogamus pro misericordia, vita, pace. Et vt condonetur ei omne delictum spontaneum & inuoluntarium.

Ὅτι ἐλεήμων, καὶ φιλάνθρωπος θεὸς ὑπάρχεις· καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν.

Quia misericors & clemens Deus existis: & tibi gloriam referimus.

Ἡ εὐχή. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Oratio. Dominum precemur.

Δέσποτα κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, ὁ θεὸς ἡμῶν, ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς καὶ τῆς ἀθανασίας, ὁ πάσης ὁρατῆς τε καὶ ἀοράτου κτίσεως δημιουργός, ὁ τοῦ ἀνάρχου πατρὸς συναΐδιος υἱός, καὶ συνάναρχος, ὁ δι' ὑπερβολὴν ἀγαθότητος ἐπ' ἐσχάτων χρόνων σάρκα φορέσας, καὶ σταυρωθεὶς, καὶ παθὼν ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἀχαρίστων, καὶ τῷ οἰκείῳ σου αἵματι ἀναπλάσας τὴν φθαρεῖσαν ἡμῶν φύσιν ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας· αὐτὸς φιλάνθρωπε βασιλεῦ εἰσάκουσον ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν δεομένων σου ὑπὲρ τοῦ δούλου σου τοῦδε, καὶ εἴ τι ἥμαρτεν ἐν λόγῳ, ἢ ἔργῳ, ἢ κατὰ διάνοιαν, ὡς ἀγαθὸς θεὸς συγχώρησον, καὶ ἆρον αὐτοῦ τῶν ἁμαρτιῶν τὸ βαρὺ φορτίον, ὁ τὴν ἁμαρτίαν αἴρων τοῦ κόσμου, καὶ ἴασαι αὐτόν, ὁ τὰς ἀσθενείας τοῦ κόσμου ἰώμενος, ὁ τοὺς κοπιῶντας καὶ πεφορτισμένους πρὸς ἑαυτὸν καλῶν, ὁ μὴ ἐλθὼν καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν, καὶ καθάρισον αὐτὸν ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος· ἵνα ἐν καθαρῷ τῷ μαρτυρίῳ τῆς συνειδήσεως αὐτοῦ τῶν ἁγιασμάτων σου τὴν μερίδα ὑποδεχόμενος ἑνωθῇ τῷ ἁγίῳ σου πνεύματι, καὶ ἔχῃ σε ἐν αὐτῷ κατοικοῦντα καὶ

Dominator Domine Iesu Christe, Deus noster, fons vitæ & immortalitatis, omnis creaturæ visibilis & inuisibilis opifex, Patris sine principio Fili coæterne, & sine principio, qui bonitatis abundantia vltimis temporibus carne indutus, crucifixus, & pro nobis ingratis passus es, & proprio tuo sanguine corruptam peccato nostram naturam reformasti: ipse Rex clemens, exaudi nos peccatores pro seruo tuo N. deprecantes, & si aliquo pacto, verbo, opere vel cogitatione deliquit, tu vt bonus Deus remitte, & graue peccatorum eius onus subleua, qui peccatum mundi tollis, & sana illum, qui mundi curas infirmitates, qui laborantes & oneratos ad te ipsum vocas, qui non iustos sed peccatores ad pœnitentiam vocaturus venisti: ab omni carnis & spiritus inquinamento expurga illum: vt in puro conscientiæ suæ testimonio sanctificationum accepto consortio, Spiritui tuo sancto adiungatur, & te in seipso habitante & manente

potiatur, cum principij experte tuo Patre: & cum sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Et vngit eum oleo sancto è lampade accepto; recitans hanc orationem.

Oratio cum vngitur infirmus oleo sacro.

Dominum precemur.

Pater sancte, animarum & corporum medice, qui Filium tuum vnigenitum Dominum nostrum Iesum Christum, omnem infirmitatem sanantem, & à morte nos liberantem misisti: seruum tuũ N. à detinente illũ corporis & animæ infirmitate, per Christi tui gratiam sana: & iuxta placitum tuum vitæ illum restitue, debitas tibi gratias & adorationem in operibus bonis persoluturum. Intercessionibus super omnes excellenter benedictæ gloriosæ Dominæ nostræ Deiparæ, & semper Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum. Quia tua est potentia, & tuum est regnum Patris.

μένοντα, σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Καὶ ἀλείφει αὐτὸν ἅγιον ἔλαιον ἐκ τῆς κανδήλας, λέγων τὴν εὐχὴν ταύτην.

Εὐχὴ ἐν τῷ ἀλείφειν ἀσθενοῦντα ἅγιον ἔλαιον.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Πάτερ ἅγιε, ἰατρὲ ψυχῶν καὶ σωμάτων, ὁ πέμψας τὸν μονογενῆ σου υἱὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, πᾶσαν νόσον ἰώμενον, καὶ ἐκ θανάτου λυτρούμενον, ἴασαι τὸν δοῦλόν σου τόνδε, ἐκ τῆς περιεχούσης αὐτὸν σωματικῆς καὶ ψυχικῆς ἀσθενείας διὰ τῆς χάριτος τοῦ Χριστοῦ σου, καὶ ζωοποίησον αὐτὸν κατὰ τὸ σοὶ εὐάρεστον, τὴν ὀφειλομένην σοι εὐχαριστίαν καὶ προσκύνησιν ἐν ἀγαθοεργίαις ἀποπληροῦντα. πρεσβείαις τῆς πανυπερευλογημένης ἐνδόξου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ πάντων σου τῶν ἁγίων. Ὅτι σοῦ τὸ κράτος, καὶ σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ πατρός.

IN OFFICIVM COMMVNIS SVPPLICATIONIS, NOTÆ.

1 Ἀκολουθία τῆς κοινῆς παρακλήσεως.] Cuilibet periculo, angustiæ, aut necessitati, belli, pestis, famis, &c. commune neutiquam est hoc officium, vt titulus præferre videtur: sed tantum morbo à corpore ægroti auertendo, & animæ peccatoris à criminum vulneribus sanandæ accommodum, vt patet legenti. Hinc in Officio vltimo nuper cum superiori collato, vnctio visitur olei, quæ non nisi ægrotorum propria iudicari queat. Qualis autem sit illa olei vnctio in officio secundo memorato visenda, an nuda simplexve, omnique penitus Sacramenti ratione carens, vt erat ea, quæ Marci ab Apostolis super ægrotis fieri recensetur, an vero talis quæ germani Sacramenti extremæ Vnctionis perfectionem contineat, mihi antiqua cum recentibus Euchologia conferenti, non omnino indubium est. Et quidem vbi in editis codicibus, siue recenter siue primitus excusis, duplex officium pro infirmis vngendis, geminamque vnctionem lego, confestim illud quod εὐχελαίου titulum præ se fert, & à septem Sacerdotibus celebrari præcipitur, veri Sacramenti rationem in se habere; aliud autem, vnctionem quamlibet aliam, etiam exhibens, piæ, sacramentalisque tantum, & Ecclesiasticæ cærimoniæ solummodo appellatione dignã gaudere existimo. At cum in vno eodemque codice geminum illud officium minime distinguitur, & vna tantum ægrotorum vnctio, vniusque rationis preces, & vt verbo absoluam, vnus vnctionis occurrit ritus: tunc ne cum iis sentire videar qui Græcam Ecclesiam extremæ Vnctionis Sacramento priuare non verentur, Vnctionem eorum omnem cærimonialem tantum esse professi, ne, inquam, totum Orientem nobilem Ecclesiæ partem, sententia minus attente prolata, vnius Sacramenti vsu, audeam orbare: vnicum illud Officium & vnctionem vnicam, veri Sacramenti extremæ Vnctionis perfectionem integritatemque præ se ferre, his argumentis inductus, censeo. Primo, nam vt præmissum est, non est Orientis Ecclesia Extremæ Vnctionis, vltimique Sacramenti vsu, leui fundamento destituenda: eius igitur in Euchologiis, si vnius tantum Vnctionis exaratum legatur Officium, verum potius præhabere Sacramentum, quam cærimoniale quiddam esse iudicandum est. Secundo, Vnctionis illud Officium, de quo loquimur, à prolixiori, & veri Sacramenti ritum continente, supra fol. 408 descripto distinctum, Græcam Sacramenti Extremæ Vnctionis formam, Orationem videlicet, Πάτερ ἅγιε ἰατρὲ ψυχῶν, &c. tenet inclusam: at vero Orationem illam, cum Arcudio, Sacramentum efficere probauimus, satis enim est quod hac mente ab Ecclesia Græca recitetur, cum forma huius Sacramenti *non sit à Christo in particulari determinata, potest his & illis verbis Ecclesiæ iudicio, eandem substantiam* retinea-

retinentibus seu effectum Sacramenti ex æquo significantibus applicari. Quidni ergo huiusmodi oratio Sacramento conferendo tunc accommoda esse affirmaretur.? Tertio, recentis est compositionis & editionis totum εὐχελαίου supra positum Officium, Arseniumque modernum authorem, pro non modica sui parte prædicat, neque illud ex integro, in M S. aliquo (plura licet in manus meas inciderint) legere aut reperire vnquam potui: ex aduerso autem, alia quædam Vnctionis Officia iam-iam exscribenda, vel illud quod supra proxime relatum est, vel alia quædam à me neglecta occurrerunt, inter se non omnino absimilia: dicenda sunt itaque ea sola, Sacramento conferendo tunc deseruiisse; quæ si immutata vel aucta, vel iam penitus inusitata appareant; nulla certe ratione mirandum est: cum Sacramenti Extremæ Vnctionis forma, vt pote non determinata, ideoque ex institutione Ecclesiæ dependens, sibi semper similis non fuerit; & preces, cærimoniæ, & ritus adiuncti, etiam in Ecclesia Latina additionem aut mutationem aliquam experti fuerint. Nunc vero in meliorem ordinem cuncto Sacramenti Extremæ Vnctionis ritu à Græcis relato, superstes illa, vetusque Vnctionis forma, non nisi cærimonialis aut Sacramentalis manet, nec Sacramenti nomen vllo pacto meretur, quamuis si verba spectes eorumque sonum, Sacramenti Orationem, non tamen rationem, asseruet: deficit enim iam Ecclesiæ Græcæ vsus & intentio, vt per huiusmodi Vnctionem etiam vera adiuncta Oratione, propter circumstantiarum aliarum defectum conferatur Sacramentum: sicut & in Gregorij Sacramentario deficiente quolibet alio ritu & Ecclesiæ Latinæ mente, quamuis par sit olei vnctio & vnius Orationis recitatio, non tamen vnum vtrobique Sacramentum est; sed quæ visitationis tantum infirmorum est vnctio, simplex sit & cærimonialis, & ex opere operantis plurimum mutuetur effectum; quæ vero ex præscripto Ecclesiæ ritu, & ex Christi instituto, ideoque ex opere operato gratiam operatur, illa Sacramenti naturam, virtutem, & nomen vbique iure merito adipiscatur.

2 Ἀρχόμεθα τοῦ κανόνος.] Manifestant vetusti codices Canonis huius authorem, quem alij Theophanem γραπτόν, Nicææ præsulem; alij Theostirictum Monachum, vel Ioannem Damascenum esse asserunt.

Sequuntur iam quædam pro ægrotis officia, quibus Olei vnctio, vel pure cærimonialis, vel perfecte quondam Sacramenti operatiua admiscetur.

Excerpta è M. S. Cryptoferratensis Bessarionis Euchologio.

Εὐχὴ ἐπὶ ἀρρώστων.

Oratio super ægrotis.

Πάτερ ἅγιε ἰατρὲ ψυχῶν. Vt supra fol. præcedenti.

Pater sancte, &c.

Εὐχὴ ἐπὶ ἐλαίου ἀρρώστου.

Oratio super infirmi Oleo.

Ὁ πολὺς ἐν ἐλέει καὶ πλούσιος ἐν ἀγαθότητι, κύριε ὁ πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν, καὶ θεὸς πάσης παρακλήσεως, ὁ ἰώμενος τὰ συμπτώματα τῶν ψυχῶν καὶ τῶν σωμάτων ἡμῶν, ὁ διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἐνηχήσας ἡμῖν ἐλαίῳ μετὰ προσευχῆς τοὺς τῆς ἐκκλησίας πρεσβυτέρους τὰς ἀσθενείας θεραπεύεσθαι· αὐτὸς δέσποτα, ἁγίασον καὶ τὸ ἔλαιον τοῦτο, ὥστε γενέσθαι τοῖς χριομένοις αὐτῷ εἰς θεραπείαν πάθους παντὸς, νόσου σωματικῆς, καὶ μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, ἵνα καὶ νῦν δοξασθῇ σου τὸ πανάγιον ὄνομα. Σὸν γάρ ἐστι τὸ ἐλεεῖν καὶ σώζειν ὁ θεὸς ἡμῶν· καὶ σοὶ τὴν δόξαν, καὶ τὰ ἑξῆς.

Deus multæ misericordiæ, diues in bonitate, Domine & pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui animarum corporumque nostrorum infirmitates curas, qui per sanctos Apostolos tuos oleo cum oratione Ecclesiæ Presbyteros infirmitates curare docuisti: ipse Domine oleum quoque istud sanctifica, vt ex eo vngendis in omnis doloris, & corporeæ infirmitatis, carnisque & spiritus sordium medelam fiat: vt & nunc celebretur sanctissimum nomen tuum. Tuum est enim misereri, & saluare Deus noster: & tibi gloriam, &c.

Alia Oratio.

DOmine qui in misericordia & miserationibus, &c.

Alia Oratio super ægrotis dicenda.

DEus potens & misericors, qui cuncta pro generis nostræ salute moderaris, seruum tuum N. Christi tui nomen inuocantem respice, & omni eius animæ corporisque infirmitati medere: peccata condona eius, & ærumnas cunctas à peccatis enatas, tentationem omnem, aduersariique insultum omnem à seruo tuo depelle: & ab infirmitatis lecto excitatum, anima corporeque bene valentem, in operibus studiosis proficientem, verbis bonis nomen Christi tui, qui est spes nostra celebrantem sanctæ Ecclesiæ tuæ restitue. Ipsi, tibique cum eo gloria, honor, & adoratio: cum sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Alia in Infirmos Oratio.

DOmine, Domine, valde bone, omnipotens, animarum amator, omnium Saluator, qui deijcis & eleuas, qui corripis, &c.

Oratio super Oleo infirmi.

DOMINE qui in misericordia, &c.

Oratio secunda super Oleo infirmi.

DEVS multæ misericordiæ, diues, &c.

Εὐχὴ ἑτέρα.

ΚΥριε ὁ ἐν τῷ ἐλέει καὶ ἐν τοῖς οἰκτιρμοῖς. Vt supra, ἐν εὐχελαίῳ, fol. 413.

Εὐχὴ ἐπὶ νοσοῦντας ἄλλη.

Ο Θεὸς ὁ δυνατὸς καὶ ἐλεήμων, ὁ πάντα οἰκονομῶν ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ γένους ἡμῶν, ἐπίσκεψαι τὸν δοῦλόν σου, τόνδε, ἐπικεκλημένον τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ σου, καὶ ἴασαι αὐτὸν πᾶσαν ἀσθένειαν σωματικήν τε καὶ ψυχικήν· ἄφες αὐτῷ τὰς ἁμαρτίας, καὶ τὰ ἐξ ἁμαρτιῶν ἐπίπονα, πάντα πειρασμὸν, καὶ πᾶσαν ἐπανάστασιν τοῦ ἀντικειμένου ἀπόστησον ἀπὸ τοῦ δούλου σου· καὶ ἀνάστησον αὐτὸν ἀπὸ τῆς κλίνης ἀρρωστίας, καὶ ἀποκατάστησον τῇ ἁγίᾳ σου ἐκκλησίᾳ ψυχῇ καὶ σώματι ὑγιαίνοντα, καὶ προκόπτοντα ἐν ἔργοις καλοῖς καὶ λόγοις ἀγαθοῖς, δοξάζοντα μετὰ παντὸς τοῦ λαοῦ σου τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ σου, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν. μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εὐχὴ εἰς νοσοῦντας ἄλλη.

ΔΕσποτα, δέσποτα, πανάγαθε, παντοκράτορ, φιλόψυχε, φιλόδουλε, σῶτερ τῶν ἁπάντων, ὁ ταπεινῶν καὶ ἀνυψῶν, ὁ παιδεύων. Vt supra fol. 153.

Εὐχὴ ἐπὶ ἐλαίου ἀρρώστου.

ΚΥριε ὁ ἐν τῷ ἐλέει, καὶ ἐν ταῖς. Vt supra in officio εὐχελαίου.

Εὐχὴ ἐπὶ ἐλαίου ἀρρώστου δευτέρα.

Ο Πολὺς ἐν ἐλέει, καὶ πλούσιος ἐν. Vt supra.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΥΨΩΣΕΩΣ ΤΗΣ ΠΑΝΑΓΙΑΣ, ΟΤΑΝ μέλλῃ ἀποδημῆσαι τὶς ἐν ταξιδίῳ.

Εἰς μὲν τὸν μέλλοντα ἀποδημῆσαι, ψάλλεται πρῶτον παράκλησις εἰ βούλει. Εἰ δ' οὖν, ποιεῖ ὁ ἱερεὺς εὐλογητόν. Εἶτα τρισάγιον. Παναγία τριάς. Πάτερ ἡμῶν. Ὅτι σοῦ. Εἶτα τὰ κατανυκτικὰ τροπάρια, τό, Ἐλέησον ἡμᾶς. Δόξα. Κύριε ἐλέησον ἡμᾶς. Καὶ νῦν. Τῆς εὐσπλαγχνίας τὴν πύλην. Τὸ κύριε ἐλέησον. ιβ'. Δεῦτε προσκυνήσωμεν, γ'. Καὶ ὁ πεντηκοστὸς ψαλμός. Εἶτα τό, Πιστεύω εἰς ἕνα θεόν. Ἄνες ἄφες. Τὸ πάτερ ἡμῶν. Ὅτι σοῦ.

Καὶ τὰ παρόντα θεοτόκια τροπάρια.

Παναγία θεοτόκε τὸν χρόνον τῆς ζωῆς μου μὴ ἐγκαταλίπῃς με, ἀνθρωπίνῃ προστασίᾳ μὴ καταπιστεύσῃς με· ἀλλ' αὐτὴ ἀντιλαβοῦ, καὶ ἐλέησόν με.

Ἐγὼ παρθένε ἁγία θεοτόκε, τῇ σκέπῃ σου προστρέχω, οἶδα ὅτι τεύξομαι τῆς σωτηρίας. δύνασαι γάρ, ἁγνή, βοηθῆσαί μοι.

Οὐδεὶς προστρέχων ἐπὶ σοὶ κατῃσχυμμένος ἀπὸ σοῦ ἐκπορεύεται, ἁγνὴ παρθένε θεοτόκε· ἀλλ' αἰτεῖται τὴν χάριν, καὶ λαμβάνει τὸ δώρημα, πρὸς τὸ συμφέρον τῆς αἰτήσεως.

Ἕκαστος ὅπου σώζεται, ἐκεῖ δικαίως καὶ προστρέχει. καὶ ποία ἄλλη τοιαύτη καταφυγή, ὡς σὺ θεοτόκε, σκέπουσα τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Δόξα. καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Νεῦσον παρακλήσεσι σῶν οἰκετῶν πανάμωμε, παύουσα δεινὰς ἡμῶν ἐπαναστάσεις, πάσης θλίψεως ἡμᾶς ἀπαλλάττουσα· σὲ γὰρ μόνην ἀσφαλῆ καὶ βεβαίαν ἄγκυραν ἔχομεν, καὶ τὴν σὴν προστασίαν κεκτήμεθα· μὴ αἰσχυνθῶμεν, δέσποινα, σὲ προσκαλούμενοι· σπεῦσον εἰς ἱκεσίαν τῶν σοὶ πιστῶς βοώντων. χαῖρε δέσποινα, ἡ πάντων βοήθεια, χαρά, καὶ σκέπη, καὶ σωτηρία τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

Πάντων προστατεύεις, ἀγαθή, τῶν καταφευγόντων ἐν πίστει τῇ κραταιᾷ σου σκέπῃ. ἄλλην γάρ, οὐκ ἔχομεν ἁμαρτωλοὶ πρὸς θεὸν ἐν κινδύνοις καὶ θλίψεσιν ἀεὶ μεσιτείαν, οἱ κατακαμπτόμενοι ἀπὸ πταισμάτων πολλῶν, μῆτερ τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου, ὅθεν σοι προσπίπτομεν, ῥῦσαι πάσης περιστάσεως τοὺς δούλους σου.

DE ELEVATIONE PANIS πανάγια, sanctissima, nuncupati cum quis iter est aggressurus.

Nomine iter suscepturi, psallitur primum, si ita lubet, praecedens supplicatio. Sin minus, praemittit Sacerdos benedictionem. Deinde. Ter Sanctus. Sanctissima Trinitas, Pater noster. Quia tuum est. *Mox compunctionem mouentes Modulos.* Miserere nostri. Gloria. Domine, miserere nostri. Et nunc. Misericordiae portam. Domine miserere. *Duodecim vicibus.* Venite adoremus. *Ter. Dicitur etiam Psalmus quinquagesimus. Demum.* Credo in vnum Deum. Parce, remitte. Pater noster. Quia tuum est.

Et praesentes in honorem Deiparae Moduli.

Sanctissima Deipara, ne me toto vitae tempore derelinquas, hominum protectio; ne me destituas: quin potius succurre, & miserere mei.

Virgo sancta Deipara, ad tuam protectionem recurro: quia salutem nanciscar, noui, mihi namque potes, ô pura, auxiliari.

Nullus qui ad te recurrerit, confusus à te recedit, virgo Deipara; sed petita gratia, donum ad postulati vtilitatem accipit.

Quisquis saluatur, ad te iuste recurrit: & quodnam est aliud tale refugium, quale tuum est Deipara, quae etiam animas nostras defendis?

Gloria. Et nunc. *Deiparae.*

Annue famulorum tuorum precibus, calamitatum insultus reprime, & ab omni afflictione nos libera: te namque solam securam firmamque anchoram habemus, tuamque protectionem nacti sumus. Ne confundamur, ô Domina, te inuocantes, ad preces te fideliter inuocantium accelera. Salue omnium auxilium, gaudium, & protectio, & salus animarum nostrarum.

Omnium ad validam tuam protectionem cum fide confugientium defensionem suscipis, ô bona, nullam enim aliam insigniorem ad Deum in periculis & tribulationibus, nos peccatis plurimis pressi, interpellationem nacti sumus, ô Dei altissimi mater: vnde & tibi procidimus, ab omni calamitate seruos tuos eripe.

Et eleuat Panem παναγίαν, *sanctissimam, vocatum dicens.*

Magnum est sanctæ Trinitatis nomen.

Sanctissima domina Deipara succurre famulo tuo N.

Eius interuentu, ô Deus miserere, & salua nos. *Deinde dicitur.*

Sancta mensa cœlestem panem proferens venter tuus factus est: qui manducat ex eo non moritur, vt dixit omnium nutritius, Dei genitrix.

Donis tuis dignos nos redde, Deipara Virgo, non attentis peccatis nostris, remediis etiam exhibitis, benedictionem tuam cum fide, ô Illibata, sumentibus. *Et cantamus.*

Vere dignum est.

Gloria. Et nunc.

Deiparæ.

In te lætatur omnis creatura, ô gratia plena, Angelorum cœtus, & hominum genus ô sanctum templum, & rationalis paradise, virginum decus, è qua Deus ante sæcula existens, Deus noster incarnatus, puer factus est: tuum namque vterum sibi effecit thronum, ventremque tuum cœlis capaciorem reddidit. In te lætatur omnis creatura, Gratia plena, gloria tibi.

Breuiculum. Tonus obliquus quarti.

Belligeræ agminum ductrici victoriæ carmina, & triumphales laudes reddo, vt à malis liberata gratiarũ actiones & titulos, ego ciuitas tua tibi erigo, Deipara: verum vt robore inexpugnato prædita, à cunctis me penitus periculis libera, vt tibi canam: Salue sponsa, amplexus maritalis expers.

Spem meam omnem in te repono, mater Dei, sub tua protectione, me custodi.

Habentes te asylum & protectionem aduersus hostes, insidias eorum non veremur: quia tu saluas animas nostras.

Gloria. Et nunc.

Domina, suscipe preces seruorum tuorum. *Et fit dimissio.*

Si vero nauigaturus ipse præsens fuerit, non fit dimissio: sed Sacerdos dicit.

Dominum precemur.

Et subdit Orationem.

Deus Deus noster, vera & viua via, qui famulo tuo Ioseph comitem te præbuisti, adiunge te quoque huic seruo tuo, eumque à piratarum & tempestatum periculis libera: pacem,

2 Καὶ ὑψοῖ τὴν παναγίαν, λέγων.

3 Μέγα τὸ ὄνομα τῆς ἁγίας τριάδος.

Παναγία, δέσποινα, θεοτόκε βοήθει τῷ δούλῳ σου τῷ δεῖνι.

Ταῖς αὐτῆς πρεσβείαις, ὁ θεὸς ἐλέησον καὶ σῶσον ἡμᾶς. Εἶτα.

Γέγονεν ἡ κοιλία σου ἁγία τράπεζα, ἔχουσα τὸν οὐράνιον ἄρτον· ἐξ οὗ πᾶς ὁ τρώγων οὐ θνήσκει, ὡς ἔφησεν ὁ τοῦ παντὸς, θεογεννῆτορ, τροφεύς.

Ταῖς σαῖς δωρεαῖς ἀξίους ἡμᾶς ποίησον, θεοτόκε παρθένε, παρορῶσα τὰ πλημμελήματα ἡμῶν, καὶ παρέχουσα ἰάματα τοῖς ἐν πίστει λαμβάνουσι τὴν εὐλογίαν σου, ἄχραντε.

Καὶ ψάλλομεν τό. Ἄξιόν ἐστιν ὡς ἀληθῶς.

Δόξα. Καὶ νῦν.

Θεοτόκιον.

Ἐπὶ σοὶ χαίρει, κεχαριτωμένη, πᾶσα ἡ κτίσις, ἀγγέλων τὸ σύστημα, καὶ ἀνθρώπων τὸ γένος· ἡγιασμένε ναὲ, καὶ παράδεισε λογικὲ, παρθενικὸν καύχημα, ἐξ ἧς θεὸς ἐσαρκώθη, καὶ παιδίον γέγονεν ὁ πρὸ αἰώνων ὑπάρχων θεὸς ἡμῶν· τὴν γὰρ σὴν μήτραν, θρόνον ἐποίησε, καὶ τὴν σὴν γαστέρα πλατυτέραν οὐρανῶν ἀπειργάσατο. ἐπὶ σοὶ χαίρει, κεχαριτωμένη, πᾶσα ἡ κτίσις, δόξα σοι.

Κοντάκιον. ἦχος πλ. δ'.

Τῇ ὑπερμάχῳ στρατηγῷ τὰ νικητήρια, ὡς λυτρωθεῖσα τῶν δεινῶν εὐχαριστήρια, ἀναγράφω σοι ἡ πόλις σου, θεοτόκε. ἀλλ' ὡς ἔχουσα τὸ κράτος ἀπροσμάχητον, ἐκ παντοίων με κινδύνων ἐλευθέρωσον, ἵνα κράζω σοι, χαῖρε νύμφη ἀνύμφευτε.

4 Τὴν πᾶσαν ἐλπίδα μου εἰς σὲ ἀνατίθημι, μήτηρ τοῦ θεοῦ φύλαξόν με ὑπὸ τὴν σκέπην σου.

Ἔχοντές σε, θεοτόκε, ἐλπίδα καὶ προστασίαν, ἐχθρῶν ἐπιβουλὰς οὐ φοβούμεθα· ὅτι σώζεις τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Δόξα. Καὶ νῦν.

5 Δέσποινα πρόσδεξαι τὰς δεήσεις τῶν δούλων σου. Καὶ ἀπόλυσις.

Εἰ δὲ ἐστι παρὼν ὁ μέλλων ταξιδεῦσαι, οὐ γίνεται ἀπόλυσις. ἀλλὰ λέγει ὁ ἱερεύς.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. καὶ τὴν εὐχήν.

6 Ὁ θεὸς ὁ θεὸς ἡμῶν, ἡ ἀληθινὴ καὶ ζῶσα ὁδὸς, ὁ συνοδεύσας τῷ θεράποντί σου Ἰωσὴφ, συνόδευσον δέσποτα, καὶ τῷ δούλῳ σου, τῷδε, καὶ ῥῦσαι αὐτὸν ἀπὸ πειρατηρίων, καὶ πάσης χειμασίας καὶ ἐπιβουλῆς εἰρηνῶν,

καὶ εὐρωςίαν ἀποχαρίσηνον, δικαιοσύνης πάσης φρόνοιαν ποιούμϑρον κτ̀ τὰς ἐντολάς σου, κ̀ πλήρη τῆ βιωτικῆ καὶ ἐπουρανίων ἀγαθῶν γϑύμενον, πάλιν ἐπανελθεῖν εὐδόκησον. ὅτι σοῦ ἐςιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα, τοῦ πατρὸς, καὶ τ̃ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν κ̀ ἀεὶ, κ̀ εἰς τοὺς αἰῶνας τ̃ αἰώνων.

& valetudinem firmam ei concede, & omnis iustitiæ secundum mandata tua curam gerentem, mundanis & cœlestibus bonis eum onustum redire largire. Quia tuum est regnum, & virtus, & gloria, Patris, & Filii, & sancti Spiritus: nunc, & semper, & in sæcula sæculorum.

IN OFFICIVM DE ELEVATIONE PANIS, CVM QVIS MArino itineri se tradit. Notæ. *Allat. d. ll. Eccl. Gr. p. 100.*

Περὶ τῆς ὑψώσεως τῆς παναγίας.] Παναγία, vox est, qua trito & vulgari dicendi more, Deimatrem Græci vocant, ex omni parte sanctam: hic autem buccellam panis, ritu iam iam describendo eius nomini dicandam, exprimit. solent siquidem e Græcis deuotiores, ut Monachi & Clerici plerique, gratiis post sumptum cibum actis, παναγίαν frustulum panis triangulare, alias ὕψωμα, eo quod eleuetur, dictum, duabus manibus, siue extremis vtriusque manus duobus primis digitis, in altum tollere. E fratrum namque cœtu, prodit selectus quidam, & venia à cæteris accepta, his verbis εὐλογεῖτε πατέρες ἅγιοι συγχωρήσατέ μοι τῷ ἁμαρτωλῷ: *benedicite Patres sancti, & veniam mihi peccatori concedite:* alisque respondentibus, ὁ Θεὸς συγχωρήσῃ; *parcat tibi Deus*, fragmentum panis, capitis incuruatione, & thuris suffumigatione præmissa, acceptum à Deiparæ imagine, coram qua prandij tempore, lampade etiam accensa repositum fuerat, extremis vtrisque manibus est digitis in oculis omnium attollit, dicens μέγα τὸ ὄνομα, *magnum est nomen*: subiunguntque cuncti: τῆς ἁγίας τριάδος, *Sanctæ Trinitatis*. Tum ille infert παναγία θεοτόκε βοήθει ἡμῖν. *Sanctissima Deipara succurre nobis*: cunctique respondent: τῆς αὐτῆς πρεσβείαις ὁ Θεὸς ἐλέησον, κ̀ σῶσον ἡμᾶς: *eius precibus, ô Deus, miserere & salua nos*. Thure mox omnibus τραπεζάρι *Refectorarij* manu suffumigatis, παναγίαν, *buccellam*, laudes Deiparæ concinentes, inter se diuidunt: & pariter è communi poculo eius nomine benedicto, cuncti seriatim delibant. Visum hunc à meritum, non ab mili ratione Symeon Thessalonicensis enarrat in opusculo cuius titulus est περὶ τοῦ ὑψουμένου ἄρτου τῆς παναγίας, τί δηλοῖ τρίγωνος ὤν, κ̀ πῶς ὑψοῦται. κ̀ τί δηλοῦσι τὰ ἐν αὐτῷ λεγόμενα, κ̀ τί, τὸ μέγα τὸ ὄνομα; *De eleuato Deiparæ panis fragmento, quid significat triangularis existens, & qua ratione eleuatur, & quid manifestant verba dum eleuatur proferenda, & quid, magnum est nomen?* Cunctam rei seriem mox pulchre enarrat scribens. Οὗτος δύναται εἰς βοήθειαν ἡμῶν, τὴν τριάδα κ̀ τὸ ἑνιαῖον αὐτῆς πάντοθεν ποιῶν. Τριγωνικῶς διὰ πάντων ἐξάγεται ἄρτος, κ̀ ταῖς γωνίαις μὲν καὶ τοῖς μέρεσι τὸ τριαδικὸν τῷ ἄνω δὲ ἑνὶ κέντρῳ τὸ ἑνιαῖον εἰκονίζει. διὸ κ̀ ὅπερ ἂν τοῦτον τρέψῃς τὸν ἄρτον, τρεῖς ἔχει μὲν γωνίας, εἰς ὀξὺ δὲ κ̀ ἓν καταλήγει τὸ κέντρον. Τοῦτο οὖν τὸ τμῆμα τοῦ ἄρτου ἀποστολικῇ παραδόσει ἐκ τ̃ πατέρων ἀρχῆθεν ἀγεράτως παρεδόθη, ὡς καθ' ἑκάστην κατ' ἔθος γινούμενον τῷ ἐν τριάδι μόνῳ Θεῷ ἡμῶν ἐπ' ὀνόματι τῆς θεοτόκου προσαγόμενον, ἐπεὶ διὰ τοῦ θείου τόκου αὐτῆς τ̃ τριάδα ἐγνώκαμϑρ. *Valet hic eleuatus panis in nostram opem & auxilium, Trinitatem, & vnitatem eius vndequaque manifestans. Triangulare namque ex omni parte panis frustum profertur, & angulis quidem lateribusque suis ternarium, supraposito vero acumine, vnitatem menti declarat. Propterea quaquauersum panem hunc colloces, tres quidem semper angulos obtinebit: in acutum porro, vnumque desinet fastigium. Hoc itaque panis segmentum Apostolica nobis traditione à Patribus primitus est traditum, vt singulis diebus soli Deo nostro in Trinitate deuouendum in Deiparæ memoriam, per cuius partum Trinitatem agnouimus*, et infra. Τεθέντος δὲ τοῦ ἄρτου ἐν σκεύει τινὶ ἱερῷ ἀποτεταγμένῳ πρὸς τοῦτο, κ̀ διὰ τοῦ ἱερέως σφραγιζομένου, ἀνάπτεται λαμπὰς ἐν αὐτῷ· κ̀ τὰ βρώματα σφραγίζει ὁ ἱερεὺς, τὸν Θεὸν ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν εἰς τὸ εὐλογῆσαι ἐπικαλούμενος. μετὰ δὲ τὴν τροφὴν, κ̀ τὴν συνήθη δοξολογίαν, πάντων σιγώντων, ὁ εἰς τοῦτο τεταγμένος συγχώρησιν ἐξαιτησάμενος, κ̀ λαβὼν, ἀνυψοῖ τὸν ἄρτον, κ̀ ἐκφωνεῖ. μέγα τὸ ὄνομα κ̀ ἐκβοῶσι πάντες. τῆς ἁγίας τριάδος. κ̀ πάλιν τὸν τύπον ἐπιφέρει. Παναγία θεοτόκε, βοήθει ἡμῖν. κ̀ συμφώνως βοῶσιν ἅπαντες. αὐτῆς πρεσβείαις ὁ Θεὸς, ἐλέησον κ̀ σῶσον ἡμᾶς. σὺ εἶ ὁ ὁμολογηθεὶς κ̀ ἀνυμνηθεὶς παρ' ἡμῶν, ἁγία τριὰς, ὁ μόνος ὄντως Θεός· οὐ γὰρ ἔστιν ἄλλος πλὴν σοῦ, ὁ ποιήσας κ̀ συνέχων ἡμᾶς. κ̀ τότε τοὺς ὕμνους τῇ θεομήτορι ἐπιφέρουσι. τὸ μὲν μακαρίζομέν σε πᾶσαι αἱ γενεαὶ, διὰ τὴν αὐτῆς προφητείαν. ἐν τῷ τέλει δὲ τούτου, τὴν τοῦ ἀγγέλου φωνὴν, τὸ Χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ κύριος μετὰ σοῦ. ὅτι τοῦτο ἀρχὴ τὸ ῥῆμα τῆς σωτηρίας ἡμῶν. κ̀ εὔχονται, κ̀ διὰ σοῦ μὲν ἡμῶν ὁ κύριος· τῇ χάριτι δηλονότι. Εἶτα κ̀ εὐφήμως, κ̀ μελωδικῶς, ἀποκαλύπτοι τὰς κεφαλὰς, μελῳδοῦσι δεικνῦντες ὅτι ἀποτίκτουσα τὴν κεφαλὴν ἡμῶν Χριστὸν, ὃς ἐστι σκέπη ἡμῶν ἀπ' οὐρανῶν κ̀ προνοητὴς, κ̀ σωτηρία. Καὶ τὸ, ἄξιόν ἐστιν, ᾄδουσι, καὶ θεοτόκον αὐτὴν ὁμολογοῦσι, κ̀ Τιμιωτέραν τ̃ Χερουβεὶμ μέλπουσιν· ὡς τὸν Θεὸν λόγον ἀνυποστάτως τῇ γαστρὶ δεξαμένην, καὶ ἀδιαφθόρως τεκοῦσαν. *Posito pane in vase ad hoc destinato, & à Sacerdote cruce signato, lampas coram eo accenditur. Et cibos quidem consignat Sacerdos, Deum nostrum Iesum Christum, vt benedicat, precatus. Cibo vero sumpto, Deique laudibus persolutis; silentibus cunctis, muneri huic præfectus quidam, venia primo petita, & accepta, panem eleuat, & exclamat. Magnum nomen est. Et resonant omnes. Sanctæ Trinitatis. Et cruce facta, subinfert. Sanctissima Deipara succurre nobis. Et vno ore dicunt cuncti. Eius precibus, ô Deus, miserere & salua nos: prædicaris, & laudaris à nobis Sancta Trinitas, solus vere Deus: non enim alius præter te est, conditor & conseruator noster. Et tunc hymnos Deiparæ subiungunt. Beatam te dicimus omnes generationes, propter eius prophetiam: & ad huius calcem, Angeli vocem personant, Aue gratia plena, Dominus tecum: quia verbum hoc, salutis nostræ principium est. Et precantur: & per te*

nobiscum versatur Deus: per gratiam videlicet. Tunc lætanter & sonore capitibus detectis decantant, signantes se, quia caput nostrum Christũ peperit ipsa, & ipse est protectio nostra de cœlo, & prouisor, & salus. Et, dignum est, canunt: deiparamque confitentur, & Cherubim speciosiorem pangunt: vt quæ Verbum Deum in persona vtero suscipiens, incorrupte mundo protulerit. Prædictaque verba expositurus author idem subiungit. Τὸ μὲν ἀνυψῶται· τὸ, τῷ Θεῷ ἀναφέρειν δηλοῖ. Τὸ δὲ εἰπεῖν, μέγα τὸ ὄνομα τῆς ἁγίας τριάδος· τὴν ὁμολογίαν κηρύττει τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ. καὶ τούτῳ προσφέρει τὸν ἄρτον, καὶ μεγαλύνει τούτου τὸ ὄνομα. τὸ δὲ εἰπεῖν, Παναγία Θεοτόκε βοήθει ἡμῖν· καὶ τὴν σάρκωσιν κηρύττει τοῦ λόγου· τοῦτο γὰρ σημαίνει ἡ θεοτόκος φωνὴ, καὶ ταύτῃ ἐπικλήσει γίνεται· καὶ πιστεύομεν ὡς πάρεστιν ἑτοίμη πρὸς βοήθειαν αὕτη. ὁ ἄρτος δὲ αὐτῇ ὡς δῶρον κομίζεται· μᾶλλον δὲ δι' αὐτῆς σαρκωθέντι, καὶ δι' ἡμᾶς ἑκουσίως σταυρὸν ὑπομείναντι, ὅπερ καὶ διὰ τοῦ σταυροῦ ὁ ἀνυψῶν ἐκτυποῖ. *Eleuatio quidem Panis oblationem eius Deo factam manifestat: verbum vero, Magnum nomen est Sanctæ Trinitatis, confessionem omnium Dei prædicat: & huic Panem offert, illiusque nomen extollit. At oratio, Sanctissima Deipara succurre nobis, Verbi incarnationem annunciat; illam namque, Deiparæ dictio significat, ipsiusque innocatione comprehenditur. nam & ipsam vt opituletur paratam esse testatur. Panis autem vt munus præsentatur, per ipsam vero potius Verbo incarnato, sponte pro nobis crucem passo, quod & cruce facta, qui Panem eleuat, figurare videtur.* Ritus autem illius institutionem repetunt Græci quidã ex historia in ipsorũ Horologio, id est Diurnali, descripta, cuius fides incerta & dubia est, non enim alias fuisset à Symeone Thessalonicensi silentio prętereunda. Μετὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ φρικτὴν ἀνάστασιν, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος κάθοδον, καὶ ἕως τοῦ μερισμοῦ τῶν ἁγίων ἀποστόλων διὰ τὸ κήρυγμα, ἦσαν πάντες ἀπόστολοι ὁμοθυμαδὸν, καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν ἐν τῷ ἀρίστῳ ἀνακεκλιμένοι, ἀφέντες κενὸν τόπον, ἐν τούτῳ προσκεφάλαιον ἐτίθεσαν, καὶ ἐν τῷ προσκεφαλαίῳ τμῆμα ἄρτου, ἐξ οὗ ἤσθιον, εἰς μοῖραν Χριστοῦ. Μετὰ δὲ τὸ ἄριστον ἀνιστάμενοι καὶ εὐχαριστοῦντες ἐλάμβανον τὸ τμῆμα τοῦ ἄρτου, ὃ εἰς τὴν τοῦ κυρίου ἐπεκέκλητο μοῖραν· τοῦτο δὲ ὑψοῦντες ἔλεγον, δόξα σοὶ ὁ Θεὸς ἡμῶν, δόξα σοι. δόξα πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι. καὶ ἀντὶ τοῦ, μέγα τὸ ὄνομα· τὸ, Χριστὸς ἀνέστη· ἕως τῆς ἀναλήψεως. Ἐκ τότε δὲ, μέγα τὸ ὄνομα τῆς ἁγίας τριάδος, κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, βοήθει ἡμῖν. Καὶ ταῦτα μὲν ἐτελεῖτο οὕτως. Ἐποίει δὲ τοῦτο ἕκαστος αὐτῶν ἔνθα ἔτυχε, μέχρι τῆς κοιμήσεως τῆς θεοτόκου. ὅτε δὲ τὴν παγκόσμιον σύναξιν διὰ νεφελῶν ἐποιήσαντο, διὰ τὴν τῆς θεοτόκου δὲ ποινῆς μετάστασιν, τὰ εἰκότα τελέσαντες, μετὰ τὴν αὐτῆς ταφὴν δηλονότι, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ παραμυθίαν ποιούμενοι, καὶ μετὰ τὸ ἄριστον ἀναστάντες, τὸ τμῆμα τοῦ ἄρτου, τὸ εἰς ὄνομα κείμενον Χριστοῦ, κατὰ τὸ εἰωθὸς ἀνυψώσαντες, καὶ μέγα τὸ ὄνομα, προσειπόντες, ὢ θαύματος παραδόξου, ἡ νεκρὰ ὥσπερ ζῶσα, μετὰ νεφέλης καὶ φωτοποιῶν ἀγγέλων παρισταμένων αὐτῇ ἐπὶ τῷ ἀέρι φαίνεται. Χαίρετε, λέγει, ὅτι μεθ' ὑμῶν εἰμὶ, πάσας τὰς ἡμέρας. τοῦτο ἐκ τοῦ υἱοῦ χαροποιὸν αὐτοῖς ἐπιδιδοῦσα. οἱ δὲ μαθηταὶ ἀπὸ τοῦ θαύματος ἐκπλαγέντες· ἀντὶ τοῦ, κύριε Ἰησοῦ Χριστέ. Παναγία θεοτόκε βοήθει ἡμῖν, ἀνεκράγασαν. Εἶτα τῷ τάφῳ προσελθόντες, καὶ μὴ εὑρόντες τὸ πανάγιον αὐτῆς σῶμα, ἐπείσθησαν ἀληθῶς, ὅτι σύσσωμος ζῶσα τριήμερος, ὡς ὁ υἱὸς αὐτῆς ἐκ νεκρῶν ἀνάστασα, καὶ μετασταθεῖσα εἰς τοὺς οὐρανοὺς μεταβέβηκεν σὺν Χριστῷ βασιλεύουσα, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. *Post Saluatoris nostri mirandam resurrectionem, & sancti Spiritus descensum, quousque ab inuicem prædicationis gratia disiungerentur, concordibus animis omnes simul Apostoli versabantur: & cum post orationem mensæ accumberent, relicto vacuo loco, in eo puluinar ponebant, & super eo frustum panis ex quo comedebant, quasi in partem Christi. Sumpto vero cibo, surgentes è mensa, & gratias agentes, segmentum panis in Christi partem sepositum eleuantes, dicebant. Gloria tibi Deus noster, gloria tibi: gloria Patri, & Filio, & sancto Spiritui: & vice huius: Magnum nomen est: ad Ascensionem vsque dicebant. Surrexit Christus, & deinceps, Magnum nomen est Sanctæ Trinitatis: Domine Iesu Christe succurre nobis. Et hæc quidem isto modo fiebant: illudque idem quilibet eorum obseruabat, vbicumque degeret, ad mortem vsque Deiparæ. At quando ex orbe vniuerso in vnum conuenerunt Apostoli, per nubes in aëre delati, vt sacrum eius corpus sepulturæ traderent; iustis ei persolutis, tertia die corpuscula cibo sumpto reficientes, cum panis segmentum Christi nomini sepositum eleuarent, & Magnum nomen est, pronunciarent: O miraculum inopinatum! quæ mortua erat, rediuiua, & lucidissimis Angelorum choris circumdata, in sublimi apparet: & Auete, inquit, ecce ego vobiscum sum, omnibus diebus; Hocque solatium illis, filij verbis præstitit. Discipuli autem miraculo stupefacti, loco eius; Domine Iesu Christe, exclamarunt: Sanctissima Deipara succurre nobis. Ad sepulchrum deinde profectis, non inuentis eius reliquiis, persuasum est, tertio die instar filij sui corpore iterum assumpto à mortuis resurrexisse, & in cœlum assumptam cum Christo in sæcula sæculorum regnare. Amen.* Fabulam autem quamuis non referat, παναγίας tamen eleuationem ab Apostolica traditione tanquam è fonte profluxisse superius scripsit Symeon Thessalonicensis, qua fide vero ductus hoc asserat: ipse non recenset.

2 Καὶ ὑψοῖ τὴν παναγίαν] Quo loco vero, & fine eleuari soleat, refert author citatus. Ἐξαιρέτως τέτακται ὑψοῦσθαι τῷ τέλει τῆς τραπέζης τῶν ἀδελφῶν, εἰς ἁγιασμὸν αὐτῶν, καὶ ἧς μετέλαβον βορᾶς σφραγῖδα. Ἀνυψοῦται δὲ καὶ ἐν παντὶ καιρῷ ἄλλῳ, ὅτε τις χρείαν ἔχει τῆς ἡμετέρας βοήθειαν· καὶ ἐν τῇ ἱερᾷ λειτουργίᾳ κατ' ἔθος παρὰ πλείστων ἱερουργῶν ὑψοῦται ποθούντων ἐπικαλεῖσθαι καὶ ἀνυμνεῖν τὴν πανύμνητον· οἷον ἡνίκα τὸ, ἐξαιρέτως τῆς παναγίας, λέγεται. *Præsertim vero sancitum est vt in fine mensæ fratrum eleuetur, in sanctificationem eorum, & ad sumpti cibi sacram obsignationem. Eleuatur pariter omni alio tempore, cum quis nostra ope indiget,* (prout quando se mari committit, vt titulus officij indicat, ad animæ solatium, vel tempestatum periculorumque liberationem) *& in sacra missa, prout à plerisque Sacerdotibus pro more obseruatur: omnium enim ore celebrandam Virginem inuocare cupiunt & collaudare, maxime cum illud,* Præsertim pro sanctissima, *in missa perlegitur.* Vide Liturgiam fol.

3 Μέγα τὸ ὄνομα] Hæc verba in eleuanda pro consueto more παναγία dicuntur: Paschatis autem hebdomada, διακαινησίμου, quasi *renouationis* nuncupata, mutatis paulum cæremoniis, etiam in verbis, quæ fit mutatio, attendenda est. Scribit itaque Græcorum Typicon cap. vlt. Πῶς ὑψοῦται ἡ παναγία ὅλης τῆς ἑβδομάδος τοῦ διακαινησίμου. Ὑψοῖ τὴν προσφωνῶν λέγων. Χριστὸς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν, ἐκ τρίτου, ὁ λαὸς ἀποκρίνεται λέγων. Ἀληθῶς ἀνέστη. καὶ ποιεῖ σταυροῦ τύπον· προσκυνοῦμεν αὐτοῦ τὴν τριήμερον ἔγερσιν. εἶτα ἀσπαζόμεθα τὴν παναγίαν, οὐ μέντοι ἐσθίομεν αὐτὴν μέχρι τοῦ σαββάτου· ἀλλὰ καθ' ἑκάστην αὐτὴν ὑψοῦμεν, καὶ ἀσπαζόμεθα αὐτήν· τῷ γὰρ σαββάτῳ ἐσθίομεν αὐτήν· ψάλλοντες τὸ, Χριστὸς ἀνέστη. Ἀπὸ δὲ τοῦ σαββάτου τοῦ πάσχα, μέχρις οὗ ἀποδώσωμεν τὸ, Χριστὸς ἀνέστη· ὑψοῦται οὕτως. ὑψοῖ τὴν παναγίαν, καὶ λέγει. ὁ Χριστὸς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν· εἶτα

ποιεῖ σταυροῦ τύπον, καὶ λέγει. Παναγία Θεοτόκε βοήθει ἡμῖν. Ὁ λαός. Ταῖς αὐτῆς πρεσβείαις ὁ Θεὸς ἐλέησον, καὶ σῶσον ἡμᾶς. *Noscendum, qua ratione* παναγία *Panis ille, cunctis hebdomados Pascha diebus eleuatur. Eleuat autem eum Sacerdos, dicens. Christus surrexit à mortuis, vsque tertio. Populus autem respondet. Vere surrexit, (& cruce se signat) triduanam eius resurrectionem veneramur. Panem deinde osculamur, non tamen eum comedimus, vsque ad Sabbati diem. Singulis vero diebus more præfato eleuamus, & osculamur. Sabbato porrò comedimus illum canentes: Christus surrexit. A Sabbato vero Pascha vsque dum deponamus hymnum: Christus surrexit,* (id est in Ascensionis festo) *Sic eleuatur. Eleuat Panem Sacerdos, & ait: Christus surrexit ex mortuis: moxque facto crucis signo, dicit. Sanctissima Deipara succurre nobis. Populus respondet. Eius precibus Deus miserere, & salua nos.*

r Εἰ δέ τινες, &c.] Dissonant hæc edita, tum ab editis aliis, tum à Regiis, Barberino, & Cryptoferrat. ita legentibus: εἰ δέ τινες ηὐτομόλησαν ἀπὸ προαιρέσεως εἰς τὴν ἄρνησιν, οἱ τοιοῦτοι κανόνα μὲν φοβερὸν ἔχουσιν· ἀλλὰ διὰ συμπάθειαν ἐπὶ δύο ἐνιαυτῶν νηστευέτωσαν ἀπεχόμενοι κρεῶν, καὶ τυροφαγίας, καὶ ὠῶν, καὶ οἴνου· ποιοῦντες γονυκλισίας, εἰ μὲν νέοι εἰσὶ καὶ ἰσχυροὶ, καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἑκατοντάκις, τὸ, Κύριε ἐλέησον διακοσίως· εἰ δὲ ἀδύνατοι πρὸ δύναμιν. πληρουμένων τῶν δύο ἐνιαυτῶν, πρὸ ὀκτὼ ἡμερῶν λαμβανέσθωσαν ἱλαστηρικὰς εὐχὰς, καὶ τὰ ἑξῆς· ὡς προτέτακται, γινέσθωσαν ἐπ' αὐτοῖς, εἴτε ἄνδρες εἶεν, εἴτε γυναῖκες, μόνον τέλειοι τὴν ἡλικίαν. *Si vero aliqui ex proposito ad negandum defecerint: tales tremendam pœnitentiam subire debent. Verum concessa eis indulgentia, duobus annis ieiunent, carnibus, casei comestione, ouis, & vino abstinentes, faciant genuflexiones, si iuuenes quidem fuerint & robusti, per singulos dies centum, ducenties autem* Domine miserere, *dicant: sin autem viribus imbecilliores fuerint; per octo dies ante duos annos completos, subijciant se precibus reconciliationis, & reliqua deinceps, prout constitutum est, obseruentur, siue viri fuerint, siue fœminæ, dummodo ad perfectam ætatem peruenerint.* Barberinum vero ita terminat: εἰ δὲ οἰκείᾳ προαιρέσει ηὐτομόλησαν πρὸς ἄρνησιν, οἱ τοιοῦτοι κανόνα φοβερὸν ἔχουσιν, ἀλλὰ διὰ συμπάθειαν δύο ἐνιαυτοὺς νηστευέτωσαν ἐν ἄρτῳ καὶ ὕδατι· καὶ ποιείτωσαν γονυκλισίας, εἰ μὲν νέοι εἰσὶ καὶ ἰσχυροὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν μετανοίας διακοσίας καὶ τὸ, Κύριε ἐλέησον. διακοσίως. πληρουμένων δὲ τῶν δύο ἐνιαυτῶν· λαμβανέσθωσαν καὶ αὐτοὶ εὐχὰς, καὶ τὴν τάξιν καθὼς ἀνωτέρω διεταξάμεθα εἴτε ἄνδρες, εἴτε γυναῖκες. *Si vero propriæ voluntatis motu ad fidem negandam transierint, tales mulctam horrendam sustineant. Ex indulgentia nihilominus, in pane & aqua per duos annos ieiunent: & genuflexiones faciant, si iuuenes fuerint & viribus integri, prostrationes ducentas, & ducenties pariter,* Domine miserere, *dicant. Duobus autem annis completis suscipiant, & ipsi preces, iuxta ordinem à nobis superius expositum: siue viri fuerint, siue mulieres.*

s Εὐχαὶ ἱλαστηρικαί.] Cryptoferratense, εὐχὴ ἱλασμοῦ.

t Τὴν ἀληθινήν.] Idem τὴν ἡμετέραν.

v Εὐχὴ ἑτέρα.] Titulus secundæ orationis in Cryptoferratensi codice Bessarionis est huiusmodi: εὐχὴ ἄλλη εἰς ἱλασμὸν μετὰ τὸ εἰπεῖν ψαλμὸν πεντηκοστὸν, τριακοστὸν ἕβδομον, καὶ ἑκατοστὸν δεύτερον. *Alia oratio ad reconciliationem dictis 50. 37. & 102. Psalmis.*

x Εὐχὴ ἑτέρα.] Titulus tertiæ orationis in eodem Cryptof. est: εὐχὴ πρὸς Χριστιανοὺς ὑπαχθέντας ἐθνικῇ πλάνῃ, ἐπιστρέψαντας δὲ τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ τῷ Θεῷ προσδραμοῦντας. *Oratio pro Christianis Gentilium seductione subactis: ad Ecclesiam vero reuersis, & ad Deũ confugientibus.* Atque ita iuxta illius MS. mentem, oratio ista non nisi fidei Christianæ desertores respicit: vnde & illa eadem oratio, sub eodem titulo, in alio MS. Barberino num. 88. insignito, reperitur.

y Κύριε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ.] Titulus huius orationis in eodem codice Cryptæ Ferratæ est: εὐχὴ ἐπὶ ἀποστατήσαντος παιδὸς, καὶ μαγαρίσαντος, καὶ μετανοοῦντος. *Oratio pro puero fidei desertore, infidelitate inquinato, & pœnitente.* Hæcque oratio non nisi super pueros apostatas legitur.

z Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ κλίνας.] Hæc oratio, & quæ deinceps sequuntur, vix reperiuntur in vllis MS. quamuis in aliquibus non desint officia pro reconciliandis hæreticis ab his diuersa. Barberinum porro num. 88. distinctum ab his ordinem pro solis pueris absoluendis exhibet.

Oratio pro fidei à pueritia desertore, paganismo nimirum seipsum inquinante, & ad Ecclesiam reuerso.

Domine Deus noster, Pater, &c.

Sacerdos. Pax omnibus.

Diaconus. Capita vestra Domino.

Sacerdos orationem.

TV qui cœlos inclinasti, & ad salutem hominum descendisti, qui per pretiosam crucem tuam à maledicto & corruptione nos liberasti, & ad æternam beatamque vitam adduxisti. Ipse humanissime Domine, qui dixisti: quia gaudium fit in cœlo propter vnũ peccatorem pœnitentiã agentem: suscipe perditam ouem tuam ad te nunc reuertentem, & benignitatem tuam requirentem & velut animarum nostrarum pastor, liberatam illam & ereptam sanctarum & rationalium tuarum ouili coniunge. Da illi per gratiam & aduentum sancti tui Spiritus aduersus hostem, virtutem & robur; vt potestatem omnem inimicam deijciat & conculcet: & sancti tui Spiritus super nos peccatores seruos tuos inuocati gloria & gratia circumuallетur. Tu enim es Deus noster, Deus miserendi & saluandi, & tibi gloriam referimus: Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Et vngit eum Sacerdos Chrismate: & dicit hanc orationem.

DOmine Deus noster omnipotens, qui sanctum Spiritum tuum in sanctos Apostolos tuos misisti, & eius virtute & gratia illos replesti: qui & famulum tuum N. è tenebris, & errore conuertisti, & in admirabile & æternum lumen tuum illum deductum fideli populo tuo, & sanctæ Ecclesiæ tuæ aggregasti, & tandem illum Sancti tui Spiritus fragrantia dignum effecisti: ipse, Domine, custodi illum in sanctimonia tua, vas electionis illum esse manifesta, & virtutibus exorna.

Εὐχὴ ἐπὶ ἀποστάντι ἐκ παιδόθεν ἤγουν μαγαρείσαντι, καὶ μεταμοοῦντι.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ παντοκράτωρ, ὁ πατήρ. Vt supra

Ο ἱερεὺς. Εἰρήνη πᾶσιν.

Ο διάκονος. Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ κυρίῳ.

Ο ἱερεὺς τὴν εὐχήν.

ΟΚλίνας οὐρανοὺς, καὶ καταβὰς ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, ὁ διὰ τοῦ τιμίου σου σταυροῦ τῆς κατάρας καὶ τῆς φθορᾶς λυτρωσάμενος ἡμᾶς, καὶ πρὸς τὴν αἰωνίαν καὶ μακαρίαν ζωὴν ἐπαναγαγών. αὐτὸς φιλάνθρωπε κύριε, ὁ εἰπών· ὅτι μεγάλη χαρὰ γίνεται ἐν οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ ἐπιστρέφοντι· πρόσδεξαι τὸ ἀπολωλός σου πρόβατον, καὶ νῦν πρός σε τὸν θεὸν ἡμῶν ἐπιστρέφοντα, καὶ τὴν σὴν ἐπιζητοῦντα εὐσπλαγχνίαν, καὶ ὡς ποιμὴν τῶν ψυχῶν ἡμῶν καλὸς τοῦτο διασώσας, καὶ ῥυσάμενος ἕνωσον τῇ ἁγίᾳ ποιμνῇ τῶν ἁγίων καὶ λογικῶν σου προβάτων, διδοὺς αὐτῷ διὰ τῆς χάριτος καὶ ἐπιφοιτήσεως τοῦ παναγίου σου πνεύματος δύναμιν καὶ ἰσχὺν κατὰ τοῦ ἐχθροῦ· ὥστε πατεῖν ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν αὐτοῦ, καὶ συντρίβειν αὐτήν, καὶ τειχίζεσθαι τῇ δόξῃ καὶ τῇ χάριτι τοῦ παναγίου σου ὀνόματος, τοῦ ἐπικεκλημένου ἐφ' ἡμᾶς τοὺς ἁμαρτωλοὺς οἰκέτας σου. Σὺ γὰρ εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ θεὸς τοῦ ἐλεεῖν, καὶ σώζειν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Καὶ χρίει αὐτὸν ὁ ἱερεὺς τὸ ἅγιον μύρον· καὶ λέγει τὴν εὐχὴν ταύτην.

ΚΥριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ παντοκράτωρ, ὁ τὸ ἅγιόν σου πνεῦμα καταπεμψάμενος ἐπὶ τοὺς ἁγίους σου ἀποστόλους, καὶ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως καὶ χάριτος ἐμπλήσας αὐτούς, ὁ καὶ τὸν δοῦλόν σου, τὸν δεῖνα, ἐκ σκότους καὶ ἐκ πλάνης ἐπιστρέψας, καὶ πρὸς τὸ θαυμαστόν σου καὶ ἀΐδιον φῶς ὁδηγήσας, καὶ τῷ πιστῷ σου λαῷ, καὶ τῇ ἁγίᾳ σου ἐκκλησίᾳ συγκαταριθμήσας, καὶ καταξιώσας αὐτὸν τῆς εὐωδίας καὶ τοῦ ἁγίου σου πνεύματος. αὐτὸς δέσποτα, φύλαξον αὐτὸν ἐν τῷ σῷ ἁγιασμῷ, ἀνάδειξον αὐτὸν σκεῦος ἐκλογῆς, ἐν ἀρεταῖς κατακόσμησον αὐτόν·

καὶ δὸς αὐτῷ πάντοτε κατὰ τὸ θέλημά σου πορεύεσθαι· καὶ καταξίωσον αὐτὸν σὺν ἡμῖν ἐν ἀπολαύσει γενέσθαι τῆς ἐπουρανίου σου καὶ νοερᾶς τραπέζης. καὶ μεταλαβεῖν τῶν ἁγίων, καὶ ἀχράντων, καὶ ζωοποιῶν μυστηρίων τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, κυρίου δὲ καὶ θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἵνα τὸν καλὸν ἀγῶνα ἀγωνισάμενος, καὶ τὸν θεῖον δρόμον τελέσας, καὶ νῦν εἰς σὲ πίστιν ὀρθοδόξως τηρήσας, τύχῃ τοῦ στεφάνου τῆς δόξης, καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν, ὧν ἡτοίμασας ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσί σε. Χάριτι τοῦ Χριστοῦ σου, μεθ' οὗ σοι πρέπει δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Da illi semper in voluntate tua ambulare: & eum nobiscum supercœlestis & intellectualis tuæ mensæ fruitionis participem esse concede: & sanctorum, immaculatorum, viuificorúmque vnigeniti Filii tui, Domini vero & Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi Sacramentorum esse consortem: Vt bono certamine superato, & diuino cursu absoluto, fideque in te cum recto sensu seruata, coronam gloriæ, & æterna bona, quæ diligentibus te præparasti, consequatur. Gratia Christi tui, cum quo conuenit tibi gloria, honor, & adoratio in sæcula sæculorum. Amen.

Hucusque Officium pro reconciliandis Hæreticis ex D. Methodij regulis, & Orationibus conflatum, prout in diuersis exemplaribus reperiebatur exaratum inspeximus: exemplarque vnum cum alio, qua potuimus fide & diligentia, contulimus. Offert se tamen aliud, diuersa ratione compositum, & vt præcedenti admodum simile, hoc loco reponendum. Fidelissimum vero eius exemplar è Cryptoferratensi Bessarionis M. .. translatum, præfert in titulo testimoniũ, se ex Euchologio Patriarchali desumptum fuisse, atq; ideo, velut probatissimum subijcimus, mox deinceps cum exemplaribus aliis de verbo ad verbum, conferendum.

---

a Ἐκ τοῦ εὐχολογίου τοῦ πατριαρχικοῦ, ὅπως δεῖ δέχεσθαι τοὺς ἀπὸ αἱρέσεων μετερχομένους ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ καθολικῇ b καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ.

Ἀρειανοὺς μὲν καὶ Μακεδονιανοὺς, ἤγουν πνευματομάχους, καὶ Σαββατιανοὺς, λέγοντας ἑαυτοὺς καθαρούς, Τεσσαρεσκαιδεκατίτας, ἤγουν Τετραδίτας, καὶ Ἀπολλιναριστάς, δεχόμεθα διδόντας λιβέλλους, καὶ ἀναθεματίζοντας σὺν τῇ ἰδίᾳ αἱρέσει, πᾶσαν ἄλλην αἵρεσιν μὴ νοοῦσαν, ὡς φρονεῖ ἡ ἁγία τοῦ θεοῦ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία. Προηγουμένως μέντοι, c ἡνίκα μέλλουσι προσάγεσθαι τῇ ὀρθῇ πίστει, νηστεύειν αὐτοὺς δεῖ ἡμέρας δέκα, ἢ δεκαπέντε, καὶ σχολάζειν ταῖς εὐχαῖς, πρωΐας καὶ δείλης, μανθάνοντας ψαλμοὺς, ὡς κατηχουμένους, καὶ τότε ἀξιοῦσθαι τῆς ὀρθοδόξου πίστεως· ἵστησι δὲ ἕκαστον αὐτῶν ὁ ἱερεὺς, ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας κολυμβήθρας· καὶ λέγει αὐτοῖς τοῦτο.

Εἰπὲ ἀνάθεμα τῷδε, καὶ τοῖς δόγμασιν αὐτοῦ, καὶ τοῖς συνδοκοῦσιν αὐτῷ, καὶ τοῖς φρονοῦσι τὰ αὐτοῦ· ἀποτάσσομαι γὰρ αὐτῷ, καὶ παντὶ αἱρετικῷ δόγματι· καὶ πιστεύω εἰς τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον τριάδα, κατὰ τὴν ἔκθεσιν τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ὀρθοτομησάντων λόγον τῆς ἀληθείας. καὶ ἀποκρίνεται πρὸς ἕκαστα ὁ μετερχόμενος· καὶ λοιπὸν ἐρωτᾷ αὐτὸν τρίτον ὁ ἱερεύς.

Ex Euchologio Patriarchali, qua ratione ex hæresibus, in sanctam Dei Catholicam & Apostolicam Ecclesiam remigrantes suscipere oporteat.

Arianos quidem, & Macedonianos, Sancti Spiritus nimirum hostes, dicentes se puros, Tessarescædecatitas, Quartodecimanos nempe, & Apollinaristas, cum dederint Libellos, & anathematizauerint cum propria hæresi, quamlibet etiam aliam, quæ non sapit, prout sapit sancta Dei Catholica & Apostolica Ecclesia, suscipimus. Præcedenter autem, cum ad rectam reducendi sunt fidem, decem aut quindecim diebus ieiunare illos conuenit, & mane & vespere, orationibus, catechumenorum more, psalmos addiscentes vacare, & tunc rectæ fide i susceptione dignos haberi. Singulos autem quosque illorum statuit Sacerdos coram sancta baptismatis piscina: & hoc pacto dicit eis.

Dic anathema tali, & eius dogmatibus, & consentientibus ipsi quique idem tenent & sapiunt. Renuncio enim ipsi, & omni hæretica opinioni, & credo in sanctam & consubstantialem Trinitatem, secundum sanctorum Patrum veritatis verbum proponentium expositionem: Et ad singula redux respondet: & tandem tertio illum interrogat Sacerdos.

Credis in sanctam consubstantialem Trinitatem. Et respondet. Credo. Et inclinante caput reduce, facit Sacerdos orationem.

Deus Saluator noster, qui cunctos homines saluari vis, & ad cognitionem veritatis venire: suscipe seruum tuum nuper ex errore resipiscentem, & ad agnitionem veritatis accedere concupiscentem. Tu enim dixisti, Domine, alias quoq; oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere: & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus pastor. Pasce itaque illum in fidei sensu, in agnitionem veritatis, iuxta sanctorum tuorum & gloriosorum Apostolorum expositionem, & signaculum sancti tui Vnguenti, & pretiosi tui corporis & sanguinis sumptionem illi largire: perfectum tuum seruum redde illum, vt & ipse ouili tuo connumeretur, in gloriam & laudem magnitudinis tuæ.

Exclamando. Quia tuum est regnum, & virtus, & gloria Patris, &c.

Et vngit eum Chrismate, sicut & recens illuminatos, eandem enunciationem super illo faciens: & post hæc iterum precatur.

Domine Deus noster, qui perfectum renunciare seruum tuum N. per rectam in te fidem, & sancti tui Vnguenti signaculum dignatus es: tu omnium Domine, veram in te fidem in illo custodi, adauge illum in iustitia, & omnibus à te gratiis profluentibus exorna.

Atque ita communicat, & mandatum accipit septem illis diebus carnem non comedere, neque vultum lauare, sed sicut baptizati, ita omnino se gerere: & octaua die abluitur.

Nestorianus vero & Eutychianistas, oportet Libellos proferre, & propriam hæresim anathematizare, & Nestorium, & Eutychen, & Dioscorum, & qui opinionem eorum tenent, & omnes supra allatas hæreses: & sanctæ communionis fit particeps.

Cæterum Eunomianos vnica immersione baptizatos, & Montanistas, Phrygas dictos, & Manichæos, & Sabellianos, vnam esse Patris & Filij personam docentes, & alia quædam insolita facientes, cunctosque tales hæreticos, eos nimirum, qui veritati se adiungere nituntur: velut à fide alienos recipimus: illosque baptizamus.

Πιστεύεις εἰς τὴν ἁγίαν ὁμοούσιον τριάδα; καὶ ἀποκρίνεται. Πιστεύω. e καὶ ἐπικλίναντος τοῦ μεταρχομένου τὴν κεφαλὴν; ποιεῖ ὁ ἱερεὺς εὐχήν.

Ο θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ὁ βουλόμενος πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν· πρόσδεξαι τὸν δοῦλόν σου, τόνδε, τὸν μόλις ἀνανήψαντα ἐκ τῆς πλάνης, καὶ ἐπιποθήσαντα εἰς τὴν ἐπίγνωσιν ἐλθεῖν τῆς ἀληθείας· σὺ γὰρ εἶπας κύριε, καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης, κἀκεῖνά με δεῖ ἀγαγεῖν, καὶ τῆς φωνῆς μου ἀκούσουσι, καὶ γενήσεται μία ποίμνη, καὶ εἷς ποιμήν. ποίμανον τοίνυν αὐτὸν ἐν τῇ δόξῃ σου, εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, κατὰ τὴν ἔκθεσιν τῶν ἁγίων σου καὶ ἐνδόξων ἀποστόλων, καὶ καταξίωσον αὐτὸν τῆς σφραγῖδος τοῦ θείου μύρου, καὶ τῆς μεταλήψεως τοῦ τιμίου σου σώματος, καὶ αἵματος. καὶ ἀνάδειξον αὐτὸν τέλειον δοῦλόν σου· ἵνα τῇ ποίμνῃ σου ἐγκαταλεγῇ καὶ αὐτὸς, εἰς δόξαν καὶ ἔπαινον τῆς μεγαλωσύνης σου.

Εκφώνως. Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα, τοῦ πατρὸς.

f Καὶ χρίει αὐτὸν τῷ μύρῳ, καθὼς καὶ τοὺς νεοφωτίστους, τὴν αὐτὴν ἐπίρρησιν καὶ ἐπ' αὐτῷ ποιούμενος, καὶ μετὰ τοῦτο πάλιν εὔχεται.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ καταξιώσας τέλειον ἀναδεῖξαι τὸν δοῦλόν σου, τόνδε, διὰ τῆς εἰς σὲ ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ τῆς σφραγῖδος τοῦ μύρου σοῦ τοῦ ἁγίου. σὺ δέσποτα τῶν ἁπάντων, τὴν εἰς σὲ ἀληθῆ πίστιν ἐν αὐτῷ διατήρησον, αὔξον αὐτὸν ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ πᾶσι τοῖς παρά σου χαρίσμασι κατακόσμησον.

Εἶθ' οὕτως κοινωνεῖ, καὶ λαμβάνει παραγγελίαν ταῖς ἑπτὰ ἡμέραις ἐκείναις κρέας μὴ φαγεῖν, μηδὲ νίψασθαι τὴν ὄψιν, ἀλλὰ καθὼς οἱ βαπτιζόμενοι, οὕτω διατελεῖν, καὶ τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ ἀπολύεται.

Νεστοριανοὺς δὲ καὶ Εὐτυχιανιστὰς, χρὴ ποιεῖν λιβέλλους, καὶ ἀναθεματίζειν τὴν αὐτῶν αἵρεσιν, καὶ Νεστόριον καὶ Εὐτυχέα, g καὶ Διόσκορον, καὶ τοὺς φρονοῦντας τὰ αὐτῶν, καὶ πάσας τὰς προαναφερομένας αἱρέσεις, καὶ μεταλαμβάνειν τῆς ἁγίας κοινωνίας.

Εὐνομιανοὺς μέντοι τοὺς εἰς μίαν κατάδυσιν βαπτιζομένους, καὶ Μοντανιστὰς τοὺς λεγομένους Φρύγας, καὶ Μανιχαίους, καὶ Σαβελλιανοὺς τοὺς υἱοπατορίαν διδάσκοντας, καὶ ἕτερά τινα χαλεπὰ ποιοῦντας, καὶ πάσας τὰς τοιαύτας αἱρέσεις, ἤγουν τοὺς ἀπ' αὐτῶν ἐθέλοντας προστίθεσθαι τῇ ἀληθείᾳ, ὡς ἕλληνας δεχόμεθα· h καὶ βαπτίζομεν αὐτούς.

VARIÆ OPERIS PRÆMISSI LECTIONES.

a Ἐ Τχὴ εὐχολογίκ πατριαρχικοῦ.] Desunt hæc tria verba in Regiis & Barberino sancti Marci. Aliud vero, item Barberinum habet solummodo in titulo: εὐχὴ ἀπὸ αἱρέσεως ἐπιστρεφόντων. Post quam immediate sequitur Oratio. ὁ θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν: atque ita regulæ omnes hîc positæ in hoc vltimo desunt.

b Καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ.] Regia & Barberinum S. Marci subuertit σφραγιζομένοις ἤτοι χριομένοις τῷ ἁγίῳ μύρῳ: verba relata τῷ, δεχόμεθα.

c Ηνίκα μέλλουσι προσάγεσθαι.] Regia & Barberinum: χρὴ ἡνίκα μέλλουσι προσάγεσθαι τῇ ὀρθῇ πίστει. Reliquum vero huius periodi vsque ad verbum ἵστησι deest in Regiis.

d Λοιπὸν ἐρωτᾷ.] Regia & Barberinum. Καὶ λοιπὸν ἐπάγει ὁ ἱερεὺς, καὶ λέγει τρίτον.

e Αποκρίνεται.] Eadem ὑπακούει.

f Καὶ χρίει αὐτὸν τῷ μύρῳ.] Desunt cuncta hæc in Barberino, vice quorum legitur. ἐὰν δὲ μὴ οἶδεν λαλῆσαι, ὁ ἀνάδοχος αὐτοῦ ὑπακούει· καὶ ἐπικλίνοντος τοῦ μετερχομένου· ὁ ἱερεὺς ἔχων τὴν χεῖρα ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, ποιεῖ τὴν εὐχὴν ταύτην. κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν. Vt supra. Aliud vero Barberinum ita legit. καὶ χρίσας αὐτὸν τὸ ἅγιον μύρον καθάπερ τοὺς νεοφωτίστους, καὶ πάλιν ἐπεύχεται ὁ ἱερεὺς λέγων. τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν &c. Ad calcem Orationis subdit. καὶ τῇ η' ἡμέρᾳ ἀπολύει αὐτὸν κατὰ τοὺς νεοφωτίστους. Et reliqua in eodem desunt.

g Διόσκορον.] Addunt Regia & Barberinum Σευῆρον.

h Καὶ βαπτίζομεν αὐτούς.] Desunt hæc in Regiis. Mox sequitur in eodem Barberino.

Ὅπως δεῖ ἀναθεματίζειν ἐγγράφως τοὺς ἀπὸ Μανιχαίων προσερχομένους τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ.

ΑΝάθεμα Μάνεντι ἤτοι Μανιχαίῳ, καὶ τοῖς δόγμασιν αὐτοῦ, καὶ πᾶσι τοῖς ἐκτεθεῖσι καὶ συγγραφεῖσι παρ' αὐτοῦ, καὶ πᾶσι τοῖς πειθομένοις αὐτῷ, καὶ τοῖς ὡς προεῖπον παρ' αὐτοῖς ἀσεβῶς ἐκτεθεῖσι πέντε βίβλοις, ἃ καὶ ἐκάλεσεν οὗτος τὸ ζῶν εὐαγγέλιον, ὅπερ καὶ νεκροποιεῖ καὶ τὸν θησαυρὸν τῆς ζωῆς, ὅσπερ ἐστὶν θησαυρὸς θανάτου· καὶ βίβλον ἀναθεματίζω τῶν ἐπιστολῶν Ὁμοδᾶ καὶ τὴν τῶν μυστηρίων, ἥτις ἐστὶν πρὸς τὴν ἐπιτηδευθεῖσαν αὐτοῖς ἀνατροπὴν τοῦ νόμου καὶ τῶν ἁγίων προφητῶν, καὶ τὴν τῶν πάντων πραγματείαν, καὶ τὴν λεγομένην ἑπτάλογον Ἀγαπίου, καὶ αὐτὸν Ἀγάπιον· καὶ πᾶσαν αὐτῶν βίβλον, καὶ πᾶσαν εὐχὴν παρ' αὐτῶν λεγομένην, μᾶλλον δὲ γοητείαν.

Ἀναθεματίζω δὲ καὶ καταθεματίζω Ζαράδην καὶ Βοδδᾶν, καὶ Σκυθιανὸν, τοὺς πρὸ Μανιχαίων γεγονότας.

Ἔτι ἀναθεματίζω καὶ τὸν Σισίννιον τὸν διάδοχον τοῦ αὐτοῦ Μάνεντος, καὶ Ἀδδοῦντον καὶ Ἀδίμαντον, ὃν ἀπέστειλεν ὁ αὐτὸς ὁ δυσσεβὴς Μάνης εἰς διάφορα κλίματα.

Πρὸς δὲ τούτοις ἀναθεματίζω καὶ καταθεματίζω σὺν τοῖς προγεγραμμένοις πᾶσιν, Ἱέρακα καὶ Ἡρακλείδην, καὶ Ἀφθόνιον, τοὺς ἐξηγητὰς, καὶ ὑπομνηματιστὰς τοῦ αὐτοῦ ἀνόμου καὶ βεβήλου Μάνεντος, καὶ Θωμᾶν, καὶ Ζαρούαν, καὶ Γαβριάβιον.

Qualiter oporteat à Manichæorum hæresi ad sanctam Dei Ecclesiam accedentes scriptis (errorem) abiurare.

ANathema sit Manenti, Manichæo nimirum, & eius opinionibus, & omnibus ab eo expositis & conscriptis, & cunctis ei morem gerentibus, & ijs quæ, vt præfatus sum, exposuit, & quæ vocauit ille viuens Euangelium, quod potius vitæ thesaurum trucidat, & mortis est thesaurus. Anathematizo librum epistolarum Omodæ, & alium de sacramentis librum ad euersionem legis & sanctorum Prophetarum studiose compositum. Anathema libro, Omnium negotiatio, vocato, Eptalogo Agapij, & ipsi Agapio. Omnem etiam ipsorum librum; (detestor) & omnem orationem (si non potius superstitio est) ab eis recitatam, abominor.

Anathematizo & detestor Zaradem & Boddam; & Scythianum Manichæorum præcessores.

Insuper anathematizo Sisinnium ipsius Manis successorem, & Addentum, & Adimantum; quem in varia mundi climata ipse impius Manes misit.

Simul cum his anathematizo & detestor, cum his, inquam, supra scriptis omnibus Hieracem, & Heraclidem, & Aphthonium, expositores & commentatores nefandi & prophani Manentis, & Thoman, & Zaruam, & Gabriabium.

Anathematiso insuper Marcionem, & Valentinianum, & Basilidem, & omnem hominem blasphemare ausum, & contra vetus & nouum testamentum eloqui.

Adhuc anathematiso eum, qui Moysem & Prophetas, & omnia ab eis exposita, id est conscripta non acceptat.

Anathematiso præterea, qui solem, lunam, vel astra omnia ceu deos adorauerit.

Anathematizo & detestor omnem hominem duo principia sibi inuicem aduersantia, ingenita, vnum malum, & aliud bonum, asserentem.

Anathematizo, & qui corpus ex malo principio prodijsse, & natura malum esse asserunt.

Anathematizo & omnem hominem, cælum, & teram & mare, & omnia, quæ in eis sunt, à solo Deo facta fuisse non confitentem.

Simul cum his anathematizo, nos & primum hominem, id est Adam similem nobis è terra à Deo conditum esse, negantem. Atque insuper anathematizo quæcumque Iteules, & Scotus, & Saclacætes Nebrod vocatus, de cælis & ideis diuersis, comminiscuntur. Et vnum eumdemque veteris & noui testamenti Deum, & eos qui in vtroque excelluerunt, & vt sancti laudati sunt, & vt amici Dei habiti, profiteor: sicut & magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi natiuitatem, & salutarem passionem, & à mortuis resurrectionem scio, non apparenter solum, aut imaginario, sed secundum veritatem realiter extitisse, vt eius qui Patri nobisque consubstantialis existit.

Ἔτι ἀναθεματίζω καὶ Μαρκίωνα, καὶ Οὐαλεντινιανόν, καὶ Βασιλίδην, καὶ πάντα ἄνθρωπον τὸν τολμῶντά τι βλασφημεῖν, καὶ λέγειν κατὰ τῆς παλαιᾶς, καὶ καινῆς διαθήκης.

Ἔτι ἀναθεματίζω τὸν μὴ δεχόμενον Μωϋσέα καὶ τοὺς προφήτας, καὶ πάντα τὰ παρ' αὐτῶν ἐκτεθέντα, ἤτοι συγγραφέντα.

Ἔτι ἀναθεματίζω τὸν προσκυνοῦντα τῷ ἡλίῳ, καὶ τῇ σελήνῃ, καὶ τοῖς ἄστροις πᾶσι ὡς θεοῖς.

Ἀναθεματίζω δὲ καὶ καταθεματίζω πάντα ἄνθρωπον λέγοντα δύο ἀρχὰς εἶναι, καὶ ταύτας ἀντικαθεστώσας ἀλλήλαις, ἀγεννήτους, μίαν μὲν πονηράν, μίαν δὲ ἀγαθήν.

Ἀναθεματίζω δὲ καὶ τοὺς λέγοντας ὅτι τὸ σῶμα ἐκ τῆς πονηρᾶς συνέστηκεν ἀρχῆς, ἢ φύσει κακόν.

Ἀναθεματίζω δὲ πάντα ἄνθρωπον τὸν μὴ ὁμολογοῦντα τὸν οὐρανόν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς γεγενῆσθαι ὑπὸ τοῦ μόνου θεοῦ.

Πρὸς τούτοις δὲ ἀναθεματίζω τὸν ἀρνούμενον ἡμᾶς τε, καὶ τὸν πρῶτον ἄνθρωπον τουτέστι τὸν Ἀδὰμ τὸν ὅμοιον ἡμῖν μὴ διαπεπλάσθαι ἐκ γῆς ὑπὸ θεοῦ· πρὸς δὲ τούτοις ἀναθεματίζω καὶ ὅσαπερ Ἰτεύλης, καὶ Σκότος, καὶ ὁ καλούμενος Σακλακαίτης Νεβρώδ περὶ διαφόρων οὐρανῶν καὶ ἰδέων μυθολογοῦσιν· καὶ ὁμολογῶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι παλαιᾶς καὶ νέας διαθήκης θεόν, καὶ τοὺς ἐν ἑκατέρᾳ διαπρέψαντας καὶ ἐπαινουμένους ἁγίους ἐπίσταμαι καὶ φίλους θεοῦ, καὶ τὴν τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γέννησιν, καὶ τὰ σωτήρια πάθη, καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, οὐ δοκήσει, οὐδὲ κατὰ φαντασίαν λέγω τοῦ λοιποῦ γεγονέναι, ἀλλὰ κατ' αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν πεπρᾶχθαι, ὡς ὁμοουσίου τῷ πατρὶ καὶ ἡμῖν τοῦ αὐτοῦ ὑπάρχοντος.

Huius anathematismi reliqua propter imperfectum eius sensum deesse videntur.

IN METHODII PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLEOS &c. Notæ.

1 Μεθοδίου Πατριάρχου.] Cui è duobus Methodij nomine dignoscendis Constantinopoleos Patriarchis, præsens sit opus adscribendum, incertum est Arcudio lib. 2. cap. 18. Mihi vero extra controuersiam est, eius non alium authorem agnoscendum, præter Methodium Christi Confessorem, & sacrarum imaginum propugnatorem strenuum, quem Baronius anno 842. num. 20. ad reuocandos in Ecclesiam lapsos mirifice laborasse scribit. Quod vero hi reperirentur variæ ætatis, diuersæque conditionis, ne vilesceret Ecclesiastica disciplina; eosdem omnes, diuerso modo, censuræ Ecclesiasticæ voluit esse subiectos. Quamobrem pro salute omniũ eiusmodi promulgauit edictum, cui

cui titulus reperitur inscriptus: Methodij sanctissimi Patriarchæ &c. Ad thronum Ecclesiæ magnæ anno 843. sublimatus, 847. ex hac vita migrauit, cum sedisset annos quatuor: & tum apud Græcos, tum apud Latinos, relatus habetur in tabulas Ecclesiasticas, inter sanctos annis singulis iugi memoria, 14. Iunij celebrandus. Alius porro nominis eiusdem secundus anno 1240. sedem Constantinopolitanam tribus tantum mensibus obtinuit, quibus nihil memoratu dignum edidisse perhibetur.

2 Διαφόρων προσώπων.] Vt non personarum, sic neque criminum vna habenda est ratio: pœnas autem desertæ fidei inæqualiter illis impositas distinctius explicat Armenopulus Sectio 4. Epitomes Sanctorum Canonum titulo quarto, qui est huiusmodi *ἐπιτίμια τῶν παραπεσόντων. Lapsorum pœnæ.*

Εἰ μὲν παιδίον.] Armenopulus loco recens præfato. ἡ τοῦ πατριάρχου Μεθοδίου διατύπωσις, inquit, τοὺς παραπεσόντας καὶ ἀποστρέψαντας, νηπίους μὲν αἰχμαλωτισθέντας, καὶ φόβῳ ἢ ἀγνοίᾳ καθυπαχθέντας, συγγνώμης ἀξιοῖ, τῷ ἁγίῳ μόνον χρίουσα μύρῳ *Sanctio Methodij Patriarchæ, lapsos & conuersos pueros in captiuitatem abductos, & metu vel ignoratione subactos, venia dignatur, sacro dumtaxat eos oleo inungens.*

3 Ἱλαστηρίους εὐχάς.] Super proxime reconciliandis, iis nimirum, qui ἀποπλύσει subiiciebantur, faciendas.

4 Λούσθω.] Seuerior quandoque quam par sit, in suos Arcudius, lotionem hanc corporalem in balneo, non purgando animo, sed sola cute à sordibus eximendæ ante reconciliationem, præscriptam; superstitionis nota, & Mosaicæ legis obseruantia, primo condemnat: mox pacatior factus excusare nititur. Et iure quidem, si cum ipso Arcudio & eius aduersario Catumsirito Accus. 5. Elencho 5. contemplemur corpoream illam lotionem, non baptismi repetitam collationem, aut Iudaïce præceptam ablutionem, sed vt reminiscentiam puritatis in Baptismi lauacro primum adeptæ, & deinde apostasia deperditæ, contemplemur. Hinc reconciliandos quosque iuxta Baptismatis piscinam Orationes propitiatorias suscepturos collocari vidimus, vt & infidelitatis delictum ibi defleant, & fidem primitus ibi professam, & in conspectu Ecclesiæ promulgatam in se reparare, & ad pristinum feruorem reducere satagant. Cum enim Baptismum inter & Pœnitentiam maxima similitudo intercedat; vnde sicut Baptismus prima est delictorum Pœnitentia, hæc pariter secundus Baptismus esse dignoscitur: nil mirum si non absimiles sint vtriusque ritus & cæremoniæ, quas doctissime pluribus suarum obseruationum locis, speciatim vero 1. & 14. lib. 2. prosequitur æterna memoria recolendus Albaspinæus.

5 Χριέσθω τῷ μύρῳ.] Nullum sanctæ Romanæ Ecclesiæ doctorem, hæc verba ante Arcudium animaduertisse, miror: post Arcudium nullum benigne illa interpretatum, stupeo: ipsum vero Arcudium alias de Latina & Græca simul Ecclesia propter eximiam & sanam doctrinam bene meritum, verborum eorumdem causa, tam seuerè & rigidè Græcos suos, forsan innoxios, excepisse; ni legerem, vix in mentem possem inducere. Præsentis Græciæ, scribit ille cap. 18. lib. 2. mos est, à fide transfugas, & similiter Hæreticos, Hæreticos inquam quoscumque, siue in hæresi natos & educatos, siue in eam lapsos, si se conuertant, Chrismate consignare. Hæc loci citati principio. In fine vero totum caput ita concludit. Vt modo se se res habeat: Hæreticum planè minimèque ferendum continent errorem, quæ in Euchologio typis excuso, traduntur circa hanc Cæremoniam, de forma Confirmationis recitanda. Hæc ille. Forma vero illa vocaliter edicenda, seu ore proferenda, ipseque præsens Confirmationis ritus in lapsis reconciliandis vsitatus, & frequentatus, si iuris aliquid, aut tolerantiæ in Ecclesia Græca mereatur, offert se operosius, (intacta namque superfuit hucusque, quod sciam, difficultas hæc) examinandum.

Dico itaque primo, eos qui apud Hæreticos non fuissent Confirmati, sed tantum baptizati, ad fidem conuersos, in Ecclesia verè Confirmationis Sacramentum suscepisse. Id à nemine vertitur in dubium, Sic enim intelligi potest Canon 7. Constantinopolitani primi Concilij. δεῖ δεχόμεθα σφραγιζομένους ἤτοι χριομένους, πρῶτον τῷ ἁγίῳ μύρῳ, τό τε μέτωπον, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ τὰς ῥῖνας, καὶ τὸ στόμα, καὶ τὰ ὦτα. καὶ σφραγίζοντες αὐτοὺς λέγομεν. σφραγὶς δωρεᾶς πνεύματος ἁγίου. *Signatos & vnctos primo sacro Vnguento in fronte, in oculis, in naribus, in ore, & in auribus, in Ecclesiam admittimus: & signantes eos dicimus. Hæc obsignatio est doni Sancti Spiritus:* Sic & Leo Pontifex epist. 37. cap. 2. *Si ab Hæreticis baptizatum quempiam constiterit, erga hunc nullatenus sacramentum regenerationis iteretur, sed hoc tantum quod ibi defuit conferatur: vt per Episcopalem manus impositionem, virtutem Spiritus sancti consequatur.* Sic & Theodoretus de fabulis Hæreticorum lib. 3. καὶ τοῖς ὑπ' αὐτῶν βαπτιζομένοις τὸ πανάγιον οὐ προσφέρουσι χρίσμα: διά τοι τοῦτο τοὺς ἐκ τῆσδε αἱρέσεως τῷ σώματι τῆς ἐκκλησίας συναπτομένους χρίειν οἱ πανεύφημοι πατέρες προσέταξαν. *Iis qui ab ipsis,* (Nouatianis, de quibus loquitur) *baptizantur sanctissimum Chrisma non exhibent, quocirca eos, qui ex illa hæresi cum Ecclesia corpore se consociant, omni laude digni Patres vngi iusserunt.*

Dico secundò, Hæreticos ad fidem conuersos aliqua sacri Chrismatis vnctione apposita, cum Ecclesia quondam fuisse reconciliatos. Id certe euincunt S. Methodij verba quæ illustramus, χριέσθω μύρῳ (ὁ ἐπιστρεφόμενος) καθάπερ οἱ βαπτιζόμενοι. *Vngatur sacro Chrismatis Vnguento Reconciliandus, cum ad fidem regreditur Baptizatorum more.* Illud etiam demonstrant Epaunensis Concilij sub Symmacho anno 509. celebrati verba. *Presbytero,* inquit cap. 16. *propter salutem animarum quam in cunctis optamus desperatis, in lecto recumbentibus Hæreticis si conuersionem subitam petant, Chrismate subuenire permittimus: quod etiam omnes conuersuri, si sani sunt, ab Episcopo nouerint expetendum.*

Audet aliquid amplius Maldonatus de Confirmatione Hæreticorum iteranda asserere: & an repeti debeat, fuit antiqua quæstio. In Concilio Tarraconensi, subdit, Ca. 6. decretum fuit ne iteraretur: quanquam hic distinguendum esse censeo. Nam quod ea Confirmatio, quæ à Catholicis Episcopis data fuit, non debeat repeti, semper fuit certum, & de ea intelliguntur omnes Canones Conciliorum, qui agunt de hac re, tamen an Confirmatio data ab Hæreticis Episcopis repeti debeat, in Ecclesia Catholica non ita fuit certum: imo existimo in tota Ecclesia veteri fuisse repetitam, quia nō existimabatur esse vera Confirmatio. Quod colligo ex omnibus antiquis scriptoribus, qui absolute sine vlla distinctione id docent. Atqui non ignorabant plerosque non tantum fuisse baptizatos apud Hæreticos, sed etiam Confirmatos: præsertim cum ea esset tunc consuetudo, vt statim post baptismum daretur Confirmatio. Sic Syricius ep. 1. d. cap. 1. & Leo epist. 33. cap. 2. cap. 2. & 37. & hoc fortasse

voluit Augustinus cum dixit lib. 3. contra Donatistas cap. 16. *Manuum impositio, non sicut baptismus repeti non potest.* Et Gregorius lib. 9. epist. 61 docet tribus modis consueuisse, eos qui apud Hæreticos fuerant baptizati, admitti ad Ecclesiam Catholicam. Per Confirmationem: quod faciebat Ecclesia Occidentalis. Per Vnctionem, id est per adhibitionem Chrismatis, quod Catholici apud Hæreticos putabant esse prophanum, quod faciebat Ecclesia Orientalis. Per professionem rectæ fidei, quod alicubi erat in vsu. Hæc ille.

Dico tertio. Lapsis à fide & ad Ecclesiam reuersis aliquando adhibitam vnctionem simul cum pronunciatione verborum, quæ solent in Confirmatione vsurpari, præfatamque vnctionem aliquando fuisse veram Sacramenti Confirmationis materiam, quando verbis tanquam veræ formæ eiusdem sacramenti, id est, super non confirmatis, prolatis, subijciebatur: aliquando vero fuisse purè reconciliatiuam & cæremonialem, quando iisdem verbis super Confirmatis, pronunciatis, subseruiebat.

Fidem præbet huius tertiæ assertionis veritati S. Methodij authoritas, qui præsenti Canone edito, modum quo transfuga quisque à fide, pro ætate, & viribus, Ecclesiæ foret restituendus edixit: cunctosque καθάπερ οἱ βαπτιζόμενοι *more baptizatorum*, Vnguento sacro denuo vngi voluit. Quam authoritatem aduertens Arcudius, modo suspicatur eum Canonem non esse authoris illius & S. Methodij opus genuinum, sed alterius Methodij Schismatici fœtum adulterinum; modo de Hæreticis non Confirmatis sermonem haberi: nūc corruptionem in Canonem irrepsisse: & tandem qualiscumque Methodius author fuerit, modicæ authoritatis fuisse audet asserere, vt ritum omnino condemnandum, & quo videtur iterari Confirmationis sacramentum in Ecclesiam induceret. At primo cum MS. sexcenta, eaque Methodio iuniore Schismatico extra dubium omne antiquiora, & authores inter Latinos pariter ac Græcos non excipiendi, sanctissimo æquè ac doctissimo Methodio Confessori, opus hoc adscribant, non est cur & frustra detrahere velis Arcudius. Ac ne proferam qui eum Canonis huiusce parentem in suis Bibliothecis proclamant Posseuinum & Gesnerum; certe quasi scriptorum Ecclesiæ voce de illo scribit Baronius anno 842. num. 20. Methodius ad reuocandos in Ecclesiam lapsos, mirificè laborauit. Quod vero hi reperirentur variæ ætatis, diuersæque conditionis: ne vilesceret Ecclesiastica disciplina, illos omnes diuerso modo censuræ Ecclesiasticæ voluit esse subiectos. Quamobrem pro salute omnium eiusmodi promulgauit edictum, cui eiusmodi titulus repetitur inscriptus. *Methodij sanctissimi Patriarchæ Constantinopolitani, de iis qui abnegarunt per diuersos modos & ætates.* Moxque insuper totum Canonem iuxta veterum exemplarium lectionem, exactè, verbo tenus, velut Canonis & authoris fidem firmaturus, exarat. Et vero Cedrenus ipse hæresim quandam extinctam simul ac natam, Methodij laboribus & industria, moxque eius authores & asseclas cunctos, sancto Chrismate illis inuncto, in gratiam cum Ecclesia reuocatos enarrat, his verbis. ἀνεφύη δέ τις τηνικαῦτα αἵρεσις ἡ τῶν Ζιλίκων λεγομένη, ἥτις ἅμα τῷ ἀρχηγῷ Ζίλικι τοὔνομα ἐν τοῖς Ἀσηκρήτοις τελοῦντι ἀπέσβη, καὶ διερρύηκεν· αὐτοῦ τε, καὶ τῶν ἑπομένων αὐτῷ μετενεχθέντων εἰς θεοσέβειαν, καὶ τῷ θείῳ μύρῳ χρισθέντων τε, καὶ τελειωθέντων. *Sub hoc tempus Hæresis quædam Zilicum nomine exorta simul cum principe suo Zilice qui à Secretis erat, extincta & dissipata est, ipso & sectatoribus ad veram religionem conuersis, sacroque Chrismate vnctis & perfectis.* Quibus verbis χρισθέντων τε καὶ τελειωθέντων *Vnctisque & consummatis*, siue perfectis; præter Vnctionem præfatis Hæreticis adhibitam, insinuat quoque super eos pronunciata verba Confirmationis iuxta præfatum Methodij Canonem. Perfecti enim sacro Vnguento dicebantur, non tantum quibus sola vnctio applicaretur: sed præterea super quos verba prædicta tanquam perfectio & complementum proferrentur. Quanquam neque hæc verba, immo nec vllam prædictæ Methodianæ Cæremoniæ particulam, sacramenti virtutem obtinere, contendam.

Forte quis dicet, hinc non probari ex Cedreno præfatum Canonem fuisse antiquissimi illius Methodij. At cum possit tantum tribui, vel supra memorato Methodio illustrissimo, qui floruit circa annum 840. & sequentes: aut alteri Schismatico, qui circa annum 1240. sedem obtinuit Constantinopolitanam: Cedrenus vero medius fuerit circa annum 1040. non potuit non loqui nisi de priore Methodio.

Deinde vero quod ait Arcudius, hunc Canonem Methodij intelligi de inconsignatis, seu qui apud Hæreticos non fuissent Confirmati, siue quod illud sacramentum neglexissent, vel omnino reiecissent, vt de Nouatianis clare testatur Theodoretus citatus de fabulis Hæreticorum, siue quod inter eos non essent veri Episcopi, id est, vere Ordinati, qui illud administrarent: id, inquam, non est verosimile. Neque etenim de vno aut altero Hæreticorum genere, puta Nouatianorum loquitur, verum de quacumque penitus secta, quam quidem, vbicumque disseminata fuerit, Confirmationis sacramentum repudiasse, aut semper vere Ordinatis Episcopis caruisse, non est minus sincere asserendum. Deinde loquitur etiam Methodius de illis qui præcoci ætate, tormentorum vi, aut infirmitate animi, à fide prius professa lapsi sunt: hos autem, vt pote in vera Ecclesia baptizatos secundum antiquam totius Ecclesiæ, & perpetuam Orientalis consuetudinem, statim post baptismum Confirmatos fuisse, nemo nescit: quos tamen Methodius adhuc vngi, quemadmodum baptizatos, nec non super eos eadem verba, quæ in Confirmatione, pronunciari instituit, aut certe obseruari curauit ritum alias retrò prioribus sæculis iamdudum institutum.

Hunc præterea Canonem neque irreptitium neque corruptum, præterquam quod constat ex ipso Baronio iam citato, qui illius à Methodio editi mentionem facit, imo & integrum sub eius nomine scriptis suis inserit, sexcenta ferè exemplaria, item Græcorum omnium, tum Latinorum à me productorum consensus euincunt, quæ omnia corruptionis & falsitatis arguere facile est, at conuincere, non ita: quicquid fit, nisi probetur, facile nobis persuadere non poterimus.

At Methodius non est tantæ authoritatis, inquit Arcudius, vt contra sacram scripturam decernat, quod per octingentos annos Orientis Ecclesia in vsu non habuit: ita pagina mihi 104. & 123. peculiaris est ait ex Armenopulo, hæc Methodij constitutio, quæ si aliter, quam de cæremoniali vnctione absque prolata verborum forma, aut de Hæreticis non Confirmatis intelligatur: tanquam noua, doctrinæ Patrum minime consentanea, & sacris paginis contraria, penitus reijcienda est.

Verum potuisset mitius cum Methodio Arcudius

agere. Quis enim credat Methodium acerrimum fidei defensorem, eumque doctissimum, aliquid aut sacris codicibus, aut doctrinæ à maioribus acceptæ repugnans factitasse, vel etiam cogitasse? Fateor itaque cum omnibus Catholicis, Confirmationis sacramentum denuò conferri non posse, ac proinde Methodianum hunc ritum sacramenti rationem non obtinere: fateor etiam cum Arcudio nonnisi de Cærimoniali vnctione posse intelligi. At dico: prolationem verborum, σφραγὶς δωρεᾶς πνεύματος ἁγίου: non secus ac vnctionem purè Cæremonialem, omni penitus excusatione indignam non esse: eo quod per intentionem tum Canonis, tum ministri, Hæreticos reconciliantis, potuerint tam verba citata, quam prædicta vnctio, seclusa omni ratione sacramenti, ad ritum purè Ecclesiasticum restringi, ac determinari: nimirum vt hac signorum exteriori repetitione, aut amissæ gratiæ, quam receperant in Confirmatione, aut nunquam acceptæ propter Hæresim, memores fierent.

Porrò si quis animo repetendæ Sacramentalis Confirmationis hunc ritum Methodianum vsurparet, nefariæ Hæreseos labe carere haudquaquam posset. Quare si qui ea mente etiamnum illud faciat, non modo Arcudianæ censuræ, sed & totius Ecclesiæ iudicio eos subiectos esse volo: immò nec facile probarem, quamuis recta cum intentione, nunc temporis ab aliquo alio ritum præfatum obseruari: ne scilicet repetendi huius sacramenti vel minima occasio Hæreticis offerretur, qui quod sanctè, & simplici animo antiquitus fuisset obseruatum, illusoriè & decipiendi causa possent vsurpare: sicque Hæreses renouarentur potius quam extinguerentur. Si hoc modo temperet censuram Arcudius, & Methodii canitiem & zelum fuerit veneratus, iam non erit inter nos vlla concertationis atque dissidij materia. Quænam vero fuerint iustæ causæ, quæ pristinos Patres ad vngendos Hæreticos ipsumque Methodium impulerint, & quandonam primùm præfatam de Vnctione & verborum pronunciatione consuetudinem Canone edito inuexerint, operæ pretium erit examinare. Certè qui noluerit primam consuetudinis huius institutionem ad Concilium Constantinopolitanum primum reuocare, non poterit ante quintum sæculum completum, illam dudum vsitatam negare, cum de huiusmodi vsu fidem faciat Timothei Sceuophylacis, qui circa annum 480. illud scripsit, Opusculum, Tomo sexto Bibliothecæ PP. Latinorum reperiendum: eiusdemque vetustati attestentur supra relata Regia & Barberinum MM.SS. ante octingentos annos absque controuersia exarata, si tamen Illustr. de Marca, & expertissimo Aliatio nihil derogatum velimus: ac insuper ille sanum sanctumque ritum eundem authoritate doctrinaque sua singulari confirmet tractatu de Primatu Lugdunensi Pag. 493. & sequ. Quoad ipsam vero constitutionis originem & causam; communis ea fuit antiquorum Patrum scriptis firmata mens, & sensus ab omnibus receptus, nullum esse quoad virtutem proficuum sacramentum quod cum infidelitatis præsertim obice susciperetur. Vnde cum sacra Chrismatis Vnctione Spiritus sancti plenitudinem animæ conferri, & veræ fidei per eam testimonium reddi conspicerent: ex aduerso vero non posse illam profiteri, qui se in Ecclesia subijcit Hæretico Pontifici, cuius errores mente amplectitur, aut saltem exterius profitetur: Vnctionem propterea illius, nullum in anima gratię effectum, nullum Spiritus sancti donum intulisse, merito prædicabant. Hinc frequentes illorum sententiæ, quibus Spiritum sanctum in Confirmatione ab Hæreticis ad alios deriuare non posse, nec donari, qui non haberetur, in Ecclesia quondam resonabant: sicque prudenter cœperunt propulsa infidelitate, suscipientem ad Pœnitentiæ studium prouocare, feruentes & publicas ad Deum pro illo preces fundere, & repetitis Confirmationis Cæremoniis, Confirmationis ipsius defectum, gratiæ nimirum absentiam supplere, fidem protestari, & ad eam audacius enunciandam Spiritus sancti aduentum efflagitare, & denique vt cum sanctorum Doctorum turba loquar, infidelitatis crimen, & quam secum traxerat ruinam & perniciem, Spiritus diuini sanctificationibus, per Vnctionem, vel manus impositionem compensare. Deinceps autem cum fidei desertor per lapsum in Hæresim, aut in nefariam sectam consensum, fidem quam in Confirmatione prædicandam propugnandamque modis omnibus pollicitus fuerat, donatumque sibi Spiritum sanctum abijciat, conculcet, extinguat: vt & illam renouet, & Dei Spiritum in se reuocet, quasi Confirmationem (quæ tamen denuo repeti nequit) exposceret, eius signa Cæremoniasque suscipit: & hoc pacto Confirmationis gratiam, & effectum, prius deperditum in suorum animis reparare, Orientalis Ecclesia adinuenit. Non ita tamen vt assertum velim, ritum hunc ex se propriaque virtute, posse opus tam sublime & arduũ (quale est in anima reparatio gratiæ pro solito sacramentorũ virtuti cõnexa) producere: quid namque ad gratiam restituendam imbecillius, Cæremonia humanitus adinuenta, & instituta? Sed quod vel Ecclesiæ precibus, vel Sacerdotis meritis, vel conuersi humilitate, vel tandem vt satius dicam, pœnitentiæ simul semper adiunctæ, vi & potentia, infidelitatis defectus omnis resarciatur, sanctitasque cuncta per Confirmationem adueniens, rursum per iteratum eius ritum concedatur: qui, quia Confirmationem imitatur, & ad Confirmationis effectum reparandum tendit, ad eam pertinere, ex sanctis Patribus potest asseri: quia vero Pœnitentiæ demissionem, & infidelitatis confessionem adiunctam habet, & ad eam à mente obliterandam operatur, merè reconciliatiuum esse profiteor: quod & obseruatio sequens manifestat.

Sanè hanc esse sanam tutamque Græcorum opinionem nullatenus est diffitendum, vbi se Iustini doctrinæ sequaces profitebuntur, eandemque Latini volent esse probatam & acceptam. Is porrò cum in responsionibus ad Orthodoxos, cum sibimet quæst. 14. obiecisset baptismum Hæreticorum velut falsum & frustraneum non esse iterandum, Ordinisque ab eisdem accepti stabilem permanere inaugurationem: quasi Confirmationis Vnctionem denuò adhibitam sugillaret, de illa tacet in quæstione, in responso vero de Baptismo, & Chrismate, dubietatem omnem depellere nititur, & Baptismi quidem ab Hæreticis suscepti næuum, Vnguenti sancti vnctione scribit abstergi; Ordinationis vero, quæ *manus impositione* perficitur, & est vera, perfecta germanaque χειροτονία, alia non adeo laudata vel in pretio habita ceu inferiori, vt pœnitentiali vel saltem cærimoniali *manus admotione*, χειροθεσίᾳ, labem tolli docet: τοῦ βαπτίσματος τὸ σφάλμα διορθοῦται τῇ ἐπιχρίσει τοῦ ἁγίου μύρου, τῆς δὲ χειροτονίας τῇ χειροθεσίᾳ· καὶ οὐδὲν τῶν πάλαι μένει ἄλυτον: *& nihil eorum quæ antea fuerunt, remanet inabolitum.* Superest itaque, *si nihil abolitum est*, Baptismum Confirmationemque semper illi solitam adiungi, sicut & Ordinis potestatem in baptizato,

& ab Hæreticis ordinato saluam & integram reperiri. Huius autem χειροτονία, non alia χειροτονίᾳ, sed tantum χειροθεσίᾳ (cuius à præcedenti discrimen alibi subindicauimus) corrigitur : Quidni ergo vt & τὸ πάλαι μύρον μένῃ ἄλυτον, vt antiquum dico Chrisma & eius Vnctio non sit irrita, siue à Catholico siue ab Hæretico sit accepta, alia simili Vnctione mere pœnitentiali, priorisque emendatrice, si nulla omnino prout supra exposuimus habeatur, vel renouatrice & reparatrice, si Catholicus minister eam perfecerit, non poterit denuo propter Ecclesiæ propositum & preces, & lapsi pœnitentiam exsuscitari, & in priorem statum reduci?

6 Κατὰ τὴν προσηκουμένην διάταξιν.] Ordo Pœnitentiæ hic est, vt fidei desertor Ecclesiæ reconciliandus duabus quadragesimis ieiunet, genuflexiones obeat, toties *Domine miserere*, dicat, quæ sunt opera satisfactionis, & Pœnitentium in gradu *Flentium* constitutorum propria : vbi vero λαμβάνει ἱλαστικὰς εὐχὰς *suscipit reconciliatiuas preces*, per octo dies continuos, tunc dubio procul ἐν ὑποπτώσει *orationibus subiici & substerni* intelligitur : si sponte transfugerit, quia mysteriis indignus habetur, inter συνεστῶτας *consistentes* locum habet, alias ex infirmitate fidem abnegans, ἀξιοῦται τῶν ἁγιασμάτων *communionem sacramentorum accipit*, & fit de numero τῶν μετεχόντων. Tuncque quasi denuo baptismi gratia recuperata recens Illuminatorum opera exequitur.

7 Σφραγῖδα ἐκτυπώτερον ἐμφαίνεσθαι.] Quam recta fuerit de Confirmationis Charactere Methodij sententia, satis clare indicant hæc verba: per Hæresim nimirum, vnctionis in baptismo receptæ non deleri sigillum, sed obfuscari tantum, & quasi ex parte obliterari : eapropter orat Ecclesia ἐνσημανθεῖσαν σφραγῖδα ἐκτυπώτερον ἐμφαίνεσθαι, *vt impressus character expressius appareat* : id est, non tantum res sacramenti, sed eius virtus : non actus primi impressio, sed actus secundi expressio; fidei nimirum illibatæ publica professio, cunctis nota fiat & manifesta.

8 Τῶν ἁγιασμάτων.] In vnitatis numero posita vox ἁγίασμα, *lustralem aquam*, in multitudinis, *corporis & sanguinis Dominici communionem*, vel, *panis benedicti & aquæ pariter sanctificatæ perceptionem*, *significat*. Vtrumque vero sensum potest hic obtinere. Vi namque tormentorum à fide lapsus, post reconciliationem ἁγιασμάτων corporis & sanguinis Christi fit particeps : spontaneus autem transfuga, communione ad mortem vsque priuatus, panem benedictum & aquam lustralem, ἁγιάσματα percipit. Scribit enim Codinus cap. 17. τὸ διδόμενον τῷ λαῷ ἁγίασμα, ὃ φαμὲν ἀντίδωρον. *Sanctum populo distributum, quod panis benedictus dicitur.* Grauius itaque delinquentes Canonibus subiecti, vel etiam quilibet propria voluntate à Communione abstentus, κοινῆς μεταλήψεως diebus, Paschatis nimirum, Apostolorum festo die 29. Iunij, Assumptionis Deiparæ, & Natiuitatis Dominicæ, præmisso quatriduano ieiunio, Diaconi ministerio, sacræ communionis ritu, præcedentibus nempe cereis, ἐν λαβίδι, sanctam aquam ebibit, & missa completa, panem benedictum Sacerdotis manu accipit : illorumque sumptione, sanctitatem sibi comparare, communionis orbitatem compensare, vel saltem hoc pacto, solari confidit.

Post hæc scripta, MS. quoddam, Ecclesiæ Græcæ in admittendis & recipiendis Manichæis Hæreticis fidem requirentibus, manifestans vsum, forte fortuito in Bibliotheca Regia occurrit : quod hîc lubentius adijcimus, quo lectionem eius Ecclesiasticæ historiæ fore vtilem, & Anathematismos illius impietatis superius positos, & in Euchologiis repertos, exinde facilius percipiendos noui.

Ordo seruandus circa eos qui à Manichæis ad puram & veram fidem nostram Christianam accedunt.

ACcedens ad rectam fidem præcedenter quidem ieiunare tenetur duabus hebdomatibus : tum mane & vespere orationibus vacare, & traditam in sacris Euangeliis à Domino nostro Iesu Christo orationem, nec non & sanctum symbolum, & psalmorum aliquos mente tenuisse. Sacerdos deinde omni suo Sacerdotali ornatu indutus penes Baptisterium stans, præsentibus qui adesse voluerint, renunciaturum aduocat : & illum capite nudatum iuxta sanctam piscinam collocat : & dicit ad eum.* Dic Anathema Mani Manichæo, qui se Paracletum, & Iesu Christi Apostolum appellare attentauit. *Illoque assentiente, & eadem verba proferente, aut per seipsum, aut si Græcam linguam nesciat, per interpretem, aut si puer fuerit, per susceptorem: rursum sequentia Sacerdos infert :- & so-*

Τάξις γινομένη ἐπὶ τοῖς ἀπὸ Μανιχαίων ἐπιστρέφουσι πρὸς τὴν καθαρὰν καὶ ἀληθινὴν πίστιν ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν.

ΠΡοηγουμένως μὲν ὁ προσερχόμενος τῇ ὀρθῇ πίστει ὀφείλει νηστεύειν ἑβδομάδας δύο, καὶ σχολάζειν τῇ εὐχῇ πρωΐας καὶ δειλῆς, διαλαβεῖν τε τὴν ἐν τοῖς ἁγίοις εὐαγγελίοις παραδοθεῖσαν ἡμῖν ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προσευχὴν, καὶ τὸ τῆς πίστεως σύμβολον, καὶ τινὰς τῶν ψαλμῶν. εἶτα περιτιθέμενος τὴν ἱερατικὴν στολὴν ὁ ἱερεὺς ἐπὶ τῷ βαπτιστηρίῳ, συμπαρόντων καὶ ἑτέρων πιστῶν ὅσοι βούλωνται, μετακαλεῖται τοῦτον. καὶ ἱστῶν πρὸς τῆς ἁγίας κολυμβήθρας ἀπερικάλυπτον ἔχοντα τὴν κεφαλὴν, φησὶ πρὸς αὐτόν. Εἰπὲ ἀνάθεμα Μάνεντι τῷ Μανιχαίῳ, ὃς ἐτόλμησεν αὐτὸν παράκλητον ὀνομάσαι καὶ ἀπόστολον Ἰησοῦ Χριστοῦ. κἀκείνου συντιθεμένου, καὶ λέγοντος τὰ αὐτὰ ῥήματα· ἢ δι' ἑαυτοῦ, ἢ δι' ἑρμηνέως· ἐὰν αὐτὸς μὴ Γραικίζει, ἢ διὰ τοῦ ἀναδόχου αὐτοῦ, εἰ παιδίον ἐστί· πάλιν ὁ ἱερεὺς ἐπιφέρει τὰ ἀκόλουθα,

καὶ γὰρ ἀπόκρισις κατὰ τὸ αὐτὸν τρόπον. καὶ τοῦ ἀναθεματισμοῦ παντὸς πληρουμένου, φησὶν ὁ διάκονος. Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. τὸ, Κύριε ἐλέησον· καὶ κλίνοντος τὴν κεφαλὴν τοῦ ἐπιστρέφοντος, ὁ ἱερεὺς ἐπ' αὐτῷ ποιεῖ τὴν εὐχὴν ταύτην.

cundum modum eundem fiunt responsa. Et omni Anathematismo completo, dicit Diaconus. Dominum precemur. *Et*, Domine miserere. *Et conuerso caput inclinante: hanc orationem super eum facit Sacerdos.*

Ὁ θεὸς ὁ μέγας καὶ μεγαλώνυμος, ὁ τὸ πρὶν σκότος φωτίσας τῷ λόγῳ τοῦ στόματός σου. ὁ τὸν μονογενῆ σου υἱὸν ἐξαποστείλας εἰς τὸν κόσμον εἰς ἱλασμὸν τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ, καὶ δοξασμένος ὑπὸ τῶν Σεραφίμ· ᾧ πᾶν γόνυ κάμψει τῶν ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται. βασιλεῦ τῶν αἰώνων, ὁ ἐπισυνάξας τὸ πεπλανημένον πρόβατον εἰς τὴν ποίμνην τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ὁ ἐπιστρέφων ἁμαρτωλὸν ἐκ πλάνης ὁδοῦ αὐτοῦ. αὐτὸς ἐπίστρεψον καὶ τὸν δοῦλόν σου ἀπὸ τοῦ σκότους τοῦ ἀντικειμένου πρὸς τὸ φῶς τὸ αἰώνιον, ἀνακαλέσας αὐτὸν ἀπὸ τῆς πλάνης τοῦ διαβόλου εἰς τὴν θεογνωσίαν τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, ἑδραίωσον αὐτοῦ τὴν καρδίαν ἐν πίστει, ἐν ἀγάπῃ τοῦ Χριστοῦ σου. μερίδα καὶ κλῆρον αὐτῷ χάρισαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ σου· σὺ γὰρ εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν, ἐκτὸς σου ἄλλον οὐκ οἴδαμεν. τὸ ὄνομά σου ὀνομάζομεν ἵνα πάντοτε, καὶ διὰ πάντων εἴης εὐλογημένος ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ ὁ μονογενής σου υἱὸς, καὶ τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Deus magnus, & excelsi nominis, qui tenebras pristinas oris tui verbo illuminasti, qui ad peccatorum propitiationem vnigenitum Filium tuum in terram misisti, qui sedes super Cherubim, & à Seraphim glorificaris: cui omne genu flectetur cœlestium, terrestrium, & infernorum & omnis lingua confitebitur. Rex sæculorum qui errantem ouem in Saluatoris nostri Iesu Christi ouile congregas, qui peccatorem à via erroris eius auertis: ipse quoque seruum tuum ab aduersarij tenebris ad æternum lumen conuerte, & ab errore diaboli ad diuinam vnigeniti Filii tui cognitionem reuoca. Cor illius in fide, & in dilectione Christi tui confirma: partem illi, & sortem in Ecclesia tua largire. Tu enim es Deus noster, extra te alium non nouimus: nomen tuum inuocamus, vt iugiter & ab omnibus sis benedictus Deus noster, & vnigenitus Filius tuus, & Spiritus tuus sanctus: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Μετὰ δὲ τὸ, ἀμὴν, σφραγίζων αὐτὸν ἀπολύει καὶ λοιπὸν ὁ ἀναθεματίσας γίνεται χριστιανός· εἴτ' οὖν λογίζεται ὡς χριστιανὸς ἀβάπτιστος, οἷα τυχὸν εἴη τῶν χριστιανῶν τὰ παιδία τὰ μέλλοντα βαπτίζεσθαι· τῇ δὲ ἑξῆς ἡμέρᾳ συναριθμεῖται τοῖς κατηχουμένοις· ἀποδυόμενον γὰρ αὐτὸν καὶ ἀπολυόμενον εἰσάγει ὁ ἱερεὺς, καὶ ἵστησιν ἔνδοθεν τῶν ναοῦ πυλῶν, κατὰ ἀνατολὰς, καὶ ἐκφυσῶν αὐτῷ τρίτον σφραγίζει τὸ μέτωπον αὐτοῦ, καὶ τὸ στῆθος· καὶ ἐπιθεὶς τὴν χεῖρα αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ, λέγει τὴν εὐχὴν ταύτην.

Et responso, Amen, *signatum dimittit Sacerdos. Mox ipse Hæreticus Anathematizans fit Christianus, id est, reputatur vt Christianus nondum baptizatus: quales solent Christianorum pueri adhuc baptizandi. Sequenti autem die Catechumenis annumeratur. Exutum enim illum, & pedibus nudatum inducit, & intra templi fores ad Orientem statuit Sacerdos: & ter in faciem & pectus eius exsufflans, imponensque eius capiti manum, dicit hanc orationem.*

Ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου κύριε. Habetur in officio de baptismo.

In tuo nomine Domine &c.

Καὶ μετὰ τὸ, ἀμὴν, σφραγίζων ἀπολύει, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἐξορκίζεται. πάλιν γὰρ τοῦτον ἄγων ὁ ἱερεὺς εἰς τὸν ναὸν ἐμφυσᾷ τρίτον εἰς τὸ πρόσωπον, καὶ τὰ ὦτα αὐτοῦ, καὶ ἐπιλέγων τῶν

Et responso, Amen, *signatum cruce dimittit: & sequenti die exorcismos aggreditur. Iterum namque in templum illum Sacerdos inducit, & in faciem & in aures eius exsufflat:*

exorcismorumque orationes subiungit, rursusque cruce signatum dimittit. Atque ita deinceps vt Catechumenus seu instructus, in Ecclesia morandi, & scripturas audiendi ius obtinet. Deinde perfectis omnibus circa baptismum ordinatis: diuina regeneratione dignus habetur.

ἐξορκισμῶν τὰς εὐχάς· αὖθις σφραγίζει καὶ ἀπολύει· καὶ οὕτω πάλιν κατηχούμενος, εἶτ' οὖν διδασκόμενος χρονίζει εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἀκροᾶσθαι τῶν γραφῶν. εἶτα τελουμένων πάντων τῶν ἐπὶ τῷ βαπτίσματι νενομισμένων· ἀξιοῦται τῆς θείας γεννήσεως.

OFFICIVM IN SACERDOTEM TVRPI somnio pollutum.

1

Post pollutionem somnij obscœnitate excitatam, confestim è lecto exilit. Et benedictione præmissa. Incipit ter Sanctus. Domine miserere *duodecim vicibus*. Venite adoremus, *tribus*. *Psalmum quinquagesimum. Deinde.* Domine exaudi orationem meam. Deus in adiutorium meum intende. Gloria in excelsis Deo. Credo in vnum Deum. Remitte, condona. *Dimissorium, & Breuiculum diei. Et demum hoc pacto, Modulos sequentes.*

Tonus secundus.

In te velut adolescens prodigus, Saluator, peccaui: pœnitentem, me, Pater suscipe, & miserere mei Deus.

Ad te, Christe Saluator, publicani vocem emitto: propitius esto mihi, sicut & ipsi: & miserere mei Deus.

Tonus obliquus primi.

Festinam protectionem, & auxilium seruo tuo manifesta, & vanarum cogitationum fluctibus repressis, animam meam lapsam erige, Deipara Virgo, noui enim, noui, te quæcumque vis, posse. Ter Sanctus. Sanctissima Trinitas. Pater noster.

Versus alij. Tonus grauis.

Vt qui in latrones incidit, & vulneratus est: sic & ego in scelera incidi, & iam vulneribus saucia est anima mea: ad quem reus ego confugiam, nisi ad clementem animarum medicum? Infunde in me Deus magnam tuam misericordiam.

Velut adolescens prodigus, accedo etiam ego, Misericors, procidentem me tibi Deus suscipe, velut vnum è mercenariis tuis, & miserere mei.

ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ ΕΙΣ ΙΕΡΕΑ ΕΝΙΠΝΙΑΣΘΕΝΤΑ.

1

a Μετὰ τὸν ἐνυπνιασμὸν εὐθὺς ἀνίσταται. Καὶ ποιήσας εὐλογητόν. Ἄρχεται τὸ τρισάγιον. τὸ κύριε ἐλέησον, ιβ'. Δεῦτε προσκυνήσωμεν γ'. τὸν ν'. Εἶτα τό. Κύριε εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου. Ὁ θεὸς εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες. Δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ. Πιστεύω εἰς ἕνα θεόν. τὸ, ἄνες, ἄφες. Καὶ ἀπολυτίκιον, καὶ κοντάκιον, τῆς ἡμέρας. εἶθ' οὕτως. Τὰ τροπάρια ταῦτα.

Ἦχος β'.

Ἥμαρτον εἰς σέ, σωτὴρ, ὡς ὁ ἄσωτος υἱός· δέξαι με, πάτερ, μετανοοῦντα, καὶ ἐλέησόν με ὁ θεός.

Κράζω σοι Χριστὲ σωτὴρ, τοῦ τελώνου τὴν φωνήν· ἱλάσθητί μοι ὥσπερ ἐκείνῳ, καὶ ἐλέησόν με ὁ θεός.

Ἦχος πλ. α'.

Τὴν ταχεῖαν σου σκέπην καὶ τὴν βοήθειαν καὶ τὸν ἔλεον δεῖξον ἐπὶ τῷ δούλῳ σου, καὶ νῦν τὰ κύματα, ἁγνή, σὺ καταπράϋνον τῶν ματαίων λογισμῶν. καὶ τὴν πεσοῦσάν μου ψυχὴν, ἀνάστησον, θεοτόκε. οἶδα γὰρ οἶδα, παρθένε, ὅτι ἰσχύεις ὅσα καὶ βούλεσαι. Τὸ τρισάγιον. τὸ, Παναγία τριὰς, σὺν τῷ, Πάτερ ἡμῶν. Ὅτι σοῦ.

Ἕτερα στιχηρά. ἦχος βαρύς.

Ὡς ὁ περιπεσὼν εἰς τοὺς λῃστὰς, καὶ τετραυματισμένος. οὕτω κἀγὼ περιέπεσα ἐκ τῶν ἐμῶν ἁμαρτιῶν, καὶ τετραυματισμένη ὑπάρχει μου ἡ ψυχή. πρὸς τίνα καταφύγω, ὁ ἐπαίτιος ἐγώ, εἰ μὴ πρὸς σὲ τὸν εὔσπλαγχνον τῶν ψυχῶν τὸν ἰατρόν; ἐπίχεε ἐπ' ἐμέ, ὁ θεοτόκε, τὸ μέγα σου ἔλεος.

Ὡς ὁ ἄσωτος υἱὸς ἦλθον κἀγώ, οἰκτίρμον, δέξαι με προσπίπτοντα ὡς ἕνα τῶν μισθίων σου, ὁ θεός, καὶ ἐλέησόν με.

Ἦχος πλ. δ΄.

Τοῖς τῶν ἐμῶν λογισμῶν λῃσταῖς περιπεσών, ἐσκυλήθην ὁ τάλας τὸν νοῦν, καὶ δεινῶς πληγωθεὶς ὅλην μου τὴν ψυχὴν τετραυμάτισμαι, καὶ ἔνθεν κεῖμαι γυμνὸς ἀρετῶν ἐν τῇ τοῦ βίου ὁδῷ. ἱερεὺς δὲ ἰδών με τῷ μώλωπι ὀδυνώμενον διὰ τὸ ἀνίατον περιορῶν οὐκ ἀποβλέπει με· λευίτης δὲ πάλιν μὴ φέρων τὴν ψυχοφθόρον ἀλγηδόνα, καὶ αὐτὸς κατιδών, ἀντιπαρῆλθέ μοι. σὺ δὲ ὁ εὐδοκήσας, οὐκ ἐκ Σαμαρείας, ἀλλ' ἐκ Μαρίας σαρκωθῆναι, Χριστὲ ὁ θεός, τῇ φιλανθρωπίᾳ σου παράσχου μοι τὴν ἴασιν ἐπιχέων ἐπ' ἐμὲ τὸ μέγα σου ἔλεος.

Ἐν νοῷ τὴν ἡμέραν τὴν φοβεράν, καὶ θρηνῶ μου τὰς πράξεις τὰς πονηράς, πῶς ἀπολογήσομαι τῷ ἀθανάτῳ βασιλεῖ; ποίᾳ δὲ παρρησίᾳ ἀτενίσω τῷ κριτῇ, ὁ ἄσωτος ἐγώ; εὔσπλαγχνε πάτερ, υἱὲ μονογενές, καὶ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐλέησόν με.

Εἰς τὴν κοιλάδα τοῦ κλαυθμῶνος, εἰς τὸν τόπον ὃν διέθου, ὅταν καθίσῃς, ἐλεῆμον, ποιῆσαι δικαίαν κρίσιν, μὴ δημοσιεύσῃς μου τὰ κεκρυμμένα· μηδὲ καταισχύνῃς με ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων· ἀλλὰ φεῖσαί μου, ὁ θεός, καὶ ἐλέησόν με.

Δόξα.

Ἐγὼ ὑπάρχω τὸ δένδρον τὸ ἄκαρπον κύριε, κατανύξεως καρπὸν μὴ φέρων τὸ σύνολον, καὶ τὴν ἐκκοπὴν πτοοῦμαι, καὶ τὸ πῦρ ἐκεῖνο δειλιῶ τὸ ἀκοίμητον· διὸ σε ἱκετεύω πρὸ ἐκείνης τῆς ἀνάγκης ἐπίστρεψον, καὶ σῶσόν με.

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Ἐλπὶς τοῦ κόσμου ἀγαθή, θεοτόκε παρθένε, τὴν σὴν καὶ μόνην φοβερὰν προστασίαν αἰτοῦμαι, σπλαγχνίσθητι ἐπ' ἐμοὶ τῷ ἁμαρτωλῷ, καὶ δυσώπησον τὸν ἐλεήμονα θεὸν ῥυσθῆναι τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἐκ πάσης ἀπειλῆς, μόνη εὐλογημένη.

Τὸ κύριε ἐλέησον μ΄. καὶ ἡ εὐχὴ αὕτη

Μάρκου μοναχοῦ.

Ἄχραντε, ἀμόλυντε, πολυεύσπλαγχνε κύριε, ὁ τῇ ἀναλήψει τῆς σῆς ἐνανθρωπήσεως τὴν ἡμετέραν φύσιν τῆς φθορᾶς ἀπαλλάξας, καὶ τῇ ἑνώσει τοῦ κρείττονος ὅλην καθαγιάσας, ὁ τοῖς εἰς σὲ τὸν μόνον ἀληθινὸν θεὸν ἀνενδοιάστως πιστεύουσι τὴν χάριν σου δαψιλῶς παρεχόμενος, καὶ ἐν τῇ ἀσθενείᾳ τῆς σαρκὸς τὸν μεγάλαυχον καταισχύνων καὶ παλαιὸν πτερνιστήν· αὐτὸς εὐεργέτα κύριε, κἀμὲ τὸν ἐμπαθῆ καὶ φιλαμαρτήμονα διὰ τῆς

Tonus obliquus quarti.

In mearum cogitationum latrones incidi, & mente miser spoliatus, grauiterque percussam vulneribus animam ostento, hinc in vitæ via virtutibus nudatus iaceo. Sacerdos vulneribus lacerum me conspiciens, à me visum auertit, Leuitaque rursum intolerandum ratus languorem, animæ meæ perniciem inferentem, me viso, prætergressus est: at tu cui non è Samaria, sed è Maria incarnari complacuit, Christe Deus, clementia tua medelam mihi affer, infundens in me magnam tuam misericordiam.

Tremendũ iudicij diem mente voluo, & prauos actus meos defleo. Quomodo regi æterno respondebo? qua vero fronte iudicem respiciam prodigus ego? Pater pie, Fili vnigenite, Spiritus sancte, miserere mei.

In planctus valle, in loco à te præstituto cum sederis iustum iudicium redditurus misericors, ne secreta mea in publicum proferas, vel coram Angelis me confundas: sed parce Deus, & miserere mei.

Gloria.

Arbor illa infrugifera sum omni compunctionis fructu sterilis: abscindi vereor ignemque illum æternum metuo: obsecro propterea vt ante calamitatem illam me conuertas, & salues.

Et nunc. *Deiparæ.*

Bona spes mundi, Deipara virgo, tuam & solam protectionem deposco: compatere mihi peccatori, & misericordem Deum deprecare, vt animam ab omni periculo liberet, sola benedicta.

Domine miserere, *quadraginta vicibus dicitur: & hæc Oratio quæ est Marci Monachi.*

Illibate, impollute, mansuetissime Domine, qui humanitatis tuæ assumptione à corruptione naturam nostram liberam reddidisti, & ad meliorem coniunctione totam eam sanctificasti, qui in te solum verum Deum firmiter credentibus gratiam tuam profuse largiris, superbientemque & antiquum supplantatorem in carnis infirmitate pudore suffundis: ipse benefice Domine, me quoque prauis affectibus subditum & peccati amicum,

turpis somnij imagine delusum & coinquinatum ab omni corporis & spiritus fœditate expurga: & si honestatis inimici intolerandique dæmonis inuidia, siue negligentia, siue rerum noxiarum intemperantia, siue prauo habitu, siue dispositionis alicuius molestia, somnij delusione inquinatus sum, ne mihi in peccatum ascribas, sed me deinceps omnipotenti tua gratia aduersus ei furorem immanitatemque conforta, & variis eius machinamentis me superiorem, continentiæ lucerna inextincta semper seruata, custodi: vt abominanda quauis titillatæ carnis voluptate, omnique tremenda nocturnarum imaginum caligine auxilio tuo vindicatus, lucidaque desideratorum & super mel & fauum suauium iudiciorum tuorum noctu dieque contemplatione delectatus; in pura conscientia viuificorum & immortalium mysteriorum tuorum particeps effici merear. Intercessionibus eius quæ sine corruptione te genuit illibatæ dominæ nostræ Deiparæ, & semper virginis Mariæ, & omnium Sanctorum. Amen.

καθ᾽ ὕπνον φαντασίας χραινθέντα καθαρόν ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος· καὶ μὴ λογίσῃ μοι τοῦτο εἰς ἁμαρτίαν, εἴτε φθόνῳ τοῦ μισοκάλου καὶ ἀνυποστάτου δαίμονος διὰ τῆς ὀνειρώσεως ἐμολύνθην, εἴτ᾽ ἀμελείᾳ καὶ ἀκρασίᾳ τῶν βλαβερῶν, ἢ ἕξει πονηρᾷ, καὶ προσλήψεων τυραννίδι. ἀνίκητον δέ με τοῦ λοιποῦ κατὰ τῆς αὐτοῦ σκαιότητος καὶ μανίας τῇ παντοδυνάμῳ σου χάριτι, καὶ ἀνώτερον τῶν αὐτοῦ ποικίλων ἐπινοιῶν διατήρησον τὸν τῆς σωφροσύνης μου λύχνον ἄσβεστον μέχρι τέλους διαφυλάττων, ἵνα μυσαρᾶς μὲν ἁπάσης τῆς γαργαλισμῶν ἡδυπαθείας καὶ παντοίας φοβερᾶς τῶν νυκτερινῶν φαντασιῶν ἀχλύος διὰ τῆς σῆς βοηθείας ἀπηλλαγμένος, τῇ δὲ φωταυγεῖ θεωρίᾳ τῶν ἐπιθυμητῶν καὶ ὑπὲρ μέλι, καὶ κηρίον ἡδυνθέντων κριμάτων σου νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐμμελετῶν, ἐν καθαρᾷ συνειδήσει τῶν ζωοποιῶν, καὶ ἀθανάτων σου μυστηρίων μεταλαβεῖν ἀξιωθήσομαι· πρεσβείαις τῆς ἀφθόρως τεκούσης σε παναχράντου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ πάντων τῶν ἁγίων. ἀμήν.

Altera Magni Basilij Oratio.

Εὐχὴ ἑτέρα τοῦ μεγάλου Βασιλείου.

VAlde misericors, pure, impollute, illibate, à peccato aliene Domine, inutilem me seruum tuum ab omni carnis & spiritus pollutione, & ab immunditie, quæ mihi ex subreptione & negligentia irrepsit, & ab omnibus aliis meis iniquitatibus me expurga, & per Christi tui gratiam ab omni peccati fæce me purum esse concede: Sancti Spiritus tui aduentu me sanctifica, vt ex obscænitatis meæ caligine, & diabolicis cogitationibus, insuper & ab omni diabolica pollutione resipiscens; conscientia pura, os meum sordidum & impurum, ad sanctissimum nomen tuum Patris, & Filij, & sancti Spiritus laudandum merear aperire, atque ita inculpate & indemnate illibatorum, immortalium, sanctissimorum, & viuificorum mysteriorum tuorum vnigeniti Filij tui Domini & Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi particeps fiam: cum quo benedictus es cum sanctissimo, & bono, & viuifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

ΠΟλυεύσπλαγχνε, ἀκήρατε, ἀμόλυντε, ἄχραντε, μόνε ἀναμάρτητε κύριε, καθαρόν με τὸν ἀχρεῖον δοῦλόν σου ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, καὶ τῆς νυνὶ δὲ ἀπροσεξίας μου καὶ ῥαθυμίας ἐπιγινομένης μοι ἀκαθαρσίας μετὰ καὶ τῶν ἄλλων πασῶν μου ἀνομιῶν, καὶ ἀνάδειξόν με ἄσπιλον διὰ τῆς χάριτος τοῦ Χριστοῦ σου, καὶ ἁγίασόν με τῇ ἐπιφοιτήσει τοῦ ἁγίου σου πνεύματος· ἵνα ἀνανήψας ἐκ τῆς ὁμίχλης τῶν ἀκαθαρσιῶν μου καὶ φαντασιῶν τοῦ διαβόλου, ἔτι δὲ καὶ ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ διαβολικοῦ, καταξιωθῶ καὶ καθαρᾷ συνειδήσει, ἀνοῖξαι τὸ ῥυπαρόν μου στόμα καὶ ἐναγές, εἰς τὸ ὑμνῆσαι τὸ πανάγιον ὄνομά σου, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ οὕτω μεταλαβεῖν ἀνενόχως, καὶ ἀκατακρίτως τῶν ἀχράντων, ἀθανάτων, ὑπεραγίων, καὶ ζωοποιῶν μυστηρίων τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ᾽ οὗ εὐλογητὸς εἶ, σὺν τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εὐχὴ

Εὐχὴ ἑτέρα τοῦ αὐτοῦ· τινὲς δὲ φασὶν εἶναι ταύτην τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Μαρτιανοῦ.

Altera eiusdem Oratio, quam tamen quidam esse dicunt Beati Patris nostri Martiani.

Πάλιν ὑποσκελίσθην ὁ τάλας τοῦ νοῦ, τῇ πονηρᾷ συνηθείᾳ τῆς ἁμαρτίας δουλεύων, πάλιν ὁ τοῦ σκότους ἄρχων καὶ τῆς ἐμπαθοῦς ἡδονῆς ὁ γεννήτωρ αἰχμάλωτον εἷλέ με, καὶ ὥσπερ δοῦλον τεταπεινωμένον τῷ ἑαυτοῦ θελήματι ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς σαρκὸς δουλεύειν καταναγκάζει με. καὶ τί ποιήσω κύριε, κύριε λυτρωτὰ καὶ ὑπερασπιστὰ τῶν πεποιθότων ἐπὶ σοί; πρὸς σὲ πάλιν ἐπιστραφήσομαι, καὶ στενάξω, καὶ συγγνώμην αἰτήσω τῶν πεπραγμένων μοι. ἀλλὰ δέδοικα καὶ τρέμω, μή πως καθ' ἑκάστην ἐξομολογούμενος, καὶ ἀποχὴν τῶν κακῶν ἐπαγγελλόμενος, καὶ καθ' ὥραν ἁμαρτάνων, καὶ μὴ ἀποδιδοὺς τὰς εὐχάς μου σοὶ τῷ θεῷ μου, τὴν μακροθυμίαν σου διεγείρω πρὸς ἀγανάκτησιν. καὶ τίς ὑποίσει κύριε τὸν θυμόν σου; γινώσκων οὖν τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου, καὶ τὴν ἄβυσσον τῆς φιλανθρωπίας σου, πάλιν ἐπιρρίπτω ἐμαυτὸν εἰς τὰ ἐλέη σου, καὶ κράζω τό, ἥμαρτον ὁ θεός, καὶ ἐλέησόν με τὸν παραπεπτωκότα. δός μοι χεῖρα βοηθείας τῷ ἐν βορβόρῳ τῆς ἡδονῆς βεβυθισμένῳ, καὶ μὴ καταλίπῃς με, κύριε, τὸ πλάσμα σου, φθαρῆναι ταῖς ἀνομίαις καὶ ταῖς ἁμαρτίαις μου. ἀλλὰ τῇ συνήθει σου χρηστότητι χρησάμενος, ῥῦσαί με τοῦ μιασμοῦ, καὶ τοῦ ῥύπου τῆς σαρκός μου, καὶ τῶν ἐμπαθῶν λογισμῶν μου, τῶν καθ' ἑκάστην καταχραινόντων τὴν ἐμὴν ἀθλίαν ψυχήν. ἰδοὺ γὰρ κύριε ὁ θεός μου, οὐκ ἔστι τόπος ἐν ταύτῃ καθαρός· ἀλλ' ὅλη λελέπρωται τὸ ὁλοσώματον ἔχουσα πληγήν. αὐτὸς οὖν ὡς ἰατρὸς τῶν ψυχῶν, καὶ τοῦ ἐλέους πηγή, καθάρισον ταύτην τῇ τῶν δακρύων μου καθάρσει. ταῦτα παρέχων ἐν ἐμοὶ δαψιλῶς, καὶ ἐπίχεε τὴν φιλανθρωπίαν σου, καὶ ἴασαι τὰ συντρίμματα αὐτῆς, καὶ δός μοι τὴν ἴασιν, καὶ κάθαρσιν· καὶ μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ, καὶ καταφάγεταί με, τὸ τῆς ἀπογνώσεως πῦρ. ἀλλ' ὥσπερ εἶπας ὁ ἀψευδὴς θεός, ὅτι μεγάλη χαρὰ γὰρ ἐπὶ ἁμαρτωλοῦ μετανοίᾳ. τοῦτο πραχθείη καὶ ἐπ' ἐμοὶ τῷ ἁμαρτωλῷ, καὶ μὴ κλείσῃς τὰ ὦτα τῆς εὐσπλαγχνίας σου εἰς τὴν προσευχὴν τῆς μετανοίας μου. ἀλλ' ἄνοιξόν μοι ταῦτα, καὶ ὡς θυμίαμα κατευθυνθήτω ἐνώπιόν σου. οἶδας γὰρ τὴν ἀσθένειαν τῆς φύσεως ὁ πλάστης καὶ τὸν ὀλισθὸν τῆς νεότητος, καὶ παρορῶν ἁμαρτίας, καὶ τὴν μετάνοιαν ἐκδέχῃ τῶν ἐν ἀληθείᾳ ἐξομολογουμένων σοι. ὅτι σὺ εἶ μόνος ἀναμάρτητος, ὁ αἴρων τὴν

Rursum prauæ peccati consuetudini obsequutus, mente sum supplantatus, rursum tenebrarum princeps, suauisque voluptatis author captiuum me, seruumque voluntati suæ subactum, carnis libidini seruire coegit. Et quid faciam Domine, Domine Redemptor, & confidentium in te defensor. Ad te denuo reuertar, suspirabo, & de delictis meis rursum veniam exposcam. Quamuis metuam & verear, ne forte quotidie confessus, & à malis abstinentiam pollicitus, denuoque in peccata lapsus, nec vota mea Deo meo reddens, patientiam tuam in indignationem prouocem. Et quis furorem tuum sustinebit Domine? Misericordiarum itaque tuarum multitudine, & humanitatis tuæ abysso cognita, in misericordias tuas me ipsum immergo: & exclamo. Peccaui Deus, mei lapsi miserere. In voluptatis cœno demerso mihi, manum auxiliatricem porrige: nec me creaturam tuam iniquitatibus & sceleribus meis corrumpi permittas: verum solita tibi mansuetudine vsus, à cœno sordibusque carnis meæ, & à cogitationibus turpi affecti sociatis, animam meam miseram quotidie inquinantibus, me libera. Ecce etenim Domine Deus meus, nulla est pars in ea pura: sed tota lepra infecta est, vnaque plaga sola totum corpus occupat. Ipse itaque animarum medice, & misericordiæ fons, lachrymis mihi profuse concessis, earum profluuio ablue illam; effunde clementiam tuam, & eius contritiones sana. Medelam purificationemque mihi largire. Ne auertas faciem tuam à me, ne me desperationis ignis deuoret: sed sicut tu à mendacio alienus Deus dixisti, quia gaudium erit in peccatoris pœnitentia, illud in me peccatore fiat, & ne clementiæ tuæ aures claudas in meæ pœnitentiæ oratione: quin potius illas mihi aperi, & sicut incensum coram te mea deprecatio dirigatur. Infirmitatem enim naturæ & iuuentutis lubricum tu conditor nosti, & prætermissis peccatis, pœnitentiam in veritate confessorum suscipis: quia tu solus es absque peccato, qui tollis pec-

catum mundi, & tibi gloriam referimus Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Et corpore quinquagies incuruato adorat, in vnaquaque inclinatione dicens: Deus propitius esto mihi peccatori, & miserere mei propter nomen sanctum tuum. *Aut.* Peccaui tibi, Domine miserere mei prodigi. *Tum dicit.* Omni tempore. Præ Cherubim venerandam. In nomine Domini benedic Pater. *Subiungit Orationem.* Dominator Domine Pater omnipotens. *Deinde.* Ter Sanctus. Sanctissima Trinitas. Pater noster. Domine miserere. *Duodecim vicibus.* Præ Cherubim venerandam. Inexpugnatæ. *Et fit dimissio.*

Et si quidem ex diabolica importunitate processerit imaginatio, hoc eodem ritu obseruato, Sacerdos celebrandi, laicus autem Eucharistiam sumendi licentiam accipit: si vero ex crapulæ excessu, ne tangas: Iuxta quartum Dionysij Canonem, & iuxta magnum Athanasium in ea quæ est ad Ammon epistola, & secundum Basilium magnum in Asceticis. Require illa: sicut & leges elementum K, capite vigesimo octauo.

ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν· τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Καὶ ποιεῖ μετανοίας ν'. Ὀφείλει δὲ λέγειν κατὰ μετάνοιαν τὸ, Ὁ θεὸς ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ, καὶ ἐλέησόν με διὰ τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον· ἢ τὸ, Ἥμαρτόν σοι κύριε συγχώρησόν μοι τῷ ἀσώτῳ. εἶτα λέγει τὸ, Ὁ ἐν παντὶ καιρῷ. Τὴν τιμιωτέραν. Ἐν ὀνόματι κυρίου εὐλόγησον πάτερ. Καὶ ἡ εὐχή. 5 Δέσποτα θεὲ πάτερ παντοκράτωρ. εἶτα. Τρισάγιον. τὸ, Παναγία τριάς. τὸ, Πάτερ ἡμῶν. τὸ, κύριε ἐλέησον ιβ'. Τὴν τιμιωτέραν. Τῇ ὑπερμάχῳ. Καὶ γίνεται ἀπόλυσις.

Καὶ εἰ μὲν ἐστιν ἡ φαντασία ἐκ δαιμονικῆς ἐπηρείας, ποιεῖ ὁ ἱερεὺς τὴν αὐτὴν διάταξιν, καὶ ἱερουργεῖ. ὁ δὲ λαϊκὸς μεταλαμβάνει. Εἰ δὲ ἐκ πολυποσίας γένηται, μὴ ἅπτου. κατὰ τὸν δ'. 6 κανόνα τοῦ Διονυσίου, καὶ 7 κατὰ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον ἐν τῇ πρὸς Ἀμμοῦν ἐπιστολῇ, καὶ 8 κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον ἐν τοῖς ἀσκητικοῖς. ζήτει ταῦτα 9 εἰς τὸν νόμον, εἰς τὸ κ'. στοιχεῖον ἐν κεφαλαίῳ κη'.

VARIÆ LECTIONES.

a Μετὰ τὸν ἐνυπνιασμόν.] Alia edita legunt solummodo, εἰσέρχεται ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.

b Μαρπιανοῦ.] Edita eadem Μαρτινιανοῦ correctius legunt.

IN OFFICIVM IN SACERDOTEM ADIVNCTA turpi somnij cogitatione pollutionem passum. Notæ.

1 Ἀκολουθία εἰς ἱερέα.] Aliud Officium præsenti non absimile reperire est superius illustratum. Quemadmodum vero Sacerdotem puritas ad cœlestia extollit; sic & à corporeis sordibus longe amouet; quibus si fortuito eum inquinari contingat, prolixioribus & & idoneis precibus confestim illum expurgari vult Ecclesia: In quibus si πεφαντασμένον & ἄσωτον υἱὸν se vocat, nil mirum: nam nec peccati vox, criminis quidpiam arguit in eo, qui pro nobis factus est peccatum. Cum igitur carnis peccati proles sit carnis pollutio, & ad voluptatem peccati prouocet: precibus idcirco cordisque compuncti afflictione, emundanda & penitus abstergenda censetur.

2 Ἄνες ἄφες. Hanc Orationem ita recitant Græci. Ἄνες ἄφες συγχώρησον ὁ θεὸς, τὰ παραπτώματα ἡμῶν τὰ ἑκούσια καὶ τὰ ἀκούσια, τὰ ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ, τὰ ἐν γνώσει καὶ ἀγνοίᾳ, τὰ ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ, τὰ κατὰ νοῦν καὶ διάνοιαν, τὰ πάντα μοι συγχώρησον· ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος.

3 Μάρκου μοναχοῦ.] Si diuinare liceat, Marcus Iunior Orationis huius author potest asseri: fuit enim castus super omnes, & sincerissimus puritatis amator, ait Palladius in Lausiacis.

4 Μαρπιανοῦ.] Μαρτινιανοῦ, potius legendum censeo, cuius 12. Februarij festum agunt Græci, cuius etiam ita commendata fuit castitas, vt satius in prunis iacere, quam cum scorto, concubitu nefando pollui elegerit.

5 Δέσποτα θεέ.] Huiusmodi est hæc Oratio. Δέσποτα θεὲ, πάτερ, παντοκράτορ, κύριε υἱὲ, μονογενὲς Ἰησοῦ Χριστὲ, καὶ ἅγιον πνεῦμα· μία θεότης, μία δύναμις, ἐλέησόν με τὸν ἁμαρτωλὸν, καὶ οἷς ἐπίστασαι κρίμασι σῶσόν με τὸν ἀνάξιον δοῦλόν σου. Ὅτι εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Reliquæ Orationes proprio sibi consulto indice reperientur.

6 Κανόνα τοῦ Διονυσίου.] Est huiusmodi: οἱ ἐν προσ-

ἑτέρῳ νυκτερινῇ ῥύσει γινόμενοι, καὶ οὗτοι ἰδίᾳ συνειδότι κατακολουθείτωσαν· καὶ ἑαυτοὺς εἴτε διακρίνονται, περὶ τούτου, εἴτε μὴ, σκοπείτωσαν. *Qui non spontaneo noctis fluxu fuerint occupati, illi quoque propriam conscientiam sequuntur, & seipsos, an de eo discernant, an non, examinent.*

7 Κατὰ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον.] Tota ad Ammum Athanasij epistola, difficultatem de pollutione, via naturæ se se exonerantis nata, dissoluit; sensum Græcorum de illa aperit: & orationem pro illa expianda faciendam commonet. Consulatur Balsamon in eiusdem epistolæ scholiis.

8 Τὸν μέγαν Βασίλειον.] Eius hæc est sententia: τὸ ἐν ἀκαθαρσίᾳ τινὰ ὄντα ἐγγίζειν τοῖς ἁγίοις, καὶ ἐκ τῆς παλαιᾶς διαθήκης φοβερὸν διδασκόμεθα τὸ κρίμα· εἰ δὲ πλεῖον τοῦ ἱεροῦ ὧδε, φοβερώτερον δηλονότι παιδεύσει ἡμᾶς ὁ ἀπόστολος εἰπών. ὁ ἐσθίων καὶ πίνων ἀναξίως κρίμα ἐσθίει καὶ πίνει. *Impurum quemquam ad sacra accedere non posse, tremendo veteris testamenti docemur iudicio. Cum vero hîc maior adsit sanctitas, seuerius vtique castigabit nos Apostolus dicens. Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit.* Trium præfatorum Patrum sententiam vno complexus est Balsamon responso, ad Marci Alexandriæ Episcopi quæstionem: & quidem memoratis illis Patribus de Laico in somnis polluto sententiam fert: quod si eius culpa carnis corruptioni causam dederit, à Sacramentis percipiendis abstineat: si dæmonis inuidia, audacius illa requirat: subdit vero, περὶ ἐπισκόπων, διακόνων, καὶ ἱερέων φανταζομένων κατὰ σατανικὴν καὶ μόνον ἐπήρειαν, τὸν αὐτὸν τύπον κρατεῖν οὐ διαγινώσκομεν· ἐπιζυγωθῆναι δὲ μᾶλλον αὐτοῖς τὴν τῆς ἱερουργίας ἐνέργειαν κατὰ μόνην τὴν ἡμέραν τῆς ὀνειρώξεως ψηφιζόμεθα, διὰ τὸ τῆς ἱερωσύνης σεβάσμιον· εἰ μὴ τυχὸν κινδυνῶδης ἐστὶν ἡ ὑπέρθεσις, διὰ τὸ τῆς ἡμέρας περιφανέστατον, ἢ διὰ τοῦ πράγματος χρησιμώτατον. τῇ νυκτὶ γὰρ συντριβείη μὲν ἡ παγὶς τοῦ ἐπηρεαστοῦ, ὑψωθείη δὲ τῆς ἱερουργίας ἡ δύναμις. *In Episcopis, Sacerdotibus, Diaconis, pollutionem passis, per satanicum solum ludibrium, eandem formam obtinere non nouimus. Actionem enim sacrificandi eis potius prohibendam censemus solo libidinosi somnij die, propter Sacerdotij reuerentiam, nisi forte periculum sit in mora, vel propter diei solemnitatem, vel propter necessitatis vtilitatem. Nocte enim dirumpatur tentationis laqueus: & exaltetur die sacrificandi potestas.*

9 Εἰς τὸν νόμον.) Lex hîc citata, Matthæi Blastaris Nomocanon est, qui στοιχείῳ κ. titulo κοινωνία. plurium Patrum sententias in vnam hanc congerit ἀκαθαρσίαν ὠνόμασεν οὐ τὴν σωματικὴν ἔκφυσιν, ἣν οὐκ ἄν τις οἶμαι διατελῶν ἐκφύγοι, εἰ μή που δεινῶς ἠλίθιος εἴη· ἀλλὰ τὴν πονηρὰν ἐπιθυμίαν, περὶ ἧς ὁ κύριος ἔφη. ὁ ἐμβλέψας γυναικὶ, καὶ τὰ ἑξῆς. ἧς ἡγουμένης, ἥ τε κατὰ διάνοιαν ἁμαρτία διὰ συγκατάθεσιν τελεῖται, καὶ ἡ καθ' ὕπνους φαντασία, καὶ ἡ ῥύσις τοῦ σπέρματος. *Impuritatem vocauit non corporis effluxum, à quo liberari non nisi decrepitæ ætatis senex potest: sed malignam concupiscentiam, de qua Dominus dixit. Qui viderit mulierem, &c. Qua praua, cogitationis peccatum consensu consummatur: eamque turpis in somnis repræsentatio sequitur, & seminis effluxus.*

a 1 ΕΥΧΗ ΕΠΙ ΕΧΘΡΑΣ ΕΙΡΗΝΕΥΟΥΣΗΣ.

Εὐχαριστοῦμέν σοι, δέσποτα φιλάνθρωπε, τῷ βασιλεῖ τῶν αἰώνων, καὶ δοτῆρι τῶν ἀγαθῶν, τῷ 2 καταλύσαντι τῆς ἔχθρας τὸ μεσότειχον, καὶ εἰρήνην βραβεύσαντι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, τῷ δωρησαμένῳ καὶ νῦν εἰρήνην τοῖς δούλοις σου· ῥίζωσον ἐν αὐτοῖς τὸν φόβον σου, καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἀγάπην βεβαίωσον, κατάσβεσον πᾶσαν ἔριν, περίελε πάντα τὰ τῆς διχοστασίας σκάνδαλα. ὅτι σὺ εἶ ἡ εἰρήνη ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

ORATIO DICENDA COMPOSITO inimicitiarum dissidio.

Gratias agimus tibi, Domine, clementi, sæculorum regi, & bonorum largitori, qui inimicitiæ pariete medio disiecto, pacem hominum generi contulisti, & nunc quoque eandem inter seruos tuos composuisti: timorem erga te, & ad inuicem firmam dilectionem illis insere, contentionem omnem extingue, & omnes dissensionis occasiones abscinde. Quia tu es pax nostra, & tibi gloriam referimus Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

VARIÆ LECTIONES.

a Εὐχὴ ἐπὶ ἔχθρας.] Cryptoferratense Bessarionis MS. legit, ἐπὶ τοῖς ἀπ' ἔχθρας εἰρηνεύουσι: & tam ipsum, quam Allatianum, præter præsentem, Orationem aliam subiungunt.

Oratio in pacem & concordiam post aliquam simultatem.

DOmine Deus noster, dilectionis sator, pacis mediator, & concordiæ dator: pacem tuam, legis tuæ complementum nobis largire. Da vt nos inuicem in dilectione suscipiamus, sicut & vnigenitus Filius tuus nos suscepit. Da nobis alterum alterius onera portare, & cum studio inuicem seruire, & cum omni alacritate legem Christi tui adimplere, & ab innumeris malis, ab omnibus insidiis, & maligni machinamento nos libera. Quia tu es Deus pacis & concordiæ: & tibi gloriam, &c.

Εὐχὴ εἰς ἀγάπην καὶ ὁμόνοιαν ἐξ ἔχθρας τινός.

ΚΥριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τῆς ἀγάπης φυτουργός, καὶ τῆς εἰρήνης βραβευτής, καὶ τῆς ὁμονοίας δοτήρ, χάρισαι ἡμῖν τὴν ἀγάπην σου, τὸ πλήρωμα τοῦ νόμου σου. δὸς ἡμῖν τὸ προσλαμβάνεσθαι ἀλλήλοις ἐν ἀγάπῃ, καθὼς καὶ ὁ μονογενής σου υἱὸς προσελάβετο ἡμᾶς· δὸς ἡμῖν ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζειν, καὶ μετ' εὐνοίας δουλεύειν ἀλλήλοις, καὶ ἀναπληροῦν τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ σου μετὰ πάσης προθυμίας, λυτρούμενος μυρίων κακῶν, ἀπὸ πάσης ἐπιβουλῆς καὶ ἐνεργείας τοῦ πονηροῦ. Ὅτι θεὸς εἰρήνης καὶ ὁμονοίας καὶ οἰκτιρμῶν ὑπάρχεις· καὶ σοὶ τὴν δόξαν.

IN ORATIONEM PRO INIMICITIA PACATA.

NOTÆ.

1 Εὐχὴ ἐπὶ ἔχθρας εἰρηνευούσης.] Fœdera diis testibus, porca cæsa, precibusque solemnibus additis quondam icta. Templi pacis stupendas reliquias etiam hodie Roma miratur. Pacis etiam initæ testem Deum verum aduocant Christiani, quem authorem agnoscunt, eius datorem optant, & confirmatorem esse precantur.

2 Καταλύοντι τὸ τῆς ἔχθρας τὸ μεσότοιχον.] Pax nostra Christus, inimicitias in seipso, destructo medio maceriæ pariete interficiens precibus quas Cyprianus, aut quilibet alius in Orationem dominicam vocat *Pacificas*, pacem inter homines conciliat & confirmat. Sub nomine Iesu Christi medium parietem dissoluentis Paschalis secundus Pontifex, Henrico quarto Imperatori Romæ communionem obtulit. Conciliatis etiam in vnam fidem Latinorum Græcorumque sensibus, parum duraturo licet gaudio, gratulabundus, Concilium Florentinum conclusit Eugenius quartus. *Lætentur cœli & exultet terra: sublatus est enim de medio paries, qui Occidentalem, Orientalemque diuidebat Ecclesiam, & pax atque concordia rediit, &c.*

OFFICIVM AD SPIRITVALEM FRATERNITATEM INEVNDAM.

SCiendum Officium præsens Ecclesiasticis Cæsareisque legibus esse vetitum: illud tamen vt in plerisque aliis codicibus inuentum est, à nobis prælo mandatur.

Benedicit itaque Sacerdos, & incipit. Ter Sanctus. Sanctissima Trinitas. Pater noster. Quia tuum est. *Quibus completis dicit Modulum.* Salua, Domine, seruos tuos, & benedic hæreditati tuæ. *Illi autem qui in fraternam vnitatem sunt iungendi, præparato & locato in mensa diuino Euangelio, manibus impositis, cereos accensos iisdem tenent. Sacerdos autem, vt præfatum est, dicit.* Salua Domine, seruos tuos: *& occurrentis diei Modulum.*

a 1 ## ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ ΕΙΣ ΑΔΕΛΦΟΠΟΙΙΑΝ πνευματικήν. a 1

b ἸΣτέον ὅτι, ταύτην τὴν ἀκολουθίαν, εἰ καὶ 1 παρὰ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ καὶ βασιλικοῦ νόμου ἐκωλύθη ἐπιτελεῖσθαι, ἀλλ' ἡμεῖς ἐτυπώσαμεν, καθὼς καὶ ἐν ἄλλοις πολλοῖς βιβλίοις εὑρήκαμεν. b 1

c Εὐλογεῖ ὁ ἱερεύς, καὶ ἄρχεται τό, Τρισάγιον. Παναγία τριάς. Πάτερ ἡμῶν. Ὅτι σοῦ ἐστιν. καὶ μετὰ τοῦτο λέγει ὁ ἱερεὺς τροπάριον. Σῶσον κύριε τοὺς δούλους, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου. οἱ δὲ μέλλοντες συνάπτεσθαι εἰς ἀδελφικὴν ἑνότητα, ἐπιτιθέντες τὰς χεῖρας αὐτῶν ἄνωθεν τοῦ θείου εὐαγγελίου, προευτρεπισθέντος τούτου καὶ τεθέντος ἐν τῷ τετραποδίῳ, κρατοῦσι δέ, καὶ εἰς χεῖρας αὐτῶν κηροὺς ἁπτομένους. ὁ δὲ ἱερεὺς λέγει ὡς ἄνωθεν εἴρηται, τό, Σῶσον κύριε τοὺς δούλους σου, καὶ τῆς τυχούσης ἡμέρας τὸ τροπάριον. c

Δόξα. Ἀπόστολοι ἅγιοι.

Καὶ νῦν. Τῇ πρεσβείᾳ κύριε, καὶ αὖθις τὴν μεγάλην συναπτήν.

Ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης.

Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης.

Ὑπὲρ τοῦ ἁγίου οἴκου τούτου.

Ὑπὲρ τοῦ ἀρχιεπισκόπου.

Ὑπὲρ τῶν δούλων τοῦ θεοῦ τῶν προσελθόντων εὐλογηθῆναι ἐν αὐτῷ, καὶ τῆς ἐν Χριστῷ αὐτῶν ἀγαπήσεως, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ δωρηθῆναι αὐτοῖς τῆς ἀποστολικῆς ὁμονοίας τὴν ἐπίγνωσιν, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ παρασχεθῆναι αὐτοῖς πίστιν ἀκαταίσχυντον, ἀγάπην ἀνυπόκριτον, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ καταξιωθῆναι αὐτοὺς ἐγκαυχᾶσθαι ἐν τῷ τιμίῳ σταυρῷ, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι αὐτούς τε, καὶ ἡμᾶς ἀπὸ πάσης θλίψεως, ὀργῆς, καὶ ἀνάγκης.

Ἀντιλαβοῦ, σῶσον, ἐλέησον.

Τῆς παναγίας, ἀχράντου.

Ἐκφώνησις. Ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

e Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ πάντα πρὸς σωτηρίαν ἡμῖν χαρισάμενος, καὶ ἐντειλάμενος ἡμῖν ἀγαπᾶν ἀλλήλους, καὶ συγχωρεῖν ἀλλήλων τὰ παραπτώματα· αὐτὸς, καὶ νῦν δέσποτα φιλάνθρωπε, τοῖς δούλοις σου τούτοις τοῖς πνευματικῇ ἀγάπῃ ἑαυτοὺς ἀγαπήσασι, προσελθοῦσι τῷ ναῷ σου τῷ ἁγίῳ ὑπό σου εὐλογηθῆναι, χάρισαι αὐτοῖς πίστιν ἀκαταίσχυντον, ἀγάπην ἀνυπόκριτον. καὶ ὡς ἐδωρήσω τοῖς ἁγίοις σου μαθηταῖς τὴν σὴν εἰρήνην, δώρησαι καὶ τούτοις πάντα τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτήματα, καὶ ζωὴν τὴν αἰώνιον. Ὅτι ἐλεήμων, καὶ φιλάνθρωπος θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν· τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι.

Τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

f Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ παντοκράτωρ. ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, ὁ ποιήσας τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα σὴν, καὶ ὁμοίωσιν, ὁ εὐδοκήσας τοὺς ἁγίους σου μάρτυρας, g Σέργιον, καὶ Βάκχον ἀδελφοὺς γενέσθαι, οὐ δεσμουμένους φύσεως θεσμοῖς, ἀλλὰ πίστεως τῆς ἁγίου πνεύματος τρόπῳ· αὐτὸς δέσποτα καταπέμψον τὸ ἅγιόν σου πνεῦμα ἐπὶ τοὺς δούλους σου τοὺς

Gloria. Apostoli sancti.

Et nunc. Interuentu Domine.

Et rursus collectam maiorem.

In pace Dominum precemur.

Pro superna pace.

Pro pace.

Pro sancta hac domo.

Pro Archiepiscopo.

Pro seruis Dei ad benedictionem suscipiendam accedentibus, & eorum in Christo dilectione: Dominum precemur.

Vt illis Apostolicæ concordiæ agnitio concedatur: Dominum precemur.

Vt fides inconfusa, & dilectio sine fictione præbeatur: Dominum precemur.

Vt in pretiosa cruce gloriari digni habeantur: Dominum precemur.

Vt ipsi, & nos, ab omni afflictione, flagello & angustia liberemur.

Suscipe, salua, miserere.

Sanctissimæ, immaculatæ.

Exclamatio. Quia tibi conuenit omnis gloria.

Dominum precemur.

Domine Deus noster, qui omnibus in salutem nobis concessis, etiam inuicem diligere, & offensas mutuo condonare præcepisti: ipse nunc humane Domine, seruis tuis spirituali dilectione inuicem iunctis, ad sanctum templum tuum benedictioni suscipiendæ accedentibus, fidem inconfusam, & sine fictione dilectionem largire: & sicut sanctis tuis Discipulis pacem dedisti, ita & eis cuncta ad salutem postulata, & vitam æternam confer. Quia misericors & benignus Deus existis, & tibi gloriam referimus: Patri, & Filio, & sancto Spiritui.

Dominum precemur.

Domine Deus omnipotens, cœli terræ & maris conditor, qui ad imaginem & similitudinem tuam hominem fecisti, qui sanctos Martyres tuos Sergium & Bacchum non naturæ, sed fidei, & sancti Spiritus nexu, fratres ad inuicem iungi voluisti: ipse Domine sancto tuo Spiritu super seruos tuos ad templum hoc san-

ctum benedictionis suscipiendæ gratia accedentes misso, fidem inconfusam & absque fictione dilectionem, absque dissidio & offensa semper inuicem conuersari illis largire. Quia tuum est regnum, & virtus, & gloria Patris, & Sancti Spiritus: nunc & semper, & in sæcula.

προσελθόντας ἐν τῷ ναῷ τούτῳ εὐλογηθῆναι· χάρισαι αὐτοῖς πίστιν ἀκαταίσχυντον, ἀγάπην ἀνυπόκριτον, ἀμισήτους καὶ ἀσκανδαλίστους εἰς πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτῶν. πρεσβείαις τῆς ἀχράντου σου μητρὸς, καὶ πάντων τῶν ἁγίων. ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα. τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

Præparata vero in Ecclesiæ medio mensa, sanctum illi Euangelium imponitur, Euangeliumque & se inuicem osculantur: tum vero Sacerdos canit. Charitatis vinculo iuncti ad inuicem Apostoli, omnium Domino Christo seipsos consecrantes, speciosos pedes pacem annunciaturi protendebant.

Εὐτρεπισθέντος δὲ τοῦ τετραποδίου ἐν μέσῳ τοῦ ναοῦ, τίθησιν ἐπάνω τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον. Καὶ ἀσπάζονται τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, καὶ ἀλλήλους.

h Εἶτα ψάλλει ὁ ἱερεύς. Τῷ συνδέσμῳ τῆς ἀγάπης συνδεόμενοι οἱ ἀπόστολοι, τῷ δεσπόζοντι τῶν ὅλων, ἑαυτοὺς Χριστῷ ἀναθέμενοι, ὡραίους πόδας ἐξετείνοντο, εὐαγγελιζόμενοι πᾶσιν εἰρήνην. h

Sacerdos. Miserere nostri Deus. *Et reliqua.*

i Ὁ ἱερεύς. Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ θεός. Καὶ τὰ λοιπά. i

VARIÆ LECTIONES.

a Εἰς ἀδελφοποιΐαν.] Cryptoferratense Bessarionis, & Barberinum sancti Marci legunt, εἰς ἀδελφοποίησιν. Barberinum aliud numero 88. notatum, σύνταξις εἰς τὸ ποιῆσαι ἀδελφούς. Cryptoferratense Falascæ. τάξις γινομένη εἰς ἀδελφοποιΐαν.

b Ἰστέον ὅτι.] Desunt hæc in cunctis M. S.

c Εὐλογεῖ ὁ ἱερεύς.] Cryptoferratense Falascæ scribit. ὁ διάκονος. εὐλόγησον δέσποτα. ὁ ἱερεύς· εὐλογημένη ἡ βασιλεία τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, Ibidemque subnectitur immediate synapte ἐν εἰρήνῃ, &c. Barberinum secundum. εἰσέρχονται οἱ θέλοντες γίνεσθαι ἀδελφοὶ ἔμπροσθεν τοῦ ἱερέως· καὶ τίθησι τὰς χεῖρας αὐτῶν εἰς τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον. ὁ ἱερεύς· ἐν εἰρήνῃ &c.

d Ὑπὲρ τῶν δούλων.] Aliter preces has ponunt, Cryptoferratense quidem Falascæ, ὑπὲρ τοῦ εἶναι αὐτοὺς ἀσκανδαλίστους πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτῶν. ὑπὲρ τοῦ συγχωρηθῆναι αὐτοῖς πᾶν πλημμέλημα ἑκούσιον καὶ ἀκούσιον &c. Barberinum vero secundo notatum. ὑπὲρ τῶν δούλων τοῦ θεοῦ ὁ καὶ ὁ καὶ τῆς ἐν Χριστῷ ἀγάπης καὶ ἑνώσεως αὐτῶν, τοῦ κυρίου. ὑπὲρ τοῦ ἀσκανδάλιστον διαμεῖναι τὴν ἀγάπην καὶ ἀδελφότητα αὐτῶν, τοῦ κυρίου. ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι. Εἶθ' οὕτως τὴν εὐχήν.

Domine Deus noster, qui in excelsis habitas, & humilia respicis, qui propter hominum genus vnigenitum Filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum misisti: qui Petrum & Paulum suscepisti; Petrum quidem è Cæsarea Philippi, Paulum vero è Tiberiade, & secundum sanctitatem fratres fecisti: seruos tuos istos N. & N. sicut duos illos Apostolos effice, & inculpatos omnibus diebus vitæ illorum conserua. Quia benedictum & glorificatum.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορῶν, ὁ διὰ τὴν σωτηρίαν τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων ἐξαποστείλας τὸν μονογενῆ σου υἱὸν ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ὁ ὑποδεξάμενος Πέτρον καὶ Παῦλον, Πέτρον μὲν ἀπὸ τῆς Καισαρείας τῆς Φιλίππου, Παῦλον δὲ ἀπὸ Τιβεριάδος, καὶ ἐποίησας κατὰ ἁγιωσύνην ἀδελφούς· ποίησον τούτοις τοῖς δούλοις σου, ὁ καὶ ὁ, ὡς αὐτοὺς τοὺς δύο ἀποστόλους, ἀμέμπτους αὐτοὺς διατήρησον πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτῶν. ὅτι ηὐλόγηται καὶ δεδόξασται.

Eandem quoque Orationem ponit Cryptoferratense Falascæ.

e Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ πάντα.] Deest hæc Oratio in cunctis M. S.

f Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ παντοκράτωρ] Deest in Barberino vtroque, & sola hæc Oratio in Cryptoferratensi Bessarionis legitur.

g Μάρτυρας Σέργιον καὶ Βάκχον.] Falascæ M.S. legit ἀποστόλους Φίλιππον καὶ Βαρθολομαῖον. Licet vero hanc Orationem in Barberino S. Marci non reperiri dixerimus aliam eundem fere sensum referentem continet.

Omnipotens Domine qui hominem ad imaginem & similitudinem tuam factum immortali vita à principio dotasti: qui celeberrimos Apostolos tuos Petrũ omnium sublimissimum, & Andream, Iacobum & Ioannem filios Zebedæi, Philippum & Bartholomæum, vtrosq; eorũ non naturæ more,

Κύριε παντοκράτωρ ὁ ποιήσας τὸν ἄνθρωπον κατὰ τὴν εἰκόνα σὴν καὶ ὁμοίωσιν, καὶ δεδωκὼς αὐτῷ ζωὴν αἰώνιον, ὁ εὐδοκήσας τοῖς ἁγίοις σου, καὶ πανευφήμοις Πέτρον τὸν κορυφαιότατον καὶ Ἀνδρέαν, καὶ Ἰάκωβον, καὶ Ἰωάννην υἱοὺς Ζεβεδαίου, Φίλιππον καὶ Βαρθολομαῖον. ἀμφοτέρους αὐτοὺς ἀδελφοὺς γενέσθαι, οὐ δεσμουμένους φύσεως, ἀλλὰ πίστει καὶ πνεύ-

ματος ἁγίου τρόπῳ, ὁ ἐποίησας καὶ τοὺς ἁγίους σου μάρτυρας Σέργιον καὶ Βάκχον, Κοσμᾶν τε καὶ Δαμιανὸν, Κῦρόν τε καὶ Ἰωάννην ἀδελφοὺς γενέσθαι καταξιώσας· εὐλόγησον καὶ τοὺς δούλους σου, ὅ, καὶ ὅ, οὐ δεσμουμένους φύσεως, ἀλλ' ἀγάπης τρόπῳ. δὸς αὐτοῖς τοῦ ἀγαπᾷν ἀλλήλους, ἀμίσητον καὶ ἀσκανδάλιστον τὴν ἀδελφοσύνην αὐτῶν εἶναι πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτῶν. δυνάμει τοῦ παναγίου σου πνεύματος. πρεσβείαις τῆς παναγίας. &c.

ſed ſpiritus vinculo nexos fratres fieri voluiſti: qui & ſanctos Martyres tuos Sergium & Bacchum, Coſmam & Damianum, Cyrum & Ioannem fratres etiam eſſe feciſti, ſeruos quoque tuos non naturæ modo, ſed charitatis nexu deuinctos benedic: dilectionem ad inuicem inoffenſam, & nullo turbandam odio fraternitatem illorum omnibus vitæ diebus eſſe concede. Virtute ſanctiſſimi Spiritus Interceſſionibus ſanctiſsimæ &c.

Barberinum autem ſecundum duas ſequentes Orationes addit ad primam ſupra poſitam literâ d.

Εὐχὴ δευτέρα.

Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ ποιήσας. Vt ſupra.

Oratio ſecunda.

Dominator Domine Deus noſter, qui feciſti, &c.

Εὐχὴ τρίτη.

ΚΥριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐντειλάμενος ἡμῖν ἀγαπᾷν ἀλλήλους, καὶ συγχωρεῖν ἀλλήλων τὰ πταίσματα, αὐτὸς δέσποτα φιλάνθρωπε καὶ πολυέλεε, καὶ τοὺς δούλους σου τούτους τοὺς πνευματικῇ ἀγάπῃ ἀγαπήσοντας, καὶ ἐν τῷ ναῷ σου τούτῳ, ἀπὸ σου εὐλογηθῆναι εἰσελθόντας εὐλόγησον. χάρισαι αὐτοῖς πίστιν ἀνεπαίσχυντον, ἀγάπην ἀνυπόκριτον· καὶ ὡς ἐδωρήσω τοῖς ἁγίοις σου μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις τὴν σὴν εἰρήνην, καὶ τὴν σὴν ἀγάπην· οὕτω καὶ τοῖς δούλοις σου τούτοις χάρισαι πάντα τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτήματα, καὶ ζωὴν αἰώνιον. ὅτι σὸν τὸ κράτος, καὶ σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία.

Oratio tertia.

DOmine Deus noſter, qui inuicem diligere, & delicta inuicem condonare præcepiſti: Ipſe humane Domine, & valde miſericors, ſeruos tuos iſtos ſpirituali dilectione inuicem ſe deinceps compleſuros, benedictionemque in templo ſancto tuo poſtulantes benedic: fidem inconfuſam & ſinceram dilectionem illis concede; & ſicut ſanctis tuis diſcipulis & Apoſtolis pacem & tuam dilectionem largitus es: ita & ſeruis tuis iſtis cuncta ad ſalutem poſtulata, & vitam æternam præbe. Quia tua eſt potentia: & tuum eſt regnum.

h Εἶτα ψάλλει ὁ ἱερεύς.] Horum loco Falaſcæ M.S. habet καὶ αὐτὸ οὕτω ποιεῖ τὴν ἐκτενῆ, καὶ ἁγιάζει αὐτοὺς μετὰ ἁγιασμοῦ λέγων αὐτοῖς. ἀπέλθετε τέκνα ἐν εἰρήνῃ.

i Ὁ ἱερεὺς ἐλέησον ἡμᾶς.] Alia edita concludunt καὶ γίνεται ἀπόλυσις.

IN OFFICIVM IN SPIRITVALEM FRATRIS adoptionem. Notæ.

1 ΑΚολουθία εἰς ἀδελφοποιΐαν.] Matheus Blaſtares Iuris Græcoromani lib. 8. & in Nomocanone litera b. quod ſit ſpiritalis fratris adoptio, expoſiturus, præter rem, cognationis ſeriem, totamque proſapiam generis alicuius enumerat: & tandem ad perſonis vel familiæ alicui adrogatos delapſus: τὸ δὲ θέσει, inquit, ὑποδιαιρεῖται καὶ αὐτὸ εἰς τὸ ἀγχιστείαν καὶ θέσιν· καὶ ἔστιν ἀγχιστεία μὲν ἡ ἐξ ἐπιγαμβρείας συγγένεια· θέσις δὲ, ἡ χωρὶς σαρκικῆς συναφείας υἱοθεσία, καὶ ἀδελφοποιΐα. *Adrogatio diuiditur in affinitatem & adoptionem. Affinitas eſt neceſſitudo, quæ prouenit ex coniugali copula. Adoptio, alicuius in filium cooptatio, abſque coniunctione carnali, & ſimiliter fratris adoptio.* Sicut itaque alienum puerum, in filium quis adoptat, & cum eo cognationem legalem, ſeu ſpiritalem contrahit: ita dum alium quemuis ex amoris affectu in fratrem aſciſcit ἀδελφοποιΐαν πνευματικὴν, ſpiritalem legalemve cum eo acquirit affinitatem: & velut filium adoptione conſtituturus, preces & benedictioné Eccleſiæ præmittit; ita & fraternam adoptionem, Eccleſiaſtico & religioſo cultu, quiuis auſpicatur. Quo vero fine, fraternitatem alterius requirat aliquis, in promptu ratio, eſt vel enim hæreditatis ſpes, vel mutuũ auxilium præſtandum, vel conuictus ſuauitas, vel in alterum amor, aut quæuis alia dilectionis cauſa, huic adoptioni ineundæ occaſionem præſtare poteſt: colligiturque ex facto mulieris cuiuſdam Danielidis nomine, quæ præſcia imperij Baſilio Macedoni obuenturi, id enim reuelante quodam Monacho prædictionibus inclyto didicerat, beneficiis quibus potuit eum deuinxit, & vt filium Ioannem ſpiritalis fratris neceſſitudine ſibi colligaret, impulit. μετακαλεσαμένη Βασίλειον ἡ Δανιηλὶς, δώροις αὐτὸν καὶ μεγάλοις ἀξιοῦται χαρίσμασι, μηδὲν ἕτερον ἐπιζητήσασα παρ' αὐτοῦ, ἢ πνευματικῆς ἀδελφότητος συνδεσμῷ συνδεθῆναι πρὸς Ἰωάννην τὸν ταύτης υἱόν. Et infra. καὶ τῆς Δανιηλίδος τὸν υἱὸν, ὃν ἀδελφότητος συνδεσμῷ πνευματικῆς ᾠκειώσατο, τῷ τῶν πρωτοσπαθαρίων ἐτίμησεν ἀξιώματι. *Accitum Baſilium donis & beneficiis proſequitur Danielis, nihil aliud gratitudinis vice ab eo requirens, quam vt fraternitatis nexu Ioannem filium ſibi colligatum eſſe vellet. Iſque Danielidis filium quem fraternitatis ſpiritalis vinculo ſibi deuinxerat. Protoſpathariorum dignitate auxit.* Strategium quoque ἀδελφοποιητὸν Iuſtiniani Imper. memorat Codinus de Orig. CP.

2 Παρὰ τοῦ βασιλικοῦ νόμου ἐκωλύθη.] Antiquis legibus conceſſa & inſtituta ſpiritalis fratris cognatio cernitur. L. Nemo §. 1. ff. de Hæredibus inſtituendis. *Nemo dubitat recte ita hæredem nuncupari poſſe. Hic mihi heres eſto: cum ſit coram qui oſtenditur, qui frater non eſt, ſed fraterna charitate diligitur. Recte cum ſuo nomine ſub appellatione*

Εὐαγγέλιον ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν.

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἠρώτα τις τῶν Φαρισαίων τὸν Ἰησοῦν, ἵνα φάγῃ μετ' αὐτοῦ.

Τέλος.

Ἡ πίστις σου σέσωκέ σε, πορεύου εἰς εἰρήνην.

Κοινωνικόν. Εἰς μνημόσυνον αἰώνιον.

Ἀποστολοευάγγελα. Εἰς ὁσίας γυναῖκας.

Ὁ ἀπόστολος. ζήτει εἰς τὰς ὁσίας.

Εὐαγγέλιον ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον.

Εἶπεν ὁ κύριος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς. ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου.

Τέλος.

Οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

Κοινωνικόν. Ἀγαλλιᾶσθε δίκαιοι, ἐν κυρίῳ.

ΕΥΑΓΓΕΛΙΑ ΕΩΘΙΝΑ.

ἀναστάσιμα. τὰ ια'

Εὐαγγέλιον ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον. α'.

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, οἱ ἕνδεκα μαθηταὶ ἐπορεύθησαν εἰς τὴν Γαλιλαίαν.

Τέλος.

Et sanata est filia eius ab illa hora.

Communio.

In memoria æterna.

APOSTOLI ET EVANGELII

LECTIONES IN MVLIERES. Monachas. Ad missam. Apostolus. Idem legitur in mulierum Monacharum & Martyrum festis.

Propositum. Tonus 2.

Fortitudo & laus mea Dominus.

Versiculus. Castigans castigauit me.

Apostolus.

Ad Corinthios epistola Pauli. 2. Cap. 9.

Fratres. Signaculum Apostolatus mei vos estis.

Finis.

Ne quod offendiculum demus Euangelio Christi.

Alleluia. *Tonus* 2.

Exaudiat te Dominus in die. *Versic.* Saluum fac Domine populum tuum.

Ad Missam.

Euangelium secundum Lucam. Cap 7.

In illo tempore. Rogabat Iesum quidam Pharisæus vt manducaret cum illo.

Finis.

Fides tua te saluam fecit, vade in pace.

Communio. In memoria æterna.

APOSTOLI ET EVANGELII lectiones, in mulieres Monachas.

Apostolus. Require in mulieres Monachas superius. Euang. sec. Matthæum. Cap. 5.

Dixit Dominus Discipulis suis. Vos estis lux mundi.

Finis.

Hic magnus vocabitur in regno cœlorum.

Communio. Exultate iusti in Domino.

EVANGELIA MATVTINA

vndecim Resurrectionis memoriam celebrantia.

Euangelium secundum Matthæum. 1. C. 28

In illo tempore. Vndecim Discipuli abierunt in Galilæam.

Finis.

Vsq; ad cõsũmationem sæculi. Amen.

Et Euang. secundum Marcum. 2. C.16.

IN illo tempore. Cum transisset Sabbatum, Maria Magdalena & Maria Iacobi.

Finis.

Inuaserat enim eos tremor & pauor, & nemini quidquam dixerunt: timebant enim.

Euangelium secundum Marcum tert. C.16.

IN illo tempore Surgens Iesus mane prima Sabbatorum, apparuit primò.

Finis.

Sequentibus signis. Amen.

Euangelium sec. Lucam. quartum. Ca.24.

VNa Sabbati valde diluculo.

Finis.

Abiit secum mirans quod factum fuerat. *Euang. secundum Lucam.* 5. Ca.24

IN illo tempore. Surgens Petrus cucurrit ad monumentum.

Finis.

Et quomodo cognitus est in fractione panis. *Euang. sec. Lucam.* 6. Cap.24.

IN illo tempore. Surgens Iesus ex mortuis, stetit in medio Discipulorum suorum.

Finis.

Et erant semper in templo laudantes & benedicentes Deum.

Euangelium secundum Ioannem. 7. C.20.

VNa Sabbatorum Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebræ essent. *Finis.*

Abierunt ego Discipuli ad semetipsos.

Euang. sec. Ioannem. octauum. Ca. 20

IN illo tempore. Maria stabat ad monumentum foris plorans.

Finis.

Quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi.

Euang. sec. Ioannem. nonum. Cap.20.

CVm esset sero die illo vna Sabbatorum. *Finis.*

Vt credentes vitam habeatis in nomine eius.

Euang. sec. Ioannem. decimum. Ca. 21.

IN illo tempore. Manifestauit se Iesus Discipulis suis.

Finis.

Hoc iam tertio manifestauit se Iesus Discipulis suis postquam resurrexit à mortuis.

Εως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, ἀμήν.

Καὶ Εὐαγγέλιον ἐκ τοῦ κατὰ Μάρκον. β'.

ΤΩι καιρῷ ἐκείνῳ. διαγενομένου τοῦ σαββάτου, Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ Μαρία Ιακώβου.

Τέλος.

Εἶχε δὲ αὐτὰς τρόμος, ἔκστασις, καὶ οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον, ἐφοβοῦντο γάρ.

Εὐαγγέλιον ἐκ τοῦ κατὰ Μάρκον. γ'.

ΤΩι καιρῷ ἐκείνῳ. ἀναστὰς ὁ Ἰησοῦς, πρωῒ πρώτῃ σαββάτων, ἐφάνη πρῶτον.

Τέλος.

Διὰ τῶν ἐπακολουθούντων σημείων. ἀμήν.

Εὐαγγέλιον ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν. δ'.

ΤΗ μιᾷ τῶν σαββάτων, ὄρθρου βαθέως.

Τέλος.

Καὶ ἀπῆλθε πρὸς ἑαυτὸν θαυμάζων τὸ γεγονός. Εὐαγγέλιον ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν. ε'.

ΤΩι καιρῷ ἐκείνῳ, ὁ Πέτρος ἀναστὰς, ἔδραμεν ἐπὶ τὸ μνημεῖον.

Τέλος.

Καὶ ὡς ἐγνώσθη αὐτοῖς ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου.

Εὐαγγέλιον ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν. ς'.

ΤΩι καιρῷ ἐκείνῳ ἀναστὰς ὁ Ἰησοῦς ἐκ νεκρῶν ἔστη ἐν μέσῳ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ.

Τέλος.

Καὶ ἦσαν διὰ παντὸς ἐν τῷ ἱερῷ, αἰνοῦντες καὶ εὐλογοῦντες τὸν θεόν. ἀμήν.

Εὐαγγέλιον ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην. ζ'.

ΤΗι μιᾷ τῶν σαββάτων, Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, ἔρχεται πρωῒ σκοτίας ἔτι οὔσης

Τέλος.

Απῆλθον οὖν πάλιν πρὸς ἑαυτοὺς οἱ μαθηταί.

Εὐαγγέλιον ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην. η'.

ΤΩι καιρῷ ἐκείνῳ, Μαρία εἱστήκει πρὸς τὸ μνημεῖον κλαίουσα ἔξω.

Τέλος.

Οὐκ ἑώρακε τὸν κύριον, καὶ ταῦτα εἶπεν αὐτῇ.

Εὐαγγέλιον ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην. θ'.

ΟΥσης ὀψίας τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων. Τέλος.

Καὶ ἵνα πιστεύοντες, ζωὴν ἔχητε ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.

Εὐαγγέλιον ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην. ι'.

ΤΩι καιρῷ ἐκείνῳ, ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν ὁ Ἰησοῦς τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ.

Τέλος.

Τοῦτο ἤδη τρίτον ἐφανερώθη ὁ Ἰησοῦς τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν.

Εὐαγγέλιον ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην. ια.

ΤΩι καιρῷ ἐκείνῳ, ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν ὁ Ἰησοῦς τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν, καὶ λέγει τῷ Σίμωνι Πέτρῳ.

Τέλος.

Οὐδὲ αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία. ἀμήν.

Euang. sec. Ioannem vndecimum. Cap. 21.

IN illo tempore Manifestauit se Iesus Discipulis suis postquam resurrexit à mortuis: & dicit Simoni Petro.

Finis.

Nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt, libros. Amen.

IN EPISTOLAS ET EVANGELIA TOTIVS anni. Notæ.

1 ΑΠοστολοευάγγελα.] Prima scripturæ lectio, in missa populo audiente clare recitata, vt ex Epistolis Pauli vulgo excerpta, *Epistola* Latinis dicitur, quam vt Apostoli eiusdem verbis lectam, ἀπόστολον, Græci vocant. Ex huius vero vocabuli cum *Euangelio* coniunctione, vox composita, ἀποστολοευάγγελα consurgit. Hæc autem, non sunt ea cuncta, quæ per totum anni circulum, sed quæ quibusdam tantum diebus recitanda, publicæ commoditatis gratia, ab aliorum numero satis copioso sunt segregata. Et cum præcipuis festis duo legantur Euangelia, in matutinis vnum, alterum in missa; quorumdam festorum vtrumque, vt ad manum haberetur facilius, in Euchologico libro ceu maxime familiari, ex Sacerdotum placito, sedem sibi comparauit. Cæterum, cum in Ecclesia Græca recurrente vniuscuiusque hebdomadas circulo, soleant feria 2. τῶν ἀσωμάτων Angelorum: tertia, τοῦ προδρόμου: quarta, τῆς θεοτόκου quinta, τῶν ἀποστόλων: Parasceue, τοῦ σταυροῦ: Sabbato, τῶν κοιμηθέντων mortuorum memoriam celebrare: dierum illorum ἀποστολοευάγγελα in vltimis editis non exarata, summatim, principio nimirum & fine solummodo exscriptis (ad instar Hieronymiani Lectionarij, iuxta quod etiam cætera ἀποστολοευάγγελα edere constituimus) ex antiquis codicibus, ne quid ex Euchologio à quocumque desideretur, operæpretium est apponere.

Ἀποστολοευάγγελα τῆς ὅλης ἑβδομάδος.

Τῇ κυριακῇ τὸ προκείμενον τοῦ ἀποστόλου κατὰ τὸν ἦχον. ὁ ἀπόστολος πρὸς Ῥωμαίους.

Ἀδελφοί, ἐλευθερωθέντες ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. Finis ζωὴ αἰώνιος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν.

Εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον.

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ. Εἶδεν ὁ Ἰησοῦς πολὺν ὄχλον καὶ ἐσπλαγχνίσθη. Finis. Ἕως οὗ ἀπολύσῃ τοὺς ὄχλους.

Τῇ δευτέρᾳ τῶν ἀσωμάτων.

Προκείμενον. Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα.

Στίχος. Εὐλόγει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον.

Πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς Παύλου ἀνάγνωσμα.

Ἀδελφοί. Εἰ δὲ ὁ δι' ἀγγέλων λαληθείς.

Finis. Διὰ παθημάτων τελειῶσαι.

Εὐαγγέλιον κατὰ Λουκᾶν.

Εἶπεν ὁ κύριος τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ὁ ὑμῶν ἀκούων ἐμοῦ ἀκούει.

Finis. Ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου.

Τῇ τρίτῃ τοῦ προδρόμου.

Προκείμενον. Ἦχος βαρύς. Εὐφρανθήσεται δίκαιος ἐν τῷ κυρίῳ.

Στίχος. Εἰσάκουσον ὁ θεὸς τῆς φωνῆς μου.

Ὁ Ἀπόστολος. Πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολῆς Παύλου ἀνάγνωσμα.

Ἀδελφοί. Νῦν ἐγγύτερον ἡ σωτηρία.

Finis. Δυνατὸς γὰρ ὁ θεὸς στῆσαι αὐτόν.

Εὐαγγέλιον ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον.

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ: ἀκούσας ὁ Ἰωάννης.

Finis. Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν ἀκουέτω.

Τῇ τετάρτῃ εἰς τὸν ὄρθρον τῆς θεοτόκου.

Εὐαγγέλιον ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν.

Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις Ἀναστᾶσα Μαριάμ.

Finis. Καὶ ὑπέστρεψεν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς.

Εἰς τὴν λειτουργίαν προκείμενον. ᾠδὴ τῆς θεοτόκου. Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον.

Στίχος. Ὅτι ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς.

Ὁ Ἀπόστολος. Πρὸς Φιλιππησίους ἐπιστολῆς Παύλου ἀνάγνωσμα.

Ἀδελφοί. Τοῦτο φρονείσθω ἐν ὑμῖν.

Finis. Εἰς δόξαν θεοῦ πατρός. ἀμήν.

Εὐαγγέλιον κατὰ Λουκᾶν.

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ. Εἰσῆλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς κώμην.

Finis. Τὸν λόγον τοῦ θεοῦ καὶ φυλάσσοντες αὐτόν.

Τῇ πέμπτῃ εἰς τοὺς ἁγίους ἀποστόλους.

Τὸ προκείμενον. ἦχος πλ. Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν.

Στίχος. Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν θεοῦ.

Ὁ Ἀπόστολος.

Πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῆς Παύλου τὸ ἀνάγνωσμα.

Ἀδελφοί. Ὁ θεὸς ἡμᾶς ἀποστόλους ἐσχάτους.

Finis. Μιμηταί μου γίνεσθε.

Ἀλληλούϊα. Ἐξομολογήσονται οἱ οὐρανοί.

Εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον.

Ἐν ἐκείνῳ. Προσκαλεσάμενος ὁ Ἰησοῦς τοὺς δώδεκα.

Finis. Δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε.

Τῇ παρασκευῇ σταυρώσιμα.

Προκείμενον. Ὑψοῦτε κύριον τὸν θεόν.

Στίχος. Ὁ δὲ θεὸς βασιλεὺς ἡμῶν πρὸ αἰώνων.

Ὁ Ἀπόστολος.

Πρὸς Κορινθίους α. ἐπιστολῆς Παύλου τὸ ἀνάγνωσμα.

Ἀδελφοί. Σοφίαν λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις.

Finis. Ἃ ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.

Ἀλληλούϊα. ἦχος δ'.

Μνήσθητι τῆς συναγωγῆς σου ἧς ἐκτήσω ἀπ' ἀρχῆς.

Εὐαγγέλιον ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην.

Εἶπεν ὁ κύριος. Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανόν.

Τῷ σαββάτῳ εἰς κοιμηθέντας. Ζήτει ὄπισθεν τοῦ εὐχελαίου.

DIMISSIONES DOMINICORVM FESTOrum in Vesperis, Laudibus, & missis per ordinem dicendæ.

Mensis Decembris vigesima quinta, in Christi Natiuitate.

IN spelunca genitus, & in præsepe repositus, propter salutem nostram.

In Circumcisione.

Qui octaua die propter salutem nostram circumcidi voluisti.

In sanctis Theophanijs.

Qui à Ioanne propter salutem nostram in Iordane baptizari suscepisti.

In Domini occursu.

Qui in iusti Symeonis vlnis propter salutem nostram deferri voluisti,

Dominica palmarum.

Qui super asinæ pullum sedere, propter salutem nostram voluisti.

Vespere Dominicæ.

Qui propter salutem nostram ad voluntariam passionem accessisti.

Magna feria quintæ.

Qui propter superexcedentem bonitatem, in pedibus discipulorum lauandis viam optimam, humilitatem esse ostendisti, & vsque ad mortem & sepulturam nobis condescendisti.

In dimissione sanctæ Passionis.

Qui sputa, flagella, colaphos, crucem, & mortem, propter salutem nostram sustinuisti.

Sancta & magna parasceue.

Qui propter nos homines & propter salutem nostram, tremendam passionem, & viuificam crucem, & spontaneam sepulturam carne suscepisti.

Sancta & magna Paschæ Dominica, omnibusque totius anni Dominicis.

Qui resurrexit à mortuis.

Die Ascensionis

Qui cum gloria à nobis in cœlum assumptus est in cœlos, & ad dexteram Dei & Patris sedet.

ΑΙ ΑΠΟΛΥΣΕΙΣ ΤΩΝ ΔΕΣΠΟΤΙΚΩΝ ἑορτῶν λεγόμεναι εἰς τὸν ἑσπερινὸν, εἰς τὸν ὄρθρον, καὶ εἰς τὴν λειτουργίαν κατὰ τάξιν.

Μηνὶ Δεκεμβρίῳ. κε΄. Εἰς τὴν Χριστοῦ γέννησιν.

Ο 2 Ἐν σπηλαίῳ γεννηθεὶς, καὶ ἐν φάτνῃ ἀνακλιθεὶς διὰ 3 τὴν ἡμῶν σωτηρίαν.

Εἰς τὴν περιτομήν.

Ὁ ἐν τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ σαρκὶ περιτμηθῆναι καταδεξάμενος διὰ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν.

Τῶν ἁγίων θεοφανείων.

Ὁ ἐν Ἰορδάνῃ βαπτισθῆναι καταδεξάμενος, ὑπὸ Ἰωάννου διὰ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν.

Εἰς τὴν ὑπαπαντήν.

Ὁ ἐν ἀγκάλαις τοῦ δικαίου Συμεὼν βασταχθῆναι καταδεξάμενος διὰ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν

Τῇ κυριακῇ τῶν βαΐων.

Ὁ ἐπὶ πώλου ὄνου καθεσθῆναι καταδεξάμενος διὰ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν.

Τῇ κυριακῇ ἑσπέρας.

Ἐρχόμενος ὁ κύριος ἐπὶ τὸ ἑκούσιον πάθος, διὰ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν.

Τῇ μεγάλῃ ε΄.

Ὁ δι᾽ ὑπερβάλλουσαν ἀγαθότητα, ὁδὸν ἀρίστην τὴν ταπείνωσιν ὑποδείξας, ἐν τῷ νίψαι τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, καὶ μέχρι σταυροῦ, καὶ ταφῆς συγκαταβὰς ἡμῖν.

Εἰς τὴν ἀπόλυσιν τῶν ἁγίων παθῶν.

Ὁ ἐμπτυσμοὺς, καὶ μάστιγας, καὶ κολαφισμοὺς, καὶ σταυρὸν, καὶ θάνατον ὑπομείνας, διὰ τὴν τοῦ κόσμου σωτηρίαν.

Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ παρασκευῇ.

Ὁ δι᾽ ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν τὰ φρικτὰ πάθη καὶ τὸν ζωοποιὸν σταυρὸν καὶ τὴν ἑκούσιον ταφὴν σαρκὶ καταδεξάμενος.

Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ κυριακῇ τοῦ Πάσχα, καὶ πάσαις ταῖς κυριακαῖς τοῦ χρόνου.

Ὁ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς θεὸς ἡμῶν.

Τῇ ἀναλήψεως.

Ὁ ἐν δόξῃ ἀναληφθεὶς ἀφ᾽ ἡμῶν εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ ἐν δεξιᾷ καθίσας τοῦ θεοῦ καὶ πατρός.

Τῇ κυριακῇ τῆς πεντηκοστῆς.

Ὁ ἐν εἴδει πυρίνων γλωσσῶν οὐρανόθεν καταπέμψας τὸ πανάγιον πνεῦμα ἐπὶ τοὺς ἁγίους αὐτοῦ μαθητὰς καὶ ἀποστόλους.

Τῇ αὐτῇ κυριακῇ ἑσπέρας.

Ὁ ἐκ τῶν πατρικῶν καὶ θεϊκῶν κόλπων κενώσας ἑαυτὸν, καὶ ἐξ οὐρανοῦ ἐπὶ τῆς γῆς κατελθὼν, καὶ τὴν ἡμετέραν ὅλην ἀναλαβόμενος καὶ θεώσας αὐτήν· μετὰ δὲ ταῦτα εἰς οὐρανοὺς αὖθις ἀνελθὼν, καὶ ἐν δεξιᾷ καθίσας τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, τό τε θεῖον καὶ ἅγιον καὶ ὁμοούσιον, καὶ ὁμοδύναμον, καὶ ὁμόδοξον καὶ συναΐδιον πνεῦμα καταπέμψας ἐπὶ τοὺς ἁγίους αὐτοῦ μαθητὰς καὶ ἀποστόλους, καὶ διὰ τούτου φωτίσας μὲν αὐτοὺς, δι' αὐτῶν δὲ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην· Χριστὸς, ὁ ἀληθινὸς θεὸς ἡμῶν, ταῖς πρεσβείαις τῆς παναχράντου, καὶ παναμώμου ἁγίας αὐτοῦ μητρὸς, τῶν ἁγίων ἐνδόξων πανευφήμων θεοκηρύκων καὶ πνευματοφόρων ἀποστόλων, καὶ πάντων τῶν ἁγίων, ἐλεήσαι καὶ σώσαι ἡμᾶς, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος.

Dominica Pentecostes.

Qui in ignearum linguarum specie sanctum Spiritum super sanctos Discipulos & Apostolos cælitus misit.

In Dominicæ eiusdem Vesperis.

Qui è paterno & diuino sinu seipsum exinaniuit, & de cœlis in terram illapsus, tota nostra natura assumpta, eaque Deificata, in cœlum post hæc denüo ascendit, & in dextera Dei & Patris sedens, diuinum, & sanctum, & consubstantialem, eiusdem potestatis & gloriæ consortem, & coæternum Spiritum super sanctos suos Discipulos & Apostolos misit, & per illum quidem, ipsos; per ipsos autem, totum orbem illuminauit; Christus verus Deus noster, precibus illibatæ & immaculatæ sanctæ suæ matris, sanctorum gloriosorum toto mundo celebrium Dei præconum, & Spiritu sancto repletorum Apostolorum, & omnium sanctorum: misereatur & saluet nos, vt clemens & humanus.

IN DOMINICORVM FESTORVM DIMISSIONES.

NOTÆ.

1 AI ἀπολύσεις.] Fœliciter. Ἀπόλυσις, vt cuiuscumque Officij terminus est & finis, ita totius Euchologici voluminis est conclusio: Orationum quippe benedictionumque omnium, εὐχῶν nomine significatarum, si loci ordine vltima, dignitate tamen & animi proposito, prima videtur: cum & Deum veneretur, & non pro vno vel altero solummodo, sed & pro toto Ecclesiæ cœtu exoret, grates superis agat, & benedictionibus cœlum terramque complere moliatur. Quasi ergo lucta cum Deo precibus acta, dum sua expectatione Sacerdotem adhuc in Ecclesia detinet populus, Patriarchæ Iacobi vocem sibi vindicans, ita illum affari existimatur: *non te dimittam nisi benedixeris mihi:* ac si acceptis prioribus precum beneficiis, nondum tota egestate repulsa, aut bonorum cupiditate exsatiata, verbis Chrysostomi in locum Gene. 32. instaret: μεγάλων ἠξιώθην, καὶ ὑπὲρ τὴν ἀξίαν τὴν ἐμαυτοῦ· οὐ πρότερον τοίνυν σε ἐάσω μέχρις ἂν εὐλογίας ἀπολαύσω τῆς παρά σου. *Magnis quidem, mysterijs dignus habitus sum, meum præter meritum, nusquam tamen te dimittam, vsque dum benedictione quæ est à te, perfruar.*

2 Ο ἐν σπηλαίῳ γεννηθείς.) Vniuscuiusque benedictionum præsentium contextus, qua die recitari debeant, manifestat. Hæc natalitiis Domini auditur: aliæ Domini Iesu Christi festis aliis. Sunt & in aliis festiuitatibus propriæ suæ dimissiones, sicut tituli sequentes è Cryptæ Ferratæ MS. exscriptæ testantur: εὐχὴ ἀπολυτικὴ τῆς ἑσπέρας σαββάτου· εὐχὴ ἀπολυτικὴ κυριακῆς. εὐχὴ ἀπολυτικὴ εἰς μνήμην μαρτύρων· εὐχὴ εἰς μνήμην ὁσίων καὶ ἱεραρχῶν ἀπολυτική. εὐχὴ ἀπολυτικὴ εἰς μνήμην προφητῶν. εὐχὴ ἀπολυτικὴ εἰς μνήμην ἀποστόλων. εὐχὴ εἰς ἑορτὰς τῆς παναγίας θεοτόκου. εὐχὴ ἀπολυτικὴ εἰς ἡμέραν ἑορτῆς τοῦ προδρόμου. εὐχὴ ἐν ἡμέρᾳ κατανύξεως. At quia nihil iuuaret textus earum hic positus, vbi ἀπολυτικὰς tantum ἀπολύσεις præ manibus habemus: à superfluo propterea transcriptionis labore abstinendum iudicaui. Cæterum, quæcumque sint illæ populo ab Ecclesia dimittendo à Græcis adinuentæ benedictiones, iuxta festorum dierumque diuersitatem; illæ Latinorum aliis, à solis Episcopis Officium celebrantibus dicendis conquadrant. Earum exemplaria, velut antiquitatis venerandas reliquias, sibi plures Ecclesiæ affectant: quasdam in vnum congessit Grimoaldus Abbas in Sacramentario, alias Pamelius in Ambrosiano liturgiæ ordine collegit: circa quascumque, hæc ipse in Prologomenis animaduertit, ex Radulpho Tungrensi de Canon. obseru. proposit. vltima: *Benedictionem Episcopalem Martialis* (si tamen circa Martialem non fuerit deceptus Radulphus) *Episcopus Apostolorum discipulus, ex magisterio Apostolorum tradidit* (atque ita cuiuslibet ἀπολυτικῆς εὐχῆς forma ex eodem Apostolico fonte dimanauit) *quas probabile sequentium studium auxit, & Ambrosius dicere cepit.* Manu porro in sublime protensa, ita digitos illius inter benedicendum coaptat Sacerdos vel Pontifex, vt semper trium horum vocabulorum, Ἰησοῦς Χριστὸς Νικᾷ. litteras initiales, quæ sunt I, X, & N exprimat. Auricularis quidem digitus in longum pro-

ductus τὸ, I. pollex extremitati medici accumbens, & cum eo crucem decussatam referens, τὸ X: medius tandem & index τὸ, N maiori ex parte repræsentent. Atque insuper siue δικηρίῳ, siue τρικηρίῳ benedicat Pontifex, ratione tamen exposita, ita semper digitos componit, vt à Victore Iesu Christo ominetur bonorum omne: addo & vtraque manu simul iuncta, hac quidem τρικήριον, illa δικήριον tenentem Pontificem, ex abundantiori affectus copia benedictionem quandoque impertiri: ita certe vt ambæ simul coniunctæ erectam crucis partem efforment, diuisæ vero transuersam: quibus tandem inter se vnitis edoctus sum illas figurari cruces vndequaque duplices, quibus πλυστεμμεία Episcoporum insigniuntur. Quam vero sit antiqua & Latinis acceptata digitorum compositio, quam Græcos obseruare diximus, ex antiquis Romanis imaginibus musiuo opere expressis in apsidibus siue semifornicibus S. Saluatoris, S. Pauli, S. Marci, S. Pudentianæ, & aliis plerisque vetustate commendandis picturis adhuc extantibus licet colligere.

3 Διὰ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν.) Dimissionibus his vt secundum sensum imperfectis, si verba quædam adiunxeris, perfectam orationem recipies. Vbique igitur addendum. Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς θεὸς ἡμῶν ταῖς πρεσβείαις τῆς, &c.

Orationibus & benedictionibus vniuersis ponunt hîc finem edita cuncta: pauca tamen, non expeditè prioribus Officiis intrudenda vel admiscenda, hucusque reiecimus, vt Sacerdotali volumini, ceu *Regali Sacerdotio*, non tam Coronidem quam illustrem *Coronam* ex antiquorum MS. thesauris depromptam, imponeremus.

ΜΙΧΑΗΛ Ο ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΣ



ORATIO IN IMPERATORIS inauguratione.

CVm cunctis Imperialibus indumentis, absque Chlamyde tamen Co-

ΕΥΧΗ ΕΠΙ ΠΡΟΧΕΙΡΙΣΕΙ Βασίλεως.

ΜΕτὰ τὸ φορέσαι τὸν μέλλοντα στεφθῆναι βασιλεύειν πλὴν τὰ βασιλικὰ ἱμάτια,

2 3 a αὐτὴν 2 τῆς χλαμύδος, 3 τοῦ στέμματος, a καὶ 4 5 4 τῆς φίβλας. Ταῦτα γὰρ 5 ἐν τῷ Αντιμινσίῳ 6 προαποτίθενται· 6 ἵσταται ἐν τῷ ἄμβωνι. οὗ ἔμπροσθεν ἱστάμενος ὁ Πατριάρχης, καὶ πρὸ προσώπου τοῦ μέλλοντος στέφεσθαι· τοῦ διακόνου ποιοῦντος συναπτὴν, καὶ κλίνοντος ἐκείνου τὴν κεφαλὴν, εὔχεται ὁ Πατριάρχης.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ κύριος τῶν κυριευόντων· ὁ διὰ Σαμουὴλ τοῦ προφήτου ἐκλεξάμενος τὸν δοῦλόν σου Δαβὶδ, καὶ χρίσας αὐτὸν εἰς βασιλέα ἐπὶ τὸν λαόν σου Ισραήλ· αὐτὸς καὶ νῦν ἐξάκουσον τῆς δεήσεως ἡμῶν τῶν ἀναξίων, καὶ ἔπιδε ἐξ ἁγίου κατοικητηρίου σου· καὶ τὸν πιστόν σου δοῦλον τὸν δεῖνα, ὃν ηὐδόκησας καταστῆσαι βασιλέα ἐπὶ τὸ ἔθνος σου τὸ ἅγιον, ὃ περιεποιήσω τῷ τιμίῳ 7 αἵματι τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ 7 χρῖσαι καταξίωσον τῷ ἐλαίῳ τῆς ἀγαλλιάσεως· ἔνδυσον αὐτὸν δύναμιν ἐξ ὕψους· ἐπίθες ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ στέφανον ἐκ λίθου τιμίου· χάρισαι αὐτῷ μακρότητα ἡμερῶν· δὸς ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ σκῆπτρον σωτηρίας· ἐνίδρυσον αὐτὸν τῷ θρόνῳ τῆς δικαιοσύνης, περίφραξον αὐτὸν τῇ πανοπλίᾳ τοῦ ἁγίου σου πνεύματος, ἐνίσχυσον αὐτοῦ τὸν βραχίονα, ὑπόταξον αὐτῷ πάντα τὰ βάρβαρα ἔθνη, ἔνσπειρον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ τὸν φόβον σου, καὶ τὴν πρὸς τοὺς ὑπηκόους συμπάθειαν, διατήρησον αὐτὸν ἐν τῇ ἀμωμήτῳ πίστει, ἀνάδειξον αὐτὸν ἀκριβῆ φύλακα τῶν τῆς ἁγίας σου καθολικῆς ἐκκλησίας δογμάτων· ἵνα κρίνῃ τὸν λαόν σου ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ τοὺς πτωχούς σου ἐν κρίσει, σώσῃ τοὺς υἱοὺς τῶν πενήτων, καὶ κληρονόμος γένηται τῆς ἐπουρανίου σου βασιλείας. Ὅτι σὸν τὸ κράτος, καὶ σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις.

b Καὶ μετὰ τὸ, ἀμὴν, ἐπαίρει τὸ χλαμύδιον ὁ Πατριάρχης, καὶ ἐπιδίδωσιν αὐτὸ τοῖς Βεστίτορσι, καὶ τὴν φίβλαν.

Εἰ δὲ ἐστὶν ὁ στεφόμενος υἱὸς βασιλέως, ἢ θυγάτηρ, ἢ γυνὴ, οὐ τοῖς Βεστίτορσιν ἀλλὰ τῷ βασιλεῖ ἐπιδίδωσι ταῦτα ὁ Πατριάρχης σφραγίσας. ὁ δὲ περιτίθησιν αὐτὰ τῷ στεφανουμένῳ. καὶ λέγοντος τοῦ Πατριάρχου. Εἰρήνη πᾶσι. Ο διάκονος. Τὰς κεφαλάς. Ο ἱερεὺς ἐπεύχεται.

Σοὶ τῷ μόνῳ βασιλεῖ τῶν ἀνθρώπων, ὁ τὴν ἐπίγειον βασιλείαν ὑπὸ σοῦ πιστευθεὶς, ὑπέκλινε τὸν αὐχένα σὺν ἡμῖν· καὶ δεόμεθά σου δέσποτα τῶν ἁπάντων, φύλαξον αὐτὸν ὑπὸ τὴν σκέ-

ronaue, & Phibla (hæc namque in Antimensio reponuntur) ornatus fuerit, auspice Deo regnaturus, Imperator, stat in Ambone: coram quo stat quoque Patriarcha, quem è regione prospicit Coronandus: & Diacono Collectam recitante, & ipso caput inclinante, precatur Patriarcha.

Domine Deus noster, Rex regum & Dominus dominantium, qui per Samuelem Prophetam, seruum tuum Dauid elegisti, & super populum tuum Israël in regem vnxisti: ipse nunc nostram indignorum deprecationem exaudi, & respice de sancto habitaculo tuo, & fidelem seruum tuum, quem super gentem sanctam tuam vnigeniti Filij tui sanguine acquisitam regem tibi constituere placuit, exultationis oleo vngere dignare: indue illum virtute ex alto, Coronam de lapide pretioso capiti eius impone, longitudinem dierum tribue illi, sceptrum salutis pone in eius dextra manu, in iustitiæ throno colloca illum, sancti tui Spiritus armatura illum circumualla, brachium eius conforta, omnes illi barbaras gentes subijce, timorem tuum, & pietatem erga subditos cordi eius insere, in inculpata fide conserua illum, sanctæ tuæ Catholicæ Ecclesiæ dogmatum sedulum custodem illum ostende: vt in iustitia populum tuum iudicet, & pauperes tuos in iudicio, saluet etiam filios pauperum, & cœlestis regni tandem hæres fiat. Quia tua est potentia, & tuum est regnum, & virtus.

Et dicto, Amen, *tollit Chlamydem Patriarcha, & Vestiarÿs tradit, sicut & Phiblam.*

Si vero Coronandus fuerit Imperatoris filius, aut filia, aut vxor, non Vestiarÿs, sed Imperatori illa postquam cruce signata fuerint, tradit Patriarcha. Imperator autem Coronato illa circumimponit. Et dicente Patriarcha. Pax omnibus. *Et Diacono.* Capita vestra. *Sacerdos precatur.*

Tibi soli hominum Regi, is cui sub te terrenum regnum creditum est, ceruicem nobiscum inclinat: & precamur te omnium Domine, sub tua illum protectione custodi, re-

gnum illius corrobora, placita tibi facere omni tempore concede, fac in eius diebus iuſtitiam & abundantiam pacis oriri, vt in eius ſerenitate trãquillam & quietam vitam agamus, in omni pietate & honeſtate. Tu enim es rex pacis, & Saluator animarum & corporum noſtrorum: & tibi gloriam referimus, &c.

Et dicto, Amen, *Coronam ab altari aſſumit Patriarcha, tenensque illam duabus manibus, coronat illum dicens*: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. *Et hoc quidem ita fit cum coronatur Imperator; ſi vero filius eius aut filia fuerit, non imponit coronam Patriarcha: ſed Imperatori eam tradit: qui eos coronat. Si autem Coronanda fuerit uxor in Auguſtalio coronatur prope altare: ſi vir fuerit, in Ambone magnæ Eccleſiæ: & Preſanctificata in communionem ſumit: terque ſceptra veneratur, dicens.* Gloria in excelſis Deo. *Et Coronatum publice enunciat. Porro ad Coronandas Auguſtas ibidem diadema inuerſum præiacet. Imperatore vero & Patriarcha ſtantibus, inducitur à Prepoſito Imperatrix operta Maphorio: & Referendario Collectam recitante, dicit Patriarcha orationem, pro Imperatore quoque decurrendam, ſolis vocabulis ad fœminam immutatis. Deinde paululum deducit eam, & Maphorio exuit, quod deinde expandunt ne videatur, atque ita deducunt eam ad Patriarcham. Is autem acceptam è menſa Coronam Imperatori tradit: qui illam coronat. Et Diacono dicente.* Capita veſtra: *recitat Patriarcha ſecundam orationem: & deinde quibus decet eam, exhortatur. Hoc peracto diſcedit Patriacha. Illa vero cum Imperatore ſedet, & pro more, à ſenatu ſalutatur. Coronatus autem in magnæ Eccleſiæ ambone, deſcendit ex eo, Coronam geſtans in capite.*

πὴν τὴν σὴν, κραταίωσον αὐτοῦ τὴν βασιλείαν, τὰ εὐαρεστά σοι πράττειν διὰ παντὸς αὐτὸν καταξίωσον, ἀνάτειλον ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνην, καὶ πλῆθος εἰρήνης, ἵνα ἐν τῇ γαλήνῃ αὐτοῦ ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν ἐν πάσῃ εὐλαβείᾳ καὶ σεμνότητι. Σὺ γὰρ εἶ ὁ βασιλεὺς τῆς εἰρήνης, καὶ σωτὴρ τῶν ψυχῶν καὶ τῶν σωμάτων ἡμῶν· καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν.

Καὶ μετὰ τὸ, ἀμὴν, λαμβάνει ἐκ τοῦ Ἀντιμινσίου τὸ στέμμα ὁ Πατριάρχης, καὶ κρατῶν αὐτὸ ταῖς δυσὶ χερσὶ, 8 στέφει αὐτὸν λέγων· Εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· c Καὶ τοῦτο μὲν γίνεται ὅτε ὁ βασιλεὺς στέφεται· ὅτε δὲ ἐστιν υἱὸς, ἢ θυγάτηρ, τὸ στέμμα οὐκ ἐπιτίθησιν ὁ Πατριάρχης, ἀλλ' ἐπιδίδωσιν αὐτὸ τῷ βασιλεῖ· κἀκεῖνος στέφει αὐτούς. καὶ εἰ μὲν γυνή ἐστιν ἡ στεφομένη, στέφεται 9 εἰς τὸ Αὐγουσταλιον, 10 εἰς τὸ Ἀντιμίνσιον· εἰ δὲ ἀνὴρ ἐν τῷ ἄμβωνι τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. 11 καὶ κοινωνεῖ προηγιασμένα, καὶ προσκυνεῖ καὶ 12 τὰ σκῆπτρα τρίς, λέγων· Δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ. καὶ ἀνακηρύττουσι καὶ τὸν στεφανόμενον. 13 Εἰς δὲ τὰς Αὐγούστας προαποτίθεται ἐκεῖσε ἐπιτραπέζιον στέμμα· καὶ ἱσταμένου τοῦ βασιλέως, καὶ τοῦ Πατριάρχου, εἰσάγεται ἡ βασίλισσα 14 παρὰ τοῦ Πραιποσίτου, καὶ παρίστησιν αὐτὴν τῷ Πατριάρχῃ κεκαλυμμένην 15 μαφορίῳ· 16 καὶ τοῦ Ῥαιφερενδαρίου ποιοῦντος συναπτὴν, ἐπεύχεται ὁ Πατριάρχης τὴν εὐχὴν, ἣν ποιεῖ ἐπὶ τοῦ βασιλέως ἐναλλάσσων μόνον τὰ ῥήματα πρὸς γυναῖκα. Εἶτα μεθίστησιν αὐτὴν, καὶ ἀποκαλύπτει τὸ μαφόριον, καὶ ἁπλοῦσιν αὐτὸ πρὸς τὸ μὴ βλέπεσθαι, καὶ οὕτω προσάγουσιν αὐτὴν τῷ Πατριάρχῃ. καὶ λαμβάνει ὁ Πατριάρχης ἐκ τῆς τραπέζης τὸ στέμμα, καὶ ἐπιδίδωσι τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ στέφει αὐτὴν, καὶ τοῦ διακόνου λέγοντος. Τὰς κεφαλὰς λέγει ὁ Πατριάρχης καὶ τὴν δευτέραν εὐχήν· εἶτα παραινεῖ αὐτὴν τὰ συμφέροντα. οὕτως ὁ μὲν Πατριάρχης ὑποχωρεῖ· ἡ δὲ κάθηται μετὰ τοῦ βασιλέως, καὶ προσκυνεῖται ὑπὸ τῆς συγκλήτου, κατὰ τὸ ἔθος. ὁ δὲ στεφθεὶς ἐν τῷ ἄμβωνι τῆς μεγάλης ἐκκλησίας κατέρχεται ἐστεμμένος.

VARIÆ

VARIÆ LECTIONES.

a **K**Aὶ τ̃ φίβλας.] Desunt hæc verba in Barberino S. Marci, in quo solo, (quia Patriarchale est Euchologium) præsens officium reperire fas fuit.

b Καὶ μετὰ τ̀, ἀμίω.] Desunt hæc in eodem Barberino, vice quorum legitur: ϗ ἐν τῷ πεπτῆσθαι αὐτῷ ταῦτα λέγει. Εἰρήνη πᾶσι. Καὶ τ̃ διακόνε λέγοντος. Τὰς κεφαλάς. ἐπεύχεται ὁ Πατριάρχης. Σοὶ τῷ μόνῳ. Vt sup.

c Καὶ τοῦτο μὴ γίνεται.] Relicta cuncta desunt in Barberino eodem, solius Imperatoris consecrationem describente: solumque hic additur: ϗ μετὰ τοῦτο ποιῶν προηγιασμένα μεταδίδωσιν αὐτῷ τ̃ ζωοποιοῦ κοινωνίας. *Et post hæc è Præsanctificatis distribuit Imperatori viuificam communionem.*

IN ORATIONEM IN IMPERATORIS INAVGVRATIONE.

NOTÆ.

1 **E**Υ̓χὴ ἐπὶ προχειρίσει βασιλέως.] Orationis dumtaxat nomen præsenti officio præfixum gratulor, cum Coronationis Imperatoris cæremonias non nisi paucissimas explicet: pro Euchologico tamen munere satis amplum est, & prolixum; etsi solas illius offerat preces & benedictiones: reliqua namque antiquitatem vel mundi fastum testantia, alterius quam Ecclesiastici Ordinis est percensere. Qui plura desiderauerit Codini cap. 17. Commentatorem eius Gretserum lib. 3. cap. 12. H. Morum de sacris Vnctio. & Regum Francorum consecratione tribus integris libris. Abraham Bzonium in Pontifice Romano Tit. Vnctor regum, Cedrenum, Zonaram, Baronium passim, & suis locis, consulet.

2 Τῆς χλαμύδος.) De Romana & antiqua Imperatoria Chlamyde plurima æque curiose ac erudite scripsit Thomas Dempsterus in Antiquitatum Roman. libr. & nonnulla Vincentius Riccardus Procli Scholiastes in Orat. eius quintam. Hoc de illa monitum velim Lectorem, iam diu humerorum altero non fuisse fibula religatam, eiusque sinus in alium humerum reiectos: sed potius à tergo æqualiter expansam, colloque nexam totum ambiuisse corpus: qualem pluuiali Ecclesiastico non absimilem longe, Germanorum Imperatores ornare conspicimus: illamque propterea Artemidorus Daldianus lib. 2. Oneirocriti. cap. 3. μανδύαν sonare scripsit. χλαμὺς δ̀ ἣν ἔνιοι μανδύην, οἱ δ̀ ἐφεστρίδα, οἱ δ̀ βίρρον καλοῦσι, θλίψιν ϗ στενοχωρίαν, ϗ τοῖς κατακλειζομένοις καταδίκην μαντεύεται, διὰ τὸ ἐμπεριέχειν τὸ σῶμα. *Chlamys, quam alii mandyan, alii ephestridem, alii berion appellant* (si videatur in somniis) *tribulationem & angustias, & accusatis damnationem portendit, propterea quod strictè corpus circumamplectatur.* Hac de causa, reor, Chlamydis Imperatoriæ nullatenus mentionem facit Codinus, qui tamen Mandyan, eumque auro textum, μανδύαν χρυσοῦν cap. 17. memorat: formamque Cappæ Deputato in Ecclesia concessæ referre scribit Symeon Thessalonicensis lib. de Sacram. vbi quærit. τί τὸ ὡς μανδύαν ἱερὸν ἐπάνω τ̃ βασιλικῶν ἐνδυμάτων. *Quid quod velut mandyam sacrum super Imperatorias vestes defert?* ἐπάνω τ̃ βασιλέων, respondet ille, ϗ τὸ ἱερὸν ἔνδυμα περιβάλλεται, ὁ Δεποτάτου ἐστι, τὴν σύνταξιν σημαῖνον ϗ τὴν εὐσέβειαν, ἣν ὀφείλει τῇ ἐκκλησίᾳ πιστὴν, ϗ τὴν εἰρήνην. *Imperatoribus sacra vestis, Deputati propria imponitur, & compositionem pietatemque & pacem, quam Ecclesiæ facturus est, significat.* Hinc intelliges cur Coronationis in die magno Introitu, primus ante Diaconos procedat Imperator: quia nimirum vt scribit loco citato Codinus, ἐπέχει τότε τάξιν ἐκκλησιαστικὴν ἣν καλοῦσι τ̃ δεποτάτου. *Obtinet locum Ecclesiasticum, quem vocant Deputati.* Is autem μανδυηφορῶν Diaconos in Introitu præcedit, &c.

3 Τοῦ στέμματος.] Discrimen ponit Codinus iam citatus inter στέμμα & στέφανον. Est enim στέμμα Imperatorium διάδημα: de quo hæc ille cap. 6. δεῖ γινώσκειν, ὅτι ὅπερ καλεῖται νῦν στέμμα ὠνομάζετο πάλαι διάδημα. τοῦτο δ̀ ἦν βλάτιον μετὰ λίθων ϗ μαργάρων, κτ̀ τὸ τ̃ βασιλέως πρόσωπον κείμενον μὲν· δεδεμένον δὲ ὄπισθεν περὶ τ̃ ἐγκέφαλον (διὸ ϗ ἐκαλεῖτο διάδημα) ὅπερ ἐκ τ̃ κτ̀ μικρὸν ἀμειφθὲν, ἐγένετο οἷον ὁρᾶται τὸ σήμερον· ϗ ὀνομάζεται στέμμα. *Scire oportet, illud quod nunc vocatur Stemma, olim appellatum esse Diadema. Id autem erat lata vitta, ex lapidibus & margaritis, posita quidem in Imperatoris fronte, sed circa caput retro ligata; vnde & Ligamenti nomen obtinuit, quod paulatim mutatum euasit tale, quale hodie visitur, & nominatur Stemma.* Quale autem Codini & vltimis Imperij sæculis compactum fuerit, manifestant frequentes Imperatorum imagines vno & eodem modo efficta, quarum hæc Michaelis Palæologi est, in MS. Coresianæ Bibliothecæ suis coloribus adumbrata.

4 Καὶ τ̃ φίβλας.] Φίβλαν & πόρπην sensu coincidere scribit Meursius ex Suida, & vtrumque vocabulum, *Fibulam* significare asserit. Putarim ergo φίβλαν & φιβλατώριον non differre: hoc autem Suidas exponit, ἀμφίβλαιον Περσικὸν, *amictum Persicum*: at quale sit non describit. Certe nuper positam Imperatorum Orientalium effigiem contemplatus, sæpius ornatum illum humeros ambientem, & ante retroque duobus limbis super *Tunica*, σάκκος Codino dicta pendentem, sum miratus: peregrinus est ille & barbarus vt oculus ipse iudicat inter exteriorem quoque apparatum, vt pretio lapillisque regiam maiestatem commendaret, numerandus, & Fibulis circa humeros fuisse reuinctum, spectator quiuis potuerit annuere: hunc si φίβλας voce, non intelligat textus præsens, ipsius Chlamydis *Fibulam* manifestare nullus inficias ierit. Inquisitus de eo Georgius Coresius, vestem esse *Fibulæ* similem, ἀπὸ τ̃ φίβλας à *Fibula* dictam, respondit. Dictionem demum pro ipsa Fibula sumi posse non denego; ab Asterio propediem à dilecto Sodali P. Combefis, inter

Imperatorum ornamenta iam olim recensita. ἐρεύνησον, inquit, τὰ βασίλεια· ζήτησον χλαμύδας βασιλικάς. εὑρήσεις δὲ ταύτας ἱκανάς, αἳ πολλῶν βασιλέων ἐνέδυσαν σώματα. ὁμοίως δὲ καὶ τὰς στεφάνους, καὶ τὰς πόρπας, καὶ τὰς ζώνας, πάντα κληρονομίαν ἄστατον. *Regiam perscrutare: Imperatorum chlamydes perquire. Copiosas illas, quæ & plurium Imperatorum ornauerunt corpora; reperies coronas pariter, ac Fibulas, & zonas; cuncta demum velut hæreditatem instabilem iudicabis.* Vide Thomam Dempsterum Anti. Rom. lib. 5 cap. 3.

5 Εν τῷ Αντιμινσίῳ σφραγιστῆναι] Quamuis plerumque Antimensia in sacra mensa iaceant: Αντιμινσίων nihilominus voce non temere intelligendum altare ipsum, siue sancta mensa. Stemma namque in Antimensio hîc reponi iussum, dicitur alibi à Codino in mensa priuata superposito Antimensio collocandum: & cap. 17. manifeste negat in Altari constitui. εἰ καὶ τινες λέγουσιν ὅτι ἐπὶ τῆς ἁγίας τραπέζης κεῖται τὸ στέμμα τοῦ βασιλέως· ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο· *licet sint qui tradant Stemma Imperatoris in sancta mensa repositum esse: id tamen secus est*, &c. addit autem teneri à Diaconis in sancto Tribunali, quod quidem ita fieri potest, vt deinde (nisi prius maluerisiacuisse) in illa mensa Antimensio cooperta, residcat.

6 Ιστανται ἐν τῷ ἄμβωνι.] In Ambone, Coronatos posteriores Imperatores, est indubium. Epilogus tamen sextæ Synodi ab Agathone Diacono scriptus, Anastasium à Ioanne Patriarcha ad venerandum altare Coronatum refert: στεφθεὶς ὁ Ανασάσιος ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως καὶ πατριάρχης Ιωάννης ἐν τῷ ἁγίῳ καὶ πανσέπτῳ θυσιαστηρίῳ. Legatur Codinus cap. 17. Licet autem à viuente alio Imperatore designetur, aut ab exercitu acclametur, atque etiam publicè in clypeo à proceribus sublimetur electus Imperator, prout describit Codinus & exponit Symeon Thessalonicensis his verbis: ἀνυψοῦσιν αὐτὸν ἐπὶ στρατιωτικῆς ἀσπίδος ἐνώπιον τοῦ λαοῦ· ὃ καὶ στρατηγίαν δηλοῖ καὶ βασιλείαν, καὶ ἀπὸ ἀξιωματικῶν αἴρεται· ὡς ἀρχὴ αὐτῶν γενόμενος, καὶ κεφαλή· καὶ ὑπὸ στρατιωτῶν καὶ τοῦ δήμου προσκυνεῖται, ὡς δεσπότης αὐτῶν γενόμενος· καὶ δῶρα δίδωσι ὡς κύριος καὶ εὐεργέτης καὶ προνοητής. ***Coram populo eleuant illum in militari clypeo, quodquidem militiam regnumque manifestat: & à præcipuis in dignitate constitutis deportatur, vt princeps & caput eorum factus, & à militibus populoque adoratur, vt qui dominus est constitutus, & munera diuidit, vt moderator, & benefactor, & prouisor.*** Ab eis tamen digressus, ἄγεται, inquit Codinus, εἰς τὸν τῆς ἁγίας Σοφίας ναὸν ὅπου δεῖ αὐτὸν στεφθῆναι, ducitur ad S. Sophiæ templum in quo Coronandus est: circa quem ritum laudatus Thessalonicensis Antistes: εἶτα εἰς ἐκκλησίαν εἰσελθὼν δεικνὺς τὴν εἰς θεὸν ὑποταγὴν καὶ καταφυγὴν, ὄντα πάντων ἀρχὴν τὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ ζητεῖ, ἐπεὶ δοῦλός ἐστι θεοῦ· ὅθεν καὶ τὸν ναὸν αὐτοῦ τὸν θεῖον ὡς βασίλειον εἰσέρχεται ἅγιον. διὸ καὶ ἐξουσίαν ἔχων αὐτοῦ, καὶ ἐργάζει δυνάμενος ἱεράρχης, ὁ τὴν ἀπαθῆ κεκτημένος, καὶ ὑψηλὴν ἀρχὴν τὴν τοῦ πνεύματος αὐτὸν ὑποδέχεται προσελθόντι, καὶ οὐχ ἁπλῶς ὃ ἂν αἰτεῖται δίδωσιν· ἀλλὰ πρότερον τὴν εἰς θεὸν ζητεῖ τοῦτον πίστιν ὁμολογῆσαι ὀρθῶς, καὶ τὴν εἰς τὸ ὑπήκοον προνοίαν καὶ εὔνοιαν ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ τοῦτο δεδωκότος τοῖς χείλεσι, καὶ ὑποσημηναμένου τῇ χειρί, τὰ τῆς ἀρχῆς αὐτῷ ἐγχειρίζει τοῦ ἄμβωνος ἄνωθεν. *Deinde in Ecclesiam ingressus, & subiectionem erga Deũ, ipsum refugium, & principium omnium esse professus, quia Dei seruus est, quæ gratiæ diuinæ sunt, requirit: hinc sacrum eius templum velut sanctum palatium adit: eiusque dominium obtinens & sanctificare potens, Pontifex, qui & incorrupta & supramundana Spiritus dotatus est facultate, adeuntem suscipit: nec temere, quod expetit Imperator, concedit: primum enim fidem in Deum rectè profiteri, & erga subditos prouidentiam & beneuolentiam in iustitia polliceri postulat: quod cum ille labiis præstiterit, & manu subscripserit: in Ambone Imperij cuncta insignia Patriarcha illi tradit.* Fidei professionem & Imperatoris subscriptionem ad verbum Codinus exscripsit.

7 Χρίσαι κατάξιωσον.] Hæc oratio est de qua Codinus, ἀναγινώσκει, ὁ Πατριάρχης τὰς ἐπὶ χρίσεις βασιλέων συντεθειμένας εὐχάς, legit Patriarcha ad Vnctionem Imperatorum preces compositas. Quamuis autem Vnctionem taceant huius officij rubricæ, eam tamen satis enunciant verba præsentia, tum Codinus, cap. 17. tum etiam Symeon Thessalonicæ Episcopus, τῷ μὲν μύρῳ σφραγίζει αὐτὸν τῷ σημείῳ τῷ σταυρῷ καὶ χρίσει τοῦ ὄντος παντάνακτος, καὶ κατ' μίμησιν αὐτοῦ αὐτὸν καθιστᾷ ἐπὶ γῆς, καὶ ἐνισχύει τῷ πνεύματι. *Chrismati quidem signat illum Patriarcha, signo & Vnctione rebus omnibus dominantis Dei, & ad eius instar constituit illum in terris dominum, & spiritu corroborat.* Vnctionem autem, hac prece lecta fieri, declarat in sequentibus: διὸ καὶ μετὰ τὴν προσευχὴν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ σταυροειδῶς ἐκχέει τὸ μύρον· δεικνὺς ὡς ὁ Χριστὸς αὐτὸν ἔχρισε· καὶ ὁ νικήσας διὰ σταυροῦ, νικητὴν αὐτὸν εἶναι παραγγελεύσει. *Hac de causa capiti eius in crucis figuram Vnguentum effundit Patriarcha, manifestaturus Christum illum vnxisse, & qui per crucem vicit, illum victorem vbique renunciaturum.* Solum vero Orientis Imperatori caput vngitur: prout idem author subdit. διὰ γὰρ τοῦ χρίειν τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ ΑΓΙΟΣ ἀνακράζειν δεικνὺς ὅτι ἐκ τοῦ ἁγίου καθαγιάζεται καὶ καθιερεύεται βασιλεὺς τῶν ἡγιασμένων ἐστὶν ἀπὸ Χριστοῦ. *Eapropter etiam vngit caput illius, Patriarcha, & SANCTVS exclamat: declarans quod ab vno Sancto sanctus efficitur, & quod sanctorum rex consecrari, ab vno Christo procedit.* Porro quando cœperint Orientis Imperatores in Coronatione perungi, licet obscurum sit, mihi velut indubium est, non ante cœpisse, quam Leo Tertius Pontifex summus Carolum Magnum Francorum regem in Imperatorem & filium eius Ludouicum Pium in regem Italiæ (verba sunt Ciacconij in Leone) perunxerit. Prius enim Coronatos quidem legimus Orientis Impp. Martinianum exempli causa ab Anatolio Patriarcha, Anastasium etiam Coronam suscipientem in altari, Iustinum à Ioanne Patriarcha, & iterum ab alio Ioanne huius nominis primo & Romano Pontifice, Coronam & imperij insignia recipientem, nullibi vnctionem nisi post ipsius imperij diuisionem factam reperimus, atque ideo mores Occidentalium in hoc Græcos fuisse imitatos haud difficile est conijcere. Cæterum Occidentis reges oleo sancto iam ab antiquo Consecratos edocet Concilium Toletanum 12. anno 681. à triginta quinque Episcopis celebratum, in quo rex Eringius perorans *sacrosancti regni se percepisse Vnctionem* memorat: ipsumque Concilium Eringium eundem *regnandi per sacrosanctam Vnctionem suscepisse potestatem* capitulo primo celebrat. Quoslibet autem reges Occidentis, atque ideo Græci vel Romani Imperij moderatores, Francorum reges Christianissimos in Vnctione hac sacra fuisse æmulatos, in confesso erit apud quemlibet, qui antiquiorem Clodouæo Francorum rege & Ecclesiæ primogenito, Vn-

ctionem in medium proferre nequiuerit. Plura de regum Vnctionibus H. Morus tribus libris hoc nomine scriptis, Abraham Bzouius Pontificis Romani cap. 44. Hugo Menardus in Gregorij Sacramentarium, & alij. De Clodouæi cælica Vnctione Papyrius Massonus, Flodoardus in Historia Rhemensi, Menardus citatus, &c.

8 Στεφ. αὐτόν.] Κεφαλοκλισίας oratione perlecta Coronatur Imperator Symeon. ταινιοῦται τὴν κεφαλὴν ὁ ἄρχων γεγονὼς πάντων, καὶ ταινιωθεὶς ὑποκλίνει τὴν κεφαλὴν διὰ τὴν δουλείαν τῷ τῶν ὅλων δεσπότῃ. *Redimitur caput, princeps omnium factus, & Coronatus omnium Domino, in obsequium, caput suum inclinat.*

9 Εἰς τὸ Αὐγουστάλιον.] Vxor Imperatoris, *Augusta* Αὔγουστα est: locus autem eius in Ecclesia magna, & forsan Oratorium eius deuotioni exercendæ dispositum, Αὐγουστάλιον dicitur, vt in eo Coronationis pompa celebretur. Est & vox Αὐγουστάλιος apud Palladium in Lausiacis de Melania Romana, qua *Augustalis*, Ægypti Præfectus designatur, sicut & in his Menologij verbis, Δοὺξ καὶ Αὐγουστάλιος Ἀλεξανδρείας γενόμενος, *Dux & Augustalis Alexandriæ factus*, &c. ab Ægypti nempe Præfectura *Augustalis* nomine decorata. Αὐγουστεῶνα tamen, aulam augustissimam ante Palatium regium sitam, iamque olim coronatione Mariæ Leonis Isauri, ac Constantinæ Mauricij vxorum, aliarumque Impp. celebrem mallem hic notari, eam cap. 10. lib. 1. describit, μεγάλιον θάλαμον τὸν πρὸς τῇ μεγίστῃ τῶν βασιλείων αὐλῇ, Αὐγουσταῖος δ' ἄρα οὗτος κατονομάζεται. Cedrenus autem τρίκλινον Αὐγουστέως in memorato Leone, in Iustiniano Αὐγουστεῶνα, vocat.

10 Εἰς τὸ Αντιμίνσιον.] Ad mensam nempe Antimensio ob religionem tectam.

11 Κοινωνεῖ προηγιασμένα.] Communionis huius seriem à Codino prætermissam Symeon Thessalonicensis recenset, hoc pacto. ὁ βασιλεὺς ἔνδον τοῦ βήματος κοινωνεῖ, κατ' αὐτὸν καὶ μόνον τὸν καιρὸν τῆς χρίσεως καὶ ἀναῤῥήσεως· πλὴν μετὰ τῶν διακόνων, καὶ ὡς παρὰ τῶν παλαιῶν ὑποτυπώσεων ἔγνωμεν, οὐκ ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ, ἀλλὰ πεθεὶ σῶν ἐκ πλαγίου Αντιμινσίου ἐν τραπεζακίῳ τινί. οἱ μὲν γὰρ ἀρχιερεῖς πρότερον, καὶ ἱερεῖς, καὶ διάκονοι, κατὰ τὸ ἔθος ἐκ τοῦ ζωοποιοῦ ἄρτου, καὶ ἐκ τῶν συνήθων ἱερῶν ποτηρίων τοῦ τιμίου αἵματος μετέχουσι. μετὰ ταῦτα δὲ προσελθὼν ὁ βασιλεὺς τὸν ἁγιώτατον ἄρτον τῇ χειρὶ παρὰ τοῦ Πατριάρχου λαμβάνει, ὡς οἱ διάκονοι, καὶ τοῦ ζωοποιοῦ αἵματος ἐκ τοῦ δι' αὐτῶν ἡτοιμασμένου ἱεροῦ ποτηρίου. καὶ τοῦτο ἦν νενομισμένον ἄνωθεν· καὶ ταύτην εἴληφε τὴν τιμὴν διὰ τὸ χρῖσμα τῆς βασιλείας, ὡς καὶ Δεποτάτου τῆς ἱερᾶς ἐκκλησίας τόπον λαβών, καὶ ὡς Δεφένσωρ αὐτῆς κληθεὶς, καὶ ὡς Χριστὸς κυρίου, καὶ τοῦ Χριστωνύμου λαοῦ βασιλεὺς προχειρισθείς. *Intra Tribunal Imperator communicat, eo solo die & tempore quo vngitur, & renunciatur, verum cum Diaconis, & vt ex antiquis ritibus notum nobis est, non in sancta mensa, sed à latere, in Antimensio mensula cuidam superposito. Pontifices enim & Sacerdotes, & Diaconi, de more viuifici panis, & ex consuetis sacris calicibus, pretiosi sanguinis partem accipiunt. Post hæc vero accedens Imperator sanctum panem de manu Patriarchæ recipit, prout solent Diaconi; viuificum quoque sanguinem degustat, ex calice ab eis præparato. Hocque fuit ab antiquo institutum: huncque adeptus est honorem Imperator, propter regni Vnctionem, vtpote qui & sanctæ Ecclesiæ Deputati locum obtinet, & illius Defensor habetur, & Vnctus Domini, & à Christo, nominati populi Christiani princeps est acclamatus.* Cæterum quod hic Præsanctificata sumere dicitur, nil Thessalonicensis dictis obest: sed in missa, vel extra illam consecrationem, in qua fit Communio, peragi posse, manifestat.

12 Τὰ σκῆπτρα.] Duo sunt illa Sceptra: Crux videlicet & Ferula: de quibus obiter tantum Codinus sæpe citato cap. 17. clarius autem Thessalonicensis. ὁ δέ γε βασιλεὺς μετὰ τὸ χρισθῆναι καὶ εὐλογηθῆναι ἀρχιερατικῇ χειρὶ, καὶ τὸ στέμμα λαβεῖν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ τὸν σταυρὸν εἰς δεῖγμα τῆς εὐσεβείας, καὶ τὴν ἀκακίαν· ὅπερ χοῦς ἐστιν σημαίνων τὸ φθαρτὸν τῆς ἀρχῆς, καὶ τὴν ἐκ τούτου ταπείνωσιν. *Imperator equidem cum Pontificia manu Vnctus, & benedictus fuerit, & in capite Stemma susceperit; accipit & Crucem in pietatis argumentum, &* ἀκακίαν, *quæ est puluis terræ Imperij fragilitatem, & abiectionem illud consequuturam, manifestans.* Et inferius: καὶ ἔτι ῥάβδον λαμβάνει, οὐ βαρεῖάν τινα καὶ σκληράν· ἀλλ' ἐλαφρὰν καὶ μαλακήν· διὰ τὸ παιδευτικὸν ἐν πρᾳότητι, καὶ μὴ ὀργίλον, καὶ φθαρτικὸν, μηδὲ συντρῖβον, καὶ ἀφανίζον. *Insuper etiam Virgam assumit, non grauem quampiam & duram, sed leuem & mollem, propter castigandi virtutem in mansuetudine, nusquam cum iracundia, aut perniciei intentatæ motu, neque vt confringat, & perdat, &c.* Obseruandum hic obiter Imperatoris simulachrum superius positum in eius sinistra non Narthecem siue Virgam, sed ἀκακίαν de qua paulo ante, repræsentare: quod & Codinus his cap. 6. verbis indicat. τὸν δέ γε σταυρὸν ἐν δεξιᾷ φέρει ἀεί· ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ βλάτιον κώδικι ἐοικὸς δεδεμένον μετὰ μανδυλίου, ὃ βλάτιον ἔχει χῶμα ἐντὸς, καὶ καλεῖται ἀκακία. ὡς ἔπη μὲν, τὸ τὸν βασιλέα ταπεινὸν εἶναι ὡς θνητὸν, καὶ μὴ διὰ τὸ τῆς βασιλείας ὕψος ἐπαίρεσθαι καὶ μεγαλαυχεῖν. διὰ τοῦ μανδυλίου τὸ ταύτης ἄστατον, καὶ τὸ μεταβαίνειν ἀφ' ἑτέρου εἰς ἕτερον. *Crucem in dextera semper portat, in sinistra vero Inuolucrum Codici simile, ligatum Mantili, habetque intus Puluerem* (non cauitatem vt praué Gretserus) *& vocatur* ἀκακία: *quasi illud Imperatorem humilem esse vt mortalem, neque propter Imperij sublimitatem efferri, neque insolenter se iactare. Per mantile significatur eiusdem Imperii inconstantia, & mos ab vno ad alium transeundi.*

13 Εἰς δὲ τὰς Αὐγούστας] Simocattæ lib. 8. cap. 10. quadrant hic verba: ἐπεὶ δὲ καὶ πομπαῖς εἴθισται τοῖς αὐτοκράτορσι τὰς ὁμοζύγους ἀναγορεύειν. ἐπιφανῶς τιμῶμεν τὸ ἔθος, καὶ τὴν βασίλισσαν ἀξιοῦμεν θριαμβεύειν. *Quia vero Imperatores coniuges suas publice & solemni cum apparatu Augustas pronuntiare consueuerunt* (ab antiquo nimirum etiam ante Mauricij Imp. tempora) *consuetudinem hanc insigniter colimus, & Imperatrici pompam & Ecclesiæ triumphum adiudicamus.*

14 Παρὰ τοῦ Πραιποσίτου.] Eunuchorum Dux & Præfectus: Præpositus est, vt aperte scribit Theophylactus Simocatta Hist. Mauric. lib. 4. cap. 15. εὐνοῦχον εἰς τὴν βασιλικὴν δορυφορίαν συντεταγμένον κορυφαιότατον (ὃν Πραιπόσιτον εἴθισται Ῥωμαίοις ἀποκαλεῖν) ἀνὰ τὴν μαρτύρων πόλιν ἐξέπεμψε. *Eunuchum supremum & præcipuum ad Imperatorium satellitium deputatum* (quem Præpositum vocare solent Græci) *ad Martyrum vrbem mittit.* Photius in Politia Metrophanis & Alexandri. συνέτρεχον τῇ προσόδῳ Εὐσέβιός τε ὁ δυσσεβὴς Πραιπόσιτος,

καὶ ἄλλοι τινὲς, καὶ τῆς δυσσεβείας, καὶ τῆς ἀνδρογύνου φύσεως συνθιασῶται. *Concurrebant in ea proditione, & Eusebius impius Præpositus* (non Episcopus vt ignare interpres) *& alii nonnulli, & impietatis, & euiratæ effœminataque natura sodales, Eunuchi nimirum alii.*

15 Μαφορίῳ.] Μαφόριον Mandyas muliebris fœminam à capite ad talos vsque contegens: de quo plura fol. 498.

16 Τοῦ Ῥαιφερενδαρίου τοιαῦτα συνάπτων.] Vt Patriarchæ iussa ad magnates, & iterum magnatum ad Patriarcham responsa fert Referendarius: ita preces in celebrioribus magnatum conuentibus ad eum facere pertinet.

